

NAZIONALE
8
50 E
18
R. BIBLIOTECA
CENTRALE V. E. II
ROMA



HARMONIA
SCRIPTVRÆ DIVINÆ,
EMODVLANS
ACTIONES
LAVDABILES, VEL VITVPERABILES
VIRORVM, AC FOEMINARVM
ANTIQVO, AVT NOVO
RELATAS
TESTAMENTO:



EXPOSITAS AD MORES A VIGINTI QVATVOR DOCTORIBVS
PER SONOS ALPHABETICO ORDINE DISPOSITOS, INDICANTES
VIRORVM, AC FOEMINARVM NOMINA:
TONIS, CONSONANTIISQVE DIVERSIS:
HARMONIAM COMPOSVIT, PROPRIISQVE CONCEPTIBVS, SEV CONCENTIBVS AMPLIAVIT

P. DIDACVS LOPEZ BRINGELLIANVS
NATIONE LVSITANVS, E SOCIETATE
IESV,
IN SACROSANCTA THEOLOGIA DOCTOR,
EBORENSIS ACADEMIÆ OLIM PRIMARIVS,
ET POSTMODVM SACRÆ SCRIPTVRÆ INTERPRES,
AC TANDEM EIVSDEM ACADEMIÆ CANCELLARIVS.

SVPERIORVM PERMISSV,
LVGDVNI, APVD GABRIELEM. MDC.XLVI.

TONVS PRIMVS

Cum indicibus duobus præcedentibus, vno Concionum, altero Personarum; & duobus subsequentibus, vno scripturarum, altero conceptuum.

RESONAT.

Sonis viginti quatuor, qui hoc ordine audiuntur.

Sonus 1. Aaron *à n.* 1. *vsq; ad* 310.
2 Abdemelech *à n.* 311. *vsq; ad* 326.
3 Abdenago *à n.* 327. *vsque ad* 349.
4 Abdias *à n.* 350. *vsque ad* 390.
5 Abel *à n.* 391. *vsque ad* 732.
6 Abia Prrinceps *à n.* 733. *vsq; ad* 740
7 Abia Rex *à n.* 741. *vsque ad* 822.
8 Abiathar *à n.* 823. *vsque ad* 887.
9 Abidan *à n.* 888. *vsque ad* 894.
10 Abiezer *à n.* 895. *vsque ad* 908.
11 Abigail *à n.* 909. *vsque ad* 992
12 Abimelech Rex Palestinæ *à n.* 993. *vsque ad* 1128.

Sonus 13. Abimelech Rex Sichem *à n.* 1129. *vsque ad* 1227.
14 Abinadab *à n.* 1228. *vsq; ad* 1257.
15 Abiron *à n.* 1258. *vsque ad* 1292.
16 Abisag *à n.* 1293. *vsque ad* 1350.
17 Abisai *à n.* 1351. *vsque ad* 1388.
18 Abiu *à n.* 1389. *vsque ad* 1446.
19 Abner *à n.* 1447. *vsque ad* 1512.
20 Abra *à n.* 1513. *vsque ad* 2522.
21 Abraham *à n.* 1523. *vsq; ad* 2611.
22 Absalon *à n.* 2612. *vsq; ad* 2848.
23 Achab *à n.* 2849. *vsque ad* 3129.
24 Acham *à n.* 3130 *vsque ad* 3218.

Sumptus totius operis fecit.

DOMINA IOANNA DINIZ AVCTORIS MATERTERA.

DOCTORES IN HARMONIA CONCENTORES

Per annos à Natiuitate Christi.

1	Philo Heb. floruit anno	34.	13	D. Nilo floruit anno.	445.
2	Tertullianus	203.	14	D. Anastas. Synaita	544.
3	Clemens Alex.	204.	15	D. Gregori. Mag.	604.
4	D. Zeno Veron	260.	16	Rupertus	1119.
5	D. Cyrillus Hierol.	365.	17	D. Bernardus	1130.
6	D. Ambrosius	374.	18	Guerricus	1133.
7	D. Greg. Nyss.	380.	19	D. Arnoldus	1177.
8	D. Hieronymus	390.	20	Hugo Card.	1245.
9	D. Chrysostomus	398.	21	Lyra	1320.
10	D. Augustinus	400.	22	Abulensis	1440.
11	D. Leo Papa	440.	23	Carthusianus	1450.
12	D. Petrus Chrysol.	441.	24	Caietanus Card.	1500.

EPISTOLA AVCTORIS
BENEVOLO LECTORI
Ad vtilitatem legentis, & intelligentiã operis necessariò prælegenda.



EN benevole Lector, mei quidem exigui ingenij sed tamen mei eximij laboris primum typis mandandum monimentum: primum in lucem dandi operis elaboratum tomum primum Sacræ Harmoniæ omniũ auribus infundendæ modulatum Tonum. In hoc tot invenientur modulationes, quot expositiones humanarum actionũ quas à viris, feminisque editas fuisse divina testatur historia. Et licet in hoc primo Tono ex professo eæ tantùm explicentur actiones, quas personæ viginti quatuor ediderunt, quarum vitas primus hic Tonus modulatur, iuxta primam partem Indicis personarum per se ingredientium ipsum primum Tonum: quo pacto ingrediuntur Aaron Abdemelech, Abdenago, Abdias, Abel, &c, tamen è vestigio innumeræ aliæ actiones exponuntur aliarum personarum, carptim ingredientium eundem primum Tonũ; quarum præcipuas actiones in alijs Tonis divino afflãte Flamine decantabimus. Harum nomina in secunda parte Indicis personarũ facilè quisque reperiet Sic ingrediuntur cum Aaron Moyses, cum Abdemelech Hieremias, cum Abdenago Nabuchodonosor, cum Abdia Elias, cum Abel Cain &c. Inveniet que in hac secunda Indicis parte centum decem & octo personas recenseri, de quibus innumerabiles notas concionibus aptandas facilè reperiet. De personis 24 prælectim agitur, carptim de alijs 1.8

Proponam igitur tibi Toni huiusce indices quatuor exactissimos. 1. erit concionatorius in quo 210. conciones de Adventu, de Quadragesima de omnibus Dominicis per annum, de omnibus festivitatibus Christi, & Crucis, & Virginis Matris, & Apostolorũ, nec non aliorum sanctorum: duæ pro quolibet Evangelio una per commentaria, altera per assumpta, proponuntur, ita ut quæ per assumpta indicantur, pleraque sine remissione integra reperiantur. 2. Index erit Personarum in duas partes divisus, in quarum primà Personæ de quibus præcipuè agitur, proprijs nominibus cum numeris marginalibus huius Toni, in quibus actiones illarum explicantur, inscribuntur. In secunda verò Personæ, de quibus non ex professo dicitur similiter cum numeris, in quibus actiones illarum explicãtur, transcribuntur 3 denique Index infinita propemodum loca sacræ Paginæ, quæ in hoc Tono varijs in locis exponuntur, denotabit, exceptis etiam innumeris locis, quibus abundat Index concionatorius, utpote qui Commentaria in omnia Evangelia totius anni contineat, & veteris Testamenti pluribus locis in concionibus per Assumpta ibi exaratis repletus sit, 4 Index erit universalis, qui conceptus ad illustrandas penè innumeras materias, & ad actiones cuiuslibet sancti laudabiles efferendas, & vituperabiles cuiuslibet peccatoris deprimendas, per numeros marginales propalabit. In hoc tamen Indice multa desiderantur assumpta; omnia scilicet, quæ in concionum fine remissione ad numeros marginales Toni proponũtur in titulis cõcionũ, quæ in ipsis concionibus per assumpta à lectore videnda sunt, ut possit ea ad alias conciones accommodare. Proponuntur Indices 4 & illorũ usus exponitur

De utilitate operis præfari supervacaneum duco; spero enim fore, ut cùm selectas expositiones ferè innumeras, quibus infinita propemodum sacræ paginæ loca in hoc Tono explicantur, quisque legerit, ipsam non tam libri, quàm ex libro utilitatẽ legat; Nullus enim in hoc primo Tono numerus est ex 3218, quos habet, ex quo doctus quilibet plures non valeat pro fructibus notas colligere ad conciones varias concinnandas si ipsũ numerum attentè perlustret. Neque longitudinem auctoritatis incusabit, si ex eadẽ, non omnia sed solùm eligat verba conceptui, quẽ seligit, respõdentia: non enim tota Doctoris auctoritas unicũ solũ, sed plures conceptus explanat: & quia non solùm sapientibus, sed & insipientibus debitor sum, lubet referre notas, quas ex uno eodemque numero quilibet Marginales numeri 3218 ex quolibet notę plures ad conciones erui possunt.

lector

lector colligere possit, ad eundem textum illo citatum numero expenendum.

Auctoritas eadem in plures divisa partes, ad plures conceptus explicandos.

Exemplum sit in primo numero huiusce Toni, ex quo lector has notas eruere valet 1. sit, Aaron legem naturæ, cuius in veste gestabat imaginē debebat, servare 2. Imaginē qui portat Dei auctoris naturæ, non se in vita prodat auctori degenerem: 3. Habitus animi habitui corporis assimiletur, 4. Vita vesti respondeat. 5. Consideratio habitus externi ad profectum inducit internum: Ad has & similes notas citabit concionator solùm illa Philonis verba. Admonet Pontificem, ut considerata universi, quam gestat imagine, vitam quoque præstet á natura non degenerem.

Deinde alias notas eruere valet 1. Sit: Pontifex, seu prælatus dum sacris operatur nō solus oret sed omnes mundi creaturas deprecatrices inducat 2. Oratio pro communitate ab omnibus eiusdem communitatis fiat. 3 Creaturæ etiam depictæ tantùm coram Deo apparentes pro suis necessitatibus deprecantur. 4 Sacerdos de propria oratione non fidat, sed socios adhibeat oratores. 5. Ecclesiasticus ad Deum mundanos adducat. Has, & similes notas poterit prædicator referre ad illa verba Philonis. Vt operando sacris totum mundum deprecatorem alleget.

Postea in eodem numero alias notas inveniet, quarum 1. sit: Aaron sacerdos Patris mundum Dei filium ad preces, dum in veste depictum ostendebat, adhibebat, 2. Filij vel sola imago apud patrem valet plurimùm. 3. Filius apud Patrē precator adhibendus, ut vota impleantur orantis. 4. Mundus, magnus Dei filius, & quilibet homo mundus parvus, & præcipué Christus homo apud Patrem Deum intercessor est. 5. Intercessor filius à Patre quidquid petit assequitur. Has notas proferet sub illis verbis Philonis. Decet enim, ut Patris Sacerdos filium eius mundum hunc, ad preces, votaque adhibeat.

Tandem eodem numero adhuc alias notas reperiet. 1. sit: Mundus Dei Filius divinis oculis dum depictus ostenditur, validus interventor existit. 2. Imago filij visa amorem excitat Patris. 3. Oratio facta apud Deum, Filio interveniente, libentiùs exauditur. 4. Pater filio nil potest negare. 5. Amor excitat ad concedenda petita. Has, & similes notas prædicabit sub illis verbis à me ibi additis. Aaron mundum Dei filium divinis oculis offerebat, ut illius amore divinus Parens tactus, fusas ad ipsum preces libentiùs exaudiret, & nihil intercessore filio posset negare.

Scripturæ loca & DD. dicta literis retundis, & mea verba cursivis literis explicātur

Has omnes notas in general. Indice adinvenies, quē ego ipse collegi sicut, & alios, quos inter special. cura Indicē concionatoriū, in quo habes omniū Evangeliorū cōmentaria à me confecta & Doctorū dictis confirmata. Vnde si aliquid in Indice concionatorio, vel generali tibi placuerit, ad meo nomine poteris evulgare. Quod ut efficere valeas, animadvertēdū tibi erit, tā in indicibus, quā in corpore totius operis sacræ Paginæ loca, & Doctorū verba litera Anisthisia, sive rotūda inscribi: mea autē dicta cursivis literis explicari.

Titulus operis defenditur.

Nec verò in totius operis titulū, quod Harmoniā scripturæ divinæ placuit nuncupare, sapientissime lector, offendas; quasi verò hoc opus non tam concionatoribus, quā concentoribus cogites profuturū: omnia enim, quæ in universo opere invenientur, non cantionibus, sed cōcionibus noveris inservire. Nec tamē ideo titulū quasi non consentaneū operi, incusabis. Harmonia namq; scripturæ Divinæ meritò appellatur, quòd nihil in eo Divinæ scripturæ dissonum sed quidquid continet in omnibus Tonis, Cōsonantijs, Sonis, & numeris iuxta viginti quatuor Doctorū mentē Divinæ scripturæ consonum sit Non igitur operis titulus incusetur, quippe qui nō absq; ratione operi fuerit adaptatus, ipsumque opus, vel ipso saltē nomine audientibus gratū potuerit cōmendare, ut libentiùs ab omnibus audiretur. Sic enim Moyses Divinæ legis cōpendium vocabulo carminis insignivit, Deut. 31. Locutus est ergo Moyses verba carminis huius, *à n. 30. Rationē inculcat D. Ambrosius sic.* Moyses cantico vsus est, ut salutem suam cælestis sono gratia concinentem avidiùs mundus audiret. *In præf. Psal.*

Determinatus Doctorum numerus iure selectus.

Ad hāc nostrā Harmoniam solum viginti quatuor Doctores elegimus, ut saltem in numero cōcinentium, Harmoniæ cælesti similē efficeremus, quā á totidē ey haredis constātā fuisse agnovimus, ut in præfixa operi figura desūpta ex c. 5. Apoc. deprehēditur. Et certé ex selectis Doctoribus, quidquid ad explanādas actiones personarū, de quibus hic noster primus agit Tonus inservire posset, accepimus, ita ut nihil eorū in nostro Tono desideretur. Vnde incredibilē laborē, quē in illorū operibus evoluēdis studiosus lector deberet impēdere, ut actionē aliquā

v.g. Abrahami, Absalonis, posset exponere libenter suscepimus, dum quidquid in illis est concionatore dignũ, seligere exactissima lectione curavimus. Quòd si alicui expositiones Doctorũ à nobis adductæ non placuerint, cui nõ dubito proprias his adiunctas minimè placituras, Doctores alios quos omisimus consulat, vel novas ipse excogitet.

Forsan aliquis censor alphabeticũ ordinẽ, quem in hoc opere servare voluimus in exponendis actionibus virorũ, ac fœminarum, reprehendet, dũ sic ordinẽ antiquitatis inversum videat: Adamumq; v.g. primũ omniũ parentẽ ad secundũ Tonum reiectũ, & alios viginti quatuor ætate posteriores in locis prioribus collocatos aspiciat. indicans potiús antiquitatis ordinẽ fuisse servandũ, & sic primo Tono actiones virorũ, ac fœminarum, quæ in libro Genesios recensentur a nobis fuisse explanãdas, deinde alias, quæ in Exo. Lev. Nu. Deut, postea eas, quæ in libro Iosue &c. usq; ad Apocal, ipsius Scripturæ servato ordine. Ordo Personarũ utilis ostenditur, & usitatus probatur.

Hoc veteri modo ab alijs Doctoribus Scripturã sacrã expositam fuisse optimè noveram. Alio placuit modo eandem explanare. quo in primo nostræ Harmoniæ Tono plurima ex singulis ferè scripturæ libris loca possit concionaturus exposita invenire; nec solùm actiones Patriarcharũ, quales in libro Genesios referuntur, sed & Sacerdotũ, Regũ, Principũ, Infantũ, Prophetarũ, Magistrorum militiæ Ducum, Consiliariorum, Militum, hominũque privatorũ. quas in alijs libris sacra enarravit Pagina possit suis concionibus inserere, ne se fastidiosum audientibus fore timeret, si semper ex uno, eodemque sacræ Paginæ libro actiones hominum eiusdem conditionis ac status referret. Per hunc igitur ordinẽ utilitati concionatorum consulere volui, ut sic ex lectione istius primi Toni nostræ Harmoniæ, dum alios septem (pro numero tonorum Musices) in lucem non dedero, in universa se quisque possit scriptura versatum ostendere.

Deinde non destitutus exemplo hunc ordinẽ in mea Harmonia servandũ putavi; hũc enim à peritissimo Harmonici cõcentus Davide rege multis in psalmis observatũ sciebam, præsertim in Ps. 118. quẽ alphabetico digestum ordine decãtatũ. D. Ambros. adnotavit, cuius hæc sunt verba Intelligimus ideo per litteras Hebræorũ psalmũ hũc esse digestũ, ut homo noster tanquã parvulus, & ab infantia per litterarũ elemẽta formatus, quibus ætas puerilis assuevit, usq; ad maturitatẽ virtutis excrescat. Litteræ autẽ singulæ veluti tituli sunt eorũ versuũ qui sub ijsdẽ litteris scribuntur seriem, & continentiam declarantes. *in ps. 118. oct. 14* Alphabetico ordine utitur David.

Illud deinde, ut reprehensionẽ penitus diluam, adijcio ipsos sacræ Scripturæ libros ab ipso Deo, qui est Scripturæ auctor, Magister, & Doctor, per alphabeticas litteras, & pro numero litterarũ sacris scriptoribus inspiratos fuisse, ut Doctor maximus D. Hieronymus sic scribit. Quomodo igitur viginti duo elementa sunt, per quæ scribimus Hebraicé omne, quod loquimur, & eorũ initijs vox humana cõprehenditur: ita viginti duo volumina supputantur, quibus quasi litteris, & exordijs in Dei doctrina, tenera adhuc, & lactens viri iusti eruditur infantia. *Epist. 106.* Deus ipse per alphabeticum numerum sacram scripturam inspiravit.

Quid igitur mirũ si ex libris sacræ Scripturæ alphabetico ordine ab ipso Deo inspiratis, nos viros, fœminasq; seligimus, ut alphabetico ordine actiones cuiuslibet exponamus? quibus cõcionator, qui in hoc fuerit Tono versatus, valeat cõciones, tã de tẽpore, quã de sanctis cuiuscunq; status illustrare. Audi igitur, benevole lector, primum hunc nostræ Harmoniæ Tonum, & tantorũ concentorum modulamine benignas demulce aures, dum Tonos alios tibi præparatos effero, non absimiles iam concinnatos, & quam primùm in lucem dandos. si primum tibi agnoverim fuisse iucundum.

Tandẽ, pro erroribus si aliqui obrepserint, corrigendis, remediũ facile tibi erit, generalis Indicis consultatio ad aliquod ex verbis, quibus conceptus explicatur v.g. In concione 2. Dom. 1. Advẽtus in 6 Tuba Est Pro impijs, cũ deberet esse Pro pijs. Consulendo Indicẽ ad verbũ Tuba, invenies: Tuba Pro pijs cõtra impios resonabit. Itẽ in concione 1. Dom. 2. Adventus, assignatur n. 19. pro n. 39 Cõsulendo Indicẽ ad verbũ Vocalis, invenies: Vocalis totus debet esse prælatus n. 39. & simili modo, quoscunq; alios errores offenderis, emendabis. In concionatorio Indice in ultima linea quaternionis e desideratur. Cupiebãt, & pro reclamatione Primus. Errata alia facilè quisq; corrigere poterit. Vale. Pro erroribus emẽdãdis remediũ facile assignatur.

Doctor Didacus Lopez.

Censura huic data Tono per P. Gasparem Moreira è Societate Iesu Theologiæ professorem.

Iussu P. Provincialis Harmoniam à P. Didaco Lopez Sacræ Theologiæ Doctore concinnatam legi; opus quidem dignum, quod nocturna semper, ac diurna versetur manu; est enim velut altera logotheca Mineruæ: vbi circa vitas, & res gestas virorum, quorum sacra meminit pagina, maturæ Sanctorum Patrum sententiæ trutinantur, vbi subtiles ad mores conceptus reperiuntur, vbi doctrina omnibus suppetit perutilis: nam sacræ paginæ interpretibus vberrimum est promptuarium, Cōcionatoribus locupletissimus Assumptorum thesaurus, curiosis amænissimum delectabilium rerum viridarium. Quare hanc Harmoniam, á fide haud iudico dissonantem, imò acutissimis iucunditatis, & vtilitatis fidibus mirificé personantem, mirum in modum allicere percipient auscultantes, qui sedula perspicacis ingenij dexteritate suum suspicient Auctorem, & tantum gratulabundi festivè excipient Doctorem. Eboræ in Collegio Societatis Iesu 10. Iunij 645.

Gaspar Moreira.

Iudicium de hoc primo Tono sic protulit P. M. Simon de Almeida è societate Iesu iam olim in Eborensi Academia studiorum Perfectus dignissimus.

De præcepto P. Provincialis Provinciæ Lusitanæ incredibili animi voluptate volumen hoc perlegi, seu potiús mentem sensusque perfudi mira tam vernantis fasciculi suavitate, quem amænissimis Sanctorum Patrũ ex floribus collegit P. Doctor Didacus Lopez Societatis Iesu; qui dum antiquis, & verè roseis conceptibus recentes ipse proprio ex veridario ingessit; gratam adeo composuit mixturam, ut vetera vetustate sua probētur, nova veró tam novitate placeant, quàm venustate iuvent. Quid priús mirer, cùm nihil non mirabile contempler? indefessum Authoris studium; labor, & ingenium de primatu contendunt: quodlibet enim ex tribus operi in tanto palmam cupit preripere; *Sed quodlibet* palma dignum: nam sine labore studium foret nullum; labor sine studio inanis; studium, & labor sine ingenio frustaneus. Hinc fit quód ex hac ipsa pulcherrimarum rerum varietate tam consona consurgat melodia, ut omniũ hominũ animos potis sit allicere, & suspendere, adeo ut suavissimum musices concentum, toties quis exaudiat, quoties divinum huius Harmoniæ citharædum avidus adierit: quãobrem nemo erit, qui pretio quolibet librum non emat, qui omni est pretio pretiosior: tot enim in eo gemmas reperiet, quod verba, non fucata illa quidem, & inania, sed sententijs mysterijsque referta. Nihil inveniet á vera fide abhorrens, nihil ab incorruptis moribus alienum, quæ cum ita sint dignum typis opus iudico. Eboræ in Collegio Societatis Iesu 7. Februarij Anno Domini 1645.

Simon de Almeida.

Facultas P. Provincialis Societatis Iesu in Provincia Lusitana.

Ego Hieronymus Vogado Societatis Iesu in Provincia Lusitana Provincialis, potestate ad id mihi facta á Reverendo admodum P. N. Generali Vincentio Carafa, facultatem concedo, ut primus Tonus Harmoniæ Scripturæ divinæ á P. Doctore Didaco Lopez compositus, & gravium, doctorumque virorum nostræ Societatis iudicio approbatus, typis mandetur. In cuius rei fidem has literas manu nostra subscriptas, sigilloque nostro munitas dedimus Olissipone 20. Iulij 645.

Hieronymus Vogado.

De hoc primo Tono in hunc modum censuit R. P, M. Fr. Ignatius Galvão in sacra religione Prædicatorum Theologiæ professor, & Præsentatus meretissimus.

SUavissimā hanc Scripturæ divinæ Harmoniam gravissimorū Doctorum proprijsque conceptibus, seu concentibus a R. P. D. Didaco Lopez ex inclyta Societate Iesu compositā, & ampliatā externis oculis magna cum attentione vidi, internis auribus magna cū voluptate percepi; in qua nihil Fidei Catholicæ, aut bonis moribus dissonum, omnia consona reperi, atque adeo dignissimā luce censeo: ut in molestia tot librorum, quorum magnus est hoc tēpore proventus, lectione, huius musicæ suavitate, eiusque Consonanijs, & Tonis sacrarum Scripturarum studiosi recreari valeant. In Conventu S. Dominici Olyss. 27, Iunij 645.

M. Fr. Ignatius Galvão.

Hoc de primo Harmoniæ Tono iudicium dedit R. P. M. Fr. Antonius à Plagis Seraphicæ religionis in Provincia Lusitaniæ Provincialis, & Lector emeritus, & Qualificator dignissimus.

PRæclaram hanc Divinæ Scripturæ Harmoniam, proprijs conceptibus, seu concentibus illustratam à sapientissimo Magistro R. P. Doctore Didaco Lopez, magna animi voluptate, supremi Sanctæ Inquisitionis Consilij iussu, revidi; opus quidem vere Harmonicum; æquabile, & concinné dispositum, é Sanctorum Patrum fontibus nova methodo, miro ordine, studio indefesso prælibatum; in eo Autor obvia pertransiens; minus trita diligenter congessit, digessit, vtiliter: de aliorum placitis grave iudicium, quod fert proprium acutissima ratione tuetur: nihil non consonum orthodoxæ fidei, nihil non honestis moribus conducens, disertissimé profert, eruditissimè scribit. Quare librum tanto Autore dignum typis, in commune omnium studium, inoffenso pede, mandari posse censeo in hoc Seraphici Parentis Olyssiponensi cænobio 19. Iulij 1645.

Fr. Antonius à Plagis lector emeritus, & qualificator.

Facultas Sanctæ Inquisitionis.

SPectatis informationibus potest imprimi hic primus Tonus, de quo in illis agitur, & impressus, offeratur iterum, ut conferatur cū suo originali.

Fr. Ioannes de Vasconcellos. Didacus de Sousa. Petrus á Sylua. Franciscus Cardozo de Torneo. Pantalion Rodrigues Pacheco.

Facultas Ordinarij.

VIsis informationibus potest hic primus Harmoniæ Tonus typis mandari. Olyssipone 24. Iulij 645.

Episcopus Targensis.

Censor pro supremo Regis senatu P. Antonius Vieira é Societate Iesu, per conciones, quas Regis iussu typis dedit, ultra Lusitaniæ limites fama satis notus, Regius concionator supra numeratos prædicatores alios Regios iure optimo annumeratus, hanc de hoc primo Tono censuram tulit.

SAcræ Scripturæ Harmoniam a R. P. D. Didaco Lopez Societatis Iesu emodulatam (sic iubente Regio senatu) legi & perpendi. Opus sane indeffessi laboris, & immensi studij, nec minoris, (quod ipse expertus sum) in re concionatoria emolumenti. prostāt hīc novo ordine dispositæ, novis coloribus

coloribus animatæ, omnium, de quibus sacra narrat historia, antiquæ imagines, non sine voce, & motu (quod huius penicilli miraculum est) quippe quorum dicta, & facta ad censoriam trutinam vocantur, sub venerabili, iudicio quatuor & viginti doctorum, quos Ecclesia insigniores veneratur. Ex his fontibus purissimos doctrinæ latices sine labore haurire, & copiosissimè effundere, nec non (quæ huius temporis est annona) subtiliter instillare poterunt Evangelici oratores, tum qui ex proprio, ut aiunt, penu, tū qui præ desidia aut egestate ex alieno viunt. Illis enim; totæ Patrum sententiæ pro ut ab ipso fonte manarunt, fideliter transcribuntur, istis vero copiosissimorum indicum subsidio, rerum, sententiarum, & concionum thezauri, quibus hæ paginæ locupletantur, abunde patent, & absque sudore eruuntur. In hoc volumine (seu vt veriùs dicam in hac bibliotheca selecta, & manuali) aperitur, studiosis omnibus amplissima seges conceptuum, nova (quanvis deveteri thezauro) & varia discendi, ac dicendi materia; Vnde pro genij, & ingenij diversitate (quæ vix multorum librorum est optio) liberum erit vnicuique stylum, & auctorem eligere. Si quæras altæ mentis profunditatem; habes Tertullianum, Philonem, Clementem Alexandrinum Zenonem Veronensem: Si maturum cum subtilitate iudicium; Augustinū, Ambrosium, Cyrillum, Gregorium Nyssenum; Si eloquentiæ Oceanum, Chrysostomum, si flumen, Nilum: Si maiestatem sententiarum Leonem: Si acumen Chrysologum, Rupertum: Si pietatem Bernardum, Guerricū Arnoldum: Si moralia, magnum Gregorium: Si allegorica, Anastasium: Si literam, & perpetuum commentarium Hieronymum, Hugonem, Chartusianum, Abulensem Cayetanum, Lyram. Et inter horum (inter dicam an supra?) nobilissimas doctorum voces, ipsius Harmoniæ auctor identidē auditur, qui acutas ita premit, ut superare, & graves ita sequitur, vt excedere videatur. Breviter clarus, acutè solidus, maturè elegans. Tantum subtiles quasdas inanitates in hoc opere desiderabis (ò ne desideres oro?) quo vitio nostræ ætatis loborant ingenia, ad illudendos hominum potiùs, quam ad Scripturæ sensus enucleandos, non sine magna veritatis iactura, nescio an repertas, an inventas; sed doctrinam veram, firmam, sanam, qualem ab Apostolo. Quam ab rem opus iudico dignissimum, cui prodire in lucem nō modo à R. Maiestate liceat, sed imperetur: ad splendorem Regni ad communē vtilitatem Ecclesiæ, & morum normam: contra quos, & ortodoxam fidem nihil in hac Harmonia auditur, quod à tanto nomine dissonet. In Regio Collegio D. Antonij. 2. die Augusti. 1645.

Antonius Vieira.

Facultas supremi regis senatus.

Inspectis facultatibus & informationibus, supra relatis, typis mandetur hic primus Harmoniæ Tonus, & postra iterum veniat, ut illi pretium imponatur.

Coelho. *Pinheiro.*

ESte livro impresso está conforme com o seu Original. S. Domingos de Lisboa 11. de Dezembro 646.

M. Fr. Ignacio Galvão.

VIsto estar conforme com o Original pode correr este livro Lisboa 11. de Dezembro 1646.

Fr. Ioão de Vasconcellos.

Pero da Silua de Faria.


Francisco Cardozo de Torneo.

Pantaleão Rodrigues Pacheco.

Diogo de Souza.

TAxase este Liuro em doze tostois em papel, Lisboa 14. de Dezembro 1646.

Sebastião Cesar. *Menezes.* *Coelho.* *Ribeiro.*



INDEX AD CONCIONES

DE TEMPORE, DE CHRISTO, DE V. Matre, de Sanctis, numerum ducentesimum decimum explentes, duplici modo concinnandas.

DOMINICA PRIMA Aduentus. *Lucæ.* 21.

Concio prima per commentaria.

Amen

Amen &c. *Instrumento vtitur Deus, ne ob peccata reuocet promissionem regni. num.* 2301.

Cœlum, & terra transibunt, &c. *Cœlum solo praferendum demonstrat, dum primùm cœlũ nominat. n.*2384.

Transibunt, &c. *Transit figura mundi, qua aptè apponitur veritati verbi Dei, est enim in mundi figura non veritas, sed deceptio.* 1940. 1941.

Verba autem mea, &c. *Etenim promissio diuina adeo certa est, ac si iam esset impleta.* 2291. 2292.

DOMINICA PRIMA Aduentus. *Lucæ.* 21.

Concio secunda per assumpta.

Arescentibus hominibus præ timore, & expectatione.

Assumptum primum.

IN *omnibus vltimi Iudicij circumstantijs erit Christus iustis expectandus, vt desiderabilis; injustis timendus, vt formidabilis. Vnde Tertullianus lib. de anima.* Pessimi metuant, optimi cupiant. *cap.* 33.

In eodem regio throno nubis descendet, vt injustos puniat; ascendet, vt justos præmiet Christus, qui non minùs honoratur, dum infert injustis supplicia, quàm dum confert justis beneficia. 817.

Nubem, in qua Dominus venturus est, describit Daniel. cap. 7. Thronus eius flammæ ignis, &c. *Iustos ignis iste non terrebit, sed illuminabit; injustos non illuminabit, sed cremabit.* 1404. 2125. 356. 167. 434. 438. 460. 465. 466.

Ignis judicij justis erit ad cœlum purgatorium; injustis ad infernum præludium. 379. 3186.

Veniet iudicare viuos, & mortuos, viuis amabilis: mortuis formidabilis. Viui dicuntur justi; injusti mortui nominantur. 72.

Tuba precedet, qua excitabit; sed pro impijs cõtra impios resonabit. 707. 708.

Signum Crucis apparebit, de quo D. Cyrillus Ierosol. Terror est inimicis signum Crucis, gaudium est amicis. *Catech.* 15. *Iusti namque videbunt in Cruce chirographum absolutionis; injusti condemnationis.* 2921. 2613.

In vallem Iosaphat, quasi in theatrum congregabit omnes, teste Ioele cap. 3. *D. Gregorius Nyssen.* In medio omnis hominum natura, tum metu, tum spe futurorum suspensa in vtramque partem. *Orat.* 5. *de beatitudinib. Sunt enim judicia Dei inscrutabilia, & dum punit, & dum parcit: ideo quilibet suspensus erit, malus metu vindictæ, bonus spe veniæ.* 68.

Sedebit ad judicium, vt Salomon. 3. *Reg.* 10. Fecit Salomon thronum ex ebore grandem, &c. *Rupertus.* Vt esset figura magni Iudicij, Duæ manus hinc, & inde. Hinc judicij, inde misericordiæ; nam à sinistra omnis iniquus condemnabitur, & à dextra vix justus saluabitur.

In solio simili apparuit olim Dominus duobus fratrum paribus, quorum par electos, per misericordiam saluandos, par reprobos per justitiam condemnandos significabat. 1443. 1444.

Iudicium sedit, & libri aperti sunt. *Daniel.* 7. *D. Ambrosius.* Quid libri aperti, nisi conscientiæ nostræ? *in Psalm.* 1. *Conscientia libri cum remorsibus dati in remedium bonis, & in supplicium malis.* 966.

Ante tribunal quilibet secundùm opus suum judicabitur. Absoluetur justus; injustus damnabitur. 817.

De sententijs diuersis sic loquitur D. Cæsarius Arelat. Audiuimus terribilem, & desiderabilem Domini sententiam; terribilis est, Ite, &c. desiderabilis, Venite.

Malorum, qui olim sententiam datam ab homine contra malos prohibebat, pronuntiabit. 2924.

Bonorum, qui olim sententiam in peccatores latam confirmabat, tunc ipse feret. 2922.

Cum potestate magna, & maiestate.

Assumptum secundum.

ANte diem judicij semper Dei justitia aduersùs peccatores misericordiam sociam habuit; at die judicij peccatores sine misericordia judicabit. Vnde D. Gregorius Magn.

DOMINICA SECVNDA

Aduentus. *Matth.* 11.

Concio prima per commentaria.

Cum audiuisset Ioannes in vinculis.

Mittens,

DOMINICA SECVNDA
Aduentus. *Matth.* 11.

Concio secunda per assumpta.
Cæpit dicere.

A *Victor glossæ.* Præcursor Christi de Christo certificare discipulos voluit, quia sẽsit eos dubitare: de Præcursore Christus turbas dubitãtes, ne dubitent, docuit, mollem, leuemque putantes.

Assumptum.

Deus obsequium, sibi factum, beneficio, à se exhibito, in materia simili compensat.

DOMINICA TERTIA
Aduentus. *Ioan.* 1.

Concio prima per commentaria.
Miserunt Iudæi, &c.

Si

Si Eliam se diceret, Eliam esse crederent. Neminem se Eliam posse fingere reputabant. 582.

Elias es tu? *Pro Elia habebatur, qui Eliam moribus referebat, vultu, & vestitu.* 2913.

Non sum. *Maluit, se ipsum negare, quàm tanto se Prophetæ æquiparare: Humilis enim cum Elia comparatus non posse subsistere reputabat.* 589.

Propheta es tu? *Non immerito dubitarent, si Ioannem in patria sua honoratum viderent. Propheta namque quem Deus cupit honorare, é patria iubet exulare.* 1897.

Et ait: non. *Verum dicit: Erat enim plusquam Propheta. Ideo autem se Prophetam denegabat, vt se non esse Messiam, futuri sæculi patrem promissum, ostenderet: debet enim pater esse Propheta, vt suorum necessitates prævideat, & prauisis prouideat.* 1125.

Quid dicis de te ipso? *Aptè equidem nunc, quid de se sentiret, interrogant, tentatus enim se ipsum in tentatione agnoscit.* 2145. 2147. 2148.

Ego vox. *Merito vox appellabatur, qui totus vocalis, corde, ore, & opere loquebatur.* 39.

Ego vox. *Non vna, sed multiplex, quot enim virtutes habebat, tot voces exprimebat.* 40.

Ego vox. *Quæ linguis omnium nationum Verbum diuinum omnibus explicaret.* 40.

Vox clamantis in deserto. *Peccatores ad pœnitentiam conuocantis.* 2731.

Vox clamātis dirigite. *Vox dicitur Dei, Deo dicata ad dirigendos homines in via cæli.* 1561.

Quid ergo baptizas, &c. *Erat enim baptizare muneris non vulgaris. Baptizatus enim manet in Christum transformatus.* 2077. 2078. 2079.

Ego baptizo in aqua. *Ex Iordane fecit labrum, in quo pænitens quisque se lauaret, & peccatorum maculis emundaret.* 124.

Medius vestrûm stetit. *Qui, vt Deus, in cœlo inter Patrem, & Spiritum Sanctum medius est, inter homines, vt homo, in solo medius esse voluit; vt sic inter Deum, & homines mediaret.* 103. 53.

Stetit. *Non caderet, vt Deitatem suam indicaret. Stare enim sine casu, Dei proprium est.* 1721.

Quem vos nescitis. *Ignorantiam Christi in illis arguebat, in se Christi notitiam insinuabat, qua super humanæ naturæ terminos Christum agnoscebat. Cognitio diuina hominem super homines eleuat.* 1780. 1781.

Ipse est, qui post me, &c. *Talis probabatur præsens, qualis antea præsignificabatur futurus Deus, & homo.* 1696.

Cuius ego non sum dignus, &c. *Humilis ad pedes Christi prostratus, sed à Christi manibus fuit eleuatus.* 4652.

DOMINICA TERTIA Aduentus. *Ioan.* 1.

Concio secunda per assumpta. Miserunt Iudæi.

Assumptum primum.

Quibus inducti rationibus Iudæi Ioannem in regē sibi constituere voluerunt:

An quia naturalis, non extraneus? Ita sanè. Ille enim facilè suscipitur, hic ægrè sustinetur. 769.

An quia non futurus tyrannus, sed legitimus? Tyranno namque coactè subditi pendunt tributū rigoris; legitimo spontaneè pensionem soluunt amoris. 2839.

An quia consanguineus? Hic enim eis, & fauores concederet, & honores. 1171.

An quia humanus, qui proinde à suis, non vt Deus vellet adorari, sed eos humanissimè tractaret? Eligitur sponte rex, qui cupit suos adorare, nō à suis adorari. 1629.

An quia nobilis? Ita fortassis. Nobiles enim non paterentur ignobilem, vt regem venerari. 1133.

An quia humilis? Iure equidem. Rex enim Iudæ regis vocabulum Deo, sibi proregis nomen solum debebat vendicare. 745.

An quia pius? Piè certè. Rex enim, qui Dei cultor esset, Deum sibi ducem in bello haberet, vt hostes superaret. 785.

Assumptum secundum.

Quibus rationibus Ioannes valuit suadere populo, vt Christum sibi in regem acceptaret?

An quia ab illis diu fuerat speratus? Merito libenter enim suscipitur, qui diu desideratur. 1503.

An quia cedente Ioanne non haberet ad regnum competitorem? Ita sanè. Sic enim belli damna vitarent. 1179. 1250.

An quia subditos, non subditorum bona diligeret? Ita fortassis. Laudandus rex, qui suorum, non diuitias, sed diligit animas. 1698.

An quia ipse illis saluator à Deo promissus? Gaudenter suscipitur rex, qui à Deo in salutem pro-

DOMINICA QVARTA Aduentus. *Lucæ* 3.

Concio prima per commentaria.

DOMINICA QVARTA Aduentus. *Lucæ*. 3.

Concio secunda per assumpta.

Assumptum.

Ecclesia instituenda, Synagoga destituenda præsignificatur.

DE NATIVITATE DOMINI.

Lucæ 2.

Concio prima per commentaria.

Vt describeretur vniuersus orbis.

Filium

DE NATIVITATE DOMINI. Lucæ 2.

Concio secunda per assumpta.

Multitudo militiæ cælestis exercitus, &c.

D. Ambrosius. Bene Angelorum nominatur exercitus, qui sequebantur militiæ ducem.

Assumptum triplex.

Dux Christus.

Qualis in se? Qualis erga suos? Qualis in hostes? ostenditur,

Assumptum primum.

Qualis in se?

Assumptum secundum.

Qualis erga suos?

Assumptum tertium.

Qualis in hostes?

DE CIRCVNCISIONE Domini. *Lucæ 2.*

Concio prima per commentaria.

Postquam consummati, &c.

DE CIRCVNCISIONE Domini. *Lucæ 2.*

Concio secunda per assumpta.

Et vocatum est nomen eius Iesus.

Aßumptum triplex.

De

De glorificatione: de impletione: de communicatione nominis Iesu.

Assumptum primum.

Assumptum secundum.

De impletione nominis Iesu.

Assumptum tertium.

De communicatione nominis Iesu.

Ex substantia corruptibili.

Ex substantia incorruptibili.

Ex substantia vegetatiua.

Ex substantia sensitiua,

Ex substantia humana.

Ex substantia Angelica.

Ex substantia diuina.

Nomen Iesu Societati communicauit.

Vt

DE EPIPHANIA DOMINI. Matthæi 2.

Concio prima per commentaria. Cùm natus esset Iesus.

DE EPIPHANIA DOMINI. Matthæi 2.

Concio secunda per assumpta.

Ecce Magi.

Assumptum vnicum.

Mysterium Magorum, ad Christum venientium, ænigma fuit, cuius figuras in omnibus substantijs creatis Christianus intelliget.

Figura ex substantia corruptibili.

DOMINICA INFRA octauam Epiphaniæ. *Luc.* 2.

Concio prima per commentaria.

Cùm factus esset.

Iesus

Iesus verò proficiebat. *In tribus profectus Domini explicatur, nec apponitur terminus. Qui enim ad perfectionem tendit, non debet sibi terminum assignare.* 1536.

DOMINICA INFRA octauam Epiphaniæ. *Luc.* 2.

Concio secunda per assumpta.

Post triduum inuenerunt, &c.

Hugo Cardin. Tres dies sunt contritio, confessio, & satisfactio, de quibus Exod. 3. Ibimus viam trium dierum.

Assumptum triplex.

Quærendus Deus per contritionem, & confessionem, & satisfactionem.

Assumptum primum.

Per contritionem.

INuenitur Deus *à sacerdote in templo per sacrificia, omnia hæc contritio supplet.* 429.

Contritionis itinere ad Deum peccator accedit, à quo diuina clementia non recedit. 2949.

A peccatore Deus inueniretur, si per viam lapideam, factam ex lapideo contrito corde, quæreretur. 3207.

Assumptum secundum.

Per confessionem.

Iustitia namque Dei est, non relaxare peccantis personam ad pœnam, sed confitentis offensam ad veniam. 2244.

Confessione ægritudinis quærendus, vt medicus qui ægroto remedium præbet, quin desperet. 2902. 421.

Facilè quærenti eum per confessionem se ostendit, qui remissionem culpæ sibi reputat gloriam. 3177. 3187. 3212.

Assumptum tertium.

Per satisfactionem.

Pœnitentis namque sibi satisfacientis figuram iucundissimè intuetur. 2850. 2854.

Quæsitus ab inimico, dignam sibi satisfactionem offerente beneuolus inuenitur. 1466.

Non nisi à purificato inuenitur, satisfactio tamen in hac vita, sicut in alia satispassio, purgatorium est. 379. 440. 509.

DOMINICA SECVNDA post Epiphaniam. *Ioann.* 8.

Concio prima per commentaria.

Nuptiæ factæ sunt.

FElix *Isaac, cui Angelus sponsam quæsiuit, felicissimus, cujus nuptijs Angelorum Dominus adfuit.* 1773.

In Cana Galilææ. *Ex eodem loco, & non nationis diuersæ sponsus, & sponsa fuisse significantur; vt similitudo nationis esset causa dilectionis.* 2063. 2576.

Erat mater Iesu, &c. *Virtus sponsæ vocantis matrem Dei, & sponsi vocantis Dei filium demonstratur. Et sic ditissima ex vtraque parte dos ostenditur. Hæc enim virtus est præ omnibus æstimanda.* 1676. 1771.

Vocatus est autē & Iesus. *Vt se præsulē matrimonij demōstraret, & fidelitatis defensorē.* 1005

Deficiente vino. *Non deficeret, si cōuiuæ omnes Angeli forent, Angelis enim, non vinum, sed aqua ad potum ministratur.* 1734.

Dixit mater. *Semel, atque iterum mater dicitur Iesu, cujus se ancillam nuncupauerat: sed ignobilitate hujus ancillæ matris non obscuratur nobilitas patris.* 1804

Vinum non habent. *Nil mirum, quod hominibus deficeret causa gaudij. Est enim gaudium proprium Dei, vt hominum mæror.* 1571.

Vinū non habent. *Necessitatem solum modo exponit: sade si enim diuina prouidentia, quā to aperet extrema indigentia.* 1042. 1081. 1838.

Et dixit ei: Mulier. *Matrem non nominat, dum petita negat: matri namque filius non valet petita negare.* 1322. 1320.

Nondū venit hora mea. *Rationem non concedendi præbet, studet enim filius, dum non cōcedit petita, non offendere matrem.* 1313.

Dixit mater eius ministris. *Credidit concessurū quod nō remisse petebat: nequit enim filius matri, non remissè petenti aliquid denegare.* 1323.

Erant autē ibi. *Haurire jubet sine mensura; sunt enim diuinæ gratiæ inexhaustæ instar fontium.* 1545

b 2 Factæ

DOMINICA SECVNDA post Epiphaniam. *Ioann. 2.*

Concio secunda per assumpta.

Nuptiæ factæ sunt, &c.

Gaudentius. Benedixit ergo, quod constituerat a primordio, legitimum coniugium, dum pergere ad nuptias non renuit inuitatus.

Assumptum primum.

De electione vxoris. Sancta, pulchra, nobilis, & prudens, eligatur.

PRIMA PARS.

Sanctitas in eligenda vxore procuretur.

SECVNDA PARS.

Pulchritudo in vxore requiritur.

TERTIA PARS.

Nobilitas in vxore desideratur.

QVARTA PARS.

Prudentia in eligenda quæratur.

QVINTA PARS.

De electionis auctore.

Pater

Assumptum secundum.

De dilectione vxoris electæ, & viri eligentis.

PRIMA PARS.

De dilectione viri erga vxorem.

SECVNDA PARS.

De dilectione vxoris erga virum.

Assumptum tertium.

De Fidelitate.

DOMINICA TERTIA post Epiphaniam. *Matth.* 8.

Concio prima per commentaria.

Cùm autem descendisset.

DOMINICA TERTIA post Epiphaniam. *Matth.* 8.

Concio secunda per assumpta.

Et extendens manum, &c.

Origenes. Medicus, *ait*, sum cælestis, corpora cum animabus curare possum. *homil.* 5.

Assumptum triplex.

Assumptum primum.

Pro tempore Legis naturalis.

Pro tempore Legis scriptæ.

Pro tempore Legis gratiæ.

DOMINICA QVARTA post Epiphaniam. *Matth.* 8.

Concio prima per commentaria.

Ascendente Iesu in nauiculam, &c.

Quid

DOMINICA QVARTA post Epiphaniam. *Matth.* 8.

Concio secunda per assumpta.

Qualis est hic, &c.

Assumptum vnicum.

Quæstionis istius erit enucleatio, in qua palam fiet, quòd omnis creatura agnoscit suum creatorem. *Teste Druthmario.*

DOMINICA QVINTA post Epiphaniam. *Matth.* 13.

Concio prima per commentaria.

Simile est, &c.

DOMINICA QVINTA post Epiphaniam. Matth. 13.

Concio secunda per assumpta.

Sinite, vtraque crescere.

D. Petrus Chrysologus. Vt qui se de malo cõmutauerit in bonum, dominicum deputetur in triticum, cælestibus horreis aggregandus; qui se de fideli fecerit infidelem, gehennæ deputetur incendio. *serm. 2.*

Assumptum.

Dum vita durat, potest malus in bonum commutari, potest bonus in malum transformari.

PRIMA PARS.

Sic in tempore Legis naturalis.

Sic in tempore Legis scriptæ.

Sic in tempore Legis gratiæ.

SECVNDA PARS.

Bonus in malum potest transformari.

Sic in tempore Legis naturalis.

Sic in tempore Legis scriptæ.

Sic in tempore Legis gratiæ.

DOMINICA SEXTA post Epiphaniam. Matth. 12.

Concio prima per commentaria.

Simile est regnum cælorum, &c.

DOMINICA SEXTA post Epiphaniam. *Matth.* 13.

Concio secunda per assumpta.

Ita vt volucres cæli veniant, & habitent in ramis eius.

D. Pet. Chrysologus. Aues cæli in pennis sapientiæ, & prudentiæ volatu fidei securitate requiescunt. Sume alas, eleuare à terra, euola. *serm.* 98.

Assumptum.

In arbore Ecclesiæ, aues sancti in tribus Ecclesiæ statibus quieuerunt.

In primo statu.

In secundo statu.

In tertio statu.

DOMINICA IN SEPtuagesima. *Matth.* 20.

Concio prima per commentaria.

Simile est, &c.

In

DOMINICA IN SEPtuagesima. *Matth.* 20.

Concio secunda per assumpta.

At ille respondens, &c.

D. Chrysost. Si viderit fieri aliquē diuitem, putat inuidus, se pauperem factum. *hom.* 34. *in Matth.*

Assumptum vnicum.

Inuidus plus dolet, dum alienum aspicit bonum, quàm dum proprium sustinet malum.

DOMINICA IN SEXAgesima. *Luc.* 8.

Concio prima per commentaria.

Exijt, qui seminat, &c.

Simul

DOMINICA IN SEXAgesima. *Luc.8.*

Concio secunda per aßumpta.

De prima terra ad illud. Venit diabolus, &c.

Haymon. Vt nullo modo fructum bonæ operationis ferre valeat.

Aßumptum primum.

Fides ad salutem, non solùm tenenda corde, sed per verbum manifestanda ore.

De secunda terra ad illud. Ad tempus credunt, &c.

Beda. Ne ad id, quod probant, perueniāt, huius vitæ eos, vel aduersa terrendo, vel prospera blandiendo retardant. *ibi.*

Assumptum secundum.

Constans, & in prosperis; & in aduersis persistit.

De tertia terra ad illud. Hi sunt, &c.

Eusebius. Videte, ne sitis terra spinosa, quę quamuis semen recipiat, conseruare nō valet.

Assumptum tertium.

Sæculi bona sunt impedimenta salutis.

De quarta terra ad illud. Quod autē terram bonam, &c.

Assumptum quartum.

Verbum Dei audiendum, memoria retinendum, opere implendum.

DOMINICA IN QVINquagesima. *Luc.* 18.

Concio prima per commentaria.

Assumpsit Iesus, &c.

DOMINICA IN QVINquagesima. *Luc.* 18.

Concio secunda per assumpta.

Fides tuā te saluum fecit.

Raymon. Fides tua te illuminauit.

Assumptum vnicum.

De liberalitate diuina.

QVADRAGESIMA.

DE FERIA QVARTA Cinerum. *Matth. 6.*

Concio prima per commentaria.

DE FERIA QVARTA Cinerum. *Genes. 3.*

Concio secunda per assumpta.

Memento homo quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Gen. 3.

Assumptum triplex.

Memoria mortis, tria in homine, paruo mundo, vitia capitalia premit.

Libidinem reprimit.

Auaritiam comprimit.

 Super-

Iniu-

Iniuriam conferens regio indignus honore, ferens dignus. 993. *Iniuriam ferens non humanus ostenditur esse, sed diuinus.* 1346. *Diuinum habet cor, qui se vlciscenti potiùs, quàm exprobrãti succedere existimat.* 1357. *Benedictione honoris diuini, non maledictione opprobrij humani afficitur, qui iniuriam parcit.* 1358. *Inimico qui parcit, titulo diuinæ filiationis, imò & diuinæ paternitatis honoratur.* 2353. 2354. 2355. *Diuini honoris æqualitatem vendicat ille, qui inimico propter Deum parcit, vt ille, qui propter Deum filio non parcit.* 2354. 2356.

Vltus, non inultus.

Vlciscitur enim Deus iniuriam illius, qui pro inimicis non vindictam, sed veniam petit. 75. 1261. *Non solet Deus iustum de iniusto vendicare, nisi postquam videt iustum à petitione vindictæ cessare.* 1264. *Curam vindictæ non non se vindicantis, vendicat sibi Deus.* 1045. *Iniuriam non se vindicantis per creaturas vlciscitur Deus.* 2685. 2699. *Pauper iniuriam passus de inferente diuite, à Domino vindicatur.* 2895. *Vindicem pro se Deum constituit, qui se non vindicat.* 1370.

DOMINICA PRIMA Quadragesi. Mat. 4.

Concio prima per commentaria.

Ductus est Iesus. *Quid mirum, si ab Spiritu diuino Dei Filius ductus dicatur, iam olim ab homine duci, vt hominem duceret dignabatur.* 1565. In desertum. *In quo Deum se esse indicaret. Est enim Deus ipse solitarius.* 1535. Vt tentaretur. *Non vt tẽtationem quæreret, sed vt ferret: tentatio enim non quærenda, sed ferenda.* 427. A Diabolo. *Per veram, non per fictam tentationem. Dæmon namq; verè, Deus fictè tentat.* 1742. Et cùm ieiunasset. *Veri ieiunij pœna, falsi ieiunij soluitur culpa, nam ieiunij veri supplicium ficti ieiunij delet reatum.* 2987. Postea esurijt. *Esurit, sed desertum non deserit, cùm fames à solitudine solitarium possit extrahere.* 1897.

Accedens tentator. *Iure hoc sibi cognomen vendicat, qui ad culpam, non ad pœnam tentat.* 1744. Dic, vt lapides. *Non petit vt lapides in homines transformet, quod esset diuinitatis euidens argumentum. Celabat potiùs homines in lapides per perfidiam, quàm per fidem lapides in homines commutari.* 2452. Qui respondens dixit. *Dixit non id, quod tentator dicere imperabat. Non enim lapides in panes, nec in homines mutandi erant per miraculum, sed per mysterium.* 1776. 1777. Non in solo pane, &c. *Non solùm in se pane vno viuit Christus homo, sed in verbo latet in pane Deus. Est enim Christus panis coctus igne amoris, absconditus sub cinere humanitatis.* 2566. Tunc assumpsit. *Quando Spiritus diuinus à ciuitate Christum in desertum deducebat, spiritus malignus eum à deserto in ciuitatem abducebat. Eodem namque tẽpore, quo ille ad bonum: hic ad malum mouet.* 383.

Statuit, &c. *Stabat vt statua triumphalis, quæ contra tyrannum, illius triumphum ostendebat.* 509. Mitte te, &c. *Vitium temeritatis humanæ, testimonio authoritatis diuinæ palliabat.* 1003. Angelis suis. *Non se offert vt Christum in descensu ferat, quem in escensu tulerat. Adeò indignum est deijcere, quem leuaueris: impudentior dæmone est, qui honorem cõfert, vt auferat.* 2981. Non tentabis. *Dum tentat, qui nihil humanæ prudentiæ, sed totum diuinæ committit prouidentiæ.* 2012.

Iterùm assumpsit. *Semel victor, iterùm assumitur ad certamẽ, ne sit semel victor securus, quasi non iterùm ab hoste petendus, sed ad alia certamina præparetur.* 3050. 3051. Et ostendit. *Mundi regna omnia in specie quadam Christo ostendit, quæ vno, eodemque momento apparuit, & disparuit. Præterit enim breuiter mundi figura, quæ nihil veritatis habet.* 1941. Vade Sathana. Retrò. *Addit D. Lucas, Aptè. Mundi namque contemptor omnia mũdi bona post terga reponit, quæ mundi amator in oculis seruat.* 1670. 1918. Si cadens adoraueris. *Adoratio dæmonis casus est.* 392. Tunc reliquit, &c. *Ad mensam Angelorũ olim homo non sedebat, sed ministrabat, at postea ad mensam hominis non sedent Angeli, sed ministrant.* 2599.

DOMINICA PRIMA Quadragesim. *Mat. 4.*

Concio secunda per assumpta.

Accedens tentator.

D. Greg. Mag. Tanta arte se palliat, vt culpas virtutes fingat.

Assumptum triplex.

Palliat tentator vitia sub speciebus virtutum respicientium subiectũ tentatum, proximum, Deum.

Sub speciebus virtutum respiciẽtium subiectum tentatum.

In prima tentatione sub specie charitatis obligantis ad sustentandam vitam per cibum, gulam palliabat.

Sub specie castitatis matrimonialis adulterium in Abimalech & Harode dæmon palliabat. 1613. 1003. Sub iudicis obligatione summam iniustitiam in Absalone occultabat. 2651. 1177. Sub propria defensione offensionem alterius colorabat rex gerere.

Sub speciebus virtutum respicientium proximum.

In secunda tentatione sub specie zeli de bono communi salutis illorum, qui videntes illud miraculum in illum crederent, ostentationem vanam colorabat.

Sic sub specie humanitatis, inhumanitas. 455. Sub specie pietatis humanæ, impietas. 1216. Sub charitate erga populum, regnandi cupiditas. 1129. 2751. 2798. Sub gratitudine, odium. 3029. 3128. Sub iustitia, malevolentia. 3081.

Sub speciebus virtutum respicientium Deum.

In tertia tentatione sub specie latriæ idololatriã occultabat.

Sic sub diuina pietate, impietas. 455. Sub zelo religionis, conspiratio. 1290. Sub obediẽtia Deo debita, rebellio. 1452. 1512. Sub conformitate cum diuina voluntate, defectio, & ira. 1510. 1512. Sub pietate diuina, coniuratio. 2655.

DE FERIA QVARTA post Dom. 1. Quadragel. *Matth. 21.*

Concio prima per commentaria.

Magister volumus. *Non eloquium, sed miraculum à magistro petebant. Debet vtique magister magis opere, quàm sermone docere. 96.* Volumus à te signum. *Dum miraculum exposcebant infidelitatem propalabant, neque enim fides eget miraculo. 2367.* Signũ quærit. *Signum quærentes increpat, & tamen signum præbet, iure increpabat quos tot signorum exhibitio minimè emendabat. Pessimus namq́ est, qui miraculis non corrigitur. 3006. 3094. 3095.* Sicut enim fuit. *Ionas non verè post tres dies surrexit è ventre ceti; Iesus verè è corde resurrexit terræ. Vera namq́ post tres dies resurrectio Christo seruabatur. 2163.* Viri Niniuitæ. *Sicut enim in vita virtus iusti vitium iniusti damnat, sic post mortem pœnitentiæ conuersi, impœnitentiam obstinati condemnabit. 624.* Pœnitentiam egerunt. *Hanc enim Dominus exigebat minis à Iona factis. 1834.* Et ecce plusquam. *Dolet quòd ad illius prædicationem non conuertantur, desiderabat namq́ qui erat animarum creator per creationem, fieri per prædicationem. 2500.*

Regina Austri, &c. *Fœminis fœminam in exemplum proponit. Vt enim viri virum, sic fœminæ fœminam in virtute imitari deberent. 1805.* Condemnabit eam. *Est enim fides vnius credentis multorum pœna incredulorum. 2117.* Cùm autem immundus. *Ab homine iusto sola specie virtutis attonitus dæmon recedit. 2200.* Reuertar, &c. *Non intraret si in ea Christus permaneret. Non enim ingreditur nisi quando egreditur Christus. 2702.* Assumit secum. *Socios namq́ ad malũ quærit malus, ne videatur solus esse peruersus. 1277. 1285.* Ecce mater. *Mater namq́ filij absentiã ferre non valet. 2777.* Et fratres. *Homines enim vt fratres amabat, qui vt frater ab hominibus amari debebat. 1875.* Quicũque. *Qui Deo parentes postponendos prædicabat, illos Deo postponebat, sic id quod ore, opere edocebat; neq́ enim doctor potest docere id, quod non ipse facit. 1912.*

DE FERIA QVARTA post Dom. 1. Quadrag. *Mat. 21.*

Concio

Concio secunda per assumpta.

Quicunque, &c.

Auctor Glossae. Non recusat obsequia matris, sed praefert ministeria Patris: fratres non contemnit, sed opus spirituale praefert, vt & nos carni spiritum praeferamus.

Assumptum duplex.

Spiritualia carnalibus praeferenda, aeternis temporalia posponenda.

Spiritualia carnalibus prefereda.

Spiritualia in capite ferat homo, vt suspicienda; carnalia ad pedes, vt despicienda. 2. *Animae prudentiam pulchritudini corporis femina praeferat.* 986. *Caput vituli non hominis habet ille, qui Deum omnium caput non iudicat vituli capiti praeferendum.* 93. *Deus ipse vocabulum sanctitatis anteferendum, ostendit nomini regiae maiestatis.* 296. *Mortalium rerum desiderium cedat amori caelesti.* 1528. *Caecus est qui spiritualia non iudicat carnalibus anteferenda.* 1547. *Haereditas carnalis relinquatur, vt spiritualis possideatur* 1660. *Animae prius asylum, quàm corporis refugium praparetur.* 1674. *Custodia diuini praecepti custodiae tori ab obediente praefertur.* 1678. *Diuitias spirituales carnalibus anteferat, qui verè diues esse desiderat.* 1700. 1944. 2060. 2109. *Spiritualia bona corporalibus antepoenda.* 1866. *Caelestia praeferantur terrenis.* 1867.

Aeternis temporalia postponenda.

Aeterna, non temporalia desideranda. 2698. *Regnum temporale caelesti regno rex malus anteferτ.* 2986. 2989. *Aeterna speret, qui noluerit temporalia.* 2700. *Praeferenda aeterna incerta pro temporalibus certis.* 1856. *Gloriā vanam quis non postponat aeternae?* 1860. *Spes aeternorum possessione praesentium praeferatur.* 1863. *Futura aeterna temporalibus praesentibus anteferenda.* 1940. *Instabilia stabilibus nemo praefert.* 1941. *Fides praeert temporalibus super aeterna.* 2088. 2089. *Incerta aeterna certis temporalibus debent excellere.* 2090.

DE FERIA SEXTA post Dom. 1. Quadrag. *Ioan.* 5.

Concio prima per commentaria.

Ascendit Iesus. *Ascendebat cum suis in terrā in caelestem postea ascensurus.* 2548. Iacebat multitudo, &c. *Iacebant aegroti quasi mortui; iure quidem aegrotus enim potiùs mortuus, quàm viuus putatur.* 2630. Angelus autē. *Angelus hic Angelum testamenti significabat, qui per aquam baptismi sanandos homines praemonstrabat.* 357. 358. A quacunque detinebatur. *Neque enim multitudo aegritudinum experientiam diuini medici superabat.* 612. Erat autem ibi homo. *Cui magnum Christus dedit honorem, dum, vt homo homini loquutus magnum praestitit fauorē.* 2007. Hunc autem. *Solet enim diuinus oculus afflictos videre, vt liberet.* 2349. 2350. 2351. Vis sanus fieri? *Humanam Dei voluntatem forsan hic aegrotus implebat, cuius proinde humanam voluntatem Dominus implere volebat.* 3018. Hominem non habeo. *Ideo ergo Deum habuit, qui illum sanaret. Quando enim abest auxilium humanum, adest diuinum.* 2715. Surge. *Sic iacentem culpa mortuum excitabat, qui omnes è quatuor mūdi partibus suscitabit.* 2722.

Et statim sanus. *Solet namque Deus ad benefaciēdum festinare.* 3045. 3046. 1954. Et sustulit, &c. *Festinus grabati baiulator effectus.* 1088. Ambulabat. *In homine vtpotè qui deinceps bene viuebat.* 2611. Sabbatum est non licet. *Ingrato non sentit pondus laboris, qui sentit in peccato pondus doloris.* 2721. Qui me sanum. *Praeceptum etiam queadmodū seruaui, ideò sicut ille iussit, videtis me grabatū tollere, & ambulare.* 1534. Quis est ille. *Non quaerunt quis sanauerit, sed quis grabatum tollere imperauerit. Volebat accusationis, non laudationis materiam. Fit tamen accusatio contra intentionem malorum accusati laudatio.* 400. Iesus autem. *Ne praesens laudaretur, laudatio enim conuenientiùs fit in absentia commendati.* 207. Inuenit eū, &c. *Gratus in templo gratias pro sanitate à nemine doctus referebat. Ipsa conscientia gratias Deo docet agendas.* 627. Iam noli peccare. *Hinc patet aliquando causam esse infirmitatis peccatum.* 807. 1070.

DE

DOMINICA SECVNDA Quadragef. *Mat.* 17.

Concio

Concio secunda per assumpta.

Transfiguratus est ante eos.

Eusebius loquendo de cœlesti gloria. Nihil ibi est in figura, omnia in veritate. Vnde Apostolus ait: Videmus nunc per speculum in ænigmate.

Assumptum vnicum.

Ænigma gloriæ.

Cuius figuras ex omnibus substātijs Christianus intelliget.

Ex substantia corruptibili.

Ex substantia incorruptibili.

Ex substantia vegetatiua.

Ex substantia sensitiua.

Ex substantia humana.

Ex substantia Angelica.

Ex substantia diuina.

DE FERIA QVARTA post Dom. 2. Quadrag. *Matth.* 20.

Concio prima per commentaria.

DE FERIA QVARTA post Dom. 2. Quadrag. *Matth.* 20.

Concio secunda per assumpta.

Possumus.

Rabanus. Delectabat eos culmen honoris, sed priùs debebant exercere viam laboris.

Assumptum vnicum.

Qui cupit honorem, non recuset laborẽ.

DE FERIA SEXTA post Dom. 2. Quadrag. *Matth.* 21.

Concio prima per commentaria.

Homo

DE FERIA SEXTA post Dom. 2. Quadrag.

Matthæi 21.

Concio secunda per assumpta.

Verebūtur forsitan filium meum.

D. Chrysostomus. Quæ debuissent fieri enarrans, verecundari enim procul dubio debuissent.

Assumptum duplex.

Verecūdia crimen præteritum damnat, futurum declinat.

Verecundia crimen præteritum dānat.

Verecundia futurum crimen declinat.

DOMI.

DOMINICA TERTIA Quadragef. *Luc.* 11.

Concio prima per commentaria.

DOMINICA TERTIA Quadrag. *Luc.* 11.

Concio secunda per assumpta.

Et illud erat mutum.

Assumptum duplex.

De confessione accusatoria sui.

De confessione laudatoria Dei.

DE FERIA QVARTA poſt Dom. 3. Quadrageſ. Math. 18.

Concio prima per commentaria.

DE FERIA QVARTA poſt Dom. 3. Quadrag. Matth. 18.

Concio ſecunda per aſſumpta.

Populus hic labijs me honorat, cor autem illorum longè eſt à me.

Gloſſ. in Catena. Commendando exteriorẽ munditiam, ore eum honorabant, ſed dum interiori, quæ vera munditia eſt, carebant, cor eorum longè à Deo erat.

Aſſumptum.

Non ſolùm in exterioribus, ſed ſimul in interioribus

DE FERIA SEXTA post Dom. 3. Quadrag.
Ioan. 4.

Concio prima per commentaria.

tibus. 1600. 1601. Mirabantur, quòd cum muliere loquebatur. *Solus cum sola, nec Angelus loquitur, imò nec de fœmina loquitur.* 1788. Nemo tamen, &c. *Sciebant adeò puram, vt neque ad puniendos impuros in illos inspectaret.* 2568.

Reliquit hydriam. *Quasi sua reuersionis pignus. Quam Christus reuocaret, in qua quasi in curru salutis Samaritanorum equitaret.* 1298. Ego cibum habeo. *Cibos à discipulis oblatos respuebat; offerendos à Samaritana sperabat, nempe Samaritanos, quos oblatos à dilecta minimè fastidiret.* 1098. Qui metit, mercedem accipit. *Merces est laboris solatiũ.* 1948. Alij laborauerunt, &c. *Et mercedem in vita præsenti non receperunt. Est enim merces laboris præsentis in vita futura.* 1962. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt. *Samaritanorum fides pœna est non credentium Iudæorum.* 2117. Rogauerũt eum, vt ibi maneret. *Vt non iam in alijs hospitibus illum, sed in se ipso hospitem recipere possent.* 2136. Et mansit ibi duos dies. *Vt desiderio illorum satisfaceret, hospitium accipere voluit.* 2524. Et multò plures, &c. *Possent hi consona virtute fideles, fidei trophæum erigerẽ triumphale.* 1694. Hic verè est Saluator mundi. *Sic Deum, quem non videbant in Christo, credebant; Dei enim proprium saluare est.* 2358. 2374.

DE FERIA SEXTA post Dom. 3. Quadrag. *Ioan.* 4.

Concio secunda per assumpta.

Benedixisti, quia non habeo virum, &c. Hoc verè dixisti.

Assumptum duplex.

Laus sit sine adulatione. Reprehensio sine offensione.

Laus sit sine adulatione.

Qui adulando hominem laudat, vt idololatra hominem adorat. 664. *Mendax reputatur, qui alijs in laudibus adulatur.* 2857. *Adulatores vanı laudatores, quibus laudibus Christus nequit delectari.* 2420. *Laudans adulator laude à se data sibi laudem indignè mercatur.* 2750. *Qui vituperantes expellit monitores, & laudantes admittit adulatores, cæcus mente est.* 1547. *Laudatoris adulantis apparentiam etiã Dei seruus declinat.* 377.

Reprehensio sit sine offensione.

Sit secreta, ne reprehensus turba vilescat. 278. *In publico non fiat, ne reprehensus confundatur, quin corrigatur.* 1461. *Secretò fiat, ne audientes scandalum patiantur.* 278. 2071. *Aspera non sit.* 2017. *Lenis sit.* 2071. *Mitis, non dura sit.* 3212. *Fiat in parabola, quasi de aliena persona.* 2930. 3057. *Sit breuis.* 559.

DOMINICA QVARTA Quadragesim. *Ioan.* 6.

Concio prima per commentaria.

Abijt Iesus trans mare, &c. *Trans mare abibat, quia mundani maris bona transitoria despiciebat.* 1925. 1670. Et sequebatur eum, &c. *Vnus olim, sed in lege gratiæ, multitudo gratiam inuenit, vt sequatur Deum.* 1769. Quia videbat, &c. *Similia sibi à Domino concedenda beneficia sperabat, & hæc spes laborẽ insequendo facilitabat.* 1663. Subijt ergo in montem. *Posset hic mons monumentum victoriæ appellari, in quo vt olim diuinus amor de humano, diuina de humana prouidentia triumpharet.* 2057. Et ibi sedebat cum discipulis suis. *A quibus debebat honorari, & remunerari.* 2504. Erat autem dies festus. *In quo discipuli quasi Dei pueri festiuos cum Deo ludos agerent.* 1000. Cùm subleuasset ergo, &c. *Subleuauit misericordiæ oculos, vt afflictos à miseria eleuaret.* 2339. 2340. 2350. 2351. Vnde ememus panes. *Nõ vnde panes raperet, sed vnde emeret inquirebat; nõ enim vt rex auarꝰ cripere alienos*

DOMINICA QVARTA Quadragesim.

Ioan. 6.

Concio secunda per assumpta.

Assumptum duplex.

De honoris despicientia, & appetentia.

De honoris despicientia.

De honoris appetentia.

DE FERIA QVARTA post Dom. 4. Quadrag.

Ioan. 9.

Concio

Concio prima per commentaria.

Vidit hominem, &c. *videre Dei subuenire est: visus magnitudo beneficij est.* 2351. Cæcum. *Dignum, qui videret futura, quia præsentia non videbat.* 1712. Quis peccauit. *Parentum namque peccata aliquando punit Deus chari filij infirmitate.* 739. Vt manifestetur opera Dei in illo. *Qui dum innocens à culpa dicitur, à pœna cæcitatis liberatur, est enim opus Dei innocentes liberare.* 457. Me oportet operari, &c. *Debet namque filius patrem imitari.* 259. Lux sum mundi. *Sol Christus diem facit amantibus præsens, absens noctem efficit inuidentibus.* 2255.

Fecit lutum, &c. *vt cæcus Christum Deum videns se lutum ex puluere reputaret.* 2250. 2251. Missus. Abijt, &c. & venit videns. *Cæcus obediens Christo à se non viso, videt illum, possetque piscinam statuere cæcæ obedientiæ monumentum.* 1892. Quia mēdicus erat. *Si affectu mendicus esset, non mēdicaret, vt nulla re se egere indicaret.* 2868. Ego sum. *Pauper non confunditur appellari, quid mirum cùm ipse Deus sine confusione pauper voluit nominari.* 2379. Ille homo, qui dicitur Iesus. *Hominem verum Iesum esse fatetur contra negantes Christo humanitatem, propter indignitatem, cùm indignum non sit Deo, quod est saluti hominum necessarium.* 1587. Vbi est ille? ait, nescio. *Adhuc vanus, vanus namque est, qui Deum nescit.* 1719.

Non est hic homo à Deo. *Dei namque legem frangens Deū suū dicere, quasi à Deo esset, non posset.* 1968. Quomodò potest homo, &c. *Est enim peccator opifex criminum, non miraculorum.* 3094. Propheta est. *Hoc est, videns. Aptè pro visu sibi concesso videntem Dominum esse dicebat, sic gratiam similem pro gratia referebat.* 1565. Non crediderunt ergo Iudæi. *Quid mirum increduli, nec hominibus humanam, nec Deo diuinam fidem adhibebant, iure temporali, & æterno igne cremandi.* 1404. Vocauerunt parentes eius. *Dum parentes vocabant plures pro fide contra suam perfidiam testes conuocabant.* 393. Iam enim conspirauerant. *Iure eorum quilibet indignus vita iudicandus. Qui enim contra legitimum Regem conspirator extitit, ne iterùm conspiret, expiret.* 865. Da gloriam Deo. *Ostende te bonum Dei seruum, non fingas miraculum: est enim gloria Dei bonum habere seruum.* 1990.

Hic homo peccator est. *Cuius proindè apud Deum oratio nihil valeret ad restituendos oculos, sola enim iusti oratio apud Deum valet.* 180. Si peccator est, nescio, &c. *Et infra.* Scimus, quia peccatores Deus non audit, &c. *Sic Christi calumniam refutabat cæcus, & Christi sanctitatem ostendebat, dum illius orationem à Deo auditam demonstrabat.* 1086. Maledixerunt ei. *A Deo iure maledicendi, qui enim bono maledicebant, maledictionem diuinam merebant.* 1532. Tu discipulus eius, &c. *Sic nescientes cæcum doctorem multis futurum præsignificabant; est enim Dei discipulus hominum doctor.* 1891. 1965. Moysi discipuli sumus. *Vndè absentis magistri, deposito metu, vt pueruli surrexerunt ludere.* 131.

Si quis cultor est Dei, hunc exaudit. *Audit Deus cultorem auxilium illius inuocantem, & adiuuat pugnantem.* 780. Nisi esset hic à Deo, non posset facere quidquam boni. *Potestas namque ad bonum est propria Dei, sicut ad malum est propria hominis.* 504. In peccatis natus es, & tu doces nos, &c. *Doctor virtutis odiosus est malis.* 616. Audiuit Iesus, &c. *Ab hominibus eiectus, inuenitur à Deo. Amicus namque Dei est, qui homines non habet amicos.* 1245. Tu credis in Filium Dei? *Fidem à cæco quærebat, vt illius fides de perfidia Iudæorum triumpharet.* 427. 1691. 2115. Et vidisti eum. *Vt beneficio visionis receptæ illum ad fidem traheret. Beneficio namque obligatus, & Dei oblitus, fidem non habet, & idololatra est.* 10. Et ille ait, credo, Domine. *Ore aperit, quod corde tenet, est enim fides manifestanda ore.* 787. Et procidens adorauit. *Beneficij pondere stare non valuit.* 1972.

DE FERIA QVARTA post Dom. 4. Quadrag. *Ioan. 9.*

Concio secunda per assumpta.

Ego sum.

D. August. Vox grata, ne damnetur ingrata.

Aſſumptum duplex.

Gratitudo commendatur; ingratitudo damnatur.

Gratitudo commendatur.

Ingratitudo damnatur.

DE FERIA SEXTA
poſt Dom. 4. Quadrag.
Ioan. 11.

Concio prima per commentaria.

Ceci-

Cecidit ad pedes eius. *Vt sic eum flecteret, & placaret, sicut olim Abigail Dauidem.* 946. Domine, si fuisses hic, &c. *Praesentia namque Christi, & vitam corporis, & animi condonaret.* 1722. Vt vidit eam plorantem, &c. *Nihil mirum, si ad lacrymas afflictorum Dominus turbatus ostenditur. Sunt enim lacrymae globi ex tormentis ab afflictis in Deum explosi.* 1223.

Et lacrymatus est Iesus. *Lacrymans, chori lacrymantium magister affectus, ostendebat maerorem, & amorem.* 2698. Non poterat hic, &c. *Dubitabant hi de Christi potentia, & afflicti de diuina erga ipsos beneuolentia; vtramque demonstrauit, dum Lazarum suscitauit.* 409. Venit ad monumentum. *Ad sepulchrum quasi ad spectaculum multitudo conuenit, ibique semper fleret, nisi Lazarum suscitatum videret.* 310. Tollite lapidem. *Vult enim Dominus vt manus humana diuinae manui adiungatur, vt operatio etiam miraculosa, non solùm diuinae prouidentiae, sed etiam humanae industriae tribuatur.* 3020. Pater, gratias ago. *Gratiarum obsequio praesenti, beneficium futurum persoluebat.* 2268. Voce magna clamauit, Lazare, &c. *Et vt quatriduanum suscitaret, clamauit, qui è quatuor mundi partibus clamãdo mortuos omnes excitabit.* 2731. 2732. Et statim prodijt, &c. *Ex sepulchro, quasi ex lacu, poenitentiae funibus extractus.* 318. Soluite eum, & finite abire. *Vinculis ligatus peccator traditur hostibus, ab amicis soluitur, dum absoluitur.* 801. Multi, &c. *Horum fides, de praesidia incredulorum triumphauit.* 1691.

DE FERIA SEXTA post Dom. 4. Quadrag. Ioan. 11.

Concio secunda per assumpta.

Lazarus amicus noster.

Lazarus, & Dei, & hominum amicus indicatur, cùm á Christo, & sibi, & discipulis amicus appellatur.

Assumptum duplex.

De amicitia diuina, & humana.

De amicitia diuina.

Amicus Dei.

Primus fuit Abel. 667. *A Deo eligitur sibi futurus testis.* 668. *Qui ex diuite pauper fit.* 1616. *Obtinet quidquid à Deo pro alio petit.* 1073. *Amicus a nobis acquirendus.* 1114. *Fit per intercessionem sanctorum.* 1466. *Cum quo Deus certat officijs.* 1572. *Peccator, dum fit paenitens.* 667. *Contemptor mundi.* 1616. *Cui Deus beneuolè loquitur, & quem manu leuat.* 2554. *Inuitatur à Deo ad spectaculum paenitentiae.* 2852. *Est malo inuidiae.* 185.

Felix, qui pro Deo amico commutat amicos homines. 1623. *Non superbiat, sed sit humilis, & modestus.* 1627. *Qui fidem habet.* 1627. 1631. *Parentes, & patriam deserens iussu Dei.* 1655. *Obediens.* 1665. 2446. *Ab omnibus benedicitur.* 1810. *Tentatur, vt coronetur.* 1836. *Cui Deus secreta reuelat.* 2006. 2474. 2531 *Qui illi filium offert.* 2150. 2165. *Qui habet idem velle, & idem nolle.* 2164. *Peregrinus.* 2242. *Inimicus mundi.* 2446. *Pater, qui filios docet seruare legẽ Dei.* 2474. *Tentatus.* 2489. 2492.

De amicitia humana.

Amicus hominis.

Amicus amico aedificium dedicat. 1890. *Ab amico difficilè separatur.* 1922. *Amico non conferat gratis honorem.* 2593. 2594. *Fidelis infidelium, vt eos conuertat ad fidem.* 2551. *Amicum difficilè deserit.* 1524. *Amico praebet hospitium.* 2313. *Amicus inuidus esse non potest.* 1245. *Vnus est instar exercitus.* 1009. *Amico prabet pignus amoris.* 2438. *Pro amicis orat.* 3.7.11.

Amicum liberat à damno. 324. *Pro amico decertat.* 2956. *Amicus patris, filium eius diligit.* 836. 1118. *Est collegium amicorum.* 1009. *Potens acquirendus.* 2582. *Potens reconciliandus.* 1105. 1107.

Alibi agendum de amicitia Dei erga homines, & de amicitia Regis erga suos.

DOMINICA QVINTA Quadragesim. Ioan. 8.

Concio prima per commentaria.

DOMINICA QVINTA Quadrag. Ioan. 8.

Concio secunda per assumpta.

Assumptum triplex.

De inculpabilitate: de nobilitate: de veritate.

Culpam non nisi inculpatus arguere potest.

Nobilitas non à maioribus, sed à moribus.

2255. *Vtilitas nobilitatis est imitatio bonitatis.* 2454. *Obscurus fit cupiditate, qui clarus est nobilitate.* 3192. 3210. *Regula nobilitatis est, qui non tam humano sanguine, quā diuino cultu nobilitatur.* 1583. *Profugus nobilissimus, si Dei est amicus.* 1582. *Prerogatiuam generis morum magis similitudo vendicat, quàm ordo maiorum.* 1778. *De praclara iustitia parentū non confidāt, qui squallent vitiositatis incuria.* 2070.

Veritas æstimanda.

Veritati summus Pontifex pectus consecrabat. Tanti veritatem pendebat. 152. 153. *Veritatem pluris ducit iustus, quàm vitam.* 2016. 1074. 2144. *Sine veritate, nec nobilitatis fama, nec sanctitatis gloria stare potest.* 1126. *In primatibus veritatis denegatio est, in regem acclamatum rebellatio.* 1226. *Decus patris sui bona filia pluris duxit veritatem, quàm propriam vitam.* 1762. *Angelus bonus mentitiri non potest, sed malus.* 2951. 2952. *Deus veritatis est doctor.* 996. *Vide verba, Veritas, & Mendacium.*

DE FERIA QVARTA post Dom. 5. Quadrages. *Ioan.* 10.

Concio prima per commentaria.

Facta sunt encænia in Hierosolymis. *Nil mirum, quòd Christus festiuitatis diebus præsēs adesset, vt sit homines cum Deo dies festos agerent, cum quibus esse, delicias reputabat.* 1000 1001. 1002. Et ambulabat Iesus. *In templo coram Deo ambulabat, quem amabat.* 2519. Quousq; animā nostrā tollis? *Non animas, sed animarū culpas tollebat, quas super se ferebat.* 283. Loquor vobis, &c. *Doctrinam operibus confirmabat; opus enim facit, vt vox operantis audiatur.* 120. Sed vos non creditis, &c. *Oues suas gentiles appellabat, ad quos fidei hæreditas erat transferenda.* 1776. Oues meas vocem meam, &c. *Auditur enim vox Christi ab illis, quibus ille à Patre salutem precatur.* 619. Et ego vitam æternam do eis. *Dum enim Christum sequebātur, viuebant, solùm enim in præsentia Christi vita est.* 1722. Non rapiet eos quisquam, &c. *Manu enim tenebat, quam super humerum ferebat.* 145. 147. Nemo potest rapere de manu, &c. *Manus est diuina, manu hominis non offenditur.* 217. Sustulerunt ergò lapides, &c. *Lapides Christus ferebat, vt eos in homines transformaret.* 258. Propter quod eorum opus me lapidatis? *Apertam lapidationis pœnam ferebat patiens, sed innocens culpam tali pœna dignam denegabat. Est enim minis pœnam pati, quàm mereri.* 887. 920. 947. De bono opere non lapidamus te. *Lapidatus fit innocens, manebat ex lapidibus coronatus.* 2958.

Homo cùm sis, facis te ipsum Deum. *Certè patiens tunc Christus se Deum esse demonstrabat, est enim patientia Deitatis insigne.* 976. Ego dixi dij estis, &c. *Quilibet namq; propheta Dei vocabulum vendicabat.* 1711. Quē Pater sanctificauit. *Dum manifestabat sanctitatem, probabat Deitatem, qui enim perfectè sanctus est, Deus est.* 62. Si non facio opera patris mei, &c. *Debet filius patrem in operibus imitari.* 259. 809. In me est Pater. *Est etiam humanus filius imago patris, in quo pater reuiuit.* 743.

DE FERIA QVARTA post Dom. 5. Quadrag. *Ioan.* 10.

Concio secunda per assumpta.

Multa bona opera, &c.

Theophilatus. Ostendens quòd nullam iustā habebant occasionem furendi aduersùs eum.

Assumptum vnicum.

Vitij cuiuslibet non solùm essentia, sed etiam sola apparentia declinanda est.

Publicus minister furti apparentiam de bonis à populo apud ipsum positis declinet. 301. *Gloriæ inanis apparentiam martyres declinare student.* 414. *Iactantiæ speciem de legatione diuina sibi commissa, Dei seruus euitat.* 558. *Mēdacij*

DE FERIA SEXTA post Dom. 5. Quadrag. *Ioan. 11.*

Concio prima per commentaria.

DE FERIA SEXTA post Dom. 5. Quadrag. *Ioan. 11.*

Concio secunda per assumpta.

Quid facimus, &c.

D. August. Plus enim perditi homines cogitabant, quomodò nocerent, & perderent, quàm quomodò sibi consulerẽt, ne perirent.

Assumptum vnicum.

Inuidos plus alienum bonum, quàm proprium torquet malum.

DOMINICA SEXTA Palmarum. *Matth.* 21.

Concio prima per commentaria.

Surgit

DE FERIA QVINTA in Cœna Domini. *Ioan.* 13.

Concio secunda per assumpta.

In finẽm dilẽxit eos.

D. P. Chrysol. Quia te diligit habitus suscipit, formas variat, commutat officia.

Assumptum vnicum.

Christus amans, personatur.

DE PASSIONE DOMINI. Matth. 26. & 27.

Concio prima per commentaria.

DE PASSIONE DOMINI.

Concio secunda per assumpta. Super illud Pauli.

Recogitate eum, qui talẽ sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem.
Ad Hebr. 12.

D. Chrysost. Omnia contradictionis nomine monstrauit.

Assumptum vnicum.

Qui Domini considerauerit passionem, inueniet in omnibus, quæ Christus passus est, contradictionem.

gu-

guram Samsonis, qui spontè se à Philistiis, & ligari, & capi permisit. Contradictio 6. Vultus diuinus, colaphizatus iuxta illud: Dedit alapam Iesu. *Figura Christi propheta Michaeas, cui alapam dedit Sedecias. 3. Reg. 22. Iosephus.* Vt ostenderet ipsum non esse verum prophetam, dicitq; si esset propheta, aruisset statim manus mea, sicut Ieroboam. *3. Reg. 13. n. 3002. De qua manu sic D. Chrysost.* Aruit manus, & fierit trophęum.

Contradictio 7. Qui in Christo confessus fuerat etiam diuinitatem, negat etiam humanitatem, iuxta illud. Non noui hominem. *Petri Figura. Aaron dum idolum fabricauit Deum quodammodò negauit. Sed negat homo Deum, Deus tamen hominem non negauit. Ideò,* Respexit Dominus Petrum, & fleuit amarè. *num. 21. Contradictio 8. Velatos videtur habere oculos, cuncta videns. Ad illud.* Velauerunt eum. *n. 34. Figura Christi Moyses velamen habens super vultũ propter splendores, & ex tactu diuinae manus, vt opinatur Rabbi Salomon, in vultu Christi ex manibus percutientium maculae multae forent. Contradictio 9. Poenitens condemnatus, & traditor carnifex sui ipsius factus. Figura Iudae fuit Achitophel. Caieta.* Ipse fuimet carnifex fuit, auctor tam prauatorum consiliorũ.

Contradictio 10. Sapientia reputatur amentia, ad illud: Illusit indutũ veste alba. *Figura Christi Dauid, qui apud regem Achis amens reputatur. 1. Reg. 21. D. Hieronymus* Ipse Dominus non habens peccatum, simulationem peccatricis carnis assumpsit, &c.

Contradictio 11. Regia flagellatur maiestas, ad illud: Flagellatum tradidit eis. *Figura Christi rex Iob, qui dicebat.* Saltem nunc intelligite, quia Deus non aequo iudicio flagellis suis me cinxit. *cap. 19. Lyra.* Christus loquitur, quòd non affligit me pro peccatis proprijs. *Contradictio 12. Rex diademate non gemmarum, sed spinarum coronatus. Ad illud.* Plectentes coronam de spinis. *Figura Christi Ionas, dicens:* Pelagus operuit caput meum. *Heb.* Iuncus circunligatus est capiti meo. *P. Salmeron.* Adumbrata est haec corona in Iona propheta.

Contradictio 13. Rex non purpura, sed cilicio indutus apparet. Ad illud: Ecce homo. *Figura Christi rex Ioram.* Viditque omnis populus cilicium, quo vestitus erat ad carnem intrinsecus. *4. Reg. 6. Abul.* Totus populus intellexit, quod rex affligebat se, vt Deus auerteretur ab indignatione sua; & quòd propter eius afflictionem plaga cessaret. *Ab hoc nostro rege potiùs, quam ab illo possit quilibet salutẽ postulare, vt qua dam mulier ibi,* salua me Dñe mi rex. *4. Reg. 6. Contradictio 14. Dux, seu militum imperator factus baiulator. Ad illud.* Baiulans sibi crucem. *Figura Christi abimelech rex Sichem.* Pręcidit arboris ramum, impositumque ferens humero dixit ad socios; quod me vidistis facere, citò facite. *Iud. 9. Erubesceret namque miles quisque, si regem non imitaretur. n. 1203.*

Contradictio 15. Cadens genu flectit ille, cui omnia genu flectere debẽt. Ad illud. Omne genu flectatur. *Figura Christi Ioseph.* Clamante praecone, vt omnes coram eo genu flecterent. *Genes. 41. A. Glos. ord. Agnoscens in Iosepho, tamquam in figura Christum.* Clamante praecone, vt in nomine Iesu omne genu flectatur. *Contradictio 16. Triumphator, pro trophaeo in arbore suspensus apparet. Ad illud:* Crucifixerunt eum. *Figura Christi apparuit Dominus innixus scalae. Gen. 28. Eusebius.* Crucis illi trophaeum scala praefigurauit, cui suspensus fuit, & affixus ad se cuncta Dominus trahens.

DE VESTIGIIS Domini.

Concio, quae dicitur de vestigijs, ad illud.

Baiulans sibi crucem exiuit in eum, qui dicitur Caluariae locum. *Ioan. 19.*

D. Macharius. Crucem in medio orbis theatro sustinuit.

Assumptum vnicum.

Tragaedia lamentabilis de Christo crucem humeris baiulante.

Prologus.

Isaac ferens ligna. Ligna imposuit super Isaac. *Genes. 22. Clem. Alexand. lib. 1.* Figura Domini, ligna sacrificij portauit Isaac, & lignum Dominus. *Cum sit prologus tragædiæ lamentabilis, egreditur ridens; vndè sic idem Clem.* Mysticè autem risit prędicens fore, vt Dominus nos risu impleret, qui sanguine Domini ab interitu redempti sumus. *Figura tamen solùm fuit, vt benè notauit idem Clem.* Isaac non est passus, quia primas passionis partes Verbo cessit. *cap. 5.*

Actus primus.

Figura prima. Primogenitor regum Iuda cum arcu, & sagittis in habitu venatoris, iuxta illud. Ad prędam ascendisti fili mi. *Genes. 49. D. Bernardus.* Magnus prædator Christus. *Olyssiponensis Doctor in concordia loquens de cruce Domini.* Acutæ sunt amoris sagittæ, quas arcus hic iaculatur in corda amicorum, vt amorem augeat. *Feras homines sic venatur.*

Figura secunda. Rex Iob stateram in manibus ferens, iuxta illud: Vtinam appendantur peccata mea, & calamitas, quam patior in statera. *cap. 1. D. Bernardus.* Crux Christi est statera, quam desiderabat, qui dicebat: Vtinam, &c. *Appendantur ex vna parte peccata hominum, ex alia instrumenta passionis, & fiet quod dixit idem Diuus Bernardus.* Præponderari cæpit calamitas, & crimina leuigari.

Figura tertia. Ioseph prorex Aegypti cum sceptro suæ potentiæ, iuxta illud. Adorauit fastigium virgæ eius. *Ad Hebr. 11. Genes. 47. Iacobus Biblius.* Non virgam, quam in manu gestabat in signum potestatis, sed in ea crucem Domini adorauit. *Sed proh dolor! Iosephum præco præcedebat, & clamabat, vt omnes genu flexo illum adorarent.* Clamante præcone, vt omnes coram eo genu flecterent. *Genes. 41. Iesum præcedebat præco, qui mortis iniustam sententiam iussu præsidis clamando publicabat.*

Chorus in fine huius primi actus fiat ex tribus maribus, quæ Virginem Mariam sequebantur, quas omnes fœminæ in planctu imitabantur. D. Bernardus. Quacunque Maria transibat, planctus fiebat.

Actus secundus.

Figura prima. Moyses sui populi liberator cum virga sua, iuxta illud. Tolle virgam. *Exod. 4. D. Macharius.* Virgam ferre iubetur, vt populum liberaret, quę virga crucis potestatem pręnotabat. *Captiuus quilibet hodie liberetur.*

Figura secunda. Princeps Eleacim cum claui super humerum, iuxta illud: In die illa vocabo seruum meum Eleacim, & dabo clauem super humerum eius. *Isaiæ 22. Berbensis super Genesim.* Eleacim quis alius, nisi Christus crucem suam, clauē suam super humerum portauit. *Qui timet sibi cæli portas esse clausas, petat à Christo clauem.*

Figura tertia. Dauid cum Cythara, iuxta illud: Percutiebat manu sua Cytharam, & refocillabatur Saul, recedebat enim ab eo spiritus malus. *1. Reg. 16. Beda.* Figura sanctæ crucis, & ipsa passio Dominica, quæ canebatur, iam tunc diaboli refringebat audaciam. *Et ab animabus, & à corporibus noster Dauid hodie eyciat dæmonia.*

Chorus in fine huius secundi actus fiet ex fœminis videntibus Christi faciem, quam ostendit illa, quæ dicitur Veronica chori magistra, ad illud: Ps. 41. Filiæ Tyri vultum tuum deprecabuntur.

Actus tertius,

Figura prima. Agricola quidam ferens ventilabrum, iuxta illud: Ventilabrum in manu eius, & purgabit aream suam, congregabit triticum suum in horreum, paleas autem comburet igne inextinguibili. *Matth. 3. Tertul. lib. 3. contra Mat.* Virtute crucis nunc ventilat, auferens à terra in cœlum, ventilabit deijciens de cœlo in terram. *cap. 18. Eris ne triticum, an palea?*

Figura secunda. Pastor cum baculo crucis, ad illud: Sicut pastor segregat oues ab hædis. *Matth. 25. D. Petrus Dam.* Hoc signum oues ab hædis in extremo examine segregabit. *Si aliqua ouis adest, quæ errauerit, hanc quærit hic pastor.*

Figura tertia. Imperator cum signo militari, iuxta illud: Habentem signum Dei viui. *Apoc.*

Apoc. 7. D. Germanus. Qua ratione exercitus iste coactus est? quia signum imperatoris erectum est. *Quisque miles imperatorem sequatur.*

Chorus in fine huius tertij actus fiet ex filiabus Ierusalem Christum plangentibus, quibus ipse. Filiæ Hierusalem, nolite flere, &c. *Certè placent Christo magis lacbrymæ pro peccatis nostris, quàm pro ipsius tormentis effusæ.*

DE FERIA SEXTA in Parasceue.

Concio de planctu Virginis Mariæ: seu de descensu à cruce: seu de solitudine: ad illud Hieremiæ.

Cui comparabo te? vel cui assimilabo te? cui exæquabo te? virgo filia Sion, magna est velut mare contritio tua. *Thren. 2.*

Assumptum triplex.

Comparatur Virgo Maria matribus plorantibus plures filios: assimilatur plorantibus primogenitos: exæquatur plorantibus vnicos.

Comparatur plorantibus plures filios.

Respha duos plorauit filios crucifixos sedens iuxta cruces illorum. 2. Reg. 21. Tollens autem Respha cilicium substrauit sibi supra petram, &c. *Caietanus.* Maternus amor describitur tantus, vt quæ fuerat vxor regis, in rupe habitauerit extensa rudi tela ad curam habendam affixorum corporum. *Respha sic Armoni, & Miphibosetb filios crucifixos plorabat; Virgo Iesum effectu, & Ioannem affectu filios crucifixos plangebat.*

Famosissima Machabæa septem simul mortuos lacrymabatur, sed bono animo; vnde dicitur: Supra modum mater mirabilis. *2. Mach. 7. D. August.* Illi in se singulis sentiendo, illa videndo in omnibus passa est. *Sic lacrymabatur V. Maria Iesum, Ioannem, Iosephum, Nicodemum, & Mariam Magdalenæ, Mariam Iacobe, & Mariam Salome.*

Pulcherrima Rachel plures simul plangebat filios. Rachel plorans filios suos, &c. *Matth. 2. D. Chrysost.* Luctus tragædia. Pietatis effectus in lacrymis declaratur. *Omnes in Christo fideles Virgo filios mortuos, & cum Christo sepeliendos plorabat.*

Assimilatur plorantibus primogenitos.

Regina Amalecitarum plorans primogenitum suũ regem Agag. Sicut fecit absque liberis mulieres gladius tuus, sic absq; liberis erit mater tua. *1. Reg. 15. Iosephus.* Sicut tu multas Hebræorũ matres pro filijs ingemiscere fecisti; sic ingemiscet in tua morte genitrix tua. *ac si hac in dolore pl. primogeniti omnes matres superaret; sic Virgo mater.*

Maacha plorabat principem filium, vnde denun cians ei illius mortem Isaias dicitur. Durus nuncius. *3. Reg. 14. Qui vt dolorem leniret, dixit.* Planget eum omnis Israel, & sepeliet. *Lyra.* Honorificè sepelietur, & plangetur, vt filius regis. *Simile solatium Virgo Maria sibi vendicat ex lacrymis populi pro defuncto filio Iesu.*

Sarethana fœmina cum suo primogenito optabat mori. Moriamur. *3. Reg. 17. D. Ambros.* Laudandus pietatis affectus, superstes filio esse nolebat. *Sic Virgo Maria, de qua D. Bern.* Optabat mori magis, quàm viuere post mortem Christi.

Exæquatur plorantibus vnicos.

Sara vnicum plorabat Isaacum, cùm sciret illum à patre offerendum in holocaustum ferri. D. Greg. Nis. Ne videat oculus Saræ Isaacũ necare; en per vtrumque adige gladium, à me misera initio facto, vna ambobus plaga satis erit: cõmunis ambobus tumulus excitetur. Vnus titulus miserabilem vtriusq; casum prodat. *De Virgine dixit Simeon.* Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.

Mater illa, de qua Hieremias sic loquitur. Filię populi mei luctũ vnigeniti fac tibi, planctum amarum. *cap. 6. Diuus Hieronymus.*

 Ni-

IN DIE SANCTO Paschæ. *Marc. 6.*

Concio prima per commentaria.

IN DIE SANCTO Pasch. *Marc. 16.*

Concio secunda per assumpta.

Surrexit.

Resurgens, de morte Christus triumphat.

Chri,

Christus veri Phœnix resurgit. Vnde benè D. Chrysost. Resurrectionem Christi testentur elementa rediuiua, quæ erant erant funereo tegmine iam sepulta.

Trahunt hunc currum triumphalem quasi equi sex, sex annorum millia, quos habenis curru sedentes regunt, sex Christi resurgentis typi. Typus primus Seth. iuxta illud, Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel. *Gen. 4. Gloss. ord.* Per Seth, qui interpretatur resurrectio, vita Christi ex mortuis significatur. *Typus secundus. Enoch.* Et non apparuit, quia tulit eum Deus. *Genes. 5. Theod.* Ideò autem translatus est, vt typum nobis resurrectionis præberet. *Typus tertius Noe.* Et recordatus est Dominus Noe, & adduxit spiritū super terrā. *Gen. 8. Rupertus. Suscitauit enim illum à mortuis.*

Typus quartus. Ioseph. Extrahentes eum de cisterna. *Gen. 37. Seuerianus.* Ex cisterna ascendit Ioseph, quia Christus de inferis retineri nō potuit. *Typus quintus Samson.* Dormiuit autem Samson vsq; ad mediā noctem, & inde consurgens, apprehendit ambas portæ fores, &c. *Iud. 16. D. Greg.* Samson non solū exijt, sed etiam portas tulit, quia Redemptor noster ante lucem resurgens, non solùm de inferno liber exijt, sed etiam inferni claustra destruxit. *Typus sextus. Iesus filius Iosedech.* Iesus erat indutus vestib⁹ sordidis. Auferte vestimenta sordida ab eo, & dixit ad eum: Ecce abstuli à te iniquitatē tuā, & induite mutatorijs, &c. *Zachar. 3. Rupertus.* Quia post passionem mortis vestimenta sordida Iesus sacerdos magis deposuit, & resurgēdo à mortuis indutus est mutatorijs. *In summo currus gradu sedeat Iesus ipse, vt alter Salomō.* Egredimini filiæ Sion, &c. *Cant. 3. Minoritanus.* Salomon felicissimè regnās typus Christi resurgentis, & felicissimè post resurrectionem regnantis, &c. *Mors onusta catenis in triumphum ducetur. Iuxta illud:* Vbi est mors victoria tua. *1. Cor. 15.*

DOMINICA IN ALBIS.

Ioan. 20.

Concio prima per commentaria.

Cùm esset serò die illo. *Die scilicet resurrectionis, vt ab illis timorem expelleret. Ne mora beneficium minoraret, sed festinatione duplicaret. 3045.* Propter metum Iudæorum. *Iure de metu denotantur. Non enim timere deberent, cùm pro illis Deus ipse certaret. 641.* Venit Iesus. *Vt socius illis factus excuteret ab illis timorem. Neque enim hostes timere debet, qui Deum habet socium. 2592.* Et stetit. *Deum se ostendens. Est enim Dei proprium stare propter immutabilitatem. 1721.* In medio. *Medius adest Christus inter eos, qui tribulati sunt corde. 376.* Pax vobis. *Pœnitentes eos demonstrabat, dum pacem dabat. Habet namq; cum Deo pacem pænitens. 2963. 2965.*

Et cùm hoc dixisset, ostendit ei manus, & latus. *Plagas ostendit, è quibus pretium sanguinis pro illis effuderat, vt amaretur ab illis. 168.* Gauisi sunt ergo discipuli. *Abrahæ verè filij. Gaudebant enim, de quo pater gauisus fuerat. 2074.* Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. *Pacem post bellum dabat, qui pacis studio certās bello peracto triumphabat. 2282.* Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. *Non locum determinat, vt in orbem vniuersum à se missos prædicatores significaret. 1899.* Hæc cùm dixisset, insufflauit, & dixit eis: Accipite Spiritum sanctum. *Sanctus namque Spiritus efficeret, vt accipientes pacem cum Deo haberent, secum autem bellum. 2965.* Quorum remiseritis peccata. *Priùs ponit remissionem ex misericordia concedendam, quàm retentionem ex iustitia faciendam. Deus enim pluris misericordiam ducit, quàm iustitiam. 60.* Thomas autem vnus. *Quem Tomianus omnibus alijs adæquaret amore illius iterum apparens. Vnus namque miles bonus exercitui æquiparandus est. 1709.*

Dixerunt ergo ei alij, &c. *Fides aliorum bona erat Thomæ non credentis. 2117.* Nisi videro, &c. *Firmam si haberet fidem non visibile, sed credibile, vt crederet, postularet, imò & incredibili fidem daret. 2115. 2116.* Et Thomas cum eis. *Profuit ei societas bonorum. 1666.* Dicit Thomæ, infer digitum. *Plagas ostensurus in cœlo Patri, ostendit in solo priùs fratri. 169.* Noli esse incredulus, sed fidelis. *Desiderabat enim vt fides de perfidia triumpharet. 427. 1691. 2115.* Respondit Thomas, & dixit:

DOMINICA IN ALBIS. Ioan. 20.

Concio secunda per aßumpta.

Dominus meus, & Deus meus.

Aßumptum vnicum.

Sit nobis Christus, vt Dominus timori, vt Deus amori.

DOMINICA SECVNDA post Pasch. Ioan. 10.

Concio prima per commentaria.

DOMINICA SECVNDA post Pasch. Ioan. 10.

Concio secunda per assumpta.

Cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ.

Aßumptum duplex.

Pastor iuxta ouium necessitatem; oues iuxta pastoris voluntatem se transformant.

D. P. Chrysolog. Tibi pastor. Propter te varias monstratur in formas, qui manet vnica suæ maiestatis in forma.

Pastor in oues iuxta ouium necessitatem se transformat.

cessitates commutabat. Sic se in subditos amoris arte prælatus transformat. 126. *Hinc est quod gregi ex omnibus creaturis confecto, nihil desit iuxta illud*: Dominus pascit me, & nihil mihi deerit. *Psal.* 22. *Philo.* Dicat igitur vniuersus mundus Dei grex, Dominus pascit, &c; impossibile enim est deesse cōmodum aliquod vbi Deus præsidet. *Hanc transformationem pastor ipse promiserat à se faciendam apud Ezechielem cap.* 34. Pascam oues meas in iudicio. *D. August.* Pascit in iudicio dispertiens propria proprijs; hæc istis, illa illis. *Clariùs in rem nostram F. Doctor Antonius Ferdinandus.* Optimi pastoris forma, multiformem, scilicet multi formi gregi se præbere.

Pastorem hunc exposcebat Moyses. Ne sit populus Domini, sicut oues absque pastore. *Num.* 17. *Philo.* Ne cuivis grex committatur, sed vt bonum pastorem habeat. *Hic pastor oues suas pasceret manna, de quo Sapiens cap.* 16. Omnia transfigurata omniũ nutrici gratiæ tuæ deseruiebant. *n.* 25. *P. D. antonius Ferdinandus.* Transfigurata, vt quascunque Dominus voluerit, in se reciperet figuras. *Iuxta desideria epulantium. arcæ Domini mansiones, mensura hominis similes esse notauit Rupertus ad cap.* 23. *Exod. & sic ait.* Mysticè illud nobis innuit, quia incarnata Diuinitas omnibus modis, mensuræ, idest, capacitati hominis benigna se charitate indulsit.

In veste poderis, quã habebat, totus descriptus erat orbis terrarum. *Sap.* 18. *n.* 24. *D. Greg. Nazian.* Multis, ac diuersis moribus sibique dissimile commune hoc corpus Ecclesiæ, qui instituendum suscipit, ac regendum, cùm esse debeat ipse apud se semper similis, & idem, nece sse habet tamen singulorum, & moribus se, & institutionibus conformare. *Pater optimus Iacob se demonstrabat, dum se vario gregi suo in via accommodabat. Gen.* 33. Ego sequar paulatim sicut videro paruulos meos posse. *Rupertus.* Hic magnæ discretionis exemplum est, si omnia pastor discernat. *Paulus sic se in varias formas transmutabat.* Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? *Cor.* 9. *D. Greg. Magn.* Vt in se personam infidelium transfigurãs, ex semetipso disceret qualiter alijs misereri debuisset.

Oues iuxta pastoris voluntatem se transforment.

Ouibus exemplum præbuit Dei Filius factus ouis; vnde dicebat: Corpus autem adaptasti mihi. *Lorinus.* Verbum Hebræum innuit artificium præparandi materiam ad inducendum in eam formam.

Oues diuini Pastoris sunt Angeli. Hi enim significabantur in ouibus relictis à diuino Pastore quærente ouẽ humanam perditam. Horũ quilibet dicitur esse Echo: vndè vbi nostra vulgata dicit. Ecce vigil de cælo descendit. *Legitur ex Hebræo*, Ecce Echo. *Centumpulismus.* Vt echo cùm primũ accepit vocem, illam refert, quàm maximè potest similem, sic verus obediẽs vocem, quamprimùm accipit imperãtis, sic obsequitur, vt in re facta quid fuerit imperatum agnoscas. *Similis fit per opera imperanti, dum opera verbis similia facit.* 1534.

Ouis fuit diuini Pastoris Iob, qui dicebat: Memento Domine, quòd sicut lutum feceris me. *cap.* 9. *D. Chrysost. lib. de Prouident.* Sicut lutũ quocunq; manus se formãtis duxerit, sequitur, ita hominem, quæcunque Deus iusserit, ea sequi conuenit. *Ita Iob nunc rex diues, nunc pauper miser apparuit. Diuino etiam Pastori obtemperabat animal illud monstrosum, quod ostensum fuit Ezechieli. Ad omnes quatuor mundi partes faciem habebat, eamque diuersam, vt in quamlibet pro imperantis voluntate verteretur. Vide plura in Indice generali, verbo, Obediens.*

DOMINICA TERTIA post Pasch. *Ioan.* 16.

Concio prima per commentaria.

Modicum & iam non videbitis me. *Hæc audientes non poterant non ægrè discipuli Christi amatores tolerare; absentia namque dilecti etiam modica ægrè fertur.* 1894. Et iterum modicum, & videbitis me. *Ipse namque vt pater non valeret absentiam illorum sustinere. Pater absentem filium videre cupit.* 2773. Quid est hoc. *Timebant discipuli, vel modicam absentiam magistri, & meritò. Absentia namque magistri à choro distantis, erro-*

DOMINICA TERTIA post Pasch. *Ioan.* 16.

Concio secunda per assumpta.

Iterum videbo vos.

Assumptum vnicum.

De aspectu diuinorum oculorum.

DOMINICA QVARTA post Pasch. *Ioan.* 16.

Concio prima per commentaria.

&c. Prædicatoris officio fungi non dedignabitur. Nec immeritò. Tanta namque est prædicatoris dignitas, vt sola eam non possit inuidere diuinitas. 216.

DOMINICA QVARTA post Pasch. *Ioan. 16.*

Concio secunda per assumpta.

De iudicio, quia Princeps huius mundi iam iudicatus est.

D. August. Ne sibi existimet parci superbia dura mortalium, de superborum supplicio terrenda est Angelorum. *Tract. 95. in Ioannem.*

Assumptum vnicum.

Vnius damnatio sit aliorum correctio.

Pœnam socio culpæ illatam videns sibi inferendā timet. 208. Fugæ pœnam in alio considerans, fugæ culpam, ne similem sustineat pœnam, fugiat. 2659. 2662. Qui conscium rebellionis suspensum agnoscit, suspendium sibi timeat. 2649. Supplicio atrociori dignus est, qui alieno viso non corrigitur. 2719. Supplicium primò illatum parricidæ, audaciam parricidij debet reuocare. 2780.

Qui exemplo culpæ commissæ ad culpam committendam excitatur; à pœna infligenda iam alijs infficta reuocetur. 2793. Visa inobedientis pœna quisque corrigatur, ne simili pœnæ reseruetur. 2970. Supplicium pro vno commisso crimine illatum pro multis inferendum, timeatur. 3141. 3142. Vnius solius punitio sit vniuersi populi admonitio. 3162. Filij visa patris pœna à similibus criminibus arceantur. 3185. Aceruus lapidum lapidationem in memoriam reuocat: & à culpa quemlibet lapidatione dignum cohibet. 3189. 3208.

DOMINICA QVINTA post Pasch. *Ioan. 16.*

Concio prima per commentaria.

Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. *Nihil enim intercessori Filio Pater potest negare. n. 1.* Vsque modò nō petistis quidquām. *Licet enim omnia mundi bona aliquis petierit, non dicetur petere quidquam. Nullum enim mundi bonum, quidquam est. 2559.* Petite, & accipietis. *Petentes supponite id, quod petitis iam concessum: hoc enim negare nō potest liberalis. 1706.* Vt gaudiū vestrum sit plenū. *Non vacuum, quale mundi gaudium est, quod somnium est. 2034.* Non dico vobis, quia ego rogabo Patrē de vobis. *De peccatoribus rogabo. Ero enim apud patrem iratum, pro illis intercessor. 2729.* Ipse enim Pater amat vos. *Cùm desideret vobis fauere, non indiget intercessore. 2778. 2779.* Pater amat vos, quia vos me amastis. *Vult enim Pater obsequia exhibita Filio exhibentibus compensare. 569.* Exiui à Patre, & veni in mundum. *Comitem semper habuit Patrem. Pater namque amore filij peregrini fit peregrinus. 1713. 1852.* Iterùm relinquo mundum, &c. *Ab exilio namque pater filium reuocat cum honore. 2782.* Ecce nunc palàm loqueris. *Quod illis promisemt in futurum, in præsenti gratulantur impletum. Est enim Deus liberalitate festinus, secundùm desiderium accipientium. 1706.* Nūc scimus, quia scis omnia. *Sapiens enim Christus est ad nostram salutem. 60.*

DOMINICA QVINTA post Pasch. *Ioan. 16.*

Concio secunda per assumpta.

Relinquo mundum.

Gloss. ord. Relinquit mundum corporali præsentia. Vadit ad Patrem, quia humanitatem ad inuisibilia paternæ maiestatis induxit.

Assump-

Assumptum vnicum.

Mundum contemnit, qui ad cælum contendit.

IN ASCENSIONE Domini, *Marc: 16.*

Concio prima per commentaria.

IN ASCENSIONE DOMINI.
Marc. 16.

Concio secunda per assumpta.

Prædicate Euangelium omni creaturæ.

Omni creaturæ ascensionis suæ nunciū iussit Dominus prædicare, qui eiusdem ascensionis mysterium, in omnibus creaturis voluit præsignificari.

Assumptum vnicum.

Ascensio Christi in omnibus creaturarum gradibus præsignificabatur futura.

In gradu substantiæ corruptibilis. Lapis Christus in cælum eleuatur, secum ferens lapides humanos, vt ex omnibus ciuitas Ierusalem adificetur. 2368. Lapis, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. *Psal. 117. Tert. lib. 4. adu. Mar.* Reprobari habens, & postea extolli. Lapides sancti eleuabuntur super terram. *Zachar. 9. Lyran.* Eleuabuntur electi Dei primò per meritum gratiæ, & postea per præmium gloriæ. Potens est Deus ex his lapidibus suscitare filios Abrahæ. *Matth. 3. Clem. Alexand. in exhort.* Meus cantor ex his lapidibus in cœlum euocat eos, qui humi sunt abiecti, tales lapides ipse cœlestis cantus in homines transformauit. Exaltari oportet filium hominis. *Ioan. 3. D. Methodius.* Est crux machina, per quam hi, qui ad ædificium aptandi sunt, lapidis quadrati instar, attrahūtur sursum aptandi diuino verbo.

In gradu substantiæ incorruptibilis. Sol Christus in cælum ascendens, & stellas sanctos adducit secum. 2356. 2548. *Stellæ sancti à Christo sole lumen accipiunt.* 687. *Sol Christus in medio stat cæli.* 103. *Beatos in cælo Christus sol effecit soles, qui fulgebunt sicut sol.* 449. 450. 451. *Vide alia in concione 2. Dom. 2. quadr.*

In gradu substantiæ vegetatiuæ. Flos de radice eius ascendet Isaiæ. 133. 140. 281. *Flos in fasciculo vineantium, primus Christus est, sancti etiam flores.* 931. *Flores humanos promit ager mundus Christi sanguine irrigatus.* 635, *Flos Christus.* 134. 135. 136.

In gradu substantiæ sensitiuæ. Aquila Christus in cælum volat. 2427. *Renouabitur vt aquila. D. Maximus Episcop.* Sicut enim, &c. *vide lectionem primam 2. nocturni in feria 3. infra octauam ascensionis in Breu. Romano.* Sicut Aquila prouocans ad volandum filios suos, & super eos volitans, extendit alas suas. *Deut. 32. D. Hieron.* Rectè affectus Dei Aquilæ comparatur, qui cum custodia protegit liberos suos. Assument pēnas sicut Aquilæ current, & non laborabunt; ambulabunt, & non deficient. *Isaiæ 40. D. Hieronym.* Current ad Dominum.

In gradu substantiæ humanæ. Aaron, figura Christi ascendentis in cælum. 212. *Ascendit pro suis apud Patrem oraturus.* 253. *Benedixit suos dum ascenderet.* 237.

In gradu substantiæ Angelicæ. Angelus magni testamenti ascendit, vt iam olim præsignificatum fuit. 2521. *Descendet tamen, vt adsit suis in tribulatione positis.* 487. 386. 357. 358. Videbitis Angelos Dei ascendentes, & descendentes super filium hominis. *Ioan. 1. D. Chrysost.* Nec tēpus expectare didicerunt, sed festino amoris ardore preueniunt constitutum; incredibile spectaculum videre desiderant.

DOMINICA INFRA octauam Ascensionis.
Ioan. 14.

Concio prima per commentaria.

Cùm venerit, &c. testimonium perhibebit. *Spiritus sanctus ductor ad martyrium est, & sic dum testes adducit, Christi ipse testis est.* 341. 345. Testimonium perhibebit de me. *In quo ostenditur ipse Deus. Qui enim Deo testimonium prabet, Deus est.* 695. Testimonium perhibebit. *Amor de dilecto. Testem*

sui

DOMINICA INFRA octauam Ascensionis. *Ioan. 15.*

Concio secunda per aßumpta.

Venit hora, vt omnis, qui interficit vos, arbitretur se obsequium præstare Deo.

Aßumptum vnicum.

Culpa sub specie virtutis, vel se ipsum, vel proximum, vel Deum respicientis apparet.

Primus respectus eruitur ex verbis. Arbitretur se; *secundus ex verbis.* Interfecit vos. *Tertius ex verbis.* Obsequium præstare Deo.

IN DIE SANCTO Pentecost. *Ioan.* 14.

Concio prima per commentaria.

Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. *Omnia namque facilia, & leuia facit amor erga Deum.* 1858 Et Pater meus diliget eum. *Certè quem etiam quilibet homo amare deberet. Deberet enim Deus cuilibet homini esse amoris exemplar.* 447. 622. Et ad eum veniemus. *Non iam amoris literas mittemus, sed ipsimet veniemus ad dilectum.* 847. Et mansionem apud eum faciemus. *Vt amorem demonstremus. Est enim amoris indicium apud aliquem hospitari.* 2205. 2214. 2215. Qui non diligit me, sermones meos non seruat. *Sicut qui amat, omnes adimplet, quia omnia impedimenta vincit amore.* 2096. Sermonem, quem audistis, &c. *Sic de laude Patris Filius gloriatur.* 94. Paraclitus autem Spiritus sanctus, &c. *Sic faciet vos amare cœlestia, & terrena despicere.* 2965. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. *Vt & vos pacem habeatis, & pacem inter alios componatis. Sic enim Deũ exaltabitis.* 920. Non quomodò mundus dat, &c. *Estis enim vos sapientes, mundani insipientes. Sapiens autem nutritur pace, insipiens discordia.* 1713. Non turbetur cor vestrum, &c. *Non turbetur in aduersis, neq; formidet in prosperis, sed sit ad vtrumque paratum.* 2026. Vado, & venio ad vos. *Nõ enim qui diligit absentiam à dilectis patitur longam.* 1919. Si diligeretis me, &c. *Sic enim amor cœli, & me, & vos ex terræ puluere in stellas commutabit.* 2296. Venit princeps huius mũdi, &c. *Quid mirũ? nec in seruis Christi redẽptis sanguine quidquam habet.* 2388. Sed vt cognoscat mundus quia diligo Patrem, &c. *Suam, & suorum virtutem voluit manifestari.* 1031.

IN DIE SANCTO PENtecostes. *Ioan.* 14.

Concio 2. per assumpta.

Paracletus autem Spiritus sanctus, &c.

Spiritus sanctus septiformis appellatur, & in septem formis in vtroque testamento ænigmaticè figuratur.

In forma substantiæ corruptibilis. Ignis figura ex testamento veteri. Accensus est ignis magnus. 2. *Machab.* 1. *S. Ambros. lib.* 3. *de offic.* Ille ignis Spiritus sancti typus fuit. Hic igitur ignis absconditur captiuitatis tẽpore, quo culpa regnat; tempore autem libertatis proditur. *cap.* 14. *Figura ignis ex testamento nouo.* Ignis, seditque super singulos eorum. *Act.* 2. *S. August.* Insedit super vnumquemq; illorum tamquàm Deo dicente, vbiq; discurrite ignes sancti, ignes decori, discurrite, & innotescite omnibus gentibus.

In forma substantiæ incorruptibilis. Figura est sol ex test. vet. In circuitu perget Spiritus. Oritur sol lustrans vniuersa. *Ecclesiast. c.* 1. *D. Hieronym.* Solem spiritũ vocat, qui animat, inspirat, & viuificat omnia. *Apud Gloss. Figura sol ex testamento nouo.* Mulier amicta sole. *Apoc.* 12. *S. Gregor. Papa.* Splendore luminis superni protegitur, sole vestitur.

In forma substantiæ vegetatiuæ. Figura Spiritus sancti ex veteri testamento fuit duplex oliua. Quid sunt duæ oliuæ istæ? *Zachar. cap.* 4. *Rupertus.* Duo data Spiritus sancti, bis namque datus est. *Semel in solo, & iterùm è cœlo. Figura ex testamento nouo.* Afferens fructus duodecim per menses singulos. *Lyra.* Fructus, qui dicuntur Spiritus sancti. *Ad Galat.* 5. Fructus autem Spiritus est charitas, gaudium, pax, pacientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas.

In forma substantiæ sensitiuæ. Figure Spiritus sancti ex vet. test. Colũba. Quis dabit mihi pẽnas sicut colũbæ. *Ps.* 54. *D. Amb. in Ps.* 118. Quando sicut colũba descedit, tibi alas dedit, vt tu disceres euolare de terris. *ell.* 14. *Figura ex nouo test. Columba.* Descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut colũba in ipsum. *Luc. c.* 3. *S. Greg. Magn.* In columba super eum apparere debuit, qui nõ veniebat, vt peccata iam per zelum percuteret, sed adhuc per mansuetudinem toleraret. *hom.* 30.

f

IN FESTO SANCTISSIMÆ Trinitatis.
Matth. 28.

Concio prima per commentaria.

IN FESTO SANCTISSIMÆ Trinitatis.
Matth. 28.

Concio secunda per assumpta.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

Assumptum vnicum.

Trinitas in singulis creaturarum speciebus adumbratur.

trinam illuminationem, & trinam lucē eiusdem simul Essentiæ in typum sanctæ Trinitatis. In illa quidem prima luce docemur vnitatem Diuinitatis, in hac autem trina luce præsignificatur Trinitas Personarum.

In creaturis vegetatiuis. In tribus virgis, quas posuit Iacob. Tollens Iacob virgas. *Gen. 30 D. Ambros. lib. 2. de Iacob. & vit. B. cap. 4.* Trinitatis præfigurata mysteria. Per storacem significatur incensum, & sacrificium, quod Deo Patri defertur. Per nucinā sacerdotale munus Christo defertur. Per platanum spiritualis fructus significatur vbertas.

In creaturis sensitiuis. In tribus vitulis, quos Anna detulit offerens Samuelem. Adduxit eum in tribus vitulis, & immolauerunt vitulum. *1. Reg. 1. D. Greg. Magn.* Bene vnus vitulus immolatur, cùm tres delati referantur, quia etsi Personarum Trinitas confessione fidelium in diuinis laudibus canitur, earundem Personarū inseparabilitas prædicatur.

In creaturis humanis. In tribus hominibus. Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, hoc nomen mihi est in æternum. *Exod. 3. Leuerus apud Lip.* Trium tantū se Deum esse fatetur, vt sanctissimam Trinitatem innueret, idq; ita esse articuli additio ter reposita manifestissimè declarat.

In creaturis angelicis. In tribus Angelis apparentibus Abrahæ. Quos cū vidisset, cucurrit in occursum eorū, & adorauit in terram, & dixit, Domine, &c. *Gen. 18. S. Aug.* Videtis Abraham, tribus occurrit, & vnū adorat, trina vnitas, & vna Trinitas. In eo ergò, quòd tres vidit Trinitatis mysterium intellexit, quòd autem quasi vnam adorauit in tribus personis vnū Deum esse cognouit.

DOMINICA PRIMA post Pent. *Luc. 6.*

Concio prima per commentaria.

Estote misericordes sicut & Pater vester misericors est. *Qui licet sit etiam iustus, tamen misericordiam iustitiæ preferre solet. 60.* Nolite iudicare, & non iudicabimini. *Optimum remedium. Non iudicabit alterum, qui se cogitat iudicandum. 293.* Nolite cōdemnare, & non condemnabimini. *Alioqui si non indulgeatis fratribus, à Patre indulgentiam non obtinebitis. 600.* Demittete, & demittetur vobis. *Iniurias demittens, valet, & à Deo remissionem pœnæ infligendæ, etiam alijs impetrare. 75.* Date, & dabitur vobis. *A Deo pro vno oblato innumera conferuntur dona. 122.*

Mensuram bonam, &c. *Est enim Deus ita liberalis, vt eum vsura compenset. 1071.* Eadē quippe mensura, &c. *Est liberalis Deus erga illum, qui Deo liberalis est. 2055.* Non potest cæcus cęcum ducere. *Si Princeps cæcus sit, cæcus etiam subditus quisque erit, nec poterit ille hunc aptè gubernare. 1291.* Non est discipulus super magistrum. *Vnde semper addiscere debet, gaudet Deus discipulum desiderantem scire edocere. 1552.* Perfectus autem erit, si sit sicut magister eius. *Talis erat, qui cum Deo diuinam prouidentiam edocebat. 190.* Quid autem vides festucam, &c. *Festucam culpæ in alio non valet intueri habens illam. 919.* Eijce primùm, &c. *Non enim potest aliquis in alio crimen, quod in se habet increpare. 748. 1014*

DOMINICA PRIMA post Pentecost. *Luc. 6.*

Concio secunda per assumpta.

Estote misericordes, sicut Pater vester misericors est.

Assumptum vnicum.

De misericordia diuina.

Misericordia diuina superexaltat diuinam iustitiam. 60. Misericordia Dei est Dei honor, & Dei gloria. 305. Misericordia Dei tanta est, vt etiam Iudæ traditori, si verè pœniteret, veniam condonaret. 1393. Misericordiæ diuinæ terminos longiores, quàm iustitiæ diuinæ Dominus assignauit. 1592. Misericordia Dei à peccatis hominum non potest superari. 612. Misericordiæ pater Deus est, filios à parentibus expositos, sibi sumit. 1849.

IN FESTO CORPORIS Christi. *Ioan. 6.*

Concio prima per commentaria.

IN FESTO CORPORIS Christi. *Ioan. 6.*

Concio 2. per assumpta.

Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.

Eucharistiæ ænigma per creaturarum figuras.

PRIMA PARS.

SECVNDA PARS.

& carnem, & sanguinem Christi ænigmaticè præsignificarunt.

DOMINICA SECVNDA post Pentecost.
Luc. 14.

Concio prima per commentaria.

Homo quidam fecit cænam, &c. *Conuiuium magnum exemplo Abrahæ etiã defenditur.* 1635. Et vocauit multos. *Quibus amoris, & fauoris ostenderet argumentum.* 1491. Et misit seruum suum hora cænæ. *Quæ Eucharisticam cænam præsignabat.* 2564. Dicere inuitatis, vt venirent, quia iam omnia parata sunt. *Non enim erat conuiuium simile conuiuio olim prophetarũ, quod pane, & aqua constabat.* 562. Et cœperunt simul omnes excusare se. *Sic facilis est ad malum multorum conspiratio.* 1279.

Primus dixit: villam emi, & necesse habeo. *Hæc est auari vox non explet cupiditatem, sed explanat necessitatem.* 2869. Alter dixit, iuga boum, &c. *Si noluisset iuga probare, non posset illum diuitiarum pondus in via cœli retardare.* 2111. Alius dixit, vxorem duxi, & ideò non possum venire. *Vxoris amore vir præceptum Dei non attendit.* 2086. Et regressus seruus nunciauit hæc domino suo. *Certè seruus iste patiens fuisse dignoscitur dignus, de quo dominus glorietur.* 1970. Tunc iratus paterfamilias. *Ita enim munificus Dominus est, vt contra nolentes accipere ab eo beneficia irascatur; ita vt illis inferat supplicia.* 1409. Exi citò, &c. *Celeres in obedientia seruos Deus suos esse desiderat.* 1524. 1527. Et pauperes, ac debiles, &c. *Quatuor hominum genera introducenda proponit, qui ex quatuor mundi partibus homines ad se vocat.* 2731.

Et ait seruus: Domine, factum est vt imperasti. *Obediens namque seruus non solùm præceptum, sed & præcepti modum seruat.* 1534. Et adhuc locus est. *Liberalis nãque Dominus multis beneficia conferre volebat.* 3222. Compelle intrare, vt impleatur domus mea. *Vnde non solùm vocat beneficijs, sed supplicijs.* 3008. Nemo illorum gustabit cænam meam. *Nemo enim ad Deum ascendere valet, nisi vocatus obediat.* 2834.

DOMINICA SECVNDA post Pentecost.
Luc. 14.

Concio secunda per assumpta.

Hora cænæ.

Assumptum vnicum.

Continua est vocatio hominum ad Deum.

Per singlas ætates. Apoc. 21. Ab Oriente portæ tres: ab Aquilone portæ tres: ab Austro portæ tres: ab Occasu portæ tres. *n.* 13. *Rupert. lib.* 12. *Plagarum distinctio in ætatibus vtiliter intelligitur pueritiæ, adolescentiæ, iuuentæ, senectæ. Per singulos annos.* In secundo autem semel in anno solus pontifex non sine sanguine. *Hebr.* 9. *num.* 7. *Ferebat pontifex* 336. *tintinnabula iuxta illud:* Cinxit illũ tintinnabulis aureis plurimis in gyro, dare sonitum. *Ecclesiast.* 45. *n.* 10. *Clem. Alexand. n.* 12. *Per singulos menses.* Buccinate in Neomea tuba. *Psal.* 80. *num.* 4. *D. Ambros. in Psal.* 45. Canite initio mẽsis tuba. *Sic Sacerdotes singulis mẽsibus populum ad diuinum cultum conuocabant. Per singulas hebdomadas. Num.* 28. Die autem sabbathi offeretis duos agnos, & per singula sabbatha. *Lyra.* Hic agitur de festiuitate sabbati, quæ reiterabatur qualibet hebdomada semel. *Qualibet ergo hebdomada semel ad holocaustum Domino offerẽdum sacerdos excitabat, & ad diuinum obsequium prouocabat. Per singulos dies.* Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem, subitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. *Eccles.* 5. *D. August.* Te Deus longanimitate sua parcendo ad pœnitẽtiam adducit; tu autem quotidie dicis, finietur hodiernus dies crastino die, &c. Non quærit Deus dilationem in voce coruina, sed confessionem in gemitu

DOMINICA TERTIA post Pentecost. *Luc. 15.*

Concio prima per commentaria.

DOMINICA TERTIA post Pentecost. *Ioan. 15.*

Concio secunda per assumpta.

Assumptum vnicum.

De pœnitentia non differenda per longum vitæ tempus.

DOMINICA QVARTA post Pent. *Luc. 5.*

Concio

Concio prima per commentaria.

Cùm turbæ irruerent In Iesum, &c. *Præsentia namque amabili corda sequentium alliciebat.* 2881. Vt audirent verbum Dei. *Diuinus prædicator non humana hominis, sed diuina Dei verba proferebat.* 216. Ipse stabat. *Sic statu corporis statum animi indicabat.* 1280. 1309. Et vidit duas naues, &c. *Naues in mari sæculi sunt homines, & mulieres, quæ exemplo boni viri, & bonæ fœminæ diriguntur.* 1805. Piscatores autem descẽderant, & lauabant retia. *Quibus tamen nihil cæperant; simul lauabant, exemplo mutuo laborem leuabant.* 1783. Rogauit eum à terra reducere, &c. *Vt sic terram post terga demitterent, qui ad cælum pergerent.* 1670. Sedens docebat de nauicula. *Eleuatus à terra in crucis nauicula positus, docet terrena despicere.* 1764. Duc in altum. *Sic è terra recedens, cælestis fieret.* 2095.

Per totam noctem laborantes nihil, &c. *Mercedem sic exposcebat, dum laborem præteritum sine fructu narrabat; sciebat enim præceptorem laboris futurum remuneratorẽ.* 1411. In verbo autem tuo laxabo rete. *Sine discursu obedit, neque enim obediens discurrere debet circa præceptum.* 2029. 203. 2031. Et cùm hoc fecissent. *Solus Petrus promisit à se laxanda retia, omnes tamen retia laxasse dicuntur; exemplum namque domini sequuntur famuli.* 1913. Et annuerunt socijs, qui erant in alia naui. *Facilè enim socij fierent Petri, agnoscentes Petro Christum in naui factum socium.* 1068. Impleuerunt ambas nauiculas. *Non attendens Christus ad indigẽtiam Petri accipientis, sed ad munificentiam sui largientis.* 1552.

Quod cùm videret Petrus procidit ad genua Iesu. *Liberalem, vt Deum adorabat; est enim beneficium liberalitatis argumentum diuinitatis.* 302. Exi à me Domine, quia homo peccator sum. *Est enim peccator adeò vilis, vt etiam dæmon cùm ad illum accedit, descendere dicatur.* 2245. Stupor enim circundederat eum, &c. *Ruinam timebat ex honore, & ex beneficio supplicium.* 272. Similiter autem Iacobum, &c. *Timebant omnes prosperitatem in aduersitatem mutandam.* 2288. Noli timere. *Ne timeas amittere mercedem diuinam, licet acceperis iam humanam.* 2555. Eris homines capiens. *Sic piscatores hominum facti fuere à Christo Domino Apostoli.* 2182.

DOMINICA QVARTA post Pentecost.

Luc. 5.

Concio secunda per assumpta.

In verbo autem tuo laxabo rete.

Theophyl. Vide Petri obedientiam quomodò in omnibus fuit obediens.

Assumptum de obedientia.

Rogauit eum. *At licet non rogaret leniter, sed asperè imperaret Dominus, ei Petrus obtemperaret. Obediens namque non attendit iubẽtis asperitatem, sed dignitatem.* 940. Rogauit eum. *Id enim sufficiebat ei, qui spontaneus obediebat.* 529. Rogauit eum. *Obediẽti Deus ipse obsequiosus est.* 2007. Dixit ad Simonem. *Idest, ad obedientem, cum hoc enim homine Deus loquitur homo.* 2002. Duc in altum. *Obediens enim in cælum dum obedit, ascendit.* 972. 212.

Præceptor per totam noctem laborantes. *Laborauit dum sine præcepto retia laxauit, at obediens fictum sibi præceptũ putaret.* 2404. In verbo autem tuo, &c. *Non alijs, vt laxarent imperauit, sed ipse laxauit. Obediens opera obedientiæ per se ipsum facit.* 1748. In verbo autem tuo. *Dicto citiùs laxauit celeritate obediens.* 1760. Quod cùm fecissent. *Obedientem Petrum sequentes, qui vt obediens festinus retia laxauit.* 444. 1088. 1527. 1791. 1643. 1726. 1801. 2146. 2159. 2522. Concluserunt. *Obedientes etiam præsentibus bonis remunerantur.* 1881.

Simon Petrus procidit ad genua Iesu. *Obediens ostenditur, qui osculatur pedes Domini.* 947. Exi à me Domine. *Non recessit; Deus enim amicus obedientis est, à quo proinde non recedit.* 1665. 2446. Noli timere. *Obediẽs namque vbique tutus est: inobediens nullibi securus.* 1977. 1678. Ex hoc iam eris homines capiens. *Sic obedientem præmio coronabat.* 2045. Relictis omnibus sequuti sunt eum. *Certa, & præsentia pro incertis futuris obediens demittit.* 1863. 2096.

DOMINICA QVINTA post Pentecost.
Matth. 5.

Concio prima per commentaria.

DOMINICA QVINTA post Pentecost.
Matth. 5.

Concio secunda per aßumpta.

Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio.

Gloss. ord. Omnis occasio iræ tollitur, dum inimicos diligere iubemur.

Aßumptum duplex.

Frater fratrem diligat: non abhorreat.

Frater fratrem diligat.

Frater fratrem non abhorreat.

DOMINICA SEXTA post Pentecost.
Marc. 8.

Concio prima per commentaria.

noribus delet esse ad ferenda maiora prælu dium. 2024. Neque habent quod manducent, &c. *Nolo quòd mea prouidentia in his esurientibus à malis incusetur, sed in illis saturitatis laudetur à bonis* 1909. Si demisero eos ieiunos, deficient. *Non solùm de perfectis, sed de imperfectis, qui deficere possent, curam habuit.* 142. 145. Quidã enim ex eis de longè venerunt. *Deuotione commoti diuinam præsentiam desiderantes. Deuotus namque perpetuam Dei præsentiam habere cupit.* 2501. Vnde istos quis poterit, &c. *Pauperem sic Dominum esse monstrabant, qui amore pauperum pauper haberi minimè recusabat.* 2379. Et interrogabat eos, quot panes, &c. *ab illis namque panes non sibi sed indigentibus distribuendos accipere volebat. Liberalis enim accipit, vt dare possit.* 959. Et præcepit turbæ discumbere super terram. *Ne aliquis terram coleret, sed calcaret.* 592. 1303. Et accipiens septem panes. *Accipit vt iterum tribuat liberalis.* 1578. Gratias agens, fregit. *Gratus pro gratia soluit gratiæ pensionem.* 1553. Dabat discipulis suis, vt apponerent. *Panes suos esse putabat, cùm dabat.* 1409. Et habebãt pisciculos paucos. *Erant piscatores Apostoli, piscatores futuri.* 2182. Et ipsos benedixit, & iussit apponi. *Magnos, & benedictos faciebat, dum eos dare iubebat.* 959. Et manducauerunt, & saturati sunt. *Non biberunt. Abest enim vinum materia culpæ, quando adest Dominus gratiæ.* 5734. Et sustulerunt quod superauerat, &c. *Non solùm enim dederat ad indigentiam, sed ad magnificentiam.* 1552.

DOMINICA SEXTA post Pentecost.

Marc. 8.

Concio secunda per assumpta.

Ecce iam triduo, &c.

Assumptum duplex.

Optimum medium ad manifestandam compassionem, & affectionem est conuiuium triduo exhibere.

Ad manifestandam compassionem.

In lege gratiæ. Princeps Publius, de quo Paulus ex naufragio susceptus ab illo, sic loquitur. Qui nos suscipiens triduo benignè habuit. *Act. 27. Lyra.* Victualib⁹ reficiẽdo. *D. Chrys.* Ob solam calamitatem misertus illorũ est. *In lege scripta. Nehemias Artaxerxi gratus, obtenta ab illo licentia, venit Hierosolymam, & cum suis per tres dies ad mensam sedet.* Et eram ibi tribus diebus. 2. *Esdr.* 2. *Lyra.* Significabatur cõpassio Christi super miseriam populi. *In lege natura. In triduo conuiuij recordatus est Pharao ministri sui, vt prædixerat illi Ioseph:* Tres adhuc dies sunt, per quos recordabitur Pharao ministerij tui, & restituet te in gradum pristinum. *Gen.* 40. *Lyra in Morali ad hunc locum.* Remissio plenaria fit per tres dies.

Ad manifestandam affectionem.

Affectionem humanam, fœminam à se fugientem sequutus est vir eius, volens reconciliari ei, atque blandiri, vt est apud lib. Iud. c. 19. Et mansit in domo tribus diebus comedens, & bibens familiariter. *Nihil mirum, cùm (vt benè Iosephus ait) vehementer amaret coniugem. Affectionem angelicam. Per tres dies Angelus cum Tobia conuiuio sedet.* Videbar quidem vobiscũ manducare, & bibere. *Tob.* 12 *exerim.* Vt familiarior essem vobis. *Affectionem diuinam. Hanc voluit eã cu fœminæ Iudith significare cùm & panem, & vinum per tres dies et ciuina sua prouidentia suppeditauit, vt patet Iudith.* 12. *P. Serarius.* Sacra scilicet Eucharistia. *Postquàm enim per tres dies illos orabat, panes, & vinum edebat, & bibebat.* Ad orandũ Deũ suum per triduum.

Optimũ mediũ ad assequenda bona, & euitanda mala, est triduana regi per orationem assistentia.

Ad assequenda bona.

Bonum in naturalibus optimum, nempè vita. In ventre piscis tribus diebus, & tribus noctibus, orauit Ionas ad Deum. *cap.* 2. *Theodor* Deum in aluo ceti præsentem reperit, gratiasque agit illi, quod se seruaret.

Ad euitanda mala.

DOMINICA SEPTIMA post Pentecost.

Matt. 7.

Concio prima per commentaria.

DOMINICA SEPTIMA post Pentecost.

Matt. 7.

Concio secunda per assumpta.

Intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

Assumptum vnicum.

Homines per vitia in bestias transformantur.

patrem est. 2664. *Bellua est frater, qui nec patris memoria à cæde fratrũ reuocatur.* 1138. *Fera crudelis ab alia fera crudeli r, quasi in theatro occiditur.* 2689. *Leo est homo ferus, in fouea conditur occisus.* 2694. *Frater, qui fratrem occidit, bestia est.* 1216. *Mulus multo deterior rebellis in patrem regem est.* 2684. *Equus libidinosus freno timoris mortis cohibendus.* 1012. 1018. *Libidinosi vt bellua in tartara detruduntur, non vt aues in cœlum volant.* 2126.

DOMINICA OCTAVA post Pentecost.

Luc. 16.

Concio prima per commentaria.

Homo quidam erat diues. *Christus, qui tamen sine pondere diuitiarum in cœlum ascendit.* 2427. Qui habebat villicum. *Diues erat censu, sed pauper affectu, qui humilis vnicum habebat villicum, & non plures.* 2180. 2182. Hic diffamatus est apud illum. *Qui malã famam falsam esse, vt bonus prælat r cupiebat.* 2600. Vocauit illum, & ait: Quid hoc audio de te. *Famæ malæ non statim adhibenda fides.* 2248.

Redde rationem villicationis tuæ. *Est enim accusatus audiendus, antequam damnetur.* 454. Iam enim non poteris villicare. *Fama namque deperdita non posset seruus villicationem præ verecundia exercere. Ideò Deus sollicitus confacit famæ suorum.* 2258. Quid faciam, quia Dominus meus aufert, &c. *Diffamatum namque seruum non conseruaret. Ideò Dominus etiam cùm punit, puniti famam seruat.* 2995. Mendicare erubesco. *Meretur veniam, qui habebat verecundiam.* 2993.

Scio quid faciam, &c. *Vnusquisque enim mihi gratus beneficia a me sibi præstita, beneficijs compensabit.* 2512. Accipe cautionẽ tuã, & sede citò, scribe quinquaginta. Citò. *Ita nãrea celeritate quisque beneficij celeritatẽ obsequij sibi præstiti compensaret.* 1056. Laudauit Dominus villicum. *Accusatio fit laus contra intentionem accusantis.* 400. Quia prudenter fecisset. *Laudatur humana prudentia, ne homo in sola (quia aliquid faciat) nitatur Dei prouidentia.* 2011. 2100. 2104. 2105. Facite vobis amicos. *Pauperes amicos faciat homo, cùm Deus pauperem amicũ vendicet.* 1616. Recipiant vos in æterna tabernacula. *Qui enim in hac vita misericordiam denegauerit fratri, illam in vita æterna non assequetur à Patre.* 2233.

DOMINICA OCTAVA post Pentecost.

Luc. 16.

Concio secunda per assumpta.

Laudauit Dominus villicum iniquitatis.

Assumptum vnicum.

Contemptus diuitiarum laudatur.

Contemnit solum, qui cælum appetit. 1868. 1959. *Qui mundana spernit, doctor vitæ honestæ est.* 1937. 1938. *Beatus, qui diuitias abijcit, non adorat.* 16. *Diuitiæ, ut speculares imagines non suspiciendæ, sed despiciendæ.* 338. *Calcandæ pedibus, non in capite diuitiæ ferendæ sunt.* 2209. *Diuinas habens diuitias, despicit humanas.* 2060. *Humanas diuitias spernit, qui diuinas sperat.* 1943. 1944. *Falsas non colit, qui veras cupit.* 1939. *Qui diuinas appetit, humanas contemnit.* 1670. *Diuitias sapiens paupertati postponit.* 1544. *Cœlum non intrat, qui non despicit solum.* 1814. *Diues auarus habet custodia periculum, non possessionis fructum.* 3132. *Diuitias, qui colit, idololatra est.* 398. 337.

Imitator Christi est spernens diuitias. 2111. *Possideat fidelis diuitias, non ab illis possideatur.* 2243. *Deum suum facit mundana contẽnens.* 2465. *Amicus est Dei diuitias spernẽs.* 1616 *Mundi dimidium pro nihilo ducit iustus.* 709. *De contemptu mundi sancta iactantia in iusto est.* 31. *Contemptor mundi vestes pretiosas deponit.* 319. *Terra per contemptũ calcanda, non veneranda est.* 1655. *Mundana omnia pedibus conterenda sunt.* 141. *Vide* V. *Mundus.*

DOMINICA NONA post Pentecost.
Luc. 19.

Concio prima per commentaria.

DOMINICA NONA post Pentecost.
Luc. 19.

Concio secunda per assumpta.

Domus mea, domus orationis est.

Assumptum vnicum.

Oratio sit continua.

temporibus in die flectebat genua sua, & adorabat; confitebatur coram Deo suo. *v. 10. D. Hieron.* Tria tempora, quibus Deo flectenda sunt genua, tertiam horam, sextam, & nonam Ecclesiastica traditio intelligit. *Per singulas noctis horas.* *Matth. 26.* Venit ad discipulos, & inuenit eos dormientes, & dixit Petro: Sic non potuisti vna hora vigilare mecum. *v. 40. Gloss. ord. Expendens illud.* Mecum, *& illud.* Et orauit tertiò. *v. 4.* Tribus vicibus orauit, vt & nos à præteritis peccatis veniam: & à presentibus malis tutelam: & à futuris periculis cautelam oremus, & omnem orationem ad Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum dirigamus.

Per singulas temporis momenta. *Psalm. 33.* Benedicam Domino in omni tempore, semper laus eius in ore meo. *v. 2. Diuus Ambros.* Non desinamus circa Dei laudes, siue hymnum dicendo, siue diuinam per omnia momenta gloriam concinendo, sicut Dauid. *in Psal. 43. Vide plura de orat. in Indice generali. v. Oratio.*

DOMINICA DECIMA post Pentecost.

Luc. 17.

Concio prima per commentaria.

Dixit Iesus ad quosdam, qui in se confidebant tamquam iusti. *Cùm nullus illorum iustus esset. Ille namque iustus est, qui Deo, & non in se ipso confidit. 1551.* Aspernabantur cæteros. *Humiles fierent non in se ipsis confiderent, sed in meritis aliorum, quos non despicerent, vt peccatores, sed suspicerent, vt intercessores. 527.* Duo homines ascenderunt in templum. *Iam olim in mundi templo duo homines apparuerant, qui duæ columnæ prima vitio, secunda virtuti dicatæ fuere. 613.* Vt orarent. *Publicè ad templum aliorum. 829.* Vnus Pharisæus, & alter Publicanus. *Pharisæus, seu religiosus, qui Deo foret gratus, si non esset pro beneficijs Deo ipsi ingratus. 634.* Alter Publicanus. *Ac si publicè peccaret, ac proinde peior haberetur. 303.* Pharisæus stans, hæc apud se orabat. *Status enim corporis rectum statum animæ indicabat. 427.* Apud se orabat. *Pro se, non apud se orare debebat. Debet enim quisque pro se primò, secundò pro alijs deprecari. 267. 274.*

Deus, gratias ago tibi. *Sic gratum se Deo esse significabat pro diuinis gratijs humanas se Deo exhibere præmonstrabat. 1565.* Non sum sicut ceteri homines. Non sum. *Certè si id solum diceret, verum enunciaret. Nam coram Deo, Qui est, qui est se pro nihilo reputaret. Humiliatur namque iustus ex Dei præsentia. 1830.* Raptores, iniusti, &c. *Superbus erat, si enim esset humilis non aliorum crimina sciret, & merita propria penitus ignoraret. 2479.*

Et Publicanus à longè stans. *Humilis à superbo se longè separabat. Sic enim & proprium, & alienum peccatum effugere intendebat. 2672.* Nolebat nec oculos ad cœlum leuare. *Sic verè humilis faciem abscondebat, non audens coram alio, quem sanctum existimabat diuinis oculis apparere. 589.* Sed percutiebat pectus suum. *Vt ex corde, quod lapideum existimabat flammas amoris diuini excitaret, quo accensus Deum adamaret. 1766.* Deus, propitius esto mihi peccatori. *Optimam ad veniam obtinendam allegabat rationem, dum se dicebat peccatorem, vt qui sciret peccatori datum à Deo fuisse veniæ chirographum. 2921.* Omnis, qui se exaltat, humiliabitur. *Superbus quippe deprimitur. 3014.* Qui se humiliat, exaltabitur. *Et sic qui se deprimit, à Domino honoratur. 532. 2995.*

DOMINICA DECIMA post Pentecost.

Luc. 18.

Concio secunda per assumpta.

Assumptum duplex.

De superbia, & humilitate.

De superbia.

De humilitate.

Concio prima per commentaria.

DOMINICA DECIMA-prima post Pentecost.

Marc. 7.

DOMINICA DECIMA-prima post Pentecost.

Marc. 7.

Concio secunda per assumpta.

Deprecabantur eum, vt imponat illi manum.

Assumptum vnicum.

De intercessione.

Intercessore non eget, qui beneficia cupit donare. 2778. 2779. *Intercessori Filio non valet aliquid Pater negare.* 1. *intercessor pater pro filio iram sedat.* 1772. 2722. 530. *Mater pro filio apud patrem.* 2777. *Interuentrix vxor pro marito.* 960. *Ancilla apud dominum.* 977. *Virginis Mariæ intercessio pro nobis.* 2019. 960. 165. 574. *Iusti pro impijs.* 2569. *Apud Deum sit musicus.* 2325. *Non excedat misericordiæ limites.* 2324.

Intercessores quærit, ne puniat peccatores. 2853. 1017. 1834. *Elias apud Deum intercedit.* 2921. 2923. *Abraham humani generis fulcrum.* 1532. 1532. *Etiam intercessio apud Deum obtinet.* 1850. 372. 523. 527. *Intercessio fœminæ apud hominem.* 909. 910. 968. *Propinquorum apud Christum.* 1466. *Patrui pro nepote.* 2009. *Sacerdotis pro omnibus.* 53. 56. 60. *Dei pro pœnitente apud hominem.* 2920. 2921. 2922.

DOMINICA DECIMAsecunda post Pent.
Luc. 10.

Concio prima per commentaria.

Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis. *Non iam solùm in figura, in qua olim Israelitis Dei apparuit Filius, sed in veritate ipsum Dei Filium aspicientes.* 1402. Multi prophetæ, & reges voluerunt, &c. *Scilicet Dei Filium factum filium hominis, promissum Abrahamo prophetarum primo, & Dauidi regum optimo.* 2352. 2353. Et ecce quidam legisperitus surrexit tentans illum. *Tentabat, vt dæmon ad ruinam: non vt Deus, qui tentat ad coronam.* 1743.

Magister, quid faciendo, vitam æternam possidebo? *Meritò magistrum dicebat illum, qui magis opere, quàm sermone docebat.* 96. In lege quid scriptum est, quomodò legis? *Licet enim omnia alia sciret, imperfecta foret eius scientia, nisi illam scientia de Deo diligendo coronaret.* 41. Ille respondens, dixit: Diliges, &c. *Rectè respondisse laudatur: Amore namque Dei, & amore proximi, quasi alis duabus iustus in cælum volat.* 2123. 2124. Et quis est meus proximus? *Christus ipse proximus omnium fuit, qui super omnes misericordiam fecit.* 1772.

Homo quidam. *Quilibet enim homo eo ipso, quòd homo est, vt proximus, & vt frater eiusdē Dei filius diligendus est.* 1684. Incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum. *Non tamen ab eo abstulerunt Christi pallium, nempè tribulationem; imò hoc inuolutum pallio reliquerunt.* 2438. Accidit autē, vt sacerdos quidam, &c. *Certè sacerdotio hic erat indignus: deberet enim viso illo homine, illum suis humeris imponere, & vt onus sibi gratum baiulare.* 192. Similiter, & leuita. *Ne sacerdotem arguere de impietate videretur. Leuita namque eiusdem generis sacerdotem nollet offendere.* 229. Samaritanus autem quidam, &c. *Cui miser extraneus erat. Compassio tamen genus non attendit, sed miseriam.* 321. Quis horum triū videtur tibi proximus fuisse illi. *Samaritanus profectò, qui talem se ipsum cogitauit, qualem miserum inspexit.* 2327. Vade, & tu fac similiter. *Talem te cogitans, qualem aspexeris esse miserum.* 1389.

DOMINICA DECIMAsecunda post Pentecost.
Luc. 10.

Concio secunda per assumpta.

Diliges Dominum Deum, &c.

Assumptum duplex.

De amore erga Deum, & erga proximū.

De amore erga Deum.

Amoris diuini igne purgatio potiùs fiat, quàm igne rigoris. 109. 600. *Omnia despicit, qui*

De amore erga proximum.

DOMINICA DECIMA-tertia post Pentecost.

Luc. 17.

Concio prima per commentaria.

DOMINICA DECIMA-tertia post Pentecost.

Luc. 17.

Concio secunda per assumpta.

Assumptum duplex.

De gratitudine exhibenda.

De gratitudine exhibenda Deo.

De gratitudine exhibenda homini.

Populus sit regi gratus. 1485. Socius socijs gratus sit. 373. Gratus soluit filio obsequia debita patri. 832. 1497. Rex duci pro regno pugnanti gratus sit. 1023. 2268. Gratus rex sibi adhuc non regnanti, benefactori. 982. Honorem duci rex gratus impendat. 1934. Vide in Indice v. Gratus, & vide concio. 2. de feria 4. post Dom. 4. Quadrag.

DOMINICA DECIMA-quarta post Pentecost. *Matt. 6.*

Concio prima per commentaria.

Nemo potest duobus dominis seruire. *Pluribus enim simul dominis seruire durum est.* 1156. 1197. 1158. 1161. 1164. Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget. *Si nempè perfectus sit; hic enim odio habebit mundum, & Deum diliget.* 669. Aut vnum sustinebit, & alterum contemnet. *Erit enim firmissima columna patientiæ, qua iniurias sibi factas à mũdo despiciat.* 1338. 1339 Non potestis Deo seruire, & mammonæ. *Vnde auarus, qui seruus est diuitiarum, seruus Dei esse non potest.* 2870. 2898. Ideò dico vobis, ne solliciti sitis animæ vestræ, &c. *De diuinis, non de humanis sit homo sollicitus, sic enim Deum de se sollicitũ vendicabit.* 1799.
Non ne anima plus est, quàm esca. *Terrenus homo exemplis corporalibus deducitur ad spiritalia.* 1418. Pater vester cœlestis pascit illa. *Prouidentia Dei, in qua poni debet hominis confidentia.* 1822. Nolite ergo solliciti esse. *Non enim de temporalibus, sed de spiritualibus sollicitudo esse debet.* 323. 326. Scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis. *Vndè per diuinam prouidentiam supplet humanam in filijs indigentiã.* 1880. Quærite ergo primũm regnum Dei, &c. *Sunt enim bona spiritualia temporalibus præferenda.* 986. 1528. 1547.

DOMINICA DECIMA-quarta post Pentecost. *Matt. 6.*

Concio secunda per assumpta.

Nemo potest duobus dominis seruire.

Assumptum duplex.

De seruitute Dei, & de seruitute dæmonis.

De seruitute Dei.

Seruus Dei semper Deum timet. 587. Captiuus tyranni seruus Dei persistit. 370. Nomen Dei sibi non vendicat. 291. Seruitus Dei maximus honor est. 445. Titulum serui Dei libro præfixit suo Abdias. 553. 556. Seruus Dei in amicum mutatur. 1828. Deus alijs placat. 1904. Est malis hominibus terribilis. 1904. Seruus Dei vnus Dominum suum Deum esse ostendit. 1970. Sudores serui sui non despicit Dominus. 1971. De seruo bono gloriatur Deus. 1990. Gloriatur homo de seruitute Dei. 2601 Seruus Dei de cicatricibus gloriatur. 3056.

De seruitute dæmonis.

Seruus dæmonis non videatur esse qui Dei seruus est. 4. Peccator seruus dæmonis est. 4. Quod facit seruus dæmonis per rigorem, faciat seruus Dei per amorem. 324. Dæmonis seruus est, qui ad malum venditus est. 3120. Seruus captiuus, & non solùm simul ut mercenarius dæmonis peccator est. 3022. Dæmonis seruus in seruum Domini commutetur. 8. 16. 27. Vide in Indice v. Seruus.

DOMINICA DECIMA-quinta post Pentecost.

Luc. 7.

Concio prima per commentaria.

DOMINICA DECIMA-quinta post Pent. Luc. 7.

Concio secunda per assumpta.

Accepit autem omnes timor.

Assumptum de timore Dei.

DOMINICA DECIMA-sexta post Pentecost. Luc. 14.

Concio prima per commentaria.

DOMINICA DECIMA-sexta post Pentecost. Luc. 14.

Concio

Concio secunda per aßumpta.

Et non continuò extrahet illum.

Aßumptum duplex.

Celeritas in opere bono commendatur: in malo opere condemnatur.

Celeritas in bono opere commendatur.

Nullum sacerdoti calceamentum imponitur, vt sit celer, non autem tardus ad gressum. 31. Celer cursus ad succurrendum miseris inseruit amori, non nocet honori. 245. Opus bonum sine mora faciendum, ne si occasio prætereat, fructus pereat. 974. Festinanti ad obediendum, festinat Deus ad beneficium conferendum. 1056. 2863. Non solum dimidium facti, sed totum facit, qui celer obedit. 1527. Non satis est benefacere, nisi etiam matures, quod facis. 1727. Prima voti gratia, celeritas solutionis est. 1751 Celer pedibus celerior oculis ad obediendum est iustus. 1751.

Non differendum sacrificium, sed maturandum obsequium est. 1763. 1791. 1797. Celeritate in Dei obsequio, nec pater filio, nec filius patri cedit. 1801. Festinus obediens sine mora mundi bona dimittit. 1862. 1798. Celer celerem in opere bono sociam quærit maritus vxorem. 2002. Celeritate, qua Deus præcepit, obtemperandum. 2033. Obediens sine mora. 2096. Non placet Deo mora obedientiæ. 2159. 2344. Festina sit alieni satisfactio. 1269.

Celeritas in malo opere condemnatur.

Deus non tam scelus, quàm sceleris celeritatem condemnat. 229. Moram in operando malum, quod suadent, mali non patiuntur. 223. Ad deos falsos faciendos populus festinabat, & manicabat. 298. Dicto citiùs difficile medium ad malum finem populus exequitur. 300. Ambitiosus honoris ad crimen festinat enorme. 303. Tyranni præceptum festinanter ministri perficere curant. 424. Accelerantes mortem iustorum, sibi interitum festinant mali. 459. Mandatum iniustum regis dicto citiùs ministri festinans implere. 460. Inuidus malum nescit differre. 541. Celeritate magna ad vindictam iratus procedit, nisi à Deo retardetur. 958. Acceleratur facinus, ne si enormitas illius cogitetur, commissurus ab illo retardetur. 1218. 2654. Celeritatē culpæ mulctat Deus per celeritatē pœnæ. 1424. 2893. 2681. Facinus conceptum festinanter malus cupit implere. 2666. 2667. 2672. Celer ad malum timet differre crimen patrandum. 2667. Festinus ad malum, ad bonum tardus auarus. 2877. 2892. Adeo celer malus est ad crimen committendum, vt vincat celeritatem, quam Deus habet ad loquendum. 3101. 3119. Vide in Indice generali v. Celeritas, & v. Festinus ad malum.

DOMINICA DECIMA-septima post Pentecost. *Matth. 22.*

Concio prima per commentaria.

Interrogauit eum vnus, &c. doctor. *Indignus, qui doctor diceretur cùm Deū sibi proximum factum, non amaret, sed tentaret. Non poßet enim docere legem, quam nesciebat implere, 1912.* Magister. *Meritò magister dicebatur, qui id, quod voce docebat, opere faciebat. 96.* Quod est mandatum magnum in lege. *Aptè de magno mandato magister interrogatur magn⁹, qui nō solū legis præcepta docebat, sed faciebat. 1585.* Diliges Dominum Deum, &c. *Amor namque erga Deum omnia alia præcepta facilia, & leuia faceret. 1858.* Ex toto corde tuo, &c. *Vt non solùm corde, sed & ore, & opere Deum diligas. 2445.* Diliges proximum tuum sicut te ipsum. *Faciet enim proximum æqualem sibi. 2127.*

In his duobus mandatis, &c. *Quibus tu quasi duabus alis suspensus in cælum poteris euolare. 2123. 2124.* Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est. *Certè illius, cui se similem demonstrabat; filius enim similis Patri est. 935.* Dicunt ei Dauid. *Huic enim promißus fuerat rex à rege nasciturus. 2374.* Quomodò ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominum, &c. *An quia eum, vt pater a leo diligebat, vt ipsum etiam quasi sibi Deum vellet adorare. Amens, non solum amans, pater id præstaret. 1657.* Dom ino meo, *Deum Filium suum vocat Dominum, qui nempe*

nempè illum specialiter inter homines diligeret. 3130. Sede à dextris meis. *In loco scilicet omnium optimo.* 1495. Donec ponam inimicos tuos scabellum, &c. *Vt eos despiciēs calcare possis, qui mundum pedibus per contēptum calcasti.* 141. Si ergo Dauid vocat eum Dominum, quomodò filius eius est? *Neque enim pater filium, sed potiùs filius patrem debet dominum appellare.* 2769.2772 Et non poterant ei respondere verbum. *Intelligebant demonstratum Christū Dei Filium esse, ideòque dominum appellari. Sic enim domini filius, dominus debet nuncupari.* 2609.

DOMINICA DECIMA-septima post Pentecost. *Matt.* 22.

Concio secunda per assumpta.

Quomodò filius eius est?

D. *Hieron.* Dominus ergo filius Dauid vocatur, non secundùm id, quod de eo natus est; sed iuxta id, quod semper a Patre natus fuit.

Assumptum vnicum.

Christus simul Deus, & homo omnium prophetarum oraculis prænunciatus futurus.

Isaiæ cap. 7. Et vocabitur nomen eius Emmanuel. *Lactantius*: Propheta declarauit hoc nomine, qoud Deus ad homines in carne venturus esset *lib.* 14. *c.* 2. *Hierem. cap.* 23. Suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex, & sapiens erit. *n.* 5. *&* 6. *Lyra.* Describitur conditio Christi Dei veri, & hominis. Sapiens, quia sapiens erit sapientia increata, & creata. Rex, vt Deus per increatam authoritatem, vt homo per concessam in tempore potestatem, secundū quod dicit Matth. 18. Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra.

Baruch. c. 3. Deus noster in terris visus est, & cū hominib' conuersatus est. *n.* 38. *Carth.* Visus est, verè visibilis factus homo permanens inuariabiliter Deus in vnitate personæ Deus, & homo existens. *Ezechiel.* 34. Suscitabo super eos pastorē vnum. Seruus meus Dauid princeps in medio eorum. *n.* 23. 24. *D. Ambros.* Verus Dauid verus humilis, verus manu fortis Dei Filius hoc annunciatur nomine; seruitutem suscepit in corpore suo, vt libertatem omnibus redderet. *lib.* 7. *epist.* 47. *Danielis* 3. Species quarti similis Filio Dei. *n.* 92. *Tertul.* Deus omnipotens ille inuisibilis, quem nemo vidit vnquam in fornace Babylonij regis apparuit, quamquam filius hominis est dictus. *lib. de Trinit. cap.* 16. *Oseæ c.* 3. Saluabo eos in Domino Deo suo. *n.* 7. *Nouatianus.* Tam scriptura Deum adnunciat Christum, quàm etiam hominem ipsum adnunciat Deum. Ecce enim Osea ait, ex persona Patris; saluabo eos in Domino Deo ipsorum. Cur homo dubitet Christum Deū dicere, quem Deū à Patre animaduertit positum. *lib. de Trinit. Ioel. cap.* 2. Dedit vobis doctorem iustitiæ, & descendere fecit ad vos imbrem matutinum, & serotinum. *n.* 23. *Interl.* Veterem legem, & nouum testamentum. *Vt qui in lege veteri fuerat Deus doctor timoris, in noua fieret homo doctor amoris.*

Amos cap. 4. Præparare in occursu Dei tui Israel. *n.* 12. *Carthusianus.* Vnigenitum Dei verum, Deum per incarnationis mysterium descendentem deuotè suscipe, & adora. *Suscipe vt hominē adora, vt Deum. Abdiæ.* Legatum ad gentes misit. *n.* 1. D. *Hieron.* Audiuit Abdias quòd legatus ad gentes sit mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus. *Qui vt Deus diuina, vt homo humana lingua loqueretur, & vtriusque partis sensa expliearet. Ionæ cap.* 1. Descendit in nauem, vt cum eis iret in Tharsis. *n.* 3. *Carthus.* Diuinitas quippe latebat in carne, vt visibiliter conuersaretur cum hominibus, & prædicaret in mundo.

Mich. Ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio à diebus æternitatis eius. *num.* 2. *Hugo Card.* Egredietur Christus ex Virgine natus secundùm carnem, sed secundū diuinitatem egressus eius generationis æternæ ab initio à Patre. *Nahum, cap.* 1. Ecce

Ecce super montes pedes euangelizātis, & annunciātis pacem. *n. 15. Septuaginta legunt.* Ascendit insufflans in faciem tuā eruens de tribulatione. D. *Hieronymus.* Venit tibi Christus, qui priùs insufflauerat in faciem tuam, cùm te de limo fingeret, & post resurrectionem, quando insufflans in faciem Apostolorum, ait: Accipite Spiritum sanctum. *Abacuc. c. 3.* Deus ab Austro veniet, & sanctus de monte Pharan. *n. 3. P. Cornel.* Filius Dei, qui in monte Pharan Iudæis apparuit, ad nos veniet manifestus, dum carnem nostram assumet.

Sophoniæ c. 3. Dominus iustus in medio eius non faciet iniquitatem. *n. 5 Lyra.* Idest, Dominus Iesus Christus, qui fuit in medio populi, non solùm Deitate, sed & assumpta humanitate. *Aggæi cap. 2.* Assumam te Ierobabel serue meus, dicit Dominus. *n. 24. Hugo.* Per Ierobabel intelligitur Christus homo, qui & homo assumptus dicitur. *Zachar. c. 2.* Ecce ego venio, & habitabo in medio tui, ait Dominus. *n. 10. Interl.* Exiui à Patre, & veni in mundum cum hominibus conuersaturus. *Malach 3.* Statim veniet ad tēplum suum Dominator, quem vos quæritis. *Carthus.* Venit Christus mediator Dei, & hominum. Venit *vt dominator,* venit *vt amator. Dominatorem retardabat fastus, amatorem accelerabat affectus. Vide verbum Christus.*

DOMINICA DECIMA-octaua post Pentecost. *Matth. 9.*

Concio prima per commentaria.

Ascendens Iesus in naniculam, transfretauit, &c. *Mare sæculum est, quod in nauigio sui corporis Christus Dominus transfretauit.* 1805. Venit in ciuitatem suam. *Mundi ciuis, qui pro mundo patria sacerdos oraret.* 7. Ciuitatem suam. *Quam frequenter habitaret, & sic nobilitaret.* 1909. Et ecce offerebant ei paralyticum. *Se ipsos Christo etiā per fidem offerebant, alioqui nōn rectè offerrēt paralyticum. Offerre se ipsum* Deo *debet homo.* 892. Iacentem in lecto. *Iacentem stātes offerebant, qui* Dei *gloriam quærentes pro peccatore Dominum orabant.* 2320. Videns autem Iesus fidem illorum. *Significabat gratum sibi munus oblatum paralyticum, cum offerentes inspectabat.* 697. Confide fili. *Fiducia carebat, qui non carebat culpa. Solus enim qui peccato caret, vitæ fiduciam habere potest.* 62. Fili. *ad Deum namque conuersus siue per timorem, siue per amorem Filius Dei est.* 1055. Remittuntur tibi peccata tua *Quid mirum? Libenter filio pater crimina indulget.* 2827. Et ecce quidam de Scribis, &c. *Secretò, non in publico peccabant. amens, qui publicè peccat.* 2670. Quid cogitatis mala in cordibus. *Per se ipsum arguit peccata occulta, qui per alios punit manifesta.* 748. Quid est facilius dicere, &c. *Difficilior est animæ, quàm corporis resurrectio.* 1801. 2502. Vt autem sciatis, &c. *De potestate ad bonum gloriatur. Potestas ad malum, abusus potentiæ est.* 2995. Surrexit, & abijt in domum suam. *In hoc non adeo laudabilis, quòd obedientiæ terminum præcognouit.* 2266. 22667. Videntes autem turbæ, timuerunt. *Metuebant ex timore, & glorificabant ex amore, & ex vtroq; à peccatis se ipsos retardabant.* 3133.

DOMINICA DECIMA-octaua post Pentecost. *Matth. 9.*

Concio 2. per assumpta.

Filius hominis habet potestatem dimittendi peccata.

Assumptum vnicum.

De venia peccatorum.

Venit in ciuitatem suam. *Cui vniuersæ veniā præberet, si in ea iustos duos inueniret.* 1834. Et ecce offerebant, &c. *Vt memor fragilitatis humanæ veniam condonaret.* 2251. Iacentem in lecto. *Non petentem à Christo veniam. Neque enim qui typum peccatoris Deo rebellis gerebat, veniam petere audebat.* 1195. 1196. 1197. Videns autem Iesus fidem illorum. *Veniam assequitur qui habet sanctos intercessores, non accusatores.* 1006. 1060.

Confide

DOMINICA DECIMAnona post Pentecost.
Matt. 12.

Concio prima per commentaria.

DOMINICA DECIMAnona post Pentecost.
Matth. 12.

Concio secunda per assumpta.

Multi sunt vocati, pauci verò electi.

Assumptum vnicum.

Prædestinatorum numerus minor numero reproborum pro temporibus trium legum.

Pro tempore legis naturalis.

Gen. 2

Gen. 2. Iuxta Septuaginta sic habetur. Ex omni ligno, quod in paradiso escam comedes: ex ligno cognoscendi bonum, & malum non comedatis. *num. 16. Philo.* Sapiente vno inuento, fatuorum multitudo reperitur innumera; itaque merito vnum hortatur nutrici virtutibus, multos verò vt à nimia calliditate abstineant, hac enim vtuntur innumeri. *lib. 1. Alleg. ad finem. Gen. 6.* Ingredieris arcam tu, & filij tui, vxor tua, & vxores filiorum tuorum tecum. *n. 18. & D. Petrus epist. 1. c. 3.* Expectabant Dei patientiam, cum fabricaretur arca, in qua pauci, idest, octo animæ saluæ factæ sūt per aquam, quod & vos nunc similes formæ saluos facit baptisma. *n. 20. Carth.* Nam sicut per aquam diluuij salui facti sunt valdè pauci comparatione eorum, qui perierunt diluuio, ita electi, qui per baptismum saluantur, perpauci sunt, comparatione fidelium reproborum, & aliorum incredulorum. *Gen. 22.* Multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & velut arenam, quæ est in litore maris. *num. 17. D. Aug. lib. 3. contra Cresconium.* Multi sunt stellæ, paucas dicimus in cōparatione arenæ maris. Forte stellæ signauerunt spirituales christianos, maris autem arenæ carnales.

Pro tempore legis scriptæ.

Isaia cap. 24. Quomodò si paucę oliuæ, quæ remanserunt, excutiantur ex olea? *n. 13. Lyra.* Sciendum quod electi ad gloriam, erunt valdè pauci respectu damnatorū. *Deuter. 28.* Aperiet Dominus thesaurum suum optimum. *n. 12. & cap. 33.* Non ne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis? *n. 34. Philo ad hæc loca.* Sunt enim vt bonorum, ita etiam malorum thesauri apud Deum. Et bonorū quidem vnicus, quoniam enim & Deus vnus, etiam thesaurus bonorum vnus est; multi verò malorum, quia & peccatores immenso numero. *lib. 7. Alleg. Cant. 2.* Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. *n. 2. D. Aug. lib. de vnitat. Eccles.* Habemus innumera testimonia de bonorum paucitate propter malorū plurimam comparationem. In Canticis Canticorum, sicut lilium in medio spinarum, ita proxima mea in medio filiarum. Vnde appellat spinas, nisi propter communicationem sacramētorum, *cap. 12. & 12.*

Pro tempore legis gratiæ.

D. Lucas c. 5. Concluserunt piscium multitudinem copiosam. *n. 6. Ioan. 21.* Traxit rete in terram plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus. *n. 10. 11. D. Aug. de his duabus piscationibus.* In illa piscatione numerus piscium non exprimitur, tamquā illud ibi fiat. Multiplicati sunt super numerum Psal. 39. Hic verò non sunt certus est numerus. *tract. 122. in Ioannem. Matth. 3.* Cuius ventilabrum in manu sua, & congregabit triticum suum in horreum, paleas autem comburet igne inextinguibili. *n. 12. D. Aug.* Paucitas sanctorum tamquā granorum in comparatione multitudinis palearum. *lib. contra Faustum. Apoc. 20* Libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est liber vitę. *n. 12. Doctor Iosephus Vega.* Libri aperti ad reprobos spectā, qui quoniam sunt multo plures, quam prędestinati, in multis libris scripti referuntur, cum prædestinati, quoniam cōparatione reproborum pauci sunt, in vno tantùm librò scripti apparent. *com. 1. sect. 2.*

DOMINICA VIGESIMA post Pentecost.

Ioan. 4.

Concio prima per commentaria.

Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur. *Fortassis in pœnam patris. Est enim filij infirmitas patris pœna.* 739 Hic cū audisset, &c. *Non reginam misit, sed ipse abijt. Forsitan materiam obierat, alioqui ipsa regali habitu in communem mutato, ob salutem filij prima abiret.* 733. Rogabat eum vt descēderet, &c. *A cœlo, ad quod regulus dum oraret, descendisse videtur.* 2399. Et sanaret filium eius. *A quacunque detineretur ægritudine. Medicus namq; Deus omnes curat.* 612. Dixit ergo Iesus ad eum: Nisi signa, &c. *Non arguit infirmum, sed patrem. Humanissimè enim curabat, quin improperaret.* 421.

Domi-

DOMINICA VIGESIMA post Pentecost.

Ioan. 4.

Concio secunda per aßumpta.

Credidit ipse, & domus eius tota.

Aßumptum vnicum.

Exemplum maioris sequuntur minores.

DOMINICA VIGESIMA-prima post Pentecost.

Matth. 18.

Concio prima per commentaria.

DOMINICA VIGESIMA-prima post Pentecost. *Matth.* 18.

Concio secunda per assumpta.

Assumptum duplex.

De patientia diuina, & humana.

De diuina.

De humana.

DOMINICA VIGESIMA-secunda post Pentecost.

Matt. 22.

Concio prima per commentaria.

DOMINICA VIGESIMA-secunda post Pentecost. *Matt.* 22.

Concio secunda per assumpta.

Cuius est imago haec?

Origenes. Deus peccatorum imaginem ad nihilum rediget: iustorum autem imaginem conseruat.

Assumptum duplex.

Deus imaginis diuinae deletores punit: conseruatores honorat.

h *Dele-*

Deletores punit per creaturas omnes.

Per creaturam corruptibilem. Ezechielis cap. 10. Imple manum tuam prunis ignis, & effunde super ciuitatem. *n. 2. In templo huius ciuitatis non Dei veri imago, sed idolorum simulachra videbantur, iuxta illud Ezechiel. 8.* Vniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete. *n. 10. D. Hieron.* Possumus in nostri tepli parietibus idola mōstrare depicta, quando pingimus in corde imagines peccatorum. *Per ignem igitur Dominus templum cordis, in quo fuerit imago non Dei, sed idoli inflammabit, gaudebitque dum inflammatum viderit. Iuxta illud Ezech. 11.* Et ascendit gloria Domini de medio ciuitatis, stetitque super montem. *n. 23. D. Hieron.* Vt indè arsurā cerneret Hierusalem, & templum in cineres dissolutum.

Per creaturam cœlestem. Psal. 72. In ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. *D. Ambros.* Fugiamus imaginem, quę intrare in ciuitatem Dei non potest. *Et D. August.* Vt Deus in ciuitate sua imaginem ipsorum ad nihilum redigat, quia ipsi in ciuitate sua, terra, imaginem Dei ad nihilum redegerunt.

Per creaturam vegetatiuam. Gen. 3. Germinet terra herbam virentem facientem semē secundū similitudinem suam. *D. Ambros.* Herba generi respondet suo; tu non respondes tuo, qui ad imaginem Dei factus es. *Satis confusus es homo, cum nec herbam imitari probatur.*

Per creaturam sensitiuam. Psal. 48. Homo cōparatus est iumentis, & similis factus est illis. *D. Chrysost.* Quandiù purum seruauit vultum ad imaginem Dei, bestiæ ei tanquam seruæ parebant; quando autem vultum fœdauit inobedientia non agnoscentes Dominum, tanquā alienū, eum odio habebant.

Per creaturam humanam. Ps. 48. Statuam te contra faciem tuam. *D. Hieron.* Cùm ad imaginem Dei conditi simus, tot habemus personarū similitudines, quot peccata. *Vnde dicebat David.* Peccatum meū contra me est semper. *Ps. 50. D. Chrysost.* Dauid tanquā in imagine peccatum habebat depictum, & per singulos dies videbat, & ideò dicebat; Peccatum meum contra me est semper.

Per creaturam Angelicam. Ezechiel. 9. Transi per mediam ciuitatem, & signa thau super sanctis, &c. *n. 4. D. Hieron.* Thau litera crucis habet similitudinem. *D. Bernar.* Vt conformati imagini passionis tuæ ad tuæ Diuinitatis imaginem reformemur. *Omnes, in quibus Angeli sex non inueniebant crucis imaginem securibus cecidebant iuxta illud Ezechielis 9.* Egressi sunt, & percutiebant, &c. *n. 7.*

Conseruatores honorat per creaturas omnes.

Per creaturam corruptibilem. Dan. 3. Non tetigit eos omninò ignis, neq; contristauit, nec quidquam molestiæ intulit. *n. 50. Nil mirum. Dum enim imaginem regis non adorabant, Dei in se ipsis habere imaginem ostendebant, quam Deus per ignem honorabat. D. Ambros.* Illi Hebræi pueri non adorauerūt imaginem regis, non receperunt eam. *In Exod. iusto, & alibi.* Suam Deus non damnat imaginem, nec illam in incendium mittit æternum.

Per creaturam incorruptibilem. Apoc. 20. Vidi sedes, & sederunt super eas. *Quinam sunt illi, quos Deus sedibus cœlestibus honorabat?* Qui non adorauerunt bestiam, neque imaginem eius, nec acceperunt characterem eius. *cap. 20. Clem. Alex.* Quicunq; studeat assimilari characteri, qui ab ipso datus est.

Per creaturam vegetatiuam. Sapient. 9. Cāpus germinans de profundo. *D. Ambr.* Deus sine peccato est, ideò qui peccatum fugit, ad imaginem Dei est; sic fugit Moyses, vt fides eius inter fluctus sibi aperiret viam. *Sic per flores sui imaginē Dominus honorabat.*

Per creaturam sensibilem. Daniel. 6. Non nocuerunt mihi. *Theodoretus.* Eò quòd in illo characteres diuinam imaginem præ se ferentes conspicerent.

Per creaturam humanam. Gen. 41. Numquid inuenire poterimus talem virum, qui Spiritu Dei plenus sit. *Sic rex Ægypti cum suis Iosephum honorabant. Philo.* Postquā suam vitam continentia, ceterisq; virtutibus plenā, velut tabulam benè depictam in medio proposuit, conuertit etiā eos, qui videbantur insanabiles. *lib. de Ioseph. & iterū.* Ioseph gloriæ imago est.

Per creaturam Angelicam. 4. Reg. 2. Ecce currus igneus, & equi ignei, & ascendit Elias in cœlū. *D. Hier.* Per equos Angelica possumus intelligere ministeria, his equis Elias raptus in cœlū est. *Nil mirùm, quia ait D. Bern.* Beata anima, quæ ad imaginē Dei reformatur, talem animam Angeli honorificant.

DO-

DOMINICA VIGESIMA-tertia post Pentecost. *Matth. 9.*

Concio prima per commentaria.

Ecce princeps vnus accessit, & adorabat eum. *Iure quasi miraculum princeps adorans demonstratur. Vult enim princeps adorari, non adorare.* 392. 2596. Domine, filia mea modò defuncta est. *Cur dum adhuc filia viueret, non petiuit filiæ sanitatem? Forsan filia vitam non amabat, nec suam mortem flebat? Si ita. Meruerat ad vitam reuocari.* 1763. Impone manum tuam super eam, & viuet. *Extenditur enim manus Dei ad vitam conferendam, & manus hominis ad auferendam.* 2055. Et surgens Iesus sequebatur eum, & discipuli eius. *Iam olim Dei Filius cum socijs ducem viæ hominem habuit.* 1736. Ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur. *Extra domum fœmina quasi quid rarum ostenditur. Debet fœmina esse domestica.* 950. Accessit retrò. *Nec Christi, quem videbat hominem oculis vultum offerre volebat.* 913. Tetigit fimbriam vestimenti eius, *Neque enim solùm præceptorum vestimenta, sed & fimbrias consiliorum seruare volebat.* 29 At Iesus conuersus, & videns eã, &c. *Vt & fœmina perfectè conuerteretur, & post tergum remitteret vitium.* 27. Videns eam. *In eãdem tendebat aspectus, & affectus.* 710. Cõfide filia, fides tua te saluam fecit. *Fides, quam in fœmina probauerat patientia.* 1596. Cùm venisset, & vidisset tibicines. *Ne pater magister chori esset plangentibus filiam.* 2698. Non est mortua puella, sed dormit. *Est enim iustæ animæ mors verè somnus.* 2228. Tenuit manum eius, &c. *Manum Deus obedienti porrigit.* 1892. Exijt fama hæc. *Facilè namque fama per orbem diffunditur vniuersum.* 952.

DOMINICA VIGESIMA-tertia post Pentecost. *Matt. 9.*

Concio secunda per assumpta.

Fides tua te saluam fecit.

Assumptum vnicum.

Deus virtutes suorum manifestat.

Humilitatem Aaronis liberam ab ambitione miraculo Deus ipse declarat. 20. 22. *Amorem, & timorem Dei in Abrahamo detegit Dominus.* 1837. 2025. 2149. *Obedientiam in immolatione filij omnibus notam fecit.* 2043. 2045. 2048. 2082. 2145. 2148. 2150. 2151. 2152. 2157. 2158. 2181. 2332. 2333. 2479. 2482. *Patientiam in aduersis constãtem.* 1889. 1906. 1965. 2012. *Doctorem illum in omnibus virtutibus multis præfecit ostendendo illius virtutes.* 1883. 1896. 1897. *Puerorũ trium patientiam.* 1031. *Eliæ zelum.* 2893. *Samuelis libertatem sine affectu in electione Dauidis.* 1241. *Fidelitatem Chusai sub specie infidelitatis occultatam manifestauit Deus.* 2736. *Vide v. Manifestare.*

DOMINICA VIGESIMA-quarta, & vltima post Pentecostem.

Matt. 24.

Concio prima per commentaria.

Cùm videritis abominationem desolationis, stantem in loco sancto. *Abominationem appellat statuam Cæsaris à Pilato positam in templo. Quæ iure erat abominanda, non veneranda.* 323. 340. Stantem. *Quæ cadere vt statua perfidiæ; non stare vt statua fidei deberet.* 67. Stantem. *Donec à Christo lapide deijceretur.* 489. In loco sancto. *In templo in conspectu Dei, in quo iustus, & non peccator stare valet.* 3008. Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant, &c. *Ne alioqui nimia fiducia Deum tentent.* 2104. 2105. Et qui in tecto est, non descendat. *Sic enim erit eleuatus à terra.* 1764. Qui in agro non reuertatur tollere tunicam suam. *Eligat potius solitarius esse, quam cinis.* 141. Væ autem prægnantibus, & nutrientibus. *Quilibet enim ægrè filij sui mortem sustinebit.* 718. 1763. 2532. Non fiat fuga vestra, &c. *Quando scilicet non poterit fugiens per longum spatium à persequutoribus separari.* 2621.

DOMINICA VIGESIMA-quarta post Pentecost. *Matth.* 18.

Concio secunda per assumpta.

Cùm videritis abominationẽ,&c.

Assumptum triplex.

Malitia honorata: sanctitas palliata: diuinitas affectata desolationis abominatio est.

Malitia honorata.

Antechristus per malitiam honoratam inducet abominandam desolationem. Danielis 8. Cũ irruerint iniquitates, consurget rex imprudens facie. *Honore regio malitiam suam honorabit, vt eum subditi gaudeant imitari. Sic enim rex dum peccat, in omnes sui regni inducit peccatum.* 1020. *Rege namque peccante impunè peccat quilibet subditorum.* 1020. *Regis peccantis imitatio: non videtur esse subdito pudori, sed honori.* 1021.

Honore angelico malitiam suam sublimabit. Videntes filij Dei filias hominum. *Gen.* 6. *Theodoretus à libidinosis inuentam aliam trãslationem, secundũ quã dicitur:* Vidẽtes Angeli Dei filias hominum, *& prabet rationem sic.* Putantes suæ forsan intemperãtiæ patrocinium habituros, si Angelos eiusdem criminis reos tenerent. *Angelum se esse supremi consilij simulabit, qui proinde Angelos legatos malos in orbem mittet, vt testatur D. Ephrem his verbis.* Dæmones allegabit in vniuersos fines terræ, qui omnes ad inuisendum ipsius decorem inuitent.

Honore diuino malitiam suam efferre conabitur. 2. *Thessal.* 2. Ostendens se tamquàm sit Deus. *Vt sic quis dum ipsum in peccatis æmularetur Deum imitari existimaret. Orig.* Hinc totius gẽtilitatis error cæpit exordium, dum ea, quæ diligunt homines, deos sibi volunt. Auaritiæ amore flagrantes, mãmonam Deum: libidinis amatores venerem Deum dicunt. *Et D. August. lib.* 1. *confess.* Hominibus flagitiosis diuina tribuendo, ne flagitia putarentur; & vt quisquis ea fecisset, non homines perditos, sed cœlestes deos videretur imitatus. *cap.* 16. *Meritò D. Ireneus lib.* 5. In Antechristo recuperatio fit vniuersæ iniquitatis. *cap.* 29.

Sanctitas palliata.

D. Hipolitus de Antechristo sic loquitur. In primordijs suis adulterium abominabitur; odio prosequetur iniustitiã, ad dilectionem quietus. *Ita palliabit sanctitatem castitatis in se, iustitiæ ad proximum, charitatis erga Deum; & sic erit abominatio desolationis. Castum amatorem se fingebat Amnon sororis suæ Thamar.* 2. *Reg.* 13. Veniat obsecro Thamar soror mea. *n.* 6. *D. Ambros. in Ps.* 37. Ad incestum accensus est de germanitatis affectu. Vide quemadmodũ illum in grauissimo crimine confinia lusére virtutum. *Et D. Hieron.* Nec aliorum imiteris exemplum, qui relinquunt suas, & alienas appetunt. Sub nominibus pietatis quærentiũ suspecta cõsortia. *De Antechristo ait Daniel cap.* 11. Erit in concupiscentijs fœminarum. *Ad quem locũ D. Hier. considerãs aliã eiusdẽ loci versionẽ, quã sic habet.* Nõ erit in concupiscẽtijs fœminarũ.

Sic ait. De Antechristo facilior interpretatio est, quòd ideo simulat castitaté, vt plurimos decipiat. *Palliat iustitiam. Et Achab media vxore sua Iesabel, n.2 8 3. cù summe iniustus sit. Palliauit amorem erga Deú, cùm odium in Deum habeat, vt testatur Daniel c.11.n.10.* Deum patrum suorum non reputabit. *Prodigiosus peccator est, qui bacchus odium præfert amorem. Vnde Christus ad Iudam.* Osculo filium hominis tradis? *Luc. 22.n.48. D. Ambros.* Dominus prodigij genus in proditore condemnans, ait: Osculo filium, &c. charitatis insigne conuertis in signum proditionis.

Diuinitas affectata.

In omnibus trium legum statibus diuinitas affectata desolatio fuit. In primo statu. Genes. 3. Eritis sicut dij scientes bonum, & malú. *n.5. D. Bernard. loquens de ambitione Adami.* Quàm grauiter ceciderit, quænam nisi fecit tam dira libido, non nos reuocat patris exemplum, qui voluit esse sicut Deus? *serm. 4. de ascens. Et D. Pet. Chrysol.* Scandala à diabolo sunt illa, quæ fallunt specie, quæ prætendunt bona, cùm mala inferant: sicut illud ad Adam, cum nobis humana abstulit, dum diuina promittit. *ser.27. Diuinam ostentare scientiã Antechristus curabit; vt asserit Rabanus.* Habebit Antechristus magos maleficos, diuinos incantatores, qui eum docebunt in omni iniquitate, falsitate, & nefaria arte. *tract. de Antechristo.*

In secundo statu. Danielis 2. Tu es rex regum, tu es ergò caput aureum. *num. 37. & 38. Regi alios in alijs metallis, se in auro audiuit significatum. Cur ergo postea statuam, in qua volebat adorari, totam fieri ex auro iussit? D. Hieron.* Vt ipse solus adoraretur in statua. *Rupertus.* Vt ipso solus diceretur Deus. *Omnes sic sibi subiectos fecit idololatras, qui omnes in auro auaritiam suam quasi deam adorabant, vt dixit D. Hieron.* Dum vnusquisque suam consecrat auaritiam. *De Antechristo sic ait Daniel cap. 11.* Nec quemquã deorũ curabit, quia aduersùm vniuersa consurget. *Doctor Viegas.* Fatendum est, Antechristum omnia idola aboliturum, nullumque Deum passurum in orbe coli præter se.

In tertio statu. Apoc. 13. Faciet, vt quicũq; qui nõ adorauerit imaginẽ bestiæ, occidatur. *Doct. Barrad.* Ad id perueniet impietatis fastigium, vt Deum se faciat. *Herodes rex se deum dici affectauit, cùm se ornat in theatrum dixit, cui proximi sui dixerunt id, quod refert Ioseph. lib. 19. antiq.* Nũc vsq; te vt hominem teneuimus, sed ex hoc iam supra humanam natura te esse fatemur. *Rupertus sic ex his infert.* Igitur, si pro veste argentea sole radiante repercussa homini vnius prouinciæ regulo, tantũ attribuerunt, quantò putas bestiæ iam magnæ clamore voces Dei concrepabunt, possidenti omne aurũ, & omne argentũ simul etiam cum luce miraculorum.

1. Ioan. 2. Antechristus, de quo audistis, quoniam venit, & nũc iam est in mũdo. *D. Thom. 3. p. q. 8. a. 8.* Omnes alij mali, qui præcesserunt, sunt quasi quadam figuræ Antechristi. *Erit verus homo ex tribu Dan, nascetur apud Babylonios, decem superabit reges, quorum interficiet tres, erit nequissimus: contra illum venient Enoch, & Elias, quos occidet, & post mensem in montem oliuarum perget ascensurus in cœlum arte dæmonis; ipsum tamen Christus equo insideas albo in acre apparens spiritu oris deijciet præcipitem, quem sic occisũ terra deuorabit. Omnia hæc & ex sacris literis, & ex P P. dictis constant.*

DE VIRGINE MATRE.

DE CONCEPTIONE Virginis Mariæ. *Matt. 1.*

Concio prima per commentaria.

Liber generationis Iesu Christi. *Generatio Christi ex Virgine sine peccato concepta in omnibus gradib⁹ naturæ generatæ præsignificatur. Vndè ad illud.* Ludens in orbe terrarum. *Prou. 11. dixit P. Salaz.* Quód in reliquis operibus quasi præluderet, & manum quodammodò exerceret. *cap. 18.*

Liber generationis. *In generatione creaturæ inanimatæ corruptibilis, conceptio Virginis sine peccato præsignificatur. 3. Reg. 18.* Ecce nubecula parua, quasi vestigiũ hominis, ascẽdebat de mari. *Ioan. Hierosol. lib. de in ...* Nubecula illa fuit de mari amaro, tamẽ sine aliqua amaritudine. B. Maria per illam nubeculã significata de humana natura peccatrice munda ab omni peccatorũ sorde. *cap. 32.* Ascendet Dñs super nubẽ leuẽ, *ait Isaias c. 19. Idem Ioan. Hierosol.* Non fuit onerata pondere delictorũ, fuit leuis per immunitatẽ peccatorũ.

Psal. 76. Deduxit eos in nube diei. *v. 18. D. Hieron.* Pulchrè dixit, Diei; nubes enim illa non fuit in tenebris, sed semper in luce.

Liber generationis. *In generatione creaturæ incorruptibilis conceptio immaculata prædicitur.* Pulchra vt luna. *Cant. 6. Anast. Sin.* Maria pulchra vt luna ex ea Christus tamquā ex quapiā plena luna, quæ nūquā minuta est, aut defecit. *lib. 4. Hexam. Isaias 60.* Luna tua non minuetur. *n. 20. Idem Anast. Sin.* Luna est Euæ ęnigma, defectum sustinuit, cùm à tenebrosi serpētis dominatu defecit eius lumen. Maria nunquam minuta fuit.

Liber generationis. *In generatione creaturæ vegetatiuæ. Isaiæ 11.* Egredietur virga de radice Iesse. *D. P. Damian.* Germinat virga Iesse de formosa radice generis humani, & de patriarcharum arbore in rectitudinem erumpens omnem ignorat nodositatem. *serm. de Annunt. Ex Hebr. legi potest.* Egredietur sceptrum, *quo V. Mariæ regia semper dignitas significaretur, quæ nullo temporis momento sub seruitute dæmonis quasi illius esset serua, teneretur. Num. 17.* Inuenit germinasse virgam. *P. Salazar.* Cæteris peccati originalis ariditate deformatis, sola Maria gratiæ viriditate conspicienda semper apparuit.

Liber generationis. *In generatione creaturæ sensitiuæ.* Emisit columbam, quæ cùm non inuenisset vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in arcam. *Gen. 8. Cum tamen iam apparuissent cacumina montium. D. Chrysost.* Vt doceat nos quòd licet cacumina montium apparuerint, adhuc cæno, & limo plena erant, & ideò columba, nec dum stare valens, reuersa est. *Ne aliquali sorde pollueretur; sed mundissima, qualis egressa fuerat, regrederetur.* Veni columba mea, perfecta mea. *Cant. 6. Hebr. litera sic habet.* Vna est columba mea, immaculata mea. *P. Salazar.* Virgo mūdissima, purissima columba, sordes etiam, vel leuissimas venialium peccatorum detrectans, ne dum originalis peccati cæno sese emergens. *In ruinis ciuitatis Ausoniæ inuenta fuit moneta, in qua columba, quæ insedēs capiti serpentis videbatur effigiata cū hac litera.* Astutia deuicta. *Ad quod pertinet illud sancti Irenæi.* Serpētis prudentia deuicta est in columbę simplicitate.

Liber generationis. *In generatione creaturæ humanæ.* Festinus exiliuit de solio sustētans eam vlnis suis. *Esther. 15. Bartad. in Concord. lib. 3.* Rex Deus cùm videret virginem in peccatum, nisi succurreret casuram, festinus accurrit, eamque infusa gratia sustentauit. *cap. 3.*

DE CONCEPTIONE Virginis Mariæ. *Matth. 1.*

Concio secunda per assumpta.

Liber generationis.

Assumptum vnicum.

Omnes vnius vniuersitatis facultates conceptionem Virginis immaculatam in hoc libro gaudent inuenire.

Facultas Grammatica. Hæsitat Grāmatica in certitudine orationis cuiusdam à Moyse secretissimo facta, & alterius ab ipso confecta 1 co. Benedixitque illis. *Gen. 1.* Dominamini piscibus maris, &c. *Cum solus tunc esset Adam videbatur dicendum. Benedixitque illi; & dominare. Soluit Grammatica dubium vtrumque ex D. Chrysost. qui sic respondet.* Vide misericordiam Domini, priusquam mulierem producat, participem eam facit imperij, & benedictionis honore dignatur. *Quid de Maria nō credit? quid de Eua Grammatica profitetur, certè antequā produceretur, imperatrix, & benedicta debuit reputari.*

Facultas humanitatis; ad quam pertinet scire ad docendum historias temporum veras; quas inter refert historiam coronationis regis Salomonis; quæ facta fuisse refertur, vt & ipse Salomon, & mater ipsius Bersabee immunes a peccato censerentur. Si enim Salomon non coronaretur, & ipse peccator, & mater peccatrix diceretur. 3. Reg. 1 Erimus ego, & filius meus Salomon peccatores. *n. 21. Coronauit ergo filium ipsa mater iuxta illud Cant. 3.* Videte regem vestrum in diademate, quo coronauit eum mater sua. *Hoc diadema videtur esse illud, quod Rex Dauid sibi fecisse refertur 1. Par. 20.* Tulit Dauid coronam Melchom de capite eius, fecitque inde sibi

sibi diadema. *num. 2. Abulens.* Noluit ibi manere insignia regis, sed ponere insignia Israel. *Corona, qua Virgo mater verum Salomonem coronauit, fuit humanitas nostra, in qua proinde ex aurea Deiparæ massa confecta non insigne regis inimici peccatum originale, sed insigne regis gratiæ gratia debuit apparere. Cassiodorus.* Mater sua eum coronasse dicitur, quia Virgo Maria illi de sua carne carnis materiam prebuit. *Rabbanus.* Humanitate honestauit eum mater, nō deturpans sorde originalis peccati. *Optime sic probauit humanitas per humanitatem Virginis a labe originalis immunitatem.*

Facultas Rhetorices, dum suos spargit flores, & rosas loquitur in rosa conceptionem sine peccato satis demonstrat. Quasi plantatio rosę in Iericho. *Sap. cap. 24. Guill. Paris.* Rosa pulchra, & munda, quamuis procedat ex spinosa arbore. Virgo Maria processit ex Iudæis spinosis per culpā sine culpa. *Idem. de Concept.*

Facultas Philosophiæ, quæ in quatuor elementis, quatuor immaculatæ Virginis figuras agnoscit. In elemento terræ, Palma est, iuxta illud. Sicut Palma exaltata sum in Cades. *Sap. 24. Hugo de S. Victore.* Benè beata Dei genitrix se veluti palmam hostibus victoriose subactis gloriatur. *Non benè gloriaretur, si per originale peccatū, non victrix, sed victa diceretur. In elemento aquæ. Arca, seu nauis est iuxta illud.* Arca ferebatur super aquas. *Gen. 7. D. Bernard.* Illa arca superferebatur aquis diluuij; illa non sensit naufragium illius vitij. *In elemento aeris. Est columba, ferens oliuæ ramum.* Portans ramum oliuę virentibus folijs in ore suo. *Gen. 8. D. Amb.* Quę fructū demōstraret, cui non potuisset nocere diluuiū. *In elemento ignis. Clibanus, de quo in Leuit. cap. 2.* Cùm obtuleris sacrificium coctum in clibano. *n. 4. D. Petrus Cellens.* Virgo clibanus est, oportuit non vili stēmate fabricari, quatenùs panis de cœlo descendens congruum inueniret locum. Ignem fumantem nunquam admisit.

Facultas Astrologiæ. Signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona duodecim stellarum. *Apoc. 12. D. Bern.* Vt nihil in ea, non dico tenebrosum, sed obscurum saltem, vel minus lucidū liceat suspicari. *Ac si luce solis, qui est Iustitiæ, tenebras originalis peccati, luce lunæ obscuritatem delicti mortalis, luce stellarum umbras maculārum venialium Virgo trina luce coruscans illuminaret.*

Facultas Mathematicæ. 4. Reg. 20. Reduxit vmbram per lineas, quibus iam descenderat in horologio Achaz retrorsum decem gradibus. *P. D. Viegas.* Virgo fuit horologium quoddam solare, & diuinū, quod Christi solis iustitiæ altitudinem, & declinationem monstrauit: eamque virtus altissimi instar styli creati ad cursum solis mōstrandum adumbrauit. *cap. 12. sect. 1. Nullum fuit minutum, seu momentum, in quo diuinus sol suum horologiū gratiæ radijs non illuminauerit, sed à primo suæ fabricationis instanti culpæ totius tenebras effugauit.*

Facultas Musicæ. Venter meus quasi cythara sonabit. *Isaiæ cap. 16. P. D. Viegas.* Virgo cythara est suauissima, harmoniam semper retinens, nunquam dissonuit. *Harmoniam perderet, dissonaret hæc cythara, si in ea alicuius peccati, vel solus sonus resonaret.*

Facultas Medicinæ. Quæramus domino nostro regi adolescentulam virginem, & stet coram rege. *3. Reg. 1. Hæc dicebant medici quærentes antidotum amoris contra venenum corporis. 1315. Nullo temporis momento ab oculis regis separandum. 1310.*

Facultas Legum. L. in sacris l. 3. C. de proximis lib. 12. sic habetur. Mater gaudet priuilegio filij. *Et l. fene c. de Quadrip. Piæ.* Augusta gaudet priuilegio Principis. *Et in l. Princeps ff. de legib.* Imperator eadem priuilegia tribuit Augustæ, quæ ipse habet. *Vnde Assuerus ad reginam Esther cap. 15. sic ait:* Non morieris, non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex cōstituta est. *Esther cap. 15. sic lex illa.* Omnes in Adam peccauerunt. *Licet generalis, & pro omnibus, non pro Virgine Maria constituta intelligitur. Doctor Sebastian. Bar. ad illud Esth. 15. de lege Assuero.* Festinus exiliuit de solio sustentans eam vlnis suis. *n. 11. sic ait.* Rex Deus cùm videret Virginem in peccatum, nisi succurreret, casuram, festinus occurrit, eamque infusa gratia sustentauit. *lib. 3. cap. 3.*

Facultas Canonum. Concilium Tridentinum in decreto, quo definit omnes etiam ex parentibus fidelibus natos contrahere peccatum originale, post habitam orationem à P. Didaco Laines Societatis Iesu, qua eruditissime probauit Virginem Mariam immunem ab instanti suæ immaculatæ conceptionis fuisse à peccato originali, sic ait. Declarat tamen hæc ipsa sancta synodus, non esse suæ intentionis comprehendere in hoc Decreto, vbi de

---

DE NATIVITATE Virginis Mariæ. *Matt. 1.*

Concio prima per commentaria.

Ioram

Ioram autē genuit Oziam. *Fratres impius occidit, ideò regali dignus qui sepulchro careret.* 2818. Ozias autē genuit Ioatham. *Ozias* Robustus Domini *interpretatur, qui proinde Christi fortitudinem indicauit, qui in arce contra hostes nostros dux futurus erat.* 558. Ioatham autē genuit Achaz. Perfectus *in Ioatham significatur, cum tamen filium imperfectissimum genuerit. Sæpè namque malus è bonis parentibus oritur filius; qui ideò debet incusari.* 1148. Achaz autem genuit Ezechiam. *Achaz* Apprehendens *dicitur, in quo aptè Christus præsignificabatur, qui hominē à se fugientē apprehenderet, vt sibi ligaret.* 2081 Achaz autem genuit Ezechiam. *Qui laude dignus est, eò quod e patre malo filius bonus fuerit.* 740. Ezechias autem genuit Manassem. *Quem* Obliuiosum iniquitatis *interpretantur. Verè pœnitens, qui memoriam peccati etiam deponere debet.* 45. Manasses autem genuit Amon. *Amon idem est quod* Fidelis, *qui proinde benedictus poterit appellari.* 1596. Amon autem genuit Iosiam. *Patrem in malitia, non autem in pœnitentia Amon sequutus fuit Manassem. Filius patris mali imitator est.* 755. 758. Iosias autem genuit Iechoniam, &c. *Natiuitas Iosiæ prænunciata fuit. 3. Reg 13. & illius virtus laudata. Eccles. 49. Memoria Iosiæ cōmendatur; de iusto habeatur.* 659. Iechonias autem genuit Salathiel. Præparatus *dicitur, ad cuius exemplum quisque fidelis, & ad prospera, & ad aduersa debet esse paratus.* 2026. Salathiel autem genuit Zorobabel. *Salathiel aptè Christum figurauit, dicitur enim* Petitio mea Deus. *Petitiones namque nostras Deo Patri offert.* 53. Zorobabel autem genuit Abiud. Magister peccatorum *Zorobabel interpretatur, in quo rectè Christus oriundus prædicebatur, futurus peccatoris, non peccati magister.* 2664. Abiud autem genuit Eleacim. *Abiud* Pater meus *dicitur, & significat Christum, qui Deum Patrem suum verè potuit nominare Dei Filius; quo nomine priùs à gentili, quā à Iudaico populo fuit appellatus.* 170. Eleacim autem genuit Azor. Resurrectio Domini *Eleacim exponitur; quo titulo etiam Christus nominatur, cui propria resurrectio debebatur.* 2163. Azor autem genuit Sadoc. *Azor, idest,* Adiectus. *Dei vtique auxilio, quo destitutus quisque infirmus est.* 1029. Sadoc autem genuit Achim. *Sadoc* Iustus *interpretatur; titulus emendus sanguine.* 611. 676.

Achim autem genuit Eliud. *Achim significat* Fratrem meum. *Sic Christum præmonstrauit, qui frater hominum voluit nominari; Patris iram in nos, in se solumsusc epit.* 2437. Eliud autem genuit Eleazar. *Eliud exponitur* Deus meus. *Non quòd vellet dominium Dei limitare, sed immensum in omnes, ac si in vnum solum esset, amorem Dei magnum declarare.* 2111. Eleazar autem genuit Mathan. *Eleazar* Deus adiutor *explicatur. Quo titulo Deus meritò nuncupatur, est enim in tribulationibus adeò certus adiutor Deus, vt in prouerbium id abierit.* 1838. Mathan autem genuit Iacob. *Mathan* Donum *interpretatur, in quo rectè Christus nobis datus, amore hominum moriturus.* 1600. 1601.

Iacob autem genuit Ioseph. *Iacob* Supplātator *intelligitur Qualis meritò dicetur, qui mundum valuerit pedibus supplantare.* 141. Ioseph virum Mariæ *Quam sibi non humana conquisiuit appetentia, sed diuina suscepit prouidentia.* 2361. 2362 Mariæ, de qua natus est Iesus. *A Virgine ita purus, vt nec ad puniendos impuros vellet ad illos accedere.* 2568. Qui vocatur Christus, *idest,* Vnctus, *Rex scilicet & sacerdos.* 2574.

DE NATIVITATE VIRginis Mariæ.

Matt. 1.

Concio secunda per assumpta.

Liber generationis Iesu Christi.

D. Damasus. Virgo varijs imaginibus adūbrata est.

Assumptum vnicum.

Virgo nascens omnium creaturarum figuris præsignificata monstratur.

Figura creaturæ corruptibilis. Genealogia Christi torques ex lapidibus preciosis aptè poterit nuncupari, quos inter post Christum Virgo preciosior

sus

sus est. *Dux gregis in hoc ouili dignus Christus est, tergum non tangens, sed è terrenis eleuans.* 1764. 687.

Figura creaturæ humanæ. Genealogia Christi Catalogus nobilium est, in quo nobilior regina post regem regum Christum Virgo mater est. In hoc catalogo prima nobilitatis regula est Abraham, eo quòd Dei primus suorum cultor fuerit. 1583. *Nobiles sunt filij Abrahæ, si non obscurentur malis moribus.* 2182. 2184. 2185. 2186. 2187. 2234. 2235. *Virgo Maria digna, quæ suo nomine in hoc catalogo scripturæ nominaretur; eò quòd Messiæ mater.* 763. 2502. *Omnes, qui hic nominantur, Christum in regem libenter acceptarunt, eo quòd sit filius Virginis matris sibi ipsis propinquæ.* 1155. *Regina cùm sit, se tamen dixit ancillam, ideò humilitatis prodigium.* 927. 969. 970. 971. *Regina licet sit, est filij nutrix.* 1839. *D. Bernar.* In generatione Mariæ planè resplēdet, quòd ex regibus est, quòd ex semine Abrahæ, quòd ex stirpe Dauid. *Ad illa verba.* Signum magnum. *Apoc. cap.* 12. *Bartholomæus Pisanus.* Beata Virgo orta est primò de multis Patribus veteris testamenti, maximè à decimo nono incipiendo ab Adam, vsque ad Thare: secundò de Patriarchis: tertiò de Principibus: quartò de Iudicibus: quintò de Regibus: sextò de Ducibus: nonò de viris strenuis, & fortibus: decimo de Sacerdotibus summis Pontificibus: vndecimò de populi Rectoribus: duodecimò de Cultoribus Dei, & iustis parentibus. *In Mariali tract.* 4. De qua natus est Iesus. *Eligendus est rex ab hominibus, eò quòd esset filius Virginis Mariæ.* 1149.

DE PRÆSENTATIONE Virginis Mariæ.
Luc. 11.

Concio prima per commentaria.

Loquente Iesu ad turbas. *Totus quotus erat loquens dicitur; non enim solùm ore, sed corde, & opere loquebatur. Totus vocalis.* 159. Loquente Iesu ad turbas. *Qui olim eloqui addiscebat, & inter homines conuersari.* 1600. Loquente Iesu ad turbas. *Continua locutio insinuatur. Debet namque prædicator esse continuus.* 261. Loquente Iesu. *Eloquenter. Nam prædicator eloquens esse debet.* 191. Loquente Iesu. *Qui olim per alios, quo mittebat, loquebatur.* 1058. Loquente Iesu ad turbas. *Vt interpres, qui turbis diuina in humana, & Deo Patri humana in diuina verba mutaret.* 883. Loquente Iesu ad turbas. *Legatus à Patre ad homines missus.* 557. Extollēs vocem quædā mulier. *Digna quidē quæ à Deo audiretur, cuius vocem etiam post mortem Deus agnosceret. Vox enim laudantis Deum etiam post mortem cognoscetur.* 616.

Extollens vocem quædam mulier de turba. *Vna fœmina, quæ instar multorum meritis posset reputari.* 1300. 1327. Beatus venter, qui te portauit. *Laudandus à Deo, vt etiam ab hominibus sit laudatus.* 1874. Beatus vēter, qui te portauit. *Cur non patrem, sed matrem laudat? Laudatur à matre, qui vt homo nō fruebatur homine patre.* 1696. Et vbera, quæ suxisti. *Quibus & primogenitum, & naturalem filium, & nos adoptiuos Virgo Maria mater omnium nutrit, & alit; vt Sara Isaacum, & alios.* 1839. At ille dixit: Quinimò, &c. *Non quasi fœminæ soli respondet. Ad solam fœminam etiam præsentibus multis sermonē dirigere noluit tā, olim, in forma Angeli.* 1788. Beati, qui audiunt, &c. *Prædicator obedientium sit Dei vinus.* 2045. Beati, qui audiunt. *Hi laudandi ab hominibus, cū à Deo commendentur.* 1874.

DE PRÆSENTATIONE Virginis Mariæ.
Luc. 11.

Concio secunda per assumpta.

Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ suxisti.

Assumptum triplex.

Bellatrix Virgo tres duces expugnauit.

Ducem expugnauit diuinum.

Osorius. Venit autem in templum Maria, vt pugnam cum Deo ineat, & Dominū sup-

superet, ac in terram deijciat. *Id intellexit hac mulier, dum Virginis ventrem laudauit.* Beatus venter, qui te portauit. *In hoc enim quasi in quoddam propugnaculo Deū Virgo obsedit, iuxta illud.* Mulier circundabit virum. *Hiere. 31. Illumque ibi debellauit. Nec in templo defuêre bellatrici Virgini milites, hi fuêre virgines,* Quæ excubabant in ostio tabernaculi. *Exod. 38. Seu vt ex Hebræo legitur.* Quæ militabant. *Vndè dicit Rabbi Abram apud Cornelium ibi ad illud.* Fecit labrum de speculis mulierū. *Exod. 38.* Quæ spreta mundi vanitate soli Deo placere studētes sua specula Deo offerebant. *Cornelius.* Inter has vixit V. Maria, postquàm in templo fuit præsentata. *Nihil mirùm, si hæ virgines vitrea sua specula offerrent; habebant enim Virginem Mariā speculum verè cristallinum, de quo D. Ambros.* In qua velut in speculo refulgebat virtutis species.

Erat Virgo Maria in templo arcus cælestis, quem Ezechiel in templo aspexisse testatur. Velut aspectus arcus cùm fuerit in nube. *cap. 1. de quo Eccles.* Vide arcum, & benedic eum, qui fecit illum. *cap. 43. D. Ambros. lib. de Noe, & arca.* Arcum, non sagittā. Non arcus vulnerat, sed sagitta, ideò Dominus arcum magis, quàm sagittam ponit. *cap. 27. Corbensis in cap. 9. Gen.* Heu tu quisquis cœlum rapere, Deique penetrare pectus contendis. En habes arcū, pone sagittam, iaculare, feries, vinces, triumphabis. *sect. 3. n. 5. Arcus enim è terra in cælum, non è cælo in terram cernitur armatus.*

Scalam per quindecim gradus ascendit Virgo, cælū scala apposita rapit, quod vulgò dicitur. A scala vista. Imò ipsa Virgo scala est, per quam quilibet deuotus ascendens cœlum violenter intrabit; quin Dominus innixus scalæ eum velit, imò nec valeat deturbare. In loco, in quo templum erat ædificandum, scalam aspexit Iacob. Vidi scalam. *Genes. 28. Vndè dixit.* Verè hic est domus Dei, & porta cœli. *Genes. 28. D. Aug.* Tam indè fiat aditus credentibus ad capessendum regnum cœlorū. *q. 8; in Gen. S. Ioan. Damas.* Perspicuum est scalam Iacob te præsignasse. Scala effecta es, hinc Angeli descenderunt, homines in cœlum rapiuntur.

Ducem expugnauit diabolicum.

Adducentur regi virgines post eam. *Ps. 44. D. Hieron.* In scutulatis ducetur ad regem. *Doctor Concordia lib. 6.* Ascēdit Virgo præsentata, scutulatis gratiæ vestibus amicta, quia mille scuta peccato opponit gratia. *cap. 6. In templo dicebat Virgo.* Sicut platanus exaltata sum. *Eccles. c. 24. Borbensis.* Virgo expandit folia platani, scuta inquam, quibus vitiorū ictus propulsemus. Turris Dauid mille clypei pendent ex ea. *Cant. 4. Vnde optimè mulier Euangelica vbera Virginis commendauit.* Vbera, quæ suxisti. *De quibus ipsa Virgo dixit:* Vbera mea turris. *Cant 8. Borbens. in cap. 49. Genes.* Virginis vbera peccatoribus turris: securus est quem Matris virginis vbera defendunt. *sect. 2. n. 24. Senties his poterat templum Domini adornari, his enim nō poterant scuta aurea, quæ Salomon fecit. 3. Reg. 10. dignè comparari. Erat inter alia scuta vnum pretio illi simile, quo Minerua vtebatur, & in quo furia infernalis caput viscebatur. In scuto namque Virginis serpentis caput esse posset hæc epigraphe.* Ipsa conteret caput tuū. *Gen. 3.*

Contra dæmonem fœminarum virginum societatem ducit Virgo virginum; quæ post ipsum regi Domino consecrantur; iuxta illud. Adducētur regi virgines post eam, adducentur in templum Domino. *Psal. 44. Doctor Concordia.* Multæ ad templum Christi Virginis adductæ sunt, & præsentatę, omnes tamen post eam, quia illa dux omniū est. *De his Tertul. lib. 1. ad vxorem.* Malūt Deo nubere, Deo sunt puellæ cum illo viuunt. *cap. 4.*

Omnes galeas in capitibus ferunt, scilicet velamina. Mulier debet velare caput propter Angelos. *1. Cor. 11. Tertul. lib. de velandis.* Pura virginitas confugit ad velamen capitis quasi ad galeam aduersùs ictus tentationum. *cap. 15. Angelos malos intelligit Tertul. & adducit illud Gen. 6.* Videntes filij Dei filias hominum, quòd essent pulchræ, acceperunt. *Et sic infert.* Debet ergò adumbrari facies tam periculosa, quę vsque ad cœlum iaculata est. Rea est Angelorum exterminatorum; cæteris quoque Angelis erubescat, iam nec hominū oculis offerendam. *cap. 27. Nec desponsatæ virgines velamen abijciunt, sicut illud non abiecit Rebecca, de qua Gen. 24.* Tollens citò pallium suum operuit se. *Tertul. vbi sup.* Desponsatæ habent exemplum Rebeccæ, quæ cùm ad sponsum produceretur nuptam virginem velata negauit. *cap. 7. D. Ambros.* Vtique pulchra virgo nō decori

cori timuit, sed pudori. *lib. 3. de Virg.* Terribilis, vt castrorum acies ordinata. *Cant. 6. Doctor Vegas.* Ipsa namque sola instar est numerosi exercitus demonibus formidabilis. Quid videbis in Sulamitide, nisi choros castrorum? *cant. 7. Magalianus lib. 2. in Cant. Moysis.* Tam læta ad pugnam cõtra diabolum procedis, quasi non pugnatorum copias, sed choros produceres saltantium.

Ducem expugnauit humanum.

D. *Andreas Cretens. loquutus de Virgine Maria.* Propugnatrix eorum, qui in te spem collocarunt. *de dorm. Virg. Si enim pectus vnũ turris est, in qua deuotus Virginis securus esse potest contra inimicum dæmonẽ, vt diximus, pectus alterum, Turris est, ex qua contra hostẽ humanum. dimicabit, vndè mulier Euangelij vtramq; turrim in vberibus matris commendauit.* Et vbera, quæ suxisti. *Quilibet Virginis deuotus, dum ad bellum ire parat, ei id, quod Barach dixit Debboræ, dicere debet.* Si veneris mecum, vadam, *vt ab illa audiat.* Ibo quidem tecum. *Iudic. c. 4.* D. *ambr.* Fœmina præliantibus intermixta copijs imperio viros docuit militare fœmineo. Fœmina triumphauit. *lib. de viduis. Fuit Debbora Virginis figura, vndè Borbensis.* Illa dux in prælia armat, illa in pugnã certantibus victoriam defert, triumphum parat.

Iudith caput Holofernis, quod ipsa præscidit suspendere iussit. Suspendite caput hoc super muros nostros. *Iudith cap. 14. & suos ab obsidione liberauit hostium; de qua D. Ambros.* Processit & illo præstantior exercitu, quem liberauit, & eo fortior, quem fugauit. *lib. de viduis. In Iudith agnoscit P. Campus Virginem Mariam.* Hæc celebrata Iudith, quæ populo Dei pro certa desperatione triumphum adfert. D. *ambr. de Iudith.* Suspenso Holofernis capite suorum erexit animos, hostium fregit. *lib. de viduis.*

Hostem Hebræorum Aman Esther regina superauit, suosque omnes ab interitu vendicauit. c. 8. Procedit ad pedes regis, fleuitq; & orauit, vt malitiam Aman, & machinationes eius pessimas, iuberet irritas fieri. *Sæpe simile operatur Virgo Maria, & nos ab hostibus hominibus inhumanis liberat; vt dixit Serarius in cap. 10. & 11.* Traditi eramus, vt iugularemur in corpore, sed regina Esther, idest Virgo Maria placuit in oculis regis ad restaurationem. *q. 19.*

DE ANNVNCIATIONE Virginis Mariæ.

Luc. 1.

Concio prima per commentaria.

Missus est Angelus Gabriel à Deo. *Angelus esse debebat, qui sponsam Spiritui sancto inquirebat.* 2410. Ad Virginem desponsatam viro, &c. *Quemadmodùm olim Sara, Sic nunc Maria filium nasciturum annunciauit.* 2423. Desponsatam viro. *Sed sponsam Deo, quæ vt verè filia principis terrena despiciebat, & calcabat.* 1303. Cui nomẽ erat Ioseph de domo Dauid. *Eiusdẽ videlicet familiæ, vt sic maior esset dilectio.* 2576. Et nomen Virginis Maria. *Digna, cuius nomen exprimeretur, cùm qualibet fœmina ex tribu Iuda, ex eo quòd ab illis Christus erat nasciturus, propria vocabulo in scriptura nominaretur.* 763. Et ingressus Angelus ad eã *Clausa namque domi erat, vt oculos, & colloquia hominum declinaret.* 1518. Aue gratia plena. *Nullam sic Angelus aliquis salutauerat creaturam.* 2423. Benedicta tu in mulieribus. *Quæ Deum ab ira aduersùs homines concepta vendicauerat.* 909. 910.

Quę cùm audisset, turbata est. *Cùm Angelus solus solam alloqueretur sciens aliqui Angelum cum sola fœmina alloqui non solere.* 1788 Et ait Angelus: Ne timeas Maria. *Fidelitatem sponso diuino, & humano seruare decreuerat, vt sic fidelis de infidelitate triumpharet.* 1906. Inuenisti gratiam apud Deũ. *Quia calceamento gratia cursum vitæ transibat, quin se luto inquinaret.* 1301. Ecce cõcipies in vtero, & paries filium. *Sine detrimento pudoris. Stabis namque super vt palma, in qua tuæ virginitati secundas trophæa.* 1304. Et vocabis nomen eius Iesum. *Ipse enim orbis redemptor erit, corpus in sacrificium offerens, tu tuam animam immolabis.* 165.

Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur. *Deo similis, quo filio tu mater honoraberis.* 936. Et dabit illi Dominus Deus

sedem

sedem Dauid patris eius. *Nam pater amore tui illam regem faciet.* 749. Et regnabit in domo Iacob in æternum. *Non enim in eo regula breuitatis, quæ in alijs seruatur regibus locum habe[b]it.* 1099. Dixit autem Maria ad Angelum, &c. *Virgo permanebis, virginitatis columna triumphalis.* 1326. Spiritus sanctus, &c. *Omnes Trinitatis personæ ad hoc mysterium concurrent.* 2525. 2311. Et ecce Elizabeth, &c. *Sterilitas donec nasceretur ex Virgine Christus.* 1827. Ecce ancilla Domini. *Verè humilitatis prodigium.* 927. Ecce ancilla. *Quando regina fit, se dicit ancillam.* 969. 970.

DE ANNVNTIATIONE Virginis Mariæ. *Luc. 1.*

Concio secunda per assumpta.

Fiat mihi secund[u]m verbum tuũ.

D. Bernar. Nolo, vt fi[a]t figuraliter significatum, sed personaliter incarnatum. *serm. 4. super* Missus.

Assumptum vnicum.

Ænigma de Annunciatione Virginis per figuras naturæ, & artis.

Figuræ naturæ.

Figura Virginis in Annuntiatione fuit. Lignum vitæ in medio paradisi. *Gen. 2. D. Bernar.* O verè cœlestis planta preciosior cũctis, sanctior vniuersis. O verè lignum vitæ, quod solùm fuit dignum portare fructum salutis. *Rubus.* Apparuit ei Dominus in medio rubi, & videbat, quòd rubus arderet, & non combureretur. *Exod. cap. 3. Theodor.* Indicat Dei Filium hominem factum, & virginalem vterũ inhabitantem, matris suæ virginitatem integram conseruaturum. *Nubes.* Ascendet Dominus super nubem leuem, & ingredietur Aegyptum, & commouebuntur simulacra Aegypti. *Isaiæ 9. D. Hieron.* Ascendet Dominus super nubem leuem, corpus sanctæ Virginis Mariæ, quod nullo humano semine pręgrauatum est, & ingressus est Aegyptũ huius mundi, statimque omnia Aegypti simulachra sunt confracta, & ab hominibus ad Christum conuenientibus abiecta.

Vellus. Si ros in solo vellere fuerit. *Iudic. 6. D. Bernar.* Cœlesti rore aream rigaturus, totum vellus priùs infundit, redempturus humanum genus, pretium vniuersũ contulit in Mariam. Si quid in nobis est gratiæ, ab ea nouerimus redundare. *Virga Aaronis.* 76. 77. 78. 133. 140. *Luna.* Pulchra, vt luna. *Cant. 6. D. Dam.* Quantũlibet aliæ stellę reluceant, luna tamen, & magnitudine præeminet, & splendore. Sic vtramq; naturam Virgo singulariter exuperat, & immensitate gratię, & fulgore virtutum. *Hodie luna hæc apparuit plena, cum Deo plena, plena meruit gratia nominari.*

Figuræ artis.

Nauis institoris de longè portans panem. *Prou. cap. 31. D. Bonau.* Beata Virgo similis est naui, quæ panem de cœlo Christum portans Bethlem soluit. *ser. 1. Tabernaculum Dei.* Et gloria Domini impleuit illud. *Exod. 4. Hugo Card.* Tabernaculum fuit B. Virgo, in qua ipse armauit se armis nostræ mortalitatis, quibus contra diabolum militauit. *Candelabrum aureum.* Facies & candelabrum de auro mundissimo. *Exod. 25. D. Epiphan.* O vterùm habentem inextinguibile lumen septies lucentis gratiæ. *Alludit ad illud.* Facies & lucernas septem, & pones eas super candelabrum. *Exod. 25.*

Lectulus. En lectulus Salomonis sexaginta fortes ambiunt illum. *Cant. 3. D. Bernar.* Quis est lectus pacifici regis Salomonis, nisi illa, in qua natura diuina humanam sibi naturam cõiunxit. *Thronus sapphirinus.* Et super similitudinem throni quasi aspectus hominis. *Ezech. 1. Viegas.* Ex electro, quia in Virgine resides ad se amandũ attrahit vniuersos. *Ferat ex electro puer homines paleas ex fœno. Ferculum.* Ferculũ fecit sibi Salomon, media charitate cõstrauit. *Cant. 7. Borb.* In medio huius, idest Virginis lecticæ rex sedens. *Et Hugo Card.*

Card. Ferculū fecit sibi Salomon, ideſt, Chriſtus Virginem, quæ eum in vtero ſuo nouem menſibus portauit.

DE VISITATIONE Virginis Mariæ.
Luc. 1.

Concio prima per commentaria.

Exurgens autem Maria in diebus illis abijt. *Si non pedeſtris alicui humili pullo aſinæ ſedens Abigaili ſimilis damnus curruum vanitatem.* 945. 972. Cum feſtinatione. *Ad opus bonum iure feſtinabat.* 914. Intrauit in domum Zachariæ, & ſalutauit Elizabeth. *Neque enim ad inuiſendum virum, Virgo venerat, ſed ad viſendam fœminam; nec vir etiam Angelicus ad viſendam fœminam, ſed virum, debet venire.* 2142. Et factum eſt, vt audiuit ſalutationem Mariæ Elizabeth, exultauit infans, &c. *Gaudium enim ebriſtus erat, qui à gaudente percipi gaudebat.* 2422 Et repleta eſt Spiritu ſancto Elizabeth. *Quæ antea vacuam mundanis cogitationibus animam conſeruabat.* 1711. Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. *Eodem, quo Deus titulo decoratur.* 910. Vndè hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? *Amorabili vocabulo Virginem exaltat, dum matrem ſui Domini illā appellat.* 1502. Ecce enim vt facta eſt vox, &c. *Præſente namque Virgine nulla adeſſe poterat cauſa triſtitiæ.* 943. Beata, quæ credidiſti. *Non debuit enim Chriſti mater eſſe maledicta, ſed benedicta.* 1771. Et ait Maria, &c. *Gratus animus etiam ante promiſſionis adimpletionem ad grates feſtinat.* 1923. Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo. *Gaudium Chriſtus, vndè nihil mirū quòd plures gaudio ſic repleret.* 1628. In Deo ſalutari meo. *Non ſic ſaluandi officium Chriſti coarctabat, ſed ſpecialem modum ſuæ ſalutis à Chriſto factæ declarabat.* 494. 495.

DE VISITATIONE Virginis Mariæ.
Luc. 1.

Concio ſecunda per aſſumpta.

Magnificat anima mea Dominum, &c.

Beda. Dominum imitando magnificat, vt illius imaginem ſplendido bonorum factorū colore in ſe euidenter exprimeret.

Aſſumptum vnicum.

Fratres miſericordiæ per opera miſericordiæ ſpiritualia, & temporalia fiunt imitatores Chriſti, qui erga Baptiſtam vtraq; hodie exercuit; dum illum à peccato fonte miſeriarum ſpiritualium, & temporalium liberauit.

Pars prima per ſpiritualia.

Primum opus miſericordiæ ſpiritualis exercuit Ioſeph præbens bonum Pharaoni conſilium. Placuit Pharaoni conſilium. *Geneſ.* 41. Nunquid ſimilem tibi inuenire potero? *Dixit Pharao. Hugo cardin.* Chriſto ſimilis non poterit inueniri. *Conſilium dum præbuit in Chriſtum ſe quodāmodò adhuc tunc tēporis futurum transformauit. Secundum, Daniel docens ignorantes ſignificationem ſtatuæ. Dicebant ſapientes.* Non eſt homo, qui ſermonem hunc poſsit implere. *Dan.* 2. *Dicebat generalis dux militiæ.* Inueni hominem, qui ſolutionem regi annunciet. *Hic fuit Daniel, quem Rex, vt Deum adorauit.* Daniel adorauit. *Carthuſ.* Deum in Daniele adorauit. *Tertium. Nehemias dum triſtes conſolabatur; dum cū illis triſtabatur.* Quare non mœreat vultus meus. 2. *Eſd.* 2. *Beda.* Nehemias conſolator interpretatur, qui nomine, & opere Chriſtum ſignificat. *Quartum, Phinees, dum virum Iſraelitum cum fœmina Madianita*

Expe-

Expectauit Eua partum primi filij, quem dum partoriret vix datum crededat. Possedi hominem per Deum. *Gen. 4. Rupert.* Tanto tripudio matris exceptus, vt iuraret sibimet in admiratione gaudij sui dicens: Possedi hominem per Deum. *lib. 9. in Gen. cap. 34. Isidor. clar.* Possedi hominem Deum, quasi Eua hoc dixerit in spiritu prauidens Christum ex se nasciturum. *De Virgine vtique post 74. generationes, quæ maiori desiderio proprium filium desideraret. Sara.* Conclusit me Dominus, ne parerem. *Genes. 16. Lipom.* Sara prole de sancto viro desiderabat. *Virgo ab ipso Spiritu sancto cupiebat. Agar.* Ecce concepisti, & paries filium, vocabisque nomen eius Ismael. *Gen. 16. Caiet.* Adiunxit tristibus læta, dixerat: Humiliare te, adiũgit concupita: Paries filium. *Plus Virgo concupiuit Christum, quàm Agar Ismaelem. Lia.* Vidit Dominus humilitatem meã. *Gen. 29. Hæc dixit dum Ruben pareret. Procopius.* Vt prolem adipisceretur precibus sollicitauerat Deum. *Quantis precibus sollicitauit Virgo Deum? Dixit etiam.* Respexit humilitatem ancillæ suæ.

Rachel. Da mihi liberos, alioqui moriar. *Gen. 30. Lyra.* Desiderabat filium à Iacob, à quo Christus erat nasciturus. *Virgo ipsum desiderabat Christum. Ruth.* Sit exemplum virtutis in Ephrata, & habeat celebre nomen in Bethlem. *Ruth cap. 4. D. Chrysost.* Desiderat filios suscipere ex semine Israel. *Obed typus Christi in Bethlem natus. Anna.* Si recordatus mei fueris, dederisq; seruæ tuę sexum virilem, dabo eum Domino. 1. *Reg.* 1. *D. Ambros.* Tacita clamabat, & interiori voce suæ mentis excitabat Iesum. *in Psal. 118. Verum Iesum V. Maria inuocabat. Sunanimitis. Ab hac quærere iussit Giezi, quid desideraret, cui respondit Giezi.* Non queras, filium non habet. 4. *Reg.* 4. *Chrysost.* Certũ est quòd nihil terrenum sic optet, vt prolem.

DE PVRIFICATIONE Virginis Mariæ.

Luc. 2.

Concio prima per commentaria.

Postquàm impleti sunt dies. *Neque enim dies Virginis Mariæ non pleni esse poterant, cũ omnes bonis essent operibus pleni.* 1842. Dies. *Non noctes, sed dies numerantur in vita illius, qui semper bonis lucet operibus.* 1844. Purgationis. *Certè occasio, in qua aliquis de puritate Virginis sinistram opinionem efformaret, purgatorium Virgini erat, quo Deus patientiã illius comprobaret. Est enim afflictio animæ purgatorium.* 1348. 3154. 3145. Mariæ secundùm legem Moysi. *In se namque Virgo purissima, quæ proinde angelis erat exemplum puritatis, cum hominibus exemplum esset humilitatis.* 2410. Tulerunt Iesum in Ierusalem. *In qua regiá vrbe templum Dei erat, non idoli. Neque enim in vrbe regia templum idolo debet ædificari.* 3107. Vt sisterent eum Domino. *Qui in illum libenter inspiceret, oculus enim ad dilectum dirigitur.* 1101. Sanctum Domino vocabitur. *Sanctus enim dicebatur, qui Deo dedicabatur.* 530. Vt darent hostiam. *Pro illo, qui erat amoris hostia Deo futurus.* 1745. Par turturum. *Simeon, & Anna à mũdi negotijs, & conuersationibus immunes.* 2119. Aut duos pullos columbarum. *Virgo Maria, & sanctus Ioseph per separationem a malis innocentiam columbinam seruantis.* 2119. Et ecce homo erat in Ierusalem. *Qui in cælum erectus cælestem Ierusalem aspiciebat.* 2384. Iustus. *Vix vnus homo inuenitur, qui hunc sibi titulum vendicat.* 1696. Et timoratus. *Quem Dei timor à peccato cohiberet.* 2436. Expectans consolationem Israel. *Communem, non priuatam sperabat.* 1532. Et Spiritus sanctus erat in eo. *Quasi in aureo candelabro luminis septiformis.* 308. Responsum acceperat ab Spiritu. *Fidus de promissione diuina, illi ita certa, ac si iam esset impleta.* 2291. 2292. Non visurũ se mortem, nisi priùs videret Christum Domini. *At non solùm vidit, sed & in vlnas accepit. Liberalis enim Deus dat plura, quã promiserit.* 1944. Et benedixit Deum. *Gratitudinem Deo exhibens, quã solam quærit pro beneficijs.* 1894. Nunc demittis seruum tuũ Domine. *Titulum serui Dei vendicat gloriosum.* 556. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. *Quod expectabam.* 2414. Quod parasti ante faciem omnium populorum. *Omnium populorum rex.* 101. Lumen ad reuelationem gentium. *Quæ lucem pro tenebris aspicient idololatria relicta.* 1525. Et gloriam plebis tuæ Israel. *Per ipsius enim sanguinem confertur gloria plebi suæ.* 1403.

DE PVRIFICATIONE Virginis Mariæ.

Luc. 2.

Concio secunda per aßumpta.

Tulerunt illum in Ierusalem, vt sisterent eum Domino.

Aßumptum vnicum.

Spectaculum hodie in templo Diuinis, & Angelicis, & humanis oculis apparuit.

Oculis Diuinis.

Oculis Angelicis.

Oculis humanis.

DE PLANCTV VIRGINIS Mariæ: seu de descensu à Cruce: seu de solitudine.

Ioan. 19.

Concio prima per commentaria.

ostendebat. 2822. Iuxta crucem Iesu. *In qua duo altaria, alterum, in qua Christus corpus, alterum, in quo Maria animam immolabat*. 165. Iuxta crucem. *In qua cum Filio cruci figi Virgo mater cupiebat*. 165. Iuxta crucem. *In qua optabat redemptionis consummare mysterium; & consummare, nisi hoc priuilegium filius sibi reseruaret*. 165. Iuxta crucem. *Redemptionem petens, quam Filius approbaret, & Pater donaret*. 165. Mater eius. *Non enim periculum erat, ne impediret filij mortem, vt olim in Sara*. 2153. Et soror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. *Vt simul mortem Christi cũ Matre Virgine qualibet ploraret, & ipsa sic dolorem, quin moreretur, temperasset*. 736.

Et soror matris eius, &c: *Si enim Virgo Maria sola filium plorasset, dolorem minimè posset sustinere*. 712. Cùm vidisset ergo Iesus Matrem. *Quia ob maternitatem cum stupore alijs stupenda erat*. 761. Et discipulum stantem, quem diligebat. *Et amore excitatus aspiciebat*. 710. Dixit Matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. *Qui pro filio morituro tibi solatium esse poterit*. 1576. Deindè dicit discipulo: Ecce mater tua. *Cui remedium in mea morte poteris esse doloris*. 1576. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. *Per quam omnia posset à Deo filio obtinere: neque enim filius à matre aliquid alteri filio exposcenti potest negare*. 1322. 1327.

DE PLANCTV VIRGINIS Mariæ, &c.

Concio 2. per assumpta.

Quære in quadragesima concionem de feria 6. Parasceue.

DE GAVDIIS VIRGINIS Mariæ. *Ioan.* 19.

Concio prima per commentaria.

Vide supra Concionem primam per commentaria, de Planctu Virginis Mariæ.

DE GAVDIIS VIRGINIS Mariæ. *Ioan.* 19.

Concio secunda per assumpta.

Stabat iuxta crucem Iesu Mater eius.

D. Ambros. Stabat, quòd genuisset resurrecturum. *lib. de inst. Virg. cap.* 7.

Aßumptum vnicum.

Matri gaudia filius dare debebat motus, vel affectione, vel obligatione, vel ratione.

Motus affectione.

Posuit mihi Deus aliud semen pro Abel *Gen.* 4. *A. Gloss. ord.* Qui luctum pertuli pro mortuo, gaudeo de resuscitato. *Sed hoc fuit post longum tempus. D. Chrysostom.* Mater vix tandem aliquandò tanti luctus cõsolationem inuenit. *Christus matri suæ affectione motus gaudia non distulit, sed statim contulit, dum alium pro se filium nominauit.* Ecce filius tuus. Post duos dies viuificauit nos, & in die tertia suscitabit nos. *Oseæ cap. 6. Erat hæc mater figura Virginis Mariæ, in cuius persona sic Rupertus.* Scio quidem quia citò reuersurus es, iuxta illud propheticum: Viuificauit nos post duos dies, & die tertia suscitabit nos. *Pergit sic.* Tridui quidem tempus breue est; non satis tamen dilectę mihi festinatum est. *Amore Virginis matris triduũ Dominus breuiauit, dum se & ipsam diluculo suscitauit.* Die tertia suscitabit nos, quasi diluculum præparatus est egressus eius. *Oseæ cap. 6. D. Hieron.* Ex eo quòd tenebris dissipatis ortus nobis sol iustitiæ, pulchrè dicitur quasi diluculum præparatus egressus eius. Adolescens tibi dico: Surge, & tradidit illũ matri suę. *Luc. 7. D. Ambros.* Quia vidua mater vnici non patiebatur moras, maturitas additur. *Seda ad illud:* Misericor-

14 dia

dia motus super eam. Pulchrè Euangelista Dominum misericordia motum esse super matre, & sic filium resuscitasse testatur. *D. Petrus Chrysolog.* Ad vnius viduæ lacrymas missus est Christus, vt occurreret in via, vt suscitaret corpus, planctum verteret in gaudium. *Ex maiori erga matrem propriam affectione motus Christus sine mora matris lamenta in gaudia commutauit.*

Motus obligatione.

Motus obligatione ex iustitia legali seu legislatiua, vel distributiua, vel commutatiua. Iustitia legalis habet pro obiecto, Lege constitutum, *& obligat ad impletionem illius, quod in lege constitutum est. In textu diuino scriptū erat.* Num ego, & mater tua, & fratres tui adorabimus te super terram. *Gen. 37. D. August.* Completa sunt quando post resurrectionem sancta Maria, vt luna, & beatus Ioseph vt sol, & vndecim Apostoli prostrati sunt ante eū. *Neque enim Rachel mater Ioseph, quæ mortua erat antequā adorationem illā somniaret, illū adorare potuit.*

Motus ex obligatione iustitiæ distributiuæ, secūdùm quam persona, quæ est prima in merito debet esse prima in præmio. Samson matri suæ, mel priùs dedit. Veniensque ad matrem, dedit illi partem. *Iud. 14. Doctor Concord.* Sic Christus dulcissima resurrectionis mella in ore mortis, quam interemerat inuenta priùs matri suæ Deiparæ, quā reliquis communicauit.

Motus ex obligatione iustitiæ commutatiuæ, quæ obligat ad restitutionem rei ablatæ, sic restitutus est filius Sunamitidis suscitatus. Tulit filium suum, & egressa est. *4. Reg. 4. Tertul. lib 4. aduer. Mar.* Helisæus Sunamitidis filiū restituit in vitam. *Abul.* Egressa est gaudens cum filio suo iam viuēte. *q. 51.*

Motus ex ratione.

Isaac post triduum viuus apparuit Saræ matri suæ, quæ dicere potuit. Risum fecit mihi Dñs. *Gen. 21. Philo.* Repletur gaudio Sara, ait enim Risum fecit mihi Dominus, opifex est enim Deus gaudij. *D. Greg. Nyss.* Libenter filium Deo dat, nouerat enim quod finis vitæ carnalis, initium augustioris vitæ exiliit. *Ratio exigebat, vt qui mortuus fuerat causa lamentationis, viuus fieret causa exultationis. Sareptanæ feminæ suscitatum tradidit Elias filium.* Tradidit matri suæ, & ait illi: En viuit filius tuus. *3. Reg. 17. Caiet.* Hic est primus mortuus, qui ab initio mundi resuscitatus est. *D. Aug. existimat hunc fuisse Ionam prophetam.* Quē de ventre ceti glutientis euolutis tribus diebus Dominus absoluit. *lib. 2. de mir. Abulen.* Illud fecit Elias cum gaudio volens matri pueri congaudere. *Sic quilibet posset ostendere V. Matri viuum filium, quem Deus ex ratione gratitudinis ostendit matri.*

Debbora simul cum filio victore, cum quo in prælium descenderat, gaudens triumphat. Cecinerunt Debbora, & Barac filius Abinoem in illo die. *Iud. 4. Carthus.* Per Debboram intelligitur sanctissima Maria vnigeniti Filij Dei mater. *D. Ambros. considerans Debboram cum filio in prælium descendentem.* Quanta viduæ fortitudo, quæ à periculis filium nec materno reuocauit affectu. *Caiet.* Cecinerunt Debbora, & Barac res gestas cum exultatione. *Similiter Maria, & Iesus, congruum enim erat rationi, vt quæ fuerat in bello periculi particeps, foret in triumpho consors gaudij. Si legatur in hac solemnitate Euangelium Matth. 28. ad illud.* Et ecce Iesus occurrit illis dicens: Auete. *Potetunt aptare tribus Marijs, hæc tria motiua, propter quæ V. Maria Christus hæc dedit gaudia in ciuitate, à qua veniebat quando tribus Marijs venientibus ad ciuitatem obuius per occursum venit.*

DE ASSVMPTIONE Virginis Mariæ. *Luc. 10.*

Concio prima per commentaria.

Intrauit Iesus in quoddam castellum. *Bellicoso regi aptus locus castellum est. In quo proinde vel etiam defunctus bellator vellet sepeliri, vt etiam mortuus suos defensaret.* 808. Et mulier quædam Martha nomine excepit illum, &c. *Nomina harum sororum in Euangelio exprimi Christus voluit. Nomina honorat, qui personas amet.* 6. Excepit illum in domum suam. *Voluit enim Christus excipi vt hospes, vt affectum hospitalitatis in excipientis animo occultum, alijs indicaret.*

caret. 1731. Excepit. *Non dare, sed accipere beneficium hospitalis existimat, dum suscipit hospitem.* 1998. 2219. 2597. Et huic erat soror nomine Maria, quæ etiam, &c. *Vt Dominus vanitatem mundi in se pedibus concalcaret.* 141.

Audiebat verbum illius. *Quo Christus ei olim veniam à Patre petitam concesserat.* 619. Audiebat verbum illius. *Est enim vox Christi audienda.* 708. Martha autem satagebat, &c. *Hospitium namque negotium esse lucrosum reputabat.* 1996. Satagebat. *Minimè piger ad hospitalitatis thesaurum.* 1996. Que stetit. *Dum in conspectu Christi stabat, instum animæ statum ostendebat.* 3008.

Domine, nō est tibi curæ, quòd soror mea, &c. *Non enim solùm in sua industria, sed & in cura Dei fiduciam collocabat.* 2624. Non est tibi curæ. *Iustè miratur. Est enim cura Dei erga afflictos.* 1907. Non est tibi curæ. *Curam Dei erga se, quæ curam sui non habebat, iure requirebat.* 1951. Domine, non est tibi curæ? *Habet enim Deus curam illorum, quorum dicitur esse Dominus.* 1982. Quod soror mea reliquit me solam ministrare. *Volebat socium habere laboris, & meriti, vt haberet honoris, & præmij.* 1372 Et respōdens dixit illi. *Pro tacente respondet; pro respondente taceret.* 379. Martha, Martha, &c. *Dum nomen geminabat, surditatem non audientis verbum, quod soror audiebat, suggillabat.* 2341. Maria optimam partem elegit, &c. *Inuida si foret Martha plus præconio Mariæ, quàm proprio torqueretur opprobrio.* 207.

DE ASSVMPTIONE Virginis Mariæ.

Luc. 10.

Concio secunda per assumpta.

Maria optimam partem elegit.

D. Hieron. Maria sermone Syro Domina nuncupatur. *D. Anselmus.* Mariæ iure cōpetit, vt illam omnis creatura Dominā agnoscat, suspiciat, & honoret.

Assumptum triplex.

De interitu Virginis in solo: de comitatu in aere: de ingressu in cælum.

De interitu Virginis in solo.

Desiderabat Virgo mater, vt Christus eius filius veniret ad ferendam illam in cælum. Sic desiderabat mater Sisaræ aduentū illius. Cur morantur regredi currus eius? Quare tardauerunt pedes quadrigarum illius. *Iud.* 5. *Lyra.* Describitur anxietas matris Sisaræ, eò quòd vltra modum tardabat venire. *Vt matris desiderijs Christus satisfaceret, misit illi nuncium Gabrielem de interitu ipsam moniturum, palmam in signum victoriæ (teste Metaphraste) afferentem Virgini. Cum hoc nuncio Angeli multi venerunt; vt cum Eliezer misso ad Rebeccam afferendam in domum Abraha.* Dixit ad seruum domus suæ, &c. *Gen.* 24. *Abulens.* Eliezer intendebat ducere secum sponsam domini sui Isaac: sed ad ducendam sponsam nouam requirebatur magnus honor: ergo plures viri requirebantur, qui famularentur. *Ex terra etiam ad interitum Virginis Mariæ concurrerunt. sic Canisius.* Apostoli primarijque viri Ecclesię lectū moriturę Virginis condecorarunt. En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiūt illum. *Cant.* 3. *Dux custodiæ i. se Christus fuit. Nicephorus.* Videbat illum Angelorū gloria circumcirca tanquam satallitio stipatum.

Vidit à longè, & illicò agnouit venientem filium suum: currensque nunciauit viro suo, dicens: Ecce venit filius tuus. *Tob.* 11. *Septuaginta.* Vidi te fili libenter moriar. *D. Ambros.* Mortis videlicet dolorem, exoptati conspectus suauitate nō sentiens. Amore langeo. *Cant.* 2. *Alber. Magn.* Beata Virgo præ amore, & fine dolore mortua est. Consuetudo fuit, vt post anni circulum conuenirent in vnū filiæ Israel, & plangerent filiam Iephte diebus quatuor. *Iud.* 11. *Pat. Serarius.* Vt ostenderetur charorum mortem lamentari nefas haud esse. *Non potest mors V. Mariæ per dies quatuor lamentis celebrari,* quia

quia die tertia suscitata est. D. Hieron. loquēs de S. Paula, Translata Episcoporum manibus, & ceruicem feretro subijcientibus. *Idem de eadem.* Ita dignitas quædā, & grauitas ora compleuerat, vt eam putares non mortuam, sed dormientē. *epist. 27. Sequebantur feretrum Virginis lamentantes eius virgines pauperes ipsius famulæ, vt olim fœminæ aliæ plorantes sequebantur Dorcam. Act. 9. Et obtinuerant illius suscitationem. Lorinus.* Tabitham asserimus tantisper iussam expectare, atque differre beatitudinis adeptionem.

De comitatu in aere.

Suscitata fuit Virgo Maria. Esther. Die tertio circundata est gloria sua. *cap. 15. Serar.* Luctuosum cultum deposuit, & circundata est vestibus gloriosis. Voca Sunamitidem istam. 4. *Reg.* 4. Elisæus considerauit obsequia, quæ præstabat ei illa mulier, & fecit eam vocari, vt sciret ab ipsa, in quo posset ei vtilis esse. *Dixit Abulens. Non vnus tantùm mittitur è cœlo ad Virginem ducendam, sed totam curiam cœlestem, vt testatur Ioannes.* Vidi Hierusalem descendentem de cœlo à Deo ornatam. *Apoc. 21. D. Elipbons.* Vt reginam mundi secum eueheret ad sublimia. Quæ est ista, quæ ascendit innixa super dilectum suum. *Cant. 8.* Filia Pharaonis ascendit de ciuitate Dauid in domum suam, quā ædificauerat ei Salomon. 3. *Reg.* 9.

Filiam Pharaonis transtulit de ciuitate Dauid in domum, quam ædificauerat ei. 2. *Paralip. 8. D. Eliphons.* Ascendens Dei Filius in cœlum, matrem ad tempus ad hoc demisit in terris, vt ei locum in ætherijs mansionibus præpararet. *Ascendēs in cœlum duxit secum plures sanctos, & sanctas, non verò Virginem Mariam. Ad Adamū duxit plura vtriusq; sexus animantia, & postea Euam solā. Gen. 2. Abul.* Cū Eua per se ducta est, significata est tanta dignitas eius solius, quanta omnium animalium. Mulier apparuit in cœlo. *Apoc. 21. Non apparent Angeli, nec homines. D. P. Dam.* Sic vtrorumque spirituum, idest hominum, & Angelorum hebetat dignitatem, vt in comparatione Virginis, nec possint, nec audeant apparere. *Ascendens Christus non statim secum duxit matrem. Quare? D. Ansel.* Fortasse Domine, ne tuę cœlesti curiæ veniret in dubium, cui potiùs occurreret, tibi Domino suo, an ipsi Dominæ suæ?

De ingressu in cælum.

Ingressus Hierusalem cum comitatu magno. 3. *Reg.* 11. *Regina Saba. D. P. Dam.* Attolle iam oculos ad assumptionē Virginis; & salua filij maiestate, inuenies occursum huius pompæ digniorem. Sibi quippe Angeli Redemptori occurrere potuerunt. Matri verò cœlorum palatia penetranti Filius ipse cum tota curia. *Caiet.* Cum comitatu magno. Qualis decebat reginam. *D. Ansel.* Stipantibus innumerabilibus Angelorum agminibus, Deus ipse matri suæ occurrit, eamque in throno gloriæ collocauit. Et occurrerunt ad eam (*Iudith*) omnes à minimo vsque ad maximum. *cap.* 13. Illa autem ascendens in eminentiorem locum, dixit: Laudate Dominum Deum nostrum. *Et Ozias princeps ad eam.* Benedicta es tu filia à Domino Deo excelso pre omnibus mulieribus. *cap. 13. P. Canis.* Hæc victrix illa Iudith, cui credentes omnes de superato tyranno gratulabantur.

Trinitatis Personæ ipsam receperunt honorificè. Pater ipsi concessit benedictionem, quam illa, vt Axa à patre Caleb petijt. Da mihi benedictionem. *Iud.* 1. Cùmque suspirasset. *Abulens.* Vt pater intelligēs eam ex magno desiderio petere, faciliùs condescenderet ad petita. *Filius matri locum aptum quæreret. Vt David olim matri suæ in regno regis Moab.* Maneat, oro pater meus, & mater mea vobiscum. *Lyra.* Ante omnia quæsiuit parentibus suis securitatē mansionis. *Spiritus sanctus sponsam suam virginem coronauit; vt olim Pharaorex Ægypti Ioseph vxorem, quam illi dedit Pharao, coronauit.* Dedit illi vxorem Azeneth. *Gen. 41. Abulens.* Datę sunt ei duę coronæ aureę, & quieuit populus insistens gaudijs, & lætitię. Veni sponsa mea, & coronaberis. *Cant. Rupert.* Ita coronabitur, vt in cœlis sit regina sanctorum, & in terris regina regnorum. Aduocatā præmisit peregrinatio nostra, *ait D. Bern. Quid non obtinebit à Patre filia, è Filio mater, ab Spiritu sancto sponsa?*

DE SANCTIS APOSTOLIS.

De

DE D. PETRO, ET Diuo Paulo.

Matt. 16.

Concio prima per commentaria.

Interrogabat discipulos suos dicens: Quẽ dicunt homines esse filium hominis? *De fama inquirebat. Hac enim de Messia rege futuro, vt olim de Dauide sparsa erat.* 952. Quem dicunt homines, &c. *Non captabat famam. Qui enim famam captat, infamiam comparat.* 2765. Quem dicunt homines. *Non solùm apud Deum, sed & apud homines bona fama debet procurari.* 295. Quem dicunt homines. *Magno famam periculo cõmittit, dum vitam famæ tradit; est enim fama plerumque falsa.* 952. At illi dixerunt. Alij Ioannem Baptistam, &c. *Famam bonam: non verò malam, secundũ quam alij illũ dæmoniacum esse dicebant, referebant. Famæ malæ non adhibendam fidem edocebant.* 2248. Alij Ioannem Baptistam, &c. *Vocabulum illius, quem aliquis imitatur, assumit.* 127. Alij Ioannem, &c. *Hiis eum vocabulis appellabant, quia in illo personarum virtutes agnoscebant. Debet enim personam imitari, qui illius vocabulo potest nominari.* 30. 150. 151.
Vos autem quem me esse dicitis? *Vulgi opiniones despiciendas sic docet.* 1530: Vos autem quem me esse dicitis? *Qui veritatem scire debetis. Est autem veritas opinioni præferenda.* 1531. Respondens, Simon Petrus dixit. *Ille, cui Deus vocabulum Petræ, quod suum erat, communicauit tanquàm sibi dilecto.* 2598. Respondens Simon, &c. *Tria vnus & idem sortitus nomina, quia non vno tantùm potuit eius multiplex virtus explicari.* 1845. Respondens Simon. *Vnus pro multis respondet Petrus; vnus pro multis merito computatur.* 1549. Tu es. *His verbis Christum Deũ esse significat. Nihil enim quod non sit Deus, verè est, & qui verè est, Deus est.* 327. 328. Tu es Christus. *Idest vnctus vt Rex, vt Sacerdos, vt Propheta.* 90. Filius Dei viui. *Similis Patri, & imago illius.* 936. 2773. Dei viui. *Qui in Filio semper viueret; cùm non posset mori, & pater etiam mortuus in filio viuere censeatur.* 210. 211. 310. 743. Beatus es Simon Bar Iona. *Meritò laudatur Petrus, credens Christum Dei filium esse, quòd alij non credebant.* 2116.
Beatus es, &c. *Quis non timeat? sic laudatus à Deo, ter negauit.* 2856. Beatus es, &c. *Felix profectò, qui testimonio Filij à Patre, vt dilectus accepit reuelationem.* 139. Et ego dico tibi. *Reuelat Filius eidem, cui reuelauerat Pater. Est enim Filius imitator Patris.* 809. Tu es Petrus, & super hanc petram, &c. *Petra preciosa Petrus erat, prima inter duodecim.* 6. 15. Et portæ inferi non præualebunt, &c. *Dixerat enim Christus inimicorum portas possidebit.* 2535. Et tibi dabo claues regni cœlorum. *Alteram ad claudendum, alteram ad soluendum, iustitiæ, & misericordiæ instrumenta. Neque enim Deus minus gloriatur, dum punit, quàm dum præmiat.* 817. 2336.

DE D. PETRO.

Matth. 16.

Concio secunda per assumpta.

Vos autem quem, &c.

D. Hieron. Illis quia homines sunt humana opinantibus, vos qui estis dij, quem me esse dicitis?

Assumptum vnicum.

Diuus Petrus non homo, sed quasi Deus habendus.

Deus quasi effectus est cùm ex Simone Petrus dictus est. 1786. *Vndè meritò vnum ex diuinis vocabulis à Deo, vt Deus accepit.* 1598. *Est enim Deus, qui nomen Dei gerit.* 162. *Certè ex eò quòd sacerdos purus esset, Deitatem vendicaret.* 204. *Deus dici potest cùm ad eum Dei sermo toties factus fuerit.* 2290. *Benignitas eum Deum constituere posset.* 2484. *Testimonium Deo Filio perhibens Deus iure posset appellari.* 695. *Dei formam habebat, qui perfectionem seruabat.* 154. *Deus, qui scribenda Marco reuelabat.* 216. *Deus, qui suorum memoriam etiam post mortem habendam promittebat.* 7. *A fratre Andrea, vt Deus diligebatur.* 11.

Deus

DE DIVO PAVLO.
Matt. 10.

Concio secunda per assumpta.

Ecce ego mitto vos.

Assumptum vnicum.

Missus à Christo Paulus Peregrinus.

Peregrinus Paulus, vt Abel in mundo, non in cælo. 661. Mundi peregrinus, vt Abel, ac cæli ciuis. 669. Apparet Dei Filius ei in forma hominis è cælo venientis, vt exemplo suo illum faciat, vt Abraham, peregrinum. 1529. 1586 Ab Angelis, vt Abraham deducebatur in prouincias, vt diuinum cultum doceret. 2603. Secum peregrinus duxit discipulos, vt Abrahā. 2500. Peregrinus, vt Isaac præstantior fit regibus. 1037. Peregrinus cuius conuersatio in cælis erat, qui dicere possit cum Iacob. Dies peregrinationis meæ. *Gen. 47. Rupertus* Vltrò peregrinum se confessus est, melioris patriæ ciuis, idest cœlestis. *Dignus cui multoties Angeli venirent obuiam, vt Iacob.* Fueruntque obuiam Angeli Dei. *Gen. 32. Ruper.* Insignè sonat victoris, cui pro gloria triumphi pompa cælestis obuiam procedens lætum obsequium præbuerit. *Et infra.* Rectè talem habuit occursum, qui sub obedientia peregrè militauerat. *lib. 8. cap. 2.*

Peregrinus, qui bona mundi figuram transeuntem, vt Iacob existimabat. Dies peregrinationis, &c. *Gen. 47. Abulens.* Qui bonum suum extra labentia huius vitæ bona sophistica sepositum esse rectè credit, tādiu suspirat, quoad vsque bonum, quod desiderat assequatur: iste se peregrinum arbitratur. *Semper de reditu in cælum cogitabat, vt Iacob in patriam.* Fuge ad Laban in Haran, habitabisque cum eo dies paucos. *Gen. 27. Philo.* Laban à rebus manifestis tantùm pendens ciuitatis ius in Charris habet, vbi amator virtutis Iacob, vt peregrinus non diù habitat, semper de reditu cogitans. *lib. de somnijs. Lacrymis se peregrinum significabat, vt Moyses. Exod. 2.* Cernens paruulum vagientem miserta eius ait: De infantibus Hebræorum est hic. *n. 6. Philo.* Deplorat se vinctum incorpoream naturam desiderans, deplorat etiam inflatam, & errantem mentem vulgi miseri, quæ pendens à falsa opinione putat inesse sibi aliquid certum, firmumque, aut in vniuersum creaturam vllam esse immutabilem, cū perpetuæ stabilitatis exemplum in vno Deo sit positum. *lib. de confus. ling.* Cupio dissolui, &c. *Sic plorabat Apostolus. Peregrinus Moyses fugit ab Ægypto ad Madian. Exod. 2.* Fugiens de conspectu eius, moratus est in terra Madian. *Philo.* Secessit in finitimam Arabiam, vbi tutiùs degere poterat. Deum inuocans vt alteros eripiat è grauissimis calamitatibus (*Hebræos*) alteros nihil non per vim agentes (*Aegyptios*) puniat: atque ita ipsi duplex gaudium præbeat, nec fuere vota irrita Deo probante mentem hominis facientem bonis, malis infensam. *Hæc erat Pauli peregrini mens.*

Aduenam se dixit Moyses. Exod. 2. Aduena fui in terra aliena. *Philo.* Egregiè ne hoc quidem honore corpus dignatus, vt inquilinum eius se profiteretur, sed alienum se ab hoc existimans. Quis me liberabit de corpore mortis huius. *Inquirebat Paulus. Vt Dauid in terra, peregrinus, & in cælo ciuis. 1712. Peregrinus Dauid, sed quærebat locum sibi magis commodum, vt quando fugit ad Regem Achis. 1. Reg. 27.* Melius est vt fugiam, & saluer in terra Philistinorum. *Abulens.* Fugit ad istum regem, quia putauit eum liberaliorem ad suscipiendos peregrinos. *Paulus morabatur in loco, in quo magis affligebatur.* Ascēdit Elias per turbinem in cælum. *4. Reg. 2.*

Quia

Quia in terra degebat peregrinus. D. P. Chrysol. Elias relinquit terras, cœlos intrat, cõmoratur Angelis, conuiuit Deo: & terrenus hospes supernas possidet mansiones. *ser. 43. Raptus vsque ad tertium cælum Paulus conuersatur in cœlo. Paulus peregrinus imitator Christi. Fuit enim etiam Christus peregrinus. 1712. 2136. 2137. 2218. 2433. Vide in Indice generali v. Peregrinus.*

DE DIVO ANDRÆA Apost. *Matth.* 4.

Concio prima per commentaria.

Ambulans Iesus iuxta mare. *Ambulabat, & Andream, vt secum ambularet, prouocabat, vt olim Abraham. 2518. 2519.* Vidit duos fratres: *In quorum ore dilicium, quod habebat in ore Paterno, duplicaret. 215.* Vidit duos fratres. *Neq; enim alter dignus, alter indignus diuino aspectu poterat reputari, sed vterque diuinos ad se oculos rapiebat. 666.* Simonem, qui vocatur Petrus. *Quasi Petra, seu columna triumphalis Christo dicatur inscripto Petræ vocabulo. 1598. 2493.* Et Andream fratrem eius. *Quem Petrus quasi Angelus custos, eo modo, quo Aaron Moysen fratrem custodiret. 27.*

Mittentes rete in mare. *Ac si vna vtriusque manus esset, qua vterque rete in mare mittere diceretur. Est enim fratribus manus duobus vna. 17.* Erant enim piscatores. *Tunc piscium; postea hominum piscatores futuri. 2182.* Venite post me. *Ne aliquis illorum Christum præueniens, ad crucem accederet. Voluit enim Christus primus in ara crucis Deo immolari. 2046.* Venite post me. *Vtrumque fratrem vocat, non vt olim vnum Abraham relinquens fratrem illius. 1873.* Post me. *Cruce-ferentes exemplo mei crucem baiulantis. 1201.*

Faciam vos piscatores hominum. *Quos sermone quasi hamo capietis. 2182.* Piscatores hominum. *Idest prædicatores. Qui à lacu inferni homines extraherent. 318. 322. 323.* At illi continuò. *Debent enim homines ad bonum festinare. 2002. 2003. 2033. 2096. Vide multa in verbo Festinus.* Relictis retibus. *Præsentia amore Dei contemnentes. 1701. 188. 1937. 1939. 2787. Vide verbum Contemptus mundi.* Sequuti sunt eum. *Imitatores patris sui Abraham, qui sequutus fuit Deum. 1664. 1709. 1891.*

DE D. ANDRÆA. Matth. 4.

Concio 2. per assumpta.

Faciam vos fieri piscatores hominum.

Assumptum vnicum.

Andreæ animus piscator, eius corpus nauigium est.

D. Ambr. Caro nauis est animæ, sicut scriptum est, qui descendunt mare in nauibus. Pertransierunt quasi naues poma portantes. *Iob cap. 9. D. Greg. Mag.* Quid antiqui patres, nisi naues poma portantes extiterunt? qui diuinæ Incarnationis mysterium prophetantes, ipsi quidẽ spei odore potiti sunt, sed nobis fructũ detulerunt. Illic naues pertransibunt. *Psal. D. Basil.* Non moram trahunt in eo, nonnullos lucri faciunt ex his, qui se immerserunt gurgiti deliciarum.

Diuus igitur Andreas prima verè nauis, quæ vellus attulit aureum, dum sequutus fuit Agnum Dei sibi à magistro demonstratum. Vndè equites, qui Hispanicè dicuntur, Del Tuson, *D. Andream sibi meritò vendicarunt. Primum piscem Petrum fratrem apprehendit dicens,* Inuenimus Messiam. *D. Chrysost.* Pro sagena Euangelium expandit, & prior Petrum ad Euangelium allexit, & venatus est. *D. Ambros. ad illud.* Vade ad mare, & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore inuenies ibi staterẽ. *Matth. cap. 17. sic ait.* Complexus est Stephanum, qui primus ascendit, habens in ore suo staterem iustitiæ, vndè confessione constanti clamauit dicens: Ecce video cœlos, &c. *Petrus Stephanum: at Andreas Petrum traxit piscem excellentiorem.*

Nauis igitur Andreas cum alijs Apostolis ventum generalẽ Spiritus sancti expectauit in sinu Hierosolomytano. Fact' est repẽtè, &c. spirit' vehe-

vehementis. D. *Ambros.* Bonum est nobis, vt hic ventus aspiret, qui nauis Tharsis ferentes verò Salomoni, quæ ad templum eius necessaria videntur, tutos deducat in portus. *Nauis ductoria fuit Andraas, qui primus agnouit Christum; separatur à terra, vt nauis Abraham.* Egredere de terra tua. *Gen.* 12. D. *Ambros.* Et tu in mari hoc nauigas, & in hoc sæculo fluctuas: fuge terram, saxa habet, lapides habet. *Naues aliæ attendant ad Andræam, vt ad Abraham.* Attendite ad Abraham. *Isai.* 51. *D. Greg. Nissen.* Quicunque huius vitæ fluctibus oppressi, à veritate aberrant exemplo Abrahæ, ad diuinæ uoluntatis portum reuocantur.

Gubernator suæ nauis Andreæ animus inspecit tabulam nauticam, vt nauem dirigat. D. Mendoça. Scriptura, tabula est nautica, in qua omnia breuia, Syrtes, & Carybdes, quæ in toto mari delitescunt suis quæque sitę locis describuntur. *In hac charta nauigandi aspexit Andraas inuidiæ scopulum, in quo naufragium fecit Cain.* Ero vagus. *Gen.* 4. *Philo.* Si nauem mari iactatam gubernator deserat, an non necessum est eam nauigationem aberrare. *lib. Quid deteriùs. D. Ambros. de naui Cain loquens.* Peccatoris vita diuino gubernaculo destituta præcipitatur; Collisa malitiæ scopolis. *Scopulos inuidiæ vitat diligens fratrem Andraas. Inspicit iterum chartam nauticam, & vidit Syrtes ambitionis, in quibus naufragium fecit nauis Ozias, volens officium summi sacerdotis vsurpare.* 2. *Par.* 26. Non est tui officij, ô Ozias: *D. Chrysost:* Naufragium passus est, vt disceres quantùm mali sit animi tumor. *Sacerdotium Andraas à Petro minimè vsurpauit, & sic ambitionis scopolum infamem declinauit. Inspicit tertiò chartam nauigandi, in qua locum vbi Balam fecit naufragiũ, videns inconstantiæ, & pertinaciæ Charybdes euitavit.* At ille iterùm verberabat eam. *Num.* 22. *Philo.* Ita se commisit imprudentiæ fluctibus in undantibus, vt obrueretur ab eis. *lib. quid Ozias.*

In bono, non in malo constans fuit D. Andraas. Postea epistolam sui imperatoris aperuit, vt agnosceret, in quam mundi partem iuberetur nauigare; & inuenit illud. Ite in mundũ vniuersum. *Naui Andrea ad omnes mundi partes venti quatuor inseruiebant, vnde illud.* Et quatuor venti cœli pugnabant in mari magno. *Daniel. c.* 7. *D. Hieron.* Mare mũdum significat. Ideò venti cœli esse dicuntur, quia vnusquisq; Angelus facit pro eo regno, quod sibi creditum est. *id. D. Hieron. Volebant Angeli ducere nauem istã vnus in Scithiam, alter in Æthiopiam, alius in Traciam, alius denique in Alemaniam. In his enim prouincijs Andraas prædicauit, & innumerabiles pisces comprehendit. Quos inter piscem Niculaum vnum apprehendit libidinosum, senem, cui illud, quod D. Ambr. similis dicit, prædicauit.* Exili super vndas, ô homo, quia piscis es, caue ab scopuloso littore, ne te in rupem furens æstus illidat. *Conuertit sic libidinosum vocabulo huius piscis insignitum. Inter vndas flagellationum diuina luce resplenduit; ostendens sapientiam, & fortitudinem. Danieli potest comparari.* Tibi Deus confiteor, teq; laudo, quia sapiẽtiam, & fortitudinẽ dedisti mihi. *cap.* 2. *D. Amb.* Fortis, qui repercutiat verberantem, si non cædis, certè sermonis flagello. Ostendat tamquã in lucerna lumẽ inter asperas procellas, infidelium perfidiam, erroresq; condemnans, vt Daniel.

D. Andraas ad Egeam, qui illum ad deserendam legem diuinam commouebat, id, quod Eleazarus ad Antiochum dicere valuit. Adolescentibus exemplum forte relinquam; & 2. *Mac.* 7. *vbi D. Ambr. in persona Eleazari.* Senectus portus debet esse, non vitæ superioris naufragium. *Cruci alligatus est, vt Vlisses, ne blanditijs ad naufragium traheretur. Clem. Alex.* Ligno alligatus eris solut' ab omni exitio, & te ad portum cœlorum adducet Spiritus sanctus. *Sic peruenit ad portum gloriæ, de quo dici potest id, quod de Zabulone.* Zabulon in littore maris. *Genes.* 49. *D. Amb.* Vt videat aliorum naufragiã ipse immunis periculi, locum fidæ stationis ostendens.

DE D. IACOBO MAI. Apost. Matt. 20.

Concio prima per commentaria.

Vide Concionem primam de feria 4. post Dom. 2. Quadrag.

DE D. IACOBO MAI. Matt. 20.

Concio

Concio secunda per assumpta.

Possumus.

D. Iacobus Maior dux, & primus in bello Christi.

Primus dux Christi veri Dauidis, non solùm inter triginta, sed inter duodecim. 1376. *Dux Christi suis militibus erat amori; hostibus terrori.* 1471. *Fortunatus, qui milites suos habebat paterna charitate ligatos.* 888. *Auxilium secũ ferens diuinum, non despiciebat humanum.* 895. *Primus in bello dimicabat.* 1201. 1202. 1204. 1205. 1206. 3017. 3048. *Primus, qui pro Christo sanguinem fudit ex Apostolis.* 654. 635. 669. 705. 1599. *Primus, qui relicto patre sequutus est Christum.* 1806. *Imitator Christi in morte ex Apostolis primus.* 1204. *Victoriam Regi Christo iure tribuit.* 1365. 1377.

Primus, qui certabat, & ideò victoriam reportabat. 3017. 3115. *Victores vincit Dei præsidio.* 1927. *Peregrinus primus.* 2207. 669. *Dux Christi generalis non in curia, sed in loco belli apparens.* 1460. 2474. 1494. *Non aulicos, sed milites agnoscebat.* 1460. 1474. *Palmis militem victorem ad regem portabit.* 1476. *Vnus exercitui æquiparandus.* 1709. *Victor primus dux.* 700. *Primus ex Apostolis in cælo gloriosus.* 1888

DE DIVO IOANNE Apost. *Ioan.* 21.

Concio prima per commentaria.

Conuersus Petrus, vidit illum, &c. *Dignus Petrus, qui ad se diuinos oculos attraheret, cũ non à fratre suos humanos retraheret.* 666. Quem diligebat Iesus. *Ad quem proinde oculos conuertebat.* 710. Sequentem. *Qui Petrũ sibi ductorem vendicaret.* 1891. Qui & recubuit in cæna super pectus eius. *Meliorem in solo locum accubationis habens, quam ipse Christus in paradiso possideret.* 2182. Et dixit: Domine, quis est, qui tradet te? *Hic certè si traditionis crimen attendat, non te tradet, tanti namque criminis consideratio etiam pessimum retardabit.* 2654. Hunc ergo cùm vidisset Petrus, dixit Iesu: Domine, hic autem quid? *Socio pro socio debet esse sollicitus.* 3160. 3161. Dixit ei Iesus, sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? *Sollicitus de Christo Ioãnes se ostenderat, dum de traditore rogauerat; minc se sollicitum de Ioanne ostendit, sollicitũ Petrum arguens; vt qui solus de Ioanne sollicitudinem sibi vellet vendicare.* 1792. Tu me sequere. *Hoc enim tibi, vtile erit.* 1666.

Exijt ergo sermo ille inter fratres. *Quia fama plerumque falsa; qualis hæc de sermone Christi.* 952. Et non dixit Iesus: Non moritur, &c. *Etiam inter fratres fama falsa expurgitur. Quarenti ergo prælatus famam malã de subditis falsam putet, & falsam desideret inuenire.* 2600. Hic est discipulus ille, &c. *Dilectus Deo amicus, qui ideò merebatur, vt testis esset, viuus reseruari.* 668. Et scimus quia verum est testimonium eius. *Sic testimonium suum cùm esset Christi amicus à suspitione liberare volebat; quod si esset ab inimico datum suspitione falsitatis careret.* 393. 400

DE DIVO IOANNE Apost. *Ioan.* 21.

Concio secunda per assumpta.

Quem diligebat Iesus.

Assumptum duplex.
De motiuis amoris: & de beneficijs fauoris.
De motiuis amoris.

Dilectus mihi Ephraim, si puer delicatus, quia verba mea fuerunt in eo. *Hier.* 31. *D. Hieron.* Ne putaretur gratuita benedictio, & ex indulgentia potiùs largitoris, quàm ex merito eius, in quem conferebatur, ait: Quia verba mea, &c. *In Ioanne verba fuêre diuina, vndè dixit: In principio erat Verbum, &c.* Dilectus meus, in quem complacuit anima mea. *Isai.* 42. *Loquitur de Cyro. D. Chrysost.* Qui enim dilectus est, is cũcta ex sẽtẽtia Dei peragit.

In Ioannem propter simile motiuum Christi anima sibi complacebat, & ideò eum diligebat.
Iacob autem diligebat Ioseph. *Gen.* 37. *D. Ambros.* Illum plus amabat, in quo maiora virtutum insignia præuidebat. *Abulens.* Quia erat pulcher valdè, & perspicacis ingenij. *Lipom.* Quia intelligebat specimen præferre eximiæ honestatis. *Omnia hæc motiua amoris in Ioanne Christus agnoscebat.* Ionathas diligebat Dauid quasi animam suam. 1. *Reg.* 18. *Abulens.* Nam Dauid apparuit animosior omnibus, qui fuerunt in castris Israel. *Ioannes animosior cæteris stetit iuxta crucem, &c.* Respiciens autem Ioseph vidit Beniamin fratrem suum ex eadem matre. *Gen.* 49. *D. Ambros.* Morale est, vt quos diligimus eos videamus præ cæteris, ita duce animo dirigitur noster aspectus. *Ita Iesus aspiciebat Ioannem fratrem ex eâdem matre.* Cũ vidisset discipulum, &c. Ecce mater tua. *Vide in Indice v. Dilectus.*

De beneficijs fauoris.

Vocauit nomen eius amabilis Domino eò quòd diligeret eum Dominus. 2. *Reg.* 2. *Calet.* Nominauit itaque Natham Salomonem dilectum à Deo propter ipsum Deum, & non propter propria merita. *Dilecti namque titulus humana merita transcendit.* Placebat Deo. 1. *Reg.* 2. *Abulens.* Quia Samuel non deuiabat à ceremonijs illius. *D. Chrysost.* Deo semper charus, & gratissimus; tantaque virtutis indicia à primâ statim ætate prætulit, vt antequàm ad viriles annos euaderet inter mirabiles prophetas inscriberetur. *Similis fauor Ioanni dilecto concessus.*
Dilectus Deo Moyses. *Eccles.* 45. Loquebatur Dominus cum Moyse sicut solet loqui homo ad amicum suum. *Exo* 25. *Rup.* Non celando illi consilium suum, faciendo illum secretorum suorum conscium. *Secretarius, & à consilijs Christi Ioannes dilectus fuit.*
Amicus Dei appellatus est. *epist.* 1. *Iacobi cap.* 2. Ego eduxi te de Vr Chaldeorum. *Gen.* 15. *Hebræa lectio.* De igne Chaldeorum. *D. Hieron.* Quòd Abraham in ignẽ missus sit, quia ignem adorare noluerit, & Dei auxilio liberatus profugerit, &c. Collocauit à te paradisũ voluptatis Cherubim, & flãmeum gladium, atq; versatilem. *Gen.* 3. *D. Amb.* Ioãni citò versabitur igneus gladius, quia non inuenitur in eo iniquitas, quem diligit equitas. *Sic liberatur ab igne Ioannis.* Amãtissimus Dñi habitabit confidenter in eo, quasi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requiescet. *Deut.* 33. *D. Bernar.* Quid erit in pectore, & inter humeros & inter vbera? Vberior gratia in pectore, vbi amoris locus, & cernendi copia vultus, Huc ergo transi cum dilecto. Qui & recubuit supra pectus eius. *Beniamino Ioannes in hoc fauore præfertur.*

DE D. THOMA APOST.
Ioan. 20.

Concio prima per commentaria.

Vede Concionem primam de Dominica in albis.

DE D. THOMA APOST
Ioan. 10.

Concio 2. per assumpta.

Dominus meus, & Deus meus.

Assumptum duplex.

An iure Dominum suum, & Deum suum appellarit?

An iure Dominum suum appellarit?

Seruus

Seruus Domini iure dicitur, qui amore Domini morti efferitur. 529. Præconium Domini est bonum habere seruum. 548. Titulus serui Dei dignus, qui libro præfigatur. 553. Serui sui Dominus non despicit sudores. 1971. Vide v. Seruus Dei.

An iure Deum suum nuncupauerit?

Deus specialiter dicitur Deus illius, qui Deum prædicat. 2490. Deus de titulo Dei bonorum gloriatur. 453. Dicitur Deus specialiter illius cum quo loquitur. 584. Deus dicitur colentium se, & non idolum venerantium. 2466. 792. 1483. Vnius boni Deus esse vult potius quàm omnium non bonorum. 1779. Dum dicitur Deus vnius, sub illius dominio esse gloriatur. 1781. Deus est illius, cuius est protector. 1969. Est Deus illius, qui Deum suum dicit. 1969. Deum, qui suum habet summam bonorum possidet. 1982. Vnius esse Deus dicitur per amorem. 2178. Amicus Dei suum appellat Deum. 2111. Suum Deum facit, qui bona mundi non ducit sua. 2465. Deum suum facit, qui de seruitute illius gloriatur. 2601. Suum Deum dicit specialiter dilectus à Deo. 3130.

DE D. IACOBO, ET D. Philippo Apost. Ioan. 14.

Concio prima per commentaria.

Non turbetur cor vestrum. *Vnum non plura habebant Apostoli corda vnici amore. 2122. 2124. 2316.* Neque formidet. *Non debebant formidare, cùm scirent Deum pro illis contra hostes velle decertare. 641.* Creditis in Deum, & in me credite. *Qui Deus sum, ac proinde vos innocentes liberabo. 457.* In domo patris mei mansiones multæ sunt. *Pro meritis diuersis diuersæ conferendæ. Est enim meritum mensura gloriæ. 658. 2295. 2384.* Vado parare vobis locum. *Socios namque in gloria vos habere volo minimè inuidus, qui socios in gloria habere recusat. 679.* Iterùm veniam, & accipiam vos ad me ipsum. *Me comitem habebitis, quia sine me gloriam non possidebitis. 505.*

Vt vbi sum ego, & vos sitis. *Quibus vt peregrinis apparebo. 2433.* Et quò ego vadam scitis, & viam scitis. *Viam scilicet mediam regiam, quâ quis in cœlum tendit. 1561. 2418.* Dicit ei Thomas: Domine, nescimus quò vadis, & quomodo possumus viam scire. *Nihil mirum, si cœlum nescirent. Dicitur namque cœlum ex eo quod eximium celetur in eo. 2386.* Ego sum via. *Quâ in inuijs possum inueniri. 1029.* Veritas. *Qui veritatis viam vos docebo. 1896.* Et vita. *Vestra, quæ in mea morte abscondita est. 1692.* Nemo venit ad Patrem, nisi per me. *Est enim Christus inter Patrem, & homines mediator. 85. 103. 104. 105. 557.*

Si cognouissetis me, & Patrem meum vtique cognouissetis. *Sum enim Dei Patris character. 481.* Et amodo cognoscetis eum, & vidistis eum. *In me tamquàm in expressa Patris imagine. 935. 936.* Dicit ei Philippus: Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis. *Non dicit, Patrem tuum, sed Patrem, vt Deum esse omnium patrem significaret. 331.* Philippe, qui vidit me, videt & Patrem. *Ego namque imago Patris sum, in qua Pater exprimitur. 743.* Ego in Patre, & Pater in me est. *Ac si cum Filio peregrino, Pater etiam à cælo in solo peregrinus foret. 1852.*

DE D. IACOBO MIN. Apost. Ioan. 14.

Concio secunda per assumpta.

Creditis in Deum, & in me credite.

Assumptum vnicum.

Iustus appellatur, qui ex fide vixit, & in vita iustus demonstratur.

D. Iacobus minor cognominabatur iustus; cùm vix aliquis homo inueniatur, qui iustus posset appellari. 1696. Iustus iure dicebatur, qui nec desiderabat rerum copiam, nec formidabat inopiam. 2244. Deo, & hominibus iustus apparebat. 1084. Iustus innocens erat, sed adhuc pœnitentiã non deponebat. 692. Iustus inter malos iustitiam sanctitatis conseruabat. 1847. Iustus cuique suum dabat, cum Deo fido fidem dabat: infido mundo fidem denegabat. 224.

DE D. PHILIPPO Apost. *Ioan.* 14.

Concio secunda per aßumpta.

Ostende nobis Patrem, &c.

Aßumptum vnicum.

Intercessor pro alijs declaratur.

DE D. BARTHOLOMÆO Apost. *Luc.* 6.

Concio prima per commentaria.

DE

DE D. BARTHOLOMÆO Apost. Luc. 6.

Concio secunda per assumpta.

Elegit duodecim.

Assumptum vnicum.

Bartholomæus dux electus à Deo contra tres duces pugnauit, & de illis victoriam reportauit.

Contra ducem primum dæmonem stetit. Super custodiam meam stabo, & figam gradū super munitionem. *Habacbu cap. 2. D. Hieron. alludens ad versiones Theodoreti.* Super gyrum, & *Aquilæ* super circinum. *Et Septuaginta.* Super petram. *Sic ait.* Sensus est, stabo super Christum petram, & hoc gyro, & circino, quasi muro sepiar, ne ad me leo rugiens possit erumpere. *Ducem dæmonem dux noster circulo inclusus prouocabat; & crucibus circuli fugabat. Elisæus contra regem Syriæ.* Cumq; orasset, ecce omnis mons plenus equorum, & curruum igneorum in circuitu Elisæi. 4 *Reg. 6. D. Ambros.* Sic Elisæus exercitus Angelorum præsidio sibi adesse monstrauit. *Et D. Chrysost.* Sine gladio triumphator, vna prece de hostibus victoriam acquisiuit. *Sic dux noster de dæmone. De illo namque dum crucifixus est palam triumphauit. Ad Collocens. 2.15.* Palam triumphās illos. *D. P. Dam.* Debellauit aerias potestates, affigens eas cruci. Rex Hai suspensus est in gemino patibulo, ita rex mortis in duplici patibulo suspēditur, quia dum Christum interfecit, in ipsa cruce crucifigitur. *D. Ambr.* Principatus in sua cruce triumphauit; vt in mortis eius similitudine nos quoque de Principatibus triumphemus.

Contra ducem secundum, corpus proprium pugnauit dux noster. Imprimis contra concupiscentiā carnis. Relicto pallio fugit, & egressus est foras. *Gen. 39. Phil.* Ioseph homo iuuenis, qui non possit cū Aegyptio corpore, scilicet voluptate contendendo sperare victoriam, mauult fugere. *D. Chrysost.* Lætatur Ioseph peregisse castitatis prælium, pugnam innocentia superasse, in qua pugna lasciuia vincitur, omnis impudicitia detruncatur, triumphat castitas, *ser. de Ioseph. Dux noster nō pallium tantum, sed pellem reliquit. Deinde contra concupiscentiam oculorum, seu contra appetitum diuitiarum.* Leuauit pallium Eliæ, quod ceciderat ei. 4. *Reg. 2. Ruper.* Sedit in curru mundanæ vanitatis contemptor victoriosus. *Noster dux non pellem cameli, sed pellem hominis demisit. Tandem contra superbiam vitæ.* Abiecit vestimentum suum à se. *Ionæ cap. 3.* Obliuiscitur se esse regem dum proiecit purpuram, *dixit D. Ambros. de rege Niniue. Oblitus nobilitatis regiæ purpura non induetur dux noster. Neque enim vincens corpus, à vestimēto vinceretur. Non enim de illo dici potest, quod de Alexandro vincente Darium, & vestimento Darij se ornante dixit Tert.* Habes æstuantem iuuenem sola gloria minorem, vicerat Medicam gentem, victus est à Medica veste. *Quod si aliquis ducem nostrum etiam purpura vsum fuisse contendat; dicemus: Illum sic vti purpura, quemadmodū Hercules vtebatur pelle Leonis à se occisi. De quo Plutarchus.* Oblectatus pelle leonis Hercules. Illud erat tegumen, quā immanē belluam superasset, argumentum.

Contra ducem tertium Deum, qui habet in suo exercitu. Imprimis infirmitates iuxta illud Iob 10. Et pœnę militant aduersum me. *Hugub.* Vel vt acies in me ruunt agmine facto. *Hi milites ab ipso Iob pellem detulerunt.* Pellem pro pelle dabit. D. *Chrysostomus.* Quod habuit indumentum à natura famę acerba diabolus corripuit. *Sic tamen contra hos milites, & contra Deum stetit ex Dei ipsius monitu.* Aduersus faciem meā consiste. *cap. 33. Doctor quidam.* Hac enim arte, seu Marte Deus tantùm vinci potest. *Arcam infirmitatibus plenam à Ioue in homines emissā fingit antiquitas. Huic opposuit fidelitas arcam testamenti plenam remedijs, quam pellibus denudatam fideles orantes ambiebant, & sic Deo gratam, vt ipsis conferret remedia, violentiam inferebant. Tert.* Deum quasi manu facta precibus ambiamus. Hæc est vis grata Deo.

Habemus pro nobis Bartholomæum, qui vocatur à D. *P. Dam.* Arca federis, *ad remedia infirmitatum. Deinde habet Deus in suo exerci-*

DE D. MATTHÆO Apost. *Matt. 9.*

Concio prima per commentaria.

DE D. MATTHAEO Apost. *Matth. 9.*

Concio secunda per assumpta.

Surgens sequutus est eum; Relictis omnibus.

Apud D. Luc. c. 5.

D. *P. Chrysolog.* Generosus animus, sic ea quę magna putarat, facilè, & quasi nulla contempsit.

Assumptum vnicum.

Matthæus mundi contemptor.

DE DIVO SIMONE, & D. Thadæo Apost.

Ioan. 15.

Concio prima per commentaria.

DE DIVO SIMONE, & D. Thadæo Apost.

Ioan. 15.

Concio secunda per assumpta.

Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem.

Assumptum vnicum.

Fraternus duorum amor illucidatur.

DE DIVO MATHIA
Apost. *Matt.* 11.

Concio prima per commentaria.

DE DIVO MATHIA
Apost. *Matth.* 11.

Concio secunda per assumpta.

Confiteor tibi, &c. paruulis.

Assumptum triplex.

De oppositione electione, missione, D. Matthiæ.

De oppositione D. Matthiæ.

dicitur. Iacob habitabat in tabernaculis. *Gen. 25. Abulens. ex Rabbinis.* Addiscens sapientiam in tabernaculo Heber, qui docebat de rebus diuinis. *Merito ad Episcopatum, quem Iudas perdidit, erigitur, iuxta illud.* Et Episcopatum eius accipiat alter. *Non defuit Matthia tertia conditio sanctitatis, quam ostendit perseuerantia in Christi societate.* Vsque in diem, qua assumptus est. *Act. 1.* Si videris me quando tollar a te, erit quod petisti. *4. Reg. 2. dixit Elias Eliseo. Rup.* Quia perseuerando cum eo illud meruerit, vt quasi hæreditario iure spiritum perciperet munere duplici.

De electione D. Mathiæ.

In hac apparuit humana D. Petri prudentia, & diuina Dei prouidentia. Prudentia D. Petri in tribus. Primò, electionem coram omnibus faciendam proposuit, In medio fratrum. *Act. 1. Sic olim Moyses ad electionem Aaronis.* Coram omni multitudine. *Num. 20. Doctor Gloss. ord.* Vt sciant omnes, quia qui præstantior est, doctior, & sanctior eligitur ad sacerdotium. *Secundò, eligendum ætate virum proponens.* Ex his viris. *Puer dum esset Iesus inuentus est.* In medio doctorū. *Luc. 2. Orig.* Quia paruulus erat, inuenitur in medio doctorum, non eos docens, sed interrogans. *Hom. 19. Debet enim Prælatus esse vir non puer, ne de illo dici possit, quod de similibus dixit. D. Bernard.* De sub ferula transferuntur ad principatum præsbyterij. Nec tam illis blanditur adeptum, quam ademptum magisterium. *Matthias.* Paruulus Domini *interpretatur: vndè pro electione illius Christus gratias agit Patri.* Reuelasti ea paruulis. *Sed paruulus innocentia, non ætate. Tertiò, electionem hominis iam in officio prædicandi, quod erat eligendo committendum exercitati curauit.* Ex his viris, qui nobiscum, &c. *Ioseph Pharaoni fratres obtulit ad officium pastorale.* Viri pastores sumus. *Gen. 47. Abul.* Vt poneret eos in officijs, quæ nouerant. *Et ita factum est.* Cōstitue eos magistros pecorum meorum. *Diuina prouidentia in alijs etiam tribus se manifestauit. Primò, dum electionem externo signo manifestam esse voluit. Sic olim electionem ducis Gedeonis.* Spiritus Domini induit Gedeon. *Iud. 6. Caiet.* Reluxit siquidem in eo diuinus Spiritus, quemadmodum in induto veste regia relucet regius fauor. *Sic cum alijs Apostolis induit spiritus sanctus Mathiam, iuxta illud.* Quousque induamini virtute ex alto. *Sed Mathiam alijs priorem in die suæ electionis.* Cecidit sors super Mathiam. *Secundò, Eligendo hominem liberum ab alio officio.* Accipere sortem ministerij huius. Prouideat Dominus hominem, &c. *Num. 28. Electus fuit Iosue. Quare non Eleazar filius Aaronis. Philo.* Cogitabat impossibile esse eundem hominem rectè curare simul regnum, & sacerdotium. *Tertiò. Quòd prætulit Mathiam secundo loco positum.* Statuerūt Ioseph, & Matthiam. *Sic prætulit Ioseph positum sibi ad sinistram Ephraim posito sibi ad dexteram Manasses. Gen. 48. Torbens.* Vt significaretur mysterium diuinæ electionis.

De missione D. Mathiæ.

Tollite iugum meum super vos. *Vt sic exemplo suadeat quisque missus ad conuersionem iugum legis acceptare; hoc enim modo missionarius humanus, Angelicus, & Diuinus legem prædicauit. Humanus. D. Paulus.* Bonum si sic permaneat sicut, & ego. *1. Cor. 7. D. Ambros.* Honore prouocat, magisterio docet, inuitat exemplo. *Simili modo D. Mathias. Angelicus. Volabat Seraphin coram Deo quærente missionarium, quod cum videret Isaias dixit.* Ecce ego, mitte me. *cap. 6. D. Chrysost.* Seraphin exemplo promotus cum feruore se obtulit. *Sic missus Mathias in Æthyopiam, &c. Diuinus.* Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. *1. Petr. 2. &c. D. Leo.* Sicut ergo nemo est, cui dona deneganda sint gratiæ; ita nemo est, qui non sit christianæ debitor disciplinæ. *Debet ergo quisque Christum Diuinum missionarium imitari, vt D. Mathias, &c.*

DE SANCTIS, ET DE *Cruce ordine mensium.*

DE D. SEBASTIANO.

Luc. 6.

Concio prima per commentaria.

Vide

Vide supra Concionem primam de D. Bartholomæo Apostolo: & infra concionem primam de omnibus Sanctis.

DE D. SEBASTIANO. Luc. 6.

Concio secunda per assumpta.

Stetit in loco campestri.

Assumptum duplex.

Sebastianus aduersus tres hostes dimicauit, & de illis triumphauit.

Aduersus tres hostes dimicauit.

Primus hostis fuit appetitus honoris, sagittis iniuriarum venit armatus, vt olim contra Ioseph; iuxta illud. Inuiderūtque ei habentes iacula. *Gen. 49. Septuaginta.* Insidiati sunt ei domini sagittationum. *Abulens.* Iacula verba dura. *His sagittis vulneratus fuit fortissim° alioqui Dauid, qui voluit pugnare pro rege Achis contra populum Dei.* Nūc scies, quæ facturus est seruus tuus. *1. Reg. 29. Caiet.* Vt bonam gratiam regis, & seruaret, & augeret. *D. Sebastianus pro martyribus contra imperatorem, qui ipsum ducem constituerat, dimicabat Dauide fortior, quem Achis sibi ducem fecerat.* Ego custodē capitis mei ponam te.

Secundus hostis fuit appetitus diuitiarum sagittis argenteis. Vt omnia vinceret. *Quibus olim pugnauit Iacob contra Amorrhæum.* In gladio, & arcu meo. *Hebræa lectio.* In sagitta mea. *D. Hieron.* In pecunia mea. *His sagittis vulneratus fuit Saul victor de rege Agag, cui contra præceptum Dei pepercit.* Pepercit Saul Agag. *1. Reg. 15. Lyra.* Cupiditate ductus, quia sperabat habere per eum occulti thesauri reuelationem. *D. Sebastianus thesauros Diocletiani contempsit, & Cromatij sphæram ex auro sibi oblatam in partes diuisit, & pauperibus erogauit.*

Tertius hostis fuit tyrannicus sagittis ferreis armatus; huic tamen obuius venit Sebastianus; ea fortitudine, qua olim Iosue armato principi, de quo an esset aduersarius, dubitabat. Perrexit ad eum. *cap. 5. Abul.* Iosue monstrauit se impauidum, qui solus, atque inermis occurrit viro armato, nesciens an hostis esset. *D. Sebastianus imperatori militibus stipato sciens sibi aduersarium occurrit duce Iosue fortior.*

De tribus hostibus triumphauit.

Arbor, cui alligatus fuit Sebastianus dici debet triumphalis. De qua iure dicitur. Quercusque trophæis curua tremit. *Ex hac suspensum,* Peplū. *Sic appellabatur trophæum,* in quo (*teste Alex. ab Alexand.*) qui facinora gesserat, singula egregiè gesta effingere assueuerant. *Peplum Sebastiani esse potest velum illud, de quo Surius.* Apparuitque iuuenis iuxta eum, dicens: Tu semper mecum eris, & pallio candidissimo ab Angelis septem amictus est. Fecit Gedeon Ephot, & fecit manere ipsum in ciuitate sua. *Iud. 6. Caiet.* Potest intelligi quòd exaltauit vestem illam in memoriam perpetuam suorum gestorum. *In memoriam fauoris illius, quem ipsi exhibuit Spiritus sanctus, dum illum induit.* Spiritus Domini induit Gedeon. *Iud. 6. Caietan.* Describitur Spiritus diuinus instar indumenti Gedeonis. *Similiter D. Sebastianus in memoriam sui vestimenti diuinitus exhibiti.*

Erexit sibi fornicem triumphalem. *1. Reg. 15. Hebræa littera.* Ecce faciens stare sibi manum. *Card. Caiet.* Declaratur quale signum tantæ victoriæ statuerit, videlicet figuram manus. *Genus simile trophæi posset sibi statuere Sebastianus; in quo manus eius eleuata conspiceretur. De Iosue sic sacer textus.* Sepelierunt eum in finibus possessionis suæ in Thannathsare, idest in ciuitate solis. *Rabbini.* Quia super sepulchrum Iosue fuit posita similitudo solis in memoriam, quòd fecit stare solem. *Tatam cæli sphæram ex auro factam virtute stare fecit Sebastianus, ne deinceps planetarū aliquis moueretur. In Peplo etiam effingi possent arcus tres, sed fracti cum hac littera.* Arcus eorum contriuisti. Fecit quoque Dauid sibi nomen. *2. Reg. 18. Gloss. interl.* Erexit sibi fornicem triūphalem. *Abul.* In memoriam victoriarum. *Similem arcū erigere posset D. Sebastianus in memoriam triplicis victoriæ de tribus hostibus. De quo*

cælum

cælum intrante illud dici posset, quod de Cæsare Virg. At Cæsar triplici inuictus Romana triumpho, mœnia, &c. *Vide in Indice generali v. Triumphus, Trophæa, Victor, Victoria, &c.*

DE TRIBVS B.B. MARtyribus Societatis Iesu. *Luc. 21.*

Concio prima per commentaria.

Cùm audieritis prælia, &c. nolite terreri. *Non debet formidare, qui agnoscit Deum pro se contra hostes velle decertare. 641.* Nondũ statim finis. *Iudicium in fine futurum est etiã sanctis formidandum. Est enim Deus Iudex timendus. 918.* Surget gens contra gentẽ, *Malorum aduersus bonos bellum fuit ab initio sæculi. 700.* Et regnum aduersùm regnũ. *Regnum cæli aduersùm regnum terræ. 2681.* Et terræ motus magni, &c. *Quibus Deus hominibus suis metum incutiet. 794. 795.* Et pestilentiæ. *In pœnam peccatorum. 809.* Et fames. *Est enim fames Dei lictor, qui iussu eius hominem comprehendit. 1897.* Terroresque de cœlo. *Quibus Deus multis modis solet homines terrere. 794. 795. 796. 197.*

Et signa magna erunt. *Viae quibus posset Deus terrorem emittere. 800. 801.* Sed ante hæc omnia inijcient, &c. *Sed quos manus defendet diuina, non offendet humana. 2173.* Et persequentur, &c. *Odio illi vos persequuntur, ego amore prosequar. 2711.* Continget vobis in testimonium. *Eritis testes pro me, vt olim Patriarchæ. 1639.* Ponite ergo in cordibus, &c. *Respondet enim Dei verbum pro suis. 339* Trademini autem à parentibus, &c. *Sicut ego à discipulo. Sed istius pœna posset esse signum pœnæ aliorum. 2716.* Et morte afficient ex vobis. *Vobis tamen per mortem meam non erit mors formidabilis. 1900.* Et eritis odio, &c. *Quo iudicium veritatis non habebũt. Est enim odiũ sicut amor iudicij veritatẽ ignorans. 2723.* Capillus de capite vestro, &c. *Non enim estis in me patrem vestrum rebelles, vt Absalon, qui ideo cum capillis perijt. 2687* In patiẽtia vestra, &c. *Per illam namque de tyranno quolibet triumphabitis. 1906.*

DE TRIBVS B.B. MARtyribus Societatis Iesu. *Luc. 21.*

Concio secunda per assumpta.

Morte afficient ex vobis.

D. Ephrem. Rudis pictor pulcherrimam imaginem cunctis ostendere cupit, id est sanctorum Martyrum pugnam.

Assumptum vnicum.

Imagines nostrorum trium Martyrum proponantur.

Tres filij Noe. Sem, & Cham, & Iapheth. *Gen. 7. Ingredientes arcam. Rupertus.* Ostiũ in latere arcæ, baptismi Christi sacramentum, quod de latere manauit, sine quo Ecclesiam ingredi nemo potest. *Repræsentant Didacum, Ioannem, & Paulum martyres per baptismum in Ecclesiam intrantes. Tres fortes Dauidis.* Irruperunt ergo tres fortes castra Philistinorum, & hauserunt aquam. *2. Reg. 23. Lauretus.* Aqua significat baptismi sacramentum. *Hanc appellauit Dauid sanguinem.* Non bibam sanguinem. *Ex latere Christi.* Exiuit sanguis, & aqua. *D. Bernar.* Baptismum aqua, martyrium sanguine diximus designari. *Significabãt tres Iesu milites per aquam baptismi, & sanguinẽ martyrij vero Dauidi morigerantes. Tres Palæstinæ principes.* Cùm venissent Abimelech, Ochozath, Phicol, loquutus est eis Isaac. *Genes. 26. Orig. expendens illud.* Vidimus Dominum esse tecum, idcircò diximus ineamus fœdus. *Gen. 26.* Hi tres peruenire cupiũt pacto societatem eius. *Portendebãt nostros tres Iapones promittentes ingressum in Societatem Iesu.*

Tres fratres cõfœderati Abrahæ. Venerũt mecũ Aner, Eschol, Mambre. *Gen. 14.* Hi pepigerunt fœdus cum Abraham. *D. Hiero.* Vt ostenderet Amorrhæos, atque Germanos, socios fuisse Abrahæ. *Et Lyra.* Hos autem tres Germanos fratres Abraham suis copijs in tres partes diuisis singulos singulis præfecit. *Figurabãt nostros tres fratres, quos Iesus duces martyrũ in Societate præfecit,*

I Tres

DE DIVO IOSEPH
Sponso V. Mariæ. *Matt 1.*

Concio prima per commentaria.

Pariet

Paries autem filium, &c. *Quem desideras.* 1540. Vocabis nomen eius Iesum, &c. *Suum namque vocabulum adimplebit; omnium providendo saluti.* 1526.

DE DIVO IOSEPH Sponso V. Mariæ.

Matth. 1.

Concio secunda per assumpta.

Ioseph autem vir eius.

D. Bern. Virum nominat, quia homo virtutis erat: vir eius meritò appellatur, quod necessariò putabatur.

Assumptum duplex.

Ioseph vir: vir Mariæ.

Ioseph vir.

Tulit Deus hominem, & posuit, &c. *Gen.* 2. *D. Aug.* Vt esset homo, operaretur vt esset iustus. *Ioseph vir iam iustus erat.* Cũ esset iustus. *Posuit Deus eum paradisi custodem, idest Virginis, de qua S. Basilius.* Perpetuò virens castimoniæ paradisus, in qua vitæ lignum plantatum omnibus salutis fructum tulit. Ipse saluum faciet, &c. *Lyra.* Vt operaretur Deus ipsum hominem beneficijs suę gratiæ ipsum perficiendo *Sic perficiebat Iosephum.* Noe vir. *Gen.* 6. *D. Chrysost.* Commune nomen pro laude iusti vsurpat, nam cæteri ob carnales voluptates amiserunt esse hominis. *Huic Deus iussit.* Fac tibi arcam. *D. Bern.* Arca Noe significat arcam gratiæ, excellentiam scilicet Mariæ: sicut enim per illam omnes euaserunt diluuium, sic per illam peccati naufragium. *Philo expendit illud.* Noe vir iustus; post hominem addit iustus, quia nemo iniustus est homo, sed potiùs bestia.

Iacob autem vir. *Genes.* 25. *Israel idest.* Vir videns Deum. *D. Bernard.* Homo erat Iacob, & dormiẽs vidit descendẽtes Angelos, & ascendentes; Dñm Angelorum adesse testatus est, dicens: Verè Dñs est in loco isto, & ego nesciebã. *Idem D. Bern.* Maria est scala Iacob. *Iosephus hanc vidit scalam, & Deum in illa esse agnoscit per Angelum ad eum in somnijs descendentem.* Moyses vir magnus. *Exod.* 11. *Lyra.* Quia pietate sua fratrũ suorum fauorẽ apud Ægyptios procurauit. *Moyses.* Abscõdit faciẽ suam, & non audebat aspicere contra Deum. *Exod.* 3. *D. Bern. de Ioseph.* Videbat, & horrebat diuinę pręsentię certissimũ, gestãtem insigne, & quia mysterium penetrare nõ poterat, voluit demittere eã. *Theod.* Rubus indicat Dei filium hominẽ factum, & virginalem vterum inhabitãtem matris suæ virginitatẽ integram cõseruaturum. Misi ego tibi virũ prudentem, & scientissimum Hiram patrem meum. 3. *Reg.* 5. *Sic rex Tyri scribit Salomoni. Lyra.* Iste Hiram fuit nobilis artifex vocat eum patrem propter artis excellẽtiam. *Ioseph artifex ad fabricam templi Virginis D. Cyril. appellans Filium Dei artificem summum huius templi.* Quis vnquam de archi tecto audiuit, quòd ipse sibi templũ construxerit, & in eo habitare prohibitus sit propter inimicum. *artifex Ioseph, quẽ ver. Salomon nominauit patrem, &c.*

Cùmq; vocasset Moyses eruditum virum. *Exod.* 36. Ecce vocaui in nomine Beseleel. *Interl.* Tamquàm mihi charum, & notum. *Caietan. expendens illud.* Vocauit Deus ex nomine Beseleel de tribu Iuda, impleuitque eum Spiritu Dei, sapientia, intelligentia, & omni doctrina ad excogitandum, & faciendũ opus. *Sic ait.* Manifestat Moyses diuinam electionem, quia Dominus nominauit Beseleel caput artificum. *Sic vocauit Ioseph ad tabernaculum, scilicet Mariam. Hugo Card.* Tabernaculum fuit B. Virgo, in quo ipse Deus armauit se armis nostræ mortalitatis, quibus contra diabolum militauit.

Vir Dei. *Num.* 25. *de quo Deus.* Ecce do ei pacem fœderis mei. 1. *Reg.* 2. *Sic dicitur.* Phinees, qui erat Princeps inter custodes loci, in quo Dominus requiescebat, *teste D. Hieron.* Phinees erat dux eorum coram Dño. *D. Bern.* Ioseph Virginem fideliter custodiuit.

Vir eius.

Quam ei Dñs Deus Trinus praparauit, vt Rebeccã Isaaco. Illa est quam præparasti seruo tuo Isaac. *Gen.* 24. *dixit Eleezer. Rup.* Isaac ita iuuentutis petulantiam supergressus est, vt illam expectaret coniugem, quã Deus daret, non quã concupiscentibus oculis ipse cum dote magna rapuisset. Vir eius. *Quæ etiam Spiritus sancti sponsa erat, quã libẽter redderet, vt Phaltiel Dauidi sponsam Michol.* Sequebatur eam vir suus. 2. *Reg.* 3. *Caiet. expendens illud, quod additur in textu.* Plorãs. 2. *Reg.* 3. *sic ait.* Plorabat ex gaudio, eò quòd ad virũ suum reducebatur

DE S. CRVCIS INVENtione. *Ioan. 3.*

Concio prima per commentaria.

DE S. CRVCIS INVENtione. *Ioan. 3.*

Concio secunda per assumpta.

Ita exaltari oportet filium hominis.

Orig. Crux Christi est bonorum omnium thesaurus.

Assumptum vnicum.

Inuentio thesauri absconditi in tribus mundi statibus.

In primo. Abscondita in arca Noe. Fac tibi arcam. *Gen. 6. D. Ambros.* Lignum crucis nostræ nauis salutis. *lib. 1. de spiritu S. c. 8. D. August.* In cruce nauigamus, & in fluctibus tuti sumus. *Abscondita in columna Iacob.* Erexit lapidem in titulum. *Gen. 25. Borbensis.* Pro celebrando beneficio lapideam columnam Iacob erexit. Est quidem sublata in altum columna crux in testimonium victoriæ Christi. *Abscondita in curru Ioseph.* Fecitque eum ascendere super currum suum. *Gen. 41. Diuus Ambros,* Crux est currus Christi triumphalis; currum suum triumphator ascēdit, & de patibulo triumphali captiua spolia suspendit. *Tert.* Tali curru triūphamus. *D. Cyprian.* Vehiculo crucis euehimur in cœlum.

In secundo statu mundi, abscondita fuit crux in gladio, quo Dauid Gigantem detruncauit. Ecce hic gladius Goliath, quem percussisti. *1. Reg. 21. D. Ambros. considerans crucē astutia eam enis absconditum fuisse per annos* 180. Video quid egeris diabole, vt gladius, quo peremptus es, obstrueretur. Tollatur igitur ruina, promatur gladius, quo veri Goliath caput est amputatum. *Abscondita in lecto sponsæ.* Lectus noster floridus. *Cant. 3. D. Macharius.* Lectulus Christi crucem pronuncians, in ipsa enim vitæ auctor Iesus requieuit. *Abscondita in Candelabro.* Facies candelabrum ex auro mundissimo. *Exod. 25. D. Aug.* Candelabrum crucis est lignum, lucerna in candelabro Christus in cruce pendens.

In tertio statu, abscondita fuit crux in vexillo militari. Vidi Angelum habentem signum Dei viui. *Apoc. 7. D. P. Dam.* Gaudebat diabolus, quòd triumphale vexillum, sub quo prostratus fuerat eatenus maneret occultum. At vbi repertum est, erubescit se vbique iam videre prostratum. *Abscondita in feretro, quo adolescens efferebatur.* Ecce defunctus efferebatur filius, &c. *Luc. 7.* Spem resurrectionis habebat, quia ferebatur in ligno. Vt esset iudicio salutem populo per crucis patibulum referendam. *Abscondita in claui Dauidis.* Dabo clauem super humerū eius. *Apoc. 22. D. Andreas Cretens.* Crux est clauis regni cœlorum. *Hac in thesauro crucis abscondita hodie inuenta sunt; vnde dicere possumus cum D. P. Dam.* Hodie fratres, quia crucis inuentionem colimus, quasi reperto totius mundi thesauro, gaudere debemus.

DE DIVO ANTONIO Lusitano. Matt. 5.

Concio prima per commentaria.

Vos estis sal terræ. *Quo eius impediatur corruptio, non quo damnetur.* 1198. 1199. Quòd si sal euanuerit, &c. *Doctor dicitur vanus, qui non efficit id, quod docet.* 156. 170. 182. Ad nihilum valet vltra, &c. *Vanus namque vanos habebit subditos nihilo faciendus.* 1778. Vos estis lux mundi. *Qua sedentes in tenebris illuminabitis, & in viam salutis inducetis.* 1896. Non potest ciuitas, &c. *Quilibet ciuitati confertur, quia quilibet mundis virtutum meritis æquiparatur.* 2616

Neque accendunt lucernam. *Debet enim lucerna non sibi, sed alijs lucem prabere.* 170. Sed super candelabrum. *Quale sit prælatus, in quo septem lucernæ, septem Spiritus sancti dona.* 490. Vt luceat omnibus. *Nō vni solùm, vel alteri prouinciæ, sed orbi.* 1826 Sic luceat lux vestra coram hominibus. *Sic enim erit quilibet vestrûm luminare Dei.* 2019. Vt videant opera, &c. *Non enim ab humanis oculis captanda gloria est.* 1753. Et glorificent patrem vestrum. *Debet enim seruus Dei pro gloria sibi reputare, gloriam Dei in omnibus attendere.* 2444. 2445.

Nolite putare, &c. *Imò legis decem præcepta Christus extulit.* 1237. Amen dico vobis, &c. *Præcepta omnia seruari debent, vel amore, vel timore.* 282. Qui ergo soluerit, &c, & docuerit sic, &c. *Soluendo quippe præcepta solutionem faciliùs edoceret.* 782. Qui autem fecerit, & docuerit, &c. *Magis enim doceret exemplo, quàm si mille linguis prædicaret.* 659.

DE DIVO ANTONIO Lusitano. *Matth.* 5.

Concio secunda per aßumpta.

Magnus vocabitur in regno cœlorum.

Aßumptum triplex.

Magnus D. Antonius magnitudine humana, Angelica, Diuina.

Magnus in cælo, non exprimitur, an homo, an Angelus, an Deus? Vt quilibet subintelligatur. Eques quidam vt contra hostes adiuuaret Machabæos, illis apparuit, an humanus, Angelicus, vel Diuinus, dubitatur? Solum enim dicitur. Apparuit præcedens eos eques in veste candida armis aureis hastam vibrans. 2. *Mach.* 11. *Vadè quidam Doctor.* Fuit fortasse Hieremias, qui paulò post Machabæorum duci gladium dedit aureum, quo hostes omnes posset debellare. *Al. Carthus.* Fuit eques ille Angelus sanctus in specie equestris viri apparens. *Hugo Card.* Equus Dei Filius in veste cãdida, in carne pura est mittitur. *Tu igitur in auxilium Lusitanis datus Antonius magnus homo, magnus Angelus, magnus Deus.*

Magnus homo.

Vt Dauid, de quo Deus. Ego te tuli, vt esses dux super populum meum, fecíq; tibi nomen grande iuxta nomen magnorũ, qui sunt in terra. 2. *Reg. cap.* 12. *Cassius.* Per triumphos assiduos fecit te valde famosum. *Primus de Gigante.* Præualuit aduersus Philistæum. 1. *Reg.* 17. *Lyra.* Describitur Dauid triumphus. Per baculum, & quinque lapides, quibus Dauid Goliath debellauit, significatur crux Christi, & quinque vulnera, per quæ Christus de diabolo, & Angelis eius triumphauit. *Simili modo magnus dux noster Antonius post triumphos de mundo, de patria, de parentibus: de diabolo, & militibus eius hæreticis per crucem, quam fert manu, & per plagas Christi Seraphicæ religionis insignia triumphauit.*

Magnus homo fuit, vt Elias, de quo Ecclesi. Amplificatus est Elias in mirabilibus suis. *cap.* 48. *Ad regem Achab sic loquebatur.* Non ego turbaui Israel, sed tu, & domus patris tui. 3. *Reg.* 18. *D. Chrysost.* Sicut leo in regem, tamquàm vilem catulum insurrexit. Purpuram habebat ille, sed hic melotem habebat indumẽtum purpura venerabilius. Ipsius contempsit principatum, etenim tamquàm in scena, sed non in veritate regem sibi cernere videbatur. *Simili modo D. Antonius aduersus tyrannum Paduæ regni perturbatorem sicut leo aduersus catulum, & dux verus contra regem fictum decertabit. Magnus homo fuit, vt Isaac.* Magnus vehementer effectus. *Gen.* 26. Noli timere, quia ego tecum sum. *D. Chrysost.* Ego tecum sum, ideò inuictus eris, & infestantibus potèrior, & inuadentibus fortior. *Contra exercitum regis Abimelech. Simili modo D. Antonius contra exercitum Maurorũ, & contra hostes regni Lusitani omnes.*

Magnus Angelus.

Magnus Angelus D. Antonius dici potest, vt Iosue, de quo Deus. Ecce ego mitto Angelũ meum, qui præcedat te, & custodiat te in via. *Exod.* 23. *Tert.* Angelum dicit eum ob magnitudinem virtutum, quas editurus erat. *De eo dicitur etiam.* Fortis in bello Iesus Naue, qui fuit magnus. *Eccles.* 46. *Diuus Ambros.* Magnus fidei miraculis. *Angelus custos, & nostri, & nostrarum rerum est D. Antonius, miraculis fecit non solum sistere, sed ad se descendere verum solem Christum, & lunam Mariam. Magnus Angelus, vt D. Paulus, qui sic ad Galatas scribit.* Sicut Angelum Dei accepistis me. *cap.* 4. *Magnus Angelus dicitur Michael.* Michael princeps magnus, qui stat pro filijs populi sui. *Daniel.* 13. *D. Chrysost.* Michaeli gens cõmissa est Iudæorum; Paulo verò vniuersi orbis habitatio. Tãquàm pennatus totum docendo orbem peruolauit.

Angelus Seraphicus Antonius per omnia mũdi regna peruolauit, non solùm docuit primus suos theologiam, sed & primus concinator. Magnus Angelus, vt Baptista, de quo Deus. Ecce ego mitto Angelum meum. *Malac.* 3. *Et apud Lucam.* Erit magnus corã Deo. *cap.* 1. *Lyra.* Angelum Ioannem Baptistam, qui magis duxit in terra vitã Angelicam, quàm humanam. Magnus. *D. Ambros.* non corporis magnitudine, sed animi *Contra regem Herodem.* Non licet tibi. *Lucæ* 1. Fuit in diebus Herodis. *D. Petrus Chrysolog.* Herodes veniens ex gente aliena, inuasit regnum; mutauit mores, deleuit seminata; tulitque

quid

quidquid erat diuinæ, & humanæ funditus disciplinæ. Veniat præcursor Verbi. Nec deest consolator, cui imminet persequutor. *Ier. 86. Angelus sic magnus erit Antonius suorum consolator, si insurgat, persequutor.*

Magnus Deus.

Magnus Deus dici potest D. Antonius, vt Moyses, de quo Deus. Constitui te Deum Pharaonis. *Exod. 2. Et textus.* Vir magnus in terra Aegypti. *Exod. 11. Inter alia facinora.* Percussum Aegyptium abscondit sabulo. *Exod. 2. Caiet.* Si certum fuisset, quod Aegyptius ille præpositus fuisset ad affligendos filios Israel, potuisset Moyses causam populi agens occidere illum tamquam publicum hostem, vt vt hoc facto inchoaretur liberatio Israel. *D. Ambros.* Factus est Deus regi ipsi terribilis, quem rex non etueret, hæc erat potentia sanctitatis. *in Psalm. 118. idem D. Ambros.* Moyses hinc priùs orsus est tentamenta bellici fortitudinis, vt Aegyptium sterneret, atque in arena absconderet. *lib. 1. off. c. 36.*

Durum exactorem affligentem Lusitanos sic oppressit D. *Antonius: & magnus* Deus, *vt Eliseus, qui inter magnos numeratur. Ecclesi.* In diebus suis non timuit principem, & potentia nemo vicit illum. *cap. 48.* Eliseus propheta, qui est in Israel indicat regi Israel omnia. *4. Reg. 6. S. Chrysost.* Sedebat namque Elisæus in monte altior mundo propior cœlo, vt figura Christi monstraretur. *Indè videbat omnia, & insidias hostium regi aperiebat. Aperiet* D. *Antonius quasi Deus qui omnia videt, insidias hostium nostro regi. Magnus* Deus, *vt Samuel, quem inter magnos recenset Ecclesiast. de quo sic.* Samuel renouauit imperium, & vnxit principes in gente sua, inuocauit Deum omnipotentem in oppugnando hostes circunstantes vndique. *cap. 46.* D. *Greg.* Samuel interpretatur nomen eius Deus. Idcircò ei tantũ nomen imposuit, quia meritorum gratia magnus fuit. *Magnus Deus dici poterit* D. *Antonius, propter merita; hic nos liberat ab hostibus.*

DE BEATO LVDOVICO Gonzaga. *Luc. 12.*

Concio prima per commentaria.

Sint lumbi vestri præcincti. *Æquum enim est, vt seruus quilibet præcingatur ad obsequiũ Domini, qui ad serui remedium se præcinxit. Sic enim dabitur compensatio.* 2141. Et lucernæ ardentes in manibus vestris. *Quæ prius vobis, quam alijs lucem præbeant.* 170. Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum. *Quem Patres omnes antiqui expectarunt.* 1633. 2289. Quando reuertatur à nuptijs. *Vide multa de nuptijs in concionibus de Dom. 2. post Epiph.* Vt cùm venerit, & pulsauerit, confestim, &c. *Debent enim serui in obsequio Dei festinare.* 1714. *Vide plurima in v. Festinus.* Beati serui illi, quos cùm venerit, &c. *Illos enim ex seruis mensæ sibi ministrantibus in amicos, quibus ipse ministret, commutabit.* 1828. Faciet illos discumbere. *Vt honoret. Mensa namque regis sedentes mensæ honorat.* 1481.

Et transiens ministrabit illis. *Mensa namq; humanæ accumbit* Deus, *& stat homo: at diuinæ accumbet homo, & stabit* Deus. 2141. Et si venerit in secunda vigilia, &c. *Non vigilantes ad humana, ne aliòq; ad diuina somniarunt.* 500. Et si in tertia vigilia venerit, &c. *Sic enim diuina vigilia* Dominus *compensabit humanam.* 1082. Si sciret paterfamilias qua hora, &c. *Et* Dominus *scit, & vigilat. Vnde deberet homo, pro quo Deus custos vigilat, vigilare.* 1111. Et non sineret, &c. *Perpetua namque vigilia contra hostes minima dormitaret.* 1718. 3110. Et vos estote parati, quia, &c. *Parati quasi ad transitum. Est enim mors iusti transitus ad vitam meliorem.* 1713.

DE BEATO LVDOVICO Gonzaga. *Luc. 12.*

Concio secunda per assumpta.

Faciet illos discumbere.

Haym. Electos in beatitudine. *Euseb.* Quo amore eos suscipiat, ostendit. *Euthymius.* Vitæ æternæ participes.

 Assump-

Assumptum triplex.

B. Gonzaga felix, charusque Deo, & hominibus, in æternum viuat.

Sic scriptum est post nomen in libro baptismi.

Felix.

Felix, vt Baptista. Spiritu sancto replebitur adhuc in vtero matris suæ. *Lucæ 1. D. P. Dam.* Felix partus, quem illa lux excepit, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. *Et iterùm;* Dei genitrix felicem puerum de terra leuauit *B. Gonzaga Virginis Mariæ intercessione baptizatus adhuc in vtero non plenè natus. Felix, vt Hieremias.* Antequã exires de vulua sanctificaui te. *cap. 1. Carth.* In peccato conceptus est, nascitur tamẽ sine peccato, extitit felicissimus. *Felix, vt Michæas.* Indicabo tibi quod Dominus requirat à te, sollicitum ambulare coram Deo tuo. *cap. 6. D. Bernar.* Sollicitus, ne vel in leuissima re, tremendæ illius maiestatis offendatur aspectus. Felix, conscientia, in qua luctamen huiusmodi indesinenter conficitur.

Felix, vt Iosias, nec contra felicitatem fuit mors in iuuentute. Similis illi non fuit nec post eum surrexit similis illi. 4. *Reg.* 23. *D. Ambros.* Quia plebi Iudeæ graue cõminabat exitium iussus ante sublatus est.. *De illo, & de B. Gonzaga dici potest, quod D. Hieronymus de Nepotiano.* Felix Nepotianus, qui hæc non videt, felix, qui hæc nõ audit. Infelices nos, qui tantùm displicemus Deo, vt per rabiem barbarorum, illius in nos ira desæuiat. *Felix, vt Enoch, qui* Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius. *Sap. cap. 4. Cui D. Ambros. comparat fratrem suum Satyrum, & sic ait.* Felix tam oportuno obitu, raptus est ne totius orbis excidia, mundi finem, propinquorum funera, ciuium mores, &c. videret. *Id de Gonzaga dici posset.*

Charusque Deo, & hominibus.

Charus Deo, vt princeps ille apud Mar. Iesus autem intuitus est eum, & dilexit eum. *cap. 10. Lyra.* Propter bonam conuersationem suam præteritam, ostẽdit ei vultum amicabilem. *Sic dilexit Gonzagam, qui omnia præcepta à pueritia seruauerat. Charus Deo, vt ille puer apud Matt.* Statuit eũ in medio eorum, & dixit: Qui se humiliauerit, vt hic puellus, is maior est in regno cœlorum. *cap. 5. Clem. Alex.* Suadens solùm patrem attendere puellos imitantes. Qui hoc implet preceptum, puer est Deo, & mundo; huic quidem tamquàm seductus, ac errabundus; illi verò tãquàm dilectus. *B. Gonzaga immemor patris terreni, memor cœlestis Deo charus, licet mundo videretur deceptus.*

Charus Reginæ cœli, vt Moyses Ægypti. Quem adoptauit in locum filij. *Exod. 2. Caiet.* Hinc Moyses eruditus fuit in omni sapientia Ægyptiorum. Act. 6. Consentaneum enim fuit rationi, vt filia Pharaonis prouiderit, vt erudiretur, cùm esset ei tam charus, vt putaretur eius fili*. *Virgo Maria voce iussit Gonzagam ingredi Societatem Iesu eius filij naturalis, vt ostenderet eum sibi adoptatum, & dilectum, idcque iussit erudiri. Charus suo patri, vt Ioseph fuit patri suo Iacob.* Iacob autem diligebat Ioseph. *Gen. 25. Lipom.* Quia intelligebat specimen præferre eximiæ honestatis. *Prodigium honestatis Gonzaga nullum in tota vita sensit libidinis motum. Charus matri, vt Iacob Rebeccæ.* Rebecca diligebat Iacob. *Gen. 21. D. Ambr.* Non quasi filiũ filio, sed quasi iustum præferebat iniusto. Illum nõ tam fratri præferebat, quã offerebat Domino. *Sic Marthe illustrissima Gonzagam præferebat Rodolpho. Charus populo cum principem desideranti, vt David.* Totus autẽ Israel, & Iuda diligebat Dauid. 1. *Reg.* 18. *D. Ambr.* Tam charus erat omnibus, vt iuuenis ad regnum etiã inuitus peteretur, & resistens cogeretur.

In æternum viuat.

Æternam vitam ei desiderabant pater, & mater, cùm illum Deo in monte D. Andreæ dicabant; vt Isaacũ, Abraham, & Sara. Offer illum mihi. *Gen. 22. D. Greg. Nissen.* Isaac iucundus erat oculis parentum. Offertur victima Deo, quid parẽtes scirent fore vt puer

puer in meliorem, & augustiorem formam transmutaretur. *Teste Niss. Non esferetur si osferens.* In præsenti sæculo vitæ dulcedinem cõsistere existimaret. *Aeternitatis habitum aßumpsit; vt Iob.* Vir erat in terra Hus nomine Iob. *cap. 1. Clem. alex.* Ad æternitatis habitum transmittitur, qui per corpus ad bene viuendum se exercuit. Iob propter fidem eximiã pauper ex diuite; ex illustri abiectus; ex pulchro deformis; ex sano moribundus. *Omnia de B. Gonzaga dici possunt ex vita illius.*

Aeterno Deo conuiuit æternus, vt Elias. Ascendit Elias in cœlum. 4. *Reg.* 2. *Per merita orationis, ieiunij, & eleemosynæ; vt dixit D. P. Chrysol.* Per hæc Elias nescit mortẽ, cœlos intrat, & conuiuit Deo. *Per merita similia viuit Gonzaga in æternum. Aeternus, quia immortalis, vt Ioãnes dilectus.* Discipulus ille non moritur. *Ioan.* 21. *Non eum comprehendebat.* Statutum est hominibus semel mori. *Orig.* Ioannes ille theologus Deificatus in Deum, non erat homo, sed plusquam homo. *Similia de nostro Theologo Gonzaga dici poßunt.*

DE NATIVITATE Baptistæ. *Luc. 1.*

Concio prima per commentaria.

Elisabeth impletum est tempus pariendi. *Illam, qui breui, sed bona vita impleret tempora multa.* 1559. Et peperit filium. *Diu desideratum, & ideo magis diligendum.* 1576. Et audierunt vicini, & cognati eius, &c. *Qui sciebant, quòd è vita filij patris, ac matris affectus penderet.* 1640. Et congratulabantur ei. *De solatione sterelitatis etiã antequã ex Virgine Christus nasceretur.* 1827. Et factum est in die octauo, &c. *Quin impletionem præcepti differrent. Debent enim fideles ad bona opera festinare.* 2342. 2383. 2408. 2472. *Vide v. Festinus.* Et vocabant eum nomine patris sui, &c. *Vt etiam in nomine patrem referret. Non enim filius dici debet, qui non est patris sui imitator.* 2579.

Mater dixit: Nequaquam, &c. *Nomine gratiam filio à Deo datam indicabat, significat enim Ioannes gratiam. Sic effectui nomen respondet.* 1058. Nemo est, &c. *Erit igitur hoc nomen nouum; dignum benedictione.* Nomen namque nouum benedicitur. 1868. Innuebant patri, &c. *Solet enim pater nomen filio imponere, quo vitam filio futuram prænunciat.* 1973. 1974. 1976. Ioannes est nomen eius. *Non dicit, sit, sed, est; vt ostendat à Deo impositum, ideò non mutandum. Nomen à Deo impositum, non mutatur.* 2571. Apertum est autem, &c. *Benedicebat Filium Dei Deum hominem futurum sibi reuelatum; qui non minùs propter humanitatem à nobis acceptam, quàm propter diuinitatem nobis communicatam, benedictus erat.* 532.

Et factus est timor, &c. *Super omnes cuiuscunque ætatis. Debet in omni ætate quisque timere Dominum.* 587. Diuulgabantur, &c. *Non quòd Zacharias famam captaret, ne alioquin infamiam compararet.* 2646. Quis putas puer iste erit? *Perfectus corpore, & animo sic à puero.* 1790. Etenim manus Domini erat cum illo. *Quæ illustrem ipsũ faceret, & iustum conseruaret.* 1038. Et Zacharias pater eius repletus, &c. *Ore, & corde.* 464. Et prophetauit, &c. *Spiritu sancto non solũ repletus, sed correptus.* 1554. Benedictus Dominus Deus. *Vt Dominus timendus, vt Deus diligendus.* 814. 556. 584. Quia visitauit, & fecit redemptionem, &c. *Ipse redemptor solus esse voluit.* 165.

DE NATIVITATE Baptistæ. *Luc. 1.*

Concio 2. per assumpta.

Quis putas puer iste erit? etenim manus Domini erat cum illo.

Assumptum vnicum.

Ex manu Dei inspecta pronunciet Homo, vel Angelus, vel Deus, qualis sit puer iste futurus.

Prænunciet homo.

Zacharias sic praenunciat. Et tu puer propheta Altissimi vocaberis. *Luc. 1. De puero Danièle sic dicitur.* Suscitauit Dominus spiritum pueri iunioris, cui nomē Daniel. *cap. 13. D. Ignat. martyr.* Daniel cū duodecim esset annorum Spiritu Dei afflatus erat. *At Baptista adhuc in vtero motibus prophetauit.* Praeibis enim ante faciem Domini. *Luc. 1.* Samuel autem ministrabit ante faciē Dei puer. *1. Reg. 2. Rup.* Hic erat vnus puer, de quo penderet tota restitutionis spes. *De Baptista.* Vt omnes crederent per illum. *Ioan. 1.* Ad dādam scientiam salutis, &c. Hic adinuenit omnem viam disciplinae, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. *Baruch. D. Leo.* Iacob dilectus à Deo antequàm natus, & praeueniēte gratia voluntarias actiones. Ioannes spiritum propheticum intra viscera matris acceperat, & nondum editus puer genetricem Domini signo exultationis ostēderat.

Elisabeth praenunciat nomen pueri. Vocabitur Ioannes. *Luc. 1. Nomen, quod Euangelistae tres in prima suorum Euangeliorum pagina scripserunt. Marc.* Fuit Ioannes in deserto. *c. 1. Lucas.* Ioannes est nomen eius. *cap. 1. Ioannes.* Cui nomen erat Ioannes. *cap. 1. Quare? Guarricus.* Vt videlicet authoritas tanti nominis prima frōte praelati totū deinceps commendabilius redderet Euāgelium. *Baptista ipse de se praenunciat.* Ego vox clamantis, &c. *Matth. 3. Sed quaenam vox? Respondet P. Salmeron ex quatuor Euangelistis. Ex Matth.* Ego à te debeo baptizari. *cap. 3.* Vox humilis. *Ex Luca.* Qui habet duas tunicas, det vnam. *cap. 3.* Vox dulcis. *Ex Marco.* Non licet tibi habere, &c. *cap. 6.* Vox fortis. *Ex D. Ioan.* Vnigenitus, qui est in sinu Patris, &c. *cap. 1.* Vox acuta. *Vndè Baptista solus integer chorus erat ex quatuor vocibus temperatus. Vide etiam n. 2. 654. 652. Vox humilis fuit Baptista, vt Gedeon.* Non dominabor vestri, sed dominabitur vobis Dominus. *Iud. 8. Serarius.* Tenuitatem meritorum suorū modestissimè profitetur. Rex etiam rogatus fieri noluit. *Sic Baptista.* Non sum ego Christus. *Vox dulcis fuit Baptista, vox amoris, vt Beniamin.* Hic est frater vester. *Rogabat Ioseph. Gen. 43. S. Ambros.* Agnosuit Ioseph dilectum suum, sed ideò interrogat, vt eius, quem tenebat animo, vox sonaret. *Vocem Ioannis gaudebat audire Iesus. Vox fortis fuit Ioānes, vt Isaias.* Quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum. *cap. 5. D. Aug.* Scitis quòd tuba non tam oblectationis esse soleat, quàm terroris, strenuos hortetur in bonis, & remissos terreat pro delictis. *Vox acuta fuit Ioannes, vt Baruch.* In terris visus est. *cap. 3. Tert.* Ediscebat Deus in terris cum hominibus conuersari, qui caro erat futurus. *Sic ille.* Qui est in sinu Patris, & videbit omnis caro, &c. *dixit Baptista.*

Praenunciet Angelus.

Gabriel Zacharia. Erit gaudium tibi, & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt. *Luc. 1.* Risum fecit mihi Deus. *Gen. 21. Philo.* Opifex enim est Deus, gaudij: Isaac non vulgariter genitus, sed operante Domino credendus est. *Simile gaudium experta est mater Baptistae.* Exultauit infans. *Non se risisse negauit, vt Sara, quae dixit:* Non risi. *Gen. 18. Philo.* Verita ne fortè gaudium, quod nulli creaturae conuenit, solius Dei rem, vsurpasse videretur. *Mater Baptistae non sibi, sed Deo gaudium attribuebat. Dixit etiam Angelus.* Erit magnus. *Luc. 1.* Moyses vir magnus. *Exod. 11. Lipom.* Quia pietate sua fratrum suorum fauorem procurabat. *Baptista suis confratribus diuinos obtinet à Deo fauores. Dixit Angelus.* Et Spiritu sancto replebitur, &c. *Luc. 1.* Antequam exires de vulua, sanctificaui te. *Hierem. c. 1. D. P. Dam.* Longè minor Hieremiae sanctificatio, quàm Ioannis; ille quidem in matris vtero sanctificatus, & hic Spiritu sancto repletus fuisse cognoscitur.

Praenunciet Deus.

Pater. Erit adeò similis Filio meo, vt necessarium sit quòd ego Christum, & non ipsum esse filiū meum declarem, dicens. Hic est Filius meus dilectus. *Matth. 3. D. Chrysost.* Ne ista opinio apud Hebraeos firmaretur, vox Patris vnigeniti sui praedicat dignitatem. *Filius.* Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. *Matth. 11. D. P. Dam.* Eleuentur omnes, & meritorū praerogatiuis ante consistorium maiestatis exultent; non erit tamen, qui ad Baptistae priuilegium audeat aspirare. *Spiritus sanctus.* Et vidit Spiritum Dei descen-

-cendentem sicut columbã, & venientẽ super se. *A atth.* 3, *Cùm Pater dixisset.* Hic est Filius meus. *I enc Spiritus sanctus super Christum. D. Chrysost.* Ne quis de Ioanne hoc verbum dictum arbitraretur, venit Spiritus, qui amouit dubitationem. *Iudicauit ergo Spiritus sanctus tantam esse sanctitatem Ioannis, vt ipse filius Dei posset ab hominibus reputari. Trinitas tota simul Ioannis prædicat sanctitatem. D. P. Dam.* Pater auditur in voce; Filius baptizatur in flumine; Spiritus sanctus in columbę specie demonstratur. Adeò Ioannes totius medius Trinitatis; gloriosum Baptistam sanctificant indiuiduæ substantiæ personata vocabula. 3

DE SANCTA MARIA Magdalena. *Luc.* 7.

Concio prima per commentaria.

Rogabat illum quidam, &c. *Hospitalitatis amator, qui hospitium dabat, & vt acceptaretur, rogabat.* 2597. Vt manducaret cum illo, *Vt sic acciperet à Christo amoris pignus, & honoris argumentum.* 1504. 2768. Et ingressus domum Pharisæi discubuit. *Vt conuiuium Eucharisticum amoris præsignificaret.* 916. Et ecce mulier, quæ erat, &c. *Non iam à se ipsa offertur oculis, vt peruersa, sed ab Euangelista, vt conuersa.* 913. 950. Vt cognouit, &c. *Vt Christo epulas redderet dulciores.* 1321. Attulit alabastrum vnguenti. *Vt Christum regem, & prophetam, & sacerdotem vnctum esse monstraret.* 2374. Et stans retrò, &c. *Sic sitiem demittebat ad pedes Christi prostrat, vt veniam obtinebat. Est enim generosi cordis prostratis parcere.* 946.

Lacrymis cæpit rigare. *Lacrymis pænitentiã indicabat.* 2903. 2910. 2920. 2939. Et capillis capitis sui. *Non enim capillos ferebat capitis alieni.* 2816. 2830, Et osculabatur pedes eius. *Erat osculum pedis, obedientiæ signum.* 947. *Vide Osculum.* Videns autem, &c. *Christus adeò amabat puritatem, vt permiserit potiùs de illius diuinitate, quàm de eius puritate Pharisæum sinistrè suspicari; ita purus vt nec ad puniendos impuros velit ad eos appropinquare.* 2568. Duo debitores erant. *Fænerator Deus, sed qui non tam ex chirographis debita velit recuperare, quã ex chirographo veniæ relaxare.* 2921. Quis ergo eũ plus diligit, &c. *Debet enim beneficium esse gratitudinis regula.* 1545. 1565. Vides hãc mulierem, &c. *Quæ te non vidit, vtpote demissis oculis præ modestia.* 950.

Aquam pedibus meis, &c. *Iure si fortassis non aliquid pulueris terreni in illis esse existimasti.* 18. Hæc autem lacrymis rigauit, &c. *Vt arbor irrigatur fructum proferens vitæ contra mortem.* 2377. Osculum mihi non dedisti, &c. *Est enim osculum amoris signum, quod delectus accipere cupit.* 218. Oleo caput meum, &c. *Vt me, per fidem, & regem, & sacerdotem, & prophetam fateretur.* 90. Remittuntur ei peccata, &c. *A me, qui sum omnium peccatorum remissio.* 1738. Quis est hic, qui etiam peccata, &c. *Non exprobrat, sed demittit. Non enim sunt diuulganda peccata, nisi ad remediũ.* 987. Fides tua, &c. *Quæ tibi erit gloria, & incredulorum pœna.* 2117.

DE SANCTA MARIA Magdalena. *Luc.* 7.

Concio secunda per assumpta.

Conuersus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hanc mulierem?

Eusebius Emiss. Aliter videtur à me; aliter videtur à te, tu in facie, ego in corde video.

Assumptum vnicum.

Comædia ex virtutibus sanctæ Magdalenæ oculis Christi in tres diuisa scenas repræsentatur.

Scena prima.

Ingreditur theatrum Deuotio, musicæ instrumenta pulsans, quam ostendit D. P. Chrysol. Ad deli-

delicias Deitatis totam pulsat cordis sui, & corporis symphoniam, organi cantus dat clamorem, cytheram per suspiria longa modulatur gemitus aptat in fistulam. *Vna sola Magdalena tribus pueris musicis aequiparatur, tria instrumenta dum pulsat.* Fiat sacrificium nostrum in cōspectu tuo. *Dan. cap. 3. Theod.* Optimam symphoniam, & admirabilem cātum ei cōcētui, qui statuae adhibebatur, opponentes. *Deinde ingreditur Prologus, Desiderium quaerenti Deum.* Quaesiui, quem diligit anima mea, secus pedes Domini. *Luc. 7. D. Aug.* Quae diū malè ambulauerat, vestigia recta quaerebat. *Gressus sic, vt filia principis ponebat, & terram contemnebat.* 1303.

Figura prima, Charitas. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato. *Psalm. 44. D. Cyril.* Anima charitate decorata fulget Diuinitatis oculis. *Vnde alia lectio habet.* In veste obcaelata. *idest oculis variegata, quia decore charitatis diuinos ad se oculos alliciebat. De Magdalena dixit D. Gregor. Mag.* Exarsit in Christi amorem, quem solus Deus aspiciebat. *Figura secunda, Poenitentia.* Conuersus ad mulierem. *Luc. 7. D. Chrysost.* Poenitentem respicit. *Cor contritum non despicit, sed aspicit Deus. ex Psal. 50. Hanc figuram ostendit Deus.* Non ne vidisti Achab humiliatum coram me? *3. Reg. 21. Vide n. 2917. Figura tertia, Fortitudo contra daemones; qualis in Iob, de quo ad daemonem Dominus.* Animam illius serua. *cap. 2. D. Chrysost.* Etenim si de medio eum sustuleris theatrum nobis non plaudet amplius. *D. P. Chrysol. ad illud.* Stans secus pedes. Bene stans, quia cadere nō potest, qui ad pedes Christi meruit peruenire. *ser. 93. Scenae primae finem facit Timor diuinus psaltans, ad quem Deus aspicit, iuxta illud Isai.* Ad quem respiciam, nisi ad tremētem sermones meos? *Alia lectio.* Nisi ad mutantem se propter sermones meos. D. *Bern.* Prouoluitur pedibus maiestatis timoris impatiens. D. *Greg. Mag.* Conuertit ad virtutum numerum, numerū vitiorum. D. *Aug.* Accessit immūda, vt rediret munda; accessit aegra, vt rediret sana; accessit confessa, vt rediret professa. D. *Bernar. considerans duas vnctiones à Magdalena Christo exhibitas.* Difficilimus saltus est à vestigijs ad verticem Domini transuolare. *Et expendens illud Matth. 28.* Venit Maria, & altera Maria. *Sic ait D. P. Chrysol.* Venit ipsa, sed altera: altera sed ipsa, vt mulier mutaretur, vita, non nomine. *serm. 74. & D. Bern.* Neque eadem, quae vnxit pedes, vnxit caput, secundùm illud: Verte impios, & non erunt. *Prou. 12. Optimas fecit mutationes.*

Scena secunda.

Prima figura, Fides. Fides tua te saluam fecit. *Hanc figuram aspexit Deus in corde Abrahe, qui ideò posuit monti nomen:* Dominus videbit. *Gen. 22. Ruper.* Illum suae visionis locum visionis nomine significauit, in quo se visum à Deo veraciter cōfiteri potuit. Fide Abraham obtulit Deo. *De S. Magdalena dixit* D. *Greg. Mag.* Quot habuit oblectamenta; tot in se inuenit holocausta. *Ad hac fide oblata aspexit Deus. Secunda figura, Humilitas ad pedes Christi ponitur, hanc* Deus *aspicit.* 2917. *Eusebius de S. Magdalena.* Abscondit se se; de illis nō esse ostēdit, qui omnia opera sua faciūt, vt videantur ab hominibus. *Tertia figura Compassio. Hac in Magdalena. Gloss. ord.* Lacrymis pedes rigat; qui sanctorum tribulationibus compatitur. *Hanc desiderat videre Deus.* Effunde sicut aquam cor tuum ante cōspectum Domini pro anima paruulorum. *Tren. 2.* D. *Hieron.* Nullum enim munus Deo acceptabilius est.

Scena secundae finem ponit Cōfessio psalans. Praeueniamus faciem eius in confessione, & in psalmis iubilemus ei. *Psal. 94.* D. *P. Chrysol.* Praeueniamus, non velocitate pedum, sed prouido confessionis obsequio. Cùm spes misericordiae est, cùm tempus est veniae, cùm poenitentiae locus: prodamus, quę fecimus pietati, ne seueritati cogamur exoluere.

Scena tertia.

Sit figura prima, Spes. D. *Bern.* Misericordiae pedem osculatur, in cuius spe firmiter inhereret vestigijs accumbentis donec audiat: Remittuntur tibi peccata tua. *Hanc figuram aspexit* Deus *In Nabuchodonosor cum spe veniae ipse oculos suos ad caelum leuauit.* Oculos meos ad caelum leuaui. *Dan. cap. 4. Richardus.* Quis quantumlibet peccator de diuina miseratione non pręsumat, & ad spem veniae nō reuiuiscat?

cat. *Tertul.* Quem homines perhorrebant, Deus respiciebat. *Sit figura secunda, studium perfectionis. D. P. Chrysologus.* Imitemur hanc mulierem, quam conspicimus, non solùm caruisse peccatis, sed ad totum sanctitatis verticem peruenisse. *Hanc cupit videre Deus.* En ipse stat post parietem nostrum respiciens per fenestras, &c. *D. Bernard.* Hoc tibi tota vigilantia præuidendum est, vt apertas sēper habeas fenestras, per quas te ipsum intus benignè respiciat. Quoniā respect' eius profectus tu' est. *Sit figura tertia, Perseuerantia.* Qui perseuerauerit vsq; in finem, saluus erit. *B. Magdalena.* Cœpit rigare. *Cœpit, non cessauit quasi telari veste induta. D. Greg. Magn.* Quid est telaris tunica, nisi actio cōsumata, quę ante Dei oculos vsque ad finem vitæ nos regit.

Scena tertiæ finem ponit chorus Angelorum. D. Bernar. Gaudēt Angeli super peccatrice muliere pœnitentiam agēte. Facies versæ ad exteriorem domum. 2. *Par.* 3. *Glos. ord. loquendo de istis Cherubinis.* Homines secum videre delectantur. *In textu dicitur.* Stabant erectis pedibus. 2. *Par.* 3. *Carthus.* Habebant pedes oblicatos, & eleuatos, sicut in tripudijs habent homines psaltando ambulantes.

DE S. IGNATIO FVNdatore Societatis Iesu. *Luc.* 2.

Concio prima per commentaria.

Vide Concionem primam de B. Gonzaga supra.

DE S. IGNATIO, &c.

Concio secunda per assumpta.

Et vos similes hominibus, &c.

Hugo Card. Hoc Euangelium legitur de Confessoribus, quorum vitam recolit Ecclesia quasi speculum. *Et expendens similitudines in hoc speculo, apparentes, apponit exempla sanctorum trium legum, scilicet Iacob, Hieremiæ, & Pauli.* Expectauerunt Dñm suum Iacob. Gen. 49. salutatorē tuū expectabo Dñe. Hierem. c. 14. Expectatio Israel saluator noster. *Paulus ad Phil.* 3. Saluatorem expectamus: ecce triplex expectatio, & vos similes illis estis.

Assumptum vnicum.

S. Ignatij vita fuit speculum sanctorū ex tribus legibus.

Ex lege naturali.

Apparuit in hoc speculo similitudo Adami. Formauit Deus hominem de limo terræ. *Gen.* 2. *In eodem loco, in quo bruta creauerat. D. Chrysost.* Ne magnus sibi videatur. Creauit Deus hominem. *Gen.* 2. *Vnum, non plures simul, vt alia animantia.* Fecit De' bestias terrę. *Gen.* 1. *D. Aug.* Vt ei Societatis vnitas commendetur. *Nascitur S. Ignatius in præsepio inter bruta, & vnus eligitur à Deo, vt Societatis fundator. Differt tamen similitudo in eo, quòd Adamus cum alijs animantibus nomina imposuerit, sibi tamen nomen non indidit. Forsan ne ex nomine tanto gloriam videretur aucupare. Nam teste diuo August.* Adam significat orbem secundùm Græcam linguam. Quatuor enim literæ sunt in hoc nomine, Alpha, Delta, Alpha, Mi; & quatuor partes orbis has in capite literas habent. *Indicans fore vt filij Adam per quatuor orbis partes spargerentur ad gloriam patris. S. Ignatius infans die octaua sibi ipsi nomē imposuit miraculosè pronuncians vocabulum,* Ignatium, *significans fore vt in quatuor orbis partes ignem iaceret ad inflāmandum, & illum inandum orbem vniuersum, per Xauerium Orientem; per Anchietam Occidentem, per Canisium Aquilonem; per Ouiedum Setentrionem. Vndè & puer intercessione S. Ignatij natus post tres menses, quibus de nomine imponendo puero pater, & mater contendebant, ex conuentione interrogatus de nomine sibi imponendo ad votum matris miraculosè respondit.* Ignatium. *Apparet similitudo Ioseph.* Erat Ioseph princeps in terra Ægypti. *Gen.* 41. *Tert.* Ioseph mūdus ab idololatria dignitatem ministrauit, vt credamus succedere alicui posse, vt in solo honoris nomine incedat. *lib. de idol. c.* 17. *Talis Ignatius dum adolescēs viuit in curia Hispaniarum notus, & charus regi Catholico.*

apparet in hoc speculo similitudo Iacob. Ipse verò claudicabat pede. *Genes.* 32. *Diuus Gregor Magnus.* Vno pede claudicabat, qui solo pede amoris Dei se sustinet, & pedem amoris sæculi suspensum a terra portat. *lib. 4. mor. Genadius.* Iacob claudicabat, vt perpetuam luctationis illius memoriam retineret. *Qualis Appius Romanus miles, qui claudicauit ex vulnere pro patria in bello, acceptò dicere solebat, se quibuscunque passibus suæ gloriæ admoneri, vt testatur P. Doctor Mendoça. Similis illi Ignatius.*

Apparet in hoc speculo Enos. Iste cæpit inuocare nomen Domini. *Gen. 4. Abulen.* Quia iste primus aliquas orationes inuenit, in quibus Dominum inuocaret, & alios in hoc instruebat. *Ignatius primus artem orandi composuit, & per librum exercitiorum alios instruxit, quos inter S. Carlus, S. Philippus, S. Xauerius, S. Thereza, S. Borja, S. Gonzaga, & omnes Societatis martyres, & illustri sanctitate viri numerantur. Apparet Enoch.* Enoch translatus est, vt det gentibus pœnitentiam. *Ecclesi. 44. Pater Cornel.* Quia dum viueret, erat omnibus speculum pœnitentiæ. *Talis Ignatius Referatur eius pœnitentia. D. Gregorius Nazian.* Omnis eius vita nihil aliud, quàm trãslatio erat. *Talis vita Ignatij. Referantur raptus eiusdem.*

Apparet Abraham. Extasis cecidit super Abraham. *Genes. 15. Sic legit D. Hieronymus in Hebr. ad nostram vulgatam.* Sopor irruit super Abraham. *Ostendit illi Deus filios in stellis.* Suspice cœlum, & numera stellas, sic erit semen tuum. *Genes. 15. Lipom.* Posteritas per imitationem promittitur cœlesti fœcunditate sublimis. *In his filijs sui Imitatoribus multiplicandus prædicitur.* Multiplicabo te vehementer nimis. *Gen. 17. Procopius.* Sic multiplicabatur quasi plurimi futuri sint Abrahami, nam ex eo futuri sunt sancti liberi, qui imitarẽtur opera patris. *Omnia hæc accommodari possunt S. Ignatio, cui Deus posteritatem reuelauit filiorum, in quibus ipse quasi multiplicatus apparet; & in aliquibus etiam in nomine; vt in Ignatio Martins; in Ignatio de Azeuedo, &c. Apparet Noe.* Ingressus est Noe in arcam. *Genes. 6. D. August.* Quàm magis diuina prouidentia, quàm humana prudentia natantem gubernet, ne incurrat vbicunque naufragium. *Talis Ignatius in naui peregrinus, paratus vt in naui sine velamento, sine clauo, &c. totũ ex obedientia mare nauigare; vt narratur.*

Ex lege scripta.

Apparet in hoc speculo Salomon. Dedit Deus sapientiam Salomoni. 3. *Reg. 4. Præter illam, quam ipse didicit; & vtramque ostendit in libris, quos composuit, sed præcipue in ædificatione templi dicati diuino nomini.* Omnia venerunt ad me scripta manu Dei, vt intelligerem vniuersa opera exemplaris. 1. *Paral.* 28. *P. Pineda.* Totius fabricæ architectura planè diuina, vt cuius artifex Deus. *Talis Ignatius, qui præter scientiam, quam naturaliter obtinuit in vniuersitatibus, habuit & supernaturaliter à Deo infusam, vt testantur Cardinales in actibus canonizationis; & vtramque ostendit in libris, quos per se, & per suos edidit. Sed præcipuè in ædificatione templi Societatis Iesu, de qua summus Pontifex.* Digitus Dei est hic. *Ipse namque Deus fundauit hoc templum.* Vt ponerem nomen ibi in sempiternum. Erunt oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus. 1. *Par.* 28.

Apparet Moyses. Ad maledicendum inimicis meis inuocaui te, quibus è contrario tertiò benedixisti. *Num.* 23. & 24. *Hæc dicebat rex Balac prophetæ iniquo Balaam. D. P. Chrysol.* Balaam maledico benedicit ore, & sicut in spinis rosæ, ita sensus pessimorum in bona, diuinitatis impulsu aguntur inuiti. *S. Ignatius graues in se, & in populum suum passus persequutiones, sed aliquando vt etiam Moyses non absimili miraculo liberatur à vate maledico. Narretur historia; & apponatur eadem ratio.* Dominus Deus eius cum eo est. *Num. 24. Apparet Iosue.* Ego sum princeps exercitus Domini. *cap. 5. Ruper.* Tamquam prœliator non cruenta bella facturo euaginatum gladium tenens apparet. *Ipse.* Licet enim Princeps sit omnium hominum, tamen specialiter dicitur populi Christiani, tamquàm ab eo denominari. *Possunt hæc aptari S. Ignatio Societatis duci, cui Iesus apparuit cum cruce. D. Macharius crucem appellat gladium.* Exaltemus crucem Dei gladium, quam & Isaias gladium appellauit. Adducet Dominus gladium suum sanctum. *Princeps Societatis à suo nomine nuncupatur.*

Apparet Gedeon. Dixerũt omnes viri ad Gedeon: Dominare tu nostri. *Iud. 8. P. Serar.* Rarif-

Rarissimum est in principum creatione omnium votis vnum deposci. Ideóque magnum egregiæ de Gedeone opinionis signum fuit eum tam concordi omnium iudicio principem elegi. *Sic electus in præpositum generalem Ignatius. Apparet Dauid.* Ego venio ad te in nomine Domini. 1. Reg. 17. *D. August.* Baculus crucis typum habuit, Goliath percutitur, & diabolus effugatur. *Quare dixit se venire in nomine Domini? Lyra* Volebat enim pugnare pro gloria Dei. *S. Ignatius cum cruce, & nomine Iesu dæmonem fugat, & omnia ad maiorem Dei gloriam facit.*

Ex lege gratiæ.

Apparet in hoc speculo D. Petrus. Homo peccator sum. *Luc. 5. D. Marcus discipulus, & secretarius Petri non scripsit laudes Petro à Christo datas.* Beatus es Simon, &c. *Diuus P. Dam.* Cur à tot preconijs magistri calamum reprimis, & sola quæ infirmitatis sunt ad posteriorum memoriam stilo committis? *sic respondet.* Sicut enim Petrus à propria laude se cohibuit, ita iste ne ad magistri fauorem aliquatenùs declinaret. *S. Ignatius Gil laco de Eguia suæ animæ secretario aperienti fauores diuinos sibi concessos, triplicem flagellationem per dies singulos triduo imposuit, & sub anathemate præcepit, ne quid amplius aperiret.*

Apparet D. Paulus. Bonum est mihi magis mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet, sine sumptu ponam Euangelium. *Ad Hebr. 9. D. Ambros.* Debitum obsequium abnuit ab his sibi impendi; ne per hoc acciperent fiduciam delinquẽdi: ne libertatem arguendi humiliet. *S. Ignatius hanc gloriam voluit: cũ ne stipendium pro vllo officio ipsi acciperet; nec hæredem societatem esse voluit, &c.*

Apparet Ioannes Baptista. Mansit ibi tribus mẽsibus. *Luc. 2. D. Ambros.* Non tam familiaritatis est causa, quòd diù mansit, sed etiam tanti vatis profectus. *Vnde dicitur,* Repletus Spiritu sancto adhuc in vtero matris suæ. *S. Ignatium Virginis Mariæ filium, & in Virginis vtero conceptum, & eiusdem lacte nutritum, & Spiritu sancto repletũ in eadem concepti Verbi hora in templo eiusdẽ testantur Episcopi in Concilio Tarraganensi c. 26. Fauores ignatio, & filijs illius à Virgine facti referantur. Apparet Ioannes Euangelista.* Sic eum volo manere donec veniam. *Ioan. 21. Hoc Dei decretum, vt alter Enoch, Ioannes approbauit. P. Benedictus Pereira.* Tam longam dilationem gloriæ suæ, quòd eam intelligeret ad magnam Dei gloriam, & vtilitatem Ecclesiæ pertinere, lætissimo animo approbando. *S. Ignatius etiam cum periculo salutis æternæ ad vtilitatem vnius animæ dilationem gloriæ ferre optabat.*

Apparet in hoc speculo verè crystallino Christus. Habitu inuentus, vt homo. *Ad Philip. 2. Qui non permisit se à pictore misso per regem Edessæ effigiari, vtpote qui non vnam, sed multas figuras amore hominum vellet demonstrare; Pastoris, Regis, Medici, &c. D. P. Chrysol.* Qui sibi nunquam, tibi toties immutatur; propter te varias monstratur in formas, qui manet vnica suæ maiestatis in forma. *Serm. 23. S. Ignatius miraculosè formas variat, ne pictor iussu imminentissimi Cardinalis Pacheco, qui ad hoc iussit Ignatiũ ægrotantem, illum posset depingere. Voluit tamen Deus vt post mortem imago sancti Ignatij pingeretur. Nullus sanctorum est, cuius imago tot miracula effecerit, quot imago Ignatij patrarit. Referantur aliqua, præcipuè suscitatio scholastici facta Florentiæ.*

DE S. LAVRENTIO

Ioan. 12.

Concio prima per commentaria.

Nisi granum. *Humanæ salutis magis, quàm suæ vitæ consuluit.* 618. 619. Multum fructum affert. *Ipse & flos, & folium, & fructus est.* 20. Qui amat animam suam, &c. *Sic factum etiam antequam Filius Dei factus homo suam propter homines animam posuisset.* 344. Si quis mihi, &c. *Vt efficiat quidquid ad illius ministerium pertinet. Electus enim à me minister aptus ad officium erit.* 2919.

Me sequatur. *Hic enim à me defendetur, vt minister.* 3036. Me sequatur. *De ministro ad bona conferenda sermo est; hic enim est Christi imitator: non de ministro ad supplicia inferenda, ad quæ deputatus est dæ-*

DE S. LAVRENTIO.
Ioan. 12.

Concio secunda per aßumpta.

Si quis mihi, &c.

D. Maximus. Triumphum Beati Laurentij totus vbique mundus consona hodie deuotione concelebrat. *D. Leo.* Ad honorem transierunt triumphi instrumenta supplicij. *D. August.* Beati Laurentij martyris triumphum debemus tota deuotione suspicere.

Aßumptum vnicum.

S. Laurentij triumphus.

Initium triumphi faciat Angelus, qui hasta suspensam ferat tunicam conspersam sanguine martyris, qua scilicet ipse Angelus in martyrio ipsum induisse refertur. Tunica illi similis, qua indutus Rex martyrum in cælo apparuit triumphator. Et vestitus erat veste aspersa sanguine. *Apoc. 19.* Pompeius magnus (*teste Appiano*) in triumpho chlamyde Alexandri magni processit ornatus. *B. Laurenti⁹ Christi tunica triumphauit. Littor triumphi sit Baptista dicens.* Parate viam. *Vt alter Amam parans viam triumphatori Mardochæo, dicens.* Sic honorabitur, quemcunque voluerit rex honorare. *Esther cap. 6.*

Figura iure est Baptista Laurentij; vterque è sanctis parentibus ortus. Erant iusti ambo. *Lucæ 1. D. P. Chrysolog.* Euangelista vt extollat Ioannis gloriam, Zachariæ patris, Elisabeth matris prædicat sanctitatem. *Sic B. Laurentius natus ex sancto Orentio, & ex S. Patientia.*

In triumpho, vt dixit Appianus. Præteruehuntur picturæ rerum, quæ gestæ sunt. *In prima pictura huius triumphi visitur in tribus locis B. Laurentius lauans pauperum pedes; vt in eius vita refertur. Fecit quod Abraham facere voluit tribus peregrinis.* Apparuerunt ei tres viri. *Lauentur pedes vestri. Gen. 18. D. August.* Volebat Abraham lauare pedes, ne quid fortè pulueris resideret, quod ad testimonium incredulitatis excussum, posset in die iudicij reseruari. *Ser. 70. de temp. alludit ad illud Christi.* Qui non susceperit vos, excutite puluerem de pedibus vestris in testimonium illis. *Matth. 10. In secunda pictura visitur S. Laurentius illuminans cæcos animo, & corpore, vt alter Elisæus.* Domine, aperi oculos istorum. *4. Reg. 6. D. Chrysost.* Fit sine sanguine victor, sine gladio triumphator. *Simili modo triumphauit B. Laurentius de inimicis gentilibus volentibus ipsum comprehendere. Cæcos illuminauit. In tertia pictura B. Laurentius calicem Dominici sanguinis præbibendo præbet fidelibus, iuxta illud.* Experire vtrum idoneum ministrũ elegeris, cui commisisti Dominici sanguinis dispensationem. *In hoc similis Ioseph o,* Scyphus est, in quo bibit Dominus me⁹. *Gen. 44. Philo.* Poculum pretiosissimũ, in quo vobis præbibit. *Caietan. expendens illud.* Pone scyphum meum argenteũ in ore sacci iunioris. *Gen. 44. sic ait.* In fratris dilectissimi sacculo poculũ iussit imponi. *Sic Xistus, seu Christus Pontifex in ore B. Laurentij sibi dilecti fratris.*

In triumpho ducebatur rex victus catenatus, vt rex Perseus in triumpho Pauli Æmilij, teste Plutarcho: & rex Agag in triumpho Saulis. Apprehendit Agag regem Amalech viuum. *1. Reg. 15. Abul.* Ad iactandum triũphum. *Ita in triumpho B. Laurent. duci potest imperator Valerianus.* Ante triumphãtis currum (*vt testatur Liuius*) præferebãtur simulachra deorum erepta victis. *Sic de omnibus idolis Laurentius triumphauit, teste Prudentio.* Refrixit ex illo die cultus deorum. *Tunc enim fides de perfidia triumphũ egit. 1694.* Victi ante currum duces, *teste Tullio. Ante currum triumphantis Laurentij tres duces vidi ducebantur.*

Primu

Primus appetitus voluptatis S. Maxim. Puritate innocentis vitæ, fortissimæq; mortis triumpho Apostolorum se consortio copulauit. *Qualis Ioseph.* Fecitque eum ascendere super currum. *Gen. 41. Diuus Chrysost.* Lætatur Ioseph gessisse castitatis prælium, in quo omnis impudicitia detruncatur, triumphat castitas. *Secundus appetitus diuitiarum. D. P. Chrysologus* Erat S. Laurentius pauper opibus, diues moribus. *ser. 135. Qualis Daniel.* Munera tua alteri da. *cap. 5. D. Amb.* Non immerito mirabilis factus omnibus, quãdo regalibus fultus amicitijs, aurum nõ quærebat. *Tertius appetitus honoris, de quo triũphauit, dum sciens per mortem deponendũ à se honorem, mortem thesauris statim expensis accelerauit.* Thesauros iam expendi. *Qualis Moyses vt deponeret principatum.* Statimque Moyses, &c. *Lyra.* Audierat Moyses dilationem mortis suæ vsque ad internecionem Madianitarum, & tamen per hoc non distulit pugnam, sed magis accelerauit.

Præcedebant (*vt testatur Appianus*) spolijs onusta plaustra. *Cicero.* Vehicula triũphalia. *Spolia in hoc triumpho esse possent omnia instrumenta martyrij: & etiam omnia vasa sacra, & ornamenta data pauperibus, &c.* Ipse imperator inuehitur curru pictorato, *vt loquitur Cæsar Bolling. Currus triumphalis S. Laurentij esse potuit craticula ignea, currusque igneus, qualis Eliæ.* Ecce currus igneus, & ascendit Elias in cœlum. 4. *Reg. 2. D. amb.* Curru igneo in cœlum quasi quodam triumpho victor ascendit. *D. Max.* Paratur craticula igne succensa, quæ triumphalis martyris, & animam fatigaret, & corpus exureret, sed per tormenta beatitudo quæritur.

In rotis currus quatuor B. Laurentij simulacra videbantur. In prima Abel. Respexit Dñs ad Abel. *Gen. 4. Theodosius legit.* Inflãmauit Dominus Abel. *De D. Laurentio sic loquitur D. Ambros.* Hinc amore Christi succenditur, indè persequutoris flãma torquetur. *In secunda rota Isaias, cuius labia Seraphim carbone ignito purificauit.* Et volauit ad me, &c. *cap. 6. D. Max de S. Laurent.* Nec pœnali flexus incendio est, cuius in pectore insuperabili Sancti Spiritus flamma feruebat. *In tertia rota. Ille, de quo Deus per Isaiam 43.* Cùm ambulaueris in igne, non combureris, & flãma non ardebit in te. *D. August. loquens de tribus pueris.* Laurentius non minori gloria præferendus, siquidem illi in pœnarum suarum flammis ambulabant; hic in ipso supplicij igne descubuit. *In quarta rota apparet Dauid.* Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescit ignis, *Psalm. 38. S. Max.* B. Laurentio conuenire manifestum est, cuius cor tanta magnitudine concaluit, vt triumphalis tyranni ignibus lætus illuderet. *hom. 3.*

In medio currus similitudo hominis, vt olim in curru, quod vidit Ezechiel. In medio ignis similitudo hominis. *cap. 1. P. Corn.* Hic est currus triumphalis Dei, qui apparet homo igneus, *Idest, ait idẽ Doctor.* Electrum ignitũ est sanctus in camino martyrij, hunc Angeli quasi victorem triũphali, & igneo curru deducunt in cœlũ. Post triduum me sequeris, gloriosior te manet de tyranno triumphus. *Dixit Sixtus Laurentio. De S. Laurentio dici posset, quod de Augusto dixit Paulus Æmil.* D. Augustus tres egit triumphos continuo triduo.

DE S. CRVCIS EXALtatione. *Ioan. 12.*

Concio prima per commentaria.

Nunc iudicium est mundi. *Est enim finale iudicium per dies singulos timendum. 12. 157* Nunc princeps huius mundi, &c. *Neque enim in præsentia principis cœli stare valebit. 2953.* Et ego si exaltatus fuero, &c. *Suspensus terrena non tangit eleuatus in cœlum. 1764. 2725. 2726.* Omnia, &c. *Sic enim ab hominibus agnoscitur Deus. 1767.* Hoc autem dicebat, &c. *Scilicet morte crucis, in qua fieret signum fœderis, & amoris. 2438.* Respondit ei turba, &c. *Idque verum erat, quia Christus immortalis post mortem in æternum maneret, vndè significatur in Isaac, non occiso. 1628.*

Quis est iste filius? *Est certè principium, & finis omnium. 1696.* Filius hominis? *Christus, ad cuius exemplum debet homo esse crucifixus mundo. 2405. 2613.* Adhuc modicum lumẽ in vobis est. *Indigni namque*

erat, quos sol in meridie illuminaret, 1831. 1832. Ambulate, &c. *Quilibet namque iustus lucem quærit, & tenebras fugit,* 1895. Quia ambulat, &c. *Qualis idololatra, qui conuersus incipit post tenebras lucem intueri.* 1525. Dum lucem habetis. *Est Christus ipsa lux, & luminare diuinum, & humanum,* 2019. Filij lucis sitis. *Filius namque Dei agnoscitur, qui lucem vultu profert,* 521.

DE S. CRVCIS EXALtatione. Ioan. 12.

Concio secunda per assumpta.

Ego si exaltatus fuero, &c.

Assumptum vnicum.

Christi in cruce exaltati triumphus.

D. Amb. Currum suum triumphator ascēdat, patibulo triumphali captiua spolia suspendat. *Principium triumphi facit Angelus ferens signum crucis. Apoc. 7.* Signum Dei viui. *S. Germanus.* Signum imperatoris erectum est. *Iosephus loquutus de triumpho Romano.* Alij virgam ferentes, vias apertas præbebant. *Lictor primus Ioseph cum virga, cuius fastigium pater Iacob adorauit. Ad Heb.* 11. Adorauit fastigium virgæ eius. *Prunaus.* Crucem sanctam adorauit, cuius mysterium agnouit, Christumque per Ioseph designatum veneratus est in cruce exaltandum. *In com. S. Ioan. Damas. Lictor secundus Eliseus.* Lignum misit, natauitq; ferrum. *4. Reg. 6.* D. *Aug.* Quid est lignum mittere, & ferrum in lucem producere, nisi patibulū crucis ascendere, & de profundo inferni humanum genus erigere. *Lictor tertius, D. Ioannes accipiens arundinem ab Angelo.* Habebat mensuram arundinem auream. *Apoc. 21. Quæ antea dicebatur virga ferrea.* Reges eos in virga ferrea. *Apoc. 19.* D. *Amb.* Virga itaque ferrea in arundinem auream commutatur, quia sancti pro angustijs, quas pro Christo pertulerunt, gloriam perpetuam recipiunt. Ante triumphantis currum præferebantur simulachra deorum erepta victis, *dixit Liuius. Præferantur ergo simulachra Iouis, Veneris, & Plutonis erepta à victis superbis, libidinosis, & auaris.* Dederuntque ei omnes deos alienos, quos habebāt: at ille infodit eos subpter terebinthū. *Gen. 35. Doctor Concordiæ.* Qui Christum in sacra crucis terebintho cōtemplatur, omnia sua idola, hoc est, quæ malè amat, obruit humo. Ibant ante duces onerati colla catenis. *Ouidius.* Principatus, & potestates traduxit confidenter palàm triumphans illos. *Ad Coll. 2. & postea vt habetur in Apoc. cap. 20.* Religauit eos, & misit eos in abyssum. *Qualis Moyses; vt ait D. I. Damas.* In similitudine crucis virga mare percussit, & Pharaonem submersit. *Qualis Paulus Æmilius, de quo Valerius Max.* Duces ante currum actos in carcerem coniecit.

Zonaras. Trophæi antecedentibus, in quibus expressa erant castella, vrbes, montes, fluuij, maria, & omnia, quæ ceperant. *In triumpho Romano. In signo imperiali effingi iussit Constantinus globum tres in se globos minores includentem, & super ipsum crucem.* Quo significabatur (vt ait Grethsero) crucis Christi gloriam tres orbis partes peruasisse, quas virtus crucis perdomuit, Deoque subiecit. *Breuiùs Diuus Aug.* Domuit orbem, non ferro, sed ligno.

Ducebatur in triumpho rex victus, vndè Plutarch. de triumpho Pauli Æmilij. Rex Perseus sequebatur præ magnitudine malorum attonito similis. *Sic rex Hai in triumpho Iosue, qui postea illum suspendere iussit.* Suspendit in patibulo. *Orig.* Rex Hai in gemino patibulo suspensus, vt sciam duplicem esse virtutem crucis, in qua & Christus suspenditur, & diabolus cum suo exercitu triumphatur.

Præteruehuntur species rerum, quæ gestæ sunt. *Teste Appiniano. In prima specie videbatur dux arietem ferens ad portas inferni conterendas. Vndè D. P. Chrysol.* Arietem suæ crucis portat aggressurus infernum, vt conterat, & confringat ipsas tartari ianuas ære munitas, & ferro. *ser. 123. Qualis Samson, qui ciuitatis,* Portas tulit. *Iud. 16. D. Greg.* Inferni claustra destruxit. *In secunda specie apparebat dux scalam ferens, vt vrbem scanderet violenter.* Vidit scalam, &c.

&c. *Genes.* 28. *Qualis Iacob. D. Aug.* Scala vsque ad cœlos attingens, crucis figurã habuit; Dominus innixus scalæ, Christ᷑ crucifixus ostenditur. *serm.* 79. *In tertia specie dux cum gladio.* Tulit gladium eius, & amputauit caput eius. 1. *Reg.* 17. *Lyra.* Sicut diabolus per lignum deuicerat genus humanum, sic per lignum deuictus est à Christo.

Præcedunt spolijs onusta plaustra. *Teste Appiniano. In primo assurgit quercus; iuxta illud Sidonij.* Quercusque trophæis curua tremit. *Suspensa sint instrumenta martyrũ, qui passi fuère in prima mundi parte in Asia. v. g. Stephani, Simonis, Iacobi, &c. vndè D. I. Damas.* Crux Christi est tropheum aduersùs diabolum. *Vt quercus Absolonis.* Vidi Absalon pendere in quercu. 2. *Reg.* 18. *D. Greg. Niss.* Affixa est malitiæ coma ligno, hoc est cruci. *In secundo plaustro; erigitur columna.* Erexit lapidem in titulum. *Gen.* 35. *Borbens.* Sublata in altum columna crux in testimonium victoriæ Christi. *Ex hac suspensa instrumenta martyrum Europa Laur. Sebast. Discipuli dilecti, &c. In tertio plaustro arcus triumphalis visebatur, similis illi, quem erexit Domitianus, de quo Martialis.* Stat sacer edomitis gentibus arcus ouans. Dauid fecit sibi nomen. 2. *Reg.* 8. *Interl.* Erexit sibi fornicem triumphalem. *Abul.* Ad memoriam victoriarum. *In hoc arcu suspendantur instrumenta martyrum Africæ; Ianuarij, Cypriani, & quinque Minorum.*

Ipse imperator vehitur curru picturato redimitur corona, amicitur purpura, manu gestat sceptrum, *vt testatur Bulingero. D. Ambr.* Crux est currus Christi triumphalis, &c. *Didacus Gritbserius.* Currus Eliæ figura crucis Christi. Ecce currus. 4. *Reg.* 2. *Tert.* Tali curru triumphamus. *D. Cyprian.* Vehiculo crucis euehimur in cœlum. *D. Cyril.* Corona est crux, non ignominia. *Borbensis.* Vestimenta deposuit regia, satis se ornatum ratus, veréque regem, si crucem portaret. *D. Ber. ad illud.* Si rex Israel est, descendat de cruce. *Sic ait.* Imò veró, quia rex est, virgam imperij non deponat.

Vniuersus exercitus currum imperatoris per cohortes, & ordines sequutus. *Christum in cruce triumphantem sequitur exercitus angelorum, & hominum.* In baculo meo transiui Iordanem, ecce nunc cum duabus turmis regredior. *Gen.* 32. *D. August.* Iacob exhibuit baculum, Christus crucis lignum. *Triumphator ingreditur cælum.* Attolite portas, &c. *Psal.* 23. *D. Ambros.* Trophæa crucis, & triumphatoris æterni manubias intuentes, quasi eum, quem emiserant cœli portæ capere non possent, maiorem viam quærebant reuertenti. *Et pauli infra.* Debuit nouo victori nouum iter parari, quia non vnus homo, sed totus in vno Redemptore mundus intrabat. *infelix, qui ab ingressu retardatur.*

DE B. FRANCISCO Borgia. *Luc.* 12.

Concio prima per commentaria.

Vide supra Concionem primam de B. Gonzaga.

DE B. FRANCISCO Borgia. *Luc.* 12.

Concio secunda per assumpta.

Assumptum vnicum.

B. Borgia in tribus ætatibus telam vitæ parauit, qua tres aulas ad excipiendum Christum præparauit.

Theodoretus ad illud Ezechiæ. Præcisa est velut à texente vita mea. *Isai.* 38. *Sic ait.* Sanctus telam texit per sua rectè facta ornatum suæ animæ circumponens. *In prima aula paries primus ornatur tela, in qua visitur infans in sinu matris, qui antequàm fuisset natus, fuit cingulo Seraphici Patris in matre præcinctus.* Sint lumbi vestri præcincti. *Illustrissima fœmina sanguine matri tuna [?] ctissima congratulant et illi. Vt Sara olim iuxta ipsius prophetiam.* Risum fecit mihi Dominus, quicunq; audierit corridebit mihi. *Gen.* 21. *Præcipua tamen visitatio fuit per An-*

Angelum. Visitauit Dñs Saram. *Genes.* 21. *Berbens.* Visitatio externa Dei per Angelum mox à partu facta; visitauit gratulaturus natum primogenitum. *Matrē Isaac per Angelum, & stem Borgiæ per Seraphim y omnino visitauit.* D. *Chrysost.* Nascitur Isaac ornamentum generis, propinquorum lætitia; familiæ decus. *Omnes Hispaniarum familiæ B. Borg. sanguine illustrātur.* *Referantur. In secundo pariete primæ aulæ apparet in tela puer quinque annos habens ætatis ædificans aras, & orans. De illo dici posset quod de Enoch.* Iste cæpit inuocare nomē Domini. *Gen.* 4. *Lipom.* Quia primus inuenit imagines quasdā, per quas orationum deuotio excitabatur. *Primus, qui imagines sanctorum fecit in Societate. Primus etiam qui morem accipiendi nomina sanctorum inauxit. In tertio pariete, videtur iam puer decem habens annos; cōmissus curæ D. Ioannis Archiepiscopi, qui illum, vt nepotem erudiuit disciplinis, præsertim musica. Qualis Eli Samuelem.* Obtulerunt puerum. 1. *Reg.* 1. *Vatablus.* Musicæ artem ab Eli sacerdote didicit, vt diuinas laudes cum ceteris leuitis modularetur. *In quarto pariete apparet in tela iam decē & octo numerans annos in curte imperatoris Caroli, seruans virginalem puritatem cilicio intrinsecus cinctus, dum inuiseret palatij feminas, qualis Ioseph.* Pulcher aspectu Ioseph, pulcher aspectu. *Genes.* 49. *D. Amb.* Se pulchriorem ratus, si nō dispendio castitatis, sed cultu pudoris speciosior probaretur. *Qualis Neopotian*^9^, *de quo D. Hieron.* Referat alius, quod in palatij militia sub chlamyde corpus eius cilicio tectum sit. *Qualis Nebridius, de quo idem Hieron.* Nutritus in palatio, condiscipulus Augustorum in prin o ætatis flore tantæ verecundiæ fuit, vt virginalem pudorem vinceret, & nec leuem quidē obsceni rumoris in se fabulam daret. *Lege vitam B. Borgiæ.*

In primo pariete aulæ secundæ in tela apparent nuptiæ ipsius cum D. Leanor de Castro, Lusitana imperatrici dilecta. Qualis Iacob accipiens Rachelem. Da mihi vxorem meam. *Gen.* 29. *S. Thom.* Vide quàm castus fuerit, qui tot annos absque vxore in virginitate permansit. *Vxorem istam ei dedit imperator, vnde de illo dici potest, quod Hier. de Nebridio.* Inuictissimo principi ita charus fuit, vt ei coniugem nobilissimam quæreret. *Tūc Marchionem fecit.*

In secundo pariete apparent iam cum filijs quinque, & tribus filiabus. Vide in eius vita quales fuerint. Ambo virtutis exemplaria esse possunt. Quales Abraham, & Sara. Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram, quæ peperit vos. *Isai.* 51. *S. Greg. Nyssen.* Vt viri à viro, & mulieres à muliere suscipientes exempla, faciliùs suos ad virtutem dirigant gressus.

In tertio pariete apparet lamentabile spectaculum imperatricis mortuæ, quam Borgia aspiciens vix agnouit, & mutatur qualis Saul aspectu sepulchra Rachelis. Ad sepulchrum Rachelis. 1. *Reg.* 10. Mutaberis in virum alterum. *Dixit Samuel Sauli. S. Cyril.* Ad aliā sicut vult spiritus Domini, imaginē nos transformat. *& S. Greg. Nyss.* Ostendat tibi qui sis, & qualis sis. Vidisti caluariam te ipsum in illa spectasti.

In quarto aulæ secundæ pariete apparet factus Viceréx Cataloniæ. Qualis Daniel. Rex Danielem constituit super omnes prouincias. *S. Hieron.* Daniel sic præerat Babyloniæ opibus, vt habitu Nabuchodonosor, Deo mente seruiret. *Videatur eius vita.*

In tertia aulæ pariete primo apparet assistens moribundæ vxori. Non enim de illo, quod de Aarone timuit Deus, iubens ne assisteret morti vxoris, vt habetur Leuit. 21. *D. Hieronymus.* Ne videlicet anima Dei sacrificijs vacans, & tota in illius mysterijs occupata aliquo impediretur affectu. *In secundo pariete visitur iam Religiosus Societatis. Qualis Cornelius.* Vir quidam erat centurio cohortis, quæ dicitur Italica, Religiosus, ac timens Deum cum omni domo sua, faciens eleemosynas multas plebi, & deprecans Deum semper. *Act.* 10. *Diuus Hieron.* Sic religiosus, sic timens Deū, vt oblitus dignitatis omne consortium cum monachis haberet, ac clericis. *Qualis Neopotianus, de quo dicit D. Hieron.* Adhuc sub alterius indumentis, alteri militabat.

In tertio apparet iam sacerdos spectaculum omnibus desiderabile. Qualis David, Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur, quia in verbis tuis supersperaui. *Psalm.* 118. *D. Ambros.* Pretiosum est videre virum iustum secundùm imaginem Dei. *Erat vt alter David simulachrum Dei, quod idcō omnes principes desiderabant videre.*

In quarto domus pariete ponitur, vt exemplar perfectionis. Moyses seruus meus in omni domo mea fidelissimus. *Num.* 12. *Diuus Greg. Nyss. Postquam descripsit vitam Moysis.* Tamquàm exemplar quoddā perfectionis vitam Moysis descripsimus. Nihil iā restat, nisi vt ad exēplar istud viuamus. *Idem dico de Borgia.*

DE

DE SANCTA VRSVLA, & socijs. *Matth.* 25.

Concio prima per commentaria.

Simile est regnum, &c. *Et boni, & mali in regno Dei regis esse perhibentur, vt Dei erga bonos misericordia, & in malos iustitia cognoscatur.* 817. Exierunt obuiam. *Ipse nāque sponsus ille ad se venientibus; præ humanitate obuius etiam venit.* 1533. Sponso, & Sponsæ. *Sponsa namque ab Sponso vocata ipsum sequebatur.* 1510.

Quinque autem ex eis, &c. *Ingrata, & fatuarum prudentibus, & prudentum fatuis societas foret. Est enim & malorum bonis, & bonorum malis conuersatio odiosa.* 1035.1067.

Quinque fatuæ, &c. *Fatuæ, quæ cum diuinæ prouidentia non iungunt humanam; Prudentes, quæ humana simul, & diuina prouidētia vti maluerant.* 2625.

Moram autem faciente, &c. *Mora absentis principis occasio suis ruina est.* 7. Media autem, &c. *Solet aduentus Dei clamore præsignificari.* 794. *vsq; ad n.* 800. Tunc surrexerunt omnes, &c. *Cum Christo stella matutina resurgente stellæ omnes resurgent.* 1784. Fatuæ autem, &c. *Deficiebat illis ignis amoris, qui in illis lucernas accendere posset.* 308. 351. 352. Ite potiùs, &c. *Sic fatuas a societate sua excludere volebant. Erat enim ipsis illarum nociua societas.* 3148. 3169.

Neforté, &c. *Est salus propria alienæ saluti præferenda.* 236.269. Dum autem irent, &c. *Sic enim in iudicio finali misericordiam erga electos, iustitiā in reprobos ostēdet.* 1443. Nouissimè verò veniunt, &c. *Non Sponsum, sed Dominum dicunt. Non enim illum nominabāt vocabulo amoris, sed honoris.* 2770 Amen dico vobis, &c. *Ac si nihil fuissent, ne essent, nec futura forent, cùm eas nescire dicit sapiens, qui præterita, & præsentia, & futura cognoscit.* 718. Vigilate, &c. *Vigilet quisque ad veniam, ne si iterum per culpam dormiat, æterno sopore prematur.* 1019.

DE SANCTA VRSVLA, & Socijs. *Matth* 25.

Concio secunda per assumpta.

Intrauerunt cum eo ad nuptias.

Assumptum vnicum.

Christus in Vrsula, Socijsque triumphat.

Principium triumphi facit Gabriel ferēs vexillū, in quo scriptum legitur. Virginum, martyrumq; triumphus. Missus est Angelus Gabriel ad Virginem, &c. *Luc.* 1. *Arnol.* Hanc gloriam virginitas promeretur. Imò tota militiæ cœlestis multitudo cognato cælibatui reuerentiam exhibet. *Tuba hic Angelus virgines suscitat.* Clamor factus est. *D. Bernar.* Clamorem prudentibus virginibus omni modulamine dulciorē. *Lictores tres. Primus Ioseph virgæ sceptro.* Donec offerret illi sceptrum regni. *Sap.* 10. *Aldhelmus.* Ioseph in pulcherrimo pubertatis decore cum palma virginitatis aufugit. Deus pro continentia eidem florentis imperij moderamen commisit. *Ostendit Ioseph virgines cum palmis triumphātes omnes esse reginas. Secundus lictor Hieremias.* Virgam vigilantem ego video. *c.* 1. *Vigilabat, dum virgam vigilantem inspectabat, & ideò virginitatem conseruabat. Theodor.* Hieremias à Deo ad prædicandum missus virgo fuit, vt expeditiùs predicaret. *Offert virgam vigilantem cuilibet virgini, vt ostendat quamlibet vigilasse. Tertius lictor, discipulus dilectus cum arundine aurea.* Mēsus est ciuitatem arūdine aurea. *Apoc.* 21. *Custos arcæ virginalis ob puritatem, de quo Arnoldus.* Solus illud diuinę legis scriniū pontifex designatus obseruat, qui illustris animę puritatem hoc singulari titulo decorauit. *Offert virgam virginibus, vt illarum quodlibet milliarium cælum vnum ex vndecim pro arcu sui triumphi metiretur.*

Simulachrum Iouis ab equo, & simulachrum Dianæ à mulo per terram trahuntur ante currum triumphalem, iuxta illud. Equus, & mulus, quibus non est intellectus. *Psal.* 31. *Iouē deum, Dianam deam in adulterio venerabatur gentilitas; vt sic & vir quilibet, & quælibet fœmina ad libidinem prouocaretur. D. August.* Vt se excitet ad libidinem, quasi cælesti magisterio. *At virgines sanctæ à Christo, & à Virgine Maria discunt puritatem. D. Ansel.* Ineffabili gratulatur tripudio rector cœ

Ii

li cùm gratiæ filias viderit in gymnasio exerceri. *Et D. Amb.* Primus discendi ardor nobilitas est magistri. Quid nobilius Dei matre?

Ibant ante duces onerati colla catenis, *vt cecinit Dauid. Ibant in hoc triumpho vndecim millia dæmonum.* Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis. *Ps. 90. Tota huius victoria gloria vni referatur Spõso, vt tota olim debebat Dauidi referri; & non cum Saule diuidi à dicentibus.* Percussit Saul mille, & Dauid decem millia. *1. Reg. 18. Quandoquidem solus Dominus, & seruator debebat appellari. D. Chrysost.* Par erat hunc ornare titulo domini; in columnis inscribi, & seruatorem appellare.

Præferebantur picturæ rerum, quæ gestæ sunt, *teste Appiano. In prima pictura apparet quælibet virgo, dum à patre, & à parentibus discedit; iuxta illud.* Audi filia, obliuiscere populum tuum, &c. *Psalm. 44. Talis Vrsula, quam sequuntur aliæ.* Adducentur regi virgines post eam. *De his Tertul.* Speciosæ Deo, illum diebus, & noctibus tractant, orationes suas velut dotes Dño assignant. *Princeps Vrsula ducitur ad Christum sponsum, qualis Rebecca ad Isaac.* Igitur Rebecca, & puellæ illius ascensis camelis secutæ sunt virum. *Gen. 24. Abul.* Ad matrimonium copulanda sola mitti non debebat, maxime cùm copularetur viro tam potenti, scilicet Isaac.

In secunda pictura visuntur virgines in nauibus, quibus ad portum regni ducerentur. Non enim naues istæ veri, & purissimi Salomonis conterenda erant; vt naues impuri Salomonis; iuxta illud. In spiritu vehementi cõteres naues Tharsis. *Psal. 47. D. Hieron.* Quia peccauerat deditus voluptati gentium amãs fœminas, legitur in Ps. In spiritu vehementi, &c. *Qualis et ex nostris virginibus nauem trahere posset vnam, vt olim Claudia, de qua D. Hieron.* Claudia virgo vestalis ad comprobãdam pudicitiam suam refertur cingulo traxisse nauim, quã multa millia hominum trahere nequiuerunt.

In tertia pictura apparent armatæ virgines. Diuus Hieron. Antiquitas virgines pinxit armatas. *Vnde sic ad Demetriadem.* Assume scutum fidei, loricam iustitiæ, & galeã salutis, & procede in prælium, habet & pudicitia seruata martyrium suum. *Omnes facies velauerunt, ne à barbaris possent videri. Tert.* Pura virginitas confugit ad velamen capitis, quasi ad galeam. *Quæ libet enim ab sponso diuino solùm inspectari volebat. D. Basil.* Serenus esse debet virginis animus, ita vt in lucidissimo speculo solus sponsus in ea propriam cernat imaginem. *Specula Christi, & Christo dicatæ erant virgines, quæ alia specula Christo dicauerant; vt olim aliæ virgines, quæ Deo militauant, iuxta illud.* Fecit Beseel labrum de speculis mulierum militãtium. *Exod. 38. D. Amb.* In Maria tamquam in speculo refulget species castitatis. *Infert vt ceteræ conuertãtur.* Abijciant ergo virgines vitrea specula, quæ vitreæ inseruiũt carnis pulchritudini, speculum sibi proponant æternum, quod æterne inseruiat mentis venustati. Ad illius conspectu mores suos comant, animam ornent, vitamque componant. *Hoc speculo vtantur pro scuto, quo verius, quàm olim virgines scuto vitreo Mineruæ, inuisibiles fiebant.*

In quarta pictura videntur virgines decertare bello periculoso, secundùm D. Aug. Inter omnia Christianorum certamina, sola duriora sunt prælia castitatis. *Qualis et sponso dicebat Dux virginũ ita in mea tu es. Esterem. 3. D. Viegas.* Quia sponsarum suarũ virginitatem seruat, & tamquã dux vexillum erigit castitatis. *Lacedæmoniæ virgines quinquaginta pro seruanda puritate occubuere, de quibus D. Hieron.* De tanto numero ad stuprum nulla consensit, sed omnes libentissimè pro pudicitia occubuere. *Maior numerus nostrarum virginum, quæ omnes pro virginitate martyriũ subiere; vna enim Cordula bis triumphauit, semel fugiendo, iterũ moriendo. Vnde de omnibus id, quod de alijs dixit D. Ambr. dicere possumus.* In huiusmodi acie fœminæ decertarũt, ac tropheis insignibus claruerunt.

Ducitur in triumpho rex victus, vt olim Perseus in triumpho Pauli Æmilij, Peccatum libidinis horrendum mõstrum regali indutum habitu, quod tamen non regnauit in virginibus. Non regnet in vestro mortali corpore peccatum. *Ad Hebr. 6. D. Basil.* Græcorum sapientes, tũ voluptatis multiplicitatẽ, tum pugnam aduersùs animam per fabulosum figmentum nobis insinuantes hydram voluptatem continxerũt. *Vnus ducitur, vt Agag in triumpho Saulis.* Apprehendit Agag regem viuum. *1. Reg. 15. Abul.* Ad iactandum triumphum. Præibat imperatorem, cytharistarum chorus (*Teste Tullingero*) vocem, quam audiui, sicut cythariodorum cytharizantium in cytharis suis. *Apoc. 14. D. Viegas.* Tam insig-

insignes cythar edi sunt virgines; & tam canoras voces habent; vt vel ipsi superni spiritus nequeant cum illis de cōcentu musicæ contendere. *D. Vrsula, vt Maria olim præcinebat.* Quibus præcinebat. *Exod. 15. D. Amb.* Maria pudore virgineo choros ducit. *Huc pertinet illud.* Quid videbis in Salamitide nisi choros castrorum? *Cant. 7. Theod.* Sponsa multis ex sanctis conflata chorus existit diuinas laudes in ore gerens. *Currus tandem apparet triumphalis ex vndecim millibus virginibus constitutus, iuxta illud.* Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætātium, Dominus in eis. *Psal. 67. Euthym.* Sunt currus Dei quicunque fidei habenas susceperunt. *Visitur in sublimitate currus a dextris Sponsi D. Vrsula, vt regina.* Astitit regina à dextris tuis. *Ps. 44. cui, & socijs comitata multis virginibus occurrit Virgo virginum, vt testatur D. Amb.* Quātis illa virginibus occurrit. Eas ipse Dominus commendabit Patri, &c. *Deuotio harum virginum impletur, dum per dies singulos anni, triginta salutationes Angelicæ, & in die festo illarum octoginta recitantur, sic enim fiunt salutationes vndecim millie.*

DE FESTO OMNIVM Sanctorum. *Matt. 5.*

Concio prima per commentaria.

Videns Iesus, &c. *Vt ostenderet hominibus illis multitudinis beatos, quos sibi in cælo sumere t intercessores, & quorum in terra esse deberent imitatores. Sic D. Bern.* Vt quorū delectamur precōnijs, subleuemur patrocinijs. Vt quos solemni veneratione prosequimur, etiam simili conuersatione sequamur.

Beati pauperes, &c. *Pauper vnus rex intercessor pro regibus tribus.* Iob seruus meus orabit pro vobis: faciem eius suscipiam. *Iob cap. 42. D. Amb.* Dominus cùm à tribus regibus offensus esset, ignoscere his per amicum maluit, vt amicitiæ suffragium, remissio fieret peccatorum. *Citat illud Christi Domini.* Facite vobis amicos de mamona. *Luc. 16. Reges sunt in cælo pauperes, hos quisq; sibi faciat amicos, vt habeat sibi patronos; ad remissionem culpæ obtinendam.*

Beati mites, &c. *Intercessor vnus mitis apud Deum Samuel.* Absit à me hoc peccatum, vt cessem orare pro vobis. *1. Reg. 12. id populus certum existimabat.* Nec cesses clamare pro nobis. *1. Reg. 12. Vnde Dominus.* Si Samuel steterit corā me, nō est anima mea ad populum illum. *Impossibilem manifestam placationem, non placandus per Samuelis intercessionem. D. Greg.* Ex principatu eijcitur, & tamen petitus, vt oraret, fatetur dicens: Absit à me, &c. *Quid non assequitur Beati mites?* Beati, qui lugent, &c. *Intercessor cum lacrymis apud Deum Moyses, cui Deus.* Quid clamas ad me? *Exod. 14. D. Hieron.* Cùm penitùs vox Moysi nulla præcesserit. Verùm compunctum cor, & pro populo lacrymatur ingemiscens, scriptura clamorem vocauit. *Qualis erit clamor ingentium.*

Beati, qui esuriunt, & sitiunt. *Intercessor iustus vnus apud Deum; vt Noe. ad quem Deus.* Inueni te iustum coram me. *Noe vir iustus. Gen. 6. D. Chrysost.* Consuetudo enim misericordis Dei est, honorem hunc dare seruis suis, vt propter eos saluentur, & alij in honorem iusti. *Quid non assequētur tot iusti?* Beati misericordes, &c. *Intercessor Abraham compassiuus. 2327. 2010. 2568. 2569.* Beati mundo corde. *Intercessor purus, vt Ioannes.* Quem diligebat Iesus. *Ioan. 21. D. Hieron.* Virgo permāsit, ideò plus amatur à Deo. *Illum Petrum intercessorem assumpsit, vt sciret quisnā esset traditor. Idem D. Hieron.* Petrus interrogare non audet, Ioannem rogat, vt interroget. *Quot pueri, tot intercessores.* Beati pacifici. *Intercessor Aaron. 18. 24. 53.* Beati, qui persecutionē patiuntur, &c. *Intercessor Elias patiens persequutionē. 2921. 2923. 2995.* Beati pauperes. *Pauper imitandus; qualis Eliseus.* Viuit Dñs, ante quem sto, quia non accipiam, cūq; vim faceret, penitùs non acquieuit. *4. Reg. 5. abul.* Quia Eliseus erat Princeps prophetarum, & pertinebat ad modestiam suam abstinere ab illo munere, vt exemplo eos erudiret. Beati mites. *Mitis imitandus, qualis Dauid.* Semei maledicebat, mittebatque lapides contra Dauid. *2. Reg. 15. 1336. 1340. 1343. 1344. 1345. 1348.* Beati, qui lugent. *Imitandus, qui luget, qualis Esdras.* Esdra flēte, fleuit populus fletu magno. *1. Esdr. 10. Beda.* Flente Esdra, sequitur fleuit populus, fusis lacrymis plurimorum mētes ad pœnitentiam conuertit.

Beati

Beati, qui esuriunt, &c. *Imitandus iustus, qualis Daniel.* Inter eos Daniel. *cap. 1. Et quare permisit Deus, vt inter captiuos hic iustus duceretur? Theod.* Vt exemplum haberent, quod propriæ ipsos virtutis cōmonifaceret. Beati misericordes, &c. *Imitandus misericors, qualis Ioseph. Cum Semei vellet assequi misericordiam à Dauide sic effatur.* Hodie primus veni de domo Ioseph. *2. Reg. 19. Rabbi Salom.* Ad significandum quod deberet parcere ei, quia quamquam fratres Ioseph offendissent eum, misericorditer illis respondit, cúm veniam peterent. Beati mundo corde. *Imitandus Apost. Paulus.* Volo omnes vos esse sicut me ipsum. *1. Cor. 7. Theodoret.* Archetypum exēplar excitat; se ipsum autem exemplar proposuit, suæ castitatis thesaurum nobis reuelare coactus.

Beati pacifici. *Pacificus imitandus, vt Isaac.* Factum est iurgium inter pastores, &c. & vocauit nomen loci illius calūniam. *Gen. 26. D. Chrysost.* Erat postea quasi in columna ærea posteris nomen loci doctrina mansuetudinis iusti. *Lipom.* Posteritati causam firmat seruandæ pacis.

Beati, qui persequutionem, &c. *Imitandus est Eleazarus.* Exemplum adolescentibus forte relinquam, si pro lege honesta morte perfungar. *2. Machab. 7. Diuus Greg. Naz.* Eleazarus occurrit ad faustū certaminis præludium loquens pariter, & tacens exhortatio, septemq; insuper filios offerens institutionis suæ fructum. *Filios dicit, quos suo exemplo instituerat patientes.*

IN FESTO OMNIVM Sanctorum. *Matt. 5.*

Concio secunda per assumpta.

Merces vestra copiosa, &c.

Tela. De prælio reuertentes ciuitas cœlestis excipit, & de hoste prostrato trophæa ferentibus occurrit.

Assumptum vnicum.

Applausus triumphalis.

Deus suis in sanctis triumphat.

Lictor primus, Iacob cum baculo. Reuertere in terram patruum tuorum. *Gen. 31. Diuus Ambros.* Dum Iacob agnoscimus, velut quendam nobis innocentiæ tramitem virtute illius reseratum imitātibus vestigijs prosequamur. *Beda loquens de octo beatitudinibus.* Hæc sunt vestigia, quæ nobis sancti reuertentes in patriam reliquerunt, vt illorum semitis inhærētes sequeremur ad gaudia. *Lictor secundus, Moyses cum virga, dicens.* Aperiet Dominus thesaurum suum optimum cœlum. *Deut. 28.* Aperiens os suum. *Matth. 5. D. Cromatius.* Aperite cordis vestri thesauros, atque emite beatitudines margaritas. *Sunt octo beatitudines margaritæ octo in ore Christi, sunt, & in corde nostro. Lictor tertius, Ioannes cum arundine aurea.* Habebat mensuram arundinem auream. *Apoc. 21. Lyra.* Significantur diuersi gradus gloriæ secundùm hominum merita. *D. Cromatius.* Nūdina spiritualis, offeramus spiritus paupertatem, vt accipiamus cælestis regni veritatem, offeramus mansuetudinem, & possideamus paradisum, &c. *Sunt in hac nundina octo beatitudines merces emendæ per virtutes, vt per pretia violēter ciuitas empirei videatur capta.*

Regnum cœlorum vim patitur, & violenti capiūt illud. *Matth. 11. Per scalam octo graduum. D. Bern. loquens de scala Iacob, & de octo beatitudinibus.* Erecta ante oculos vestros scala, per quam vniuersus, quem hodie veneramur sanctorum chorus ascendit. *Ser. 2. Gradus octo scalæ, octo beatitudines sunt.* Prætereuehūtur picturæ rerū, quæ gestæ sunt. *Teste Appiano.* Et erunt simul tabulę octo. *Exod. 26. In tabernaculo. In his potest depingi Sanctus sanctorum cum suis sanctis. In prima, in figura Regis coronātis sanctos, vt reges; imponens eis è capite suo coronas, quas multas habet.* In capite eius diademata multa. *Apoc. 19.* Vt scilicet regnantes cum ipso reges faceret. *Teste Ioan. Lopez Episcope. Titulus huius tabulæ sit.* Ipsorum est regnum cœlorum. *In secūda, in figura Ducis distribuentis sortes terræ; qualis Iosue.* Diuisit illis terram. *cap. 8. Hier.* Non terram Iudæ, sed terram viuentiū.

Titulus

Titulus tabulæ fit. Possidebunt terram. *In 3. in figura Amici abstergentis amicorum lacrymas.* Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum. *cap. 7. & 21. Lyra.* Nam vltra non habebunt aliquam tristitię materiā, sed plenam, & perfectā cōsolationem. *Titulus tabulæ fit.* Consolabūtur. *In 4. in figura Principis liberalioris Assuero; qui* Fecit grande conuiuium, cunctis principibus. *Esther c. 1. D. Bern.* Mendici sumus cupientes saturari de micis, quę cadunt de mensa dominorū, quorū celebramus hodie solēnitatem. *Titulus fit.* Saturabuntur. *In 5. in figura iudicis, qualem vidit Daniel.* Iudicium sedit. *c. 7. Iudex tamen apud quem tot sunt aduocati non timendus. D. P. Dam.* Omnes sancti sunt aduocati, quos apud iudicem habemus; pro quo nisi intercesserint, sententiam non timet capitalē. *Titulus fit:* Misericordiā consequētur. *In 6. in figura magistri.* Erūt oculi tui vidētes pręceptorē tuū. *Isai. 30 D. Aug.* Natus de virgine matre, tantam authoritatē magisterij meruisse videbatur. *lib. 7. c. 19. ac si esset quia purus magister. Titulus tabulæ fit.* Deum videbunt. *In 7. in figura Patris.* Ecce quomodò cōputati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorū est. *Sap. 5. D. Greg. Naz.* Scimus pacificis tantā promissam esse beatitudinē, vt isti in ordine seruandorū, filij appellentur. *Titulus fit.* Filij Dei vocabuntur. *In 8. in figura imperatoris triumphantis, qui visus fuit ab Esdra.* Vidi in monte Sion turbam magnā, & in medio eorū erat iuuenis eminentior omnibus illis, & singulis eorum capitibus imponebat coronas, & magis exaltabatur. *Beda.* Quàm grandis sanctorū lætitia, cū Dñs in regno Patris sui cœperit regna cœlorū veritate suæ pollicitationis aperire. *Titulus tabulæ.* Ipsorum est regnum cœlorum.

Præibat chorus imperatorem. Triplex auditur in hoc triumpho chorus primus ex octo sanctis legis naturalis: secundus ex octo legis scriptæ: tertius ex octo legis gratiæ; canentes: Sāctus, sanctus, sanctus. *D. Amb.* Beatitudines octo S. Matthæus posuit, & in illis octo misticū numerū reseruauit. *Octauo igitur tono canunt hi viginti quatuor cātores per gradus octo. Vndè D. P. Dam.* Canta canticum graduū, & gradatim ascende. *Deferebātur in Romano triūpho mensæ, vt testatur Tiraquellus de triūpho Cnei Manlij.* Abacos, & inclinia detulit. *In nostro triūpho erunt octo; iuxta illud Ezechiel.* Octo mēsæ erāt super quas immolabant. *c. 40. Victimæ verò erant vituli, quos auratis cornibus tulit Diocletianus, teste Pompeio: & in nostro triumpho octo erūt iuxta illud Num. 29.* Offeretis vitulos octo, *corpora sāctorū significātes.* Vniuersus exercitus currū imperatoris per cohortes sequutus, *ait Plin.* Ex te mihi egredietur dominator. *Mich. 5. & D. Mat.* Ex te enim egredietur dux. *Octo cohortes cum octo ducibus, quos Deus promiserat.* Suscitabimus octo primates homines. *Mich. 5. E cœlo si opus sit, venient ad auxilium nostrum beati.* Ipse imperator (*vt dicit Cæsar Bulling*) inuehitur curru picturato. *Potest hic habere octo gradus, tot habebat ascensus tēpli.* Octo gradus ascensus eius. *Ezech. 40 qui significare possunt virtutes octo ad octo beatitudines obtinendas. Villalpand*, Triūphās describitur Deus in curru. *D. Cornelius.* Currus hic significat triumphum beatorum. *Secum fert Christus triumphās virginem matrem in ipso curru triumphali, &c.*

DE S. XAVERIO.
Luc. 12.

Concio prima per commentaria.

Vide supra Concionem primam de D. Gonzaga.

DE S. XAVERIO.
Luc. 12.

Concio secunda per assumpta.

Et vos similes hominibus.

Assumptum vnicum.

Sanctus Xauerius homo solùm assimilatione: Deus autem participatione.

D. Pau-

D. Paulinus ad illud: Ego dixi: Dij estis. *Psal.* 81. Sic honori suo implicans suos, quantum in ipso est, omnibus dixit: Dij estis. *Vnde est illud*: Deus stetit in synagoga deorum. *Ps.* 81. *Tert.* Necesse est, vt cõcedatis esse aliquẽ superiorem Deum, qui ex hominibus deos fecerit. *Seruos suos non homines, sed deos similes hominibus esse desiderat, iuxta illud*: Dij similes hominibus descenderunt ad nos. *Act.* 14. *Lyra.* Credebant eos de cœlo descendisse humana effigie.

Puer autẽ Samuel placebat tam Deo, quàm hominibus. 1. *Reg.* 2. *D. Cyril. Alex.* Diuinus Samuel. *De Samuele sic loquitur Philo*: Non tam hominem, quã vitę genus afflatum diuinitus, & extra se raptũ numine. *P. Mendoça*: Placebat, &c. Mente scilicet, & corpore immaculatus, vt illa diuinos oculos, hoc humanos ad se trahere videretur. *De Xauerio sic A. eius vita*: Erat in eo rara indoles animi, egregia corporis forma, nec mortalibus charior, quã cœlestibus. *Diuinus potest Xauerius appellari, & humanus placẽs hominibus assimilatione, Deo participatione.*

Ioseph: Decorus aspectu. *Gen.* 39. *D. August.* Pulchrior Ioseph erat intus, quàm foris. Intuens ergo interiorem pulchritudinẽ castitatis in speculo conscientiæ suę, quãdo illã maculari permitteret. *Ad illud*: Relicto pallio fugit. *Sic ait D. Amb.* Expoliauit se potiùs, quàm nudauit, expolians se veterem hominem, vt indueret nouũ secundũ imaginem creatoris. *Talis Xauerius, de quo A. eius vita*: Præclara specie adolescens singulari Dei beneficio virginalis integritatis florem intactum, illibatumq; seruauit. *Semper sine pallio ambulabat, & etiam in somno occasioni libidinis, resistebat vsq; ad sanguinis effusionẽ, iuxta illud D. Aug. lib. 10. conf. c. 30.* Sępè etiam in somnis resistimus, nullũ illecebris adhibemus assensum. *Deinde sic loquitur Deo.* Nũquid nõ potẽs est manus tua lasciuos motus etiam mei soporis extinguere?

Princeps Dei es apud nos. *Gen.* 23. *D. Chrys.* Quasi factus ab humana natura alienus posponendã docens diuinis præceptis omnem affectionem. *Et Caiet.* Fulgebat &c. *n.* 2609. *Talis Xauerius, apud Iapones, à quibus, Deus, appellabatur eò, quòd hoc vocabulum ipsis inauditum antea, sæpè pronũciaret; sed qui per imitationem virtutis, vel vt alter Abraham Deus posset nominari.* Iste cæpit inuocare nomen Dñi. *Gen.* 4. *Enos, de quo Eusch.* Hic sperauit inuocari nomine Dñi, hoc est Deus dici. *D. Chrysost.* Vidisti appellationẽ diademate clariorẽ; inuocatione Dei ornatur. *Talis Xauerius Iesu se eius diuino nomine coronatus. n.* 31.

Fuit homo missus â Deo. *Ioan.* 1. *Rupert. de Baptista*: Sic nominatus homo fuit multũ suspiciendus longè dissimilis hominib⁹ multis. *Quid mirum, si hominibus dissimilis erat, qui Deo similis apparebat. Talis Xauerius legatus à Pontifice, & missus ad Indos.* Paulus Apostolus. 2. *Cor.* 1. *Et alibi*: Fratres sancti vocationis cœlestis participes considerate Apostolũ Iesum. *Ad Hebr.* 3. *& alibi*: Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem filij eius Iesu. 1. *Cor.* 1. *D. Cyrill.* Cogita in quantam proueheris dignitatem, cùm diuinę eris futurus particeps appellationis. *Apostolus Iesus Paulo dedit Apostoli nomen, sic & Xauerio, & iste socijs Societatis Iesu, quos Apostolos fecit in Lusitania nominari*: Ingredere in arcam. *Gen.* 6. Noe (*teste D. Chrys.*) sic versabatur in graui illo carcere, sicut nos in pratis, & nemoribus. Præceptum Dñi difficilia facilia sibi videri faciebat. *Noe interpretatur*, Requies, *Vnde dixit Rorb.* Apposité illi nomen est impositũ, scilicet Requies, vt in quo Deus defessus requieuerit. *Quasi verò corpus Noe esset humanũ, spiritus verò in eo esset diuinus, vt in Xauerio; dum nauigaret ad Indos.*

Qui separauerit pretiosum à vili, quasi os meum erit. *Hierem.* 15. *D. Chrysost.* Qui ab errore ad veritatem manu duxerit, vel à peccato ad virtutẽ proximum induxerit me imitabitur. *Sic Hieremias, sic Xauerius. Referantur conuersiones à Xauerio facta innumerabiles.* Vocabant Barnabam Iouem. *Act.* 14. *D. Hieron.* Cùm audissent Barnabam loqui linguis suis, Deum in hominẽ conuersum esse credebãt. *Quod Lycaonij de Barnaba, hoc gentiles de Xauerio cogitarent; dum illum linguis diuersis prædicantẽ audirẽt.*

Ego constitui te Deum. *Exod.* 7. *D. Chrysost.* Fit Moyses Deus, & ad triũphos suos militare sibi omnia mãdat elemẽta. *Referãtur miracula edita à Xauerio in omnibus elemẽtis.* Tũc rex adorauit Danielẽ. *c.* 2. *S. Hieron.* Seruum Dei quasi Deũ adorauerat. *Nec mirũ, quia futura prædixerat, iuxta illud*: Annũciate quæ ventura sunt nobis, & sciemus, quia dij estis vos. *Isai.* 41. *Tert.* Idoneũ opinor testimoniũ diuinitatis, veritas diuinationis. *Prophetia Xauerij enarretur*; Vir erat in terra Hus nomine Iob, *cap.*

cap. 1. Ne quis (*ait Chrysost.*) ad agonis sublimitatem respiciens, putaret nõ humanam, sed peregrinã esse naturam, describit naturã. Vir erat, &c. *Et Tert.* Quale in illo viro feretrum Deus de diabolo extruxit? Quale vexillũ de inimico gloriæ suæ extulit? *Multa à diabolo passus Xauerius, qui de illo gloriosè semper triumphauit, etiam per pueros doctrinæ.* Vt omnia, quæ habere poterat, quotidie captiuis fratribus impertiret. *Tobias c. 1. Ita benignus erat, accepit consilium, quod postea principi suo dabat. D. Greg. Naz.* Licet tibi nullo labore fieri Deum pro omnibus vnam affer benignitatẽ. *Vndè dixit Chrysost.* Nihil certè nos ad similitudinem Dei sic effert, atque extollit, quemadmodũ libera benefica, ac copiosa collatio. *Referãtur eleemosinæ à Xauerio factæ, etiam miraculosæ, qui vt largiores faceret à Regina Catharina illud, quod ex India ad calceamenta, accipere solebat annis singulis, per epistolam pauperibus erogandum postulauit.*

Et non erit homo, cùm ingreditur tabernaculum pontifex. *Leu. 16. D. Cyril. Alex.* Quomodò non erit homo? Erit ille, super quem sermo complebitur. Ego dixi: Dij estis. *Talis Xauerius accedens ad altare.* Ecce currus, & ascendit Elias. *4. Reg. 6. Rup.* Elias homo erat, & non Deus, curru indiguit. *Xauerius vt ex vno ad alium locum etiam super mare transmearet, curru non indigebat: ergo plusquam homo, imo Deus, qui super pennas ventorum ambularet, apparebat.* Nunquid Deus ego sum. *4. Reg. 5. sic dicebat; Rex Israel excusando se à conferenda sanitate Naamano leproso: leprosos curare diuinæ potentiæ est. Vndè Tertul. de Christo.* Cùm ille verbo leprosos curaret ostentendens se se verbum Dei. *Leprosos multos curauit Xauerius. Tres mortuos ad vitam Christus reuocauit. D. Chrysost.* Miraculis effulgebat, vt eos ad cognoscendam diuinitatem eius attraheret. *Et Tertul.* Cũ ille mortuos verbo redderet vitæ, ostendens se eundem, qui omnia verbo faceret, & fecisset. *Xauerius viginti quinque mortuos suscitauit, vt dicitur in actis eius canonizationis.*

Filij Dei. *Gen. 6. id est, Filij Seth. D. Cyrillus.* Nominatus est Deus omnis virtutis existens studiosus. *Exempla aliqua aliarum virtutum Xauerij perstringatur.* Enoch ambulauit cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Deus. *Gen. 5. Borb. iuxta aliã literam.* Et non ipse. Quippe cũ Deo ambulans in Deum tandem fuerat trãsmutatus. *De illo Tert.* Æternitatis candidat ab omni dãno, ab omni iniuria, & contumelia immunitatem carnis edisçit. *Vndè non in sudore vescitur pane. Gen. 3. D. Chrysost.* Vult Deus reuocare sententiã, quã cõtra Adam protulit. *Applicetur hæc Xauerio pro illo Christus sudorem emisit.* Vidès quod sic clamans expirasset, ait: Vere Filius Dei erat iste. *Marc. 15. Tert.* Nam spiritum spontè demisit. *Sic Xauerius in morte.* Miserabili voce ter subclamauit: Væ tibi, væ tibi, væ tibi *Iuuenẽ quendam sibi assistentẽ alloquens, qui postea globo aneo dũ libidinosè viuerit, perijsse refertur.*

DE S. STEPHANO.

Matt. 23.

Concio prima per commentaria.

Ecce ego, &c. *Multam emphasim habet hoc pronomen, Ego, indicat beneficia ab eo, qui loquitur exhibita,* 1952. Mitto ad vos, &c. *Tria hominum genera misit indicans circa populum curam Trinitatis.* 492. Occidetis. *Illos, qui quia mortem contemnent vestra præcepta vilipendent,* 40. Et crucifigetis *Eos, qui se ipsis mundo esse crucifixos, ducebant.* 2405. 2720. Flagellabitis *Eos, qui maiorẽ de culpis, quã de pœnis habebant dolorẽ,* 2722. Et persequemini de ciuitate in, &c. *Sed qui hominem habuerit persequutorem, me Deum habebit prosequutorẽ.* 2711. Vt veniat super vos, &c. *Martyr quilibet emit sanguine iustũ vocabulum.* 611. A sanguine Abel iusti *Qui primus inter martyres proponitur.* 627. 628. 629. Vsque ad sanguinem, &c. *Cæteris libet omnium iusti sanguiñ, sicut &c. Christi cõtia d. fortiores clamabit,* 707.

Amen dico vobis, &c. *Minas facit, ne cogetur inferre pœnas* 1830. Ierusalem, Ierusalem. *Bis vocat, vt plenè audiat, ne repetet se fortè vocatam.* 1760. Occidis prophetas. *Qui tibi veritatem prædicant, tam soluspropheta mundus esset occidendus.* 508. Et lapidas eos, &c. *Cùm vos potiùs lapidibus impetit, mereatis, Est enim quilibet lapideus meritò lapidandus.* 2762. Quoties volui, &c *Vt vos mecum in cælum volans eleuarem.* 2427. Sub alas. *Sub quibus vobis esset, & refugium, & refrigerium.* 135.

Ecce relinquetur, &c. *Sine præsentia Dei, qui vos contra hostes posset armare, eosq; debilitare.* 640. Dico enim vobis, &c. *Neq; ego vos videbo, peccatores namque post tergum habeo, non ante oculos pono.* 3122. Benedictus, qui venit, &c. *Non enim Christus minùs benedictus dici debet, eò quòd descendens è cælo venerit, accipiēdo nostram humanitatem, quàm eò quòd ascenderet dādo nobis suam deitatem.* 532.

DE S. STEPHANO. Matth. 23.

Concio prima per commentaria.

Lapidas eos, qui ad te missi sunt.

D. P. Dam. Ad illud: Ecce video cœlos, &c. *Act. 6.* Surgit Rex, & triumphatorio certamini assistit, curramus ad spectaculū, ad quod currit. *Hoc spectaculum Dominus præuidebat cùm dicebat:* Et lapidas eos, &c.

Assumptum vnicum.

Spectaculum Deo, B. Stephanus æquiparandum habitis in tribus temporibus trium legum.

In tempore legis naturalis. Spectaculum fuit Deo Abel. 597. 633. 666. 680. 698. 710. 727. 730. *De quo D. Bernar.* Profectò respexit Dominus ad Abel ob alacritatis calorem, auertit faciem à Cain, quia ceciderat facies eius, vtique tristitia, & liuore. *[…]* 7 1. *in Cant. Spectaculum Abrahā.* 698. 2124. 2519. 2561. 2578. 1838. *Spectaculum, Isaac.* 2637. 1758. 1700. 1801. *Spectaculum, Iacob:* Et Dominus innixus scalæ. *Gen. 28. D. Bern.* Dominus quippe de sumitate scalę prospiciebat, vt videret, si est intelligens, aut requirens Deū super terram. *D. Chrysost.* Videt animam præsentia non magni facientem. *Spectaculum, Ioseph.* Decorus aspectu. *Gen. 49. Tert.* Hæc sunt spectacula Christianorū. Aspice impudicitiam deiectam à castitate. *Talis B. Stephanus, cui omnia, quæ de his dicuntur, possunt aptari.*

In tempore legis scriptæ. Spectaculum Deo fuit Aaron. 37. *et Gedeon.* Respexitque ad eum Dominus. *Iud. 6. Montanus.* Tametsi intergentis suę corruptos mores versaretur, antiquæ reipublicæ felicia desiderabat exempla, huiusmodi officia sibi gratā esse Deus ipse declarauit, quòd in eū respexit. *Dauid.* Qui timent te videbūt me, quia in verbis tuis supersperaui. *Ps. 118. D. Amb.* Pretiosum est videre virū iustum, vt videas eum secundùm imaginem Dei. *Diuinum erat simulachrum aspectu dignum. Elias.* Viuit Dominus, in cuius conspectu sto. *3. Reg 17. D. Hieron.* Elias talem se præbere cupiebat, qualem sciebat dignum Dei esse conspectibus, paratum obedire voluntati eius. *Hieremia.* Tu Domine, qui vides cor. *cap. 20.* Factus est in corde meo, quasi ignis æstuās. *D. Amb.* Ignis, qui secretos inflammaret affectus, hic est ignis, qui ardet ante Dominum. Leu. 6. Nisi enim quis flagrantiam deuotionis susceperit præsentiam Domini habere non poterit. *Aptatur B. Stephano.*

In tempore legis gratiæ. Fuit spectaculum Deo Nathanael. Ecce verè Israelita, & cùm esses sub ficu vidi te. *Ioan. 1. Rup.* Dignum vtique spectaculo eum esse significat, dicendo: Ecce. Princeps, qui accessit ad Christum, & dixit: Magister, quid faciam, &c. *Marc. 10.* Iesus autē intuitus eum, dilexit eum. *Principem eum vocat. D. Lucas.* Quidam princeps. *cap. 8. Gloss. interl.* Intuitus est intima cordis eius. *Lyr.* Propter bonam conuersationem suam præteritam ostendit ei vultum amicabilem. *Spectaculum Deo fuit D. Paulus.* Spectaculum facti sumus. *1. Cor. 4. D. Hier.* Paulus factus theatrum habitum in diuersas figuras vertebat. *Accommodantur B. Stephano. Tert.* Tu mihi scenas suspiras, spectacula Christianorum sancta, perpetua, gratuita. *lib. de spect. & D. Cyprian.* Sacris literis incumbat Christianus, ibi inueniet condigna fidei spectacula.

INDEX
PERSONARVM, TAM EX PROFESSO, QVAM EX OBLIQVO

ingredientium hunc 1. Tomum, indicans numeros marginales, in quibus illarum actiones explicantur in duas partes diuisus.

PRIMA PARS.

Personarum ex professo ingredientium.

Absalon.

Achab.

Acham.

SECVNDA PARS.

Personarum ex obliquo ingredientium

A.


B.

C

D

Thadeus





CONSONANTIA PRIMA.

DE SONIS INDICANTIBVS virorum, ac fæminarum NOMINA INCHOANTIA per literam

A

SONVS PRIMVS

Aaron.

Ex Philone Iudæo.

Nu. 1. Exod. 28. nu. 2. Sap. 18 n. 24. Exod 28. Faciesq; vestem Sanctam Aaron fratri tuo in gloriam, & decorem *n. 2. Philo alludens etiam ad illum locũ sapientiæ* 18. In veste podèris, quam habebat, totus erat orbis terrarum *n.* 24. Admonet Pontificem, ut considerata universi, quã gestat, imagine, vitam præstet a natura non degenerem: deinde, ut operando sacris totum mũdum deprecatorem alleget. Decet enim ut Patris Sacerdos filium eius mundum hunc ad preces, votaque adhibeat. *lib. 2. de Monarch. In vestimento igitur Pontifex Aaron mundum ut Dei filiũ divinis oculis offerebat, ut illius amore divinus Parens, seu Conditor tactus, fusas ad ipsum preces libentiùs exaudiret, & nihil, intercessore filio posset negare.*

2 Exod. 28. nu. 33. *Exod.* 28. Deorsum verò ad pedes eiusdẽ tunicæ per circuitũ quasi mala punica facies ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, mistis in medio tintinnabulis *n.* 33. *Et Exo.* 28. Facies & laminam de auro purissimo; in qua sculpes opere cælaroris, Sanctum Domino. Ligabisque eam vitta hyacinthina, & erit super tiaram, imminens fronti Pontificis. *n.* 36. *&* 37. *Philo utrunque locum considerans.* Tantùm extrema examinabo circa pedes, & caput. Ergo in capite est lamina ex auro puro, & in hac expressum Sanctũ nomen Domini; ad pedes autẽ in fimbria tintinnabula, Exod. 28. nu. 36. & 37.

 & flos

& flosculi; sed ille typus laminæ, idea est idearum, iuxta quam Deus mundum expressit, ipsa intelligibilis, & incorporea: flosculi veró, & tintinnabula signa sunt qualitatum sensibilium, quas visus, & auditus iudicant.

Progreditur sic Philo. Valde autem accuratè subdit, quòd audietur sonus eius intrantis in sancta: vt quādo ad intelligibiles, divinas, veréq; sanctas res intrat anima, sensus quoque á virtute adiuti consonent, & omnia ex quibus constamus, tanquā frequens, & modulatus chorus ex diversis vocibus temperatus unum carmen aptè concinnant, intelligentijs intus præcinentibus (quando in hoc choro principatum tenent intelligibilia) sensibus autem succinentibus, & respondentibus, qui singulis choreas ducētibus sunt similes. *lib. de migrat. Abrah. Chori ergò magister Aaron divinus, & ipse musicus, quatuor elementorum, quasi centorum, voces in Dei laudem resonare iubebat; sed & in se ipso tribus internis, ac spiritualibus potentijs, & quinque externis, & corporalibus concinentibus iucundiorem duplicato choro cantilenam Domino decantabat, dum interioris, & exterioris hominis consonantiam divinis auribus infundebat.*

3 *Exod.* 30. Et deprecabitur Aarō super cornua eius semel per annum, *Exod. 30. nu. 24.*
in sanguine, quod oblatum est pro peccato, & placabit super eo in generationibus vestris, sanctum sanctorum erit Domino *n.* 24. *Philo alludens etiam ad illud sapientiæ* 18. In veste enim poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum *n.* 24. *Sap. 18. n. 24.* Est & tertium huius sacræ vestis mysteriū non prætereundum silentio. Nam alij Sacerdotes tantùm pro familiaribus, amicis, civibusq; solent rem divinam facere: at Iudæorum Pontifex non solúm pro toto humano genere, verúm etiā pro naturæ partibus, terra, aqua, aere, igne precatur, & agit gratias: quippe qui existimat (ut re vera est) mundum suam patriam, solitus supplicationibus ei reddere propitium parentem, conditoremque suum. *lib.* 2. *de monarch. Mundi civis Aaron pro mundo sibi patria Dominum precabatur: neque enim mundum odio Pontifex habebat, sed ipsum, ut natale solum, non tamen sibi, sed Deo, & ad Dei obsequium diligebat.*

Levit. 21. Pontifex, id est, Sacerdos maximus caput suum non discooperiet, *n.* 10. *Philo.* Quòd autem ca- 4 *Levit. 21. n. 10.*
put eius perpetuò mitra tegitur, significat diadema regium, insigne potestatis non summæ quidē, sed proregiæ, alioquin mirificæ. *in lib. de profug. Iure equidē perpetuò Aaronis caput mitra tegi iubebatur, ut se semper Pontifex Dei prorex sancta quadam iactantia ostentaret, nec unquam se vitij mancipiū videri pateretur.*

Ex Tertulliano.

Levitico 8. Statimq; obtulit Aarō, 5
& filios eius, cúmq; lavisset eos, vestivit Pontificē subucula linea, accingens eum baltheo *n.* 6. & 7. *Tertullianus lib. de Idol.* *Leu. 8. n. 6. & 7.* Quæritur an fidelis ad militiam converti possit, & an militia ad fidem admitti? *& infra sic respondit:* Non convenit Sacramēto divino, & humano, signo Christi, & signo diaboli, castris lucis, & castris tenebrarū: non potest una anima duobus deberi Deo, & Cæsari. *Et quasi contra responsionem sic opponit* Et virgam portavit Moyses, fibulam, & Aaron; cingitur loro, & Ioannes, agmen agit, & Iesus Nave, bellavit, & populus, si placet ludere. Quomodò autem bellabit, imò quomodò etiam in pace militabit sine gladio, quem Dominus abstulit? Nam, & si aderāt milites ad Ioannem, & formam observationis acceperant? Si etiā Centurio crediderat? Omnē posteá militem Dominus in Petro exarmando discinxit. Nullus habitus licitus est apud nos illicito actui ascriptus. *c.* 19. *Math. 22. nu. 1. Exod. 3. n. 17. Exod. 28. n. 4.*

Quo in loco alludit Tertullianus ad multa

Math. 3 n. 4. Exod. 17. n. 4 Lucæ. 3 n. 4. Mat. 8. num. 5. Math. 26. nu. 52.

multa Sacræ paginæ loca, videlicet ad Mat. 22. Exod. 3 Exod. 28. Math. 3. Exod. 17. Lucæ 3. Math. 8. Math. 26. Baltheo ergo ornatus inducitur antiquæ legis Sacerdos Summus, quasi novæ militiæ esset dux inauguratus, ex baltheo tamen appensus nullus cernitur gladius. Conceditur ergo ei baltheus: gladius (ut etiam Petro novæ legis Pontifici maximo) denegatur, ut in concesso baltheo honoris militaris symbolo agnoscat sibi à Deo datum bellici decoris ornamentum; & in denegato gladio, sciat sibi ademptum vindicationis propriæ instrumentum.

6

Exod. 28. n. 21.

Exod. 28. Habebuntque nomina filiorum Israel: duodecim nominibus cælabuntur, singuli lapides nominibus singulorum perduodecim tribus *n.* 21. *Tertullianus lib. 4. contra Marcion.* Cur autem duodecim Apostolos elegit, & non alium quemlibet numerum? Ne, & ex hoc meum Christum interpretari possem, non tantùm vocibus Prophetarum, sed & argumentis rerum prædicatum. Huius enim numeri figuras apud Creatorem deprehendo duodecim gemmas in tunica Sacerdotali Aaronis. Totidem enim Apostoli portendebantur, proinde ut gemmæ illuminaturi Sacram Ecclesiæ vestem, quam induit Christus Pontifex Patris *cap.* 13. *Apté equidem, qui enim Patriarcharum duodecim nomina exteriùs supra pectus proferebat ad honorem, ipsorum animas in corde habebat per amorem, quorum enim animas adamabat, etiam nomina honorabat.*

7

Exod. 32. n. 1

Exod. 32. Videns autem populus quòd moram faceret descendendi de môte Moyses, congregatus adversus Aaron, dixit: Surge, fac nobis deos, qui nos præcedant: Moysi enim huic viro, qui nos eduxit de terra Ægypti ignoramus quid acciderit, *n.* 1. *Tertullianus lib. de pati.* An non ipsum quoque Israel per impatientiam semper in Deum deliquisse, manifestum est? Exinde, cū oblitus brachij cælestis, quo Ægyptus afflictationibus fuerat extractus; de Aaron sibi deos duces postulat, cùm in idolum auri sui collationes defundit: tam necessarias enim Moysi cum Domino congredientis impatienter exceperat moras *cap.* 5.

Proh dolor! quis non videat amentiam Iudæorum, aureum vitulum divini exhibendi honoris gratia, non Deum, sed deos appellabant. Exod. 32. Hi sunt dij tui, *n.* 4. *Auferebant enim deitatem à Deo, cui denegabant unitatem.* Moysi enim huic viro. *Moysem virum appellabant, cùm tamen scirent ipsum à Domino Deum nuncupatum Exod.* 7. Constitui te D ū Pharaonis *n.* 1. *Quem enim suorum oblitum existimabant, non Deum, qui suorū immemor esse nequit, sed hominem, in quē cadere potest oblivio, nominabant.* Moysi enim huic viro. *Moysem virum nuncupabant, & tamen illius loco, non unum, sed plures deos sibi fieri exposcebant.* Fac nobis deos, qui nos præcedāt; Moysi enim huic viro. *Tantam enim in uno viro Moyse peritiam ad populū gubernandum agnoscebant, quantam non posset nisi multorum deorum scientia compensare.*

Exod. 32. n. 4

Exod. 7. n. 1.

8

Exod. 32. n. 1

Exod. 32. Fac nobis deos, qui nos præcedant *n* 1. *Tert. lib. adversus Iudæos.* Cùm ex monilibus fæminarum, & anulis virorum aurum fuisset igne conflatum, & processisset eis bubulū caput, huic figmento universus Israel abrelicto Deo, honorem dederunt dicentes: Hi sunt dij, qui nos eiecerunt de terra Ægypti; sic namq; posterioribus tēporibus, quibus reges eis imperabant, & cum Hieroboā vaccas aureas, & lucos colebāt, & Bahali se mancipabant: vnde probatur, eos semper idololatriæ crimine reos designatos ex instrumento divinarum scripturarum. *cap.* 1.

9

Et in lib. de cultu fæminarum. Ne dilexeritis aurum, in quo prima delicta populi Israelis denotantur. Odisse debetis, quod Iudæos perdidit, quod derelinquētes Deū, adoraverūt. Iam tūc aurū ignis est esca. *cap.* 13. *Aureū vitulū quasi plures deos populus suspiciebat,*

dicens: Hi sunt dij tui, *quia in eo quilibet Iudæorum aurum ad idolum conficiendum à se oblatum, adorabat*. Hi sunt dij tui. *deos, non Deum populus postulaverat*, Fac nobis deos, *& cùm Aarõ non plura idola sed unum solum simulachrum conflasset, deos plures conflatos populus nominabat*: Hi sunt dij tui: *quasi Aaron plures conflasset. Plures ergo in uno vitulo confectos vitulos instar multorum deorum populus agnoscebat, quia quisque illius populi iam antea suum in suo auro vitulum, sibi deum venerabatur, quẽ in illo confecto vitulo, quasi in vitulorum acervo introspiciebat.*

10 *Exod.* 32. Fac nobis deos *n.* 1. *Tertul. lib. adversùs Iudæos*. Israel, qui Deo fuerat cognitus, quique ab eo in Ægypto exaltatus fuerat, & per Erythræum pelagũ transvectus est, quiq; in Eremo mannâ cibatus quadraginta annis ad instar æternitatis redactus, ne humanis passionibus contaminatus, aut sæculi huius cibis pastus, sed angelorum panibus mannâ cibatus, satisque beneficijs Deo obligatus, Domini, & Dei sui oblitus est, dicens ad Aaron: Fac nobis deos, qui nos præcedant, *cap.* 3. Fac nobis deos &c. *Non omnibus unum communem omnibus, sed singulis singulos sibi deos proprios fieri ex auro, à singulis oblato postulabant, ut quisque Deo suo, quasi à se per oblatum empto auro ad libitum uteretur: ipseque deus auro, ex quo factus fuerat, obligatus benefactori suo semper se agnosceret debitorem, cui proinde nihil, nisi pro ipsius voluntate, seu potiùs voluptate, imperaret.*

Exod. 32. *n.* 1

11 *Exod.* 32. Tollite inaures aureas de vxorum, filiorumque, ac filiarum vestrarum auribus, & afferte ad me *n.* 2. *Tertul lib. adversùs Gnosticos* Aberat apud Deum in monte Moyses, cùm populus tam necessariæ absentiæ eius impatiens deos sibi producere quærit, quos potiùs ipse perdiderit. Vrgetur Aaron, iubet inaures fœminarum suarum in ignem conferri. Amissuri enim erant in iudicium sibi, vera ornamenta aurium, Dei voces. Sapiens ignis effigiem vituli diffundit illis, sugillans illic cor habentes, ubi, & thesaurum, apud Ægyptum scilicet inter cætera animalia bovis etiam cuiusdam consecratricem, *cap.* 3. Fac nobis deos. *Non tibi, sed nobis deos à te fieri postulamus; scimus enim tibi Moysen, ut deum semper honore divino venerandum, quia ut fratrem tuum agnoscimus amore humano dilectum: qui enim tibi, ut frater est amori, tibi semper, ut deus erit honori.*

Exod. 32. *n.* 2

Ex Clemente Alexandr.

Exod. 28. Deorsum verò ad pedes eiusdem tunicæ per circuitum quasi mala punica facies ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, mistis in medio tintinnabulis. *n* 33. *Clem. Alex.* Trecenta autem, & sexaginta sex tintinnabula, quæ pendent à veste talari, est tempus annuum, annus, inquam, Domini acceptus prædicans, & resonans maximum adventum Servatoris. *lib.* 5. *Stromat. Trecentis ergo, & sexaginta sex tintinnabulis quasi totidem linguis Sacerdos Aaron incedens pro numero dierum totius anni, adventum Salvatoris hominibus enunciabat, ut in singulis diebus venturum Dominum cogitarent, atque ita se præpararent, ut Domino venienti occurrere possent.* 12

Exod. 28. *n.* 33.

Exod. 28. Faciesque laminam de auro purissimo opere cælatoris, in qua sculpes Sanctum Domino *n.* 36. *Clem. Alex.* Pileus aureus, qui est extensus, significat regalem Domini potestatem: siquidem caput Ecclesiæ est Servator; signum certè principalis imperij est pileus capite impositus. *lib.* 5. *Stromat. In lamina aurea non scriptum, sed sculptum nomen Domini ferebat Aaron, ne divini nominis literas aliquis tanti honoris invidus posset delere, sed dũ lamina aurea perduraret, divinum in ea nomen ære, & auro perennius, in honorem Aaronis, & filiorum eius perennaret.* 13

Exod. 28. *n.* 36.

Exod.

14 *Exod.* 28. Ligabisque eam vitta hyacinthina *num.* 37. *Clement. Alexand.* Quomodò autem Dominus est supra mundum universum, atque adeó ultra mundum, qui percipitur intelligentia: ita etiam nomen, quod inscriptum est in lamina, dignum fuit habitum, quod esset super omnem principatum, & potestatem. *Et infra.* Dictum est autem nomen Dei, quoniam sicut Filius aspicit bonitatem Patris, operatur Deus Servator vocatus, qui est universorum principium, quod ex Deo quidem, qui non cadit sub aspectum, imago effectum est primum, & ante sæcula, figuravit autem omnia, quæ post se facta sunt. *lib. quinto stromat. Universum Pontificis ornamentum Dei nomen in lamina inscriptum opus divinæ fuisse artis indicabat, cùm enim in eo totus depictus esset orbis terrarum, cuius figuras omnes Dei Filius aspiciens ad divinas ideas efformaverat, convenienter suum operi suo nomen apposuit, ut se mundanæ figuræ pictorem fuisse demonstraret.*

Exod. 28. n. 37.

15 *Exod.* 32. Dixitque ad eos Aarō: Tollite inaures aureas de vxorum, filiorumque, & filiarum vestrarum auribus, & afferte ad me. Fecitque populus, quæ iusserat, deferens inaures ad Aaron. *n.* 2. *&* 3. *Clement. Alexand. lib.* 1. *Pædag. alludens ad illud Exodi* 32. Dixeruntque: Hi sunt dij tui Israel *n.* 4. *sic ait.* Aurum per crimen idololatriæ adoraverunt in vitulo. *cap.* 10 *Non vitulum carneum, sed aureum vitulum Hebræorum quilibet suspiciebat, quia non in auro vitulum, quē carneus vitulus naturæ sentiētis præstantiā excellebat, sed in vitulo aurum, quod vt deum colebat, adorabat auarus.*

Exod. 32. n 2 & 3.

16 *Exod.* 32. Fecitque populus, quæ iusserat, deferens inaures ad Aaron *n.* 3. *Clem. Alexand. lib.* 2. *Pædag.* Beati quidem fuissent Hebræi veteres, si mundum mulierum abstulissent, & abiecissent, vel solūmodò fudissent; nunc autem, cùm aureum bovem conflassent, & in eo adorando idololatriæ peccatum admisissent, ipsi quidem nec ex arte, nec ex suo instituto commodi quidquā ceperunt, expressissima autem figura nostras mulieres docuerunt, ut ab ornamentis abstineant. Quæ itaque cupiditas in aurum fornicatur, fit idolum, quod igne examinatur: cui quidem soli reservantur divitiæ, ut quæ sint simulachrum, non veritas. *cap.* 12. *Nudatis absque inauribus, auribus populus apparebat, perforatas habens aures, non ornatas: quia amissa dulcissima sacræ religionis libertate, durissimam sacrilegæ impietatis servitutem sustinebat, quam perforatis, instar servi auribus indicabat.*

Exod 32. n. 3

Ex Divo Zenone.

Psalmo 76. Deduxisti sicut oves populum tuum in manu Moysis, & Aaron. *v.* 21. *D. Zeno Veron. Episc.* Israel Dei populus captivatus ingenti iugo acerrimé premebatur. Hunc Deus præcipit proficisci, duce Moyse videlicet, & Aaron iter demonstrāte nubis columna per diem, eadem ignis quoque per noctem. *In Exodum serm.* 5. *& alibi* Columna nubis te perduxit per diem, ut ostenderet cæcum: ignis columna per noctem, ut admoneret arsurum. *In Exodum serm.* 2. *In manu Moysis, & Aaron Optimi sanè fratres ducatus, & honorem, & laborem dividebant: militiæ dux Moyses, Aaron autem viæ ductor erat: ita concorditer suum quisque munus exercebat, ut una tantùm eademque manu uterque operari videretur.* 17

Ps. 76. v. 21.

Ex Divo Cyril. Hierosolymitano.

Exod. 30. Facies, & labrum æneum cum basi sua ad lavandum: ponesque illud inter tabernaculum testimonij, & altare. Et missa aqua, lavabunt in ea Aaron, & filij eius 18

Exod. 30. nu. 18.

manus suas, ac pedes, quando ingressuri sunt tabernaculum testimonij, & quando accessuri sunt ad altare, vt offerant in eo thymiama Domino, ne fortè moriantur. *á n.* 18. *D. Cyril. Hier.* Priùs abluitur Summus Sacerdos factus; quomodo enim susciperetur pro alijs oraturus, qui non dũ per aquam purificatus esset? Symbolum Baptismi erat labrum in Tabernaculo positum. *catechesi* 3. *de baptismo. Suos Aaron pedes lavare iubetur, vt accedere posset ad altare, ne illis adhærentem terræ pulverem ad divinam numinis præsentiam asportaret. Filiorum verò suorum non ipse pedes lauare præcipitur, quia hoc amoris argumentum sibi noster summus pontifex Christus reservabat. Qui suos ideo pedes lavare noluit; ne aliquid in illis mundani habuisse pulveris indicaret.*

19 *Num.* 17. Invenit germinasse virgam Aaron in domo Levi: & turgentibus gemmis eruperant flores, qui, folijs dilatatis, in amygdalas deformati sunt *n.* 8. *D. Cyril. Hier.* Virga Aaron, quod reliquæ arbores per annos plures faciunt, hoc per unam noctẽ fecit. Quis enim nescit, quòd virga cortice destituta, etiam si in medijs fluminibus plantetur, nunquam florebit? Sed cùm Deus non naturam arborum sequatur, sed naturæ sit factor, etiam infructuosa, siccaque virga, & sine cortice, effloruit, & nucum fructum protulit. Qui igitur virga, propter typicum Summum Sacerdotem, præter naturam fructum tulit. Numquid Virgini, vt verum Sacerdotem Summum pareret, hoc non conferret? *Catech.* 12. *& alibi.*

Num. 17. *n.* 8.

20 Virga Aaron excisa, & mortua, absque humore aquæ refloruit: atque hæc sub tecto existens, quæ in agris quondam florebat; nunc autem in aridis posita, fecit per unam noctem ea, quæ per multos annos irrigata vix fecerit cum fructibus. Virga Aaron tanquam ex mortuis surrexit, & ipse Aaron non resurget? Cuius sanctitatem, vt Deus declararet, in ligno miraculum fecit: ipsi Aaroni resurrectionem non largietur? *Catech.* 18. *Et flores, & folia, & fructus vnâ, eâdemque nocte, virga protulit; ac si hæc triplicata productio florum, foliorum, & fructuum tribus esset unius Dei deferenda Personis, quæ iam tunc ad producendum ex Virgine Christum præludere vellent, & floribus, & folijs, & fructibus omnibus præferendum.*

Deuteronomij 9. Adversum Aaron quoque vehementer iratus voluit eum conterere, & pro illo similiter deprecatus sum *n.* 20. *D Cyril. Hier.* Etiam si vniversus populus peccet, non superabit divinam benignitatem. Vitulum populus fabricaverat; sed non destitit Dominus Deus á benignitate. Negaverunt Deum homines, sed Deus se ipsum non negavit. Isti (inquiunt,) sunt Dij tui Israel: & tamen pro more suo Deus servabat illos. Neque populus tantùm peccavit; verùm etiam Aaron Summus Sacerdos: Moyses enim dicit: & super Aaron facta est ira Domini, & rogavi (inquit) pro ipso, & condonavit illi. Tum verò Moyses quidem supplicatus pro Sũmo Sacerdote peccante, placavit Dominum: Iesus autem unigenitus, orãs pro nobis non placabit Deum? At illum quidem propter crimen non vetuit ad Summum Sacerdotium pervenire: te verò ex gentibus venientem, salutem consequi vetabit? Pænitentiam ergo agas, o homo; & non arcebitur á te gratia. Irreprehensibilem deinceps tuæ vitæ dispone modum. Benignus est Deus, & verax, nec ullus poterit homo illius benignitatem satis prædicare; imò etiam si omnes omnium hominum linguæ simul concerventur; nec siquidem partem aliquam benignitatis illius enarrare possent. *Catech.* 2. *de Pænitentia.* 21

Deut. 9 *n.* 20.

Exod. 32 *n.* 4

Adversus Aaron quoque vehementer

menter iratus &c. *Adversus populum solummodò iratum fuisse Deum Moyses declaravit, dicens populo, eodem cap. 9.* Timui enim indignationem, & iram illius, quâ aduersum vos concitatus delere vos voluit *n. 19. At veró adversus Aaron non solùm iratum Deum, sed vehementer iratum fuisse narrat. Qui enim non vehementer iratus adversus suos, populum sibi subditum ab idololatriæ crimine non retraxerat, vehementem Dei adversus se iram contraxerat.*

Ex Divo Ambrosio.

22 Ad Hebr. 5. n. 4. E*pistola ad Hebræos c. 5.* Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur á Deo tanquam Aaron *n. 4. D. Ambros. tom. 3. in Epistolam ad Hebræos.* Hic percutit Sacerdotes honoris cupidos, & sacerdotij avidos non pro salute populi, sed propter ambitionem sæculi. Igitur Aaron vocatus est á Deo, signo florentis virgæ: & demonstratus est Sacerdos á Deo esse electus, etiam incendio eorum, qui eius pontificatui invidere voluerunt. *In com. cap. 5. Alludit ad locum Numerorum, in quo sic habetur.*

23 Num. 17. nu. 8. *Num. 17.* Invenit germinasse virgam *n. 8. de qua Aaronis virga tom. 1. tract. de Mansionibus ad illud Num. 13* Castrametati sunt in Rethma. *Sic ait D. Ambr.* Sub hoc deserto Aarō virga in tabernaculo arens posita, miraculo, & germinavit, & floruit. *Mans. 15. Et pauló infra.* Arida virga Aaron, quæ posteà miraculo germinavit, Christi caro est, quæ virga dicitur á propheta: Egredietur virga de radice Iesse. Hæc arida floruit, quia mortua resurrexit. *Ita vbi supra. Pulchrè signo florentis virgæ Aaron Pontifex Summus à Deo declaratur: nec enim Præsuli apta est arida virga, quâ ictus inferat, sed virga florida, quà fructus ferat. Nec prælatus aridus sit, ne suos à se arceat metu plagarum, sed floridus, vt ad se eos alliciat amore amygdalarum.*

Exod. 28. Habebuntque nomina filiorum Israel: duodecim nominibus cælabuntur, singuli lapides nominibus singulorum per duodecim tribus *n. 21. D. Ambros. tom. 4 lib. 2. de Fide.* Generatio, Deus, Filius, Verbū, similitudinis Splendor, Character, Speculum, Imago Bonitatis æternæ, Sapientia, Veritas, Vita, hæc indicia ita Dei Filium signant, vt ex his, & sempiternum Patrem esse cognoscas, nec ab eo Filium discrepantem, *Et pauló infra.* His duodecim tanquam lapidibus preciosis fidei columna consurgit. Hi sunt enim preciosi lapides Sardius, Iaspis, Smaragdus, Chrysolithus, & cæteri, quibus Sancti Aarō, illius vtiq; qui figuram gessit Christi, veri scilicet vestimentum Sacerdotis intexitur, circundati auro lapides, & sculpti de nominibus filiorum Israel duodecim lapides sibi invicem cohærentes. 24 Exod. 38. nu. 21.

Et adhuc inferius. Hoc igitur est illud vestimentum speciosis lapidibus adornatum, hic veri amictus est Sacerdotis, hæc vestis nuptialis, hic textus propheticus, qui bene noverit ista contexere. *Hæc omnia in prologo lib. 2. de Fide. O pulcherrima operis textura, in qua lapides duodecim in pectore Aaronis nominibus Patriarcharum duodecim decorati fulgebant, qui splendidiori iubare radiabant, eò quòd duodena veri Aaronis cognomina protendebant. Pulcherrima (dicam iterum) textura, quæ duodenâ fulgebat, humanâ, & divinâ radiabat nomenclaturâ.*

Num. 16. Et stans inter mortuos, & viventes, pro populo deprecatus est, & plaga cessavit. *n 48. D. Ambros. lib. 2. de officijs.* Quid Aaron, quando se beatiorem credidit, quám tunc, quando medius stetit inter vivos, & mortuos, & obiectu sui statuit mortem, ne ad vivorum transiret agmina á cadaveribus mortuorum *cap. 4. & tom. 1. tract. de Mans. sic ait.* Sub 25 Nu. 16. n. 48.

hoc deserto Aaron Sacerdos inter viventes mortuosque medius constitutus, incensi oblatione Deum indignantem placavit, plagam cohibuit. *Mans.* 15. *Et paulò infra.* Aaron Sacerdos, id est, Christus Dominus sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, constituitur medius ad placandum Deum: quia ipse sempiternum habet Sacerdotium, semper vivens ad interpellandum pro nobis. *ibidem. Verba Pauli agnosco ex epistola ad Hebræos cap.* 7. Hic

Ad Hebr. 7. n. 24 & 25. autem eó quòd maneat in æternum, sempiternum habet Sacerdotium. Vnde, & salvare in perpetuum potest accedentes per semet ipsum ad Deum: semper vivens ad interpellandum pro nobis *n.* 24 *&* 25. *Ac si adeò nos Christus amaret, ut ad hoc solùm sibi vivere videretur in perpetuum, ùt in perpetuum pro nobis interpellaret.*

26 *Exod.* 32. Videns autem populus, quòd moram faceret descendendi de monte Moyses, congregatus

Exod. 32. n. 1 & 2. adversùs Aaron dixit: surge, fac nobis deos, qui nos præcedant &c. Dixitq; ad eos Aaron: Tollite inaures aureas de vxorum filiorumque, & filiarum vestrarum auribus, & afferte ad me *n.* 1. *&* 2. *D. Ambros. in Annotat. in Exodum ad Romulum.* Coactus ergo Aaron petit anulos eorum, & inaures mulierum: quæ tradita in ignem misit, & conflatum est vituli caput. Neque excusare tantū Sacerdotem possumus, neque condemnare audemus. Non imprudens tamen, qui anulos Iudæis, & inaures abstulit. Etenim qui sacrilegium moliebantur, nec fidei signaculum habere poterant, nec ornamenta aurium. *Ita ille.*

Tollite inaures &c. *Meritò Aarō à digitis aureos anulos, & ab auribus inaures aureas auferre iubebat: digiti enim per quos idololatræ deos aureos erāt ostensuri, dicentes,* Ecce dij tui, *digni erant, qui non anulis aureis honorarentur, sed qui circulis ferreis onerarentur. & aures, quibus hanc sacrilegam vocem erant audituri, digna erant, quas non inaures aurea decorarent, sed quas ferrei clavi ad domorum fores affixas, servorum, servarumque instar dehonestarent.*

Ex D. Gregorio Nysseno.

Exod. 4. Iratus Dominus in Moysem ait: Aaron frater tuus levites scio quòd eloquens sit: 27

Exod. 4. n. 14. ecce ipse egredietur in occursum tuum, vidensq; te lætabitur corde. *n.* 14. *D. Gregor. Nyss. in mystica interpretatione vitæ Moysis, per Aaronem fratrem Moysis illi à Deo in socium datum, intelligit angelum custodem, & sic loquitur.* Frater enim quodámodo hominis animo angelus est; qui tunc maximè nobis assistere videtur, cùm Pharaoni appropinquamus. *& paulò inferiùs.* Pro fratre socium, atque protectorem divinitus nobis datum angelum intelleximus, qui adversùs Ægyptios signa operatur, qui etiam maior ætate iure dictus est: nam Angelica natura homine priùs creata est. Frater verò quia est quædam profectò intellectualis, & Angelicæ naturæ ad intellectum, & animam humanam affinitas. *Ita ille. Pulchrè admodùm in Aarone fratre angelus datus Moysi ad custodiam designatur; qui enim, cùm esset ætate maior ad gratulandum honorem legationis à Deo cōmissæ fratri, ei, ut socius illius fieret dignitate secundus, occurrebat; non comes homo, sed angelus custos apparebat.*

Exod. 28. Faciesque tunicam superhumeralis totam hyacinthinā, 28

Exod. 28. nu. 31. & 32. in cuius medio supra erit capitium, & ora per gyrum textilis, sicut fieri solet in extremis vestium partibus *n.* 31. *&* 32. *D. Gregor. Nyss. in mystica interpret vitæ Moysis.* Hyacintho est talaris vestis tincta, qua, qui hunc locum ante nos speculati sunt, aera significari affirmant. Hortatur enim hoc

hoc ænigmate omnem, qui Dei sacerdotium assumere studet, se ipsum, ac corpus suũ Deo offerre hostiam, non enecatum, aut cæsum (vivum enim hoc sacrificium, rationalisque cultus hic est) nec pingui quodam, ac carnoso huius vitæ amictu; sed tenue, ac vivendi tenuitate leve, atque aerium factum, sursum ferri posse videatur. Hoc enim modo cùm novissimam tubam illam audiemus omni onere liberati, leves ad iubentis vocem exiliemus: nec pondere vllo ad terram deprimemur, sed cum Domino per aera sublimes feremur. *Sic ille. Aerio igitur indumento Aaron Sacerdos ornatus incedebat, ut qui medius inter Deum in cælo degentem, & inter homines in solo habitantes futurus erat, quasi volatilis inter cælum, & solum elevatus, amictu sibi apto decorus videretur.*

29 *Exod.* 28. Deorsum verò ad pedes eiusdem tunicæ per circuitum

Exod. 28. nu. 33. quasi mala punica facies ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, mixtis in medio tintinnabulis *n.* 33. *D. Greg. Nyss. in Mystica interpre. vita Moysis.* Hanc vestem cossymbotam etiam iubet esse, ut à nobis quoque ipsis aliquid vlteriùs ad virtutis incrementum advenire conemur, quò indumentum ornatius fiat; sicuti Paulus faciebat, qui ornatissimos indies cossymbos virtuti addebat. Nam cùm lex permittat altari ministrantes ex altari, & Evangelij nuncios ex Evangelio vivere: ille sine hac ad vitæ necessitatem mercede Evãgelium prædicavit nudus, famelscens, sitiens. Hæ politæ sunt fimbriæ, quæ vestem mandatorum accessione sua reddunt ornatiorem. *Ita ille. Videtur etiam esse allusio ad locum Numerorum cap.* 15. *ubi sic.* Loquere filijs Israel, & dices ad eos, ut faciant sibi fimbrias per angulos palliorum

Nume. 15. n. 38. *n.* 38. *Igitur filij Israel in pallijs fimbrias facere iubebantur, & Aaron in vestimento fimbrias, & tintinnabula aurea, & poma coronata gestabat; qui enim mandatorum vesti consiliorum addebat fimbrias, sanctitatis fama per orbem resonabat, & suæ vitæ finem multis virtutum coronis honestabat.*

Exod. 28. Portabitque Aaron 30

nomina filiorum Israel in rationali iudicij super pectus suum, quando ingredietur sanctuarium, memoriale coram Domino in æternum *n.* 29. *D. Greg. Nyss. in interp myst. de vita Moysis.* Patriarcharum quoque nomina non parum nobis ad virtutis ornatum conferunt. Præteritorum enim virorum, qui optimé vixerunt exemplis vita nostra corroboratur. Exod. 28. nu. 29.

Ita ille. Nomina Patriarcharum duodecim portare iubebatur Aaron. Portabitque. *Apto utitur verbo divinum oraculum.* Portabitque, ait, Aaron nomina. *Vt ostenderet hæc nomina non solùm honori, sed oneri futura portanti. Illorum enim vitas imitari debebat, quorum nomina in veste portabat.*

Exod. 28. Facies, & laminam de 31

auro purissimo, in qua sculpes opere cælatoris Sanctum Domino *n.* 36 Exod. 28. nu. 36.

D. Greg. Nyss. in interpre. myst. de vita Moysis. Caput autem diademate coronatum reservatam virtute præditis coronam significat, quam is exornat, qui aurea lamina ineffabilibus erat notis cælatus. Ita induto, vestitoque Sacerdoti nullum calceamentum imponitur: ne tardior ad currendum sit, aut vix mobilis, pelles secum attrahens animalium mortuorum. Nam impedimento calcei fuerant Moysi, cùm ad ardentem rubum accederet. Quòd si in primo statim aditu reprobabantur, multò magis à Sacerdotis pede reijciuntur: *sic ille. Totus ergo indutus Aaron per cetera membra, pedibus tamen describitur non ornatus, quasi pedes non esset habiturus, ne illis terram tangere cogeretur. vel nudis pedibus deberet incedere, ut affectus suos pedibus significatos ab omni mundi ornamento denudatos ostenderet, de contemptu mundi sancta quadam iactantia glo-*

gloriosus.

32 *Num.* 17. Invenit germinasse virgam Aaron de domo Levi:& turgentibus gemmis eruperant flores, qui folijs dilatatis in amygdalas deformati sunt. *n.* 8 *D. Greg. Nyss de vita Moysis, sive de perfectione vitæ.* Vt crederent non ab hominibus, sed á Deo Sacerdotij gratiam concedi, virga litteris, á quo esset oblata significate per unamquamque tribum assumpta est, quas in tabernaculo Moyses apposuit: ac postero die sententiam de Sacerdotio Dei omnibus ostendit: sola enim Aaronis virga floruit, fructumque edidit. Nux autem erat fructus. *Ita ille Pulcherrima in Aaronis virga describitur deformatio, qua scilicet flores dilatatis folijs in fructus deformati dicuntur. Mutatio enim, qua boni affectus cordis per bona oris verba explicati, in bonos operis fructus commutantur, non deformatio fœda, sed transformatio pulchra appellabitur.*

Num. 17. n. 8.

33 *Exod.* 32. Videns autem populus, quód moram faceret descendendi de monte Moyses, congregatus adversus Aaron, dixit: Surge fac nobis deos, qui nos præcedant: Moysi enim huic viro, qui nos eduxit de terra Ægypti, ignoramus, quid acciderit. Dixitque ad eos Aaron: Tollite inaures aureas de uxorum, filiorumque, & filiarum vestrarum auribus, & afferte ad me, *n.* 1. *&* 2. *D. Greg. Nyss.* Nam cúm quadraginta diebus, ac noctibus nullius indigens rei, quibus hoc corpus sustentatur, immortali vita sub illa caligine Moyses viveret: quasi pueri, cùm pædagogi non adsunt, sic populus adversùs Aaron concitatus, impulit eum, ut ad simulachrum aureum adorandum dux eis fieret: simulachrum autem vitulus erat. *in lib. de vita Moysis, seu de perfect. vitæ.*

Exod. 32. n. 1 & 2.

34 *Et in lib de interpre. myst. vitæ Moysis sic ait.* Imperatum fuisse ab Aaron dicitur, ut inaures ab auribus uxorum tollerent: hæ conflatæ simulachri materia fuerunt. Dicimus igitur, quòd Moyses Hebræorum virtutem inauribus ornare voluit; id est lex, quam pro Moyse intelligimus, obedientiam, quæ per inaures significatur, Iudæorum virtutem confirmavit: quam tulit Aaron, ut inobedientiâ ipsorum ostenderet ad cultum idolorum esse perventum. Idcirco statim ad primum peccandi aditum inaures auferuntur, ut iam prævaricationis, & inobedientiæ consilia cepisse viderentur, qui divinum præceptum negligendum esse hortabantur. *Sic ille.* Fac nobis deos. *O impudentiam execrandam, Præsulem suum, non solùm criminis sui conscium, sed et socium esse volebant: imò & principem, ducemque in sacrilegio fieri, dum ipse idolum fabricaret; ut qui primus erat apud eos dignitate, primus inter omnes fieret in impietate, ut authoritate personæ omnes sibi subditos exemplo suo traheret ad delictum.*

Exod. 32 n. 1 & 2.

Ex Divo Hieronym.

Psalmo 113. Aaron speravit in Domino *v.* 21. *D. Hier. tom.* 4. *in Psalmum* 113. Aaron mons fortitudinis, *& in Psalmum* 132. Aaron interpretatur Montanus, videtis, quoniam iste Sacerdos non est de vallibus, sed de montibus est. *Sic ille. Quis non timeat sibi ruinam? Quis Dei occulta iudicia ingenti territus metu non pavescat, dum Aaronis, qui propter eminentiam sanctitatis, & Montanus, & mons fortitudinis dici meruit, miserabilem casum in conflatione vituli meditetur?* 35

Psalm. 113. v. 21.

Exod. 28. Faciesq; vestem sanctam Aaron fratri tuo in gloriam, & decorem *n.* 2. *& infra.* Ipsa quoque textura, & cuncta operis varietas erit ex auro, & ex hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta *n.* 8. *D. Hier.* Quatuor colores 36

Exod. 28. n. 2

colores ad quatuor elementa referuntur, ex quibus universa subsistunt. Byssus terræ deputatur, quia ex terra gignitur. Purpura mari, quia ex eius cochleolis tingitur, hyacinthus aeri, propter coloris similitudinem. Coccus igni. Et iustum esse commemorant, ut Pontifex creatoris non solùm pro Israel, sed pro universo mundo roget: siquidem ex terra, & aqua, & aere, & igne mundus iste consistit. *Epistola* 128.

37 *Et alludens ad illud Sapientiæ* 18. In veste poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum *n.* 24. *sic infert. D. Hier.* Iustum ergo erat, ut Pontifex Dei creaturarum omnium typum portans in vestibus suis, indicaret cũcta indigere misericordia Dei; & cúm sacrificaret ei, expiaretur universalis conditio, ut non pro liberis, ac parentibus, & propinquis, sed pro cuncta creatura, & voce, & habitu precaretur. *eadem Epistola* 128. Faciesque vestem in gloriam, & decorem. *Hac exornatus veste divinis oculis pulcherrimum se Aaron Deo spectaculum exhibebat. Qui enim universum orbem in veste descriptum secùm ad Deum deferebat, mirificè oculos oblectabat divinos: gaudebat enim universitatis Dominus, cùm totum orbem sibi unius viri studio subiectum esse, videret.*

Sapien. 18. n. 24.

38 *Exod.* 28. Sumesque duos lapides onychinos, & sculpes in eis nomina filiorum Israel: sex nomina in lapide uno, & sex reliqua in altero iuxta ordinem nativitatis eorum *n.* 9. *&* 10. *Et infra.* Portabitque Aaron nomina eorum coram Domino, super utrunque humerum recordationem *n.* 11. *Et inferius.* Portabitque Aaron nomina filiorum Israel in rationali iudicij super pectus suum, quando ingreditur sanctuarium memoriale coram Domino in æternum *n.* 29. *D. Hier.* In singulis lapidibus sena Patriarcharum nomina sunt, quibus Israeliticus populus dividitur. In dextro humero maiores filij Iacob, in lævo minores scripti sunt: ut Pontifex ingrediens Sancta Sanctorum, nomina populi, pro quo rogaturus est Dominum, portet in humeris. *Epist.* 128. *Itaque Aaron Patriarcharum nomina, & in pectore, & in humeris deferebat: quos enim gestabat in pectore subditos per amorem, in humeris baiulabat, quin sentiret laborem,*

Exod. 28. n. 9. & 10. & 11. & 29.

Exod. 28. Deorsum verò ad pedes eiusdem tunicæ per circuitũ, quasi mala punica facies ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto mistis in medio tintinnabulis *n.* 33. *D. Hier.* Tanta debet esse scientia, & eruditio Pontificis Dei, ut gressus eius, & motus, & universa vocalia sint. Veritatem mente concipiat, & totam eam habitu resonet, & ornatu, ut quidquid agit, quidquid loquitur, sit doctrina populorum. Absque tintinnabulis enim, & diversis coloribus, & gemmis, floribusq; virtutum, nec sancta ingredi potest nec nomen Antistitis possidere. *Epistola* 128. 39

Exod. 28. nu. 33.

Et tom. 4. *in Psalmum* 132. *ait idẽ D. Hier.* Considerate quoniam ad extremos pedes inter malogranata erant, & tintinnabula, & non ingrediebatur Pontifex Sancta Sanctorũ, nisi illa tintinnabula personarent. Tintinnabula, & illa malogranata diversitates virtutum sunt, quæ habent singulæ voces suas; & egressus ipse Sancta Sanctorum vocalis est. Sive enim manducemus, sive bibamus omnia in nomine Domini facimus. *Ita ille. Totius orbis prædicator Aaron constitutus septuaginta duobus tintinnabulis (ut aliqui opinantur) quasi totidem linguis sonabat, in totidem enim linguas divisus orbis terrarum fuisse dicitur, ut linguis omnium hominibus singulis legem Domini prædicaret.* 40

1. Cor. n. 10.

Exod. 28. Facies, & laminam de auro purissimo, in qua sculpes opere cælatoris, Sanctum Domino *n.* 36. *D. Hier.* Lamina aurea, in qua scriptum est nomen Dei Hebraicis quatuor 41

Exod. 28. nu. 36.

tuor literis Iod, he, uau, he, quod apud illos ineffabile nuncupatur. Hæc super pileolum lineum, & commune omnium Sacerdotum, in Pontifice plus additur, ut in fronte vitta hyacinthina constringatur, totamque Pontificis pulchritudinem, Dei vocabulum coronet, & protegat. *Epist.* 128.

42 *Et infra progreditur D. Hier.* Lamina aurea rutilat in fronte: nihil enim nobis prodest omnium rerum eruditio, nisi Dei scientia coronemur. Lineis induimur, ornamur hyacinthinis, sacrato baltheo cingimur: dantur nobis opera, rationale in pectore ponitur: accipimus veritatem: profert sermo doctrinam: imperfecta sunt universa, nisi tam decoro currui dignus quæratur auriga, & super creaturas creator insistens regat ipse, quæ condidit. *ubi supra.*

43 *Et tom.* 2. *In Ezechielem ad illud cap.* 16. Et coronam decoris in capite tuo, *seu ut septuaginta legunt*: Et coronam glorificationis super caput tuum *n.* 12. Volumus scire, quæ sit corona decoris in capite Hierusalē? Revolvamus Exodum, in quo scriptum est: Et fecit laminam auream, & scripsit in ea literas deformatas sigillo sanctificationis Domini, & posuit super caput Aaron *Exod.* 39. Signum Dominicæ sanctificationis nomen est omnipotentis Dei, quod quatuor literis Hebraicis scribitur, & apud eos ineffabile vocatur, dum nomen eius non potest dici. Istam puto coronam esse, de qua Apostolus loquebatur *secunda ad Tim.* 4. Cursum consumavi, fidem servavi; de cætero reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi iustus iudex. *In com ad locum Ezechi. Apté currus Domini Aaron nuncupatur, qui meritó triumphalis poterit appellari, in quo scilicet de universo orbe, quem Aaron in veste depictum Deo subiectum esse ostendebat, ipsius orbis Dominus triumphabat.*

Ezechi. cap. 16. *n.* 12.

Exod. 39. *n.* 29.

2. *Tim.* 4.

Ex Divo Chrysostomo.

Exod. 32. Videns autem populus quòd moram faceret descendendi de monte Moyses, congregatus adversus Aaron dixit: Surge, fac nobis deos, qui nos præcedant: Moysi enim huic viro, qui nos eduxit de terra Ægypti, ignoramus quid acciderit. *n.* 1. *D. Chrysos. tom* 5. *de Pænitentia.* Si dij, quare dicis fac? Quomodo enim dij, qui fiunt? Sic malitia obcæcans sibi ipsi repugnat, & semetipsam extinguit. Vnus factus est vitulus, & clamat ingratus populus, Hi dij tui Israel, qui eduxerũt te de terra Ægypti. Hi dij, unũ respiciens, respiciens vitulum. Quare igitur hi dij? Vt ostendat, quòd non modò eum, quem videt adorat, sed, & deorum pluralitatem annunciat. *Homilia* 5. *Non ad Aaronem, sed adversùs Aaronem populus dicitur congregatus, qui enim Aaronem, ut tam horrendi esset criminis author, compellebat, non Aaroni subditum, sed adversarium se esse declarabat.* 44

Exod. 32. *n.* 1.

Exod. 32. Fac nobis deos, qui nos præcedant: Moysi enim huic viro, qui nos eduxit de terra Ægypti, ignoramus quid acciderit. Dixitque ad eos Aarõ: Tollite inaures aureas, de uxorum, filiorumque, & filiarum vestrarum auribus, & afferte ád me *n.* 1. *&* 2. *D. Chrysos.* Post tot beneficia dixerunt Aaroni: Da nobis deos, qui nos præcedant; Moysi enim illi, qui nos eduxit de terra Ægypti, nescimus quid acciderit: feceruntque vim magnam Aaroni. Ille ut vidit eos duri cordis, & incircuncisos, dicit ipsis: Tollite inaures vestras, mittite in ignem, & si quid ascendit, hoc deus sit, & ascendit bubulum caput. *& infra.* Putas ne te scire, quomodò inauribus in pyram coniectis, bubulum caput ascenderit? Non hoc chalcotipus operatus est, 45

Exod. 32. *n.* 1 *&* 2.

est, non erat conflator, quomodo ergo egressum est bubulũ caput, audes dicere? Si nescis hæc inferiora, quomodo curiosé aliena inquiris? *tom. 3. Serm. contra Iudæos gentiles &c. Forsitan inauribus effigies vituli erat inscripta, quem etiam in Ægypto inter alia idola venerabantur Hebræi, & ideo ex inauribus emersit vitulus opificio dæmonis efformatus, ut quem in Ægypto adoraverant, cuius & memoriam etiam, ab Ægypto per Deum verum liberati, in inauribus afferebant, extra Ægyptum, Dei veri penitùs obliti adorarent.*

46 *Levit.* 4. Immolatoque vitulo in cõspectu Domini, inferet Sacerdos, qui vnctus est, de sanguine eius in tabernaculum testimonij, tincto digito aspergens septies contra velum *à n.* 15. *D. Chrys.* Necesse est Sacerdotem sic esse purũ, ut si in ipsis cælis collocatus inter cælestes illas virtutes medius staret. Terribilia namque, atque horrifica fuisse ferunt, quæ gratiæ tempus præcesserunt: quod genus fuere tyntinnabula, mala punica, lapides pectori Sacerdotis, itemque alij humeris eiusdem superpositi, mitra, strophium, vestis ad pedes vsq; demissa, lamina aurea, sancta sanctorum, ingens intus quies, atq; silentiũ. At vero si quis ea, quæ gratiæ tẽpus nobis advexit, examinet, terribilia, atq; horrifica, quæ dixi, iudicabit esse admodúm levia.

Levi 4 *n.* 15.

47 *Et paulò infra sic pergit D. Chrys.* Nã dum conspicis Dominum immolatũ, Sacerdotem Sacrificio incumbentẽ: ac preces fundentẽ, tum verò turbã circunfusam precioso illo sanguine intingi, ac rubrefieri, etiam ne te inter mortales versari, atque in terra consistere censes? An non potiùs è vestigio in cælos transferris, an non carnis cogitationem omnem abjiciens, nudo animo, mente pura circunspicis, quæ in cælo sunt? O miraculum, o Dei benignitatem! qui cũ Patre sursum sedet in illo ipso temporis articulo omniũ manibus pertractatur, ac se ipse tradit volentibus ipsum excipere, ac complecti. *lib. 3. de Sacerdotio. Septies summus Sacerdos vituli sanguine, tincto digito contra velum aspergere iubebatur, ut per Christi sanguinem in sanguine vituli designatum, septem capitalia vitia expianda fore præmonstraret.*

Levi. 8. Tolle Aaron cum filijs suis, vestes eorũ, & vnctionis oleũ, vitulum pro peccato, duos arietes, canistrum cum azymis, & congregabis omnem cætum ad ostium tabernaculi &c. *à n. 2. D. Chrys. tom. 5. adversus Iudæos.* Dic mihi qualis est Sacerdos, cúm non sit vetus illud oleũ, neq; quicquam omnino veteris sanctimoniæ? Dic, inquam, mihi qualis sacrificus, quum non sit sacrificium, neque altare, neq; cultura? Vis tibi recitem leges de Sacerdotio, quomodó solent olim consecrari, ut intelligas, quod qui nunc apud vos dicuntur patriarchæ, non sint Sacerdotes, sed per simulationem Sacerdotum agant personam, nec aliter ludant, quám histriones in scena, imó ut veriús dicam, nec sustinere possint sacerdotis personam; non dico iuxta veritatem, verùm nec iuxta simulationem quidem Sacerdotij. 48

Levi. 8 *n.* 2.

Et paulò infra, cúm igitur his rebus legitimè initiatus sit Aaron, his purificatus, his sanctificatus, per hæc placaverit Deum: nihil autem horũ nunc fiat, neque victima, neque holocaustum, neque sanguinis aspersio, neq; olei inunctio, nec adsit tabernaculum testimonij, neque ad præfinitum dierũ numerũ sedeatur intus: profecto palám est, quòd Sacerdos, qui nunc apud istos est, impurus sit, ac nefastus, illegitimus, ac profanus, denique quòd non propitiat, sed provocet. *adversus Iudæos Orat. 3. tom. 9.* Tolle Aaron. *Pulchrè ponitur verbũ* Tolle. *Ac si Deus illo verbo* Tolle, *veteris legis sacerdotẽ, etiã cùm illum sibi consecrari iubebat, nõ tàm divinis oculis offerri, quam ab illis auferri, ut legis* 49

 gratia

gratia Sacerdos in divina solus staret præsentia, imperaret; Tolle Aaron.

50 *Num.* 12. Loquutaque est Maria, & Aaron contra Moysem propter vxorem Æthiopissam &c. *n.* 1. *& infra* Et ecce Maria apparuit candēs lepra, quasi nix. Cumq; respexisset eam Aarō, & vidisset perfusam lepra, ait, ad Moysem: Obsecro, domine mi, ne imponas nobis hoc peccatum, quod stultè cōmisimus. *n* 10. *&* 11. *D. Chry. commendans dignitatem Sacerdotalem, in tom.* 4. Dicitur, & Aaron huius gratia lepra nō esse correptus. Nam dic, quæso, qua ratione, cū vtriq; Moysi obloquuti essent, Maria sola pœnas dedit? Nec mireris. Si enim in externis, ac mundanis dignitatibus, etiā si mille modis quisquā incusetur, non tamē primū ad iudicium ducitur, nisi priùs principatum deposuerit, ne ille cum ipso opprobrijs pateat; multò magis in prælatura spirituali, quisquis tandē ille sit, qui eā gerit, operatur gratia Dei. Alioqui omnia perierint. Quādo verò illam deposuerit, sive morte, sive etiam in hac vita; tunc sanè, tunc eo graviore supplicio punietur. *hom.* 3. *in epist. ad Colos. Prima murmuravit Maria cōtra Moysem, exemploq; suo Aaronem fratrem ad murmurationis crimen excitavit, proinde digna, quæ prima puniretur: Aaron verò non fuit similiter punitus, quia ubi primùm in frōte sororis peccati pœnā aspexit, ore cōfessus crimen est, corde cōtritus, dicēs:* Obsecro domine mi, ne imponas nobis &c.

Nume. 12. n. 1 & n. 10 & 11.

51 *Num.* 16. Tollite singuli thuribula vestra, & ponite super ea incensum, offerentes Domino ducenta quinquaginta thuribula: Aaron quoque teneat thuribulum suum. *n.* 17. *& infra.* Præcipe Eleazaro filio Aaron Sacerdoti, ut tollat thuribula, quæ iacent in incendio, & ignem huc, illucque dispergat; quoniam sanctificata sunt in mortibus peccatorum: producatq; ea in laminas, & affigat altari, ut cernant ea pro signo, & monimento filij Israel *n.* 37. *&* 38. *D. Chrys. tom.* 5. *adversus Iudæos.* Cùm multi mota adversùs Aaronē seditione appeterent ipsius honorem (principatus enim res est, pro qua depugnari solet, eò quòd expetatur à multis) iussit, ut illatis thuribulis, & imposito thymiamate cælitus expectarent sentētiam; atq; illis adolentibus, terra dehiscens, omnes absorbuit, & eos, qui ipsis cōsenserāt, foculosq; sumpserant, ignis è cælo demissus exussit. Tum ne quod acciderat, temporis progressu deletū oblivione iaceret, nec ve admirabilē hanc Dei sentētiā ignorarēt posteri, præcepit Moyses, ut thuribula sublata applicarent ad altare, ut quēadmodū virga sine voce vocem emisit ipso conspectu, itidem & hæc per ora posterorum volitātia cunctis cōmemorarentur, admonitura, consulturaq; minoribus, ne maiorum amentiam imitarētur, ne quando simili pœna plecterētur. *Orat.* 5. *Quare Deus hæc thuribula in proprijs formis non iussit appendi, & sic reservari: cùm, si ita manerent, divinum facilius in memoriam aspicientium suppliciū ambitiosis illatū revocarent? Cur ergo thuribula in laminas produci easq; altari affigi imperavit? Ne si integra in proprijs formis remanerent appensa, facilè quisque illis uti posset ad ignem Deo offerendum; instrumentisque peccandi facilè inventis, similia delicta perpetraret.*

Nu. 16. n. 17. & 37. & 38.

Num. 16. Dirupta est terra sub pedibus eorū: & aperiens os suum, devoravit illos cum tabernaculis suis & vniversa substantia eorum: descēderuntq; vivi in infernū operti humo, & perierunt de medio multitudinis *à n.* 31. *D. Chrys.* An ignoras quid sit Sacerdos? Angelus vtiq; Domini est. Non ex se ipso loquitur: si despicis, non illū despicis, sed Deum; qui illum ordinavit. *& infra.* Insurrexerūt adversùs Aarō post vituli formatā effigiē Chore, Dathā, & Abirō. Quid ergo? Non ne illi perierē? quilibet, quæ ad se pertinent, solicitè curet. Nam si quidem fidei dogma 52

Nume. 16. à n. 31.

pervertat,

pervertat, etiamsi angelus sit, ob. audire noli: sin verò recta doceat, ne li vitæ, sed verbis intēdere, *to 4. hom. 2. in Epist. 2 ad Timot. Digna plectuntur pœna. Apertis oribus adversùs Pontificem maximum murmuraverant tres hi rebellionis duces; aperuit ergo os suum terra, ut eos vivos deglutiret; ut quisque crimen ore suo commissum, ore terræ punitum, vivens in infernum descendens, cogitaret.*

53 *Num. 16. à n 46.* *Numer.* 16. Dixit Moyses ad Aaron: Tolle thuribulum, & hausto igne de altari, mitte incensum desuper, pergens citò ad populum, ut roges pro eis: iam enim egressa est ira à Domino, & plaga desævit. Quòd cùm fecisset Aaron, & cucurrisset ad mediam multitudinem, quam iam vastabat incendium, obtulit thymiama: & stans inter mortuos, ac viventes pro populo deprecatus est, & plaga cessavit. *à n.* 46. *D. Chrys. de verbis Izaiæ.* Vidi Dominū; *alludens ad hunc locum.* Itaque medius stat Sacerdos inter Deum, & naturam humanam, illinc venientia beneficia ad nos deferens, & nostras petitiones illuc perferens, Dominum iratū reconcilians utrique naturæ, nos, qui offendimus, eripiens ex illius manibus. *homilia* 5.

54 *Nume. 17. nu. 8.* *Num.* 17. Invenit germinasse virgam Aaron in domo Levi: & turgentibus gemmis eruperant flores, qui, folijs dilatatis, in amygdalas deformati sunt *n.* 8. *D. Chrys.* Cùm adversus Aaron seditionem movissent homines, quidam scelerati, perditique, conantes eum á principatu depellere, & de honore cum illo disceptarent. mansuetissimus Moyses cupiens illis rebus ipsis facere fidem quòd non ut fratrem, aut cognatū, aut familiarem evexisset illum ad eū honorem, sed Dei parens edicto, tradiderit illi Sacerdotium illud, iussit, ut unaquæque tribus virgam afferret, idem præcepit Aaron: cúm attulissent omnes, accepit, & intús reposuit. Eo facto iussit expectari divinum iudicium, quod per virgas illas esset proferendum. Deinde cùm simul omnium reliquorum virgæ manerent in eodem habitu, sola virga Aaron germinavit, frondesq; produxit, ac fructus, ut intelligerent, quòd naturæ Dominus illum delegisset denuò, literarum vice, folijs utens. *tom. 5. Orat. 3 adversùs Iudæos.*

Et Paulo infra. Nunc quidē illa virga simul, & illorum malitiam, & Dei iudiciū declarat, non emittens quidem vocem, sed ipso aspectu quavis tuba clariùs exhortans, ne quid taliū facinorum in posterum aggrederētur. *In eadem Orat. 3. Miraculo Deus Aaronem Sacerdotem Summum voluit à suspicione ambitionis penitus liberare, ne si ambitiosus haberetur exemplo suo authoritateque personæ minores Sacerdotes ad honores ambiendos excitaret.* 55

Deuter. 9. Timui indignationem, & iram illius, qua adversùm vos cōcitatus, delere vos voluit. Et exaudivit me Dominus etiā hac vice. Adversùs Aaron quoq; vehemēter iratus voluit eum conterere, & pro illo similiter deprecatus sum. *n.* 19 *&* 20. *D. Chrys. tom.* 5. Quid dicas de primo illo Iudæorū Sacerdote, de quo tám multa cum Moyse Deus verba fecit? Non ne hic posteà quā unus non potuit tanti populi insaniæ resistere, parum abfuit quin periret, nisi fratris patrocinium Dei irā avertisset. *lib. 4. de Sacerdotio.* Timui. *Nihil sibi conscius Moyses: nullius criminis reum in illo horrendo sacrilegio perpetrato se Moyses agnoscebat; & tamen timuit, ut fatetur,* Timui. *Dum enim Aaronē fratrem antea Deo dilectum, nunc odiosum Deo, inspiciebat, sibi similem posse tremendam accidere mutationem verebatur.* 56 *Deut. 9 n. 19. & 20.*

Ex Divo Augustino.

Exod. 4. Iratus Dominus in Moysem, ait: Aaron frater tuus Levites, scio quod eloquens sit: ecce ipse egreditur in occursum tuum, videns- 57 *Exod. 4. n. 14 & 16.*

videnſque te lætabitur corde. *n.* 14. *& infra.* Ipſe loquetur pro te ad populum, & erit os tuum: tu autem eris ei in his, quæ ad Deum pertinent *num.* 16. *D. Aug. lib.* 2. *in Exod.* Quibus verbis oſtẽditur Deus increpaſſe potiùs eũ, qui timeret ire quòd ipſe eſſet minùs idoneus, cùm haberet fratrẽ, per quem poſſet ad populũ loqui, quod vellet: quoniã erat ipſe gracilis vocis, & linguæ tardioris, quãquàm de Deo totũ ſperare deberet. *quæſt.* 10. *& infra.* De vocis autẽ gracilitate nihil ei Dominus præſtare voluit, ſed propter hoc adiutorẽ fratrẽ adiunxit, qui poſſet ea vti voce, quæ populo docendo ſufficeret. *Eadem quæſt.* 10. *Iure equidem in Moyſem Deus iratus inducitur eò quòd oblitus fratris ſui Aaronis, qui propter expeditã, claram, ſonoramq; vocem poſſet ad populũ prædicare, eum non obtulerit Deo, ſed ſe ipſũ à legatione excuſaret, eò quòd non ipſe voce polleret, qua per ſe ipſum poſſet populo verba facere.*

58 *Exod.* 4. Ipſe loquetur pro te ad populum, & erit os tuum: tu autem eris ei in his, quæ ad Deum pertinent *n.* 16. *D. Aug. lib.* 2. *in Exod.* Cùm dicit, Tibi loquetur ad populum: ſatis indicat in Moyſe principatum, in Aaron miniſterium. Deinde quod ait, Tu autem illi eris in ijs, quæ ad Deum. Magnũ hic fortaſſis perſcrutandum eſt Sacramentũ, cuius figuram gerat, velut medius Moyſes inter Dominum, & Aaron, & medius Aaron inter Moyſem, & populum. *quæſt.* 10. *Pro Aarone ergo Moyſes apud Deum, pro populo Aarõ apud Moyſem intercedebat; & ſic vterque pro populo Dominum precabatur: preces enim populi Aaron Moyſi; Moyſes autem preces Aaronis Deo offerebat.*

Exod. 4 *n.* 16

59 *Exod.* 28. Rationale quoque iudicij facies opere polymito iuxta texturam ſuperhumeralis ex auro, hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta *n.* 15. *& infra* Facies & laminam de auro puriſſimo, in qua ſculpes opere cælatoris Sanctum Domino. Ligabiſque eam vitta hyacinthina, & erit ſuper tiaram, imminens fronti pontificis, *à n.* 36. *D. Aug. lib.* 2. *in Exod. alludens etiam ad illud Pauli ad Hebræos* 9. In ſecundo autem ſemel in anno ſolus Pontifex non ſine ſanguine, quẽ offert pro ſua, & populi ignorantia *n.* 7. *In quo loco D. Paulus alludit ad illud Exod.* 30. Et deprecabitur Aaron ſuper cornua eius ſemel per annum in ſanguine, quod oblatum eſt pro peccato, & placabit ſuper eo in generationibus veſtris *n.* 10. *Et ad illud Levitici* 16. Loquere ad Aarõ fratrem tuum, ne omni tempore ingrediatur Sanctuarium, quod eſt intra velum coram propitiatorio, quo tegitur arca, ut non moriatur *n.* 2.

Exod. 28. *nu.* 15. *& á n.* 36.

Ad Hebr. 9. *n.* 7.

Exod. 30. *nu.* 10.

Leviti. 16. *n.* 2

Sic ait D. Aug. Vnus autem iſte, qui ſemel in anno intrabat in ſancta ſanctorum, quoniam Chriſtum Ieſum ſignificabat, apertiſſimè ad Hebræos epiſtola commendatur. Quod autem præfiguratum eſt in ſancta ſanctorum, ut ſuper arcam, quæ legem habebat, eſſet propitiatorium, ubi Dei miſericordia ſignificatur, intelligendum eſt, quám propitius ſit peccatis eorum, qui legem non implent. Hoc mihi videtur etiam in ipſa veſte Sacerdotis ſignificari. Quod in rationali in pectore Sacerdotis poſito iudicia conſtituit; in lamina veró in ſanctificationem, & oblationem peccatorum: tanquã rationale ſit in pectore ſimile arcæ, in qua lex erat, & lamina illa in fronte ſimilis propitiatorio, quod ſuper arcam erat, ut vtrobique ſervaretur quod ſcriptum eſt, Superexaltat miſericordia iudicium. *quæſt.* 129. *In rationali Dei Filium iudicem futurum indicabat Aaron: in lamina Sanctum Dei nomen, nomen quod Ieſum vocabulum portendebat, ipſumque Salvatorem prænotabat futurum. Rectè igitur in pectore iudicis nomen, quia etiam dum hominis* 60

Iacob. 2 *n.* 13.

homines iudicat, non tam rigorem ostendit, quàm amorem. In capite autem vocabulum Salvatoris portabat, quia in salvandis hominibus omnem divinæ sapientiæ artem imponebat.

61 *Exod.* 28. Et vestietur ea Aaron in officio ministerij, ut audiatur Sonitus quando ingreditur & egreditur Sanctuariũ in conspectu Domini, & non moriatur *n.* 35. *D Aug. lib.* 2 *in Exod.* Et erit Aaron cúm cœperit fungi Sacerdotio, audietur vox eius intranti in Sanctuariũ in conspectu Domini, & exeunti, ut non moriatur. Intrantis, & exeuntis vocem de tintinnabulis dicit audiri, tantumque ibi pondus observationis posuit, ut diceret, Ne moriatur. Testimonia ergo quædam significari voluit in veste Sacerdotali, qua utique significatur Ecclesia, per tintinnabula, ut nota sit conversatio Sacerdotis: sicut Apostolus dicit, Circa omnes te ipsum bonorum operum præbens exemplum. Aut illa quæ audisti à me per multos testes, hæc eadem commenda fidelibus & ijs, qui idonei sunt, & alios docere. An quid aliud, magnum tamen est, quidquid illud sit. Intranti autem, & exeunti, pro intrantis, & exeuntis locutio est: vox pro sonitu, nam tintinnabulorum magis sonus, quàm vox est. *quæst.* 119. *Ornatus veste, ex qua (secundum aliquos doctores) trecenta sexaginta sex tintinnabula pendebant semel in anno in Sancta sanctorũ Aaron intrabat, ac si pro singulis totidem anni diebus per illa tintinnabula vocẽ daret, ut sic in singulis diebus omnibus aliquod famâ dignum opus in Dei obsequium à se fuisse factum demonstraret.*

Exod. 28. *nu.* 35.

Ad Tit. 2. *n.* 7.

2. *Tim. cap.* 1. *n.* 2.

62 *Exod.* 28. Facies & laminam de auro purissimo: in qua sculpes opere cælatoris, Sanctũ Domino. Ligabisq; eam vitta hyacinthina, & erit super tiaram, imminens fronti pontificis. *à* 36. *D. Aug. lib* 2. *in Exod.* Quomodò formetur in lamina Sãctitas Domini, non video, nisi aliquibus literis, quas quidam quatuor esse dicunt Hebræi: quod, ut Græci appellant Tetragramaton, nomen Dei ineffabile credunt fuisse *quæst.* 120. *Et infra ad illud,* Erit autẽ lamina &c. Imminens fronti Pontificis. *Inquit idem D. Aug.* Quod autem adiungit, & dicit, Et erit super frontẽ Aaron semper acceptum illis in conspectu Domini: ad laminam illam revertitur. In quo advertendũ, si inveniri potest, qui non habeat necessitatẽ pro suis offerre peccatis præter Christũ, qui solus potest omniũ auferre peccata: intelligitur frontis ornamẽtũ, fiducia bonæ vitæ, quã qui veré perfectèq; non significatione, sed veritate Sacerdos habet, solus potest auferre peccata, nec necessitatem offerre pro suis. *quæst.* 120. *ad finem.* Portabitq; Aaron iniquitates eorũ &c. Erit autem lamina semper in fronte eius, ut placatus sit eis Dominus *n.* 38. *Non proprias, sed alienas iniquitates Aaron dicebatur portare, & ideo frontem non velatã, sed lamina ornatam ferre valebat: si enim proprias iniquitates ipse portaret, velata præ pudore, & non erecta frõte ingrederetur; nec aliter coram Domino citra temeritatem posset apparere.*

Exod. 28. *à n.* 36.

Exod. 28. Legitimum sempiternũ erit Aaron, & semini eius post eum 63
n. 43. *D. Aug lib.* 2 *in Exod. ad hunc locum exponens, & illud Psal.* 109. Iuravit Dominus, & non pænitebit eum: Tu es Sacerdos in æternũ secundum ordinẽ Melchisedec *v.* 4 *sic ait.* In æternum secundum ordinem Melchisedec non secundum ordinem Aaron. Ibi enim, & iuratio, & nulla Dei pænitudo, qua significetur mutatio, Iuravit enim Dominus, & nõ pænitebit eũ, Tu es, inquit, Sacerdos in æternũ secundum ordinẽ Melchisedec. De ordine autẽ Aaron dictũ est quidẽ, In sempiternũ, vel propter tẽpus non præceptũ quousq; observaretur, vel quò res significaret æternas; nusquã est tamen dictum de Sacerdotio Aaron, quia iuravit Dominus,

Exod. 28. *n.* 43.

Ps. 109 *v.* 4.

nus, & non pænitebit eum: Et ideo dictũ est in illo Sacerdotio secundũ ordinem Melchisedec; Non pænitebit eum: ut significaretur, quia de Sacerdotio Aaron pænitebit eum, idest mutabit illud. *quæst.* 124

64 *Et in tom.6. Sic ait idem D Aug.* Nec secundum ordinem Aaron, sed secũdum ordinem Melchisedec. Christo enim dictum est, & de Christo tantò ante prædictũ est, Iuravit Dominus, & non pænitebit eum: Tu es Sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedec. Quid est, Iuravit Dominus: nisi inconcussa veritate firmavit? Et quid est, Non pænitebit eum; nisi hoc Sacerdotium nulla omnino ratione mutabit? Neque enim sicut hominem, pænitebit Deum: sed Dei dicitur pænitentia, quævis ab illo institutæ rei cuiusque mutatio, quæ credebatur esse mansura. Proinde cùm dicit, Non pænitebit eum, Tu es Sacerdos in æternum secundũ ordinem Melchisedec, satis ostendit eum pænituisse, hoc est, eum mutare voluisse Sacerdotium, quod constituerat secundum ordinem Aaron: sicut de vtroque videmus impletum. Nam, & Aaron Sacerdotium iam nullum est in aliquo templo, & Christi Sacerdotium in æternum perseverat in cælo *Orat. adversus Iudæos. Dum ergo de Sacerdotio Melchisedec non pænitendum Deum esse enunciabat propheta David, & de Sacerdotio Aaronis pænitudinem futuram esse Deo aliquando dicebat, Synagogam relinquendam, & Ecclesiam constituendam fore prædicebat.*

65 *Exod.* 32. Dixitque ad Aaron: quid tibi fecit hic populus, ut induceres super eum peccatum maximũ? Cui ille respondit: Ne indignetur dominus meus: tu enim nosti populum istum, quòd pronus sit ad malum: dixerunt mihi: Fac nobis deos, qui nos præcedant: huic enim Moysi, qui nos eduxit de terra Ægypti, nescimus quid acciderit. Quibus ego dixi. Quis vestrum habet aurum? Tulerunt, & dederunt mihi: & proieci illud in ignem, egressusque est hic vitulus. *à n.* 21. *D. Aug. lib.* 2. *in Exod.* Compendio locutus est, non dicens quòd ipse formaverit, ut exiret vitulus fusilis. An excusationis causa, timendo mentitus est, tanquám ipse in ignem periturum aurum proiecerit, atque ipso non id agente, forma vituli exierit? Quod ideo non est credendum hoc eum animo dixisse, quia nec latere Moysem posset, quid esset in viro, cum quo Deus loquebatur, & fratrem de mendacio non redarguit. *quæst.* 145. Non indignetur dominus meus. *Dominum suum Aaron fratrem Moysem appellabat: nec cùm repeteret verba populi, in quibus populus Moysem virum nuncupaverat,* Moysi enim huic viro *n.* 1. *Moysem virum appellavit, dixit enim* Huic enim Moysi; *quia ut verus obediens non in Moyse hominis personam, sed ipsum Deum omnium Dominum quem Moyses, ut prælatus, referebat, aspiciendum esse reputabat.*

Exod. 21 *n.* 21.

Exod. 32. Videns ergo Moyses populum quòd esset nudatus (spoliaverat enim eum Aaron propter ignominiam sordis, & inter hostes nudum constituerat,) & stans in porta castrorum, ait: si quis est Domini iungatur mihi *n.* 25. & 26. *Septuaginta sic transferunt.* Videns Moyses populum, quòd dispersus erat, dispersit enim eos Aaron ludibrium adversarijs suis. *Chaldaica translatio sic habet.* Vidensque Moyses populum quòd ociosus esset, ociosum enim fecerat eum Aaron, ut contaminaret eos nomine pessimo in generationes suas *D. Aug. lib* 2. *in Exod. sic legit.* Et cùm vidisset Moyses populum, quia dissipatus est, dissipavit enim eos Aaron, ut in gaudium venirent adversarijs suis. *Et deinde sic ait.* 66

Exod. 32. *n.* 25. & 26.

Notandum est, quemadmodùm illud totum malum, quod populus fecit, 67

fecit, ipsi Aaron tribuatur, quód eis consenserit ad faciendum quod malè petiverant. Magis enim dictum est, Dissipavit eos Aaron, quoniam cessit eis, quám dissipaverunt se ipsi, qui tantum malum flagitaverunt. *quæst.* 146. *Meritó Aaron vestibus populum spoliavit, sic enim à quolibet sibi subdito terga nudata flagellationibusque præparata esse ostendit, ut sic quilibet aliqualem Deo pro commisso crimine satisfactionem exhiberet.*

68 *Exod.* 32. Ite, & redite de porta
Exod. vsque ad portam per medium cas-
32. nu. trorum, & occidat unusquisque fra-
27. 28. trem, & amicum, & proximum
& 35. suum. Feceruntque filij Levi, iuxta sermonem Moysi, cecideruntque in die illa quasi viginti tria millia hominum *n.* 27. *&* 28. *& infra.* Percussit ergo Dominus populum pro reatu vituli, quem fecit Aaron *D. Aug. lib.* 2. *in Exod.* Meritó quæritur, cùm superiùs populū dissipasse dictus sit Aaron, cur in ipsum vindicta nulla processerit: neq; cúm Moyses interfici iussit omnem, qui Levitis euntibus ad portam, & redeuntibus occurrisset armatis: neq; cùm postea factum est, quod scriptura dicit; Et percussit Dominus populum propter facturam vituli, quem fecit Aaron, maximè, quia & hic hoc idē repetēdo inculcatum est. Non enim dictum est, & percussit Dominus populum propter facturam vituli, quem fecerunt, sed quem fecit Aaron, & tamen non est percussus Aarō; quin etiam illud, quod de Sacerdotio eius ante peccatum eius Deus præcipiebat, impletum est: sed iussit & ipsum, & filios ablui, & sic ordinati sunt in Sacerdotio. Ita novit ille, cui parcat vsque ad commutationem in melius, & cui parcat ad tempus, quamvis eum præscierit in melius non mutari: & cui non parcat, ut mutetur in meliùs, & cui non parcat, ita ut vitæ mutationem eius expectet: & hoc totum ad id redit quod Apostolus dicit exclamans: Quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & investigabiles viæ eius? *quæst.* 148.

Et tom. 5. *lib.* 14, *de Civitate Dei, sic ait D. Aug.* Aaron erranti populo 69
ad idolum fabricādum non consensit inductus, sed cessit obstrictus. *cap.* 11. *Aaron cùm primus omnium videretur puniendus propter crimen idololatriæ commissum à populo, tamen non dicitur á Deo punitus. Fortassis quia adeo fuit de peccato à se patrato contritus, ut se non solùm ab omni culpæ macula, & pæna æterna, sed et à toto reatu pænæ etiam temporalis, liberaverit.*

Num. 16. Præcipe Eleazaro fi- 70
lio Aaron Sacerdoti, ut tollat thu-
ribula, quæ iacent in incendio, & *Num.*
ignem huc illucque dispergat, quo- *16. nu.*
niam sanctificata sunt in mortibus *37. &*
peccatorum: producatque ea in la- *38.*
minas, & affigat altari, eò quòd oblatum sit in eis incensum Domino, & sanctificata sint, ut cernant ea pro signo, & monimento filij Israel. *n.* 37. *&* 38. *D. Aug. tom.* 10. Vt posteris daretur exemplum, ne quis præsumptione superbi spiritus non sibi à Deo datum munus pontificatus invaderet: sed ut illi credatur, quem non ambitio humana, non favor corruptus asciverit, nec munerum oblatio profana subrogaverit; sed meritorum conscientia, & Dei voluntas assumpserit. Quod ergo pertulerunt superbi illi Levitæ, qui Domino non iubente sibi Sacerdotium vendicabant, hoc patiuntur quicunque se in episcopatus, aut presbyteratus, vel diaconatus officium, vel muneribus, aut adulationibus impudenter conantur ingerere. Quomodó combusti sunt illi in corpore, sic isti exurentur in corde. *Sermone* 98. *de tempore in tom.* 10. *Non iussit Deus, ut Aaron ipse adversus quem tres illi rebellionis duces secum trahentes plures alios conspiraverant, eorum thuribula destrueret, & in laminas affigendas altari*

altari efformaret, ne si idem hæc faceret de punitione inimicorum suorum, quasi gloriosus, punitionis monimenta videretur velle posteris ostentare.

71 *Numer.* 16. Dixit Moyses ad Aaron: Tolle thuribulum, & hausto igne de altari, mitte incensum desuper, pergens citó ad populum, ut roges pro eis: iam enim egressa est ira à Domino, & plaga delævit. Quod cùm fecisset Aaron, & cucurrisset ad mediam multitudinem, quā iam vastabat incēdium obtulit thymiama, & stans inter mortuos, ac viventes pro populo deprecatus est, & plaga cessavit. *à n.* 46. *D. Aug. tom* 10. Hortatur ergo Moyses Pontificem magnum, ut offerat incensum in castris, & exoret pro populo. Iam enim, inquit, vastari populus cæpit. In spiritu videbat Moyses quæ gerebantur. Abijt ergo Aaron, ut offerret incensum pro populo, & stetit inter vivos, & mortuos, & mitigatus est furor Dei. Si intellexisti historiæ ordinem, & oculis, ut ita dicam, cernere potuisti stantem pontificem medium inter vivos, & mortuos, ascende nunc ad verbi huius celsiora fastigia, & vide quomodò verus Pontifex Iesus Christus assumpto thuribulo carnis humanæ, & superposito igne altaris, anima sine dubio illa magnifica, cum qua natus est in carne, adiecto etiam incenso, qui est spiritus immaculatus, medius inter vivos, & mortuos stetit, & mortem non permisit vltra grassari: sed sicut Apostolus dixit, destruxit eum, qui habebat mortis imperium, id est diabolum, ut qui in ipsum Pontificem Christum credit, iam non moriatur, sed vivat in æternum. *Alludit ad illud Pauli ad Hebræos cap.* 2. Vt per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est diabolum, & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant servituti. *n.* 14. *&* 15. *in Sermone* 98. *de tempore.*

Nu. 16. *à num.* 46.

Ad Hebr. 2. *n.* 14. *&* 15.

72 *Et explicans illa verba.* Et stans inter mortuos, & viventes pro populo deprecatus est, & plaga cessavit. *Sic ait idem D. Aug. in tom* 10. Puto autem, quòd non solùm primo adventu Domini, & Salvatoris nostri forma ipsa completa sit: sed eadem fortasse servabitur in secundo. Veniat iterum filius hominis, & cúm venerit, sine dubio inveniet quosdam mortuos, & quosdam viventes. Hoc loco non incongrùe mortui intelliguntur illi, qui nimietate scelerum in peccatis suis mortui comprobantur, viventes autem illi, qui in operibus vitæ permanserint. *Sermone* 98. *de tempore.*

Num. 16. *nu.* 48.

73 *Et in eodem tom.* 10. *Exponens illud Num.* 16. & stans inter mortuos, & viventes &c. *n.* 48. Hoc fuit ergo mysterium, quod futurum iam tunc Angelus ille, qui populum vastabat, expavit. Agnoscebat enim figuram thuribuli, & ignis, & incensi, & qualis offerenda esset Deo hostia ab eo, qui medius mortuorum, vivorumque constituendus erat, prævidebat: & illos tunc imago præfigurata salvavit, ad nos autem salutis veritas ipsa pervenit. Neq; enim indumenta Pontificis purpura, ac lana byssoque contexta erubuisset Angelus ille vastator: sed ista quæ futura erant indumenta Domini, & Salvatoris nostri singularis, & magni Pontificis intellexit, & his cessit, quibus utique universa creatura inferior erat. *Alludit ad dicta proximè supra in §. Num.* 16. Dixit.

Nume. 16. *nu.* 48.

74 *Num.* 16. Et stans inter mortuos & viventes &c. *n.* 48. *Idem D. Aug. tom.* 10. Stabit etiam in futuro adventu magnus hic Pontifex, & Salvator noster medius vivorum, & mortuorum. Sed, & tunc fortè medius vivorum, & mortuorum stare dicendus est, cúm statuet oves quidem á dextris, hædos autem á sinistris, & dicet his, qui á dextris erunt: Venite benedicti &c. His autem, qui à si-

Nume. 16. *nu.* 48.

á finiſtris ſunt dicet; Ite &c. Et ſunt vtique mortui, qui in ignem mittuntur æternum. Sunt autem vivi illi, qui mittuntur in regnum. *Sermone* 98. *de tempore. Aptè autem Aaron, in quo Christus præfigurabatur, medius inter mortuos, & vivos ſtare dicitur, ut Chriſtus, & homo, qui moriturus erat, & Deus, qui ſemper vivus regnaturus eſſet, oſtenderetur.*

Numeror. 16. Murmuravit au-
75 tem omnis multitudo filiorum Iſ-
Nume. rael ſequenti die contra Moyſem, &
16. à n. Aaron, dicens: Vos interfeciſtis po-
41. & pulum Domini. Cùmque oriretur
46. ſeditio, & tumultus increſceret,
Moyſes, & Aaron fugerunt ad tabernaculum fæderis *à n.* 41. *& infra.* Dixit Moyſes ad Aaron: Tolle thuribulum, & hauſto igne de altari, mitte incenſum deſuper, pergens citò ad populum, ut roges pro eis: iam enim egreſſa eſt ira á Domino, & plaga deſævit. *n.* 46. *D. Aug. tom.* 3. *lib.* 1. *de Mirabilibus ſacræ Scripturæ.* Sequenti item die totus populus contra Moyſem, & Aaron, ut ſanguinis reos conſurrexerit, eoſque in eorūdem vltionem occidere voluit. Sed hi uterque Moyſes, & Aaron videlicet ad tabernaculum Dei diffugiunt, & iterum in rebelli populo cæleſtis flamma deſævit. Rurſumque Aaron imperante Moyſe, impleto altaris igne thuribulo foras in populum venit, & inter vivos, & mortuos digredientis veſtigium vindicta non tranſivit. Recto in utroque moderamine effecto, ut qui contra iuſtos principes iracundiæ igne intus exarſerant, foris iuſtiſſimæ vindictæ flamma conflagrarent. Et qui in corde proximorum culpas venialiter demiſerat, eius veſtigio defenſos ignis de cælo miſſus vrere non audebat. *cap.* 30. Deprecatus eſt &c. *Vbi primùm Aaron pro inimicis, qui nec viſo illato antea divino ſupplicio, illorum, qui viventes in infernum deſcenderant propter factam adverſùs Aaronem rebellionem, ſimile ſupplicium timuerunt, Deum oravit, exoravit, libenter enim orationem illius audivit, qui hoſtibus ſuis non vindictam, ſed veniam poſtulabat.*



Numer. 17. Invenit germinaſſe 76
virgam Aaron in domo Levi, & tur-
gentibus gemmis eruperant flores, *Nume.*
qui folijs dilatatis in amygdalas de- *17. n. 8*
formati ſunt, *n.* 8. *D. Aug. tom.* 10. Virga etiam Aarō annis ſiccata plurimis, ſine aqua revixit, in templo floruit, nuces produxit. Qui fecit virgam ſine humore folia germinare, ipſe fecit filiam David ſine ſemine generare. *Serm.* 25. *de Diverſis. De tempore* 18.

Et alibi in eodem tom. 10. Domi- 77
nus Moyſi Sancto præcepit de ſingulis tribubus virgas afferri. Allatæ ſunt duodecim virgæ, inter quas etiam una erat, quæ Aaron fuerat Sacerdotis: poſitæ ſunt à Sancto Moyſe in tabernaculo teſtimonij. Virga autem Aaron, poſt alterum diē invenitur ſubitò produxiſſe flores, & frondes, & peperiſſe nuces. Delectat hoc myſterium cum charitate veſtra contra perfidiam Iudaicam differere, ubi maximè figura intervenit Sacramenti. Virga ecce protulit, quod antea non habuit, nō radicata plantatione, non defoſſa ſarculo, non animata ſucco, non fæcundata ſeminario: & tamen cum illic deeſſent univerſa iura naturæ, protulit virga, quod nec ſemine ſuggeri potuit, nec radice. Virga ergo potuit contra naturam nuces educere, Virgo non potùit cōtra naturæ iura Dei filium generare? *Serm.* 3. *de Tempore, ſeu primo de Natali Domini.*

Et in eodem Sermone. Sic ait D. Aug. 78
Virga illa Aaron, Virgo Maria fuit, quæ nobis Chriſtum verum Sacerdotem concepit, & peperit, de quo cecinit, Tu es Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedec. Superiori namque verſu iam dixerat Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion. Et Eſaias propheta apertiùs

Psal. 109. apertiùs Mariam Sanctam designat,
Esai. 11 dicens Exiet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Quod ergo hæc virga nuces produxit, imago Dominici corporis fuit. Nux enim trinam habet in suo corpore substantiæ unionem corium, testã, & nucleum.

Et explicans hæc sic ait, D. Aug. In corio nucis carnem significat Salvatoris, quæ habuit in se asperitatẽ, vel amaritudinem passionis. In nucleo, interiorem declarat dulcedinẽ Deitatis, quæ tribuit pastum, & luminis subministrat officium. In testa, lignum interserens crucis, quod non discrevit id, quod foris, & intus fuit, sed quæ terrena, & cælestia fuerunt, mediatoris ligni interpositione sociavit, dicente beato Apostolo: Quia ipse per sanguinem crucis suæ pacificavit omnia, quæ in cælis sunt, & quæ in terris. *ita ille.*

79 *Nullius alterius principis scribendum in virgis per alias oblatis tribus, seu familias nomen à Deo exprimitur, solum namque Aaronis nomen in virga oblata per familiam Levi inscribendum declaratur, ut constat ex hoc cap. Num. 17. ibi.* Accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas, á cunctis principibus tribuum, virgas duodecim, & uniuscuiusque nomen superscribes virgæ suæ. Nomen autem Aaron erit in tribu *Levi. n. 2. & 3. Reliqui enim aliarum tribuum principes, quia honoris cupidi indigni erant, quorum nomina Deus ore divino pronunciaret: Aaronis verò vocabulum, qui minimè ambitiosus, sed verè humilis erat, dignum profectò, quòd Deus, honoris gratia, ore divino exprimens in virga de tribu Levi inscribi iuberet.*

Numer. 17. n. 2 & 3.

80 *Numer.* 17. Loquere ad filios Israel, & accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas &c. *& infra.* Quem ex his elegero germinabit virga eius: & cohibebo á me querimonias filiorum Israel, quibus contra vos murmurant, *n. 5. D. Aug. tom.* 10. Omnis princeps tribus populi habet virgam. Non enim potest quis regere populum, nisi habeat virgam. Vnde, & Paulus Apostolus, quia princeps erat populi, idcirco dicebat: quid vultis? In virga veniam ad vos, an in charitate? Omnes ergò principes tribuum habeant necesse est virgàs suas: sed unus est solus, sicut scriptura dicit, verus Pontifex, cuius ille Aaron Sacerdos præferebat figuram. Huius ergo virga germinavit. Sicut enim virga Aaron germinavit in populo Iudæorum, ita crux Christi floruit in populo gentium. Verùm quoniam verus Pontifex Christus est, ipse solus est cuius virga crucis non solùm germinavit, sed & floruit, & omnes credentium populorum fructus exhibuit. *Serm. de Diversis* 40. *Fuit de tempore* 99.

Nume. 17 à n. 2. n. 5.

1. cor. 4

Et in eodem loco alludens ad illud Num. 17. Invenit germinasse virgam *n.* 8. *& ad illud eiusdem capitis,* Germinavit virga eius *sic ait D. Aug.* Diligenter attendite fratres, quia unum promisit Deus futurum in virga, sed plura dedit. Verùm est fratres: consuetudinis suæ rem fecit Dominus noster. Semper enim maiora tribuit, quám promittit. Et erit, inquit, homo, quemcumque elegero, virga eius germinabit: hoc est solum, quod promisit Deus, ut virga eius, quem eligeret, germinet. Vbi verò ad rem venitur, ut quod promissum est, ostendatur impletũ; non unum illud, quod promissum fuerat effectum dicitur: sed vide quanta adduntur. Et produxit frõdes, & protulit flores, & germinavit nuces. *Ita ille in eodem loco, ubi plura de eadem virga, Serm de tempore* 99. 81

Numer. 17. n. 8

82 *Aaron, cuius solùm virga flores, & folia, & fructus protulit, prælatus à Deo electus comprobatur, quilibet autem aliorum principum, quorum virgæ siccæ remanserunt, pontificio honore habetur indignus.*

dignus. Præsul enim debet habere flores, ut coronet innocentes; folia, ut tegat peccatores: fructus, ut reficiat pænitentes.

Ex Divo Leone Magno Pontifice.

83 Levit. 21. nu. 10. Levit. 21. Pontifex, idest Sacerdos maximus inter fratres suos super cuius caput fusum est unctionis oleum, & cuius manus in Sacerdotio consecratæ sunt, vestitusq; est sanctis vestibus caput suum non discooperiet, vestimenta non scindet *n.* 10. *Vnde meritò D. Leo rugiens invehitur in PontificemCaipham ad illud* Mat.26 n. 65. *Math.* 26. Tunc princeps Sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens, Blasphemavit *n.* 65. Cayphas autem (*inquit D. Leo*) ad exaggerandam auditi sermonis invidiam, scidit vestimenta sua, & nesciens, quid hac significaret insania Sacerdotali se honore privavit. Vbi est Caypha rationale pectoris tui? Vbi est, continentiæ cingulum? Vbi superhumerale virtutum? Mystico illo, sacroq; amictu, ipse te spolias, & proprijs manibus Pontificalia indumēta discerpis, oblitus præcepti illius, quod legeras de Principe Sacerdotum. De capite suo cidarim non deponet, & vestimentasua non disrumpet. Tu, veró, à quo iam alienabatur hæc dignitas, ipse tibi es executor opprobrij, & ad manifestandum finem veteris instituti pertinet eadem diruptio Sacerdotij *in Serm. 6. de Passion. Domini* Scidit vestimenta sua. *Audiens Cayphas à se Christum Dominum ad Patris dexteram summo honore sedentem conspiciendum Math.* 26. Mat.26 n. 64. Videbitis Filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei *n.* 64. *Tanti invidia exagitatus honoris, vestimenta scidit, rationaleque à pectore separavit: nec incongruè, ratione enim ostenditur spoliatus, qui per invidiam honoris Christo à Patre conferendi in bestiam fuerat transformatus.*

Exod. 30. Et deprecabitur Aaron super cornua eius semel per annum in sanguine, quod oblatum est pro peccato placabit super eo in generationibus vestris. Sanctum sanctorum erit Domino *n.* 10. *D. Paulus Epist. ad Hebræos cap.* 9. *referens citatum locum, sic addit:* Christus autem assistens Pontifex futurorum bonorum &c. per proprium sanguinem introivit semel in sancta, æterna redemptione inventa. *D. Leo alludens ad utrumque locum.* Effusio enim *inquit* pro iniustis sanguinis iusti, tam potens fuit, ad privilegium, tàm dives ad precium, ut si universitas captivorum in Redemptorem suum crederet, nullum tyrannica vincula retinerent. *Et infra.* Quis est, *inquit,* qui tradidit semetipsum oblationē, & hostiam in odorem suavitatis? At quod unquam sacrificium sacratius fuit, quàm quod Pontifex verus altari Crucis per immolationem suæ carnis imposuit? Quanvis enim in conspectu Domini multorum Sanctorum preciosa fuerit mors, nullius tamen insontis occisio propitiatio fuit mundi *Serm.* 12. *de Passione. idem dicit in Epist. Decretalibus* 83. *&* 94. 84 Exod. 30. nu. 10.

Et alibi sic ait, D. Leo Confirmabatur quoque testamētum novum, & Christi sanguine, æterni regni scribebantur hæredes. Ingrediebatur Summus Pontifex sancta Sanctorum, & ad exorandum Deum immaculatus Sacerdos per velum suæ carnis intrabat. *in Serm.* 17. *de Passione Domini. Deprecabitur in sanguine. Non in voce, sed in sanguine deprecabatur Aaron Auris enim Dei multò libentiùs audit vocem cruoris, quàm oris. Pontifex ergo cruore, non ore, Deum orabat, ut exardescentem iracundia Deum hostiæ sanguine, roris instar, refrigeraret.* 85

Psalmo 109. Tu es Sacerdos in æternum secùndum ordinem Melchisedec *v.* 4. *D. Leo.* Hoc est non secundùm 86 Ps. 109. v. 4.

cundúm ordinem Aaron, cuius Sácerdotiũ per propaginem sui seminis currens temporalis ministerij, fuit, & cum veteris testamenti lege cessavit: sed secundùm ordinẽ Melchisedec, in quo æterni Pontificis forma præcessit. Et dum quibus parentibus sit editus non refertur, in eo ille intelligitur ostendi, cuius generatio non enarrari potest. *Serm. 2. in anniversar. die assumptionis.*

87 *Pontificis nostri species fuit non solúm Melchisedec, ut liquet ex citato ps. sed & Aaron eiusdem extitit effigies iuxta illud*

Ad Hebr. 5. à n. 4. *Divi Pauli ad Hebræ.* 5. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur á Deo tanquam Aaron. Sic & Christus non semetipsum clarificavit ut Pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodùm & in alio loco dicit. Tu es Sacerdos in æternum secundúm ordinem Melchisedec. *á n. 4. Effigies ergo Christi in Melchisedec: dicata censetur Christi in æternum duraturæ sublimitati, quia dum in viro initij, & finis inscio comparuit, creditur fuisse picta æternitati. In Aaronis verò specie solùm Christi humilitas demonstratur, quippe qui non ut ambitiosus ad honorem, sed ut obsequiosus ad laborem, Pontifex à Deo fuerit designatus.*

Ex Divo Petro Chrysologo.

88 Exod. 28. Facietque vestem sanctam Aaron fratri tuo in gloriam, & honorem *n. 2. D. Petrus Chrysolog. alludens ad hanc Aaronis vestem dum exponit illud Pauli ad Roman.* 12.

Exod. 28. n. 2 Ad Roma. 12. n. 1. Obsecro itaque vos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem sanctam, Deo placentem, rationabilẽ obsequium vestrum *n. 1. Sic alloquitur.* Apostolus rogando sic omnes homines ad Sacerdotale fastigium provexit, ut exhibeatis corpora vestra hostiam vivam. O inauditum Christiani Pontificatus officium, quando homo sibi ipse est, & hostia, & Sacerdos: quando homo non extrinsecus, quod Deo est immolaturus, inquirit: quando homo secum, & in se & quod pro se est, Deo Sacrificaturus, apportat: quando & eadem manet hostia, idem permanet & Sacerdos, quàndo hostia mactatur, & vivit, Sacerdos nescit occidere, qui litabit, vbi corpus sine corpore, sine sanguine sanguis offertur. Obsecro, inquit, vos per misericordiam Dei ut exhibeatis corpora vestra hostiam vivam. Fratres, hoc Sacrificium Christi descendit ex forma, qui corpus suum pro vita sæculi vitaliter immolavit: & verè corpus suum fecit hostiam vivam, quia vivit occisus *Sermone* 108.

Et paulò infra sic alloquitur. idem D. Chrysol. Esto homo, esto & Dei sacrificium, & Sacerdos: non amittas, quod tibi divina dedit, & concessit authoritas: induere Sanctitatis stolam, præcingere baltheum castitatis; sit invelamento capitis tui Christus: Crux in frontis tui munimine perseveret: pectori tuo divinæ scientiæ appone Sacramentũ; in odorem thymiama semper orationis accende: arripe gladium spiritus: & sic corpus tuum admove Dei securus ad victimam. *in eodem Serm.* 108. *Felix, quem Deus ad huiusmodi Pontificatus fastigium evocaverit, hic enim suum, martyrij desiderio, sanguinem Deo offerens. inter martyres poterit recenseri, & à Deo pro affectu, quasi pro effectu, ut martyr coronari.* 89

Exod. 29. Et oleum unctionis fundens super caput eius: atque hoc ritu consecrabitur. *n. 7. Ab hoc unctionis oleo Sancto Aaron unctus, seu christus dicebatur. Num.* 35. Oleo Sancto vnctus est. *n.* 25. *Et noster Summus Pontifex etiam Christus ab unctione divina nuncupatur. Vnde sic D. Petrus* 90 *Exod. 29 n. 7 Nume. 35. n. 25.*

Chrysolog.

Chrysolog. Ab vnctione Christus Iesus vocatus est à salute: quia & vnctio, quæ per reges, prophetas,& Sacerdotes olim concurrerat in figuram, in hunc Regem regum, Sacerdotem Sacerdotum, prophetarum Prophetam tota se plenitudine spiritus Divinitatis effudit: ut regnum & Sacerdotium, quod per alios promiserat temporaliter, in authorem ipsum refunderet, & redderet sempiternum. *in serm.* 59.

91 *Pulchrum Christi nomen non sibi solùm voluit noster Summus Pontifex reseruare, sed Sacerdotibus omnibus tanquam sibi dilectis; illud non dedignatus est communicare. Et quos amabat, suoque honoratos nomine, suos esse dicebat, ne illos quis tangeret, imperabat, dicens Ps.* 104. Nolite tangere Christos meos *v.* 15. *Imò etiam, ut munificentiam suam communem, non autem ad solos Sacerdotes, ostensam esse indicaret, non solùm Sacerdotes à Christo Christos, sed & fideles omnes à Christo Christianos, voluit nominari.*

Ps. 104. *v.* 15.

92 *Exod.* 32. Fac nobis deos, qui nos præcedant *n.* 1. *D. Petrus Chryso. exponens illud D. Pauli Epist. ad Rom. cap.* 12. Rationabile obsequium vestrum *n.* 1. *sic ait.* Obsequium ratione carens fervor est: furor est, quod ratione non frænatur. Hinc Iudaicus populus Deum dum sibi præter rationem quærit, Deum, cui cum ratione serviebat, amisit. *Serm.* 109. Fac nobis deos. *Ratione profectò carebant, qui contra naturalem rationem, quæ Deum non factibilem, sed universitatis factorem, non multiplicem, sed unicum esse demõstrat, sibi deos fieri plures postulabat.*

Exod. 32. *n.* 1 *Ad Roma* 12. *n.* 1.

93 *Exod.* 32. Hi sunt dij tui *n.* 4. *Ex auro fabricatum idolum deos suos insanus populus nominabat. Vnde sic D. Petrus Chrysol.* Aurum Iudaicum populum sic suo captivavit aspectu, vicit illecebris, specie perdecepit, ut hoc esse Deum crederent; & Deum verum, Deum tot beneficijs cognitum denegarent: sic convertit homines in iumenta, ut vituli caput, caput suũ crederent, & omnium rerum capiti caput pecudis anteferrent. Attendite quàm sit pernicies ista fugiẽda, quæ cúm mores hominum honestatem, vitamq; perdiderit, ipsum quoque Deum voluit homini, & contẽdit auferre. *in Sermone* 29. *Infelix populus, qui deos aureos instar gentium adorabat. Digna & prænunciata pœna plecti meruit: vitulum enim dum quisque illius insani populi homo venerabatur, in vitulũ suo idolo similem transformabatur iuxta illud Psalmi* 113. Simulacra gentiũ argentum & aurum, similes illis fiãt, qui faciunt ea *v.* 4. & 8.

Exod. 32. *n.* 4

Ps. 113 *v.* 4. & 8.

Lucæ 1. Fuit in diebus Herodis regis Iudeæ Sacerdos quidam nomine Zacharias de vice Abia, & vxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Elizabeth. *n.* 5. *D. Petrus Chrysol.* Oratores magni, & excellentes ingenio quoties illustrium virorum parant narrare virtutes, avos, atavosq; cõmemorant, ut ad honorem præsentium accedat dignitas antiquorum, & laus patrum filiorum redundet ad gloriã. Maior est innata gloria, quám quæsita; præcedit quod venit ab origine, quod sequitur ex labore: gloriam beatiús est habere, quám quærere: hinc est quòd Evangelista, ut extollat Ioannis gloriam, Zachariæ patris, Elizabeth, matris genus dicit avos memorat, scribit merita, loquitur titulos, gradus digerit, vitam pandit, dilatat insignia, prædicat Sanctitatem *in serm.* 89. *Magnum quidem est Aaronis præconium, quod nempe inter avos, atavosq; Ioannis solus in illius geneologia meruit proprio nomine recenseri: ac si solus ille omnes alios Ioannis progenitores virtutum meritis antecederet, & pro omnibus unus potuerit nominari.* 94

Luc. 1 *n.* 5.

Ex Divo Nilo Abbate.

Exod. 28. Pones autem in rationali iudicij Doctrinam, & veritatem, quæ erunt in pectore Aarõ, 95

Exod. 28. *n.* 30.

quando ingreditur corã Domino; & gestabit iudicium filiorum Israel in pectore suo,in conspectu Domini, *n.* 30. *D. Nilus tom.* 5. *Bibli.* Magnus Moyses super Sacerdotis pectus ponit rationale, ea nota significans iracundiæ motus rationis iudicio esse cohibendos. Rationale enim est iudicij regula, qua ratio reijcit iracundiæ vitium, vt imperfectum; perfectus autem Moyses totam adimit iracundiam, quæ rationi reluctatur. *in lib. qui dicitur Asceticus. In pectore suo iudicium subditorum gestare præcipitur Aaron coram Domino semper; ut dum eos iudicaret, non solum eis iudicis indicaret rigorem, sed tanquam pater, qui eos in corde gestabat, demonstraret amorem.*

96 *Epist. ad Hebræ. cap.* 5. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Sic & Christus non semetipsum clarificavit, ut Pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu ego hodie genui te *n.* 4. *&* 5. *D. Nilus tom.* 5. *Bibli. alludens* (*ut videtur*) *ad hunc locum.* Sin aliquis non sponte sua,sed quoniam unum,aut alterum suscepit, cogatur& pluribus præesse, is primó se ipsum probet, exploretque, vtrúm idoneus sit, qui re magis, quám sermone doceat, quæ facienda sunt, vitamque suam, ut virtutum omnium exemplar discipulis proponeret, ne qui illud imitantur, erroris deformitate, virtutis inquinent pulchritudinem. *in lib. qui dicitur Asceticus. Maximum in hoc loco Paulus proponit Aaronis præconium, dum ait,* Sic & Christus: *Aaronem enim constituit quasi humilitatis in non ambiendo honore exemplar, quod Christus sibi proposuerit imitandum.*

Epist. ad Heb. cap. 5. *n* 4. *&* 5.
Psal. 2. *n.* 7.

Ex Divo Anastasio Sinayta Martyre.

97 Exod. 7. Tulitque Aaron virgã coram Pharaone, & servis eius, quæ versa est in colubrum. Vocavit autem Pharao sapientes, & maleficos: & fecerunt etiam ipsi per incantationes Ægyptiacas, & arcana quædam similiter. Proieceruntq; singuli virgas suas, quæ versæ sunt in dracones, sed devoravit virga Aaron virgas eorum *à n.* 10. *Divus Anastasius Sinayta in Exameron considerans quo pacto Deus Adamum, & Evam ex eo quòd comedissent de ligno prohibito, credentes serpenti eis divinitatem promittẽti, punierit, loquens de filijs Israel sic effatur.*

Exod. 7 *à n.* 9.

Fortasse ea de causa Deus ad eos admonendos, & ad revocandum eis in memoriam ea, quæ facta sunt in Paradiso eis diversa unanimiter exhibuit prodigia per serpentem, & lignum; nunc quidem virgam Moysis transmutans in serpentem: deinde serpentem in lignum mortificans; priús describens quòd non oporteat obedire serpenti ad lignũ adorandum, vel quòd per lignum Crucis perdet, & morte afficiat Paradisini ligni consultorem serpentem. *Et alludens ad locum citatum Exo. sic ait.* Propter quem rursus, & virga Aaronica ex ligno animata serpsit serpens, & falsas magicas in ligno serpentis operationes repente consumpsit. 98

Et infra. In ligno rursus serpens æneus non spirans in deserto suspensus erat á Moyse; tacitè dicens quòd erit aliquando tempus, in quo subiecto Christo insuperabili incude, percussus improbi consilij princeps serpens Pilato tanquam malleatore malleum incutiente, & vstulatus, & solutus, & morte affectus in ligno mortuus, tanquam in columna infamia notatus proscribetur mundo, qui vsque ad hoc tempus erat in solitudine omnis boni: & reprimentur morsus populi morsi à serpente. *Hæc omnia Divus Anastasius Sinayta lib.* 10. 99

Alludit in supradictis D. Anast. ad illud Num. 21. Fecit ergo Moyses serpen- 100

Numer. 21. n. 9 Ioan. 3. n. 14. serpentem æneum, & posuit eum pro signo; quem cùm percussi aspicerent, sanabantur *n. 9. & ad illud Ioannis* 3. Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto: ita exaltari oportet filium hominis *n.* 14. *Dum igitur Aaronis virga in serpentē mutata magorum virgas in serpentes conversas devorabat, easque in se ipsam commutabat, ostēdebat fore ut vnius viri tantùm philosophia vera, & christiana plurimorum vanas scientias gentiliū devoraret, easq; in se ipsā ad cultū divini honoris transmutaret.*

101 Exod. 28. nu. 6. *Exod.* 28. Facient autem superhumerale de auro, & hyacintho, & purpura, coccoq; bis tincto, & bysso retorta, opere polymito *n.* 6. *D. Anast. Sinayta tom. 1. bibli.* Audivimus Deum Moysi iubentē, Pōtificis Aaronis tunicam cōtexere ex purpura retorta. Purpura autē constat ex duobus animalibus: ex verme (inquam) è terra genito, & ostreo marino. Propterea ergo rursus duo populi in passione Christū induerūt chlamyde purpurea: ante significātes, quòd regnaret super duos populos carni vnitus Deus Verbū. *in Examer lib. 6. divini opificij de sexto die. Purpura ergo indutus Aaron Christū regē significabat, qui latum orbis imperiū mari terraq; protensum, ex quibus enascitur purpura bysso divinitatis, ac humanitatis cocco vestibus possideret.*

102 Exod 30. nu. 10. *Exod.* 30. Et deprecabitur Aaron super cornua eius semel per annū in sanguine, quòd oblatū est pro peccato, & placabit super eo ingenerationibus vestris. Sanctū sanctorum erit Domino. *n.* 10. *D. Anas. Sinay. De rectis fidei.* Sancta Sanctorū semel singulis annis solus ingreditur Pōtifex, pro se & populi ignorātijs repropiciaturus Deū. Itaq; quod operiebatur priore quidē velo, Sanctū; quod autē secundo, Sanctū sanctorū dicebatur. Quare multa freti fiducia dicimus primū quidem velū designasse corpus Christi: secundùm autem animam; sicut enim collatione habita ad corpus, Sanctum illud anima est adoperta corpore quasi priori velo: perinde, & ad Deum Verbū, secundum velamē, anima vtiq; est. *lib. 4. de impassibilitate Christi. Sancta sanctorum semel in anno cū sanguine Aaron intrabat, ad quem locū, ut offerret incensum per dies singulos solebat accedere: at non quando quotidie incensum cremabat, sed quādo Deo sanguinē litabat, à loco vocabuli Dei propriū acceptū sanctum sanctorum nominabatur. Iuxta illud* Sanctum sanctorum erit.

Num. 16. Quod cū fecisset Aaron, & cucurrisset ad mediā multitudinē, 103
quā iam vastabat incendium, obtulit
thymiama: & stans inter mortuos, Nu. 16.
& viventes, pro populo deprecatus n. 47.
est & plaga cessavit. *n.* 47. & 48. *D.* & 48.
Anas. Sinay. alludens ad illud Iosue 10.
Stetitq; Sol in medio cæli *n.* 13. *Et ut* Iosu. 10
videtur simul ad locum citatum Num, sic n. 13.
ait in Exam. Propterea in eo fuit præfiguratus Sol iustitiæ, mediator Dei, & hominū, & medius, ut Dominus tam eorum, quæ cadunt sub aspectū, quàm eorum, quæ non cadunt; & medius Patris, & Spiritus Sancti, & intermedius lapis angularis duorū populorum. Qui etiā in Cruce fuit in altū sublatus in medio duorū latronū, & fecit salutē in medio terræ, cùm esset medius dies. *lib. 4. ad finem.*

Et in eodem Exam. ad illud Genes. 2.
Et lignum vitæ in medio paradisi. 104
n. 9. sic ait idem D. Sinay. Ad passionē
in hortum Golgotha ad Adamum Gen. 2.
egrediens, & lignum Crucis portās, n. 9.
lignum vitæ se ipsum vocavit, dicēs mulieribus lamentantibus, & plagētibus; Filiæ Hierusalē nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, &
super filios vestros *n.* 28. Quia si in Luc. 23
viridi ligno hæc faciunt, in arido n. 28.
quid fiet *n.* 31. Humidum, hoc est & 31.
vitæ lignum, se ipsum vocans Dominus: sicca autem ligna, & infrugifera, & materiam ignis, Iudæos.

Et deinde sic progreditur. Quòd 105
si velis etiam scire eum esse in medio Paradisi Ecclesiæ audi eum dicentem discipulis. Ego sum

Luc.22. n.27. Ioan.1. n.26. Mat.20 Ps.81. 1.Tim.2. in medio vestrùm tanquam, qui ministrat. Vnde etiam Ioannes dicebat turbis; Medius vestrùm stetit, quem vos nescitis. Qui stetit in medio discipulorum, & insufflavit dicens; Accipite Spiritum Sanctum, congruenter ei dictum est, Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos diiudicat, qui est mediator Dei, & hominum, & fecit salutem in medio terræ, qui est lignum vitæ: vnde (ut quòd sit increata eius divinitas) ideo non dicit eum cum lignis cõplantatum, sed esse in medio Paradisi. *lib. de duobus lignis.*

Igitur cùm inter mortuos, & viventes Pontifex staret, deprecatus pro populo fuisse dicitur, quin pro quibus oraverit, vivis ne, an mortuis, explicetur; solùm enim pro populo Deum rogavisse refertur. Vt hoc modo, & pro vivis, & pro mortuis orasse intelligatur, temporalem vitam vivis, æternam mortuis deprecatus.

Ex Divo Gregorio Magno.

106 *Exod. 28.* Facient autem superhumerale de auro, & hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & *Exod. 28. n.6* bysso retorta, opere polymito. *n.6.* *D. Greg. Mag. in Ezechielẽ lib.* 2. Moyses cùm per colores vestium, electorum virtutes exprimeret in ornamento Pontificis bis tinctũ coccum iubet adhiberi. Quid namque per coccum nisi charitas designatur, quæ semper flamma amoris accenditur? Sed coccus bis tingitur, quando non solùm ex amore Dei, sed etiã proximi nostra charitas inflammatur. Nàm quisquis sic amat Deum, ut cõmissi sibi proximi curam relinquat, adhuc in eo coccus semel tinctus est. Et quisquis sic amat proximum, ut minuat desideriũ, quo flagraro debet in Deum, non est adhuc in eo color tincturæ geminatus. Debemus ergo, & amare eos, cum quibus vivimus, & ad illum totis desiderijs anhelare, in quo veraciter vivamus, *tom. 2. lib.* 2. *in Ezechielem homil.* 16.

Et in tom. 3. in part. 2. curæ pastoralis. 107
sic ait. D. Greg. Mag. Rectè superhumerale ex auro, hyacintho, purpura, bis tincto cocco, & torta fieri bysso præcipitur: ut quãta Sacerdos clarescere virtutũ diversitate debeat, demonstretur. In Sacerdotis quippe habitu ante omnia aurũ fulget, ut in eo intellectus sapiẽtiæ principaliter emicet. Cui hyacinthus, qui aerio colore resplẽdet, adiungitur: ut per omne, quod intelligẽdo penetrat, nõ ad favores infimos, sed ad amorẽ cælestiũ surgat: ne dum incautus suis laudibus capitur, ipso etiam veritatis intellectu vacuetur.

Et deinceps sic progreditur idem D. 108
Greg. Mag. Auro quoq; & hyacintho purpura permiscetur: ut videlicet Sacerdotale cor cũ sũma, quæ prædicat, speret, in semetipso suggestiones vitiorũ reprimat, eisq; velut regia potestate contradicat: quatenus nobilitatẽ semper intimæ regenerationis aspiciat, & cælestis regni sibi habitũ moribus defendat. De hac quippe nobilitate spiritus per Petrũ dicitur: Vos autem genus electũ, regale Sacerdotiũ. De hac etiã potestate, qua vitia subigimus, Ioannis voce roboramur, qui ait: Quotquot autẽ receperũt eũ, dedit eis potestatẽ filios Dei fieri. Hanc dignitatẽ fortitudinis Psalmista considerat, dicẽs: Mihi autẽ nimis honorificati sũt amici tui Deus nimis confortatus est principatus eorum. Quia nimirum sanctorum mens principaliter in summis erigitur, etiam cúm exteriús perpeti abiecta cernuntur. *1 Petri 2.*

Et adhuc inferius ad eundem locum 109
Exod. 28. Facient &c. *n. 6. sic loquitur idem D. Greg. Mag.* Auro autem *Exod. 28. n.6* hyacintho bysso, ac purpura bis tinctus coccus adiungitur: ut ante interni iudicis oculos omnia virtutũ bona ex charitate decorentur: & cũcta, quæ corã hominibus rutilant, hæc in cõspectu occulti arbitri flamma

ma intimi amoris accendat. Quæ scilicet charitas, quia Deum simul, & proximum diligit, quasi ex duplici tinctura fulgescit; qui igitur sic ad auctoris speciem anhelat, ut proximorum curam negligat, vel sic proximorum curam exequitur, ut à divino amore torpescat: quia unum horum quodlibet negligit, in superhumeralis ornamento habere coccum bis tinctum nescit.

110 *Et tandem sic concludit D. Greg. Mag.* Cū mēs ad præcepta charitatis tēditur, restat proculdubio, ut per abstinentiam caro maceretur: vnde & bis tincto cocco torta byssus adiungitur. De terra etenim byssus nitenti specie oritur. Et quid per byssū, nisi candens decore munditiæ corporalis castitas designatur? Quæ videlicet byssus torta pulchritudine superhumeralis innectitur: quia tunc castimonia ad perfectū munditiæ candorem ducitur, cúm per abstinentiam caro fatigatur. Cùmque inter virtutes cæteras etiā afflictæ carnis meritum proficit, quasi in diversa superhumeralis specie byssus torta candescit: *Hæc omnia parte 2. curæ past. cap. 3. Cocco bis tincto, byssoque retorta superhumerale ornatur; & sicut in cocco duplex charitas, sic & in bysso duplex ostenditur mortificatio: debet enim prælatus nō solùm corporis, sed etiā animi affectiones cohibere, ne cōtra amorem Dei, vel amorem proximi eas sibi sentiat repugnare.*

111 *Exod.* 28. Et stringatur rationale annulis suis cū annulis superhumeralis vitta hyacinthina, ut maneat iunctura fabrefacta, & à se invicem rationale, & superhumerale nequeant separari. *n.* 28 *D. Gregor. Mag. tom.* 3 *part.* 2. *curæ past.* Divina voce præcipitur, ut in Aaron pectore rationale iudicij vittis ligantibus imprimatur: quatenus Sacerdotale cor nequaquam cogitationes fluxæ possideant: sed ratio sola constringat; ne indiscretum quid, vel inutile cogitet, qui ad exemplum alijs constitutus, ex gravitate vitæ sēper debet ostendere quantā in pectore rationem portet. *cap.* 2 *Eadem repetit in tom* 4. *Regist Epist. lib.* 1. *indic* 9. *Epist.* 24. *Rectè præcipitur, ut superhumerale, & rationale, ita inter sese per vittam hyacinthinam coniungantur, ut nunquā possint à se ipsis invicem separari. Solus enim præsul, qui subditos in pectore gestat per amorem, dum eos humeris simul gestat: non sentit laborem.*

Exod. 28. n. 28.

Exod. 28. Portabitq; Aaron nomina filiorum Israel in rationali iudicij super pectus suū quando ingredietur Sanctuariū, memoriale coram Domino in æternum. *n.* 29. *D. Greg. Mag. tom.* 3. *par.* 2. *de vita past.* Ascriptos Patres semper in pectore ferre, est antiquorū vitā sine intermissione cogitare. Nam tunc Sacerdos irreprehensibiliter graditur, cùm exēpla Patrum præcedentiū indesinēter intuetur, cùm Sanctorum vestigia sine cessatione considerat, & cogitationes illicitas deprimit: ne extra ordinis limitē operis pedem tendat. *cap.* 2. 112

Exod. 28. nu. 29.

Et exponens illud eiusdē capitis Exod. 28. In rationali iudicij. *Sic ait idem D. Greg. Mag.* Bene etiam rationale iudicij vocatur: quia debet rector semper subtili examine bona malaq; discernere, & quæ vel quibus, quando, vel qualiter congruant studiosè cogitare: nihil quoq; propriū quærere, sed sua commoda propinquorū bona deputare. *cap.* 2. *supra citato. Et eadem repetit Epist citata* 24. Memoriale coram Domino in æternum. *Ergo Aarō quasi supremi imperatoris Dei amicus præ cæteris gratus rationale, quasi memoriale, Patriarcharum nomina continēs, divinis semper oculis offerebat, ut Deus illorum memor, ipsorum merita per beneficia, quæ conferret posteris, compensaret.* 113

Exod. 28. nu. 29.

Exod 28. Portabitq; Aaron nomina eorum coram Domino super vtrumque humerum recordationem. *n.* 11. *D. Greg. Mag. tom.* 3. *part.* 2. *de vita past.* Supernæ vocis imperio 114

Exod. 28. nu. 11.

perio in vtreque humero Sacerdos velamine superhumeralis astringitur: ut contra adversa, ac prospera virtutum semper ornamento muniatur: quatenus iuxta vocem Pauli, Per arma iustitiæ á dextris, sinistrisque gradiens, cúm ad sola, quæ anteriora sunt, nititur, in nullo delectationis infirmæ latere flectatur. Non hunc prospera erigant, non adversa perturbent: non blanda vsque ad voluptatem demulceant, non aspera vsque ad desperationem premant: ut dum nullis passionibus intentionem mentis humiliat, quanta in vtroque humero superhumeralis pulchritudine tegatur, ostendat. *cap. 3. Sex Patriarcharum nomina in lapide uno super humerum dexterum; sex item nomina Patriarcharum aliorum in lapide altero super sinistrum humerum Aaron iubebatur portare, ut in quanlibet verteretur partem, exempla Patrum tanquam recta via limites aspiceret; atque ita medio incedens itinere tutus pergeret, quin ad dextram, vel sinistrã declinaret.*

115 *Exod.* 28. Habebuntque nomina filiorum Israel duodecim nominibus cælabuntur, singuli lapides nominibus singulorum per duodecim tribus *n.* 21. *D. Greg. Mag. lib.* 28. *Moralium.* Sacerdos cùm tabernaculum ingreditur duodecim lapides portare in pectore iubetur: quia videlicet semetipsum pro nobis sacrificium offerens Pontifex noster, dum fortes in ipso exordio prædicatores exhibuit, duodecim lapides sub capite in prima sui corporis parte portavit. Sancti itaque Apostoli & pro prima ostensione ornamenti lapides sunt in pectore, & pro prima soliditate ædificij in solo fundamenta. *cap. 6. Nomina duodecim Apostolorum Ecclesiæ Patrum Christus in pectore portabat, quia in corde suo, quasi in libro vitæ illorum vocabula ferebat, quorũ animas ad æternam gloriam destinaverat.* *Exod.* 28. *n.* 21.

116 *Exod.* 28. Pones autem in rationali iudicij doctrinam, & veritatem, quæ erunt in pectore Aaron quando ingredietur coram Domino: & gestabit iudicium filiorum Israel in pectore suo in conspectu Domini semper. *n.* 30. *D. Greg. Mag. tom.* 3. *parte* 2. *de vita past.* *Exod.* 28. *n.* 30.

117 Sacerdoti iudicium filiorum Israel in pectore coram Domini conspectu gestare, est subiectorum causas pro sola interni iudicis intentione discutere, ut nil se ei humanitatis admisceat in eo, quod divina positus vice dispensat, ne correctionis studia privatus dolor exasperet. Cùmque cõtra aliena vitia æmulator ostenditur quæ sua sunt, non exequatur: ne tranquillitatem iudicij, aut latens invidia maculet, aut præceps ira perturbet. *cap.* 2.

118 *Et exponens illud eiusdem cap.* 28. *Exod. In conspectu Domini n.* 30. *sic, inquit,* Consideratur terror eius, qui super omnia præsidet, videlicet iudicis intimi, ut non sine magno regantur timore subiecti. Qui nimirũ timor, dum mentem rectoris humiliat, purgat: ne hanc aut præsumptio spiritus levet, aut carnis delectatio inquinet, aut per terrenarum rerum cupiditatem importunitas pulvereæ cogitationis obscuret: quæ tamen non pulsare rectoris animum nequeunt, sed festinare necesse est, ut repugnatione vincantur: ne vitium, quod per suggestionem tentat mollitie delectationis subiuget. Cũque hæc ab animo tarde repellitur, vereor ne consensus succedat. *cap.* 2. Gestabit iudicium filiorum Israel in pectore suo in conspectu Domini semper. *Quis prælatus non timeat, non solum suum, sed & suorum iudicium subditorum coram Domino portaturus? Hoc est non pro se solùm, sed etiam pro subditis in iudicio rationem Domino redditurus?* *Exod.* 28. *n.* 30.

119 *Exod.* 28. Deorsùm verò ad pedes eiusdem tunicæ per circuitum, quasi mala punica facies ex hyacintho,

Exod. 28. nu. 33. & 35. tho, & purpura, & cocco bis tincto, mixtis in medio tintinnabulis. *n.* 33. *& infra*, Et vestietur ea Aaron in officio ministerij, ut audiatur sonitus quando ingreditur, & egreditur Sanctuarium in conspectu Domini, & non moriatur. *n.* 35. *D. Greg, Mag. tom.* 3. *parte* 2. *curæ past.* Moysi præcipitur, ut tabernaculum Sacerdos ingrediens, tintinnabulis ambiatur: ut videlicet voces prædicationis habeat, ne superni spectatoris iudicium ex silentio offendat. Scriptum quippe est, ut audiatur sonitus quãdo ingreditur Sanctuarium in conspectu Domini, & non moriatur. Sacerdos namque ingrediens, vel egrediens moritur, si de eo sonitus non audiatur, quia iram contra se occulti iudicis exigit, si sine sonitu prædicationis incedit. *cap.* 4.

120 Exod. 28. nu. 35. *Et exponens illud*, ut audiatur &c. *n.* 35. *sic ait D. Greg.* Apte autẽ tintinnabula vestimẽtis illius describũtur inserta. Vestimenta etenim Sacerdotis, quid aliud quàm recta opera debemus accipere? Propheta attestante, qui ait: Sacerdotes tui induant iustitiam. Vestimentis itaque illius tintinnabula inhærent, ut vitæ viam cum linguæ sonitu ipsa quoque bona opera clament Sacerdotis. Vt audiatur. *Postquam mala punica tintinnabulis mixta referuntur, dicitur,* Vt audiatur. *Et rectè; neque enim vox Sacerdotis à subditis audiretur, nisi ipse non solùm per voces tintinnabulis adumbratas, sed etiam per opera malis punicis significata, prædicaret.*

121 Exod. 29. n. 27. & 28. *Exod.* 29. Sanctificabisque, & pectusculum consecratum, & armũ, quem de ariete separasti, quo initiatus est Aaron, & filij eius, cedentque in partem Aaron, & filiorum eius iure perpetuo â filijs Israel. *n.* 27. *&* 28. *D. Greg. Mag. tom.* 3. *parte* 2. *de vita past.* Sit rector operatione præcipuus, ut vitæ viam subditis vivendo denunciet, & grex, qui pastoris vocem, moresque sequitur, per exempla meliùs, quàm per verba gradiatur. Qui enim loci sui necessitate exigitur summa dicere, hac eadem necessitate cõpellitur summa monstrare. Illa vox namque libentiùs auditorum corda penetrat, quã dicentis vita commendat: quia dũ quid loqnendo imperat, ostendendo adiuvat, ut fiat. Hinc divina lege armum Sacerdos dextrum in sacrificium accipit, & separatum: vt non solùm sit eius operatio utilis, sed etiam singularis: nec inter malos tantũmodò, quæ recta sunt faciat, sed bene quoque operantes subditos sicut honore ordinis superat, ita etiam morum virtute transcendat. *cap.* 3.

Et considerans dari Sacerdoti ad epulandum pectusculum cum armo, ut constat ex illis verbis Cedentq; in partem Aaron. *Exod* 29. *n.* 28. *sic ait idem D. Greg. Mag.* Cui in esu quoque pectusculum cum armo tribuitur: ut quod de sacrificio præcipitur sumere, hoc de semetipso autori discat immolare. Et non solúm pectore, quæ recta sunt cogitet, sed spectatores suos ad sublimia armo operis invitet: nulla prospera præsentis vitæ appetat, nulla adversa pertimescat. Blandimenta mũdi respecto intimo terrore despiciat, terrores autem cõsideratio internæ dulcedinis blãdimento contemnat. *cap.* 2. *O immensa Dei benificentia pro armo uno arietis oblato ab Aarone dum consecraretur, in odorem suavissimum Domino instar holocausti concremato, iubet Dominus, cuiuscunque in posterum arietis armum Aaroni in epulum concedi: sic enim armũ unum innumeris compensabat, divinaque munificentia liberalitatem, humanam infinito excessu superabat.* 122 Exod. 29. nu. 28.

Exod. 30. Facies, & labrum æneum cum basi sua ad lavandum: ponesque illud inter tabernaculum testimonij, & altare. Et missa aqua lavabunt in ea Aaron, & filij eius manus suas, ac pedes. *n.* 18. *&* 19. *D. Greg.* 123 Exod. 30. nu. 18. & 19.

D. Greg. Magnus tom. 3. Posuit & labrum æneum, in quo lavarentur Aaron, & filij eius cùm ingrederentur in sancta sanctorum, quod fecit de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio tabernaculi. Labrum quippe æneum Moyses ponit, in quo Sacerdotes lavari debeant, & sancta sanctorum ingredi: quia lex Dei prius nos lavari per compunctionem præcipit, ut nostra immunditia ad penetrandum secretorum Dei mũditiam non sit indigna. Quod bene labrum de speculis mulierum perhibet factum, quæ ad tabernaculi ostium indesinenter excubabant. Specula quippe mulierum sunt præcepta Dei, in quibus se sanctæ animæ semper aspiciunt, & si quæ in eis sunt fœditatis maculæ deprehendunt. Cogitationum vitia corrigũt, & quasi renitentes vultus velut ex reddita imagine componunt: quia dum præceptis Dominicis solerter intendunt, in eis proculdubio, vel quid in se cælesti viro placeat, vel quid displiceat, agnoscunt.

124 *Et infra sic ait idem D. Greg. Mag.* Moyses ergo labrum Sacerdotibus de speculis mulierum fecit: quia lex Dei lavacrum compunctionis, peccatorum nostrorũ maculis exhibet: dum ea, per quæ Sanctæ animæ superno sponso placuerunt, intuenda nobis cælestia præcepta præbet. Quibus si diligenter intendimus, internæ nostræ imaginis maculas videmus. Videntes autem maculas, in pœnitentiæ dolore compũgimur, compuncti verò quasi in labro de speculis mulierum lavamur. *in homilia 17. in Evang. Alludit D. Greg. Mag. ad illud Exod.* 38. Fecit & labrũ æneum cum basi sua de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio tabernaculi. *n.* 8. *De speculis ergo mulierum labrum fieri præcipitur; ut in illis, non quidem manus, & pedes post lotionẽ aspiceret Aaron, hoc enim, quin ad specula attenderet, efficere posset, manusque, ac pedes in se ipsis videre: sed ut in speculis vultum, quem aliter videre non posset, inspectaret; ne qui manibus, & pedibus lotis accedebat in vultu præcipua parte corporis aliquam afferret labem, quæ totum illius corpus macularet.*

Exod. 38. nu. 8.

Ex Ruperto Abbate.

Exod. 6. Iste est Aaron, & Moyses, quibus præcepit Dominus, ut educerent filios Israel de terra Ægypti. Iste est Moyses, & Aaron, in die, qua locutus est Dominus ad Moysem in terra Ægypti. *à nu.* 26. *Rupert. in Exod. lib.* 1. Notandum, quia primò sic dicitur, Iste est Aarõ & Moyses; deinde præposterat, Iste Moyses, & Aaron. Nativitatis namque ordine Aaron, vocatione autẽ, vel administrationis privilegio Moyses prior est apud Deum. *cap.* 23. *Primus in eremo Aaron, in curia primus Moyses nominatur: utrobique tamen uterque quasi unus tantùm esset, pronomine, Iste, demonstratur, sic enim dicitur:* Iste est Aaron, & Moyses: Iste est Moyses, & Aaron. *Neque enim principatus ætatis, vel dignitatis, ut plures separabat, quos fraternitatis amor ex pluribus unum faciebat.* 125

Exod. 6. à n. 26.

Exod. 28. Facies autem superhumerale de auro, hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta, opere polymito *n.* 6. *Rupertus in Exod. lib.* 4. Quatuor colores toties in hac scriptura compositos, Hæbræi ad quatuor elementa, referunt, ex quibus universa subsistunt. Byssus, aiunt, terræ deputatur, quia ex terra gignitur, purpura mari, quia ex eius concheolis tingitur, hyacinthus aeri propter coloris similitudinem, & coccus igni, & iustum esse commemorant, ut Pontifex Creatori non solùm pro Israel, sed pro universo mundo roget. *cap.* 21. *Coloribus quatuor orbis elementa* 126

Exod. 28. n. 6

Aaron

Aaron Pontifex indicabat, & in se ipso colores illorum ferebat, ut ad colorem cuiuslibet sibi subditorum accommodandum se fore demonstraret, utpote qui fucrum amator pro conditione illorum diversis sumptis coloribus in varias formas se vellet, & posset amoris arte transformare.

127 Exod. 28. n. 9. & 10 & 11. *Exod.* 28. Sumesque duos lapides onychinos, & sculpes in eis nomina filiorum Israel: sex nomina in lapide uno, & sex reliqua in altero iuxta ordinem nativitatis eorum. *n.* 9. & 10. *Rupertus in Exod. lib.* 4. Vt videlicet Pontifex ingrediens sancta sanctorum nomina populi, pro quo rogaturus est Dominum, portet in humeris. Hoc est quod subiungitur: Portabitque Aaron nomina eorum coram Domino super utrumque humerum in recordationem. *n.* 12. *cap.* 21. *In humeris Pontifex Patriarcharum duodecim nomina asportabat, quasi quolibet ipsorum Patriarcharum nomine posset ipse ab omnibus tegentibus nomina mancipare: cumque cum esset, omnibus simul, ut nominibus, sic meritis adaequaretur, idque oneris sibi esset demandatum cum illa in humeris nomina quasi onera iuberetur portare.*

128 Sap. 18. n. 24. *Sapientiae* 18. In veste enim poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum. *n.* 24. *Rupertus in Exod. lib.* 4. Iustum erat, ut Pontifex Dei creaturarum omnium typum portans in vestibus suis, indicaret, cuncta indigere misericordia Dei, & cum sacrificaret ei, expiaretur universalis conditio: ut non pro liberis ac parentibus, & propinquis, sed pro cuncta creatura, & voce, & habitu precaretur. *cap.* 22. *Totus in Pontificis vestimento orbis terrarum descriptus erat, ut creaturae omnes debiti obsequij tributum vero Pontifici Christo Domino redditurae, in illo vestimento, quasi in libro quodam suis inscriptae nominibus apparerent ne illarum aliqua a solutione tributi immunis videretur.*

129 *Exod.* 32. Videns autem populus quod moram faceret descendendi de monte Moyses congregatus adversus Aaron, dixit: Surge, fac nobis deos, qui nos praecedant &c. *n.* 1. & *infra.* Loquutus est autem Dominus ad Moysem, dicens: Vade, descende: peccavit populus tuus. Recesserunt citò de via, quam ostendi eis, feceruntque sibi vitulum conflatilem, & adoraverunt, atque immolantes ei hostias dixerunt. Isti sunt dij tui Israel. *n.* 7. *Rupertus lib.* 4. *in Exod.* Plana est res gesta, quia cito recesserunt, imo cito defecerunt, faciendo vitulum, & adorando sculptile: & quod valde est admirandum, tantamque gloriam suam mutaverunt in similitudinem vituli comedentis foenum. Celeritatem defectus & ipse Dominus quasi admirans; Citò, inquit, recesserunt de via, quam ostendi eis. *cap.* 24. *Ac si Deus non tam scelus, quam sceleris celeritatem in idololatris, condemnaret.* Exod. 32. nu. 1. & à n. 7.

130 Exod. 32. n. 4 *Exod.* 32. Hi sunt dij tui. n. 4. & infra: Cumque appropinquasset ad castra vidit vitulum, & choros. *n.* 19 *Rupertus in Exod. lib.* 4. Eisdem pedibus, quibus mare transierunt coram tali figura saltaverunt, & veritatem, quam cecinerant, dicentes: Cantemus Domino gloriose magnificatus est, equum, & ascensorem proiecit in mare, in mendacium commutaverunt cantando: Hi sunt dij tui Israel. *cap.* 24.

131 *O insana, & execranda simul cantilena: Hi sunt dij tui, qui te eduxerunt de terra Aegypti! Quasi vero antequam factus esset vitulus aureus, eos ab Aegypto potuerit liberare. Totus canentium chorus dissonis admodum vocibus a sonoro modulamine aberravit; ubi primum chori magister Moyses, qui eos ad virgae mensuram canere faciebat, absens a virgae directione cessavit. Unde bene Rupertus supra citatus:* Quoties ab illo paululum paedagogi virga recessit, stultus puer ad eadem, vel similia se convertit idololatriae flagitia. *cap.* 24.

132 *Exod.* 28. Facies & laminam de auro

Exod. 28. nu. 36. auro purissimo in qua sculpes opere cælatoris Sanctum Domino *n.* 26. *Rupertus tom.* 2. *lib.* 1. *de offitijs.* In auri lamina, quæ in fronte Pontificia erat inscriptum habebatur ineffabile Dei nomen: hoc significari volentes, quód omnia, quæ subter sunt, Dei arbitrio gubernentur. *cap.* Facies & laminam &c. *Non solùm duodecim Patriarcharum nomina Aaron suo in vestimento portabat, sed & nomen Dei insculptum lamina in fronte ferebat: ut & nomine, & vita, non solùm Patriarcharum quilibet, sed & ipse Deus in puritate vitæ esse quodãmodò videretur, Deusque à nomine divino, quod in fronte gerebat, posset appellari.*

Ex Divo Bernardo Abbate.

133 *Numer. 17. n. 8* Numer. 17. Sequenti die regressus invenit germinasse virgã Aaron in domo Levi, & turgentibus gemmis eruperant flores, qui; folijs dilatatis, in amygdalas deformati sunt. *n.* 8. *D. Bern. super Missus est.* Quid ergo virga Aaron florida, nec humectata, nisi Virginem ipsam concipientem, quanvis virum non cognoscentem? Huius magni miraculi maius mysterium Isaias edisserit, dicens: Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, virgam, Virginem; florem, Virginis partum intelligens.

134 *Et infra sic ait idem D. Ber.* Si tibi quòd nunc in flore Christus intelligi dicitur, superiori videtur adversari sententiæ, qua non virgæ flore, sed floris fructu designari dicebatur: noveris in eadem Aaronica virga, quæ non solúm floruit, sed & frõduit, & fructum emisit, non solùm flore, vel fructu, sed ipsis etiam frõdibus eundem significari. Noveris & apud Moysem nec fructu virgæ, nec flore, sed ipsa virga demonstrari. Illa vtique virga, qua feriente, aqua, vel deviditur transituris, vel de petra excutitur bibituris.

Et addit inferius. Nullum autem inconveniens est diversis rebus, diversis ex causis Christum figurari. 135
Vt in virga quidem potentiam, in flore verò fragrantiam; in fructu autem saporis dulcedinem; in frondibus quoque sedulam eius intelligi protectionem, qua videlicet parvulos ad se confugientes sub vmbra alarum suarum protegere non desinit, sive ab æstu carnalium desideriorũ, sive à facie impiorum, qui eos afflixerunt. Bona, & disiderabilis umbra sub alis Iesu: ubi tutum est fugientibus refugium, gratum fessis refrigerium. Miserere mei Domine Iesu, miserere mei: quoniam in te cõfidit anima mea, & in vmbra alarum tuarum, sperabo, donec transeat iniquitas.

Et tandem sic concludit alludens ad verba Isaiæ. In hoc tamen Isaiæ testimonio, florem Filium, virgam intelligit Matrem: quoniam, & virga floruit absque germine, & Virgo concepit non ex homine. Nec virgæ virorem floris læsit emissio, neq Virginis pudorem sacri partus editio. *Hæc omnia D. Bern. homil.* 2. *super missus est. Aaronis ergo virga, beata est Virgo Maria, quæ flores affectibus cordis, frondescit affatis oris, fructificat effectibus operis; & dilectis suis è floribus spargit suæ sanctitatis odorem; è frondibus præbet suæ protectionis favorem; è fructibus tribuit suæ suavitatis saporem.* 136

Exod. 32. Fecitque populus quæ iusserat, deferens inaures ad Aaron, quas cúm ille accepisset, formavit opere fusorio, & fecit ex eis vitulum conflatilem, dixerunq; Hi sunt dij tui Israel *n.* 3. & 4. *D. Bern.* Aaron sceleratis tumultuantis populi contra voluntatem suam clamoribus cessit *in Epist.* 83. *Et idem D. Bern. alludens ad illud Exod.* 32. 137 *Exod. 32. n. 3 & 4. Exod. 32. nu. 8.*

Rece-

Recesserunt citó á via *n.* 8. *In tractatu de passione Domini sic effatur.* Aliud quám Deum quærentes idololatræ facti sunt, dum gloriam incorruptibilis Dei (qui solus gloriosus est, & solus quærendus) mutaverunt in similitudinem volucrum bestiarum & serpentum. *cap.* 21, Hi sunt dij tui. *Miseranda seu potiùs punienda mutatio hac, qua perditi homines verum Deum, qui sibi erat gloria in idolum, quod sibi fuit ignominia commutaverunt, dicentes,* Fac nobis deos *Exod.* 32. *n.* 1.
Exod. 32. n. 1 *Non alijs notum suum deum fieri desiderabant, quem sibi ipsis, & non alijs factum esse volebant; sed non mirum, cùm enim esset ex auro deus conflandus, totum sibi, ut avari deum aureum reservabant.*

Ex D. Guarrico Abbate.

138 Exod. 32. n. 4 Exod. 32. Hi sunt dij tui *n.* 4. *Vt idololatra deorum inducebant pluralitatem, & ut avari auro tribuebant divinitatem, unde meritò Apostolus avaritiam idolorum servituti assimilavit, dicens ad Colos.* 3. Mortificate ergo
AdCol. 3. n. 5. membra vestra, quæ sunt super terram fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & avaritiam, quæ est simulacrorum servitus. *n.* 5. *Ad quem locum Guar. Ab.* Ecce avaritiam idololatriæ cōparat, & meritò: quia sicut uni Deo idololatria nititur auferre gloriam, ne solus habeat nomen deitatis; ita avarus in Dei res se extendit, ut solus vsurpet quæ Deus omnipotens in usum plurimorum fecit. Vtraque Deo inimica, quia negat Deo, quæ sunt eius. *de Purif. D. Maria Sermon.* 8. *Et alibi sic ait idem Guar. Abba.* Avarus servus pecuniæ, mancipium avaritiæ, cultorque crumenæ, idololatra detestandus, cui nummus est Deus. *In Sermon.* 1. *de solem. omnium sanct. Meritò avarus idololatra comparatur, sicut enim idololatra à Deo aufert deitatem, eo quòd illi denegat unitatem: sic avarus à Deo tollit deitatem, dum non ei concedit liberalitatem.*

Numer. 12. Descendit Dominus in columna nubis, & stetit in introitu tabernaculi vocans Aaron, & Mariam. qui cùm issent, dixit ad eos: Audite sermones meos: si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in visione apparebo ei, vel somnio loquar ad illum. At non talis servus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est: ore enim ad os loquor ei: & palám, & non per ænigmata, & figuras, Dominum videt. Quare ergo non timuistis detrahere servo meo Moysi? *à n.* 5. *Guar. Ab.* Fælix igitur, qui testimonio ipsius iudicis dignum se amore scire meruerit, nisi quòd testimonium iustitiæ præsentis mutabilitati humanæ suspicionem, ac metum non ademit de futuris. Indubitabile tamen eximiæ virtutis, & magnæ perfectionis est indicium quoties hominem adhuc corruptioni subditum, suæ suffragio laudis illud irrefragabile Dei dignatur iudicium, *& infra.* Quantæ illud erat gratiæ, quód pro Moyse æmulabatur, & confundebat æmulos eius, si quis, inquit, fuerit inter vos &c: Stetit in introitu tabernaculi. *Non permisit Deus Aaronem, & Mariam tabernaculum, in quo erat altare thymiamatis intrare, sed eis in columna stans in introitu tabernaculi locutus est; iam enim tūc ab altari semovebat fratres, adversus quos frater aliquid habebat.* 139 Nume. 12. à 5.

Num. 17. Sequenti die regressus invenit germinasse virgam Aarō in domo Leui, & turgentibus gemmis eruperant flores, qui, folijs dilatatis, in amygdalas deformati sūt. *n.* 8. *Aaronis virga est Virgo Maria, quæ germinavit floruit. & fructificavit, quando Christum germen florem, & fructum concepit, edidit, generavit. Vnde meritò Guar. Abbas.* Nihil interest, 140 Nume. 17. n. 8.

sive

sive germen, sive florem, sive fructum dixeris: cù hæc omnia imo infinita alia unus Christus sit, res una sed multiformis gratia, & virtutis unius operatio multifaria, cui si infinita nomina paupertas humani sensus, & sermonis pro similitudine commendaverit, rei tamen implere significationem non poterit. Bene autem simul vocatur germen, & flos, & fructus, quia sine gradu perfectus ab initio conceptus sui, omni virtute, & gratia in se ipso extitit perfectus. In nobis enim primum ipse germen est, cùm fides in confessione prorumpit, vel opus manifestum: postmodum flos, cùm super proficiētem efflorescit sanctificatio Dei, quodam spectabili decore virtutum: demum autem fructus, cúm beatitudo faciat hominem consummatū. *in Annunciatione Dom. Sermone 2. Virga Aaronis Virginem portendebat, ut quæ affectibus germinaret in corde, & effatis floreret in ore, & effectibus fructificaret in opere.*

Ex Divo Arnoldo Abbate.

141 *Exod.* 28. *n.* 4 Exod. 28. Hæc autem erunt vestimenta, quæ facient; Rationale, & superhumerale, tunicam, & lineam strictam, cidarim, & baltheum. *n.* 4. *D. Arnoldus tract. de ultimis septem verbis Domini, alludens etiam ad illud sapientiæ* 18. In veste enim podèris, quam habebat, totus erat orbis terrarum *n.* 24. (*Sapien.* 18. *nu.* 24.) Vestis, quæ podèris, idest, talaris dicitur, linea est: quæ munditiæ perseverantiam intimabat, & vitæ immaculatæ candorem; quæ stricta erat, & adhærens corpori, quia singularitatem hoc propositum diligit, & expeditos esse oportet, qui sanctis ministrant altaribus, carnemque, & vestem, & totam conversationem solitariam exhibere. *tract. de sexto & septimo &c. Podèris ergo vestis, seu talaris dicebatur eò quòd vsque ad talos demissa pedes tangeret, seu à pedibus ipsa tangeretur, ut quæ mundi in se imaginem ferebat, ab Aarone contemnenda, & pedibus conculcanda fore ostenderetur.*

Exod. 28. Sumesque duos lapides onychinos, & sculpes in eis nomina filiorum Israel: sex nomina in lapide uno, & sex reliqua in altero, iuxta ordinem nativitatis eorum. *n.* 9. & 10. *D. Arnoldus tract. de vltimis &c.* Quòd autem sex nomina in sinistra parte erant, & sex in dextera in lapidibus onychinis sculpta; illud est, quod ad conscriptionem hæreditatis supernæ pertinent, non tantùm, qui probati perfectique videntur, sed etiam, qui minoris æstimationis habentur: quia imperfectum nostrum nō abjicit divina perfectio, & calamū quassatum non conterit, & lignum fumigans non extinguit. 142 *Exod.* 28. *n.* 9 & 10. *Isaia.* 42. *n.* 3

Et infra sic progreditur. Amplexatur quidem dextera eius eos, qui digni sunt promoveri ad oscula; sed & læva eius supponitur eorum capitibus, quos imbecillitatis vertigo inclinat, nec patitur lapsos omnino collidi, quos corruentes excipit, & piam manum inclinatis supponit. *tract. de sexto & septimo &c.* 143 *Cant.* 2. *n.* 6.

Exod. 28. Sumesque duos lapides onychinos, & sculpes in eis nomina filiorum *Israel n.* 9. *D. Arnoldus, tract. de vltimis.* Onyx veró lapis est habens vnguis similitudinem, albisq; cingentibus zonis igniculos emittit: vnde per hunc lapidem, in quo dextrorsum, & sinistrorsum nomina duodecim filiorum Israel sculpi iubentur, rectè intelligimus hanc scripturam pertinere ad Christum, qui in carne assumpta, quasi vnguē se nobis exhibuit, & operuit multitudinem peccatorum: zonis cādidis, idest, continentiæ doctrinis cingēs electos, & miraculorum igniculis accendens ad fidem, ardebat intus, & lu- *Exod.* 28. *n.* 9

& lucebat exteriùs.

144 *Et infra sic ait idem D. Arnoldus.* Ideo à dextris,&a finistris locantur, quia fundatos, vel scriptos in Petra, nec altum concutit, nec profundum: quia per arma iustitiæ, in prosperis, & in adversis gradiuntur invicti. *tract. de sexto & septimo. Eiusdem generis duo lapides sunt, in quibus nomina sex in humero dextero, & alia sex in sinistro sculpta gerebantur, ut ex similitudine lapidum, similem à prælato de omnibus suis subditis æstimationem faciendam esse Dominus indicaret; quanvis eos in diversis locis posset ipse prælatus ratione ætatis maioris, vel minoris collocare.*

145 Exod. 28. nu. 11. *Exod.* 28. Pones in utroque latere superhumeralis, memoriale filijs Israel, portabitque Aaron nomina eorum coram Domino super utrunque humerum recordationem *num.* 11. *D. Arnaldus tract. de ultimis &c.* Itaque in superhumerali Pontificis hoc debet intelligi, quomodò in portandis fratrum oneribus officium illud se habere debeat; quantaque eis ex debito regiminis, solicitudo incumbat,ut proprijs humeris ovem perditam ad ovile reportent. In hoc bonorum operum patientia, in laboribus perseverantia indicatur. *in tract. de sexto &c.* (Luc. 15 n. 5.)

146 Exod. 28. nu. 11. *Et infra sic ait idem D. Arnoldus exponens eundem locum Exod.* 28. *n.* 11. Quòd autem nomina Patriarcharum gestat in humeris, ob recordationē eorum utique fit:ut videns populus Patrum nomina conscripta in veste Pontificis, eorum imitetur iustitiā, veniatque in memoriam fides Abrahæ, mansuetudo Isaac, patientia Israel, castitas Ioseph, disciplina Moysi, zelus Phinees, victoria Iosue, Samuelis sinceritas, David humilitas, eorumque, qui de illis duodecim Patriarchis egressi sunt principibus, vel Sacerdotibus rectè facta, vel dicta, qui per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones. *tract. de sexto & septimò &c.* (Hebræ. 11. n. 33)

147 Exod. 28. nu. 11. *Et ad finem tractatus exponens locum citatum de Christo Pontifice sic ait.* Crucem autem quasi superhumerale sacrificium oblaturus pro populo humeris imposuit. *Et in eodem tractatu exponens eundem locum Exod.* 28. *n.* 11. *sic ait.* Duplex autē ratio est quare hæc in humeris Pontifex nomina portet; ut & ipse auditoribus sequēda Patrū exempla proponat, & ipse, eos,quos verbo instruit,& exemplo si præoccupati fuerint in aliquo delicto in spiritu lenitatis ferat, & ampliùs exonerare, quàm gravare infirmos intendat. Eorū enim onera ipsum lege officij sui ferre necesse est. *tract. de sexto &c. Nomina super utrumque humerum Aaron gestabat, ut ostenderet, quòd non solùm eos, qui sibi à dextris, & pro se: sed etiam illos, qui sibi à sinistris contra se stare viderentur, in humeris,ut oves bonus pastor baiularet.* (Exod. 28. nu. 11. Gal. 6. n. 1. Hab. 5. n. 1. 2. 2. Cor. 11. nu. 29.)

148 Exod. 28. nu. 15. & 16. *Exod.* 28. Rationale quoque iudicij facies opere polymito iuxta texturam superhumeralis, ex auro hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta. Quadrangulum erit, & duplex: mensuram palmi habebit, tam in longitudine, quàm in latitudine. *n.* 15. & 16. *D. Arnoldus tract. de ultimis &c.* Quadrangulum quoque erat, & palmi mensuram, tam in latitudine, quàm in longitudine continens. In quaternario doctrinæ Evangelicæ iugem memoriam accipe. In palmi mensura, plenam iuris mensuram, quantum possibile est operationi humanæ attingere. Qui enim palmo aliquid metitur,expansis digitis manūm extendit, ut possit attingere in locum, quò tendit. Eadem igitur mensura erit piæ intentioni in longitudine boni operis, & in latitudine charitatis. *tract. de sexto &c. Pulchre rationale duplex fieri præcipitur, secūdùm sensum literalem, ne lapidum pondere disrumpatur; secundùm moralem, ut eo*

ornatus pontifex; non simplex, quem subditi fallere possint, sed duplex, non fictione, sed ratione, qui fictos animo duplices cognosceret, eorumque fictiones posset condemnare.

Exod. 28. Portabitq; Aaron no-
149 mina filiorum Israel in rationali iudicij super pectus suum, quando ingredietur sanctuarium, memoriale
Exod. 28. nu. 29. coram Domino in æternum. *n.* 29. *D. Arnoldus tract. de vltimis &c.* In nominibus Patriarcharum, quæ hærent pectori Summi Pontificis, hoc intimatur, quòd qui in regimine sunt, semper affici debeant pro his, qui ad eorum sollicitudinem pertinent, & quantùm possibile est, recordari eorum debent ex nomine, & orationis exhibere suffragia: neque aliud illud pectus occupare debet, quàm animarum zelus, quia officij illius est, revocare devios, reconciliare erroneos, confirmare eos, qui proficiunt in iustitia; & qui deficiunt cohortari, ne desperent de venia. *tract. de sexto &c.*

150 *Et alludens ad eundem locum Exod.* 28. Portabitque &c. *n.* 29. *Sic ait idē*
Exod. 28. nu. 29. *D. Arnoldus tract. de vltimis &c.* Se ipsum etiam, ad præcedentium Patrum, quorum gestat nomina, conformare debet exempla; ut quorum recolit gloriam, imitetur, & vitam: neque ab eorum fide & operibus se alienum exhibeat, quorum actus, & titulos circunferat: & probat *tract. de sexto &c.*

Et ad finem eiusdem tractatus lo-
151 *quens de Christi nostri Pontificis pectore, sic ait.* Plaga, & sanguis loco rationalis; non solùm in terra se duodecim filiorum Israel nomina concluserunt, sed et totius generis humani opus illud complexum est naturam; sicut & infixus capiti titulus continebat scriptus Græcè, Hebraicè, & Latinè. Nihil ad sanguinem Christi coccus legis bis tinctus apparet; ultra septuagies septies nostra tinctura præcedit: totum pallidum est quicquid lex typicè colorauit; & ad comparationem veritatis, totum marcidum est quicquid contextum fuerat in figuris. Nulla hyacinthi comparatio ad carnem Christi. Nec byssus, nec purpuræ huius munditiæ, vel gloriæ aliqua ratione aptantur. *Tract. de sexto, &c. ad finem.* Portabitque *num.* 29. *Aptè ponitur verbum,* Portabit. *Maximum enim Aaron portabat pondus, dum nomina patrum ferebat; tenebatur enim illorum omnium nomina adimplere moribus vitæ, ne alioqui tanta nomina in vanum accepisse videretur.*

Exod. 28. Pones autem in ra-
tionali iudicij Doctrinam, & Veri- 152
tatem, quæ erunt in pectore Aaron quando ingredietur coram Domino, & gestabit iudicium filiorum Israel in pectore suo in conspectu Domini semper. Exod. 28. nu. 30. *num.* 30. *D. Arnoldus tract. de vltimis &c.* Hoc autem indumentum, non tantùm rationale, sed etiam rationale iudicij à Domino dictum est: in quo Doctrina, & Veritas poni iubentur, & hoc, Summi Pontificis pectus, cùm ingreditur in Sancta Sanctorum, ornatur. In primis diligenter attendendum est quòd qui hac veste induitur, in qua literis Doctrina, & Veritas impressa est, consecratum doctrinæ, & veritati pectus suum intelligat: neque debere sæcularibus negocijs, & actionibus, & lucris occupari; sed doctrinam fidei exemplo, & moribus indicare: quia omnino infame est, abuti ratione, & corrumpere doctrinam, & circumventionibus, vel technis opprimere veritatem. *Tract. de sexto, &c.*

Et exponens eundem textum
Exod. 28. *numer.* 30. *sic ait idem Di-* 153
vus Arnoldus tract. de vltimis, &c. Oportet quippe ut omnia quæ agit moderatrix ratio sic disponat, Exod. 28. nu. 30.
& sic suis locis aptet misericordiam, & iudicium; vt cū iudicat, severitas non

non excludat clementiam, & cúm miseretur iustitiam pietas non relinquat; & sive percutiat, sive parcat, á veritatis tramite non recedat. *tract. de sexto &c.* Doctrinam, & veritatem, quæ erunt in pectore Aaron. *n.* 30. *Non dixit, quæ erunt super pectus Aaronis, sed, in pectore; ut non iam de nominibus significantibus, sed de ipsa doctrina, & veritate significatis, quæ non extra, super pectus; sed intra, & in pectore observari deberent, Dominus loqui intelligeretur.*

154 [*Exod.* 28. *à n.* 31.] *Exod.* 28. Facies & tunicam superhumeralis totam hyacinthinam, in cuius medio supra erat capitium, & ora per gyrum eius textilis, sicut fieri solet in extremis vestium partibus, ne facilè rumpatur. *à n.* 31. *D. Arnoldus tract. de vltimis &c.* Tunica hyacinthina Summus Pontifex induebatur, dependebantque in inferiori eius parte per circuitum septuaginta duo tintinnabula, & inter duo tintinnabula, unum malum punicum. Omnia erant èx auro purissimo, ut totus vocalis ingrederetur in Sancta; si aliter ageret, continuó moriturus. Vestis sané illa hyacinthina animam in sanctimonia enutritam ad illum profectum indicat pervenire, ut Spiritu vivat, Spiritu ambulet, á nemine iudicetur, & omnia iudicet. Hoc enim est summum Sacerdotium ad hunc apicem sanctitatis attingere, ut se vir iustus cælestem exhibeat, moresque supernos, & divinam exprimat formam, solique creatori mente infixa, individua conversatione inhæreat; hoc totum cōplectens, tunica hyacinthini coloris insinuat. *Tract. de sexto, & vltimo verbis.*

155 [*Exod.* 28. *à n.* 31.] *Et ad finem eiusdem tractatus loquens de nostro Pontifice Christo Domino. Sic ait.* Ipse tunica inconsutili quasi podère Pontificali indutus, integritatem charitatis, & unitatem spiritus in curriculo pacis nos observare docuit. *Tract. citato. Cælum habitu hyacinthino Pontifex referebat, ut ipso corporis habitu, non terrenum se esse, sed totum, ita animo cælestibus moribus imbutum, ut corpore cælestibus vestimentis indutum, demonstraret.*

156 [*Exod.* 28. *à n.* 33.] *Exod.* 28. Deorsum verò, ad pedes eiusdem tunicæ per circuitum, quasi mala punica facies &c. *à n.* 33. *D. Arnoldus tract. de vltimis &c.* In malis punicis, quæ intra corticem unum contegunt multa grana, virtutum multifaria operatio exprimitur, quæ vndique uno charitatis integumento ambitur. Et rectè tintinnabulis mala miscentur, cum simul prædicatio, & actio cohærent; & doctor ipse, quæ dicit, hæc facit. *tract. de sexto &c. Et intelligens in quolibet malo punico actionem Sacerdotalem exponens verba n.* 33. *citati sic ait idem D. Arnoldus.* [*Exod.* 28. *n.* 33.] Oportet sané, ut Sacerdotalis actio semper sit & auro sapientiæ fulgida, & hyacintho spei in sublime erecta, & purpura regni (ut debellatrix peccati, & in captivitatem redigens dæmoniorū monstra) circundata: & cocco bis tincto, dilectione gemina, flammea, & bysso retorta semper in oppressione, & castigatione carnis sollicita. *In eodem tract. de sexto & septimo. Nec sine malo punico tintinnabulum; nec sine tintinnabulo malum punicum Aaron gestare iubetur: neque enim in doctore sufficit tintinnabulum prædicationis sine malo punico actionis; sed nec malum punicum actionis sine tintinnabulo prædicationis.*

157 [*Exod.* 28. *nu.* 33. & 34. & 35.] *Exod.* 28. Deorsum verò ad pedes eiusdem tunicæ per circuitum, quasi mala punica facies ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, mixtis in medio tintinnabulis, ita ut tintinnabulum sit aureum, & malum punicum, rursumque tintinnabulum aliud aureum, & malum punicum. Et vestietur ea Aaron in officio ministerij, ut audiatur sonitus, quando ingreditur, & egreditur Sanctuarium in conspectu

Domini & non moriatur. *n.* 33. *&* 34. *&* 35. *D. Arnoldus tract. de vltimis verbis.* Tintinnabula aurea erãt. Mala autem ex hyacintho, & purpura, cocco & bysso, in modum sphærulæ facta, hoc signante Spiritu *Phil.* 3. Sancto, quod viri contemplativi, *Col.* 3. quorum conversatio in cælis est, & qui, quæ sursum sunt sapiunt, non quæ super terram fidei Christianæ doctrinam, & maximè novissimum debent populis denunciare terribile Iudicium: totusque eorum incessus, & sermo resonare debet divina mysteria; nec gratiam divinam, quæ data est illis, premere, vel suffocare debent silentio. *Tract. de sexto, & septimo.*

158 *Et infra Exod.* 28. Vestietur ea Aaron. *n.* 35. *Exponens verba huius* *Exod.* *n.* 35. *sic ait idem D. Arnoldus.* Non 28. *nu.* satis est acceptum in sudario reposuisse talentum, nisi à negociatione 35. servus revertatur cum lucro; nec *Luc.* 19 prodest hyacinthina tunica, nec *n.* 2. castitatis continentiæq; insignia doctori sufficiunt, nec pacificus est ad altaria sancta ingressus, si negligit annunciare impio viam suam, peccatique stipendium; cùm & ille non habens correctorem in peccato suo pereat, nec prosit doctori sua iustitia, cùm sanguinem errantis Iudex de manu speculatoris requirat: nec magnum est sibi vivere, nisi satagat, & alios secum vivere. *Tract. de sexto & septimo.*

159 *Et exponens spiritualiter illud Exo.* 28. Vt audiatur sonitus quando in- *Exod.* greditur, & egreditur Sanctuarium. 28. *nu.* *num.* 35. Ideo ingrediens in Sancta 35. sanctorum, totum vocalem se debet Summus Pontifex exhibere, & virtute verbi, quasi floribus odoriferis, allicere auditores, ut prædicatio, quasi tintinnabulum ex auro purissimo puritatem perfectionemque singularis intelligentiæ indicet, & ex omni parte per circuitum sermo eius, lucis divinæ intonet claritatem: & ipsi florum colores in hyacintho cæleste desiderium; in purpura magnanimitatem regiam adversùs peccatum; in cocco bis tincto inflammatum in dilectione Dei, & proximi, piæ mentis ostendat affectum. *Tract. de sexto & septimo Vt audiatur &c. Rectè enim multaretur, si ad divini Verbi præsentiam sine verbis prædicationis ad utilitatem hominum facta ingrederetur.*

Exod. 28. Facies & laminam de 160 auro purisimo, in qua sculpes opere cælatoris, Sanctum Domino. *numer.* *Exod.* 36. *D. Arnoldus tract. de ultimis.* Au- 28. *nu.* ri veró lamina, cui nomen illud 36. Dei, quod diffiniri non potest ab homine, erat inscriptum; subiectam, & suppositam divinæ Essentiæ omnem indicat creaturam. In superioribus quidem hoc nomen ponitur, vt quicquid vndique est, quantumcumque sit, se cognoscat inferius, se fateatur indignius: & si quid habet candidum, si quid conspicuum, ad illud nomen referat vnde accepit, illique excellentiæ devotus adscribat.

Et infra exponens eundem locum 161 *sic ait.* In fronte verò hoc nomen Pontifex gerit, quod utique est su- *Exod.* per omne nomen, cui omne genu 28. *nu.* flectitur; de quo & in Apocalypsi 36. legitur Ioannis; Quod cum Agno *Phil.* 2. stabant supra montem Sion centum *n.* 9. *&* quadraginta quatuor millia, haben- 10. tes nomen eius, & nomen Patris eius *Apoc.* scriptum in frontibus suis. Ibi enim 14. *n.* 1. verecundiæ sedes est, & significat professionis nostræ fiduciam, per quã non tantùm in nomine gloriæ, vel omnipotentiæ Dei, sed etiam in Cruce Christi gloriamur. Vnde & ipsæ quatuor literæ, quatuor Crucis in- *Abac.* 3 timant cornua, de quibus Abacuc *n.* 4. *&* ait; Cornua in manibus eius, ibi abs- 5. condita est fortitudo eius.

Et tandem ad finem tractatus idem 162 *D. Arnoldus exponens textum citatum* *Exod.* *sic ait.* Imposita est capite Christi 28. *nu.* coro- 36.

corona pro cydari, & intexto illi serto erant pro bracteis spinæ; & pro lamina aurea, in qua nomen Dei sculptum erat, lignum cervici super eminens; in quo Pilatus pro Beseleel, conscripserat nomen, quo nihil in cælo, vel in terra sanctius, nihil potentius, nihil mirabilius; Iesus Nazaræus, Rex Iudæorum. *Tract. de sexto &c.*

Non solum ex auro, sed ex auro purissimo lamina, in qua Dei nomen erat inscribendum præcipitur fieri; nomen enim Dei, qui actus purus à Theologis appellatur, non nisi in auro purissimo debebat exarari, quod caput referebat aurum optimum ab Sponsa nuncupatum, in cuius fronte nomen Dei inscriptum deitatem gerentis illud, indicaret.

163 Exod. 28. nu. 37. & 38. *Exod.* 28. Ligabisque eam vitta hyacinthina, & erit super tiaram, imminens fronti Pontificis. *n.* 37. *&* 38. *D. Arnoldus tract. de vltimis.* Hæc tiara, quæ caput tegit, & ornat Pontificis, totamque eius pulchritudinem coronat, & protegit, omnes sensus capitis Deo indicat consecratos; & totam corporis gloriam debere ad caput referri. *& paulò infra.* In vitta verò hyacinthina, quæ cydarim capiti astringit, hoc intelligitur, quod amor, & regni cælestis desiderium, huius perfectionis apicem cumulat; & ille respectus totas gratiarum connexiones unit, & sociat. *Tract. de sexto &c. In fronte Dei nomen Pontifex gestabat, ut se esse servũ, Dei insignitum nomine, indicaret, de servitute tanti Domini gloriosus.*

164 Exod. 29. n. 6 & 7. *Exod.* 29. Et pones tiaram in capite eius, & laminam sanctam super tiaram, & oleum unctionis fundes super caput eius: atque hoc ritu consecrabitur. *n.* 6. *&* 7. *& infra.* Tolles quoque arietem alterum, super eius caput Aaron, & filij eius ponent manus, quem cùm immolaveris, sumes de sanguine eius, & pones super extremum auriculæ dextræ Aaron, & filiorum eius, & super pollices manus eorum, ac pedis dextri, fundesque sanguinem super altare per circuitum *n.* 19. *&* 20. *D. Arnoldus tract. de vltimis.* Vnxit etiā manus Sacerdotis nostri, imo, & caput, & pedes, & latus sanguis balsamo preciosior, quem utique puncturæ veprium, & clavorum, & lanceæ exprimebant, & fundebant extriusecùs: eratque omni oleo liquor ille celebrior; sanctificationem & immundationē nostram non significans, sed consumans. *Ad finem tract. de sexto &c: Aptè postquam imposita dicitur super caput Pontificis mitra; quæ erat insigne suæ potestatis; iubetur super caput ipsius infundi oleum, quod est signum lenitatis, ut, qui potestate esset delinquentibus terrori: lenitate foret pænitentibus amori.* Exod. 29. nu. 19. & 20.

Exod. 30. Et deprecabitur Aaron super cornua eius semel per annum in sanguine quod oblatum est pro peccato, & placabit super eo in generationibus vestris Sanctum sanctorum erit Domino. *num.* 10. *D. Arnoldus tract. de vltimis ad illud Ioannis* 19. Stabant autem iuxta Crucem Iesu Mater eius &c. *n.* 25. *appellans Crucem Domini tabernaculum sic ait.* In tabernaculo illo, duo videres altaria: aliud in pectore Mariæ, aliud in corpore Christi; Christus carnem, Maria immolabat animam. Optabat quidem ipsa ad sanguinem animæ, & carnis suæ addere sanguinem, & elevatis in Cruce manibus celebrare cum Filio sacrificium vespertinum, & cum Domino Iesu, corporali morte redemptionis nostræ consumare mysterium; sed hoc solius Summi Sacerdotis privilegium erat, ut de sanguine manus intra Sancta inferret: nec poterat ei consors hæc esse cum aliquo dignitas: & in reparatione hominis nulli angelo, nulli homini cum eo fuit, aut esse potuit communis auctoritas. Cooperabatur tamen plurimùm 165 Exod. 30. nu. 10. Ioa. 19 n. 25.

secundùm modum suum, ad propiciandum Deum, ille Matris affectus; cùm, tam propria, quàm Matris vota, charitas Christi perferret ad Patrem; cùm, quod Mater peteret Filius approbaret, Pater donaret. *tract. de Verbo Domini Mulier ecce &c. Semel in anno Aaron Deum pro peccatis populi supplicabat, & tamen non per annum unum, sed ad plures annos, quibus plures generationes possent perdurare, Dominum Deum. oratione placabat.*

166 *Sapientiæ* 18. In veste enim poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum: & parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant sculpta, & magnificentia tua in diademate capitis illius sculpta erat. *n.* 24. *D. Arnoldus tract. de vltimis.* Sic ornatus Pontifex creaturarum omnium typum portabat in vestibus Sanctis; in quarum coloribus totius mundi similitudinem præferebat. Byssus enim terræ deputatur, de qua gignitur: purpura mari, quia ex eius cochleis tingitur; hyacinthus aeri, cuius speciem habet; coccus propter ruborem igni. Iustũ enim erat &c. *desumptum ex D. Hieronymo, quæ iam supra retulimus in n.* 36. *Totus orbis in veste Pontificis quasi in albo exercitus conscriptus erat, ut pro Deo adversùs peccatorem armatus postea decertaret iuxta illud Sapientiæ* 5. Pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. *n.* 21. *Et meritò qualibet creatura oppugnat peccatorem, qui ausus fuit offendere creatorem.*

Sapien. 18. nu. 24.

Sapie. 5 n. 21.

167 *Epist. ad Hebra. cap.* 5. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Sic & Christus non semetipsum clarificavit, ut Pontifex fieret. *n.* 4. *&* 5. *& infra.* Qui in diebus carnis suæ, preces, supplicationesque ad eum, qui possit illum salvum facere à morte cum clamore valido, & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reverentia. *n.* 7. *D. Arnoldus tract. de vltimis exponens illud apud D. Lucam cap.* 23. Pater, dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt. *n.* 34. *Sic ait.* Cum dare posset quod petebat, & potestativé hoc propria contineret auctoritas, supplicantis tamen pro tempore personam exhibuit, ut ex affectu charitas, & ex subiectione humilitas, & ex effectu innotesceret veritas; quod in tanti absolutione criminis nulla esset inter Advocatum, & Iudicem compugnantia voluntatum, sed una, & concors esset in hoc negocio allegatio vtriusque; quia nullus omnino severitati locus ibi esse poterat, ubi vulneratus Christus proprij mercedem sanguinis exigebat. Exauditur ergo pro sua reverentia.

Hebr. 5 n. 4. & 5.

Luca. 23. nu. 34.

168 *Et infra exponens illud.* Exauditus est pro sua reverentia *n.* 7. Nec tunc gratis accipit, sed ingens erogat precium, ut commendetur his, pro quibus res tanti ponderis agitur, qua desperata esset humani generis causa, quæ aliter componi non poterat, nisi exolveretur pro pace eius, tanti precij quantitas, quod singulariter habebat apud se humilitas Christi, & assumpta humanitas. *tract. de verbo illo Pater ignosce.*

Ad Hebr. 5. n. 7.

169 *Et adhuc inferiùs sic progreditur idẽ D. Arnoldus.* Convenerunt itaque iustitia, & pax, & osculum datum est; & pro captivo suo Vadem fidelẽ Liberator se posuit: tantaque auctoritate firmatum est huius indulgentiæ privilegium, ut in ipsius Christi cruxifixi membrana, proprio sanguine cõscriptæ sint illius absolutionis literæ; maneatque infixum vsque hodie sigillum, plaga lateris, quam semper oculis Patris exhibet præsentia Salvatoris. *tract. de verbo illo Pater ignosce.* Sic & Christus &c. *Vetus Summus Pontifex, qui sanguine suo pro atramento utens in bulla sua humanitatis non calamis, sed clavis, non pennis, sed panis scripsit indulgentia humanæ privilegium, quod militis lancea, quasi sigillo consignavit, ne aliquis homo de concessa venia*

venia posset aliquando ingratus dubitare.

Ex Hugone Cardinali.

170 Exod. 28. nu. 4. Exod. 28. Hæc autem erunt vestimenta, quæ facient: Rationale, & superhumerale, tunicam & lineam strictam, cidarim, & baltheũ *n. 4. Hugo Card.* Primò enumerat rationale: sed primò exequitur de superhumerali: & quid sit hoc? Rationale significat doctrinam: superhumerale opus: in discendo priùs est doctrina: & ideo priùs ponitur rationale: in docendo priùs est opus, & ideo priús exequitur de superhumerali. Vnde Actorum 1. Cæpit Iesus facere, & docere. Et Matthæi 5. Qui fecerit, & docuerit. Proverb. vltimo cap. Syndonem fecit, & vendidit, & cingulum tradidit Chananæo. Ioannis 5. Ioannes erat lucerna ardens, & lucens. Ardens in se, lucens alijs. *in com. ad hunc locum Exodi Cùm supra Deus iussisset Moysi, ut ipse Aaroni fratri vestem faceret in gloriam, & decorem.* Faciesque vestem Sanctam Aaron fratri tuo. *n. 2. Cur statim subdit;* Hæc autem erunt vestimenta, quæ facient? *Quia dum Moyses opificibus modum faciendi vestem Aaroni ex Dei præscripto manifestabat, ipse fratri suo amoris arte, si non effectu, affectu tamen vestem, faciebat.*

Acto. 1 n. 1. Math. 5 n. 19. Prover. 31. nu. 24. Ioan. 5. nu. 35. Exod. 28. nu. 2.

171 Exod. 28. nu. 30. *Exod.* 28. Et gestabit iudicium filiorum Israel in pectore suo, in conspectu Domini semper *n. 30. Hugo Card.* Gestabit iudicium, vnde memor esse debet iusti iudicij: ut scilicet iuste iudicet *Ad hunc locum. Non posset enim non rectè subditos iudicare, si se, à Deo de iudicio à se suis subditis facto iudicandum fore semper cogitaret.*

172 Exod. 28. n. 33. *Exod.* 28. Deorsum vero ad pedes eiusdem tunicæ per circuitum, quasi mala punica facies, ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, mixtis in medio tintinnabulis. *n.* 33. *Hugo Card.* Habebat autem pro finbus aureis triginta duo tintinnabula aurea quibus mixti erant totidem vasculi, quasi mala punica ex purpura, & hyacintho, & cocco bis tincto interscalaliter ordinata, ut audiretur sonus quando Sacerdos Sanctuarium ingrediebatur, & non moreretur. *sic ibi: Triginta duo tintinnabula (ut opinatur Hugo) Aaron artificiosa ferebat, quibus additum naturale tintinnabulum in ore Aaronis positum, numerum triginta trium perficiebat; qui numerus numerum annorum nostri Pontificis donotaret, in quorum singulis non semel tantùm, sed multoties in Sancta sanctorum pro nobis Patrem rogaturus intraret.*

Exod, 32. Videns autem populus quòd moram faceret descendendi de monte Moyses, congregatus adversùs Aaron dixit: Surge, fac nobis deos, qui nos præcedant: Moysi enim huic viro, qui nos eduxit de terra Ægypti ignoramus quid acciderit. *n. 1. Hugo Card.* Postquam Moyses moratus est in monte cum Domino quadraginta diebus, miserunt Iudæi (ut dicit Iosephus) ad radices montis nuncios, si fortè invenirent vestigia hominis: qui non invenientes nisi ferarum vestigia putantes mortuum Moysem, vel in cælum translatū, redierunt ad Hur, & Aaron, qui loco Moysi erant duces populi. Iudæi itaque putantes se destitutos duce, recolentes idola Ægypti, & maximé Apim taurum scilicet æneum postulaverunt Hur, & Aaron, ut fieret eis vitulus conflatilis, qui eos præcederet, & duceret, quem etiam adorarent: quorũ petitioni cùm resisteret Hur sputis suffocaverunt eum. 173 Exod. 32. n. 1.

Deinde sic progreditur Hugo. Aarõ verò timens pelli suæ, volens callidè hoc impedire, exigit ab eis quod charius habebant ad faciendum vitulum, scilicet inaures, & monilia, ut ita suæ avaritiæ consulens á suo propo- 174

proposito desisterent, sed nec sic destiterunt; imo quæcumque preciosa ad vitulum faciendum obtulerunt. Quæ cùm accepisset, formavit ex eis vitulum conflatilem opere fusorio. Tradunt tamen quidam Aaron proiecisse ea in ignem, & inde opere dæmonis conflatum caput vituli. Adversus Aaron dixit. *Mirum sané tot hominum millia, quasi unus esset homo, ore uno ab Aarone vitulum postulant?* Dixit? *Ita sané; quia ita ad malum concordes inveniebantur, ac si unum omnes cor tantùm possiderent. Vno ergo ore petebant id, quod uno corde appetebant.*

175 *Exod. 32. nn. 24. nn. 4.* *Exod.* 32. Quibus ego dixi: Quis vestrum habet aurum? Tulerunt, & dederunt mihi: & proieci illud in ignem; egressusque est hic vitulus *n.* 24. *Hugo Card.* Mentiri videtur Aaron. Formavit enim vitulum: ut supra dictum est. *n.* 4. Sed quod dixit; egressus est hic vitulus: compendium est. *In com. ad hunc locum. Proh dolor! quantos habet Aaron imitatores, qui scelera sua etiam apud confessorem, compendio dicere solent, quin plures, necessariò aperiendas circunstantias velint explicare.*

176 *Exod. 39 n. 6. & 7.* *Exod.* 39. Paravit & duos lapides onychinos, astrictos, & inclusos auro, sculptos arte gemmaria nominibus filiorum Israel: posuitque eos in lateribus superhumeralis in monimentum filiorum Israel, sicut præceperat Dominus Moysi. *n.* 6. & 7. *Hugo Card.* In monimentum, duplex scilicet, ut filij imitarentur bonos patres: & essent memores eorum. Vel ut Sacerdos memor esset filiorum Israel in sacrificando, pro eis orando. *Ad hunc locum. Lapides illi duo quasi duæ columnellæ sculptis in eis Patriarcharum nominibus super humeros Pontificis apparebant; ut in dextra columnella memoria Dei erga Patriarchas: in sinistra memoria filiorum erga eosdem Patriarchas de oblivione monimentum erigeret triumphale.*

177 *Levitici* 10. Egressusque ignis á Domino, devoravit eos, & mortui sunt coram Domino. Dixitq; Moyses ad Aaron: Hoc est quod locutus est Dominus: Sanctificabor in iis, qui appropinquant mihi, & in conspectu omnis populi glorificabor. Quod audiens tacuit Aaron. *n.* 2. & 3. *Hugo Card.* Tacuit, contristatus enim fuerat pater super repentina morte filiorum: & gravi dolore percussum est cor eius: nec tamen contra voluntatem Domini murmuravit *Ad locum citatum. Iustum Dei in filios supplicium esse pater cognoscebat: & ideo taciturnitate suam in morte repentina filiorum patientiam, nimio presso dolore, ostendebat.* *Leviti. 10. n. 2. & 3.*

Levitico 16. Statuet eum vivũ coram Domino, ut fundat preces super eo, & emittat eum in solitudinem *n.* 10. *Hugo Card.* Egrediebatur Sacerdos ad hircum populi viventem, & ponens utranque manũ super caput eius, confitebatur generaliter omnes inquitates filiorum Israel imprecans eas capiti eius. Ponens etiam, ut dicunt quidam, chartam scriptam peccatis populi super caput eius, & mittebat eum in desertum per hominem ad hoc paratum, succinctum, & expeditum: & sic erat populus expiatus á peccatis illius anni, quæ per ignorantiam, vel fragilitatem contraxerat. *Ad hunc locum. Aptè equidem Aaron hircum peccatis populi onustum in solitudinem amandabat, ut quisque in exilium peccata propria emissa fuisse cogitaret in solitudine permansura, ne illorum aliquod iterum ad illius animam remearet.* 178 *Leviti. 16. n. 10.*

Numerorum. 21. Descendit Dominus in columna nubis, & stetit in introitu tabernaculi vocans Aaron, & Mariam. Qui cùm issent, dixit ad eos: Audite sermones meos: si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. At non talis servus meus Moyses, qui in domo mea fidelissimus est *n.* 5. & 6. *Hugo Card.* 179 *Nume. 12. n. 5. & 6.*

Card. Audite quantum beneficij cõferant obtrectantes: numquam enim inuenimus Dominum tantum laudasse Moysem, quantum nunc. *Ad hunc locum.* Descendit Dominus in columna. *In columna adversùs murmuratores, ut staret, Dominus descendebat, eisque columnam illam, ut triumphi monumentum monstrabat, in qua Moysis servi sui patientia de invidia fratris, & sororis contra illum murmuratrice triumphabat.*

180 *Numerorum.* 16. Quod cùm fecisset Aaron, & cucurrisset ad medi-
Nume. am multitudinem, quam iam vas-
16. nu. tabat incendium, obtulit thymiama;
47. & & stans inter mortuos, & viventes,
48. pro populo deprecatus est, & plaga cessavit. *n.* 47. *&* 48. *Hugo Card.* Hic patet quantum valet iusti oratio.
Iacob. 5 Vnde Iacobus vltimo. Multùm va-
à n. 16 let iusti deprecatio assidua. Elias homo erat similis nobis passibilis, &
3 Reg. oratione oravit, ut non plueret su-
17. n. 1 per terram, & non pluit annos tres, & menses sex. Et rursum oravit: & Cælum dedit pluviam, & terra dedit fructum suum. *à n.* 16. *Ad hunc locum. Aaron cucurrit ad mediam multitudinem, quam iam vastabat incendiũ, ut in Sacro textu ennunciatur; ergo incendium corporis non timebat. Flammas contemnebat ardoris, qui aliud incendium maius ferebat in animo, in quo erga proximos, & sibi subditos rogus ardebat amoris.*

181 *Num.* 17. Regressus invenit germinasse virgam Aaron in domo Le-
Numer. vi: & turgentibus gemmis eruperãt
17. n. 8 flores, qui folijs dilatatis in amygda-
Ad He- las deformati sunt. *n.* 8. *Hugo Card.*
br 5. n. *in Epist. ad Hebræos ad illud cap.* 5. Nec
4 quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Sic & Christus non semetipsum clarificavit, ut Pontifex fieret. *n.* 4 *Sicut.* Legitur quòd Dominus ostendit Aaron dignum Pontificatu per virgam, quæ floruit, & fronduit, & fructum fecit. Virga Aaron est baculus pastoralis, quæ floret per bonã famam: frondet per doctrinam, fructificat per operationem. Sic & Christus. Enumeratis tribus, quæ conveniant Pontifici ostendit ea excellentissimè fuisse in Christo, & ita excellentissimè fuit Pontifex. *Ibi. Ergo Pontifex ille merito reputabitur, qui sibi floret in corde; hominibus alijs frondet in ore; Deo autem fructificat in operatione.*

Psalmo 76. Deduxisti sicut oves 182
populum tuum in manu Moysi, &
Aaron. *v.* 21. *Hugo Card.* Id est exẽ- Ps. 76.
plo operationis, non verbo, meliùs v. 21.
enim ducuntur homines exemplo, quàm verbo: pueriles enim sunt: & modo puerorum semper dicunt: Da exemplum: sed multi possunt respõdere: non est paratum. In manu Moysi, & Aaron. *Non dicit in manibus, sed in manu; neque enim fratres cùm essent, unus per unam, alius verò per aliã viam populum sibi à Deo commissum deducebat: sed per eandem, & Moyses populi rector, & Aaron minister illius, quemlibet subditorum manu, velut puerulum pater, peramanter trahebat.*

Psalmo 113. Domus Aaron spe- 183
ravit in Domino *v.* 10. *Hugo Card.*
Aaron enim interpretatur Mõtanus; Ps. 113
vnde significat culmen bonæ vitæ, v. 10.
in quo si quis est, meritò sperat in & 11.
Domino. *Ita ille, & infra.* Et quia spes non confundit, addit, Adiutor, & protector eorum est. *Eadem v.* 10. Pergit sic, & quia ut dicit Gregorius spes sine timore luxuriat in præsumptionem: & etiam timor sine spe degenerat in desperationẽ; propterea simul habendæ sunt: vnde eas cõiungens subdit, Qui timent Dominum, speraverunt in Domino *v.* 11. Hæ sunt duæ molæ, inter quas dicitur moli cor hominis: ut inde panis fiat delectabilis Domino. Quæ non debent a se invicem disiungi:
sicut prohibitum est *Deut.* 24. Non Deut.
accipies loco pignoris superiorem, 24. n. 6
& inferiorem molam. Superior est spes, inferior est timor. *Hæc Hugo*

in

in Psalmum cit.

184 Dominus Aaron speravit in Do-
mino. *Psalmo* 113. *v.* 10. *Licet Aaron*
Ps. 113 *peccatum commiserit in vituli conflatione,*
v. 10. *tamen à Domino veniam speravit, neque*
enim spe nixus iterum peccavit; qui enim
peccata peccatis addendo misericordiam
Domini sperat per abusum divinæ patien-
tiæ; non rectè dicetur divinam misericor-
diam ad veniam sperare: sed potiùs ad vin-
dictam exasperare.

185 *Ecclesiastici* 45. Excelsum fecit
Aaron fratrem eius, & similem sibi
Eccles. de tribu Levi. *n.* 7. *Hugo Card.* Ex-
45. nu. celsum eloquentiæ venustate: & Sa-
7. cerdotij dignitate: & vitæ sanctita-
te. *Ad hunc locum. Aaroni Deus ut na-*
turæ conditor dedit eloquentiæ venusta-
tem, ut fortunæ Dominus tribuit Sacer-
dotis dignitatem, & ut auctor gratiæ
contulit vitæ sanctitatem, quasi ad Aaro-
nem exornandum, & natura, & fortuna,
& gratia conspiraverint.

186 *Ecclesiastici* 45. Cinxit illum tin-
tinnabulis aureis plurimis in gyro,
Eccles. dare sonitum in incessu suo, auditũ
45. nu. facere sonitum in templo, in memo-
10. & riam filijs gentis suæ *n.* 10. & 11.
11. *Hugo Card.* Idest septuaginta duobus,
quæ pro fimbrijs habebantur in po-
dêri; In memoriam filijs gentis suæ,
Idest ut memoriam faceret filijs Is-
rael, quód lex in sono data fuit. *Exo.*
20. *Ad locum citatum. Septuaginta duo-*
bus tintinnabulis Aaron resonabat, quia
ad totidem nationes linguis septuaginta
duabus divisas discipulos septuaginta du-
os à nostro vero Pontifice mittendos por-
tendebat, ut in omnem terram sonus eorũ
resonaret.

187 *Ecclesiastici* 45. Opus artificis gẽ-
mis preciosis figuratis in ligatura
Eccles. auri, & opere lapidarij sculptis, in
45. nu. memoriam secundùm numerũ tri-
13. buum Israel. *n.* 13. *Hugo Card.* In me-
moriam, ut populus videns nomina
patrum suorum satageret, ne á vir-
tute eorum degeneraret. Sacerdos
etiam memor esset vitam, & fidem
Patriarcharum, quorum nomina
gerebat imitari: & iterum memora-
ret, & populum ex his patribus or-
tum, Deo sacrificijs, & orationibus
commendaret. *Ad hunc locum. Annu-*
lus lapidem pretiosum includens memo-
ria solet nuncupari, digitoque insertus
annulari ad quem è corde vena quædam di-
citur dirivari. Aaron ergo super ipsum
cor duodecim lapides pretiosos gestabat, ut
memorias Patriarcharum duodecim, per
quas se illorum semper memorem futurũ
apud Deum demonstraret.

Ecclesiastici 45. Corona aurea su- 188
per mitram eius expressa signo sanc-
titatis, & gloria honoris: opus vir- Eccles.
tutis, & desiderio oculorum ornata 45. nu.
n. 14. *Hugo Card.* Idest inscripta 14.
Sancto Dei nomine Tetragramma-
ton: quod ineffabile dicitur: non
quia non possit, vel debeat dici: sed
quia rem ineffabilẽ significat: quod
his quatuor literis scribitur: He, To-
th, Vau, Heth: quæ sonant, Prin-
cipium vitæ passionis iste. Desiderio
oculorum ornata, idest ita ornata,
& fabrefacta, ut oculis desiderium
faceret ad videndum.

Corona aurea super mitrã eius. 189
Aaron corona aurea regis maiestatem, mi-
tra Pontificis dignitatem proferebat. Rex
Pontificalis; Pontifex regalis, qui sancti-
tate Deum, dignitate Angelum, potesta-
te hominem se esse monstrabat: & nostrũ
Pontificem Deum Dei Filium; magni cõ-
silij Angelum; verum etiam hominem sanc-
titate, dignitate; & potestate futurum
designabat.

Ecclesiastici 45. Factum est illi in 190
testamentum æternum, & semini
eius sicut dies cæli, fungi sacerdo- Eccles.
tio, & habere laudem, & glorificare 45. nu.
populum suum in nomine eius. *n.* 19. 19.
Hugo Card. Glorificavit Deus popu-
lum suum, idest gloriosum ostendit
inter omnes alios. In nomine suo,
idest in invocatione nominis sui:
quia ille populus solus nomen Do-
mini invocabat, & exaudiebatur:
sicut legitur Hieremiæ 14. Tu in Hierem.
nobis es Domine: & nomen Sanctũ 14. n. 9.
tuum

tuum invocatum est super nos. *Ad hunc locum. Magnum est hoc Aaronis praeconium: tantam enim apud Deum assequutus fuit gratiam, ut Deus illius amore ductus post initum cum eo societatis pactum, nomine divino populum illius glorificaverit eoquòd de nomine Dei, populus Aaronis, Dei populus potuerit appellari.*

Ex Lyra.

191 Exod. 4 nu. 10. EXod. 4. Ait Moyses: Obsecro Domine non sum eloquẽs ab heri, & nudius tertius: ex quo locutus es ad servum tuum, impeditioris, & tardioris linguæ sum. *n.* 10. *Lyra*, Hic consequẽter ponitur Moysi deprecatio, videns enim Moyses, quòd oportebat eum exequi Dei mandatum, & sentiebat se minus eloquentem ad tale officium, ideo petivit societatem alicuius magis eloquentis, & intendebat hoc de fratre suo Aaron. *ibi n.* 4. *Optimus sanè frater, qui se à tanto honore excusabat, fratremque suum Aaronem tanquam digniorem: & ætate, & arte ad munus legationis praestantiorem Deo insinuabat.*

192 Exod. 28 n. 9 & 10. *Exod.* 28. Sumesque duos lapides onychinos, & sculpes in eis nomina filiorum Israel: sex nomina in lapide uno, & sex reliqua in altero iuxta ordinem nativitatis eorum. *n.* 9. *&* 10. *Lyra.* Duo autem lapides onychini in superhumerali positi significabant duo magna luminaria scilicet Solem, & Lunam *n suo* 2. *& infra Exponens illud* sex nomina in lapide uno &c. *sic ait Lyra.* Per hoc autem quòd nomina filiorum Israel erant insculpta in duobus onychinis superhumeralis, & in duodecim gẽmis existentibus in rationali ostendebatur quód Summo Sacerdoti erat impositum onus populi; & ipsum debebat habere in pectore iugis meditationis orando pro ipso Dominũ. *eodem suo n.* 2.

193 Exod. 28. à n. 36. *Et ad illud Exod.* 28. Faciẽs, & laminam de auro purissimo, in qua sculpes opere cælatoris Sanctum, Domino: Ligabisque eam vitta hyacinthina, & erit super tiaram imminens fronti pontificis *à n.* 36. *sic ait idem Lyra.* Per mitram verò figurabatur Cælum Empyreum; & per laminam auream supra mitram positam, ipse Deus præsidens omnibus creaturis: propter quod in illa lamina nomen Domini Tetragrammaton erat insculptum: quod appropriatur ipsi Creatori omnium. *in eodem suo num.* 2.

194 *Et in humeris. & in pectore Aaron nomina principum, sub quibus duodecim tribus comprehendebantur, portabat, cum hac tamen differentia, quòd in humeris principes alios ad dexteram, alteros ad sinistram ferebat: at in pectore omnes, nulla divisione intermedia, in uno eodemq; rationali, asportabat. Nulla enim divisio esse poterat in pectore, ubi erat sedes amoris; quæ tamen esse poterat in humeris ubi sedes laboris. Inæqualem ergo à bonis malisque ferebat laborem scilicet à bonis, minorem; à malis maiorem: sed æqualem, & bonis, & malis conferebat amorem.*

195 Exod. 32. n. 1. *Exod.* 32. Congregatus adversús Aaron dixit: Surge, fac nobis deos, qui nos præcedant; Moysi enim huic viro, qui nos eduxit de terra Ægypti, ignoramus quid acciderit. *n.* 1. *Lyra.* Quare hic non fit mentio de Hur, quem constituerat Moyses ad regimen populi cum Aaron, vt dictum est supra cap. 24. Dicit Rabbi Solamon quòd populus interfecerat eum, eoquód ipsum argueret de tanto scelere. *Sic refert. nu. suo* 5. *Exod.* 32. *n.* 1. *Quare autem, si hoc ita fuit non scribitur? Fortassis, ne Aaronis formido notaretur, qui nec exemplo socij pro virtute morientis, populo resistere valuit.*

196 Exod. 32. n. 2. *Exod.* 32. Dixit ad eos Aaron, Tollite inaures aureas de uxorum, filiorumque, & filiarum vestrarum auribus, & afferte ad me. *num.* 2. *Lyra.* Timore mortis assentiens eis, licet non

non ex corde. *n. suo* 6. Tollite inaures aureas. *Lyra.* Credebat enim Aaron quód vxores, filij, & filiæ graviter ferrent, si acciperentur eorum ornamenta; & sic ex hoc, & ex cupiditate Iudæorum credebat impedire conatum populi, vel saltē retardare vsque ad adventum Moysi; qui populum reprimeret. *n. suo* 7.

197 *Et ad illud Exod.* 32. Quibus ego dixi: Quis vestrum habet aurū? Tulerunt, & dederunt mihi, & proieci illud in ignem, egressusque est hic vitulus. *n.* 24 *sic ait Lyra.* Ac si diceret propter eorum avaritiam ex petitione auri credidi eos à suo impetu retardare *n. suo* 8. *Avaritiam Aaron idololatriæ opponere curavit, ut minori avaritiæ vitio, qua populus voluisset inaures aureas retinere à maiori idololatriæ crimine, quo aliquod idolum coleret, populum retardaret. At populus inaures aureas conferendo, & vitulum ex eis conflatum aureum adorando utriq; flagitio, & avaritiæ, & idololatriæ, se pariter mancipavit; dum suum in vitulo aurum, ut avarus, & idololatra simul adoravit.*

Exod. 32. nu. 24.

198 *Exod.* 32. Quas cùm ille accepisset, formavit opere fusorio, & fecit ex eis vitulum conflatilem dixeruntque: Hi sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti. *n.* 4. *Lyra.* Formavit opere fusorio. In Hebræo habetur; In stylo, quod exponit Rabbi Salamon, quòd Aaron primó depinxit cum stylo in tabula formam vituli, & tradidit artificibus, ut facerent ad similitudinem illius, quia Apis, quod reputabatur maximum numen Ægypti, apparuerat eis in Ægypto in specie tauri, ut dictum est supra cap. 8. *n. suo* 9. *Simulacrum vituli conflandi Aaron populo per stylum à se in lamina sculptum demonstravit, ut visa horrendi tauri effigie, non eum, ut numen clementissimum colerent, sed ut ferocissimum animal formidarent.*

Exod. 32. n. 4

199 *Exod.* 32. Quod cùm vidisset Aaron ædificavit altare corám eo, & præconis voce clamavit, dicens: Cras solemnitas Domini est. *n.* 5. *Lyra.* Aaron vidit tantam voluntatem immolandi victimas idolo in populo, quód non poterat resistere: ideo sequitur, Ædificavit altare &c. Ad retardandam immolationem, quia statim sine altari immolassent. Vel dicitur; Ædificavit, scilicet ipse, & non populus, ut tardiús fieret, ut dicit Rabbi Sal, quia si dixisset, quòd facerent, in momento sic fuisset factum per manus multorum. *n. suo* 11. & 12.

Exod. 32. n. 5

Et ad illud eiusdem cap. 32. Cras solemnitas. *n.* 5 *sic ait, Lyra.* Cras solemnitas, non hodie: quod dixit ad retardandam immolationem, si forte interim veniret Moyses, & impediret eam. *n. suo* 1. *Artifex Aaron in vituli conflatione, quem ut dicitur,* Formavit opere fusorio. *n.* 4. *Artifex etiam fit in altaris constructione,* Ædificavit altare. *n.* 5. *Ac si ex eo quòd prælatus esset, in qualibet arte se etiā inter artifices principem reputaret.* 200

Exod. 32. n. 5

Exod. 32. Dixitque ad Aaron: Quid tibi fecit hic populus, ut induceres super eum peccatum maximum? *n.* 21. *Lyra.* Non tamen videtur dicendum, quòd Aaron peccasset peccato idololatriæ, quod quidem peccatum est maximum simpliciter; Aaron enim non legitur adorasse, nec coluisse vitulum: nec alios ad hoc induxisse, sed solum fecisse, & fabricasse vitulum, & quia in hoc facto minús recto occasionem dedit alijs idololatrandi, idcirco propriè commisit peccatum scandali activi, in quantùm ex tali facto inordinato alijs præbuit occasionem ruinæ. *in addit.* 6. Dixitque &c. N*on inauditum Aaronem Moyses condemnavit: sed causam, ob quam maximum idololatriæ crimen super populum induxisset, exquisivit, dicens,* Quid tibi &c. *ut ex causa cognita crimen illius, si posset, excusaret.* 201

Exod. 32 n. 21.

Exod. 32. Proieci illud in ignem, egressusque est hic vitulus *n.* 24. 202

Lyra.

Lyra. Dicunt aliqui quòd Aarō projecit aurum in ignem, ut ibi periret, non ut idolum fieret, sed opere diabuli formatus est inde vitulus. Alij contrarium: vnde supra dictum est quòd primò depinxit imaginem in tabula, & videtur hoc veriùs: quia timore mortis petivit ab eis aurum ad faciendum idolum, & si projecisset in ignem, ut periret, ex hoc fuissent magis provocati ad eum interficiēdum, quia privati fuissent auro, & idolo. *n. suo.* 9.

203 *Et infra sic, ait idem Lyra.* Ideo videtur quòd dixerit mendacium, dicens: Egressus est hic vitulus, insinuans quòd hoc esset præter intentionem suam. Nec oportet eum excusari de mēdacio cùm incomparabiliter peiora fecerit: non tamen fuit punitus morte, quia non fecit ex corde, sed ductus mortis timore. *n. suo.* 9. Projeci illud in ignem. *Debuisset certè Aaron aurum in ignem proijcere, nō ut illud tanquàm in fornace purgaret, sed ut illud imagine idoli fœdaret, ne populus illud postea adoraret; sed avarus populus, qui jam antea aurū, ut Deum venerabatur, illud, licet horrenda tauri deformatum videret effigie, ut numen suspiciebat.*

204 *Exod.* 30. Aaron, & filios eius unges. *n.* 30. *& infra.* Caro hominis non ungetur ex eo. *n.* 32. *Lyra.* Aaron ungendus erat in capite, & manibus, filij autē eius in manibus tantùm. Caro hominis non ungetur ex eo, exceptis regibus, & sacerdotibus, qui quantum ad officium sunt supra homines: quia medij sunt inter Deum, & populum *n. suo* 3. *&* 5. *Ungebatur Aaron, licet caro hominis non ungeretur; adeo enim purus erat Aaron, ut eius caro non hominis, sed Dei caro esse videretur.*

Exod. 30. nu. 30, & 32.

205 *Levit.* 10. Dixitque Moyses ad Aarō: Hoc est quod locutus est Dominus: Sāctificabor in ijs, qui appropinquant mihi, & in conspectu omnis populi glorificabor. Quòd audiens, tacuit Aarōn. *n.* 3. *Lyra.* Tacuit Aaron patienter sustinens Dei punitionem, & Moysi correptionem. *n. suo* 1. *Quis Dei iustitiam non timebit, audiens punitionem etiam illorum, quos Deus specialiter elegerat, Dei appellari glorificationem.* Glorificabor: *neq; enim minorem præbet Deo gloriam delinquentes puniendo iustitia, quàm misericordia pænitentibus parcendo.*

Levit. 10. n. 3

Num. 8. Elevavitque eos Aaron in conspectu Domini, & oravit pro eis, ut purificati ingrederentur ad officia sua in tabernaculum fœderis coràm Aaron, & filijs eius. *n.* 21. *&* 22. *Lyra.* Elevavit, id est præsentavit, non enim posset eos elevare in altum, sicut fiebat de oblationibus eius. *n. suo* 21. *Aaron ergo Levitas, quando eos Domino præsentabat, elevabat; quia eos dum specialiter divino cultui offerebat, nobilitabat: & ne aliqua imparitatis labe nobilitatem suam dehonestaret, pro eisdem Dominum precabatur.* 206

Num. 8. n. 21. & 22.

Num. 24. Egredimini vos tantùm tres ad tabernaculum fœderis. Cumque fuissent egressi, descendit Dominus in columna nubis, & stetit in introitu tabernaculi vocans Aaron, & Mariam. *n.* 4. *&* 5. *Lyra.* Nolebat enim fatuitatem Aaron in hoc facto coram populo ostendere, propter scandalum populi vitandū. Vocans Aaron, & Mariam; *Idem Lyra.* Segregatim à Moyse: quia reprehendendo eos, volebat commendare Moysem, sicut patet ex sequentibus: & commendatio alicuius convenientiùs fit in absentia eius, quàm in præsentia. *n. suo* 8. *&* 9. *Magnum Deus intulit Aaroni supplicium, dum eum audire iussit à divino ore prolatum magnum Moysis præconium. Invidus enim plùs alieno præconio, quàm proprio torquetur supplicio; unde magis voluit Deus Moysem laudare coram Aarone, quàm Aaronem vituperare coram Moyse.* 207

Num. 12. nu. 4. & 5.

Num. 12. Obsecro domine mi, ne imponas nobis hoc peccatum, quod stultè commisimus. *n.* 11. *Lyra.* 208

Nume. 12. nu. 11.

Humiliavit se Aarō ex timore, quia vidit sororem suam lepra perfusam, & ex compassione oravit pro eius sanitate. *n. suo 7. Impositam ob peccatum commissum pœnam in sorore videbat, & ideo sibi etiam imponendam meritò verebatur. Stultitiæ autem peccatum tribuens, non malitiæ, veniam exposcebat à fratre, quem, ut leniret dominum nuncupabat.*

209 *Num.* 17. Quem ex his elegero germinabit virga eius. *n. 5. Lyra in morali.* Igitur ille doctor, cuius virga germinat, floret, & facit fructum, promoveri dignus est ad pontificis statum. Germinat autem multiplicando discipulos, floret verò faciendo eos verbo, & exemplo bonos, & honestos, sed facit fructum, faciendo eos doctos, & ad docendum aptos. *n. suo.* 1. Quem ex his. *Præsul enim ille esse debet, qui corde floreat charitate, frondescat ore veritate fructificet opere sanctitate.*

Nu. 17. *nu.* 5.

210 *Num.* 20. Tolle Aaron, & filium eius cum eo, & duces eos in montem Hor. *n.* 25. *Lyra.* Tolle Aaron, non violenter, sed persuasivè, ut promptè obediat divinæ voluntati de suo trāsitu, & filij successione. Ista enim duo debebant eum cōsolari de morte, scilicet quia Deus volebat, & quia filius eius ei in honore succedebat. Tolle Aaron & filium eius cum eo *Vt cùm videret filium secum ascendentem, licet sciret se in monte moriturum agnosceret se in eodem monte in filio vivo, vivum permansurum.*

Nu. 20 *nu.* 25.

211 *Num.* 20. Cúmque nudaveris patrem veste sua, indues ea Eleazarum filium eius: Aaron colligetur, & morietur ibi. *n.* 26. *Lyra.* Vt antequā moriatur videat filium suum sui honoris successorem. *& paulo infra, refert ex Rabbi Sal.* Cùm ascendissent in montem viderunt ibi speluncam á Deo paratam, & in ea lectum stratum, & ante lectum lampadem ardentem, & revelatum fuit Moysi quód erat locus sepulturæ Aaron, & tunc ad dictum Moysi ipse Aaron posuit se in lecto illo, & extendit manus, & pedes, & clausit os, & oculos, & sic Deus accepit eius spiritū in pace propter quod Moyses hoc videns desideravit talem modum mortis, & fuit sibi concessus à Domino, secundum quod dicitur Deut. 32. Iungeris populis tuis, sicut mortuus est Aaron frater tuus. *n. suo* 3. Colligetur, & morietur. *Non dolore quāvis se videret honore privatum; sed amore, eò quòd in filio se videret recepto iterum honore suscitatum.*

Nu. 20. *nu.* 26.

Deut. 32. *n.* 3.

Num. 33. Ascenditque Aaron sacerdos in montem Hor, iubēte Domino: & ibi mortuus est anno quadragessimo egressionis filiorū Israel ex Ægypto mense quinto prima die mensis, cúm esset annorum centum viginti trium. Audivitq; Chananæus rex Arad. &c. *á n.* 28. *Lyra.* Audivit scilicet mortem Aaron, & adventū filiorum Israel; & ex morte Aaron, quæ acciderat, fuit audacior ad invadendum filios Israel; quia credebat divinum adiutorium ab eis elongatum, eò quòd Aaron qui orabat pro populo, & offerebat sacrificia, mortuus erat. *n suo* 2. *Ascendit iubente Domino, vt sic usque ad mortem se obedientem Domino demonstraret. Dominus verò ideo eum ad montē ascendere iussit, ut qui obediens ad montem Deo iubente ascendebat, in cælum conscendere capisse cogitaret.* 212

Num. 33. *á n.* 28.

Psalmo 76. Deduxisti sicut oves populum tuum in manu moysi, & Aaron. *v.* 21. *Lyra, in morali.* Per Moysem populi ducem intelligitur bonus princeps, & per Aaron pontificem, bonus prælatus: per istos enim bene regitur in temporalibus, & spiritualibus populus christianus. *n suo.* 10. In manu Moysi & Aaron. *Quando enim regis, & pontificis una eademque est operatio; optima est populi ad veram terram promissionis deductio.* 213

Ps. 76. *v.* 21

Ex

Ex Abulensi.

214 Exod. 4. nu. 14. EXod. 4. Aaron frater tuus Levites; scio quòd eloquens sit: Ecce ipse egreditur in occursum tuum, vidensque te lætabitur corde. n. 14 *Abulensis*. Antequam moveretur Moyses ad recedendum de deserto, ut veniret in Ægyptum, exivit Aarō de Ægypto. Nec potest dici quòd ipse veniebat ad inquirendum Moysem fratrem suum: quia in textu dicitur, quód veniebat in occursum eius idest ad recipiendum eum. Et sic videtur quód Deus revelaverat Aarō quód veniret Moyses, & movit eū, ut iret in occursum eius. Vidensque te lætabitur corde. Quia valde desiderabat videre eum: maximè quia forté Deus indicaverat ei, quòd Moyses liberaturus esset Israel. *quæst.* 7. Lætabitur corde. *Non fictam de tua in Ægyptum post tot annos reditu ostendet lætitiam, sed verum, ut bonus frater vultu animi indice gaudium in corde cōceptum demonstrabit.*

215 Exod. 4. n. 15 *Exod.* 4. Ego ero in ore tuo, & in ore illius, & ostēdam vobis quid agere debeatis. *n.* 15. *Abulensis.* Movebo linguam eius, ut ista verba valde dicat apposité ad persuadendum, congrua vocis, vultus, & totius corporis motus servata habitudine. Etiam faciam, ne lingua eius, ut fieri assolet, in aliquo deviet non bene proferendo, vel aliud proferat, quám proferre voluisset. *quæst.* 7. Ego ero in ore tuo, & in ore illius. *Ac si divinum Verbum,* Ecclesi. 24. n. 9. *quod ab ore altissimi Patris prodierat iuxta illud Ecclesi.* 24. Ego ex ore altissimi prodivi. *n.* 5. *In ore Moysis, & in ore Aaronis voluerit habitare, quasi locum unici oris Paterni cum loco duplicis oris fraterni commutaret; illiusque unici loci in cælo dilicium, istius duplicati loci in solo delicijs compensaret. Imò si fas est dicere, delicium, quod haberet in cælis apud Patrem,* Prov. 8. n. 31 *in terris apud fratres duplicaret iuxta illud Prover.* 8. Diliciæ meæ esse cum filijs hominum. *n.* 31.

216 *Exod.* 4. Ipse loquetur pro te ad populum, & erit os tuum; tu autem eris ei in his, quæ ad Deum pertinēt. Exod. 4. nu. 16. *n.* 16. *Abulensis.* In Hebræo dicitur. Tu eris ei Deus idest, tu eris ei quasi Deus revelans, quid dicere debeat. Et sic patet infra 7. cap. Ecce dedi te Deum Pharaonis, idest dedi potestatem super Pharaonem, scilicet ad inferendum ei pænas, ut Deus. *quæst.* 7. *Chaldaica lectio sic habet:* Tu eris ei maior. *Ac si diceret, Ne invideas in fratre concionatoris dignitatem, ego tibi erga eum meam communicabo deitatem. Tanta enim est boni prædicatoris dignitas, ut eam sola non possit invidere divinitas.*

217 *Exod.* 4 Dixit autem Dominus ad Aaron: Vade in occursum Moysi in desertum. Exod. 4 n. 27. Qui perrexit obviam ei in mōtem Dei, & osculatus est eum. *n.* 27. *Abulensis.* Nesciebat Aaron, utrum Moyses veniret. Dominus autem annunciavit ei, quòd veniret, & mandavit, quód exiret in occursū eius; & hoc fuit ad consolationem Moysi. Qui perrexit ei obviam idest immediaté, ut Deus mandavit, Aaron in occursum Moysi exivit. Erat enim Aaron propheta, & Deo cognitus. *quæst.* 16. *Illico profectus est in occursum Moysi, non solùm ut fratrem post tot annorum absentiam venientem salutaret, sed ut ad impletionem divini præcepti festinaret.*

218 *Exod.* 4. Et osculatus est eum. *n.* 27. *Abulensis.* Quia diligebat eum, Exod. 4. nu. 27. cùm essent fratres. Osculum autem dilectionis signum est, ideo sponsa in canticis amore flagrans, primum, quod á sponso petit est osculum, dicens, Osculetur me osculo oris sui. *quæst.* 16. *Aaron amplexatus adventantem post longam absentiam dilectum sibi fratrem, osculo oris, affectū prodebat amoris.*

219 *Exod.* 28. Portabitque Aarō nomina filiorum Israel in rationali iudicij super pectus suum, quando Exod. 28. nu. 29. ingredietur Sanctuarium, memoriale

riale coram Domino in æternum. *n.* 29. *Abulensis.* Memoriale coram Domino, id est ut memoretur Sacerdos magnus orare coram Domino pro his, cúm eos in pectore inscriptos habuerit. Vel ut Sacerdos habẽs eos in pectore recordetur sequi exempla horum Patriarcharum. Istæ duæ expositiones dantur á quibusdam Iudæis. *q.* 13.

220 *Non approbat tamen has expositiones Abulensis, & sic ait.* Non cohærent literæ, quia ista recordatio, vel memoratio necessarió debet reduci in Deum. Etiã quia si ponerentur isti, ut Sacerdotes magni recordarentur sequi exempla horum Patriarcharũ, non deberent poni isti, sed Abraham Isaac, & Iacob, qui fuerunt sancti viri. Isti autem duodecim qui inscribebantur supra pectus Sacerdotis, an aliqua bona egerint nescitur, saltem de pluribus eorum, constat tamen aliqua scelera ab eis facta. Cúm ergo recordaretur Sacerdos istorum ad sequendum exempla eorum, non reperiret in sacra scriptura, aliquod probé factum, quod æmularetur, sed potiús scelera magna: inconveniens est autem talia ponere exemplaria. *quæst.* 13.

221 *Vnde aliã præbet expositionem ad illud Exod.* 28. Portabitque Aaron nomina eorum coram Domino super utrunque humerum recordationem *n.* 11. Dicuntur ista portari in recordationem Dei, scilicet, quód Deus recordaretur illorum, qui ibi scripti erant. *& infra*, quia licet ipse nihil recordaretur, cúm omnia oculis eius præsentia sunt, tamen vult quód nos occupemur in diversis cultibus eius secundum convenientiam affectus nostri. Nos autem vellemus, quód Deus recordaretur nostri, & quia apud nos per talia signa recordatio fit, mandat poni talia signa. *quæst.* 11.

Exod. 28. n. 11

222 *Et exponens eundẽ textum* Recordationem *Exod.* 28. *n.* 11. *sic ait idem Abulensis.* Vel aliter, & adhuc meliùs, scilicet, quòd licet Deus per talia signa (nec per aliqua alia) non recordetur aliquid: mandat tamen poni illa, vt saltem per illa nos credamus esse in memoria Dei, vel quòd vult recordari de nobis cùm mandet poni ea, quæ apud nos, vt signa recordationis habentur. *quæst.* 11. *Et super dextrum, & super sinistrũ humerum Aaron nomina ob recordationem portabat; ut & in rebus, quæ ei prosperè & dextro accidissent fato. & in rebus, quæ eidem adversé, & sinistro omine contigissent Dei memoriam omnia disponentis, retineret.*

Exod. 28. nu. 11.

Exod. 32. Surge fac nobis deos, qui nos præcedant: Moysi enim huic viro, qui nos eduxit de terra Ægypti, ignoramus, quid acciderit. *n.* 1. *Abulensis.* Non est sensus quód Aaron sederet, cúm totus populus ad eum conveniret, & diceret populus, surge ad faciendum nobis deos, quasi ipse Aaron manu sua facturus esset illos, sed dicitur: surgens fac, id est non moreris facere hoc, quod petimus, sed immediatè fac. *quæst.* 3. 223

Exod. 32. nu. 1.

Et infra. Exponens illud Moysi enim huic *&c. n.* 1. *sic ait idem Abulensis.* Notatur iustitia colorata populi petentis, quasi dicat: Multum fuit moratus Moyses descendendi de monte, & redeundi ad nos: ideo iustum est, ut magis non expectetur, sed surge, & fac nobis deos, id est, immediaté fac, non faciens nos expectare ultra id, quod expectavimus. *quæst.* 3. Surge fac nobis deos. *Vrbanus Aaron astanti ad eum subditorum multitudini non sedebat: ergo dum populus, ut surgeret, postulabat, non eum sedentem, sed morantem aspiciebat; & ut sine mora, quin consideraret quid faceret, deos ut efficeret, exposcebat.* 224

Exod. 32. nu. 1.

Exod. 32. Tollite inaures aureas de uxorum filiorumque, & filiarum vestrarum auribus, & afferte ad me. *n.* 2. *Abulensis.* Licet Aaron potuisset facere aliquem deum de alio metal- 225

Exod. 32. nu. 2.

metallo, de æneis laminis, aut argenteis, voluit tamen de auro, ut forté Iudæi avaritia retinendi auri ab incepto opere resilirent. *Et* non solùm petivit aurum, quod erat potissimum in metallis, sed etiam petijt inaures aureas fæminarum, quia hoc erat difficile dari, scilicet quód mulier daret ornamenta corporis sui: nam si petivisset alia vasa aurea, aut argentea ministrationis domesticæ, libentiùs, & magis sine præiudicio dari potuissent *quæst.* 10. *Si omnes tàm viri, quàm fæminæ habebant inaures*, (Erat enim consuetudo antiqua ut viri quoque talibus ornamentis uterentur) *teste Abulensi*, *quæst.* 10. *quare solùm inaures uxorum, & filiorum, & filiarum: non autem inaures ipsorum parentum, qui deos postulabant, sibi Aaron afferri iussit? Non mihi dubium quòd etiam parentes Aaroni suas attulerint inaures; nisi enim ipsi priùs à suis auribus ablatas inaures aureas obtulissent, nec filijs, nec filiabus, nec uxoribus, ut quas gerebant offerrent, suadere valuissent.*

226 *Exod.* 32. Quod cùm vidisset Aaron, ædificavit altare coram

Exod. 32. n. 5 eo, & præconis voce clamavit, dicens: Cras solemnitas Domini est. *num.* 5. *Abulensis.* Videbat Aaron, quód totus populus simul stans volebat facere altare ad colendum deum quem elegerant, & in brevissimo tempore omnes illud facerent, ut ergo aliquo tempore eorum iniquitatem dilataret, ut si forté interim veniret Moyses, & populus ab incæpto scelere retrocederet, voluit ipse facere, ut magis in faciendo illud moraretur. *quæst.* 12. *In crastinum festivitatem differebat; ut quisque Israelitarum medio illo tempore horrendum illud idolum consideraret, illudque adoratione indignum iudicans, non in altari facto coram eo integrum super positum, ut deum coleret, sed in minutissimas partes contritum ad limina tabernaculi pedibus conculcandum collocaret.*

227 *Exod.* 32. Arripiensque vitulum, quem fecerant, combussit, & contrivit vsque ad pulverem, quẽ *Exod. 32. nu. 20.*
sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filijs Israel. *num.* 20. *Abulensis.* De Aaron autem quæritur, vtrum biberet de ista aqua, & potest respondeti, quód biberit, quia cunctis ad bibendum data est aqua, ut pateret, quis huius sceleris reus esset: sed Aaron erat multúm suspectus de hoc scelere, cúm ipse esset dux populi in absentia Moysi, & ipse ad petitionem populi fabricasset vitulum: debebat ergo principaliter ipse bibere. *quæst.* 32.

Et respondens ad eandem quæst. quòd scilicet biberit Aaron de illa aqua, hanc assignat rationem. Item quia cùm Moy- 228 *Exod. 32. nu. 20.*
ses cæteros Israelitas cogeret ad bibendum, ut patet cùm dicitur: Et dedit ex eo potum filijs Israel, quasi dicat, quòd non biberunt ipsi sponte: sed Moyses dabat eis, idest, compellebat eos ad bibendum: si ergo non cõpulisset bibere Aaron, Moyses multúm videretur in hoc favorabilis, & acceptor personarum, quód erat contra iustitiam distributivam. *eadem quæst.* 32.

Postea sic progreditur. Dicendum ergo quòd ipse Aaron, & omnes 229 *Exod. 32. n. 20.*
Levitæ, sicut cæteri de Israel biberunt, tamen non fuit inventũ signum aliquod sceleris ex potu illo. De Aaron patet, quia si inventum fuisset signum sceleris, ipse, sicut omnes alij de populo, qui peccaverant, perijsset: sed non perijt: ergo nõ fuit in eo inventum signum. Forté respondebis, quód Aaron bibit, & inventum fuit in eo signum sceleris, & tamen non fuit interfectus, quia illi, qui exequebantur istam vltionem, erant Levitæ, & non tangerẽt Aaron, quia erat nobilissimus, & princeps in tota illa tribu. *quæst.* 32.

Non placet id Abulensi, vnde sic ait. Sed hoc non potest stare, quia si ap- 230
paruisset signum in Aaron, quòd peccasset, licet esset princeps tribus *Exod. 32. nu. 20.*
illius, occideretur, quia sic mãdavit

 Moyses,

Moyses; occidat unusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum. *n.* 27. Item si Aaron bibisset de
n. 27. aqua, & apparuisset in eo signum sceleris, sive esset infirmitas, sive color aurearum barbarum, & non occideretur, maneret infamis inter alios, qui non manebant notati de hoc crimine, & sic nunquam fuisset assumptus ad Summum Sacerdotium, in quo requirebatur homo mundissimus ab omni infamia immunis; sed assumptus fuit: ergo non apparuit in eo signum sceleris, quod in cæteris apparebat. *quæst.* 32. *dedit quidem Moyses potum fratri, si enim ei potum non præberet, non posset alios cogere ad bibendum, qui se ipsos e exemplo Aaronis non bibentis, à potu non immeritò excusarent.*

231 *Exod.* 32. Dixitque ad Aaron, quid tibi fecit hic populus, ut induceres super eum peccatum maximum?
Exod. 32. *nu.* 21. *n.* 21. *Abulensis.* Fuit ergo iniquitas Aaron, quia timore ductus fabricavit vitulum petentibus filijs Israel: cúm enim hoc malũ esset, debuisset potiús omnia mala pati, quám malo consentire. Et si hoc in quolibet homine esse debet, præcipuè tamen in prælatis, quia magnum zelum habere debent, & nullo modo malum consentire: sed potiús mori, cùm ipsi debeant cæteros ab iniquitatibus removere. *quæst.* 33. *Maximum Aaron in subditos peccatum inducebat, quia, princeps cùm esset, non illos à maximo perpetrando peccato adducebat.*

232 *Exod.* 32. Cui ille respondit: Ne indignetur Dominus meus: tu enim
Exod. 32 *nu.* 22. nosti populum istum, quod pronus sit ad malum. *n.* 22. *Aaron erat ætate maior, primogenitura dignior, & tamen Moysi, tanquam servus domino loquebatur: quare? Respondet Abulensis.* Quia Moyses erat tunc terribilis, & coram toto populo vitulum conculcaverat atque combusserat, & in pulverem comminuens sparsit in aquam, & totus populus coram eo tremebũdo vultu pavitabat, atque ad mandatũ eius omnes de aqua illa, quam vehementer horrebant, biberunt: timuit ergo, & ipse Aaron velut sceleris sui conscius: ne Moyses, qui ita in eum durè invehebatur, vellet inducere super eum propter peccatum grande punitionem gravissimam: motus ergo timore eum urbanum faciebat, & vocabat Moysem dominum suum, ut sic eum placaret: nam *Prov.*
responsio mollis frangit iram, & *15. n. 1*
sermo durus suscitat furorem, ut patet, Prove. 15. Dominus meus. *Erat enim tunc Moyses Aaroni ut iudex terrori, licet ut frater fuisset amori.*

Exod. 32. Quibus ego dixi: Quis 233
vestrúm habet aurum? Tulerunt, & dederunt mihi: & proieci illud in *Exod.*
ignem, egressus est hic vitulus. *n.* *32. nu.*
24. *Quale nam aurum postulaverit patet* 24.
ex dictis supra. Dixitque ad eos Aarõ: Tollite inaures aureas *n.* 2. *Abulensis.* *Exod.*
Nam nihil est, quod cum maiori *32. n. 2.*
difficultate darent Israelitæ, quàm ornamenta aurea pendentia in auribus eorum: citiùs enim vasa aliqua darent: ideo petens inaures petebat id, quod magis difficile videbatur, & quod magis distrahere posset Iudæos á fabricatura deorum. *quæst.* 33. Quis vestrúm habet aurũ? Tulerũt, & dederunt mihi. *n.* 24. *Neque supra quando refertur quòd Aaron postulaverit à populo inaures in n.* 2. *Neque in hoc loco, in quo ipse à populo aurum postulasse fatetur, aurum ad deum fabricandum petitum fuisse explicatur; unde ergo agnovit populus ab Aarone aurum ad idoli conflationem postulatum? Avarus populus non ad alium usum existimavit posse ab eo peti aurum, nisi ut ex illo aureus deus fieret, quem solum ipse ex eo quòd esset ex auro vellet adorare.*

Exod. 32. Proieci illud in ignem 234
egressusque est hic vitulus. *n.* 24.
Abulensis. Aaron accepit inaures au- *Exod.*
reas à toto populo, & facta forma *32. nu.*
fusoria ad vituli imaginem infudit *24.*
ibi, atque factus fuit vitulus. Quare hic dicitur quòd Aaron proiecit aurum

Exod. 32. n. 4 aurum in ignem? Palliavit factum suum quantum potuit, & erat intentio sua dicere, quòd ipse non intendebat facere vitulũ, sed perdere aurum, ideo proijciebat in ignem. Sed in hoc mentitur Aaron, quia non proiecit aurum in ignem, sed formavit opere fusorio, ut patet supra *n. 4. quæst.* 34.

235 Proieci illud in ignem. *Vbi supra. Abulensis.* Satis admiror qualiter Aaron sic publice mentiri non erubuit: erat enim toti populo notum quòd ipse in forma fusoria vitulum fabricasset: negabat tamen coram Moyse, in quo si Moyses vellet á populo inquirere veritatem rei, clarissimè comperisset Aaron fuisse mentitum, quæ erat maxima confusio in tanto viro, qui erat dux populi: & per hoc merebatur magnam pœnam incidere, sed timor eum duxit ad hæc subeundum: nihil enim est quod non expleat improbus amor, & timor. *quæst.* 34. Proieci illud in ignem, *scilicet super ignitos carbones, sub quibus tamen forma fusoria ad id confecta in terra abscondita erat ad recipiendum aurum, quod liquefactum in formam decurrebat; ut exinde vitulus emergeret. Neque enim aureus deus descendere è Cælo, sed è terra visceribus ascendere debebat, ut terreni non cælestes, sed scelesti homines eum colerent.*

236 *Levit.* 9. Et pro peccato populi offerens, mactavit hircum, expiatoque altari, fecit holocaustum. *n.* 15. *Abulensis.* Quæret aliquis quare prius obtulit pro se ipso Aaron, quám pro toto populo, cùm totus populus honoratior sit, quám Aarō? Respondendum est, quia Aaron optabat, ut ea, quæ pro populo faciebat, Deo accepta essent, & ideo debuit Aaron disponi ad faciendum sacrificia populi; ista autem dispositio fuit in sacrificijs, quæ pro se obtulit: nam per hæc Deo acceptus fiebat, & tunc reductus in gratiam Dei, acceptabiliter pro toto populo

Levi. 9 n. 15.

potuit exorare. *quæst.* 8. *Prose priùs quàm pro populo Aaron sacrificium Deo offerebat, quia priùs sibi in his, quæ ad salutem pertinebant, quàm populo attendere obligabatur.*

Levit. 9. Et extendens manus ad populum benedixit ei *n.* 22. *Abulensis.* De Aaron hoc dicitur: nam Aaron pontifex erat, & sacrificia faciebat, & ideo benedicere populo ad ipsum pertinebat. *quæst* 9. *& alibi.* Quæret aliquis de forma huius benedictionis? Respondendum, quòd Aaron benedicens populo aliquid proferebat, forma autem verborum est illa, quæ habetur. Num. 6. cap. Cum dicitur; Sic benedicetis filijs Israel: Benedicat tibi Dominus, & custodiat te; ostendat Dominus faciem suam tibi, & misereatur tui: convertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. *quæst.* 13. *Populo benedicto gloria Domini apparuisse refertur;* Apparuitque gloria Domini omni multitudini *n.* 23. *Quis in Aarone non videat nostri Pontificis in cælum ascendentis, populoque suo benedicentis figuram, dum felix illa multitudo expletis omnibus quæ ad salutem humanam pertinebant à Christo Domino benedicitur, quando ipse maxima gloria populum suum immenso replens gaudio in calũ ferebatur? iuxta illud Lucæ* 24. Et factum est, dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cælum. *n.* 51.

237 Levi. 9 n. 22.

Num. cap. 6. à n. 23

Luc. 24 n. 51.

238 *Num.* 12. Et ecce Maria apparuit candens lepra, quasi nix, cùmque respexisset eam Aaron, & vidisset perfusam lepra, ait ad Moysem: Obsecro Domine mi, ne imponas nobis hoc peccatum, quod stulte commisimus *n* 10. *&* 11. *Abulensis.* Quare Aaron nulla pœna est inflicta, cùm tamen peccaverit? *Respondet idem Abulensis:* Deus increpuit Aaron per verba, quæ dixit contra eum, & Mariam. Et ista fuit sufficiens pœna in Aaron, Quia Aaron minùs peccavit quàm Maria, ideo forte ista

Nume. 12. nu. 10. & 11.

pœna obiurgationis fuit sufficiens pro quantitate peccati sui, & ita nihil plús debuit sibi inferri. q.65. Ecce Maria. *Obiurgatione ergo, & non lepra punitus fuit sacerdos Aaron, neque enim conveniens erat eum lepra puniri: si enim lepra puniretur, non posset de aliorũ lepra iudicare, quod tamen ad sacerdotem pertinebat iuxta illud Christi Domini Mat-*
Math.8 n.4. *th.*8. Vade ostẽde te sacerdoti. *n.*4. *In*
quo loco Christus Dominus alludit ad il-
Levit. 14. n.2 *lud Levit. cap.*14. Hic est ritus leprosi quando mundandus est: Adducetur ad sacerdotem. *n.*2.

239 *Num.*12. Ait ad Moysen: Obsecro domine mi ne imponas nobis
Nu.12. nu.11. hoc peccatum, quod stultè commisimus. *n.*11. *Abulensis.* Quare Aaron non oravit pro se Deum, sed petivit à Moyse quód oraret? Dicendum primò quia sciebat alium esse digniorem, qui faciliús hoc impetraret scilicet Moysen. Secundó quia ipse erat quasi tremens, & non poterat colligere se ipsum ad devotionem. Tertió, & præcipuè quia Aaron peccaverat simul cum Maria: ideo erat ipse indispositus ad orandum, quia nõ exaudiretur oratio eius pro alio cúm ipse Deo displiceret. Quartò quia non solùm pro Maria orandum erat, sed etiam pro ipso Aaron, cùm ipse peccavisset, & pœnam timeret, non erat ergo ipse aptus orare pro Maria cúm opùs esset, quòd aliquis nunc pro eo oraret. *q.*55.

240 *Num.*12. Ait ad Moysen. Obsecro
Nu.12. nu.11. domine mi. *n.*11. *Abulensis.* Quare petijt Aaron Moysen, & non alium, ut oraret? Dici potest primó quod fuit quia istum invenit ibi promptiorem ad hoc. Secundò propter necessitatẽ velocis remedij. Tertiò quia credidit Aaron Moysen, potentiorem ad impetrandum quàm esset aliquis alius in toto populo; quod colligeret ex laudibus, quas nunc proximé Deus dixerat de Moyse. Quartò quia ista causa tota videbatur pertinere ad Moysẽ scilicet quòd propter ipsum percussa fuerat Maria, quia murmuraverat, ideo ipso orante faciliús remitteretur, & staret plaga q. 56.

Ait ad Moysen. Obsecro, &c. 241
*n.*11. *Abulensis.* Sed quæretur: cùm Nu.12. nu.11.
intentio Aaron esset, quód Moyses oraret pro Maria, quare non dixit quòd oraret, sed dixit, Obsecro domine, ne imponas nobis hoc peccatũ. Fortè Aaron credebat Moysen cõmotum esse ira contra ipsum, & Mariam, & orasse á Deo pro plaga, ut veniret super eos, & ad hoc voluit Aaron placare Moysen, rogans, ut non indignaretur eis. *& ibidem.* Putabat ergo Aaron quòd cùm totum hoc fieret in favorem Moysi, si ipse placaretur, statim Deus esset placatus, & cessaret plaga. *q.*57.

Ait ad Moysen. Obsecro, &c. *n.* 242
11. *Abulensis.* Aaron loquebatur sic
ad Moysen cum magna humilitate, Nu.12.
quasi ad Deum, dicens; Obsecro do- nu.11.
mine mi, quod erat propter duo, primó quia valde timebat: putavit enim quòd non solùm Maria puniretur, sed etiam ipse, ideo timor faciebat eum humilem. Secundó ad faciliùs impetrandũ, quia qui se humiliat, impetrat. Iuxta illud. Cor contritũ,
& humiliatũ nõ despicies Psalmo 50. Ps. 50.
Humiliavit ergo se Aaron quantúm v.19.
potuit ut faciliús impetraret. Et dixit: Obsecro domine mi. Ante hoc ipse fecerat se æqualem Moysi loquens cum superbia scilicet, Non ne & nobis similiter Deus locutus est? nunc veró dominum suum vocabit, & si aliquid maius dicere posset, dixisset. *q.*58.

Ait ad Moysen. Obsecro domi-
ne, &c. *n.*11. *Abulensis.* Quare Aaron 243
confessus fuit peccatum suum? Pri-
mò quia iam nõ poterat occultare il- Nu.12.
lud, Deus enim manifestaverat illud. nu.11.
Secundò quia istud videbatur nunc necessarium: volebat enim Aaron petere veniam; sed non poterat, nisi exprimeret illud, de quo veniam

petebat

petebat, ideo confessus est peccatū. Tertiò quia Aaron ad hoc, quód nunc exaudiretur à Moyse debebat humiliter petere, sed non esset humiliatio, nisi confiteretur peccatū, in quo impendebat quendam honorem Moysi, ideo confessus est. Quartò fuit quia istud non erat principaliter ad confusionem, sed potiús ad quandam alleviationē peccati, nam dixit, Ne imponas nobis hoc peccatum, quod stultè commisimus in te: dicendo stultè commisimus alleviatur aliqualiter peccatum: quia innuitur non fuisse factum ex malitia, & deliberatione, sed ex quodam impetu inconsulto, ideo conveniens erat confiteri peccatum ad hunc finem. *quæst.* 62.

244 Obsecro Domine mi. *Timore pænæ dominum agnoscebat Moysem, cui se in culpa fervore putabat æqualem, dicens,*
Nume. 12. nu. 11. & 2. Num per solum Moysem locutus est Dominus? non ne & nobis similiter est locutus? *n.* 2. *Per Moysem modò solum loqui Deum fatebatur, dum solum Moysem ad Deum loqui posse, ut & sibi, & sorori, veniam obtineret, arbitrabatur.*

245 *Num.* 16. Quod cùm fecisset
Num. 15. n. 47. Aaron, & cucurrisset ad mediam multitudinem, quam iam vastabat incendium, obtulit thymiama, & stans inter mortuos, ac viventes pro populo deprecatus est, & plaga cessavit. *n.* 47. *Abulensis.* Cucurrit quia plaga erat nimis dura, & non cessaret quousque ipse offerret thymiama, si autem moraretur eundo, videbatur, quód illi, qui perirent interim, ex causa Aaron peribant, cucurrit ergo, ne esset reus mortis. *quæst.* 30. *Cucurrit oblitus senilis, & Pontificalis dignitatis, sed memor erga proximos charitatis; neque enim cursus celer, qui inserviebat amori, nocebat honori.*

246 *Num.* 17. Dixitque Dominus ad Moysem: Refer virgam Aaron in
Nume. 17. nu. 10. tabernaculum testimonii, ut servetur ibi in signum rebellium filiorum Israel, & quiescant querelæ eorum á me, ne moriantur. *n.* 10. *Quærit Abulensis; An hæc Aaronis virga remanserit in perpetuum cum floribus, frondibus, & fructibus? & sic respondet.* Sicut miraculosè flores, & frondes, & fructum produxerat, ita supernaturaliter in ea, ista semper conservata sunt, ut esset perfecta probatio: *quæst.* 11. Refert virgam. *Eo modo, quo tunc erat, reservanda iubetur, habebat autem tunc flores, & frondes, & fructus; sic ergo erat permansura, ut per perseverantiam florum, & frondium, & fructuum, verè & non solùm ad tempus apparenter flores, & frondes, & fructus protulisse ab invidis crederetur.*

Num. 20. Tolle Aaron, & filiū 247
eius cum eo, & duces eos in montem Hor. *n.* 25. *Abulensis.* Volebat Nume. 20. nu.
enim Deus quòd Aaron moreretur 25.
extra castra super montem, & ibi indueretur Eleazarus vestibus Sacerdotalibus, & dixit, quòd tolleret, quia tollere significat quandam quasi violentiam: ad mortem autem rari spontanei vadunt: *quæst.* 25. Tolle Aaron, & filium eius; *Vt si tristaretur sciens quòd Deus vellet eum tollere; lætaretur sciens, quòd vellet filium eius Eleazarum attollere.*

Num. 20. Tolle Aaron & filium 248
eius, &c. *n.* 25. *Abulensis.* Quæret
aliquis, quare ductus est Aaron in Nume.
montem? Aliquis respondebit hoc 20. nu.
factum esse, quia Deus volebat ut 25.
moreretur ibi, & sepulchrum eius occultare volebat, sicut factum est de Moyse, quia nullus cognovit sepulchrum eius usque ad præsentem
diem: Deut. cap. ult. Sed hoc non Deut.
stat, quia si voluisset Deus occulta- 34. n. 6
re sepulchrum eius non accessisset aliquis cum eo ad montem, sicut Moyses ascendit solus in montem Abarim: Deut. cap. ult. Cum Aarō autem ascenderunt Moyses, & Eleazarus, ergo non factum est propter hoc. *quæst.* 18.

Vnde aliam præbet responsionem, & 249
sic

sic ait. Iussit Deus exire Aaron de castris ad moriendum, quia volebat ei dare mortē specialem, scilicet ipse sanus erat, quando ista iussa sunt, & per se ascendit in montem, & immediatè ut ascendit, mortuus est, nullo præveniēte lãguore, aut mortis angustia. Quod fortè popularibus videre non permittebatur, quia ad hoc indigni erant. *quæst. 18. In montem ductus est, ut moreretur, qui Mōtanus suo nomine interpretabatur, ut ad sanctitatis montem pervenisse, nomenque suum adimplesse per omnis perfectionis gradus ascendendo, intelligeretur.*

250 *Num. 20.* Cúmque nudaveris patrem veste sua indues ea Eleazarũ filium eius: Aaron colligetur, & morietur ibi. *n. 26. Abulensis.* Quæret aliquis quomodo Aaron exivit in montem indutus vestibus Pontificalibus, quia nunquam utebatur summus Sacerdos his vestibus nisi in sanctuario ad ministrandum, ut declaratum est *Exod. 28. Et respondet ex sententia aliorum.* Aliqui dicunt, quód Aaron illa die, qua mortuus est ministraverat in sanctuario vestibus Pontificalibus, quia quandocunque locabantur castra, fiebat quotidie ad minùs sacrificium matutinum, & vespertinum, quod vocabatur iuge: Aaron autem expleto sacrificio ascēdit in montem indutus vestibus, ut erat *quæst. 20.*

251 *Felix Aaron, qui eadem die, in qua agnum Deo typum Christi moriturisiteverat, oppetibat; ac proinde suo sanguine, veri agni mundatum divinis oculis præsentabat; vestem autem ita placidè exuebat, ac si non ad moriendum, sed ad dormiendum se nudaret, seque in lecto, quasi in lecto reclinaret, ut enim bene ait Abulensis:* Quasi dormiens é vita assumptus est, quod alijs non conceditur. *quæst. 21.*

252 *Num. 20.* Cúmque nudaveris patrem *&c. n 26. Abulensis.* Quæretur quare Eleazarus fuit indutus vestibus sacris extra sanctuarium? Respondendum est, quód Deus voluit *Nu. 20. nu. 26.* facere magnam gratiam Aaron: erat enim vir bonus. *& infra.* Fecit Deus ut filius Aaron Eleazarus eo vidente indueretur vestibus sanctis, tanquam summus Sacerdos, & gauderet Aaron quód in vita sua videbat filium suum in illo summo honore sibi successisse, quæ est magna iucunditas patrum. *quæst. 21. Paternus in morte Aaronis amor de morte ipsius triumphabat, vestes, vt spolia, ab eo auferebat, quibus induxs filius Eleazarus quasi paterni amoris trophæũ referebat.* Cúmque Aaron spoliasset vestibus suis, induit eis Eleazarum filium eius. *n. 28. Amoris minister Moyses ab Aarone morituro spolia detrahebat, eaque in Eleazaro, in quo Aaron superviveret, suspendebat.* *Nu. 20. nu. 28.* 253

Num. 20. Fecit Moyses vt præceperat Dominus, & ascenderunt in montem. Hor coram omni multitudine. *n. 27. Abulensis.* In quo Aaron fuit obediens; nam licet sciret, quód ibat ad mortem, quia tamen Deus iussit, obedivit: Eleazarus quoque quamquam audiret de morte patris, tamen ad mandatum Dei nihil recusavit. *quæst. 32. Coram omni multitudine Aaron indutus vestibus Pontificalibus in montem ascendebat, ut populus intelligeret Pontificem suum Dei iussu tunc ascendere, ut cœlum calorum penetraret, & pro omnibus verè sancta sanctorũ ingressus, Deum precaretur, & qui in humeris, & pectore patrum nomina asportabat, de filijs in cælo apud Deum perpetuò recordaretur.* *Nu. 20. nu. 27.*

Ex D. Dionysio Carthusiano.

254 Exod. 4. Aaron frater tuus Levites scio, quód eloquens sit: ecce ipse egreditur in occursum tuum, videnſque te lætabitur corde. *n. 14. Carthusianus.* Lætabitur corde id est valde intensè, tũ ex spiritali affectu, & quia pro magnis, & prosperis causis sciet te advenisse. *art. 7.* Ecce ipse, *Exod. 4. n. 14*

Gra-

Gratum spectaculum Moysi Dominus ostensurus promittit, Aaronem scilicet fratrē, qui ex Ægypto veniēs moysi in Ægyptum revertēti tot post annos obvius erat occursurus. Vidensque te lætabitur cordē. Non tristabitur, quasi invidus videns te vivum, quem mortuum reputabat paternæ hæreditatis consortem; sed lætabitur, vt benevolus frater deposita molestia, qua tuam per tot annos deploraverat mortem.

255 *Exod.* 4. Dixit autem Dominus ad Aaron: Vade in occursum Moysi in desertum, qui perrexit obuiam

Exod. 4. n. 27 ei in montem Dei, & osculatus est eum. *n.* 27. *Carthusianus.* Probabile est quòd per angelum sensibiliter apparentem locutus sit ista Deus ad Aaron in Ægypto, & fortè idem Angelus, qui apparuit Moysi, eius quoque fratri apparuit. *art.* 7. *& alludens etiam ad illud.* Frater tuus. *&c. n.* 14. *sic ait.* Per Aaron verò facundum signatur chorus Apostolorum, quem Spiritus Sanctus eloquentissimum fecit, & eundem Christo in adiutorium prædicationis concessit, qui chorus Apostolorū occurrit Christo in monte, hoc est in sublimitate vir-

256 tutum. *art.* 8.

Quando Deus Moysi promisit Aaronem socium, eum ipsius Moysis fratrem no-

Exod. 4 nu 14. & n. 27 *minavit, dicens:* Aaron frater tuus. *n.* 14. *quando verò Aaroni iussit, ut Moysi occurreret, non Moysem fratrem Aaronis appellavit, sic enim dixit.* Vade in occursum Moysi in desertum. *Quare? Ne Moyses intelligens se Aaroni à Deo fuisse præpositum, oblivisceretur fraternæ æqualitatis. Ne Aaron in Moyse à Deo, & sibi, & populo in principem dato consideraret naturæ æqualitatem, sed prælaturæ solam dignitatem.*

257 *Exod.* 28. Faciesque vestē sanctā Aaron fratri tuo in gloriam, & deco-

Exod. 28. n. 2. rem. *n.* 2. *Carthusi. Postquam in sensu spirituali exponit decem vestes, quibus Aaron induebatur, sic ait.* Possunt quoque per decem vestes, decem præcepta intelligi, per quorum observantiam homo pulcherrimè decoratur, & vestitur anima. *art.* 55. *Gloriosus, & decorus meritò hic ornatus appellatur: qui enim decem mandatorum observantia indutus incedit, duplicis pulchritudinis ornamento, ad animæ gloriam, & corporis decorem venustatur.*

Exod 28. Portabitque Aaron nomina eorum, coram Domino super 258

utrunque humerum recordatione. Exod. 28. n. 11

n. 11. *Carthusianus.* Ob recordationem, id est, ut memor sit filiorum Israel, ad orandum pro ipsis, vel patriarcharum, ad imitandum eorum virtutes: & item, ut Deus videns pontificem sic portare nomina illa iuxta divinum præceptum, recordaretur filiorum Israel in bonum, exaudiendo pontificem pro ipsis orantem. *art* 54. In recordationem. *Vt recordaretur filios patrum, quorum nomina in lapidibus super humeros portabat, lapidibus in pondere esse conferendos, sic tamen sibi etiā in humeris esse ferendos, & per patiētiam ex lapidibus in homines esse transferendos.*

Exod. 28. Portabitque Aaron nomina filiorum Israel in rationali iudi- 259

cij super pectus suum, quando in- Exod. 28. nu

gredietur sanctuarium, memoriale 29

coram Domino in æternum. *n.* 29. *Carthusianus.* Circa quod loquitur Glossa: Tribus de caufis Aaron nomina patriarcharum inter sacrificia semper in humeris, & pectore tulit. Primò ut ipse fidem, & vitam patriarcharum cogitaret sectari. Secundò, ut duodecim tribuum ex patriarchis natarum in orationibus, & sacrificijs memor esset. Tertiò, ut populus scripta in veste præsulis patrū nomina videns sedulò curaret, ne à patrum suorum meritis recedens, ad errorum contagia declinaret. Hinc & magister in historijs scribit: Portavit gemmas ob recordationem trium, quorum vnius populus memor esset, ipse verò duorum; ut scilicet populus videns nomina patrū suorum satageret, ne á virtute priorum degeneraret: Sacerdos verò

recordaretur fidem, & vitam sequi Patriarcharum; itemque tribus ex illis natas Deo orationibus, & sacrificijs commendaret. *art.* 54. *Rectè rationale, in quo patrum nomina inscripta ferebantur memoriale coram Domino nominatur; est enim in filio memoria patrum coram Deo naturæ rationali non extranea, sed valde consentanea.*

260 *Exod.* 28. Et gestabit iudicium filiorum Israel in pectore suo in cōspectu Domini semper. *n.* 30. *Carthusianus.* Id est causam salutis Israeliticæ plebis coram assumet, & pro ipsis solicitus erit, pensando iudicium Dei, quod imminet eis. *art.* 54. Gestabit. *Vt dum subditis sibi hominibus Dei iudicium futurum extimesceret, futurū sibi etiam Dei iudicium formidaret, illorū enim vita à Deo iudicanda, sive in bonum, sive in malum ad præsulis iudicium pertineret.*

Exod. 28. nu. 30.

261 *Exod.* 28. Deorsum veró ad pedes eiusdem tunicæ, per circuitum, quasi mala punica facies ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto mixtis in medio tintinnabulis, ita ut tintinnabulum sit aureum, & malū punicum. *n.* 33. *&* 34. *Carthusianus.* Per tintinnabula demum in inferiori parte pontificalis amictus pendētia insinuatur, quód pontifices, & pastores debent indesinenter plebes sibi commissas per prædicationem sonoram, distinctam dulcisonam informare, pigros excitare, fervētes in Domino exhilarare, verbo, ac fama salubriter resonare. Quód veró tintinnabulis interposita, & admixta fuerunt malogranata, præfiguravit, quód verbis, documentis, ac famæ debeant virtuosa opera correspondere, misceri, ac iugiter circumponi; immo decet unumquemque plus abundare operibus, quám doctrinis. *art.* 55. Per circuitum. *Vt quasi medius, & in medio totius orbis positus omnes in circuitu nationes ad divinum cultum tintinnabulorum linguis invitaret, ut omnes cuiuslibet nationis homines Deo obedientes malogranatorum sertis coronaret.*

Exod. 28. nu. 33. & 34

Exod. 28. Facies & laminam de auro purissimo: in qua sculpes opere cælatoris, Sanctum Domino. *n.* 36 *Carthusianus.* Id est sanctum nomē Domini scilicet Tetragrammaton, quod ineffabile dicitur, nō quia dici non possit, sed quia rem ineffabilem significat, quod his literis Hebraicis scribitur, He Ioth He Vau: Quæ sonāt, Principium vitæ passionis iste: quod est; per passionem eius, quem præfigurat hic sacerdos, recuperabitur vita in Adam perdita. *artic.* 54. *Quod fatetur accepisse à Beda. Apta sané nominis interpretatio. Principium vitæ passionis iste. Dū pronomine (iste) Christus demonstratur. Iste enim principium fuit & vitæ, & mortis: vitæ, quæ per introductionem gratiæ reparatur: mortis, quæ per expulsionem culpæ inchoatur; ut sic quisque fidelium ex hoc vno vitæ, mortisque principio sub hoc divino nomine, gratia vivat, culpa moriatur.* 262

Exod. 28. nu. 36.

Exod. 32. Videns autem populus quód moram faceret descendendi de monte Moyses, congregatus adversùs Aaron dixit: Surge, fac nobis deos, qui nos præcedant. *n.* 1 *Carthusianus.* Rectê, ait scriptura, Adversús Aaron, quoniam congregatio illa fuit ad rem ipsi Aaron valde nocivam, & fertè per modum adversātium, & comminantium coram eo consurrexerunt. *art.* 61. Moysi enim huic viro &c. *n.* 1. *Hominem Moysem appellabant quasi illius deitatem, per quam illum antea tanquam Deum venerabātur. sugillarent; si enim ipsum Deum exestimarent, casum aliquem ei accidisse non timerent.* 263

Exod. 32. n. 1

Exod. 32. Tollite inaures de vxorum filiorumque, & filiarum vestrarum auribus, & afferte ad me, *n.* 2 *Carthusianus.* Mirum quód Aaron tam citò acquievit sceleratissimæ petitioni illorum. Ad quod respondetur, quód escriptura omnia non exprimit, quæ contigerunt. Vnde nec Aaron tam citò acquievit, ut litera 264

Exod. 32. n. 2

litera sonare videtur. Communiter enim dicitur, quód Hur, quem Moyses simul cum Aaron præposuit populo, loco sui, restitit petitioni illorum, atque redarguit illos, & quòd eum ideo occiderūt: vel quod aliqui dicunt, spuēdo in eius faciem suffocaverunt. Quo viso, metuens Aaron acquievit. *art.* 61.

Et infra sic ait idem Carthusianus.
265 Verumtamen Rabbi Paulus reprobat dictum illud de occisione ipsius Hur, tum quia scriptura hoc recitasset tam virtuosum, & exēplare opus Hur huius; tum quoniam Aaron interfectionem illius pro sua excusatione allegasset, tum quia Moyses reprehendisset populum de homicidio tam nefando, *art.* 61. Tollite. *Per vim auferendas inaures existimabat, ideo dicebat,* Tollite; *neque enim sponte famine voluissēt aures inauribus ablatis deturpare; seque perforatis, nō ornatis auribus servas, non liberas esse profiteri, cum qualibet illarum, honoris cupida non alicuius ancilla, sed omnium domina appeteret reputari.*

266 *Exod.* 32. Hi sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti. *n.* 4. *Carthusianus.* O quanta amentia, quàm infinita stultitia, quàm enormis ingratitudo, opera summi, omnipotentisque Dei, tam præclara, & antea numquam visa ascribere idolo: & Dei, cuius beneficia tot, & tāta erant experti, tam citò, tamque faciliter oblivisci. *art.* 61. Hi sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti. *Certè, si iam tunc iste illorum aureus deus eos præcederet; proculdubio illos posset facile trahere, avarus enim quilibet non tam deum in auro effigiatum, quàm aurū sub effigie dei sui magis, quàm deum ipsum à quolibet amatum, lubentissimè sequeretur.*

Exod. 32. n. 4

267 *Exod.* 32. Cui ille respondit: Ne indignetur dominus meus: tu enim nosti populum istum, quòd pronus sit ad malum. *n.* 22. *Carthusianus.* Aarō conscius sibi de malo, humiliter se excusavit, veniamque precatur, & fratrem suum dominum vocat. Nam & principalior, & sanctior eo fuit, tanquam totius Israelitici populi legislator, ductor, ac princeps. *art.* 61. *Aaron non iam se fratrem Moysis, sed servum nominabat: peccatū illum ex æquali per naturam in servum, inæqualemque per culpam transmutaverat.*

Exod. 32. nu. 22.

Exod. 32. Tulerunt, & dederunt mihi: proieci illud in ignem, egressusque est hic vitulus. *n.* 24. *Carthusianus.* Aaron suam culpam pro posse extenuat, metuēs ultionem, ideo ait: Proieci, quasi simpliciter proiecisset, cùm tamen opere fusorio, ex auro inaures aureas produxerit in similitudinē vituli. *art.* 61. Egressus est &c. *Ac si è fornace quasi ex cavea taurus ille egressus esset, ut cornibus impeteret circumstantes, qui omnes metu territi pallia in cornibus illius relinquentes se ipsos é tauri cornibus liberarent, atque ita se pallijs denudarent, iuxta illud.* Videns ergo Moyses populū, quòd esset nudatus. *O utinam id Hebræis eveniret; illudque, quod dicitur* Surrexerūt ludere. *n.* 6. *De ludo huiusce tauri sic intelligi posset. Illi tamen ab igne egressum non timebant, sed auro suo, & sibi ipsis ignem potiùs, quàm taurum aureum metuebant.* 268

Exod. 32. nu. 24.

Levit. 9. Tolle de armento vitulum pro peccato, & arietem in holocaustum, utrumque immaculatū, & offer illos coram Domino. *n.* 2. *Carthusianus.* Aaron primò obtulit vitulum pro peccato suo, deinceps oblaturus pro populo *& infra.* obtulit autem successivé duo holocausta, unum pro se, aliud pro plebe. Rectusque ordo, ut primò oret pro se, deinde pro populo. Nam, ut ait Salvator: Quid proficit homo, si lucretur universum mundum, se ipsum autem perdat? nam & charitas incipit à se, id est, à proprio suo subiecto. Denique qui vult exaudiri copiosè pro alijs, studeat personaliter Deo reconciliari, & complacere. *art.* 21. *Exponitque illud eiusdem cap.* 269

Levit. 9. n. 2.

Offer holocaustum, & deprecare pro te, & pro populo. *n.* 27. *Vbi illud adnotandum est quòd priùs præcipitur immolare, & postea iubetur orare; tunc enim bene auditur deprecatio oris, quando præcedit operatio immolationis.*

271 *Levit.* 8. Locutusque est Dominus ad Moysem dicens. Tolle Aaron cum filijs suis, vestes eorum, & vnctionis oleum &c. *n.* 1. & 2. *Carthusianus.* Apostolus ad Hebr. Nemo, inquit, sumit sibi honorem, hoc est, nullus debet se ipsum ad Ecclesiasticas dignitates, aut prælaturam ingerere, sed qui vocatur à Deo, ut Aaron, quem Dominus ad Pontificatũ elegit, vocavit, & promovit per Moysem. Per quod primò omnis damnatur ambitio. *art.* 20. Tolle Aaron. *Vt significaretur Aaron non ad summam illã dignitatem fuisse voluptate, vel saltem voluntate oblatus: sed per vim ad Pontificatus fastigium, quasi ruinam timeret ex alto graviorem, fuisse violenter sublatus. Hoc enim indicat verbum illud;* Tolle; Tolle Aaron.

Levit. 8 *n.* 1. & 2.

272

273 *Levit.* 9. Tolle de armento vitulum pro peccato *n.* 2. & *infra.* Offer holocaustum, & deprecare pro te, & pro populo: Cumque mactaveris hostiam populi ora pro eo, sicut præcepit Dominus. *n.* 7. *Carthusianus.* Aliqui specialiter referunt hoc ad peccatum Aaron in vitulo conflatili perpetratũ. *art.* 21. *Rectè iubetur Aaron pro peccato suo vitulum immolare; dum enim vitulum, quẽ Deo immolabat respiciebat, in memoriam ad perpetuam peccati sui, vituli in fabricatione commissi, pœnitudinem conflatum vitulum reducebat.*

Levit. 9. *n.* 2. & 7.

274 *Discrimen hic est adnotandum. Quando Aaron pro se offert holocaustum, non solùm pro se, sed etiam pro populo orare præcipitur.* Deprecare pro te, & pro populo. *n.* 7. *quando verò hostiam pro populo mactat, non pro se, sed pro populo orare iubetur. Si in sacrificio pro se facto Deum pro populo rogat; quare in sacrificio oblato pro populo, pro se etiam non rogabit, solùm enim dicitur.* Cum mactaveris hostiam populi ora pro eo. *n.* 7. *Forsan ne in peccato se similem cuilibet populari, sed longè damnabiliorem existimaret, ac proinde pro venia peccati sui, quando pro se holocaustum faciebat, Deum specialiter oraret. Deinde; ne se alicui è popularibus, etiam impijssimo peccatorem absimilẽ recenseret; & ideo quãdo pro populo offerret hostiã Deo ipsũ Deũ pro se, quasi pro uno ex populo precaretur.*

Levit. 9. Apparuitque gloria Domini omni multitudini, & ecce egressus ignis à Domino, devoravit holocaustum, & adipes, qui erant super altare. *n.* 23. & 24. *Carthusianus.* Præclarus effectus Domini omni multitudini. Et ecce ignis egressus à Domino, id est, divina virtute per Angelicum ministerium productus in aere; & inde descendens supra naturam, quoniam leve naturaliter habet ascendere, & devoravit holocaustum, id est, holocausta, tam ipsius Aaron, quàm communitatis, per hoc Dominus demonstravit sibi placere sacrificia illa. *art.* 21. 275

Levit. 9. *n.* 23 & 24.

276

Et in sensu spirituali explicans eundem textum, sic ait Carthusianus. Ignis egressus à Domino devoravit sacrificia nostra, id est, Spiritus Sanctus à Patre; Filioque procedens rapiet, & quasi absorbebit in se; charitatis ardor ea incendet, & per hoc evidenter monstrabit, quàm accepta sint ei sacrificia, & obsequia nostra. *art.* 22. *Vbi primùm Christus Dominus in cælo apparuit gloriosus, descendit Spiritus Sanctus tanquam ignis, ut corda hominum divini amoris flammigeris linguis devoraret, grataque sibi esse sacrificia nobis ostẽderet, iuxta illud Ioannis cap.* 7. Non dum enim erat Spiritus datus, quia Iesus non dum erat glorificatus. *n.* 39

Levit. 9. *n.* 23 & 24.

Levit. 10. Dixitq; Moyses ad Aarõ: Hoc est quod locutus est Dominus, sanctificabor in ijs, qui appropinquãt mihi, & in conspectu omnis populi glorificabor; Quod audiẽs tacuit Aaron. *n.* 3. *Carth.* Aaron tacuit volũtatẽ subijciẽs, ac cõformãs divinæ iustitiæ 277

Levit. 10. *n.* 3

titiæ, nec Moysis verba indignanter accipiēs, atq; á ploratu, verbisq; dolorosis se reprimēs. *art.* 23. *Optimū in tāta afflictione positus consilium cepit; ne si aliqua proferret verba per aliquod, suppressum in corde dolorem indicaret, atque ita suam in repentina duorū filiorum morte patientiam inhonestaret; facilé enim aperto oré proditur, quod per silentiū in corde occultatur,*

278 *Num.* 12. Egredimini vos tantùm tres ad tabernaculū fœderis. *n.* 4. *Carthus.* Voluit enim Dominus Aaron, & Mariam increpare seorsim, ne Pōtifex corā multitudine reprehensus, vilesceret turbæ, cui in spiritualibus præfuit. *art* 21. Egredimini vos tantúm. *Secretó Dominus de murmurationis vitio Aaronē voluit reprehendere, ne si arguens eū in publico, coram populo eū murmurasse cōtra populi principē aperiret, quilibet ex populo Aaronis exemplo malo excitatus contra suum principē murmuraret, seque patrocinio, & autoritate prælati sui murmurantis contra eundem principem à murmurationis culpa excusaret.*

Num. 12. *n.* 4.

79 *Num.* 12. Iratusq; contra eos abijt. *n.* 9. *Carthus.* Iratusque cōtra eos, quia non dū verè pænituerint, abijt subitó disparendo, ostendens eos divino aspectu indignos, ac Dei gratia destitutos, quia detractio tā enormis, fuit culpa mortalis. *art.* 22. Iratus abijt. *Ne vides, Aaronem de peccato suo adhuc post divinam correctionē verbis factam impœnitentem, ad illum, non iam verbis, sed verberibus puniendum cogeretur.*

Num. 12. *n.* 9

280 *Num.* 16. Tolle thuribulū, & hausto igne de altari, mitte incēsum desuper, pergens citó ad populum, ut roges pro eis: iā enim egressa est ira à Domino, & plaga desævit. Quod cū fecisset Aaron, & cucurrisset ad mediam multitudinē, quam iam vastabat incendium, obtulit thymiama, & stans inter mortuos, ac viventes, pro populo deprecatus est, & plaga cessavit. *n.* 46. 47. & 48. *Carthus.* Per hóc, quod Aaron suo incenso cōpescuit plagam, quam angelus vastator inflixit, præfiguratum videtur, quód Pontifex summus Dominus Iesus passione corporis sui, & suæ ardētissimæ charitatis incenso reconciliavit Patri genus humanum, & electos segregavit à reprobis, qui pro suis crucifixoribus exoravit. *art.* 28. *Cùm Moyses Aaroni, ut citò pergeret imperasset, Aaron pergens citò, ut verus obediens ita properavit, ut nec ab ipso Moyse, ut qui citò curreret, sed, ut qui dicto citiùs cucurrisset videretur*

Num. 16. *nu.* 46. 47. & 48.

Num. 17. Dixitque Dominus ad Moysem: Refer virgam Aaron in tabernaculū testimonij, ut servetur ibi in signum rebellium filiorū Israel. *n.* 10. *Carthus.* Per virgam Aaron primò intelligitur Christus, & eius potestas, qui velut arida virga fuit sepultus, sed in resurrectione statim refloruit, flores virtutum dispersit; folia, id est, verba cælestia protulit, & fructum æternæ produxit salutis, immo suæ salvificæ merito passionis cōvertit, & salvavit genus humanum. *art.* 26. 281

Num. 17. *n.* 10

Et infra. Exponens eundem textum sic ait. Præterea virga Aaron est sacratissima Virgo Christifera á nullo hominum fœcundata, quæ supervenięte Spiritu Sācto est supernaturaliter impraegnata omniumque virtutum gemmis ornata, & protulit incomparabilis pulchritudinis, ac sūmæ dulcedinis florem, super quem in fine totius excellentiæ requievit spiritus septiformis, sicut prædixerat Esaias: Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum Spiritus Domini. *art.* 29. Refer. *In eadem arca, in qua posita erat lex in tabulis, & panis cælestis in urna aurea, virga ponitur, ut qui amore panis ad legem adimplendam non veniret, saltem terrore virgæ cogeretur. Seu, ut qui legem servaret, in premium cælestem acciperet panem; qui verò legem frangeret ictibus virgæ exciperetur.* 282

Num. 17. *nu.* 10.

Esaiæ 11. *n.* 1

Num. 18. Dixitque Dominus ad Aaron: Tu, & filij tui, & domus patris tui tecum portabitis 283

Num. 18. *n.* 1

iniquitatem Sanctuarij: & tu, & filij tui simul sustinebitis peccata sacerdotij vestri. *n. 1. Carthusianus, in sensu spirituali.* Summus Pōtifex noster Dominus Iesus Christus veré super se accepit peccata omnium nostrorum; quoniam ipse est agnus Dei, qui tulit peccata mundi, in quo Dominus posuit iniquitatem omnium nostrúm, de quo princeps Apostolorū dignissimus: Peccata, inquit, nostra portavit in corpore suo super lignū. *art. 31. Debet ergo prælatus supremus portare, seu ferre peccata subditorum, eosque in humeris charitatis, & lenitatis imponens ab oneribus, quantúm potuerit liberare, & ad hoc prælatos minores exemplo suo commovere.*

284 *Nume. 20. nu. 30.* *Num. 20.* Omnis autem multitudo videns occubuisse Aaron, flevit super eo triginta diebus per cunctas familias. *n. 30. Carthusianus.* Quia non vidit eum reverti, sed filium eius in vestitu illius, flevit super eū triginta diebus per cunctas familias ex dilectione, & compassione, immo, & quia privati erant tā fideli, & sancto Pontifice, á quo multa beneficia erant sortiti, & propter honorē summi Sacerdotij sui. *art. 34. Quis virorū, faminarumve mortuum aspiciens Pontificem Christum nō plorabit? Certè Christianorū quisque intensione doloris, & lacrymarum copia per unam, vel alteram unius noctis horā, luctum in morte Aaronis factū per triginta dies, totidemque noctes, lugendo Christi obitum superabit.*

285 *Eccles. 45. nu. 10. & 11.* *Eccl. 45.* Cinxit illū tintinnabulis aureis plurimis in gyro dare sonitū in incessu suo, auditum facere sonitū in templo, in memoriam filijs gentis suæ. *n. 10. & 11. Carthusian.* In memoriam filijs gentis suæ, Quatenus Deus piè recordaretur filiorū Israeliticæ stirpis. Vel ut ipsi filij Israel memores essent, quòd lex data fuit in tubæ clangore, ut in Exod. patet. *ad hunc locum.* Dare sonitum. *Quasi spiritualis militiæ præfectus, qui tintinnabulorum tanquā tubarum sonitu, milites suos ad pugnā contra spirituales hostes per memoriam legis à Deo ipsis datæ, vellet excitare.*

286 *Eccles. 45. nu. 14.* *Eccl. 45.* Corona aurea super mitram eius expressa signo sāctitatis, & gloria honoris: opus virtutis, & desiderio oculorum ornata. *n. 14. Carthusianus.* Per coronam hanc intelligitur lamina aurea, in qua nomen Domini Tetragrammatō sanctissimū fuit expressum, & sculptū, quæ lamina posita fuit supra mitram Pontificis, sic tamen, quòd pars eius inferior depēdendo descendebat usque ad Pontificis frontem, fuitq; lamina ista, Gloria honoris, id est, clara honorabilisque factura, & opus virtutis magnæ contentivum propter inscriptionē præfati nominis Dei, quod divinā essentiam puré, & nudè designat: Desiderio oculorum ornata, id est pulchra, & desiderabilis ad videndum. *ad hunc locum. Aptè lamina corona fuisse reputatur, in qua Deus, ut auctor gratiæ, expressionem sanctitatis; ut fortunæ Dominus, honoris gloriam; ut naturæ conditor, fortitudinis opus collocavit: atque ita Aaronis coronam triplo ornamento gratiæ, & fortunæ, & naturæ, quasi triplicatū imperatoris, seu summi Pontificis sertū decoravit.*

287 *Eccles. 45. nu. 19.* *Eclesi. 45.* Factum est illi in testamentum æternum, & semen eius sicut dies cæli, fungi sacerdotio, & habere laudem, & glorificare populum suum in nomine eius. *n. 19. Carthusianus.* Id est posteritatem eius honorari per hoc, quòd nata fuit ex tanto Pontifice. Glorificare populum suum in nomine suo, id est, ut ipse Pontifex glorificaret, & benediceret populum Israel in nomine Dei. *ad hunc locum. Rectè dicitur Aaron glorificasse populum Israel, dum illum non populum Israel desumpto ab Israel, seu Iacob vocabulo; sed populum Dei ab ipso Deo nomine accepto appellavit;* In nomine Dei, *nulla enim maior gloria societati hominum potuit evenire, quàm de nomine Dei posse, quasi de titulo sibi dato gloriari.*

Luca

Lucæ 1. Fuit in diebus Hero-
288 dis, regis Iudææ, sacerdos quidam nomine Zacharias, de vice Abia, &
Luc. 1. nu. 5. uxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Elisabeth. *n.* 5. *Carthusianus*. Vterque itaque scilicet Zacharias, & Elisabeth, Aaronitæ fuerunt. Et quamvis in veteri fuerit testamento præceptum, ut viri de suis tribubus acciperent conjuges, & è contra; ne sortium distributio, seu hæreditatum divisio confunderetur &c. hoc tamen in tribu sacerdotali non servabatur. *&c.* In hoc ergo dignitas præcursoris ostenditur, quód utroque parente Aaroniticæ, sacerdotalisque extitit stirpis, imó filius sacerdotis principalis in sua familia. Sacerdotalis quippe, & regia tribus tunc principales fuerunt, & matrimonialiter copulari consueverunt, quemadmodum á principio uxor Aaron fuit Elisabeth filia Aminadab de tribu Iuda. *ad hunc locum. Grande est hoc Ioannis Baptistæ præconium, quòd nempe ex utroque parente Aaronis sanguinem haurit, sed & maximum Aaronis encomium, quòd scilicet in uno Ioanne inter homines maximo, sui generis splendorem duplicaverit, dum in illum & per patrem, & per matrem, sanguinem derivavit.*

Ex Caietano Cardinali.

EXod. 4. Iratus Dominus in Moy-
289 sem, ait; Aaron frater tuus Le-
vites, scio quód eloquens sit: Ecce
Exod. ipse egreditur in occursum tuum,
4. n. 14 vidensque te lætabitur corde. *n.* 14. *Caietanus*. Iuxta Hebræum habetur, An non Aaron frater tuus Levites scivi quòd loquendo loquetur ipse? Quemadmodúm culpa Moysis testatur ira Dei, ita rationem culpæ manifestat hæc Dei sententia. Nam ex hac sententia habetur, tum quòd Moyses nimis ponderavit defectum suæ facundiæ: tum quòd minús circumspectus fuit non considerando facundiam fratris sui, & quòd in promptu erat uti fratre suo facundo ad persuadendum populo. Huc enim tendit sententia ista dicendo, An non scivi. Ac si apertiús dixisset; Cur non considerasti quòd ego scivi facundiam fratris tui, & ipsum darem tibi, ut organum tuum ad persuadendum populo. *ad hunc locum. Iure Dominus describitur iratus adversùs fratrem, qui fratris oblitus facundi infacundiam propriam ad prædicandum Domino proponebat, ac si sibi soli vellet, & munus legationis, & prædicationis officium vendicare, non intelligens velle Deum, ut frater cum fratre honorem partiretur.*

Exod. 28. Sumesque duos la- 290
pides onychinos, & sculpes in eis
nomina filiorum Israel. *n.* 9 *& infra.* *Exod.*
Portabitque Aaron nomina eo- *28. nu.*
rum coram Domino super utrun- *9 & 11.*
que humerum recordationem. *n.* 11. *Caietanus*. Qualis autem memoria intelligatur, subiungendo manifestat, dum dicit quòd Aaron portabit hæc nomina coram Domino ad memoriam. Nō itaque ad memoriam gloriæ, sed memoriam suffragij præstandi á Pontifice apud Dominum universo populo Israel, sculpta erant nomina filiorum Israel in his lapidibus gestatis super humeros Pontificis: & propterea non sunt sculpta in eis nomina Patriarcharum Abrahæ, Isaac, & Iacob. Si enim de memoria gloriæ esset sermo, Patriarcharum nomina fuissent sculpenda: sed quia memoria suffragij (quo Patriarchæ superiores erant) agitur; ideo nomina filiorum Israel in memoriam suffragij pro universis tribubus sculpta sunt. *ad hunc locum.*

Principum duodecim nomina & 291
in humeris, & in pectore Aaron asportabat; at Patriarcharum trium scilicet Abrahæ, Isaaci, & Iacob vocabula, nec in pectore,

re, nec in humeris afferebat; ne hæc tria nomina, quæ sibi ipsi Dominus pro nomine proprio sibi in æternum vendicaverat, Domini servus videretur usurpare: sic enim Dominus dixerat ad Moysem. Exod. 3. Hæc dices filijs Israel: Dominus Deus patrum vestrorũ, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, misit me ad vos; hoc nomen mihi est in æternum. *n.* 15.

Exod. 3 n. 15

292 Exod. 28. nu. 29. *Exod.* 28 Portabitque Aaron nomina filiorum Israel in rationali iudicij super pectus suum, quando ingredietur Sanctuarium, memoriale coram Domino in æternum *n.* 29. *Caietanus*. Iuxta Hebræum habetur. Super cor suum quãdo ingredietur Sanctuarium. Corporeum pectorale iudicij gestabat Aaron in pectore, sed nomina filiorũ Israel, quatenus iudicanda, gestanda erant super cor, hoc est habenda erant in intimis cordis Pontificis: *ad hunc locum. In rationali iudicij, ut etiam cùm sibi subditos iudicaret puniendo, & odio habendo culpas, personas amaret.*

293 Exod. 28. nu. 29. *Exod.* 28. Memoriale coram Domino in æternum. *n.* 29. *Caietanus*. Quemadmodum super humeros Pontificis sculpta erant nomina filiorum Israel in memoriam suffragij apud Deum, ita in pectore Pontificis eadẽ sculpta erant in memoriam iudicij coram Domino, hoc est secundùm rationes divinas ut perpenderet Pontifex, & in corde suo iugiter retineret iudicium populi Israel sibi datum secundùm Deum, non superficie tenus, sed secũdùm intima veritatis divinæ, propterea enim non ẽ Dominus, appositum est, ut scilicet in iudicijs haberetur ratio summi Dei, fontis essendi, ut sic iudicia fiãt, ut tamen Dei esse, & ipsum iudicem meminerit iudex. *ad hunc locum.*

294 *Ergo in humeris ad suffragium, & in pectore ad iudicium subditorum nomina Aaron ferre debebat, ut cùm apud divinum tribunal subditorum culpas simul cum Domino omnium iudice iudicaret, suum pro venia exhiberet suffragium, illorũ ductus amore quorum peccata, ut onera cum nominibus super humeros asportabat.*

Exod. 28. Et vestietur ea Aaron in officio ministerij, ut audiatur sonitus quando ingreditur, & egreditur Sanctuarium in conspectu Domini, & non moriatur. *n.* 35. *Caietanus*. Iuxta Hebræum habetur, & audietur vox eius. Præcipitur quód tintinnabula sic fiant, ut ingrediẽte Pontifice in tabernaculum coram Domino sonent, ut intelligeremus quód ad officium sonandi appensa erant, & nõ ad simplicem ornatum. Et non moriatur. Iuxta Hebræũ habetur, & non morietur. Nõ est quærendum quid cõferret sonus ad evadendam mortem? Obedientia enim est, quæ confert. *ad hunc locum. Sonitus tintinnabulorum vox Aaronis dicitur, iubeturque, ut non solùm quando ingreditur, sed etiam quando egreditur audiatur; ut non solùm apud Deum intra tabernaculum, sed etiam extra apud homines illius bonæ famæ tuba ex verbis tintinnabulorum, & ex operibus malogranatorum resonaret.* 295 Exod. 28. nu. 35.

Exod. 28. Facies & laminam de auro purissimo: in qua sculpes opere cælatoris, Sanctum Domino. *n.* 36. *Caietanus*. Iuxta Hebræum, Sanctitas Ieovath, & est dativi casus, quód sanctitas est propria Deo. Ipse enim solus mundus est ab omni potentialitate; solus enim est actus purus, ut etiam philosophi cõfitentur. *& infra.* Vbi adverte maius esse hoc (scilicet sanctitas Deo) quàm illud, quod Ecclesia canit Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, quantó sanctitas maior est gloria. Vnde & Angeli apud Isaiam canunt Deo, Sanctus, Sanctus, Sanctus, & in novo Testamento Salvator docet primùm orare, Sanctificetur nomen tuum. *ad hunc locum. Malogranata, seu poma coronata ad pedes in fimbrijs sunt; Sanctitas ad caput in lamina comparebat, ut ostenderetur quód Deus vellet potiùs Sanctus San-* 296 Exod. 28. nu. 36.

Sanctorum à nobis nominari, quàm Rex regum in nobis dominari.

297 Exod. 28. nu. 33. *Exod.* 28. Portabitque Aaron iniquitates eorum, quæ obtulerunt, & sanctificaverunt filij Israel, in cunctis muneribus, & donarijs suis. Erit autem lamina semper in fronte eius, ut placatus sit eis Dominus. *n.* 33. *Caietanus*. Ratio redditur, quare Pontifex portet hanc laminam, ut videlicet profitendo sanctitatem summo Deo, tolleret immunditiã sacrificiorum, & oblationum filiorum Israel. *& infra.* Sanctitas enim directè opponitur immunditiæ, & consequenter cuilibet generi immũditiæ iniquitatis: ad tollendam ergo maculã sacrificiorum, & oblationum, professio sanctitatis in hac lamina à Põtifice portatur. *Aaron igitur dum in lamina proferebat divini nominis sanctitatem, omnem à filijs Israel auferebat iniquitatem: quando enim divini nominis sanctitas apparebat, omnis filiorum Israel iniquitas disparebat.*

298 Exod. 32. n. 1 *Exod.* 32. Congregatus adversús Aaron. *n.* 1. *Caietanus.* Iuxta Hebræum habetur: Et fuit congregatus populus super Aaron. Nec dicitur adversús, sed super Aaron, ad insinuandum quód tanquam superiores procul dubio potentia concurrerunt ad Aaron, & dixerunt ad eum: Surge, fac nobis deos. Ex verbo surge, insinuatur, quám maturus fuit hic concursus, tanq iam Aarõ adhuc iacentem excitaverint, dicendo surge. *ad hunc locum. Ita ad malum popularis multitudo festinabat. Ad postulandos falsos deos relicto vero Deo, ad quem vigilare deberet, manicabat.*

299 Exod. 32. n. 1 *Exod* 32. Moysi enim huic viro, qui nos eduxit de terra Ægypti, ignoramus quid acciderit. *n.* 1. *Caietanus.* Rationem reddunt petitionis suæ, ignorantiam eius, quod accidit Moysi. In quibus verbis manifestat se nihil pendere Deum, nullam Dei rationem habere, sed Moysis duntaxat, aiunt enim quód Moyses eduxit eos de Ægypto, pro nihilo habentes tot divina miracula in illa eductione; & quia nesciunt quid acciderit Moysi pro nihilo habent, quód Deus ore proprio ipsis audientibus mandaverit, non fieri idola, non adorari alienum deum. Deum itaque sensibilem fieri exigunt, posthabito Deo, qui de cælis locutus est. *ad hunc locũ. Iure se ignorantes nominabant, qui loco ductoris hominis, qui à Deo, deus fuerat nominatus, & loco ductoris veri Dei, deos falsos sibi fieri duces postulabant, qui cæci cùm essent, duces cæcorum facti, eos, quos ducerent in profundum inferorum præcipitarent.*

Exod. 32. Dixitqué ad eos Aarõ: Tollite inaures aureas de uxorum, filiorumque, & filiarum vestrarum auribus, & afferte ad me. *n.* 2. *Caietanus*. Poterat Aaron petere aurum aliud ab illo, quod erat formatum in inaures: sed quærens cauté divertere furorẽ populi, proposuit hoc difficile; quod, & difficilius reddidit, dicendo. De uxorum, filiorumque, & filiarum vestrarum auribus, & afferte ad me. Vt dissensio domestica in domo qualibet oriretur reluctantibus mulieribus, & pueris. *ad hunc locum: Duo satis difficilia imperavit Aaron: primum ab uxoribus, filijs, filiabusque auferre aurum; secundum sibi illud afferre. Vtrunque tamen populus fecisse narratur.* Fecitque populus, quæ iusserat, deferens inaures ad Aaron. *n.* 3. *Nec enim timuit quód Aaron domos suas auro spoliaret, ut propriam domum ditaret: & ideo aurum dicto citiùs abstulit, & obtulit omnem superans difficultatem, ut expleret pravam voluntatem.* 300 Exod. 32. n. 2

Exod. 32. Quas cùm ille accepisset, formavit opere fusorio, & fecit ex eis vitulum conflatilem. *n.* 4. *Caietanus.* Iuxta Hebræum habetur, & accepit è manu eorum formavit opere fusorio. Iuxta Hebræum, Ligavit illud in crumena. Significatur quód universas inaures ligavit in vase uno tanquam sigillans illas publicé 301 Exod. 32. n. 4

cé in crumena: ad tollendam suspicionem omnis furti, fraudis, usurpationis, & exemptionis: ut certus esset populus quòd omnes inaures pariter ad faciendum deum eorum funderentur. *ad hunc locum. Minimè avarus Aaron, non solùm avaritiam fugiebat, sed & avaritiæ suspicionem declinabat: volebat non solùm non esse auri cupidus, sed nec auri cupidus reputari.*

302 *Exod.* 32. Hi sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti.
Exod. *n.* 4. *Caietanus.* Vide stultitiam; nunc
32. *n.* 4 noviter facto vitulo attribuūt præteritum beneficium eductionis de Ægypto: volunt vitulum agnosci, & coli, ut deum benefactorem etiam præteriti beneficij. *ad hunc locum. Prædicabant idoli liberalitatem, ut astruerent illius deitatem: eligebant sibi ductorem, quem demonstrabant sibi libertatis authorem.*

303 *Exod.* 32. Quod cúm vidisset Aaron, ædificavit altare coram eo,
Exod. & præconis voce clamavit, dicens:
32. *n.* 5 Cras solemnitas Domini est. *n.* 5. *Caietanus.* Aaron primatum nolens perdere, ædificavit altare coram vitulo, non expectans rogari: sed statim, ut vidit vitulum, primus ædificavit illi altare ad sacrificandum ei. *ibidem.* Et præconis voce clamavit, dicens: Cras solemnitas Domini est. *Idem Caietanus.* Iuxta Hebræum habetur. Et clamavit Aaron, & dixit, Festum Iehovah cras. Insanivit enim ipse longè magis, quám alij; nam alij non nisi Elohim, & Elohe (quæ sunt nomina communia) attribuerunt idolo: ipse autem incōmunicabile, & ineffabile nomen Tetragrammaton attribuit idolo, nullo ad hoc instigante; & quod peius est, voce publica. Scriptum est autem hoc quemadmodúm & peccatum Petri in novo Testamento (quod tamē Petri peccatum fuit longè minus) ad commendationem divinæ gratiæ, quæ post tantum scelus Aaron assumpsit ad Pontificatum. Et vide studiū Aaron ad accelerādum sacrificium? Vt vidit vitulum, ædificavit altare, & clamavit, Cras festum vitulo tanquam summo Deo. Non poterat festum citiús indici. Ecce quò ducit ambitio principatus. *Quis non timeat principatum, videns Aaroni fuisse ad maiorem ex altiori loco ruinam, præcipitium.*

Exod. 32. Videns ergo Moyses populum quód esset nudatus (spoliaverat enim eum Aaron propter ignominiam sordis, & inter hostes nudum constituerat) & stans in porta castrorum, ait: Si quis est Domini, iungatur mihi. *n.* 25. & 26. *Caietanus.* Effectus subsecutus (videlicet quód hæc nuditas populi invitavit Moysē ad iungendum sibi quosdam, ut armati discurrerent, & occiderent) insinuat populum fuisse nudatum armis: & quòd Aaron morante Moyse in monte, abstulerat arma à populo, ad hoc ut improbi inter eos proni ad insurgendum adversús alios, haberent modicam vim carendo armis. Vel ad ignominiam huiusmodi insurgentium abstulit arma à toto populo. Vel ad iniuriam cohibendám, quæ ab huiusmodi insurgentibus inferebatur alijs, abstulit arma ab vniverso populo. Quadrat enim nuditas armorum tum contextui, tū rationi, ne absente Moyse scandala orirentur in populo. *ad hunc locum. Populus armis carens inter hostes spoliatus fuisse memoratur: adeo enim certa victoria est hostibus de populo non armato, ut etiam ante pugnam, quasi post triumphum dicendus populus sit ab hostibus iam spoliatus.* 304 *Exod.* 32. *nn.* 25. & 26.

Levit. 9. Apparuitque gloria Domini omni multitudini: & ecce egressus ignis á Domino, devoravit holocaustum, & adipes, qui erant super altare. Quod cùm vidisset turbæ, laudaverunt Dominum, ruentes in facies suas. *n.* 23. & 24. *Caietanus.* Accedit litera Hebraica dicens: Et fuit visus honor Domini ab omni populo & exivit ignis à facie Domini, & come- 305 *Levit.* 9. *n.* 23 & 24.

comedit super altare holocaustum, & adipes, & vidit omnis populus, & cantaverunt, & ceciderunt super facies suas. Ad demonstrandam divinam erga peccatores non solùm misericordiam, sed gratiam post tantũ scelus Aaronis. *ibi.* Et apparuit gloria Domini. *Dum enim oblatum ab Aarone sacrificium pro commisso peccato oblitus Deus iniuriæ per peccatum sibi illatæ, accipiebat, idque igne sacrificium absumente demonstrabat, nõ inglorius, sed ipsissimus honor apparebat.*

306 *Levit.* 10. Dixitque Moyses ad Aaron: Hoc est, quod locutus est Dominus: Sanctificabor in ijs, qui appropinquant mihi, & in conspectu omnis populi glorificabor. Quod audiens tacuit Aaron. *n.* 3. *Caietanus.* Deus in se ipso sanctus fieri nequit: sed in hominibus sanctificatur varijs effectibus, inter quos unus est punitio offendentium ipsum. Fit enim sic Deus sanctus in puniēis, ex ipso, quòd punit sacrilegos. Et in cõspectu omnis populi glorificabor. Parui refert, quód iuxta Hebræum habetur, Honorabor; detrahitur siquidem honori divino per sacrilegia: sed honoratur coram omni populo Deus puniendo publicé sacrilegos. Quod audiens tacuit Aaron. Quamvis tãtâ mæstitia sauciatus, tacet tamen audita divina voluntate. *ad hunc locum.* Sanctificabor. *Qui enim in peccatoribus punit iniquitatem ostendens quanto illam odio habeat, in se manifestat sanctitatem.*

Levit. 10. *n.* 3

307 *Levit.* 10. Respondit Aaron: Oblata est hodie victima pro peccato, & holocaustum coram Domino: mihi autẽ accedit quod vides. Quomodò potui comedere eam, aut placere Domino in cæremonijs mente lugubri? *n.* 19. *Caietanus.* Audita increpatione filiorum tacentium, rationem combusti hirci reddit Aarõ, & narrando res gestas illo die, & conferendo cum agendis ab ipso, infert execrando; & comedam chatath hodie? Censuit, & rectè censuit Aaron ieiunandum esse illo die, & non vescendum carnibus in tali, tantaque plaga. Et propterea horrẽdo esum carnium eodem die dicit, & comedam chatath hodie? Et ne rationem sui, nõ Dei habere crederetur, subiungit, Nũquid placebit in oculis Iehovath? Quasi dicat nequaquam placebit Deo, ut in tãta ira eius ego, & filij mei vescamur carnibus, sed potiús, ut affligamus nosmetipsos. *ibi. Increpanti Moysi duos Aaronis filios, eò quòd nõ comedissent hircum pro peccato oblatum, sed cremassent contra legis præceptum, pro filijs silentibus pater Aaron respondet: & inter alia dicit, quomodò potui comedere eam? Vt ostenderet filios exẽplo patris ab esu victimæ se abstinuisse, videntesque patrem ieiunantem vesci carnibus non potuisse.*

Levit. 10. *n.* 19

308 *Levit.* 24. Ponetque eas Aaron á vespere usque ad mane coram Domino, cultu, rituque perpetuo in generationibus vestris. Super candelabrum mundissimum ponetur sẽper in conspectu Domini. *n.* 3. & 4. *Caietanus.* Iniungitur autem officium accẽdẽdi lucernas quotidie Aarõ, ad manifestandum, quòd sacerdotis nõ levitæ erat officium hoc. *ibi. Vt qui erat primus dignitate, primus fieret in humilitate; exemploque suo subditos ad officia humilitatis exercenda quotidie excitaret; unde dicitur Num.* 8. Fecitque Aaron, & imposuit lucernas super candelabrum. *n.* 3. *Vt dum Aaron septẽ candelabri lucernas componeret, in se ipso, quasi aureo candelabro, septẽ Spiritus Sãcti dona accendere divini amoris igne quotidie procuraret.*

Levit. 24 *n.* 3 & 4 · *Num.* 8 *n.* 3.

309 *Num.* 12. Quod cùm audisset Dominus (Erat enim Moyses vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra) Statim locutus est ad eum, & ad Aaron, & Mariam. *n.* 2. 3. & 4. *Caietanus.* Ad similitudinẽ siquidem principis non dissimulãtis dicitur, Et audivit Iehovath. Mãsuetudo Moysis ideo hoc loco commẽdatur, ut ratio reddatur quare Deus

Num. 12. *n.* 2. 3. & 4.

rel·

respõderit pro eo. *ibi. Pulchrè quando Deus inducitur iratus, Moyses mansuetissimus fuisse memoratur: si enim Moyses adversùs æmulos suos irasceretur, pro eo contra illos Deus iratus non induceretur.*

310 *Num.* 20. Et ascenderunt ad montem Hor coram omni multitudine. Cúmque Aaron spoliasset vestibus suis, induit eis Eleazarum filium eius. *n.* 27. & 28. *Caietanus.* Ascendentes in montem Moysem, & Pontificem in habitu pontificali universus spectabat populus. Nec sis ita rudis, ut hos tres solos ascendisse intelligas, sed cum honorabili societate; quandoquidem & opus erat ministris, tum ad exuendum, & vestiendum, tum ad sepeliendum Aarõ, & decens erat, ut Pontifex cum apparatu pontificali honestaretur comitãtium gravitate. *& ad illud.* Omnis autem multitudo videns occubuisse Aaron flevit super eo. *n.* 30 *sic ait.* Non scriberetur quòd viderunt, nisi locus vbi obijt, & sepultus est velut locus spectaculi eminentis coram populo fuisset. Flevit. *Nec enim siccis oculis hanc mortis Aaronis tragœdiã poterat populus intueri. Non cessaret à fletu, nec post triginta dies, nisi vivus novus Pontifex paternis indutus vestibus, patrem ad vivum referens, dolorem de patris obitu temperaret.*

Num. 20. n. 27. & 28.

SONVS SECVNDVS

Abdemelech.

Ex D. Hieronymo.

311 HIer. 38. Dixitq; Abdemelech Æthiops ad Hieremiam: Pone veteres pannos, & hæc scissa, & putrida sub cubitu manuũ tuarum, & super funes. *n.* 12. *D. Hier. ad illud Hieremiæ cap.* 26. Igitur manus Abicam filij Saphan fuit cum Hieremia, ut non traderetur in manus populi, & interficerent eum. *n.* 24. *sic ait.* Quamquám Hieremias Domini adiutorio liberatus sit, tamen & illi reputatur in mercedem, per quem prophetam suum Dominus liberavit; Ahicam, videlicet filio Saphan: quod in posterioribus lecturi sumus; quando de cisterna luti Abdemelech spadonis consilio, atque præsidio, Hieremias de mortis periculo liberatur. *ita ille. Dignus sanè Abdemelech præconio non vulgari charitatis erga Hieremiam cãdore, se Æthiopẽ penitus dealbavit, dũ ingressus, ad regem Sedeciam principum facinus, qui apud regem Hieremiæ necem procuraverant, detestatus, facultatem liberandi prophetam à periculo mortis ab ipso rege precibus impetravit.*

Hier. 38. nu. 12.

Hier. 26. nu. 24.

Ex Divo Gregorio Magno.

HIEREMIÆ 38. Dixitque Abdemelech Æthiops ad Hieremiam: Pone veteres pãnos, & hæc scissa, & putrida, sub cubitu manuum tuarum, & super funes: fecit ergo Hieremias sic. *n.* 12. *D. Greg. Mag. lib.* 25. *Mo-* 312

Hier. 38. nu. 12.

25. *Moralium*. Quod autem divinis admonitionibus, & præcedentium exemplis adiuti, de hujus vitæ profundo liberamur, bene etiam per prophetam Hieremiam in puteum missum signatum est, qui ut levetur ex puteo, funes ad eum, & panni veteres deponuntur. Quid enim funibus, nisi præcepta dominica figurantur? Quæ quia nos in mala operatione positos, & convincunt, & eripiunt; quasi ligant, extrahũt coarctant, & levant. Sed ne ligatus his funibus dũ trahitur, incidatur, simul etiam panni veteres deponuntur: quia ne divina præcepta nos terreant, antiquorum patrum nos exẽpla confortant: & ex eorum comparatione facere nos posse præsumimus, quod ex nostra imbecillitate formidamus. *cap. suo 7. Proditur compassionis affectus, ex quo Abdemelechus motus non solùm à lacu extrahere voluit Prophetam, sed, ne dum illum elevaret, aliquid pateretur incommodi.* Pone, inquit, veteres pannos. *&c. ne scilicet per asperos extractus funes læderetur.*

313 *Hieremiæ* 38. Et extraxerunt Hieremiam funibus, & eduxerunt eum de lacu. *n.* 13. *D. Greg. Mag.* Si ergo de hoc profundo levari festinemus, ligemur funibus, id est, præceptis dominicis astringamur intersint etiam panni veteres, cum quibus meliùs teneantur funes, id est, præcedentium confortemur exẽplis, ne infirmos nos, ac timidos præcepta subtilia vulnerent, dum levant.

Hiere. 38. nu. 13.

314 *Hanc optimam doctrinam sic illustrat idem D. Greg. Mag.* Quasi quosdã pannos veteres Paulus Apostolus subiungebat, & cùm levandis discipulis suis, præceptis spiritualibus exempla veterum commodaret, dicens: Iusti ludibria & verbera experti, insuper & vincula, & carceres: lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Et paulo post: Habentes itaque tantam impositam nubem testium, deponẽtes omne pondus, & circunstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen. Et iterum; Mementote præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sũt verbum Dei: quorum intuentes exitum conversationis, imitamini fidem.

Hiere. 11. nu. 36. Heb. 12 n. 1. *Heb. 13 n 4.*

315 *Deinde sic concludit idem Doctor:* Superiùs videlicet dum spiritualia præcepta loqueretur, quasi funes miserat, postmedium verò memorans exempla maiorum, quasi veteres pãnos adhibebat. *lib. 25. Moralium cap. suo 7. Optimum consilium etiã ab Æthiope accipiendum Hieremias edocuit.* Fecit ergo Hieremias sic. *n.* 13. *Est enim optima consequentia, executio consilij, quod dederat Æthiopis benevolentia.*

Ex Hugone Cardinali.

316 Hieremiæ 38. Egressus est Abdemelech de domo regis, & locutus est ad regem, dicens: Domine mi rex, malefecerunt viri isti omnia quæcunque perpetrarunt contra Hieremiam prophetam, mittentes eum in lacum, ut moriatur ibi fame, non sunt enim panes ultra in civitate. *n.* 8. *&* 9. *Hugo Card.* Quasi dicat ad quid ponitur ibi ut pereat, qui etiã si extra maneat fame peribit. *ibi. Bonus consiliarius, non unam tantùm consilij à se regi dati rationem proponebat; sed aliam atque aliam inculcabat; iustum esse consilium à se præstitum, & commissã cõtra Hieremiam iniustitiam explicavit dicens*. Malefecerunt viri isti. *Modò satis rationi esse consentaneum ostendit, dicens;* Non sunt enim panes ultra in civitate. *Erat enim alienum à ratione, ut qui in civitate liber perire posset fame, ad hoc, ut fame periret, in lacu clauderetur.*

Hie. 38 n. 8. & 9.

317 *Hieremiæ* 38. Præcepit itaque rex Abdemelech Æthiopi, dicens: Tolle tecum hinc triginta viros, & leva Hieremiam prophetam de lacu an-

Hie. 38 n. 10.

antequam moriatur. *n.* 10. *Hugo Card.* Quia nimis profundus erat lacus: nec pauci possent ad hoc sufficere. Vel quia timebat, ne principes ei insidiantes, eum impedirent. *ibidem. Viros iubet assumere secum triginta, & tamen subdit, Et leva, & non dixit, Levate, quasi arbitraretur fore, ut Abdemelech operi extractionis socios non admitteret, ut totũ sibi pij operis meritum vendicaret. Hic tamen, cùm vires corporis ei non sufficerẽt, sociorum auxilium ad extrahendum prophetam imploravit; iuxta illud* Et extraxerunt Hieremiam funibus, & eduxerunt eum de lacu. *n.* 13.

318 *Hieremiæ* 38. Leva Hieremiam prophetam de lacu antequam moriatur. *n.* 10. *Hugo Card. in sensu mystico.* Multi à dæmone mittuntur in lacũ vitiorum. Per Abdemelech, qui eum extraxit, qui interpretatur servus regis illius, scilicet, de quo supra cap. 32. Regnabit rex, & sapiens erit: Significatur prædicator. Per funes asperitas præceptorum Ecclef. 4. cap. Funiculus triplex scilicet contritio, cõfessio, satisfactio. Per pannos veteres exempla Sanctorum, quæ sunt supponenda funibus: ut sic de facili extrahatur peccator de vitijs. *ibidem. Pro Hieremia à lacu liberando unus, & hic extraneus ex Æthiopia, nempe Abdemelech regis servus apud Regem Sedeciam invenitur: pro eodem in lacum detrudẽdo multi naturales, & hi principes inventi referuntur. Ast ille unus etiam apud regem terræ, servus licet, dignus habitus fuit; qui principibus omnibus præponeretur. Vnde rex ille, qui principibus petentibus Hieremiam ad necem concessit, dicens, non posse se illis id petentibus denegare iuxta illud.* Ecce ipse in manibus vestris est: nec enim fas est regem vobis quidquam negare. *n.* 5. *Idem uni servo insinuanti desiderium liberandi Hieremiã, eum ad vitam lubentissime donavit: plus enim valere debent apud regem preces, etiã tacitæ, unius servi iustum efflagitantes, quàm multorum principum clamores iniustum aliquid à rege extorquentes.*

Hier. 38. nn. 10.

Hier. 38. n. 5

319 *Hieremiæ* 38. Pones veteres pãnos, & hæc scissa, & putrida sub cubitu manuum tuarum, & super funes. *n.* 12. *Hugo Card.* Ne lædaris. Vel fortè quia nudus erat missus in lacũ. *ad hunc locum. Vestimenta aliqua ad Hieremiam detulit Abdemelech, ut qui sciret eum vestibus suis denudatum in lacum emissum: ergo præter pannos veteres ad funes involvendos, ne læderet manus; contulit vestimenta antiqua, ut indueretur. Eligeret enim Hieremias in lacu obscuro cum periculo vitæ permanere potiùs, quàm nudus contra modestiam in civitate, citra vitæ periculum apparere. Vestimenta autẽ nõ nova, sed antiqua detulit; sciebat enim Hieremiam mundi contemptorem antiquis non novis vestibus uti solitum; ut qui agnoverat homini in pœnam innocentiæ perditæ, tanquàm pœnitentiæ habitum, datum fuisse à Deo indumentum.*

Hier. 38. nn. 12.

320 *Hieremiæ* 39. Vade, & dic Abdemelech Æthiopi, dicens: Hæc dicit Dominus exercituũ Deus Israel. &c. Liberabo te die illa ait Dominus &c. Eruẽs liberabo te &c. Quia in me habuisti fiduciam, ait Dominus. *à n.* 16. *Hugo Card.* Ecce quomodò nullum bonum irremuneratũ est: quia enim iste liberavit Hieremiam à Domino liberatus est: ut sit in plena libertate, alijs in captivitatem tractis, *ibi. Multa Dominus Abdemelecho Æthiopi præmia pollicetur, seque motum ad conferendum ex fiduciâ istius hominis declarat.* Quia in me habuisti fiduciam; *ut sic divinam in eo, non humanam fuisse fiduciam propalaret, qua ingressus ad Regem Sedeciam Hieremiæ vitã ab ipso rege, qui illum multis principibus ad necem donaverat, petivit, & impetravit.*

Hier. 39. nn. 16.

Ex Lyra.

321 HIeremiæ 38. Audivit autẽ Abdemelech Æthiops vir eunuchus, qui erat in domo regis quòd misissent Hieremiam in lacum &c. Et

Hier. 38. n. 7

Et locutus est ad regem &c. *à n.* 7. *Lyra.* Hoc exprimitur ad denotandum Iudæorum crudelitatem, qui non compatiebantur Hieremiæ, & ei compatiebatur homo nationis extraneæ. *Deinde sic refert.* Dicit tamen Rabbi Salomon quòd Chusi est genitivi casus idest Æthiopis, & refertur ad Sedeciam, eò quòd erat denigratus vita, & fama, *sic ibi. nu. suo.* 6.

Certè ad mores loquendo iudico in Æthiope vocabulum servi in nomen regis iure posse commutari, rex enim, qui contra iustitiam, ne principes id iniustè postulantes offenderet, Hieremiam ad mortem tradiderat, regiam animositatem in servilem timiditatem transmutaverat: at vero servus, qui contra principes, & contra ipsum regem, commissum iniustitiæ crimen arguebat, non Æthiops regis servus, sed potiùs regis Æthiopis dominus meruit nominari. Scio enim à Caietano Card. in Psalm. 7. *cuius titulus iuxta Hebræum sic habet.* Error David, quem cecinit Domino super verba Æthiopis. *Saulem regem Æthiopem appellari. Sic enim ait:* Appellatusque est Saul Æthiops eò quòd nunquam potuerit mutare suam nigredinem, quam concepit adversus Davidem, licet pluribus vicibus expertus fuerit, & confessus innocentiam Davidis. *Sic Cardinalis Caietan. in citat Psalm.*

Psal. 7.

322 *Hieremiæ* 38. Et submisit ea ad Hieremiam in lacum per funiculos. *n.* 11. *Lyra.* Per funes istos, quibus Hieremias extractus fuit de lacu signantur colligationes charitatis ad liberandum innocentes. De quibus dicitur Hoseæ 11. In funiculis Adã traham eos, in vinculis charitatis. Per pannos veteres signantur antiqui patres sancti, quorum meritis successores eorum iusti leguntur frequenter à pænalitatibus liberari. *ita in Morali; & infra.*

Hoseæ 11. n. 4

323 Per Hieremiam signatur vir bonus per deceptionem dæmonum in luctum peccati deiectus, eò quòd in gratia non erat confirmatus: per Abdemelech, qui servus regis interpretatur, prædicator bonus de salute hominum solicitus intelligitur, qui talem lapsum cum adiutorio Dei extrahit de luto peccati per funes, & pannos veteres idest per charitatem Dei, & proximi, qua est accensus, & exemplo Sanctorum patrum ad hoc inductus. Habet autem secum triginta viros: per quos signantur opera decalogi facta in fide, & spe, & charitate Spiritus Sancti, quia numerus trecenarius ex ductu denarij per ternarium consurgit. *sic in Morali.*

Ingeniosus amor est, nec patitur vinci per rigorem. Hieremias per funes hostium manibus in lacum demissus fuerat per rigorem iuxta illud, submiserunt Hieremiam funibus in lacum. *n. 6. ergo per funes amicorum manibus è lacu extrahitur per amorem. Voluit tamen amor ultra funes etiam emittere pannos, ut sic amicum illæsum elevaret, & de rigore pannos non concedente, triumpharet.* 324

Hieremiæ 39. Vade, & dic Abdemelech Æthiopi dicens &c. Liberabo in die illa &c. *à n.* 16. *Lyra.* Per hoc autem quòd iste Abdemelech, per opera pietatis, quæ circa Hieremiã exercuit, fuit liberatus de manibus Chaldæorũ signatur, quòd per opera pietatis liberantur homines à potestate dæmonum. *ita in Morali. Gratũ enim voluit Deus Prophetam suum Hieremiam demonstrare, & ideo per illum Abdemelecho, à quo Propheta è vitæ discrimine liberatus fuerat, optimum de sua felicitate nuncium mittere voluit.* 325

Hiere. 39. à n. 16.

Ex Divo Dionysio Carthusiano.

Hieremiæ 39. Vade, & dic Abdemelech Æthiopi dicens: Liberabo te in die illa, eruens liberabo te &c. 326

Hiere. 39. à n. 16.

in fornacem ignis ardentis: & quis est Deus, qui eripiet vos de manu mea. *n.* 14. & 15. *Quare omni genere musicorum resonante statuam voluit tyrannus impius adorari? Respondet, ut videtur alludens ad hunc locum Philo Iudeus.* Novis dijs velut è machina introductis, ut ille verus sempiternusque oblivioni traderetur; & quò faciliùs homines alliceret, carminibus, numeris metrisq; ornarunt mendacium. *lib. de Monarchia.*

330 *Et infra considerans quo pacto Moyses huic malo voluerit occurrere musicæ prophanæ opponens divinum canticũ, sic ait.* Propterea Legislator non ignarus ad quantam molem ista vanissima persuasio intumuerit, quantoque stipata sit plerorunque hominum imperitorum satellitio, sponte sua potentiam eius protegẽtium, veritus nequandò meditatores incorruptæ veræque pietatis, ab ea tanquàm torrente raperentur, involverenturque, profundos sanctitatis typos in auditorum mentes imprimit, & insculpit, ne unquam deleantur, confundanturvé iniuria temporum, continuè cantionem eãdem repetens: unum esse Deũ conditorem, factoremque rerum universorum, & hunc dominari creaturis omnibus; quandòquidem verè firma constansque penes ipsum solũ est autoritas. *eodem lib. de Monarchia. Falleris ò tyranne non ad sonum tuæ musicæ hi tres adolescentes statuam tuam auream adorabũt, sed divinioris musicæ facto ex seipsis musicorum ternario, cælesti concentu omnes creaturas, ut secum unius Dei divinitatem modulentur excitabunt, iuxta illud* Tunc hi tres quasi ex uno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deum in fornace dicentes &c. *n.* 51.

Dan. 3. n.16. 17.18.

331 *Danielis* 3. Respõdentes Sidrach, Misach, & Abdenago, dixerunt regi Nabuchodonosor: nõ oportet nos de hac re respondere tibi. Ecce enim Deus noster, quẽ colimus, potest eripere nos de camino ignis ardentis; & de manibus tuis, ò rex, liberare: Quod si noluerit, notum sit tibi, rex, quia deos tuos non colimus, & statuam auream, quam erexisti, nõ adoramus. *n.* 16. 17. 18. *Ad hanc responsionem respicere videtur Philo, dum sic loquitur.* Amota igitur omni superstitione germanas nobis naturas non adoramus, ne immortales quidem, & purissimas: Intercedit autem inter creaturas, quædam germanitas hoc ipso quòd creatæ sunt: quandoquidem Creator omnium Idem etiam Pater est universorum. *lib. de Decalog.*

332 *Deinde sic progreditur idem Philo in eandem responsionem.* Proinde maluimus totam mentem, totam rationẽ, vires omnes exercere ad cultum ingeniti sempiternique auctoris rerũ, non submittẽdo nos vulgaribus religionibus, quæ multos perdunt, qui alias servari poterant; & primũ illud sanctissimumque præceptum penitus inscribimus pectori, Unum summum Deum credendum esse colendumque: at multorum deorum religio, ne in aures quidẽ puras admittitur hominum, sedulò veritati studentium. *eodem lib. de Decalog.*

333 *Postea sic adhuc loquitur idem Philo.* Ergo quotquot solis, lunæ, cæli, mundi, præcipuarumque huius partium cultores habentur, & huiusmodi sacrorum antistites, peccant procul dubio, dum posthabito principe venerantur eius subditos: minùs tamẽ à recto declinãt, quàm qui ligna, lapides, argentum, aurum, similesque materias formatas, ut cuique libuit, vertunt in statuas, ac simulachra. *in eodem lib. de Decalog.*

334 *Et tandem sic prudenter concludit idem Philo.* Certè si error placuit, pictores, ac statuarij magis merebantur, ut consecrarẽtur, & divinos honores acciperent; nunc ipsis contẽptis, acsi nihil præstitissent egregium, pro dijs habentur eorum opera: & cùm artifices sæpe inhonorati in

Tertulliano.

339 LIS 3. Sunt ergo viri quos constituisti super opera regionis Babylonis, Sidrach, Misach, & Abdenago: viri isti contempserunt, rex, decretum tuū: deos tuos non colunt, & statuam auream, quam erexisti, nō adorant. *n. 12. Tertullianus lib. 3. contra Marcionem, post decantatas Danielis laudes sic modulatur.*

Dan. 3. nn. 12

Huius tres socij vix digna laude canendi,
Ex numero tanto decretum regis iniquum
Contempsere pij, quorum data corpora flammis,
Tradere se pœnis potiùs, pro nomine magno,
Quàm genibus nixi simulachro pandere palmas.
Iam præclara fides, iam spes super omnia fulgens
Extinxit rabidos ignes, & vicit iniquos.

Sunt ergo &c. *Inter cōtemptum decreti regij, & contemptum regij simulachri, medium deorum contemptum accusatores trium puerorum tyranno proponebant: ut quiscirent, tyrannum non tàm ex deorum neglectu, quàm ex sui decreti, vel simulachri despectu ad iracundiam adversus pueros commovendum; utpote qui solus appeteret contemptis dijs omnibus ab omnibus hominibus, ac si solus deus esset, adorari.*

340 *Danielis 3.* Respondentes Sidrach, Misach, & Abdenago, dixerūt regi Nabuchodonosor: non oportet nos de hac re respondere tibi. *n. 26. Tertullianus lib. adversus Gnosticos.* Qui spiritu Dei agebatur, ab ipso in martyria dirigebantur, etiam patiendo quæ, & prædicassent. Proinde, & trina fraternitas, quùm dedicatio imaginis regiæ urbem urgeret officio, non ignoraverunt quid fides, quæ sola in illis captiva non fuerat, exigeret, moriendū scilicet adversùs idololatriam. Meminerant enim, & Hieremiæ scribentis ad eos, quibus illa

Dan. 3. n. 26

captivitas imminebat: Et nunc videbitis deos Babyloniorum aureos, & argenteos, ligneos, portari super humeros, ostentantes nationibus timorem. Cavete igitur ne & vos consimiles sitis allophylis, & timore capiamini, dum aspicitis turbas adorātes retrò eos, & ante; sed dicite in animo vestro; Te Domine adorare debemus. *cap. 8.*

Hie. 29 n. 9. Bar. 6. n. 3.

341 *Et infra exponens eundem textum Danielis 3. n. 16. sic ait.* Itaque dixerūt à Deo concepta fiducia, quando vigore animi conditionales minas regis excutiunt: Nō habemus necessitatem respondendi huic tuo imperio. Est enim Deus noster, quem colimus, potens eruere nos de fornace ignis, & ex manibus tuis; & tūc manifestum fiet tibi, quód neque idolo tuo famulabimur, nec imaginē tuā auream, quam statuisti adorabimus. O martyriū, & sine passione perfectū satis passi, satis exusti sūt, quos propterea Deus texit, ne potestatem eius mentiri viderentur. *eodem cap 8. Tyrānus dubius erat de Dei potestate, dicens.* Quis est Deus, qui eripiet vos de manu mea? *n. 15. & 16. Tres antē pueri dubitabant solùm de Dei voluntate dicentes,* Quód si noluerit. *n. 18. Ergo Dominus ab incendio pueros liberavit, ut tyranno divinam manifestaret potentiā. pueris divinam ostenderet benevolentiam.*

Dan. 3. nn. 16. n. 15. & 16.

342 *Danielis 3.* Non oportet nos de hac re respōdere tibi. *n. 16. Tertullian. lib. de Idololatria.* Igitur quod attinet ad honores regum, vel imperatorū, satis præscriptum habemus in omni obsequio esse nos oportere, secūdum Apostoli præceptum subditos magistratibus, & principalibus, & potestatibus. Sed intra limites disciplinæ, & quousque ab idololatria separamur. Propterea enim, & illud exēplum trium fratrum præcucurrit, qui aliàs obsequentes erga regē Nabuchodonosor, honorē imaginis eius constantissimé respuerint, probantes idololatriam esse quicquid

Dan. 3. nn. 16.

ultra humani honoris modum ad instar divinæ sublimitatis extollitur. *cap.* 15.

343 *Adorationem, non præsentem, sed futuram rex à pueris postulavit, dicens:* Quòd si non adoraveritis. *n.* 15. *Illi verò adorationem præsentem denegabant,* Statuam auream, quam erexisti, non adoramus. *n.* 18. *Quare non dicunt. Nō adorabimus? Fortassis, ne præsumptione nimia suam in fide pro tempore futuro firmitatem viderentur ostentare, sed modesta responsione, honorem adorationis soli Deo vero debitum, alienis dijs in præsentiarum, divino auxilio nixi, denegare.*

Danie. 3. nu. 15. & 18.

344 *Danielis* 3. Ecce ego video quatuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est, & species quarti similis filio Dei. *n.* 92. *Tertullianus lib.* 4. *adversus Marcionē citans illud Lucæ* 9. Qui enim voluerit animam suā salvam facere, perdet illā: nam qui perdiderit animam suam propter me salvam faciet illam. *n.* 24. *Et alludens ad illud Danielis* 3. Viros illos, qui miserat Sidrach Misach, & Abdenago, interfecit flāma ignis. *n.* 22. *Et etiam ad illud Danielis* 3. Effundebatur flamma super fornacem cubitis quadraginta novem: & erupit, & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis. *n.* 47. & 48.

Danie. 3. n. 92

Lucæ. 9 . nu. 24

Dan. 3. nu. 22.

Dan. 3. n. 47 & 48.

Sic ait Tertullianus. Certè Filius hominis hanc sententiam emisit. Perspice igitur & tu eum rege Babylonio, fornacem eius ardentem, & invenies illic tanquam Filium hominis (non dum enim verè erat, non dum scilicet natus ex homine) iam tunc istos exitus constituentem. Salvas facit animas trium fratrum, qui eas pro Deo perdere conspiraverant: Chaldæorum verò perdidit, quas illi per idololatriā salvas facere maluerant. *cap.* 21. Et species quarti similis Filio Dei. *Si quartum sibi apparentem, virum nominat; quomodò eum similem Filio Dei esse videt? Quia in ea iuc specie Dei filius comparebat, ut idem, & Dei Filius, & Filius hominis videretur; iam enim tunc Christus Deus, & homo simul præsignificabatur futurus.*

Danielis 3. Et species quarti similis Filio Dei. *n.* 92. *Tertullianus lib.* 4. *adversus Marcionem.* Iesus scilicet creatoris; hic erat visus Babylonio regi in fornace cum martyribus suis quartus, tanquām Filius hominis. *cap.* 10. Et species quarti similis Filio Dei. *Cùm enim Dei Filius tres in fornace videret iuvenes pro fide, quasi tres disciplinæ divinæ milites decertantes, descēdit humano indutus habitu, ut eos aspectu sui pugnantes animaret in prælio, & in triūpho victores coronaret.* 345

Dan. 3. nu. 92.

Danielis 3. Statimque egressi sunt Sidrach Misach, & Abdenago de medio ignis. *n.* 93. *Tertullianus lib. de Oratione carpens aliquas superstitiosas consuetudines sic ait.* Vt est quorundā, positis penulis orationem facere: sic enim adeūt ad idola nationes. Quod utique si fieri oporteret Apostoli, qui de habitu orandi docent, comprehendissent, nisi si qui putant Paulum penulam suā in oratione penes Carpum reliquisse. Deus scilicet nō audiat penulatos, qui tres sanctos in fornace Babylonij regis orantes cum Sarabaris, & tyaris suis exaudivit. *cap.* 12. *Ergo Deus non corporum paludamētā, sed animorum in orantibus inspectat tegumenta. Mentis habitu potest quis divinis oculis videri Christianus, licet corporis habitu appareat in sarabara, id est, Persica veste Persianus.* 346

Dan. 3. nu. 93.

1. Cor. 11.

2. Tim. 4.

Danielis 3. Et congregati satrapæ, & magistratus, & iudices, & potentes regis, contemplabantur viros illos, quoniā nihil potestatis habuisset ignis in corporibus eorum, & capillus capitis eorum non esset adustus, & sarabara eorum non fuisset immutata, & odor ignis non transisset per eos. *n.* 94. *Tertullianus lib. de Resurrectione carnis.* Quod Babylonij ignes trium fratrum, nec tyaras, nec sarabaras, quamquam Iudæis alienas læserunt, ab omni vitio, ab omni da- 347

Dan. 3. nu. 94.

no

no, ab omni iniuria, & contumelia immunitatem carnis ediscunt, cui nam fidei testimonium signant, nisi qua credi oportet, hæc futuræ integritatis esse documenta? Figuræ enim nostræ fuerunt Apostolo auctore, quæ scripta sunt, ut & Dominum potentiorem credamus omni corporum lege, & carnis magis utiq; conservatorem, cuius etiam vestimenta, etiam calceamenta protexit. *cap.* 58.

348 *Et quidem, ut divina potentia ostenderetur tyranno, satis erat quòd tres pueros Babylonius ignis non cremaret: quarè ergo voluit Deus, ut illorum vestes Persicas, quibus induti in curia regia incedebant, etiam ab igne reservari? Arbitror, ut ostenderet, se non in servis suis alienas barbararum nationum vestes reprobare, sed & servos suos talibus vestibus ad divinam gloriam, & humanam salutem indutos approbare.*

Ex Divo Zenone Ver.

349 *Danielis* 3 Sunt ergo viri Iudæi, quos constituisti super opera regionis Babylonis, Sidrach, Misach,
Dan. 3. n. 12. & Abdenago: viri isti contempserunt, rex, decretum tuum: deos tuos non coluint, & statuam auream, quam erexisti, non adorant. *n.* 12. *D. Zeno.* Tres Hebræi venerabiles, numeri Sacramento moniti, ætate teneri, sed fidei soliditate robusti, supplicio suffragante gloriosi, amore divinæ religionis regis adorare imaginem contempserunt, utpote qui ipsum contempserunt regem. *sermone* 7. *de tribus pueris.* *Decreti contemptus solus exprimitur: non regis despectus proponitur: nec statuæ neglectus memoratur: quare? Pluris enim voluntarius rex, qui deus haberi volebat, decretum suæ faciebat voluntatis, quàm honorem maiestatis regiæ, & gloriam suæ deitatis. Hoc delatores agnoscebant; & ideo solum decreti contemptum exprimere voluerunt, ut regem ad iracundiam provocarent.*

Danielis 3. Ecce enim Deus noster, quem colimus potest eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, ó rex, liberare. *n.* 17. 350 Dan. 3. n. 17.
D. Zeno. Tres pueri in illo sacro certamine præ oculis Deum sibi proposuere, non flammas: præmium futurum, non pænam. Sicque inter tetros vndantis incendij globos, triumphantes barbarum regem, minas omnes, ipsum quoque supplicium; docuerunt ignes sanctis hominibus non esse fortiores. *serm.* 1. *de tribus pueris.* *Fornax accensa spectaculum pueris esset horrendum, si illorum oculos à crudeli incendio immensa Dei non retraheret pulchritudo, quam ostendebant dicentes* Ecce Deus noster: *hanc ergo sibi tres pueri ante oculos proponebant, & ideo minaces flammarum globos minimè formidabant.*

Danielis 3. Tunc Nabuchodonosor repletus est furore: & aspec- 351
tus faciei illius immutatus est super Dan. 3. nu. 19.
Sidrach, Milach, & Abdenago, & præcepit, ut succenderetur fornax septuplum quàm succendi cōsueverat. *n.* 19. *D. Zeno.* Trium puerorū martyrium, qui credit interritus, potest etiam ipse adipisci martyriū: tanta enim vis certaminis fuit; ut eam ipse quoque ignis horruerit: nam á barbaro rege nimia crudelitate tribus pueris consulente fornacis ultra quàm solet, septenario pabulo ignis armatus est. *sermone* 2. *Erat tyrannus magis repletus furore, quàm fornax calore. Iussit, ut septeno pabulo ignis profanus contra tres Sanctos martyres armaretur. Adfuit tamen pro suis martyribus ignis divinus septenis armatus donis, ut contra profanum ignē decertaret, septenoque ardore glomeratos ignis globos penitus debellaret.*

Danielis 3. Tunc Nabuchodonosor repletus est furore &c. *num.* 19. 352
& infra.

Dan. 3. nn. 19. & 46. *& infra.* Et non cessabant, qui miserant eos ministri regis succendere fornacem, naphtha, & stuppa, & pice, & malleolis. *n.* 46. *D. Zeno.* Ira sufflatus solito septies ampliús caminũ iussit incendi: ác ne quid immanitati sævientis deesse videretur, pice, & stuppa armatum citatur incendium: æstuantibus globis rubescit quoque ipsum alienis ignibus cælũ. Illo Præcipitantur insontes: ibidemque propter quem præcipitantur, inveniunt. *sermone* 7. Repletus est furore. *Credo equidem, septenarium spirituum infernorum numerum tyrannus in suum invocavit favorem, à quibus septuplum accepisse videtur furorem. Et hinc est quód septies solitò amplius iusserit accendi fornacis ardorem: sed nec sic vincere valuit divinum septiformis spiritus in cordibus iuvenum accensum amorem.*

353 *Danielis* 3. Et viris fortissimis de exercitu suo iussit, ut ligatis pedibus Sidrach, Misach & Abdenago, Dan. 3. nn. 20. & 23. mitterent eos in fornacem ignis ardentis. *n.* 20. *& infra.* Viri autem hi tres, idest, Sidrach, Misach, & Abdenago, ceciderunt in medio camino ignis ardentis, colligati. *n.* 23. *D. Zeno.* Hebræi verè tres pueri senum constantia maiores, iuvenum virtute fortiores, sibi pares Trinitatis Sacramento præmoniti; vnitatis una fide solidi, æqualitate pares, passionis uictoria gloriosi. Hos barbarus rex, quód eius statuam adorare contempserint, incendi præcepit. Qui ubi iactati sunt in fornacem ignis ardentis, hos devotè cupidus ignis excepit, lambunt rosidos flammæ blandientes. *serm.* 5. Viri autem hi tres. *Tres numero impares; sed numero, quo Deus impare gaudet: dum eos solos vidit Deus, numerum aspicit inæqualem; dum autem eos tribus divinis Personis annumerat, senarium numerum facit æqualem.*

354 *Danielis* 3. Et effundebatur flamma super fornacem cubitis quadraginta novem: & erupit & incendit quos reperit iuxta fornacem de chaldæis. Angelus autem Domini descendit cum Azaria, & socijs eius in fornacem, & excussit flammam ignis de fornace. *n.* 47. 48. 49. Dan. 3. n. 47. 48. 49. *D. Zeno.* O admirabile incendium! O veré spectaculum Deo dignum! Qui audeunt, timent: qui incenderant, ardent: qui incensi sunt, sanctificati, & incolumes de camino procedunt. *serm.* 2. *O spectaculum triplici flammarum luce medijs idololatriæ tenebris à divinis, & angelicis, & humanis oculis inspiciendum; è terra Rex, ab aere Angelus, ex cælo Deus quisque suis oculis, quemlibet ex tribus pueris inspectabat; homo Rex homines esse videbat,* Video viros: *angelus ad Angelos descendebat,* Cum socijs eius: *Deus deos Deo deorũ divinas laudes canentes audiebat,* Benedicebant Deum in fornace.

Danielis 3. Et erupit, & incendit 355 &c. *ut proximè supra.* Et fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem Dan. 3. &c. *à n.* 48. *D. Zeno.* Illorum, fra- à n 48. tres dilectissimi, ac delectabile certamen Deo historia sacra prodidit nobis ignis, ac fidei: etenim duo discordantia devotione Dominica in unam concordiam convenere: namque tribus in pueris fides puniri non timuit: immissis camino ignis exæstuans detulit, ut eos unius virtutis esse persensit. Denique ardere incendium incendentibus, non incensis. *serm.* 4. *In fornacem quasi in amphitheatrum lumen perfidiæ, & fidei lumen, ut decertarent, descenderant; illud rigoris cingitur flammis; hoc rogis amoris. Dubium videbatur certamen. Donec amor celestem in suum auxilium convocans rorem; perfidiæ è fornace lumen expulsit, flammeumque evicit rigorem.*

Danielis 3. Et erupit, & incen- 356 dit quos reperit iuxta fornacem de chaldæis. *n.* 48. *& infra.* Tunc hi Dan. 3. tres quasi ex uno ore laudabant, & nn. 48. glorificabant, & benedicebant Deũ & 51. in fornace. *n.* 51. *D. Zeno.* Mira res. opacitas

opacitas intus, incendium foris est: intus hymnus canitur: foris vlulatus auditur. O magna potentia Dei: Incensores incendio concremati sunt: & qui incensi sunt, incendio suo superstites, triumphantes de camino procedunt. *serm.* 5. *& alibi sic ait.* Mors refugiens mutat officium: incensores cremantur: incensis hymnum canentibus flamma blanditur. *serm.* 8. *& alibi.* Tres pueri, quo ardere putabantur incendio de suis incensoribus vindicati. *serm. pro fidei veritate.* Tunc hi tres &c. *Sidrach laudabat Patrem: Misach glorificabat Filium. Abdenago Spiritum Sanctum benedicebat, & sit ore uno hymnum triplum laudationis, glorificationis, & benedictionis Trinitati Sanctissimæ modulabantur.*

357 *Danielis* 3. Angelus autem Domini descendit cum Azaria, & socijs eius in fornacem: & excussit flammam ignis de fornace. *nu.* 49. *D. Zeno.* Credo divina providentia Sacramento Trinitatis spiritalem quoque numerum convenire. Denique nec irrorati camini eis baptismatis defuit gratia. *serm.* 2. *de tribus pueris. Et alibi.* O admirabilis ratio! O inæstimabilis gloria Dei! Sacramento Trinitatis tam potentis elementi subacta natura est. Qui putabantur incendio extingui, emicant beatiores incensi. *serm.* 4. *de tribus pueris. Angelus hic Angelum testamenti portendebat, qui tres pueros in fornace flammarum, quasi in undarum piscina & in fonte roris, in virtute trium Personarum Trinitatis, dum flammas movebat, & pueros rorabat, quodammodo aqua baptizabat.*

Dan. 3. *nu.* 49.

358 *Danielis* 3. Angelus autem Domini descendit cum Azaria &c. *proximè supra. n.* 49. *D. Zeno.* Qui nunc in se credentes baptizat Spiritu Sancto, & igne: ipse tunc quoque numero suæ adfuit Trinitatis. Denique rem Sacramento gestam esse cognosce. In caminum missi, ut submersi sunt flammis, statim invisibili rore incendia temperantur. *serm.* 8.

Dan. 3. *n.* 49.

359 *Et alibi sic eloquitur idem D. Zeno.* Fides in tribus pueris ignes amænos effecit. *serm. de spe fide, & charitate.* Fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem. *n.* 49. *Ventus qui in medio fornacis spirabat Spiritum divinum ostendebat, qui secum trahebat rorem, ut qui igne pro fide ardentes baptismum flaminis flammis accipiebant, atque Spiritu Sancto baptizabantur, flammifero amore; baptizarentur etiam flabellifero rore.*

Dan. 3. *n.* 49.

360 *Danielis* 3. Et fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem, & non tetigit eos omnino ignis, neque contristavit, nec quicquam molestiæ intulit. Tunc hi tres quasi uno ore laudabant, & glorificabant & benedicebant Deum in fornace. *n.* 50. 51. *D. Zeno.* Cùm audio tres pueros incensos, priùs vehementer horresco, mox deinde eorum particeps optaverim fieri, cùm cognosco inter flammas roscuientos hymnum Deo cecinisse securos: tanta est enim fidei virtus tantaque potestas, ut cultoribus suis etiam ipsa elementa contra suam naturam famulari compellat. *serm.* 3. Quasi uno ore. *Quid mirum si uno Deum confitebantur ad salutem ore, qui uno ad iustitiam credebant corde? Non est metuenda horum pœna sed potiùs eorum est invidenda gloria.*

Dan. 3. *nu.* 50. 51.

361 *Danielis* 3. Tunc hi tres quasi uno ore &c. *n.* 51. *D. Zeno.* Exulta christiane, & Deum fortiter time, diaboli si vis incendia non timere. Ecce pueri Sacramento moniti tres numero, sed una virtute anhelantibus flammis, camino fugiente non læduntur, incensi hymnum canunt: barbarum regem fidei tenacitate confundunt. Vindicantur incensoribus suis, Deum vident. Mors transit in vitam; metus in gloriam. Sic, quis non optet ardere? *sermone* 6. *de tribus pueris. Deum, quem sibi in fornace adesse videbant, laudabant, & glorificabant,*

Dan. 3. *nu.* 51.

bant, & benedicebant. O pulcherrima, & multiplex transformatio. Dum in fornace Dei Filius in forma filij hominis videbatur, tres pueri, tres fieri vident commutationes. Adspiciunt namque calorem in rorem, planctum in cantum, pœnam in gloriam transmutari.

362 Dan. 3. nu. 92. *Danielis* 3. Tunc Nabuchodonosor rex obstupuit, & surrexit propere, & ait optimatibus suis: Non ne tres viros misimus in medium ignis compeditos? Qui respondentes regi dixerunt: Verè rex: Respondit & ait. Ecce ego video quatuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est, & species quarti similis Filio Dei. *n.* 92. *D. Zeno.* Illuc præcipitantur in fontes: ibidemque, propter quem præcipitantur, inveniunt. Denique excipiuntur non flamma, sed rore, Dei dignitate, non pœna. O felix supplicium, quod incolumitate superante immortalitas prosequitur, & corona. *serm.* 7. *de tribus pueris.*

363 Dan. 3. nu. 92. Ecce ego video quatuor &c. *n.* 92. *Bene vides ô tyranne, tres tantùm tu misisti, quartum, quem aspicis non à te emissus, sed missus à Patre, primus est ingressus incendium, ut dum illum servi ingredientem viderent, incendium ingredi non timerent. Hic, ut suos illæsos in flammis servaret socios, caminum primus ingreditur. Illius enim Pater suorum excitatus amore, magis quam tu tibi adversantium concitatus furore, eum priùs, quàm tu mitteres eius in fornacem servos, mittere festinavit.*

Ex Divo Cyrillo Hierosf.

364 Dan. 3. nu. 29. DAnielis 3. Peccavimus enim, & iniquè egimus recedentes à te, & deliquimus in omnibus. *n.* 29. *Ita Sidrach Misach, & Abdenago in oratione Deum alloquebantur, dum in fornace Babylonica detinerentur. D. Cyrillus Hierosf. considerans tres hos pueros ab incendio liberatos, sic ait.* Poterit confessio etiam ignem extinguere. Quod si non credis: recogita quid acciderit ijs, qui erant cum Azaria, quales effuderunt fontes? Quot vasa aquæ, quadraginta novem ulnarum flammam extinguere potuerūt? Sed ubi modium accendit flamma, illic fluviolum effudit fides, & isti dixerunt pro remedio malorum. Peccavimus, iniquè egimus. Et pœnitentia dissolvit flammas.

Et infra. Si non credis quòd ignem Gehennæ potest extinguere 365 pœnitentia, ex his quæ Azariæ contigerunt, disce. Sed dixerit aliquis: Illos Deus liberavit tanquám iustos: nam quód idololatriam committere noluerunt vim hanc illis tribuit. Sit ita planè. *Catechesi* 2. *de pænit. Tres ergo pueri, tres pænitentiæ partes optimè referebant; scilicet contritionem, confessionem, & satisfactionem: ac proinde à Deo veniam assequebantur. Quis pænitentiam non amabit? Vt hæc eum á Gehennæ incendio liberet, ut tres pueros à fornace Babylonia liberavit.*

Ex Divo Ambrosio.

DAnielis 3. Quod si nolueris, 366 notum sit tibi, rex, quia deos tuos non colimus, & statuam aure- Dan. 3. am, quam erexisti, non adoramus. nu. 18. *n.* 18. *D. Ambros. ad illud Christi Domini apud Matth.* 22. Reddite ergo quæ Mat. 22. sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt nu. 21. Dei, Deo. *n.* 21. *Sic ait.* Reddite, idest, vos quæ sunt Cæsaris, apud quos figura, & imago invenitur Cæsaris. Illi ergo Hebræi pueri Ananias, Azarias, Misael, qui non adoraverunt imaginem regis, qui non receperunt eam, qui nihil de mensa regis accipiebant, non tenebantur ad solutionem tributi. *in Exod. Iusto.*

Non

Non enim regis terreni imaginem poterant venerari, qui non illam insculptam in se ipsis ferebant, sed imaginem regis supremi vivis depictam virtutum coloribus in se ipsis portabant.

367 *Danielis* 3. Angelus autem Domini descendit cum Azaria, & socijs eius in fornacem: & excussit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem, & non tetigit eos omnino ignis, neque contristavit, nec quidquam molestiæ intulit. Tunc hi tres quasi ex uno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deum in fornace. *nu.* 49. 50. 51. *D. Ambros. considerans Dei Filium in specie hominis in fornace cum tribus pueris apparentem. lib.* 1. *de fide. sic ait.* Ita hec dignitas naturalis maiestatis amittitur, & assumptæ carnis veritas comprobatur: Hæc est fides nostra: Sic se Deus cognosci voluit ab hominibus, sic tres pueri crediderunt, nec incendia circumiecta senserunt, cùm infidos noxius ignis exureret, & fideles innoxia flamma roraret, quibus aliorum incendia refrigerabant, quia merito fidei perdiderat suam pænæ naturam. Aderat enim in specie Angeli, qui monebat, ut in numero Trinitatis, unius esset laudatio potestatis. Benedicebatur Deus, videbatur in Angelo Dei Filius, sancta, & spiritualis in pueris gratia loquebatur. *cap.* 2. *In medio trium puerorum iam tunc Dei Filius in forma puerili comparebat & affectus humanos, habitu indutus humano ediscebat: ingressurus postea in vera infantis figura fornacem ardentiorem, in qua fomenta non deessent palearum, quibus tamen non incenderetur ignis rigoris, sed amoris.*

Dan. 3. 49. 50. 51.

368 *Danielis* 3. Et fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem *n.* 50. *D. Ambros. lib.* 3. *de Virginibus alludens ad illud Cant.* 1. Oleum effusum nomen tuum. *n.* 2. *sic ait.* Semper unguentum hoc erat, sed erat apud Patrem. Eructavit cor patris verbum bonum, fragravit Filius, Spiritus Sanctus exhalavit, atque per omnium corda diffudit. *Et infra.* Hoc unguento uncti sunt tres pueri & humorem ijs flamma roravit. *post medium lib. Tres ergo pueros quasi fidei athletas divini nominis oleo ad luctam cum flāmis Deus voluit præparare. Sciebat enim hoc unctos oleo non posse eos ab ardentibus flammis incendi: hoc enim oleo non accenditur caminus ardoris, sed rogus amoris.*

Dan. 3. nu. 50.

Cant. 1. nu. 2.

Ex Divo Gregor. Nysseno.

DAnielis 3. Benedicite frigus, & æstus Domino: laudate, & superexaltate eum in sæcula. *n.* 67. *D. Greg. Nys.* Tres illi pueri ad communem laudum decantationem unà assumunt frigus, & æstum; frigus per congelationem, æstum per combustionem: deinde transeunt per ignem, & aquam. *orat.* 2. *de* 40. *Martyribus. Merito inter alias creaturas ad divina præconia emodulanda hi tres mysticæ magistri frigus, & æstum invitabant, in laudem enim illius modulabantur, qui frigore roris æstum flammarum eis concinnantibus temperabat.* 369

Dan. 3. nu. 67.

Ex Divo Hieronymo.

DAnielis 1. Et imposuit eis præpositus eunuchorum nomina, Danieli Balthasar: Ananiæ Sidrach: Misaeli Misach, & Azariæ Abdenago. *n.* 7. *D. Hier.* Nolens eos in terra captivitatis nomina habere Iudæorum. *lib.* 1. *in Dan. Pulchra vi-*

370

Dan. 1. nu. 7.

situr in Abdenago nominis commutatio. Qui ante Azarias, hoc est auxilium Dei nominabatur, nunc Abdenago, idest servus claritatis dicitur, ne positus in palatio

palatio Babylonis, hoc est confusionis servus licet, & captivus suæ scientiæ claritatem, vel suæ nobilitatis claritudinem amisisse videretur.

371 Dan. 1. n. 17. *Danielis* 1. Pueris autem his dedit Deus scientiam, & disciplinam in omni libro, & sapientia. *n.* 17. *D. Hier.* Nota quòd Deus dederit sanctis pueris scientiam, & disciplinam sæcularium literarum in omni libro, & sapientia. Pro quo Symmachus interpretatus est artem grammaticam: ut cuncta quæ legebant intelligerent, & spiritu Dei de Chaldæorum scientia iudicarent. *ad hunc locũ.* Scientiam, & disciplinam. *Hoc est dedit Deus eis gratiam, ut tanquam magistri alios edocerent, & tanquam discipuli ab aliis discere non renuerent: Babylonios autem libros ideo evolvebant, ut Babylonicos errores faciliùs possent refutare, illorumque professoribus convictis veritatem divinæ fidei prædicarent.*

372 Dan. 2. nu. 17. *Danielis* 2. Et ingressus est domum suam, Ananiæque & Misaeli, & Azariæ socijs suis, indicavit negotium. *n.* 17. *D. Hier.* Ideo Ananiam, & Misaelem, & Azariam iungit ad preces, ne solus de suo merito videatur præsumere: ut quorum erat commune discrimen, communis esset & oratio. *ibidem. Ostendit Daniel quantùm apud Deum valeret triũ puerorum deprecatio eos intercessores apud Deum pro se constituere festinavit, existimans nihil eis unanimi consensu postulantibus á Deo posse negari.*

373 Dan. 2. n. 49. *Danielis* 2. Daniel autem postulavit à rege, & constituit super opera provinciæ Babylonis Sidrach, Misach, & Abdenago. *n.* 49. *D. Hier.* Non obliviscitur eorum cum quibus Dominum deprecatus est, & qui secum periclitati fuerant: itaque facit eos iudices provinciarum. *ibi. Non ipsi pro se ipsis postulabant, sed postulante Daniele accipiebant Babylonis honores: sic Daniel quod ab eis acceperat, modo, quo potuit gratus compensavit, maiora tamen accepit, quàm donaret: humanos enim solùm præbuit tribus adolescentibus à rege obtentos honores, qui per eos à Deo acceperat divinos favores.*

Danielis 3. Sunt ergo viri Iudæi, 374
quos constituisti super opera regionis Babyloniæ Sidrach, Misach, & Dan. 3. n. 12.
Abdenago: viri isti contempserunt rex decretum tuum: deos tuos non colunt, & statuam auream, quam erexisti, non adorant, *n.* 12. *D. Hier.* Quos prætulisti nobis & captivos, vel servos principes esse fecisti: hi elati in superbiam, tua præcepta contemnunt. *& ibidem supra.* Quos præpositos in Babylone regis operibus invidebant, & offendebantur peregrino cultu, & aversione idolorum nacti occasionem criminantur ad regem. *in commen.*

Sunt ergo &c. *n.* 12. *Quænam hæc illatio est? Non illatio, sed minor esse hæc propositio iuxta regulas debebat, sic enim argumentari deberent. Omnis homo, qui contemnens regis decretum, statuam illius non adorat mittendus est in fornacẽ ignis ardentis; sed hi tres contemnentes regis decretum, ipsius statuam non adorãt: ergo mittendi sunt in fornacem ignis ardentis. Sic concludere opus erat. Illi tamen non servata hac forma post primam illam præmissam, ponunt pro illatione secundam. Immo, nec inferunt quod intendebant, scilicet puerorum combustionẽ. Sed nihil mirum. Turbati animis argumẽtari nesciebant.* 375 Dan. 3. nu. 12

Danielis 3. Verè ne Sidrach, 376
Misach, & Abdenago, deos meos non colitis, & statuam auream, quã Dan. 3. nn. 14. & 15.
constitui, non adoratis? *n.* 14. *& infra.* Nunc ergo si estis parati, quacunque hora audieritis sonitum tubæ &c. Prosternite vos, & adorate statuam, quam feci: quòd si non adoraveritis, eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis; & quis est Deus, qui eripiat vos de manu mea? *n.* 15. *D. Hier.* Quemquàm in furore adduci præceperit pueros, tamen dat spatium pœnitudinis: ut si ceciderint, & adoraverint, prior culpa

culpa veniam consequatur: sin autem adorare contempserint, præsens pæna sit fornacis ardentis. *ita ibi. In hoc certè laudabilis tyrannus, quòd non inauditos damnavit pueros, sed adduci iussit, veritatem inquirit: quasi dubius rogat*: Verê ne &c. *Ne sinistram de illis opinionem se habere manifestaret, sed ostenderet se nullam de eisdem culpam crediturum, quam negarent.*

377 *Danielis* 3. Respondentes Sidrach, Misach, & Abdenago dixerunt
Dan. 3. regi Nabuchodonosor: Non opor-
nu. 16. tet nos de hac re respondere tibi. *n.* 16. *D. Hier.* In Hebræo non habet (regem,) sicut in septuaginta Nabuchodonosor, rex, non oportet nos &c. Ne adulari viderentur impio, aut regem vocare eum, qui ad iniqua compelleret. Quòd si quis contentiosus regem quoque legerit; dicemus eos non procaciter regem ad effusionem sui sanguinis prouocare, sed ita reddere regi honorē debitũ, ut Dei cultus non lædatur. Quòd autem ait, Non oportet nos de hac re respondere tibi: Ille sensus est: Non debes audire verba, quorum iam rebus ipsis probabis fortitudinē, atque constantiam. *ita ad hunc locum.*

378 *Et in Psalmum* 145. *Alludens etiam*
Ps. 145 *ad ea, quæ sequuntur in eodem cap. 3. Danielis.* Ecce enim Deus noster po-
Dan. 3. test eripere nos de camino ignis ar-
n. 17. dentis, & de manibus tuis, ò rex,
18. liberare. Quod si noluerit, notum sit tibi rex, quia deos tuos non colimus, & statuam auream, quam erexisti, nón adoramus. *n.* 17. 18. *Sic ait idem D. Hier.* Videamus tres pueri quid dicant de fornace Babylonica, quando vocat eos Nabuchodonosor rex; Non necesse est, nos de hoc verbo respōdere tibi. Potest quidē nos Deus liberare de fornace ardenti. Sed si non liberaverit? scito, rex, quia imaginem, quam constituisti, non adoramus.

379 *Deinde sic progreditur.* Videte fidē: Credimus, inquiunt, quód liberare potest. Sed si fortè peccata nostra *Dan.* 3.
prohibuerint: tamen credimus, & in *nu.* 17.
eum, qui non vult modò liberare. 18.
Non enim credimus in hac vita, sed in futura. Nō propterea credimus in illũ, ne hîc ardeamus: sed ne per ista incēdia ad alia transeamus. Incende igitur, præpara caminum: iste ardor, ista combustio nostra purgatio est. *ad v.* 8. Non oportet nos. *Et rationē reddentes, addunt:* Ecce enim Deus, quē colimus &c. *n.* 17. *Ac si dicerent, Deũ habemus Verbũ, cuius verba opera sũt, ipse nobis tacētibus respōdebit quibus tibi secūdùm tuũ placitũ respōdentibus, tacebit.*

Danielis 3. Ecce enim Deus noster, quē colimus, potest eripere nos 380
de camino ignis ardētis, & de mani- *Dan.* 3.
bus tuis, ò rex, liberare. *n.* 17. D. *Hier.* *nu.* 17.
Vnde se putaverat terrere pueros, inde cernit in eis materiā fortitudinis. Nec in longũ differũt, sed præsens sibi pollicentur auxiliũ, dicentes; Ecce enim &c. Ecce enim Deus. *Quisq; puerorũ quasi digito Deũ sibi auxiliatorē monstrabat, quo præsente incendiũ minimè metuebat. Nemo adolescentiũ formidabit libidinis ardorē, si sentiat præsentem sibi adesse Numinis favorem.*

Danielis 3. Quòd si noluerit, no- 381
tũ sit tibi rex, quia deos tuos non
colimus, & statuam auream, quam *Dan.* 3.
erexisti, non adoramus. *n.* 18. D. *Hie.* *nu.* 18.
Quòd si noluerit; Pulchrè ad id, quod dixerat; potest eripere nos: nō intulit contrarium; si non potuerit, sed si noluerit: ut non impossibilitatis Dei, sed volũtatis sit, si perierint. *ad hunc locum* Danielis. Quod si noluerit. *Voluit ergo Deus eos liberare, quasi agrè ferēs quòd hi tres pueri minimè dubitantes de divina contra hostes suos omnipotentia: ambigerent de Divina erga se ipsos Dei benevolentia.*

Danielis 3. Præcepit, ut succēderetur fornax septuplum, quàm suc- 382
cendi consueverat. *n.* 19. D. *Hiero.*
Quasi non posset simplex, & solitus *Dan.* 3.
ignis trium puerorũ cōsumere corpo- *n.* 19.
ra: sed furor, & ira, quæ insaniæ pro-

 xima

xima est, modum tenere non potest. Et vult eos multiplicis pœnæ comminatione terrere, quos paratos videbat ad mortem. *ad hunc locum.*

383 *Et alibi, intelligendo in rege Nabuchodonosor dæmonem Sic ait.* Adversum iuvenes, & puellas ætatis ardore hostis noster abutitur. Sunt ignita diaboli iacula, quæ simul & vulnerant, & inflammant, & á rege Babylonico tribus pueris præparantur, qui succenderit fornacem quadraginta novem cubitorum, habens & ipse septem hebdomadas ad perditionem, quas Dominus observari iusserat ad salutem. Sed quomodó ibi quartus speciem habens quasi filij hominis immensos mitigavit ardores, & inter camini æstuantis incendium, docuit flammas calorem amittere, & aliud oculis comminari, aliud præbere tactui: sic & in animo virginali, rore cælesti, & ieiuniorũ frigore calor puellaris extinguitur, & in humano corpore, Angelorum impetratur conversatio. *Epist. 8. ad Demetriadem* *Qui fornacem septuplum solito succendi imperabat se ipsum furoris igne septuplum accensum supra quod cõsueverat, ostendebat. Irarum incendio ita exardens, ut fornax ipse esse videretur.*

384 *Danielis* 3. Viri autem hi tres Sidrach, Misach, & Abdenago ceciderunt in medio camino ignis ardentis colligati. Stans autẽ Azarias oravit sic, aperiensq; os suum in medio ignis, ait &c. *n.* 23. *&* 25. *D. Hier.* Grande miraculum, ligati mittuntur in fornacem, & cadunt in medio ignis præcipites: ardent vincula, quibus ligati sunt, & vinctorum corpora timens flamma non tangit. *ad hunc locum.* Stans autem Azarias. *Hic noster Abdenago est qui in hoc loco iure suo antiquo vocabulo nominatur, Azarias, quod auxilium Dei interpretatur Stabat ergo in medio camino, & suo stantis habitu divinam quandam statuam indicabat, divini erga se, & socios auxilij monumentum, seu statuam triumphalem, in qua divinus erga pueros Dei amor de odio Nabuchodonosoris adversùs eos, Azariæ vestimenta, quasi triumphalia spolia suspendebat.*

Dan. 3. *nu.* 23. *&* 25.

385 *Danielis* 3. Peccavimus enim, & iniquè egimus recedẽtes à te; & deliquimus in omnibus: & præcepta tua non audivimus, neq; observavimus, nec fecimus sicut præceperas nobis, ut bene nobis esset. *n.* 29. *&* 30. *D. Hier.* Certè tres pueri non peccaverũt, nec eius ætatis erant, quãdo ducti sunt in Babylonẽ, ut propter sua vitia punirẽtur: ergo hi ex persona populi loquuntur. *ad hunc locũ. Innocentes pueros in omnibus deliquisse populi nomine Abdenago fatebatur. cùm enim esset humilis invenit modum, quo sibi peccata populi imponens, se quasi peccatorem maximum incusaret, ne peccatis populi suam attribuens pœnam se, si non á pœna à culpa saltem ut innocens excusaret.*

Dan. 3. *nu.* 29. *&* 30.

386 *Danielis* 3. Angelus autem Domini descendit cũ Azaria, & socijs eius in fornacem: & excussit flammã ignis de fornace. *n.* 49. *D. Hier.* Oppressa perturbationibus anima, & varijs molestijs occupata, cùm hominũ desperaverit auxiliũ, & tota ad Deum fuerit mente conversa, descendit ad eam Angelus Domini, scilicet sermo divinus, & excutit flammæ æstuãtis ardores: ut nequaquàm ignita iacula inimici cordis nostri arcana penetrant, nec illius fornace claudamur. *in hoc loco Cum Azaria specialiter dicitur Angelus descendisse. Qui enim specialiter per humilem confessionem descẽderat, Angelum ad descensum invitaverat, suoq; exemplo, ut descenderet, excitabat. Descendit ergo Angelus quasi invidus de humilitate Azariæ, quem si non mentali, saltem locali descensu imitabatur.*

Dan. 3. *n.* 49.

387 *Danielis* 3. Benedicite Anania, Azaria, Misael Domino: laudate, & superexaltate eũ in sæcula. Quia eruit nos de inferno, & salvos fecit nos de manu mortis, & liberavit nos de medio ardẽtis flãmæ: & de medio ignis eruit nos. *n.* 88. *D. Hie.* Generali laudatione præmissa, quód omnis creatura debeat

Dan. 3. *n.* 88.

debeat laudare dominū: ad extremū Ananiam, Azariā, Misaelē cohortantur: qui ad laudem Domini præsenti beneficio provocantur. Omnis autē creatura non voce, sed opere laudat Dominum: quia ex creaturis consequenter creator intelligitur, & in singulis operibus atque effectibus Dei magnificentia demonstratur. *ad hunc locum. Post universas creaturas se ipsos isti tres pueri ad divina concinenda præconia convocabant, cúmque nullam alijs creaturis ad canendum proponerent rationem, sibi ipsis multiplicē assignabant, ut se ipsos ad divinas laudes decantandas super omnes creaturas obligatos esse demonstrarent.*

389 Dan. 3. n. 92. *Danielis* 3. Ecce ego video quatuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est, & species quarti similis Filio Dei. *n.* 92. *D. Hier.* In typo præfigurat iste Angelus, sive Filius Dei, Dominum nostrum Iesum Christū, qui ad fornacem descendit inferni: in quo clausæ, & peccatorum & iustorum animæ tenebantur, ut absque exustione & noxa sui, eos qui tenebantur inclusi, mortis vinculis liberaret. *ad hunc num. Tres miserat tyrannus ligatos, quattuor solutos videbat, neque enim decēs erat, ut quos filij Dei socios affirmabat, ligatos vinculis inspectaret.*

390 Dan. 3. n. 93. *Danielis* 3. Tunc accessit Nabuchodonosor ad ostium fornacis ignis ardentis, & ait: Sidrach, Misach, & Abdenago, servi Dei excelsi egredimini, & venite. Statimq; egressi sunt Sidrach, Misach, & Abdenago de medio ignis. *n.* 93. *D. Hier.* Pavore perterritus non per nuncios quærit a pueris, sed ipse eos ex nomine vocat, servos Dei excelsi appellans, & petēs, ut ad se egrediātur, quos vinctos in fornacē miserat. *ad hunc locum. Per servos ingredi iusserat: per se ipsum egredi præcipit: ac si opus proprium regis non punire, sed liberare à supplicio rex, etiam barbarus, indicaret.*

391 *Danielis* 3. Et erumpens Nabuchodonosor ait: Benedictus Deus eorum, Sidrach videlicet, qui misit Angelū suum, & eruit servos suos, qui crediderunt in eum: & verbū regis immutaverunt, & tradiderunt corpora sua, ne servirent, & ne adorarēt omnē deum excepto Deo suo. *n.* 95. Dan. nu. 95 *D. Hier.* Ergo Nabuchodonosor Dei confessionem recipit, & damnatis idolis laudat tres pueros qui noluerant servire, & adorare omnē deū, excepto Deo suo. *ad hunc locum.* Benedictus Deus eorum. *Horum tantùm trium Dominum Deum nuncupabat: ac si intelligeret hos tres pueros ita à Deo diligi, ut reliquis omnibus creaturis eos adæquaret; ideoque gauderet, cùm esset universitatis Deus, Deus illorum trium nominari.*

Ex Divo Chrysostomo.

392 Dan. 3. nu. 1. Danielis 3. Nabuchodonosor rex fecit statuā aureā, altitudine cubitorum sexaginta, latitudine cubitorū sex, & statuit eam in campo Dura provinciæ Babylonis. *n.* 1. *D. Chrysost.* Vide vbi stadiū hoc statuerat: non in vrbe, nec in vllo agro, sed plani, & nudi cāpi hoc orbis theatrū suscipiunt: in cāpo enim de auro extra civitatem effigiem erexit, & præco pertransiens clamabat: Vobis dicitur gentes, tribus, linguæ, quacunque hora audieritis vocem tubæ, fistulæ, & citharæ, sambucæq; & psalterij, & symphoniæ omnis generis musicorum, cadentes adorate statuam auream (verè enim cadere erat simulachrum adorare) & quicūque non cadens adoraverit, in eadē hora proijcietur in caminum ignis ardentem. *ad populum hom.* 4. In campo. *Nescit enim superbus rex dementiam suā inter parietes alicuius tēpli, vel inter vrbis etiam magnæ muros occultare, sed quasi pro templo totum orbem sibi sumeret, sacratū sibi simulachrū in cāpo plano, ut ab omnibus circūquaq; adoraretur, collocavit.*

393 Dan. 3. nu. 2. *Danie.* 3. Itaq; Nabuchodonosor rex misit ad cōgregādos satrapas, magistratus,

egestate consenuerint, absumptique sint varijs casibus, opera eorũ exornantur purpura, & auro, luxuque cætero, quem divitiæ suppeditant, adoranturque religiosè non solùm ab ingenuis, verùm & à nobilibus, honestaque specie præditis. *eodem lib. de Dialogo.* Ecce Deus noster. *Hæc dicentes tres pueri Dei sui vnitatem ostendebant, addentes autem,* deos tuos, *deorum regis multiplicitatem sugillabant. & sic Dei sui veritatem, deorũ verò regis falsitatem demonstrabant. Vera enim Deitas in vno solo Deo, non in multis potest reperiri.*

335 Dan. 3. n. 18. *Danielis* 3. Notum sit tibi, rex, quia deos tuos non colimus, & statuam auream, quam erexisti, nõ adoramus. *n.* 18. *Sic tres pueri regi respondebant, præcepti Domini memores sic iubẽtis. Exod.* 20. Non facietis deos argẽteos, nec deos aureos facietis vobis. *n.* 23. *Ad quẽ locum Philo.* Itaque trãscensa per cogitationem omni visibili essentia, pergamus ad cultum illius invisibilis, qui sola mente percipitur, solus Deus deorum, tàm intelligibilium, quàm sensibilium, atque etiam rerum cunctarũ opifex. Quòd si quis religionem, quæ sempiterno conditori debetur, alteri iuniori, aut creato tribuat, inter insanos referẽdus est, ac impios. *lib. de Monarchia.*

336 Exod. 20. nu. 23. *Et infra exponens eundem locum Exod.* 20. Non facietis deos &c, *n.* 23. *sic ait idem Philo:* Expressè docens, nec ex alia quidem ulla materia deos magni faciendos esse, quando præcipuis duabus interdicitur; argentum enim, & aurum primatum in metallis obtinent.

337 Exod. 20. nu. 23. *Et explanans eundem textum sic progreditur idem Philo.* Verum præter hoc apertum interdictum Non facietis deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis, videtur mihi subesse hîc & aliud præceptum vtile moribus, avaros valde arguens, undecunque argentum, & aurum sibi quærentes, & acquisitum tanquam numen recondentes in penetralibus, totam suam felicitatem acceptam illi referendo; quin & illos, qui cùm non possint proprias divitias colere, quòd his careant, alienas mirantur, non minùs avari, quàm illi priores: quos adoraturi mane, ad ædes eorum tanquàm ad sanctissima templa cursitant, bona petituri ab his, quasi â numinibus. *in eodem lib. de Monarchia.*

Et declarans illud Levitici Nolite converti ad idola, nec deos conflatiles facietis vobis. Ego Dominus Deus vester. *n.* 4. *sic loquitur Philo contra eos, qui avaritiæ vitio devicti divites sequuntur.* Hos alibi quoque lex admonet: Idola non consectabimini; nec faciatis vobis deos fusiles: figuratè docens, divinos honores non convenire divitijs. Auro enim, argentoque fermè constant divitiæ. Quas vulgus sectatur sub illius cæci Pluti nomine, cui soli se debere felicitatem existimat: hoc est simulachris, ut scriptura loquitur umbris, & vanis imaginibus, nihil solidum firmumuê habentibus. Feruntur enim ultro citroque ventorum in morem. Id verum esse argumento certissimo colligitur: Quia sicut interdum repente advolant, ita priusquàm prehendantur, possessore illuso rursum avolant. Atque etiam cùm adsunt maximé speculares quasdam repræsentant imagines, præstigias sensuum ludibriaque instabilia. *lib. de Monarchia.* Notum sit &c. *n.* 18. *Pauperes non allicit aurum. Auream statuisti effigiem, ut adoraretur; illam quisque adorabit avarus, qui non te in auro, sed aurum in te lubentissimè venerabitur. Multa dicit Philo de statua imperatoris Caij in lib. de Legatione ad Caiũ.*

338 Levit. 19. n. 4

Ex

Tertulliano.

339 LIS 3. Sunt ergo viri quos constituisti super opera regionis Babylonis, Sidrach, Misach, & Abdenago: viri isti contempserunt, rex, decretum tuũ: deos tuos non colunt, & statuam auream, quam erexisti, nõ adorant. *n. 12. Tertullianus lib. 3. contra Marcionem, post decantatas Danielis laudes sic modulatur.*

Dan. 3. nn. 12

Huius tres socij vix digna laude canendi,
Ex numero tanto decretum regis iniquum
Contempsere pij, quorum data corpora flammis,
Tradere se pœnis potiùs, pro nomine magno,
Quàm genibus nixi simulachro pandere palmas.
Iam præclara fides, iam spes super omnia fulgens
Extinxit rabidos ignes, & vicit iniquos.

Sunt ergo &c. *Inter cõtemptum decreti regij, & contemptum regij simulachri, medium deorum contemptum accusatores trium puerorum tyranno proponebant: ut qui scirent tyrannum non tàm ex deorum neglectu, quàm ex sui decreti, vel simulachri despectu ad iracundiam adversus pueros commovendum; utpote qui solus appeteret contemptis dijs omnibus ab omnibus hominibus, ac si solus deus esset, adorari.*

340 *Danielis 3.* Respondentes Sidrach, Misach, & Abdenago, dixerũt regi Nabuchodonosor: non oportet nos de hac re respondere tibi. *n. 26. Tertullianus lib. adversus Gnosticos.* Qui spiritu Dei agebantur, ab ipso in martyria dirigebantur, etiam patiendo quæ, & prædicassent. Proinde, & trina fraternitas, quùm dedicatio imaginis regiæ vrbem urgeret officio, non ignoraverunt quid fides, quæ sola in illis captiva non fuerat, exigeret, moriendũ scilicet adversus idololatriam. Meminerant enim, & Hieremiæ scribentis ad eos, quibus illa captivitas imminebat: Et nunc videbitis deos Babyloniorum aureos, & argenteos, ligneos, portari super humeros, ostentantes nationibus timorem. Cavete igitur ne & vos consimiles sitis allophylis, & timore capiamini, dum aspicitis turbas adorãtes retrò eos, & ante; sed dicite in animo vestro; Te Domine adorare debemus. *cap. 8.*

Dan. 3. n. 26

Hie. 29 n. 9. Bar. 6. nn. 3.

341 *Et infra exponens eundem textum Danielis 3. n. 16. sic ait.* Itaque dixerũt à Deo concepta fiducia, quando vigore animi conditionales minas regis excutiunt: Nõ habemus necessitatem respondendi huic tuo imperio. Est enim Deus noster, quem colimus, potens eruere nos de fornace ignis, & ex manibus tuis; & tũc manifestum fiet tibi, quód neque idolo tuo famulabimur, nec imaginẽ tuã auream, quam statuisti adorabimus. O martyriũ, & sine passione perfectũ satis passi, satis exusti sũt, quos propterea Deus texit, ne potestatem eius mentiri viderentur. *eodem cap 8. Tyrãnus dubius erat de Dei potestate, dicens.* Quis est Deus, qui eripiet vos de manu mea? *n. 15. & 16. Tres antẽ pueri dubitabant solùm de Dei voluntate dicentes,* Quód si noluerit. *n. 18. Ergo Dominus ab incendio pueros liberavit, ut tyranno divinam manifestaret potentiã, pueris divinam ostenderet benevolentiam.*

Dan. 3. nn. 16.

n. 15. & 16.

342 *Danielis, 3.* Non oportet nos de hac re respõdere tibi. *n. 16. Tertullian. lib. de Idololatria.* Igitur quod attinet ad honores regum, vel imperatorũ, satis præscriptum habemus in omni obsequio esse nos oportere; secũdum Apostoli præceptum subditos magistratibus, & principalibus, & potestatibus. Sed intra limites disciplinæ, & quousque ab idololatria separamur. Propterea enim, & illud exẽplum trium fratrum præcucurrit, qui aliás obsequentes erga regẽ Nabuchodonosor, honorẽ imaginis eius constantissimé respuerint, probantes idololatriam, esse quicquid

Dan. 3. nn. 16.

ultra humani honoris modum ad instar divinæ sublimitatis extollitur. *cap.* 15.

343 *Danie. 3.nu. 15.& 18.* *Adorationem, non præsentem, sed futuram rex à pueris postulavit, dicens:* Quòd si non adoraveritis. *n.* 15. *Illi verò adorationem præsentem denegabant,* Statuam auream, quam erexisti, non adoramus. *n.* 18. *Quare non dicunt. Nō adorabimus? Fortassis, ne præsumptione nimia suam in fide pro tempore futuro firmitatem viderentur ostentare, sed modesta responsione, honorem adorationis soli Deo vero debitum, alienis dijs in præsentiarum, divino auxilio nixi, denegare.*

344 *Danie. 3.n.92* *Danielis* 3. Ecce ego video quatuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est, & species quarti similis filio Dei. *n.* 92. *Tertullianus lib. 4. adversus Marcionē citans illud Lucæ* 9. *Luce. 9 .nu.24* Qui enim voluerit animam suā salvam facere, perdet illā: nam qui perdiderit animam suam propter me salvam faciet illam. *n.* 24. *Et alludens ad illud Danielis* 3. *Dan.3. nu.22.* Viros illos, qui miserat Sidrach Misach, & Abdenago, interfecit flāma ignis. *n.* 22. *Et etiam ad illud Danielis* 3. *Dan. 3. n.47& 48.* Effundebatur flamma super fornacem cubitis quadraginta novem: & erupit, & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis. *n.* 47. & 48.

Sic ait Tertullianus. Certè Filius hominis hanc sententiam emisit. Perspice igitur & tu eum rege Babylonio, fornacem eius ardentem, & invenies illic tanquam Filium hominis (non dum enim verè erat, non dum scilicet natus ex homine) iam tunc istos exitus constituentem. Salvas facit animas trium fratrum, qui eas pro Deo perdere conspiraverant: Chaldæorum verò perdidit, quas illi per idololatriā salvas facere maluerant. *cap.* 21. Et species quarti similis Filio Dei. *Si quartum sibi apparentem, virum nominat, quomodo eum similem Filio Dei esse videt? Quia in ea tūc specie Dei filius comparebat, ut idem & Dei Filius, & Filius hominis videretur; iam enim tunc Christus Deus, & homo simul præsignificabatur futurus.*

345 *Dan. 3. nu.92.* *Danielis* 3. Et species quarti similis Filio Dei. *n.* 92. *Tertullianus lib. 4. adversus Marcionem.* Iesus scilicet creatoris; hic erat visus Babylonio regi in fornace cum martyribus suis quartus, tanquām Filius hominis. *cap.* 10. Et species quarti similis Filio Dei. *Cùm enim Dei Filius tres in fornace videret iuvenes pro fide, quasi tres disciplinæ divinæ milites decertantes, descēdit humano indutus habitu, ut eos aspectu sui pugnantes animaret in prælio, & in triūpho victores coronaret.*

346 *Dan. 3. nu. 93.* *Danielis* 3. Statimque egressi sunt Sidrach Misach, & Abdenago de medio ignis. *n.* 93. *Tertullianus lib. de Oratione carpens aliquas superstitiosas consuetudines sic ait.* Vt est quorundā, *1. Cor. 11.* positis penulis orationem facere: sic enim adeūt ad idola nationes. Quod utique si fieri oporteret Apostoli, qui de habitu orandi docent, comprehendissent, nisi si qui putant Paulum penulam suā in oratione penes Carpum reliquisse. *2. Tim. 4.* Deus scilicet nō audiat penulatos, qui tres sanctos in fornace Babylonij regis orantes cum Sarabaris, & tyaris suis exaudivit. *cap.* 12. *Ergo Deus non corporum palludamēta, sed animorum in orantibus inspectat tegumenta. Mentis habitu potest quis divinis oculis videri Christianus, licet corporis habitu appareat in sarabara, id est, Persica veste Persianus.*

347 *Dan. 3. nu. 94.* *Danielis* 3. Et congregati satrapæ, & magistratus, & iudices, & potentes regis, contemplabantur viros illos, quoniā nihil potestatis habuisset ignis in corporibus eorum, & capillus capitis eorum non esset adustus, & sarabara eorum non fuisset immutata, & odor ignis non transisset per eos. *n.* 94. *Tertullianus lib. de Resurrectione carnis.* Quod Babylonij ignes trium fratrum, nec tyaras, nec sarabaras, quamquam Iudæis alienas læserunt, ab omni vitio, ab omni da-

no, ab omni iniuria, & contumelia immunitatem carnis edifcunt, cui nam fidei teftimonium fignant, nifi qua credi oportet, hæc futuræ integritatis effe documenta? Figuræ enim noftræ fuerunt Apoftolo auctore, quæ fcripta funt, ut & Dominum potentiorem credamus omni corporum lege, & carnis magis utiq; confervatorem, cuius etiam veftimenta, etiam calceamenta protexit. *cap.* 58.

348 *Et quidem, ut divina potentia oftenderetur tyranno, fatis erat quòd tres pueros Babylonius ignis non cremaret: quarè ergo voluit Deus, ut illorum veftes Perficas, quibus induti in curia regia incedebant, etiam ab igne refervari? Arbitror, ut oftenderet, fe non in fervis fuis alienas barbararum nationum veftes reprobare, fed & fervos fuos talibus veftibus ad divinam gloriam, & humanam falutem indutos approbare.*

Ex Divo Zenone Ver.

349 **D**anielis 3. Sunt ergo viri Iudæi, quos conftituifti fuper opera regionis Babylonis, Sidrach, Mifach, & Abdenago: viri ifti contempferunt, rex, decretum tuum: deos tuos non colunt, & ftatuam auream, quam erexifti, non adorant. *n.* 12. *D. Zeno.* Tres Hebræi venerabiles, numeri Sacramento moniti, ætate teneri, fed fidei foliditate robufti, fupplicio fuffragante gloriofi, amore divinæ religionis regis adorare imaginem contempferunt, utpote qui ipfum contempferunt regem. *fermone* 7. *de tribus pueris. Decreti contemptus folus exprimitur: non regis defpectus proponitur: nec ftatuæ neglectus memoratur: quare? Pluris enim voluntarius rex, qui deus haberi volebat, decretum fuæ faciebat voluntatis, quàm honorem maieftatis*

Dan. 3. n. 12.

regiæ, & gloriam fuæ deitatis. Hoc delatores agnofcebant, & ideo folum decreti contemptum exprimere voluerunt, ut regem ad iracundiam provocarent.

Danielis 3. Ecce enim Deus nofter, quem colimus, poteft eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, ó rex, liberare. *n.* 17. *D. Zeno.* Tres pueri in illo facro certamine præ oculis Deum fibi propofuere, non flammas: præmium futurum, non pænam. Sicque inter tetros vndantis incendij globos, triumphantes barbarum regem, minas omnes, ipfum quoque fupplicium; docuerunt ignes fanctis hominibus non effe fortiores. *ferm.* 1. *de tribus pueris. Fornax accenfa fpectaculum pueris effet horrendum, fi illorum oculos à crudeli incendio immenfa Dei non retraheret pulchritudo, quam oftendebant dicentes* Ecce Deus nofter: *hanc ergo fibi tres pueri ante oculos proponebant, & ideo minaces flammarum globos minimè formidabant.* 350

Dan. 3. n. 17.

Danielis 3. Tunc Nabuchodonofor repletus eft furore: & afpectus faciei illius immutatus eft fuper Sidrach, Mifach, & Abdenago, & præcepit, ut fuccenderetur fornax feptuplum quàm fuccendi cõfueverat. *n.* 19. *D. Zeno.* Trium puerorũ martyrium, qui credit interritus, poteft etiam ipfe adipifci martyriũ: tanta enim vis certaminis fuit; ut eam ipfe quoque ignis horruerit: nam à barbaro rege nimia crudelitate tribus pueris confulente fornacis ultra quàm folet, feptenario pabulo ignis armatus eft. *fermone* 2. *Erat tyrannus magis repletus furore, quàm fornax calore. Iuffit, ut feptenò pabulo ignis profanus contra tres Sanctos martyres armaretur. Adfuit tamen pro fuis martyribus ignis divinus feptenis armatus donis, ut contra profanum ignẽ decertaret, feptenoque ardore glomeratos ignis globos penitus debellaret.* 351

Dan. 3. nu. 19.

Danielis 3. Tunc Nabuchodonofor repletus eft furore &c. *num.* 19. 352

Dan. 3. nn. 19. & 46. *& infra.* Et non cessabant, qui miserant eos ministri regis succendere fornacem, naphtha, & stuppa, & pice, & malleolis. *n.* 46. *D. Zeno.* Ira sufflatus solito septies ampliús caminũ iussit incendi: ác ne quid immanitati sævientis deesse videretur, pice, & stuppa armatum citatur incendium: æstuantibus globis rubescit quoque ipsum alienis ignibus cælũ. Illo Præcipitantur insontes: ibidemque propter quem præcipitantur, inveniunt. *sermone* 7. Repletus est furore. *Credo equidem, septenarium spirituum infernorum numerum tyrannus in suum invocavit favorem, à quibus septuplum accepisse videtur furorem. Et hinc est quód septies solitò amplius iusserit accendi fornacis ardorem: sed nec sic vincere valuit divinum septiformis spiritus in cordibus iuvenum accensum amorem.*

353 *Danielis* 3. Et viris fortissimis de exercitu suo iussit, ut ligatis pedibus Sidrach, Misach & Abdenago, mitterent eos in fornacem ignis ardentis. *n.* 20. *& infra.* Viri autem hi tres, id est, Sidrach, Misach, & Abdenago, ceciderunt in medio camino ignis ardentis, colligati. *n.* 23. *D. Zeno.* Hebræi verè tres pueri senum constantia maiores, iuvenum virtute fortiores, sibi pares Trinitatis Sacramento præmoniti; unitatis una fide solidi, æqualitate pares, passionis victoria gloriosi. Hos barbarus rex, quód eius statuam adorare contempserint, incendi præcepit. Qui ubi iactati sunt in fornacem ignis ardentis, hos devotè cupidus ignis excepit, lambunt rosidos flammæ blandientes. *serm.* 5. Viri autem hi tres. *Tres numero impares; sed numero, quo Deus impare gaudet: dum eos solos vidit Deus, numerum aspicit inæqualem: dum autem eos tribus divinis Personis annumerat, senarium numerum facit æqualem.*

Dan. 3. nn. 20. & 23.

354 *Danielis* 3. Et effundebatur flamma super fornacem cubitis quadraginta novem: & erupit & incendit quos reperit iuxta fornacem de chaldæis. Angelus autem Domini descendit cum Azaria, & socijs eius in fornacem, & excussit flammam ignis de fornace. *n.* 47. 48. 49. *D. Zeno.* O admirabile incendium! O veré spectaculum Deo dignum! Qui audeunt, timent: qui incenderant, ardent: qui incensi sunt, sanctificati, & incolumes de camino procedunt. *serm.* 2. *O spectaculum triplũ, flammarum luce medijs idololatriæ tenebris á divinis, & angelicis, & humanis oculis inspiciendum; è terra Rex, ab aere Angelus, ex cælo Deus quisque suis oculis, quemlibet ex tribus pueris inspectabat; homo Rex homines esse videbat,* Video viros: *angelus ad Angelos descendebat,* Cum socijs eius: *Deus deos Deo deorũ divinas laudes canentes audiebat,* Benedicebant Deum in fornace.

Dan. 3. n. 47. 48. 49.

Danielis 3. Et erupit, & incendit &c. *ut proximè supra.* Et fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem &c. *à n.* 48. *D. Zeno.* Illorum, fratres dilectissimi, ac delectabile certamen Deo historia sacra prodidit nobis ignis, ac fidei: etenim duo discordantia devotione Dominica in unam concordiam convenere: namque tribus in pueris fides puniri non timuit: immissis camino ignis exæstuans detulit, ut eos unius virtutis esse persensit. Denique ardet incendium incendentibus, non incensis. *serm.* 4. *In fornacem quasi in amphitheatrum lumen perfidiæ, & fidei lumen, ut decertarent, descenderant; illud rigoris cingitur flammis; hoc rogis amoris. Dubium videbatur certamen. Donec amor cælestem in suum auxilium convocans, rorem; perfidiæ è fornace lumen expulsit, flammeumque evicit rigorem.* 355

Dan. 3. à n 48.

Danielis 3. Et erupit, & incendit quos reperit iuxta fornacem de chaldæis. *n.* 48. *& infra.* Tunc hi tres quasi ex uno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deũ in fornace. *n.* 51. *D. Zeno.* Mira res, 356

Dan. 3. nn. 48. & 51.

opacitas

opacitis intus, incendium foris est: intus hymnus canitur: foris vlulatus auditur. O magna potentia Dei: Incensores incendio concremati sunt: & qui incensi sunt, incendio suo superstites, triumphantes de camino procedunt. *serm.* 5. *& alibi sic ait.* Mors refugiens mutat officium: incensores cremantur: incensis hymnum canentibus flamma blanditur. *serm.* 8. *& alibi.* Tres pueri, quo ardere putabantur incendio de suis incensoribus vindicati. *serm. pro fidei veritate.* Tunc hi tres &c. *Sidrach laudabat Patrem: Misach glorificabat Filium: Abdenago Spiritum Sanctum benedicebat, & sit ore uno hymnum triplum laudationis, glorificationis, & benedictionis Trinitati Sanctissimæ modulabantur.*

357 Dan. 3. nu. 49. *Danielis* 3. Angelus autem Domini descendit cum Azaria,& socijs eius in fornacem: & excussit flammam ignis de fornace. *nu.* 49. *D. Zeno.* Credo divina providentia Sacramento Trinitatis spiritalem quoque numerum convenire. Denique nec irrorati camini eis baptismatis defuit gratia. *serm.* 2. *de tribus pueris. Et alibi.* O admirabilis ratio! O inæstimabilis gloria Dei! Sacramento Trinitatis tam potentis elementi subacta natura est. Qui putabantur incendio extingui, emicant beatiores incensi. *serm.* 4. *de tribus pueris. Angelus hic Angelum testamenti portendebat, qui tres pueros in fornace flammarum, quasi in undarum piscina & in fonte roris, in virtute trium Personarum Trinitatis, dum flammas movebat, & pueros rorabat, quodammodo aqua baptizabat.*

358 Dan. 3. n. 49. *Danielis* 3. Angelus autem Domini descendit cum Azaria &c. *proximè supra. n.* 49. *D. Zeno.* Qui nunc in se credentes baptizat Spiritu Sancto, & igne: ipse tunc quoque numero suæ adfuit Trinitatis. Denique rem Sacramento gestam esse cognosce. In caminum missi, ut submersi sunt flammis, statim invisibili rore incendia temperantur. *serm.* 8.

Et alibi sic eloquitur idem D. Zeno. 359 Dan. 3. n. 49.
Fides in tribus pueris ignes amænos effecit. *serm. de spe fide, & charitate.* Fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem. *n.* 49. *Ventus qui in medio fornacis spirabat Spiritum divinum ostendebat, qui secum trahebat rorem, ut qui igne pro fide ardentes baptismum flaminis flammis accipiebant, atque Spiritu Sancto baptizabantur, flammifero amore, baptizarentur etiam flabellifero rore.*

Danielis 3. Et fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem, & non tetigit eos omnino ignis, neque contristavit, nec quicquam molestiæ intulit. Tunc hi tres quasi uno ore laudabant, & glorificabant & benedicebant Deum in fornace. *n.* 50. 51. *D. Zeno.* Cùm audio tres pueros incensos, prius vehementer horresco, mox deinde eorum particeps optaverim fieri, cum cognosco inter flammas roseulentos hymnum Deo cecinisse securos: tanta est enim fidei virtus tantaque potestas, ut cultoribus suis etiam ipsa elementa contra suam naturam famulari compellat. *serm.* 3. Quasi uno ore. *Quid mirum si uno Deum confitebantur ad salutem ore, qui uno ad iustitiam credebant corde? Non est metuenda horum pœna sed potiùs eorum est invidenda gloria.* 360 Dan. 3. nu. 50. 51.

Danielis 3. Tunc hi tres quasi uno ore &c. *n.* 51. *D. Zeno.* Exulta christiane, & Deum fortiter time, diaboli si vis incendia non timere. Ecce pueri Sacramento moniti tres numero, sed una virtute anhelantibus flammis, camino fugiente non læduntur, incensi hymnum canunt: barbarum regem fidei tenacitate confundunt. Vindicantur incensoribus suis, Deum vident. Mors transit in vitam; metus in gloriam. Sic, quis non optet ardere? *sermone* 6. *de tribus pueris. Deum, quem sibi in fornace adesse videbant, laudabant, & glorifica-* 361 Dan. 3. nu. 51.
bant,

bant, & benedicebant. O pulcherrima, & multiplex transformatio. Dum in fornace Dei Filius in forma filij hominis videbatur, tres pueri, tres fieri vident commutationes. Adspiciunt namque calorem in rorem, planctum in cantum, pœnam in gloriam transmutari.

362 *Danielis* 3. Tunc Nabuchodonosor rex obstupuit, & surrexit properè, & ait optimatibus suis: Non ne tres viros misimus in medium ignis compeditos? Qui respondentes regi dixerunt: Verè rex: Respondit & ait. Ecce ego video quatuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est, & species quarti similis Filio Dei. *n.* 92. *D. Zeno.* Illuc præcipitantur in fontes: ibidemque, propter quem præcipitantur, inveniunt. Denique excipiuntur non flamma, sed rore, Dei dignitate, non pœna. O felix supplicium, quod incolumitate superante immortalitas prosequitur, & corona. *serm.* 7. *de tribus pueris.*

Dan. 3. *nu.* 92.

363 Ecce ego video quatuor &c. *n.* 92. *Bene vides ò tyranne, tres tantùm tu misisti, quartum, quem aspicis non à te emissus, sed missus à Patre, primus est ingressus incendium, ut dum illum servi ingredientem viderent, incendium ingredi non timerent. Hic, ut suos illæsos in flammis servaret socios, caminum primus ingreditur. Illius enim Pater suorum excitatus amore, magis quam tu tibi adversantium concitatus furore, eum priùs, quàm tu mitteres eius in fornacem servos, mittere festinavit.*

Dan. 3. *nu.* 92.

Ex Divo Cyrillo Hierosl.

364 D*Anielis* 3. Peccavimus enim, & iniquè egimus recedentes à te, & deliquimus in omnibus. *n.* 29. *Ita Sidrach Misach, & Abdenago in oratione Deum alloquebantur, dum in fornace Babylonica detinerentur. D. Cyrillus Hierosl. considerans tres hos pueros ab incendio liberatos, sic ait.* Poterit confessio etiam ignem extinguere. Quod si non credis: recogita quid acciderit ijs, qui erant cum Azaria, quales effuderunt fontes? Quot vasa aquæ, quadraginta novem ulnarum flammam extinguere potuerũt? Sed ubi modium accendit flamma, illic fluviolum effudit fides, & isti dixerunt pro remedio malorum. Peccavimus, iniquè egimus. Et pænitentia dissolvit flammas.

Dan. 3. *nu.* 29.

Et infra. Si non credis quòd ignem Gehennæ potest extinguere pænitentia; ex his quæ Azariæ contigerunt, disce. Sed dixerit aliquis: Illos Deus liberavit tanquám iustos: nam quód idololatriam committere noluerunt vim hanc illis tribuit. Sit ita planè. *Catechesi* 2. *de pænit. Tres ergo pueri, tres pænitentiæ partes optimè referebant; scilicet contritionem, confessionem, & satisfactionem: ac proindè à Deo veniam assequebantur. Quis pænitentiam non amabit? Vt hæc eum à Gehennæ incendio liberet, ut tres pueros à fornace Babylonia liberavit.* 365

Ex Divo Ambrosio.

D*Anielis* 3. Quod si noluerit, notum sit tibi, rex, quia deos tuos non colimus, & statuam auream, quam erexisti, non adoramus. *n.* 18. *D. Ambros. ad illud Christi Domini apud Matth.* 22. Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. *n.* 21. *Sic ait.* Reddite, idest, vos quæ sunt Cæsaris, apud quos figura, & imago invenitur Cæsaris. Illi ergo Hebræi pueri Ananias, Azarias, Misael, qui non adoraverunt imaginem regis, qui non receperunt eam, qui nihil de mensa regis accipiebant, non tenebantur ad solutionem tributi. *in Exod. Iusto.* 366

Dan. 3. *nu.* 18.

Mat. 22. *nu.* 21.

Non

Non enim regis terreni imaginem poterant venerari, qui non illam insculptam in se ipsis ferebant, sed imaginem regis supremi vivis depictam virtutum coloribus in se ipsis portabant.

367 *Danielis* 3. Angelus autem Domini descendit cum Azaria, & socijs eius in fornacem: & excussit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem, & non tetigit eos omnino ignis, neque contristavit, nec quidquam molestiæ intulit. Tunc hi tres quasi ex uno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deum in fornace. *nu.* 49. 50. 51. *D. Ambros. considerans Dei Filium in specie hominis in fornace cum tribus pueris apparentem. lib.* 1. *de fide. sic ait.* Ita nec dignitas naturalis maiestatis amittitur, & assumptæ carnis veritas comprobatur. Hæc est fides nostra: Sic se Deus cognosci voluit ab hominibus, sic tres pueri crediderunt, nec incendia circumiecta senserunt, cúm infidos noxius ignis exureret, & fideles innoxia flamma roraret; quibus aliorum incendia refrigerabant, quia merito fidei perdiderat suam pœnæ naturam. Aderat enim in specie Angeli, qui monebat, ut in numero Trinitatis, unius esset laudatio potestatis. Benedicebatur Deus, videbatur in Angelo Dei Filius, sancta, & spiritualis in pueris gratia loquebatur. *cap.* 2. *In medio trium puerorum iam tunc Dei Filius in forma puerili comparebat & affectus humanos, habitu indutus humano ediscebat: ingressurus postea in vera infantis figura fornacem ardentiorem in qua fomenta non deessent palearum. quibus tamen non incenderetur ignis rigoris, sed amoris.*

Dan. 3. 49. 50. 51.

368 *Danielis* 3. Et fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem *n.* 50. *D. Ambros. lib.* 3. *de Virginibus alludens ad illud Cant.* 1. Oleum effusum nomen tuum. *n.* 2. *sic ait.* Semper unguentum hoc erat, sed erat apud Patrem. Eructavit cor patris verbum bonum, fragravit Filius, Spiritus Sanctus exhalavit, atque per omnium corda diffudit. *Et infra.* Hoc vnguento uncti sunt tres pueri & humorem ijs flamma roravit. *post medium lib. Tres ergo pueros quasi fidei athletas divini nominis oleo ad luctam cum flāmis Deus voluit præparare. Sciebat enim hoc unctos oleo non posse eos ab ardentibus flammis incendi: hoc enim oleo non accenditur caminus ardoris, sed rogus amoris.*

Dan. 3. *nu.* 50.

Cant. 1. *nu.* 2.

Ex Divo Gregor. Nysseno.

369 DAnielis 3. Benedicite frigus, & æstus Domino: laudate, & superexaltate eum in sæcula. *n.* 67. *D. Greg. Nys.* Tres illi pueri ad communem laudum decantationem uná assumunt frigus, & æstum; frigus per congelationem, æstum per combustionem: deinde transeunt per ignem, & aquam. *orat.* 2. *de* 40. *Martyribus. Merito inter alias creaturas ad divina præconia emodulanda hi tres musicæ magistri frigus, & æstum invitabant, in laudem enim illius modulabantur, qui frigore roris æstum flammarum eis concinnantibus temperabat.*

Dan. 3. *nu.* 67.

Ex Divo Hieronymo.

370 DAnielis 1. Et imposuit eis præpositus eunuchorum nomina, Danieli Balthasar: Ananiæ Sidrach: Misaeli Misach, & Azariæ Abdenago. *n.* 7. *D. Hier.* Nolens eos in terra captivitatis nomina habere Iudæorum. *lib.* 1. *in Dan. Pulchra visitur in Abdenago nominis commutatio. Qui ante Azarias, hoc est auxilium Dei nominabatur, nunc Abdenago, idest servus claritatis dicitur, ne positus in palatio*

Dan. 1. *nu.* 7.

palatio Babylonis, hoc est confusionis servus licet, & captivus suæ scientiæ claritatem, vel suæ nobilitatis claritudinem amisisse videretur.

371 Dan. 1. n. 17. *Danielis* 1. Pueris autem his dedit Deus scientiam, & disciplinam in omni libro, & sapientia. *n.* 17. *D. Hier.* Nota quòd Deus dederit sanctis pueris scientiam, & disciplinam sæcularium literarum in omni libro, & sapientia. Pro quo Symmachus interpretatus est artem grammaticam: ut cuncta quæ legebant intelligerent, & spiritu Dei de Chaldæorum scientia iudicarent. *ad hunc locũ.* Scientiam, & disciplinam. *Hoc est dedit Deus eis gratiam, ut tanquam magistri alios edocerent, & tanquam discipuli ab alijs discere non renuerent: Babylonios autem libros ideo evolvebant, ut Babylonicos errores faciliùs possent refutare, illorumque professoribus convictis veritatem divinæ fidei prædicarent.*

372 Dan. 2. nu. 17. *Danielis* 2. Et ingressus est domum suam, Ananiæque & Misaeli, & Azariæ socijs suis, indicavit negotium. *n.* 17. *D. Hier.* Ideo Ananiam, & Misaelem, & Azariam iungit ad preces, ne solus de suo merito videatur præsumere: ut quorum erat commune discrimen, communis esset & oratio. *ibidem. Ostendit Daniel quantùm apud Deum valeret triũ puerorum deprecatio eos intercessores apud Deum pro se constituere festinavit, existimans nihil eis unanimi consensu postulantibus á Deo posse negari.*

373 Dan. 2. n. 49. *Danielis* 2. Daniel autem postulavit à rege, & constituit super opera provinciæ Babylonis Sidrach, Misach, & Abdenago. *n.* 49. *D. Hier.* Non obliviscitur eorum cum quibus Dominum deprecatus est, & qui secum periclitati fuerant: itaque facit eos iudices provinciarum. *ibi. Non ipsi pro se ipsis postulabant, sed postulante Daniele accipiebant Babylonis honores: sic Daniel quod ab eis acceperat, modo, quo potuit gratus compensavit, maiora tamen accepit, quàm donaret: humanos enim solùm præbuit tribus adolescentibus à rege obtentos honores, qui per eos á Deo acceperat divinos favores.*

Danielis 3. Sunt ergo viri Iudæi, 374 quos constituisti super opera regionis Babyloniæ Sidrach, Misach, & Dan. 3. n. 12. Abdenago: viri isti contempserunt rex decretum tuum: deos tuos non colunt, & statuam auream, quam erexisti, non adorant, *n.* 12. *D. Hier.* Quos prætulisti nobis & captivos, vel servos principes esse fecisti: hi elati in superbiam, tua præcepta contemnunt. *& ibidem supra.* Quos præpositos in Babylone regis operibus invidebant, & offendebantur peregrino cultu, & aversione idolorum nacti occasionem criminantur ad regem. *in commen.*

Sunt ergo &c. *n.* 12. *Quænam* 375 *hæc illatio est? Non illatio, sed minor esse* Dan. 3. *hæc propositio iuxta regulas debebat, sic* nu. 12. *enim argumentari deberent. Omnis homo, qui contemnens regis decretum, statuam illius non adorat mittendus est in fornacẽ ignis ardentis; sed hi tres contemnentes regis decretum, ipsius statuam non adorãt: ergo mittendi sunt in fornacem ignis ardentis. Sic concludere opus erat. Illi tamen non servata hac forma post primam illam præmissam, ponunt pro illatione secundam. Immo, nec inferunt quod intendebant, scilicet puerorum combustionẽ. Sed nihil mirum. Turbati animis argumẽtari nesciebant.*

Danielis 3. Verè ne Sidrach, 376 Misach, & Abdenago, deos meos Dan. 3. non colitis, & statuam auream, quã nu. 14. constitui, non adoratis? *n.* 14. *&* & 15. *infra.* Nunc ergo si estis parati, quacunque hora audieritis sonitum tubæ &c. Prosternite vos, & adorate statuam, quam feci: quòd si non adoraveritis, eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis; & quis est Deus, qui eripiat vos de manu mea? *n.* 15. *D. Hier.* Quamquàm in furore adduci præceperit pueros, tamen dat spatium pœnitudinis: ut si ceciderint, & adoraverint, prior culpa

culpa veniam consequatur: sin autem adorare contempserint, præsens pœna sit fornacis ardentis. *ita ibi. In hoc certè laudabilis tyrannus, quòd non inauditos damnavit pueros, sed adduci iussit, veritatem inquirit: quasi dubius rogat:* Verê ne &c. *Ne sinistram de illis opinionem se habere manifestaret, sed ostenderet se nullam de eisdem culpam crediturum, quam negarent.*

377 Dan. 3. nu. 16. *Danielis* 3. Respondentes Sidrach, Misach, & Abdenago dixerunt regi Nabuchodonosor: Non oportet nos de hac re respondere tibi. *n.* 16. *D. Hier.* In Hebræo non habet (regem,) sicut in septuaginta Nabuchodonosor, rex, non oportet nos &c. Ne adulari viderentur impio, aut regem vocare eum, qui ad iniqua compelleret. Quòd si quis contentiosus regem quoque legerit; dicemus eos non procaciter regem ad effusionem sui sanguinis prouocare, sed ita reddere regi honorē debitū, ut Dei cultus non lædatur. Quòd autem ait, Non oportet nos de hac re respondere tibi: Ille sensus est: Non debes audire verba, quorum iam rebus ipsis probabis fortitudinē, atque constantiam. *ita ad hunc locum.*

378 Ps. 145 Dan. 3. n. 17. 18. *Et in Psalmum* 145. *Alludens etiam ad ea, quæ sequuntur in eodem cap. 3. Danielis.* Ecce enim Deus noster potest eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, ò rex, liberare. Quod si noluerit, notum sit tibi rex, quia deos tuos non colimus, & statuam auream, quam erexisti, non adoramus. *n.* 17. 18. *Sic ait idem D. Hier.* Videamus tres pueri quid dicant de fornace Babylonica, quando vocat eos Nabuchodonosor rex; Non necesse est, nos de hoc verbo respōdere tibi. Potest quidē nos Deus liberare de fornace ardenti. Sed si non liberaverit, scito, rex, quia imaginem, quam constituisti, non adoramus.

379 *Deinde sic progreditur.* Videte fidē: Credimus, inquiunt, quód liberare potest. Sed si fortè peccata nostra prohibuerint: tamen credimus, & in eum, qui non vult modò liberare. Non enim credimus in hac vita, sed in futura. Nō propterea credimus in illū, ne hîc ardeamus: sed ne per istā incēdia ad alia transeamus. Incende igitur, præpara caminum: iste ardor, ista combustio nostra purgatio est. *ad v.* 8. Non oportet nos. *Et rationē reddentes, addunt:* Ecce enim Deus, quē colimus &c. *n.* 17. *Ac si dicerent, Deū habemus Verbū, cuius verba opera sūt, ipse nobis tacētibus respōdebit; quibus tibi secūdùm tuū placitū respōdentibus, tacebit.* Dan. 3. nu. 17. 18.

Danielis 3. Ecce enim Deus noster, quē colimus, potest eripere nos de camino ignis ardētis, & de manibus tuis, ò rex, liberare. *n.* 17. D. *Hier.* Vnde se putaverat terrere pueros, inde cernit in eis materiā fortitudinis. Nec in longū differūt, sed præsens sibi pollicentur auxiliū, dicentes; Ecce enim &c. Ecce enim Deus. *Quisq; puerorū quasi digito Deū sibi auxiliatorē monstrabat, quo præsente incendiū minimé metuebat. Nemo adolescentiā formidabit libidinis ardorē, si sentiat præsentem sibi adesse Numinis favorem.* 380 Dan. 3. nu. 17.

Danielis 3. Quòd si noluerit, notū sit tibi rex, quia deos tuos non colimus, & statuam auream, quam erexisti, non adoramus. *n.* 18. D. *Hie.* Quòd si noluerit; Pulchré ad id, quod dixerat; potest eripere nos: nō intulit contrarium; si non potuerit, sed si noluerit: ut non impossibilitatis Dei, sed volūtatis sit, si perierint. *ad hunc locum* Danielis. Quod si noluerit. *Voluit ergo Deus eos liberare, quasi agrè ferēs quòd hi tres pueri minimé dubitantes de divina contra hostes, suos omnipotentia: ambigerent de Divina erga se ipsos Dei benevolentia.* 381 Dan. 3. nu. 18.

Danielis 3. Præcepit, ut succēderetur fornax septuplum, quàm succendi consueverat. *n.* 19. D. *Hiero.* Quasi non possit simplex, & solitus ignis trium puerorū cōsumere corpora: sed furor, & ira, quæ insaniæ proxima 382 Dan. 3. n. 19.

xima est, modum tenere non potest. Et vult eos multiplicis pœnæ comminatione terrere, quos paratos videbat ad mortem. *ad hunc locum.*

383 *Et alibi, intelligendo in rege Nabuchodonosor dæmonem Sic ait.* Adversum iuvenes, & puellas ætatis ardore hostis noster abutitur. Sunt ignita diaboli iacula, quæ simul & vulnerant, & inflammant, & á rege Babylonico tribus pueris præparantur, qui succendit fornacem quadraginta novem cubitorum, habens & ipse septem hebdomadas ad perditionem, quas Dominus observari iusserat ad salutem. Sed quomodó ibi quartus speciem habens quasi filij hominis immensos mitigavit ardores, & inter camini æstuantis incendium, docuit flammas calorem amittere, & aliud oculis comminari, aliud præbere tactui: sic & in animo virginali, rore cælesti, & ieiuniorũ frigore calor puellaris extinguitur, & in humano corpore, Angelorum impetratur conversatio. *Epist. 8. ad Demetriadem Qui fornacem septuplum solito succendi imperabat se ipsum furoris igne septuplum accensum supra quod cõsueverat, ostendebat. Irarum incendio ita exardens, ut fornax ipse esse videretur.*

384 *Dan. 3. nu. 23. & 25.* *Danielis 3.* Viri autem hi tres Sidrach, Misach, & Abdenago ceciderunt in medio camino ignis ardentis colligati. Stans autẽ Azarias oravit sic, aperiensq; os suum in medio ignis, ait &c. *n. 23. & 25. D. Hier.* Grande miraculum, ligati mittuntur in fornacem, & cadunt in medio ignis præcipites: ardent vincula, quibus ligati sunt, & vinctorum corpora timens flamma non tangit. *ad hunc locum.* Stans autem Azarias. *Hic noster Abdenago est qui in hoc loco iure suo antiquo vocabulo nominatur, Azarias, quod auxilium Dei interpretatur Stabat ergo in medio camino, & suo stantis habitu divinam quandam statuam indicabat, divini erga se, & socios auxilij monumentum, seu statuam triumphalem, in qua divinus erga pueros Dei amor de odio Nabuchodonosoris adversùs eos, Azariæ vestimenta, quasi triumphalia spolia suspendebat.*

Danielis 3. Peccavimus enim, & iniquè egimus recedẽtes à te; & deliquimus in omnibus: & præcepta tua non audivimus, neq; observavimus, nec fecimus sicut præceperas nobis, ut bene nobis esset. *n. 29. & 30. D. Hier.* Certè tres pueri non peccaverũt, nec eius ætatis erant, quãdo ducti sunt in Babylonẽ, ut propter sua vitia punirẽtur: ergo hi ex persona populi loquuntur. *ad hunc locũ. Innocentes pueros in omnibus deliquisse populi nomine Abdenago fatebatur. cùm enim esset humilis invenit modum, quo sibi peccata populi imponens, se quasi peccatorem maximum incusaret, ne peccatis populi suam attribuens pœnam se, si non à pœna, à culpa saltem ut innocens excusaret.* 385 *Dan. 3. nu. 29. & 30.*

Danielis 3. Angelus autem Domini descendit cũ Azaria, & socijs eius in fornacem: & excussit flammã ignis de fornace. *n. 49. D. Hier.* Oppressa perturbationibus anima, & varijs molestijs occupata, cùm hominũ desperaverit auxiliũ, & tota ad Deum fuerit mente conversa, descendit ad eam Angelus Domini, scilicet sermo divinus, & excutit flammæ æstuãtis ardores: ut nequaquam ignita iacula inimici cordis nostri arcana penetrent, nec illius fornace claudamur. *in hoc loco Cum Azaria specialiter dicitur Angelus descendisse. Qui enim specialiter per humilem confessionem descẽderat, Angelum ad descensum invitaverat; suoq; exemplo, ut descenderet, excitabat. Descendit ergo Angelus quasi invidus de humilitate Azariæ, quem si non mentali, saltem locali descensu imitabatur.* 386 *Dan. 3. n. 49.*

Danielis 3. Benedicite Anania, Azaria, Misael Domino: laudate, & superexaltate eũ in sæcula. Quia eruit nos de inferno, & salvos fecit nos de manu mortis, & liberavit nos de medio ardẽtis flammæ & de medio ignis eruit nos. *n. 88. D. Hie.* Generali laudatione præmissa, quód omnis creatura debeat 387 *Dan. 3. n. 88.*

debeat laudare dominũ: ad extremũ Ananiam, Azariã, Misaelẽ cohortantur: qui ad laudem Domini præsenti beneficio provocantur. Omnis autẽ creatura non voce, sed opere laudat Dominum: quia ex creaturis consequenter creator intelligitur, & in singulis operibus atque effectibus Dei magnificentia demonstratur. *ad hunc locum. Post universas creaturas se ipsos isti tres pueri ad divina concinenda praconia convocabant, cúmque nullam alijs creaturis ad canendum proponerent rationem, sibi ipsis multipliciẽ assignabant, ut se ipsos ad divinas laudes decantandas super omnes creaturas obligatos esse demonstrarent.*

389 Danielis 3. Ecce ego video quatuor viros solutos, & ambulantes in
Dan. 3. n. 92. medio ignis, & nihil corruptionis in eis est, & species quarti similis Filio Dei. *n.* 92. *D. Hier.* In typo præfigurat iste Angelus, sive Filius Dei, Dominum nostrum Iesum Christũ, qui ad fornacem descendit inferni: in quo clausæ, & peccatorum & iustorum animæ tenebantur, ut absque exustione & noxa sui, eos qui tenebantur inclusi, mortis vinculis liberaret. *ad hunc num. Tres miserat tyrannus ligatos, quattuor solutos videbat; neque enim decẽs erat, ut quos filij Dei socios affirmabat, ligatos vinculis inspectaret.*

390 Danielis 3. Tunc accessit Nabuchodonosor ad ostium fornacis
Dan. 3. ignis ardentis, & ait: Sidrach, Misach,
n. 93. & Abdenago, servi Dei excelsi egredimini, & venite. Statimq; egressi sunt Sidrach, Misach, & Abdenago de medio ignis. *n.* 93. *D. Hier.* Pavore perterritus non per nuncios quærit à pueris, sed ipse eos ex nomine vocat, servos Dei excelsi appellans, & petẽs, ut ad se egrediatur, quos vinctos in fornacẽ miserat. *ad hunc locum. Per servos ingredi iusserat: per se ipsum egredi precipit: ac si opus proprium regis non punire, sed liberare à supplicio rex, etiam barbarus, iudicaret.*

391 Danielis 3. Et erumpens Nabuchodonosor ait: Benedictus Deus eorum, Sidrach videlicet, qui misit Angelũ suum, & eruit servos suos, qui crediderunt in eum: & verbũ regis immutaverunt, & tradiderunt corpora sua, ne servirent, & ne adorarẽt omnẽ deum excepto Deo suo. *n.* 95. *D. Hier.* Ergo Nabuchodonosor Dei confessionem recipit, & damnatis idolis laudat tres pueros qui noluerant servire, & adorare omnẽ deũ, excepto Deo suo. *ad hunc locum.* Benedictus Deus eorum. *Horum tantùm trium Dominum Deum nuncupabat: ac si intelligeret hos tres pueros ita à Deo diligi, ut reliquis omnibus creaturis eos adaquaret; ideoque gauderet, cùm esset universitatis Deus, Deus illorum trium nominari.* Dan. n. 95

Ex Divo Chrysostomo.

Danielis 3. Nabuchodonosor rex fecit statuã aureã, altitudine cubitorum sexaginta, latitudine cubitorũ sex, & statuit eam in campo Dura provinciæ Babylonis. *n.* 1. *D. Chrysost.* Vide vbi stadiũ hoc statuerat: non in vrbe, nec in vllo agro, sed plani, & nudi cãpi hoc orbis theatrũ suscipiunt: in cãpò enim de auro extra civitatem effigiem erexit, & præco pertransiens clamabat: Vobis dicitur gentes, tribus, linguæ, quacunque hora audieritis vocem tubæ, fistulæ, & citharæ, sambucæq; & psalterij, & symphoniæ omnis generis musicorum, cadentes adorate statuam auream (verè enim cadere erat simulachrum adorare) & quicũque non cadens adoraverit, in eadẽ hora proijcietur in caminum ignis ardentem. *ad populum hom.* 4. In campo. *Nescit enim superbus rex dementiam suã inter parietes alicuius tẽpli, vel inter vrbis etiam magnæ muros occultare, sed quasi pro templo totum vrbem sibi sumeret, sacratũ sibi simulachrũ in cãpo plano, ut ab omnibus circũquaq; adoraretur, collocavit.* 392 Dan. 3. nu. 1.

Danie. 3. Itaq; Nabuchodonosor rex misit ad cõgregãdos satrapas, magistratus, 393 Dan. 3. nu. 2.

tratus, judices. duces, & tyrannos, & præfectos, omnesque principes regionum, ut convenirent ad dedicationem statuæ, quam erexerat Nabuchodonosor rex, *n. 9. D. Chrysostomus*. Considera victoriæ coronam per contraria textam, & factos trophæi testes ipsos inimicos. Misit enim inquit, Nabuchodonosor rex ad congregandos &c. Et congregati sunt omnes. Inimicus spectatores cogit, & ipse spectaculum convocat: & theatrum non vulgarium hominum, non privatorum, sed omnium honoratorum, & omnium magistratuum, ut & testimonium apud multos fide dignum fiat. Venerant ad aliud vocati spectaculum, & alia conspicati, omnes abierunt. Venerunt statuam adoraturi; & statuam quidem, deseruerunt: abierunt verò Dei potentiam admirati per signa in pueris exhibita. *homil. 4 ad populum Antiochenum.*

394 *Statuam sibi rex terrenus in meditullio amplissimæ telluris posuit, & ne aliquis ante illam posset stare, iussit ut quisque cadens pronus in terram, illam adoraret. Rex verò supremus statuam sibi in medio succensæ fornacis collocavit, ut omnes exemplo illius stantis, minimeque se ad alterius statuæ venerationem inclinantis, ad contemptum statuæ à superbo rege erectæ excitaret. Sed quænam est hæc Dei statua? Abdenago, appareat antiquo suo vocabulo nominatus*, Stans autem Azarias: *n. 25. Statua illa post breve casura tempus, perfidiæ erat argumentum: hæc autem Dei statua in æternum permansura, fidei extitit monimentum.*

Dan. 3. n. 25.

395 *Danielis* 3. Vobis dicitur populis tribubus, & linguis: In hora, qua audieritis sonitum tubæ &c. cadêtes adorate statuam auream. *n. 4. & 5. D. Chrysost.* Vidisti quàm difficilia certamina parata sunt, & quot insidiarum necessitates, & quàm profunda vorago, & præcipitium vtrinque? Sed ne timueris. Quantò magis machinamenta inimicus auxerit, tantò magis puerorum fortitudinem demonstrat. Propterea enim tot musicorum consonantia, propterea caminus ardens, ut & voluptas, & timor assistentium animas obsideret. *homilia 4. ad popul.*

Dan. 3. nu. 4. & 5.

Et deinde sic elegantissime progreditur. Asper adstantium quispiam est, & rigidus? Molliat ipsum, inquit, delectans omnisonæ musicæ melodia. Sed his insidijs superior est? 396
Terreat, & percellat flammæ aspectus. Et erat timor, & voluptas, hæc quidem per aures, ille veró per oculos animas subrepens. Sed adolescentulorum illorum generositatem, horum nihil redarguit: sed sicut in ignem proiecti flammam superarunt: sic omnem concupiscentiam, & anxietatem deriserunt. *homil. 4. ad popul.* In hora; *Vt brevi illo temporis spatio unusquisque anxius musicæ dulcedine instrumentorumque sono distractus, vel crepitantium flammarum sonitu turbatus, non posset enormitatem criminis cogitare, & corpore animoque prostratus cadens regis simulachrum adoraret.*

Danielis 3. Cadentes omnes populi, tribus, & linguæ adoraverunt statuam auream, quam constituerat Nabuchodonosor rex. Statimque in ipso tempore accedentes viri Chaldæi accusaverunt Iudæos. *n. 7. & 8. Et infra proponitur accusatio.* Sunt ergo viri Iudæi, quos constituisti super opera regionis Babylonis Sidrach, Misach, & Abdenago: viri isti contempserunt rex, decretum tuum: deos tuos non colunt, & statuam auream, quã erexisti non adorent: *n. 12. D. Chrysost.* Postquam ceciderunt omnes, & victi sunt, tunc in medium pueri soli aguntur, ut sic quoque victoria fiat clarior, cùm in tanta multitudine ipsi vincant, & prædicentur: neque enim tam mirabile fuisset, si nullo supplantato primi viriliter egissent. *homil. 4. ad pop.* 397

Dan. 3. n. 7. & 8.

Deinde sic progreditur. Hoc autem maxi- 398

Dan. 3. nu. 7. maximum admirabile est quòd cadentium multitudo ipsos non terruit, non solvit: non intra se tale quid dixerunt, quod multi dicere consueverunt: Si primi nos imaginem adoraremus, id peccatum fuisset: si veró cùm tot millibus hoc facimus, quis veniam non dabit? Quis excusatione dignos non censebit: sed nihil illi tale aut dixerunt, aut cogitaverunt, tot tyrannos prostratos intuiti. *homil.* 4. *ad pop.* Cadentes omnes. ***Nullus Chaldæorum ausus est regi sui resistere voluntati; libenter quisque numen aureum adorabat, quia quisque ab eo divitias accipere expetebat.***

399 *Danielis* 3. Sunt ergo viri Iudæi, quos constituisti super opera regionis Babylonis Sidrach, Misach, & Dan. 3. nu. 12. Abdenago: viri isti contempserunt; rex, decretum tuum: deos tuos nō colunt, & statuam auream, quam erexisti, non adorant. *n.* 12. *D. Chrysost.* Calumniantium ipsos malignitatem considera, & quàm improbè, & acerbè ipsos accusaverunt. Non enim simpliciter gentem commemoraverunt, sed & honorem in memoriam revocaverunt, ut regis irā accenderent. Servos, civitate carētes captivos, principes nostros fecisti: hi verò te pro tanto honore contumelia afficiunt, & in eum, qui se honoravit, insolenter agunt. *homi.* 4.

400 *Et infra ad illud,* Contempserunt, rex, decretum &c. *sic ait.* Maxima laus accusatio, & crimina laudes fiūt, & testimonium indubitatum inimicis ipsum perhibentibus. *ubi supra.* ***Quo pacto inter tot hominum millia, & in tanto concursu populorum delatores isti qui in campo cum innumerabilibus statuam adoraverant (ut patet ex n. 7. & 8.) statim tres pueros non adorasse statuam deprehendere potuerunt: ut in ipsa adorationis hora ad regem accederent, eosque apud regem accusarent? Non enim dicunt; Non adoraverunt; sed non adorant? Fortassis delatores hi suspiciosi erant, & pueros ad regem non ex certa notitia, sed ex suspicione, quam in eis generabat invidia contra honoratos à rege, deferebant.***

Danielis 3. Sunt ergo viri Iudæi &c. *nu.* 12. *cit. supra D. Chrysost.* 401 Quanam ratione non sit incredibili admiratione dignum, cùm orbis terrarum, rex, tantis armis exercitibus, ducibus, præsidibus, consulibus stipatus, terram, & mare subiecta habens, à captivis pueris contemnatur. *& infrà. Respondens ad hanc admirationem. sic ait.* Iam enim mors contemptui habebatur, cùm Christus esset venturus: & quemadmodùm cúm sol prope oriturus est, priusquám radij erumpant, clara diei lux efficitur: ita cúm sol iustitiæ venturus esset, mors cessit. *in epist. ad Cor.* 1. *homil.* 18. Viri isti. *Invictos pueros, inviti hostes fatebantur, & animositatem puerorum prædicabant cùm eos, non iam pueros, sed viros nuncupabant. Contempserunt, ò rex, decretum tuum. Contemnebatur tyrannus facilè ab illis, á quibus contemnebatur interitus.*

Dan. 3. nu. 12. Cor. 1.

Danielis 3. Tunc Nabuchodonosor in furore, & in ira præcepit, ut 402 adducerentur Sidrach, Misach, & Abdenago: qui confestim adducti sunt in conspectu regis. *nu.* 13. *D. Chrysost.* Quid igitur rex? Iussit ipsos in medium agi, ut ipsos vndique terreret. Sed nihil illos consternavit non regis furor, non quòd soli in tātæ turbæ medio derelicti essent; nō ignis spectatus, non canentes tubæ; non omnes ipsos ardentibus oculis intuentes: sed hæc omnia deridentes, tanquám in frigidum aquarum fontem mittendi, in fornacem ingressi sunt, beatam illam emittentes vocem; Dijs tuis non serviemus, & statuam auream, quam erexisti, non adoramus. *hom.* 4. *ad pop.* Qui confestim adducti sunt. *Neque enim se absconderant, ut non possint inveniri, sed in media illa hominū multitudine, cùm omnes alij cadētes adorarēt, & proni iacerēt, soli hi tres tā corporum situ, quā animorū habitu stātes se omnibus demonstrabāt: ut*

Dan. 3. nu. 13.

qui præceptũ Dei adorationem illam prohibentis, mandato regis, eam præcipientis anteferrent.

403 *Danielis* 3. Pronuncians que Nabuchodonosor rex, ait eis: Verè ne Sidrach, Misach, & Abdenago deos meos non colitis, & statuam auream, quam constitui, non adoratis? *n.* 14. *D. Chrysost.* Quid hoc spectaculo esse posset illustrius? Quid hac victoria præstantius? Quid novis victorijs insignius? Hoc & in nobis invenitur, & nunc Babylonicæ fornacis rex est, & nunc flammam illa ardentiorem accendit. Est temporibus nostris, qui iubeat eiusmodi statuam venerari. Adstant ei, & Satrapæ, & milites, & quæ aures demulceat musica, & multi hanc statuam variam, magnam admirantur. *in epist.* 1. *ad Cor. cap.* 6. *homil.* 18. *Et exponens in statua tyranni avaritiam significari.*

Dan. 3. nu. 14.

404 *Sic progreditur idem D. Chrysost.* Tale enim quiddam est avaritia, ut statua illa non ferrum contemnens, sed ex illicitis rebus constituta. Avaritia enim omnia in admirationem haberi iubet & æs, & ferrum, & his longe viliora. Sed quemadmodùm hæc in præsentia sunt: ita & qui tres pueros imitantur, qui dicunt, deos tuos non colimus, & statuam tuam non adoramus, sed paupertatis fornacem, & omnes alias toleramus miserias, ut divinis legibus pareamus. *in eadem homil.* 18.

Dan. 3. n. 14

405 *Et alludens etiam ad illud eiusdem cap.* 3. *Danielis.* Erupit, & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis. *n.* 48. *sic alloquitur.* Alij quidem hoc tempore multa habent quemadmodùm tunc illi, & hanc statuam sæpe numero adorant, & exuruntur. Alij autem nihil possidet, & hanc despiciunt, & in paupertate longe magis florent, quàm qui multis affluunt; & quemadmodùm tũc alij quidem, qui in fornacem iniecerant cremati sunt, alij in medio ignis tanquam in aqua erant. *In eadẽ homil.* 28. *in epist.* 1. *ad Cor.*

Dan. 3. nu. 48.

Verè né &c. *n.* 14. *De tribus criminibus delatores apud regem tres pueros accusaverant. Primò de contemptu decreti regij;* Contempserunt, rex, decretũm tuum. *Secundò de cultu dijs negato;* Deos tuos non colunt. *Tertiò de non exhibita statua adoratione;* Statuã auream, quam erexisti, non adorãt. *Rex autem nihil de contemptu decreti sui locutus, solùm de veritate secundi, & tertij criminum delatorũ pueros interrogat.* Verè ne deos meos non colitis, & statuam auream, quam constitui non adoratis? *Quare? Fortassis quia adeò superbus erat, tantaque veneratione se dignum reputabat, ut dubius de contemptu deorum, & statuæ: de contemptu sui non potuerit dubitare; credens posse à pueris deos, & statuam auream despici: se autem non posse ab aliquo contemni.* 406

Dan. 3. nu. 14

Danielis 3. Respõdentes Sidrach Misach, & Abdenago, dixerunt regi Nabuchodonosor: Non oportet nos de hac re respondere tibi. Ecce enim Deus noster, quem colimus, potest eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, ó rex, liberare. *n.* 16 *&* 17. *D. Chrysost.* Audiamus autem quidnam dicant, ut inde quoque eorum in Deum amorem intelligamus. Est Deus in cælis, qui potest eripere nos de camino ignis. Non enim de se curant. Sed cùm exurendi essent, Dei gloriam animo agitabant. Nec quãdo nobis, inquiunt, combustis divinam accuses imbecillitatem. *homil.* 18. *n.* 1. *ad Cor.* Non oportet nos &c. *In Deum sacrilego ore evomisti blasphemiam, dum potentiam ad nos de manu tua eripiendos Deo denegasti: ad hac tam sacrilega verba Deus Verbum, si non verbis, utpote quia indignus es, quem Deus loquatur, verberibus respondebit.* 407

Dan. 3. n. 16. & 17.

Danielis 3. Ecce enim Deus noster, quem colimus, potest eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis ó rex, liberare. Quod 408

Dan. 3. nu. 17. & 18.

Quod si noluerit, notum sit tibi rex, quia deos tuos non colimus, & statuam auream, quam erexisti non adoramus. *n.* 17. *&* 18. *D. Chrysost. loquens in persona puerorum.* Est Deus in cælis, non quale hoc est in terra simulachrum anima carens, & voce, sed qui sufficiens sit ex media fornace ardenti nos eripere. Noli igitur eius damnare imbecillitatem, quòd nos in fornacem inijci, rursum è media flamma erepturus, finit. Quòd si noluerit, notum sit tibi rex, quòd deos tuos non colimus, & statuam auream, quam erexisti, non adoramus. *hom.* 18. *in* 1. *ad Cor.*

409 *Nolebant tres pueri, quòd rex dubitaret de divina adversus eum omnipotentia, quamvis non videret divinam erga illos benevolentiam: Negatio enim omnipotentiæ in Domino destrueret deitatem: negatio verò benevolentiæ solùm in servis argueret indignitatem. In servis. igitur, dicunt, detegatur indignitas, ne in Domino tegatur divinitas.*

410 *Danielis* 3. Quod si noluerit notum sit tibi, rex, quia deos tuos non colimus, & statuam auream, quam erexisti, non adoramus. *nu.* 18. *D. Chrysost.* Animadverte eos propriè futurum ignorantes. Nam si præ novissent, non utique digni admiratione fuissent, si fecissent quod norant. Quid enim mirum, si de salute certi, ausi essent horrenda subire? Ita enim Deus quidem glorificatus esset, cùm è fornace eos potuisset eripere: ipsi autem nulla fuissent in admiratione, utpote qui se periculis non exposuerint. *in epist. ad Cor.* 1. *homil.* 18.

Dan. 3. nu. 18.

411 *Vnde sic progreditur exponens eundem n.* 18. Propterea Deus ut futurum ignorarent, voluit, quò maiorem laudem consequerentur: & quemadmodùm ipsi cavebant, ne rex divinæ adscriberet imbecillitati, si cremarentur: ita Deus utrumque effecit, & potestatis suæ magnitudinem, & promptitudinem puerorum clariorem ostendit. *homil.* 18. *in* 1. *ad Cor.*

Dan. 3. nu. 18.

Tres ergo pueri Domini consulentes Deitati de sua non curabant dignitate; in periculo ponebant Dei erga ipsos benevolentiam, non tamen divinam adversus tyrannum omnipotentiam: Deus autem voluit eos ab incendio liberare, non minus, ut pueris per benevolentiam manifestaret amorem, quàm ut regi per potentiam incuteret terrorem; ut sic ostenderet non minus se consulere horum trium servorum dignitati; quàm sui ipsius deitati. 412

Danielis 3. Quod si noluerit &c. *n.* 18. *D. Chrysost. considerans dubitationem puerorum in his verbis, sic ait.* Sed vnde ea provenit dubitatio, ut non omnino se liberatum iri confiderent? Quia omnium se vilissimos arbitrabantur, & tanto indignos beneficio. Quod autem hoc non sola coniectura existimem, cúm in fornacem inijcerentur his verbis deflebant: Peccavimus, iniquè egimus, & nunc non possumus aperire os. Propterea dicebant, quòd si noluerit. Quód si apertiús id non dixissent videlicet, potest Deus nos eripere: at si non eripiet, nulla vos admiratio teneat: nam propter peccata nostra non eripiet, visi essent apud barbaros divinam imbecillitatem suorum peccatorum excusatione obumbrare, idcirco de potentia tantùm disputantes, causam non afferunt. *hom.* 18. 1. *ad Cor. Pœnam supponendo futuram, non eam deputabant flagitio suæ humanæ voluntatis, sed illam arbitrio voluntatis tribuebant divinæ, ne rex barbarus cogitaret eos suam detegendo iniquitatem, velle Dei sui tegere imbecillitatem. Tantum enim in quolibet eorum etiam tyrannus erga Deum agnoscebat amorem, ut indicaret velle quemlibet dedecore proprio sui deffendere Dei honorem.* 413 Dan. 3. n. 18.

Danielis 3. Quòd si noluerit &c. *n.* 18. *D. Chrisost.* Cum ergo hæc dicerent, in ignem dissilierunt, neque in regem contumeliam dixerunt, 414 Dan. 3. n. 18.

runt, neque everterunt statuam. Fortem enim virum talẽ esse oportet, continentem, modestum, & maximé in periculis, ne ira, & inani gloria ad hæc certamina, sed fortitudine, & continentia venire videatur. *Et prabet optimam rationem, dum sic progreditur.* Quippe qui iniuriatur, eorum criminum subit suspicionem. Qui autem sustinet, & læditur, & mansuetè repugnat, non solúm tanquâm fortis, admirabilis est, sed non minùs eius continentia mansuetudoque prædicatur.

415 *Et adhuc explicans eundem nu.* 18. Fortitudinem, & incredibilem ostendentes mansuetudinem, nihilque spe mercedis operati sunt, neque remunerationis, neque præmij. Et si noluerit, inquiunt, nos eripere, deos tuos non colimus; Habemus enim iam remunerationem, cúm digni videamur, qui ab impietate liberemur, & idcirco exurere corpora nostra eligimus. *homil.* 18. *in* 1. *ad Cor.* Notum sit tibi. *Ne putaret tyrannus ab illis, si à Deo suo non liberarentur ab igne, alienos deos esse adorandos, quasi Deum suum spe liberationis solùm colerent, quem proinde non liberati denegarent, ut Chaldaorum deos, quasi potentiores Deo suo, venerarentur.*

Dan. 3. nu. 18.

416 *Danielis* 3. Tunc Nabuchodonosor repletus est furore, & aspectus faciei illius immutatus est super Sidrach, Misach, & Abdenago, & præcepit, ut succenderetur fornax septuplum quâm succendi consueverat *n.* 19. *D. Chrysost.* Tunc tyrannus ille furoris flamma, quæ eum vehementiús exurebat, magis ardebat, quâm pueri illi, siquidem ignis adversus eos non prævaluit, nec summos adussit capillos. Considera quãtùm sit tot spectantibus oculis á tribus captivis pueris contemni. Ostendit enim eorum se civitatem cepisse, non suis viribus, sed propter peccatum multitudinis. Nam si devictos superare non potuit, & maximé in fornacem intrusos: quonam pacto omnes cùm tales essent lege belli superasset? *homil.* 18. *in* 1. *ad Cor. Cùm audiret puerorum accusationem in furore, & ira eos coram se adduci pracepit: nunc autem, quando audit à pueris confessionem repletus dicitur fuisse furore, ita ut in vultu illius furor redundaret, qui regiam gravitatem, dum mutabat, deturpabat; nemo enim diu furorem conceptum tegere valet corde, quin illum data occasione prodat ore.*

Dan. 3. nu. 19.

Danielis 3. Et viris fortissimis de exercitu suo iussit, ut ligatis pedibus Sidrach, Misach, & Abdenago, mitterent eos in fornacem ignis ardentis, *n.* 20. *D. Chrysost.* Tu mihi considera ubique, quomodó diabolus per quæ Dei servos impugnat, per hæc propriam vim destruit, non volens quidem, sed Dei sapientia, & providentia illius armis, & artibus in ipsius caput utente: quod quidem & hîc factum est. *homil.* 4. *ad pop.* 417

Dan. 3. n. 20.

Et in eandem sententiam exponens illud, Iussit ut ligatis &c. *n.* 20. *Sic progreditur.* Diabolus enim illic tunc tyranno se insinuans, neque ferro Sanctorum capita abscindi permisit neque bestijs tradi, neque ullo alio tali modo puniri: sed in ignem inijci suasit, ut neque reliquiæ illorum sanctorum remanerent, ipsis corporibus consumptis, & ipsorum cinere cum sarmentorum cinere commixto. Deus autem hoc ipso ad impietatis destructionem usus est, & eo modo, quem ego mox dicam. *homi.* 4. *ad pop.* 418

Dan. 3. n. 20.

Et sic dicit idem D. Chrysost. Deus apud Persas ignis esse putatur, ipsumque multo cultu venerantur barbári, etiam nunc regionem illam habitantes. Volens igitur Deus radicitús impietatis materiam auferre, concessit huiusmodi pænæ modum, ut præ oculis omnium ipsum colentium, servis suis victoriam conferret: per ipsa opera ipsis persuadere volens, quód gentilium dij non 419

Dan. 3. n. 20.

Deum

Deum tantùm, sed & Dei servos timent. *homil.* 4. *ad pop.* *Nunc mihi lubet insultare tyranno. Age ò tyranne, est tuus ignis deus; cæcus cùm sis, lumen, ut numen, adoras, tres pueros in cibos à te sibi oblatos, fornacis avido suscipit ore, deglutit vivos, nullum in illis sentit saporem: ergo famescens aperto ore flammeam linguam foras producit; tuosque ministros, ut sibi dulces notosque cibos, lambit; & vorat.*

420 *Danielis* 3. Peccavimus enim, & iniquè egimus recedentes à te: & deliquimus in omnibus. *n.* 29. *& infra.* Et nunc non possumus aperire os; confusio, & opprobrium facti sumus servis tuis; & his, qui colunt te. *n.* 33. *D. Chrysost.* Hortor, & rogo & oro fratres charissimi, crebriùs Deo immortali confitemini, & enumeratis vestris delictis, veniam petatis, & numen propitium. Non te in theatrum conservorum tuorũ duco, nõ hominibus peccata tua detegere cogo. *de Incõprehen. Dei natura homil.* 4.

Dan. 3. nu. 29 & 33.

421 *Deinde sic progreditur.* Repete coram Deo conscientiam tuam, & explica, ostende Deo medico præstantissimo tua vulnera; & pete ab eo medicamentum. Ostende ei, qui nihil opprobret, sed humanissimè curet. *Et postea alludens ad illud.* Et nunc non possumus aperire os. *n.* 33. *sic ait.* Cur taces, quæ optimè ille novit? Dic atque enumera, ut fructum maximum consequaris. Dic, ut abstersis hic tuis maculis, abeas illuc mundus, & sine ullo dedecore, ut intolerabili promulgatione illa delictorum tuorum libereris. Tres illi pueri in fornace concipiebantur, suamque animam exposuerunt certo suæ vitæ periculo. Verúmtamen post tot tantaque virtutis officia referunt: Non possumus aperire os; confusio &c. *hom.* 4. *cit.*

Dan. 3. n. 33.

422 *Et tandem sic, Azariam (qui est noster Abdenago) & socios alloquitur, ad eundem n.* 33. Cur itaque os aperuistis? Ut hoc ipsum diceremus, nobis os minùs licere aperire; atque ita Dominum incitaremus ad beneficium. Vix orationis vim ignis extinxit. *homil.* 4. *de Incompre. Dei natura.* Non possumus aperire os &c. *Considera trium iuvenum humilitatem, confusionem, & opprobrium se esse aijs Dei servis affirmabant: cùm non confusionem sed claritudinem: non opprobrium, sed præconium totius religionis se possent appellare. Sed nihil mirùm quia tres illos alios totius sanctitatis coriphæos mente concipiebant, quos tunc apud Deum sibi patronos nominabant, dicentes,* Neque auferas misericordiam tuam à nobis; propter Abraham dilectum tuum, & Isaac servum tuum, & Israel sanctum tuum. *nu.* 35. *ideo comparatione illorum se religionis divinæ confusionẽ, & opprobrium esse fatebantur.*

Dan. 3. nu. 33.

Danielis 3. Et viris fortissimis de exercitu suo iussit, ut ligatis pedibus Sidrach, Misach, & Abdenago mitterent eos in fornacem ignis ardentis. *n.* 20. *& infra.* Et erupit, & incendit, quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis. *n.* 48. *D. Chrysost.* Qua verò de causa in ignem missurus eos ligavit? ut miraculum fieret maius, ut mirabilius signum, ne putares esse oculorum errorem, ea quæ videbantur: Nisi enim ignis ille ignis fuisset, vincula non absumpsisset; nõ exterius sedentes milites (quod multo magis fuit) rapuisset. Nunc autem exterioribus quidem vim, interioribus verò obedientiam exhibuit. *homil.* 4. *ad pop.* Iussit, ut ligatis pedibus. *Quid facis, ò tyranne, pedes ligare iubes, & manus relinquis liberas? Fugam times? Pedẽ horum nullus referre cupit; post solutos pedes in medio fornacis eos ambulare videbis, nec extra flammas pedem ponere. Manus ergo ligare debebas, ne illas in cælum levatis Dei auxilium implorarent. Sed non permisit Deus tibi palmas eis ligare, voluit enim ipsas, ut divinæ victoriæ palmas etiam ante pugnam in cælum extensas, tibi tuisque* 423

Dan. 3. n. 20. & 48.

optimatibus

optimatibus præmonstrare.

424 *Danielis* 3. Viris fortissimis de exercitu suo iussit, ut ligatis pedibus Sidrach, Misach, & Abdenago, mitterent eos in fornacem ignis ardētis. *n.* 20. *D. Chrysost.* Mox ab initio ostendit illos non arsuros; sed velut carcerem ingressuros. Quid enim vincires arsuros? *hom.* 8. *in epist. ad Ephes. Fortissimis militibus iussit tyrannus, ut puerorum pedes colligarent, & confestim, quin actus ligandi describatur, colligatis pedibus iuvenes in fornacem iniecti memorantur, sic enim subditur,* Et cōfestim viri illi vincti missi sunt in medium fornacis. *n.* 21. *Tanta enim in militibus tyranni in exequendo mandato de pueris ligandis celeritas fuit, ut dum tyrannus mandatum secundum de pueris in fornacem mittendis intimaret, primum milites ligando pueros adimpleverint: vixque secundo explicato, utrumque exequi properaverint. Vel fortassis ipsi iuvenes se ligarunt, ut nec victi, nec vincti, ab hostibus dicerentur.*

Dan. 3. *nu.* 20. *&* 21.

425 *Danielis* 3. Confestim viri illi vincti, cum braccis suis, & tiaris, & calceamentis, & vestibus, missi sunt in medium fornacis ignis ardentis. *n.* 21. *D. Chrysost. ad illud D. Pauli, ad Ephes.* 4. Hortor itaque vos ego vinctus in Domino. *n.* 1. Vinctus erat, atque id quoq; graviter. Coniecerāt enim illum in interiorē carcerem. Et licet in tantis esset periculis, media tamen nocte, quando & qui vehementer vigiles sunt, dormiunt, alio graviori incumbente vinculo, somno videlicet, nihilominus & canebat, & Dominum laudabat. Quidnam huiusmodi mentibus adamantinum magis esse poterit? Cogitabat quid & pueri illi in igne cecinerint è camino. Meritò magni reputati sunt: nos enim nihil tale vnquàm perpessi sumus. *homil.* 8. *in epist. ad Ephes.*

Dan. 3. *nu.* 21. *Ad Ephes.* 4. *n.* 1.

426 *Ergo Paulus vinctus suo in carcere tres meditabatur pueros ligatos vinculis in fornace: sonorum illum ternarium divinas concinentem laudes: fidei auribus audiebat, vocemque suam, quasi divinus cantor, puerorum adiungebat vocibus, nec legis gratiæ musicus à cantoribus legis scriptæ dissonabat: sed una eademque erat omnium cantilena, quæ divinas aures mirificè recreabat.*

427 *Danielis* 3. Stans autem Azarias, oravit sic, aperiensque os suum in medio ignis, ait. Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum. *n.* 25. *&* 26. *D. Chrysost.* Animadvertite puerorum gloriam minimè vanam, neque enim insilierunt in fornacem, sed servarunt antea Christi admonitionem dicentis: Orate, ne intretis in tentationem; neque fugerunt, cùm ducerentur, sed in medio generosè steterunt, neque intempestivè pugnarunt, neque tempore postulante, remissiores facti sunt: sed ad omnia prompti, & generosi, & omni pleni fiducia. *hom.* 18. *in Epist.* 1. *ad Cor. Stabant, & in illa pyra, quasi in pyramide aliqua extarent, ut luminis fidei trophæum de lumine perfidiæ erectum, quasi triumphales statuæ exornarent.*

Dan. 3. *n.* 25. *&* 26.

428 *Danielis* 3. Peccavimus enim, & iniquè egimus recedentes à te, & deliquimus in omnibus. *n.* 29. *D. Chrysostomus.* Deus largitur dona humilitatis. Vnde hoc liquet? Tres pueri in camino, quoniam, ut iusti flammam calcaverunt: ut humiles autem, peccatores se vocaverunt. Propter excellentem iustitiam calcaverunt, & caminum rorem fecerunt, non inflati sunt, neque dixerunt: O quanta nostra iustitia? Nescimus enim naturam, transgressi sumus legem; sed operantur ut iusti, loquuntur ut peccatores. Considera enim: Calcabant flammam; exultabant iusti; & confitebantur ut peccatores: Peccavimus &c. Quoniam igitur, cùm iusti essent, se ipsos humiliabant, acceperunt spiritum humilitatis, donum humilitatis. *hom. de Spiritu Sancto ad finem* 3. *tom. Iusti, cum*

Dan. 3. *n.* 29.

cùm se peccatores appellant, non tam attendunt ad verborum veritatem, quàm ad mentium humilitatem.

429 *Danielis.* 3. Non est in tempore hoc princeps, & dux, & propheta, neque holocaustum, neque sacrificium, neque oblatio, neque incensum, neque locus primitiarum coram te, ut possimus invenire misericordiam tuam: sed in animo contrito, & spiritu humilitatis suscipiamur *n.* 38. & 39. *D. Chrysost.* Quia igitur non habemus civitatem, neque tēplum, neque altare, pro omnibus humilitas nostra sufficiat. Propterea dicunt, sed in animo contrito, & spiritu humilitatis suscipiamur. *hom. de Spiritu Sancto citata. Rectè omnium sacrificiorum loco cor contritum Deo hi tres pueri offerebant, ut qui scirent à divino cytharœdo decantatum, non despici à Deo cor contritum, & humiliatum. Ps. 50. v. 19.*

Dan. 3. n. 38. & 39.

Psa. 50. v. 19.

430 *Danielis* 3. Et erupit, & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis. *n.* 48. *D. Chrysost.* Quamobrem isti perierunt? Non opus est hîc multa diligētique perscrutatione: erant enim impij. Propterea divina dispensatione hoc factum est, ut probaretur ignis potentia, & maius fieret miraculum. Si enim extra positos ita devoravit, quàm eos, quos intus in medio sui iam habebat inflexibili constantia præditos, & impassibiles ostendit, ad hoc, ut manifesta fieret divina potentia. *hom.* 8. *in Epist. ad Ephes.* Erupit, & incendit, quos reperit. *Ne aliquis videns illæsos pueros in fornace, id tribueret flammarum impotentiæ; sed aspiciens illarum potentiam ad milites extra fornacem positos exurendos, totum opus deputaret divinæ omnipotentiæ.*

Dan. 3. nu. 48.

431 *Danielis* 3. Angelus autem Domini descendit cum Azaria, & socijs eius in fornacem: & excussit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem, & non tetigit eos omnino ignis, neque contristavit, nec quidquam molestiæ intulit. Tunc hi tres quasi ex uno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deum in fornace. *à n.* 49. *D. Chrysost.* Sicut Cytharædus neque nervum intendit, ut non abrumpat: neque remittit vltra modum, ne harmoniæ concentum lædat: sic & Deus agit, neque in remissione continua, nec in longa tribulatione nostram constituit animam, secundum suam prudentiam vtrumque faciens. Non sinit enim nos continua potiri remissione, ne segniores fiamus: non autem rursum sinit in continua esse tribulatione, ne concidamus, neve desperemus. *homil.* 4. *ad pop. Tria puerorum Deus, ut cithαrœdus quasi chordas, tetigit corda, dumq; concordes chordas agnovit ad cithara sonum eos iussit canere, utque unisonus concentus fieret, quasi ex uno ore melos exibat.*

Dan. 3. nu. 49.

Danielis 3. Tunc hi tres quasi ex uno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deum in fornace. *n.* 51. D. *Chrysost.* Pueri illi nec in igne caminoque tacebant, & nos si tacuerimus, non erubescemus? *homil.* 8. *in Epist. ad Epes. Aptè tria apponuntur verba, laudabant, glorificabāt, benedicebant: ac si quilibet ex tribus pueris unum sibi modum ad divina emodulanda præconia vendicaret: primus modum laudandi, secundus modum glorificandi, tertius modum benedicendi, ita tamen modos temperarent, ut quasi uno tantùm ore canerent, tres modos in unicum modulamen concordarent.* 432

Dan. 3. nu. 51.

Danielis 3. Tunc hi tres quasi ex uno ore laudabant &c. *n.* 51. D. *Chrysost.* Tres in fornacem pueri cōiecti sunt, & necita religionis obliti sunt, nec ipsos terruit flamma: sed in cubiculo sedentibus, & nihil grave patientibus studiosiùs, igne circundati, sacras illas preces emittebant: propterea murus illis factus est ignis, & vestis flamma, & fons fornax, 433

Dan. 3. nu. 51.

nax, & ligatos capiens, solutos reddidit. Mortalia suscepit corpora, & tanquam immortalibus abstinuit: non agnovit naturam, sed pietati reverentiam exhibuit. *homil. 4. ad pop. Alludit ad illud Dan. 3.* Non ne tres viros misimus in medio ignis compeditos. Ecce ego video &c. *n. 91. & 92. Soluti pedibus apparebant, solventibus enim linguas, ut Deo canerēt, pedes dissolvit Deus, ut Deo psallerent: ergo in fornace, quasi in theatro saltabant, & nunc unus, nunc alter alternata vicissitudine inter duos alios transiens, iucundissimam Deo omnes transmutationem faciebant.*

434 *Danielis 3.* Et erupit, & incendit quos reperit iuxta fornacem de
Dan. 3. n. 48. Chaldæis. *n. 48. D. Chrysost.* Exterioribus quidem vim, interioribus verò obedientiam exhibuit. *hom. 4. ad populum. Fomentis acceptis augmentum accepit flamma, ac nec sic cremabat quos intus habebat; erupit foras sine fomentis repertos urit. Sed nihil mirùm; virides illos, & rore cælesti sensit puerulos, nec urit madidos, hos sine rore reperit siccos, & incendit aridos.*

435 *Danielis 3.* Non ne tres viros misimus in medium ignis compeditos
Dan. 3. nu. 91. & 21. *n. 91. & supra.* Et confestim viri illi vincti cum braccis suis, & tiaris, & calceamentis, & vestibus missi sunt in medium fornacis. *n. 21. D. Chrysost.* Calceamenta trium puerorum ignem conculcaverunt. *Dixerat idem D. Chrysost.* O quanta sanctorum virtus! Non sola ipsorum verba, & corpora, sed & ipsa indumenta creaturæ omni undique sunt venerabilia. *hom. 4. ad pop.*

436 *Et alibi exponens eosdem v. n.* Vin-
Dan. 3. n. 91. & 21. xit pedes tyrannus, & ignis vim pedes vinxerunt. O rem admirabilem! Vinctos soluit flamma, & ipsa de reliquo á vinctis vincta est: mutavit enim rerum naturam adolescentulorum relligio: imò verò non naturam mutavit, sed quód erat mirabilius, permanentis naturæ vim repressit. Non enim ignem extinxit, sed ardentem inefficacem reddidit: & quod est mirabile, & stupendum, non in sanctis tantùm corporibus hoc factum est, sed & in vestimentis ipsorum, & calceamentis. *hom 4. ad populum.*

Ad rubum ardentem cum calceamentis Moyses non pervenit, sed ut accedat, 437
calceamenta Dei iussu deponit: iubetur stare, nec permittitur ingredi flammas; at Dan. 3. nu. 5.
tres isti pueri cum calceamentis ingrediuntur fornacem accensam; in qua etiam Deus (ut in rubo Moysi) illis apparuit. Iure profectò, nam puerorum virginitas gressus in calceamentis pulchros reddebat, quæ eos sponsæ filios virginis esse monstrabat; uxoratus Moyses non ita gressus pulchros habebat, ideo ne ambulet, iubetur stare: pueris autem datur in medio ignis gressus dirigere, & coram ipso Deo, imò
& cum Deo in medio fornacis simul ambulare, iuxta illud, Ecce ego video Dan. 3. nu. 92.
quatuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis, & species quarti similis Filio Dei. n. 92.

Danielis 3. Non ne tres viros 438
misimus in medium ignis compeditos? Ecce ego video quatuor viros Dan. 3.
solutos, & ambulantes in medio ig- n. 91.
nis *n. 91. & 92. D. Chrysost.* Nescio & 92.
quomodó dicam, miraculum omnē verborum narrationē transcendit. Etenim vis erat extincta, & non erat extincta; cùm enim circa sanctorum illorum corpora versabatur, erat extincta: cùm verò vincula disrumpere oportuit, non erat extincta: compedes igitur disrupit, & talos non tetigit. Vidisti quanta propinquitas? Neque mutatus, & vi sua privatus est ignis, neque intra vincula procedere ausus fuit. Vinxit tyrannus, & flamma rosoluit, ut & barbari crudelitatem discas, & elementi obedientiam. *hom. 4. ad pop.*

Ecce ego video quatuor viros 439
solutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est, Dan. 3.
& species quarti similis Filio Dei n. 92.
n. 92.

n. 92. *Qui fierì potuit, ut tyrannus in medio fornacis adeo accensæ, & extensæ viros ambulantes inspectaret, nihilq; in eis corruptionis esse deprehenderit, quin flammarum densitas aspectum impediret? Certè ignis ipse, qui, ne pueri tres vrerentur, calorem supprimebat, ut viderentur, fulgorem ministrabat: accepta à Deo potentia, ut pueros illuminaret: negata, ut illos concremaret.*

440 *Danielis* 3. Tunc accessit Nabuchodonosor ad ostium fornacis ignis ardentis, & ait: Sidrach, Misach, & Abdenago, servi Dei excelsi egredimini, & venite. *n.* 93. *D. Chrysostomus.* Etenim aurifex donec aurum bene purgatum viderit, de conflatorio non extrahit. Qui enim tentationem permisit, ipse novit, & tentationis solvendæ tempus. Etenim ipse magis quám tu, qui tentaris, hoc incendium extinguere vult, sed salutem tuam expectat. *hom.* 4. *ad popu. Ergo tres pueros Deus in fornace probavit; & an aurei essent examinavit, & postquam eos esse verè reperit aureos, egredi iubet voce tyranni dicentis,* Egredimini.

Dan. 3. nu 93.

441 *Danielis* 3. Sidrach, Misach, & Abdenago servi Dei excelsi egredimini, & venite. *n.* 93. *D. Chrysost. loquens de bono tribulationis, quam hi tres pueri passi sunt. Sic ait.* Etenim nisi servi fuissent hi, ipsorum libertatem non cognovissemus: nisi captivi fuissent, nō animi nobilitatem didicissemus: nisi inferiori patria excidissent, non cognovissemus supernæ civitatis esse ipsorū virtutem: nisi terrenus rex ipsis fuisset iratus, nō audissemus benevolentiā, quam cælestis rex erga ipsos gerebat. *hom.* 4. *ad pop.*

Dan. 3. nu. 93.

442 *Deinde sic infert idem D. Chrys.* Et tu igitur si illum benevolum habeas, licet in fornacem cadas, ne desperes: sicut si succēseat, licet in paradiso sis, ne confidas. Etenim in Paradiso erat Adam, & postquam Deum irritavit, nihil profuit Paradisus. In fornace erant isti, & postquā se benę egerūt, nihil obfuit fornax. *hom.* 4. *ad pop.* Servi Dei. *O pulcherrima nuncupatio.* Servi Dei. *Ex servis Nabuchodonosoris servitute mutata in servos Dei apparent hi tres iuvenes transformati. merito quidem, qui enim Chaldaici regis deum, scilicet ignem, pedibus conculcaverant, regis ignē adorantis servitutem iure denegabant.*

Dan. 3. nu. 93.

Danielis 3. Tunc accessit Nabuchodonosor ad ostiū fornacis ignis ardentis, & ait Sidrach, Misach, & Abdenago, servi Dei excelsi, egredimini, & venite. Statimq; egressi sunt Sidrach, Misach, & Abdenago de medio ignis. *n.* 93. *D. Chrys.* Vidit illos rex solutos, & accedit illis, audivit psallentes, viditq; quatuor in camino inambulātes, & evocavit illos. *Et subdit.* Neq; hi tres pueri caminū egressi sunt, donec qui iniecerat, egredi quoq; iussisset. Quid hīc docemur? Ne videlicet in captivitate soliciti simus, ne ve in afflictionibus anxiè liberari festinemus. Et rursus ne si quādo nos solverint, proteruè immaneamus. *homil.* 8. *in Epist. ad Ephes.* 443

Dan. 3. n. 93.

Et infra ad illud. Accessit Nabuchodonosor ad ostiū fornacis. Ad ianuam camini accessit. Neq; enim audebat in interiora carceris huius ingredi, quem per ignis ardorem istis paraverat. *in eadem hom.* 8. Statimque egressi sunt Sidrach, Misach, & Abdenago de medio ignis. *n.* 93. *Confestim ad iussum regis, fornacem, non suis pedibus, utpote ligatis, sed militum manibus deportati, ingressi sunt: similiter statim ad regis imperium pedibus suis iam solutis è fornace egressi memorantur: ut eadē animi æqualitate acceptare viderētur præceptum furoris, & mandatū favoris.* 444

Dan. 3. nu. 93.

Danielis 3. Sidrach, Misach, & Abdenago servi Dei excelsi egredimini, & venite. *num.* 93. *D. Chrysost.* Amicam, & suavem vocem edebat, Sidrach, inquiens, Misach, & Abdenago servi Dei altissimi, egredimini, & venite. Magnus honor: Servi Dei altissimi, egredimini, & venite. Quomodò egredientur, ó rex? 445

Dan. 3. n. 93.

Vinctos in ignem abiecisti. Tantum iam temporis in igne fuerunt. Nam etiam si adamantini fuissent, aut ex metallica quapiam materia, quomodò sub hymni huius spatio, quem totum compleverunt, non periissent? Verúm hoc ipso salvati sunt, quia Deum laudarunt. Alacritatem eorum reveritus est ipse ignis: postremó reveritus est, & odam illam admirabilem, & divinæ laudis concentus. *hom 8. in Epist. ad Ephes.*

446 *Deinde sic progreditur in expositione eiusdem. num.* 93. Quomodó vocas eos? Iam præveniens dixit servi Dei

Dan. 3. nu. 93. altissimi. Servis enim Dei omnia possibilia sunt. Nam si quidam quód hominum servi sint, in rebus ipsorum non parum possunt, dominantur, & disponunt, multó magis servi Dei. Suavissima voce illos appellavit: hoc ipso illos potissimùm blandiendo veneratus est. Si enim ideo ignem ingressi sunt, ut servi Dei manerent, non potuit illis vox alia suavior esse, quàm hæc ipsa. Nam non ita gavisi, fuissent, si vel reges eos, vel orbis dominos vocasset, atque quòd dixit servi Dei altissimi. *homil. 8. in Epist. ad Ephes.*

447 *Et postea adhuc explanans eundem num.* 93. Servi Dei excelsi, *sic ait.*

Dan. 3. nu. 93 Si enim tantum, inquit studij diligentiæque impendunt, ut servi Dei sint, omnino illos hac appellatione permovebimus. *homil. 8. in Epist. ad Ephes.* Sidrach, Misach, & Abdenago. *Proprijs eos compellat nominibus, quod est indicium amoris; cùm enim videret ignem deum suum excelsi Dei imperio in gratiam puerorum ardentem calorem mutavisse in frigidum rorem, ipse dei sui secutus exemplum, furorem, quo eos in fornacem miserat, mutavit in amorem.*

448 *Danielis 3.* Egredimini, & venite *num. 93. D. Chrysostomus.* Non

Dan. 3. n. 93. ausus est extinguere camini ardorem, sed hoc magis illos honoravit, quódpersuasus esset eos non solùm intro deambulare, sed & ardente etiam adhuc camino egredi posse. *homil. 8. in Epist. ad Ephes.* Statimque egressi sunt Sidrach, Misach, & Abdenago. *Quatuor viderat in fornace tyrannus. Quare ergo nec ipse quartum iussit exire? Nec ipse iniussus egreditur, solùm enim tres egressi memorantur? Barbarus tyrannus alioqui; at in hoc urbanus. Agnovit* Dei *Filium se rege esse maiorem, cui proinde non posset ut rex imperare, sed quem deberet, ut servus adorare. Dei autem Filius ideo non dicitur cum pueris egressus, ut ostenderet se velle potiùs suis socius esse, dum eos videret afflictos tormentis, quàm affectos favoribus: & ideo eos potiús in fornace regis contra ipsos furentis, quàm in aula ipsius regis eis faventis comitari.*

Danielis 3. Statimq; egressi sunt &c. *n. 93. D. Chrysost.* Observa, & 449

pietatem puerorum: nec indignati Dan. 3.

sunt, nec ira commoti, neque quicquã contra dixerunt, sex mox egressi sunt. Si enim supplicij loco, quód in caminum iniecti fuerant, habuissent, molesto quoq; animo adversus eum fuissent, â quo in illum fuerant coniecti. Nunc verò nihil horũ præ se tulerunt, sed non aliter progressi sunt ex camino, quàm si ex ipso cælo n. 93.

prodirent. *hom. 8. in Epist. ad Ephes.* Psa. 18.

Et citans illud Psalmi 18. In sole posuit v. 6.

tabernaculũ suũ: & ipse tanquã spõsus procedens de thalamo suo. *v. 6.*

Sic progreditur idem D. Chrysosto. 450

Quod de sole propheta dicit, quòd velut sponsus è thalamo suo progrediatur, illud & de ipsis si quispiam Dan. 3.

dixerit, nihil plané peccaverit. Quin. n. 93.

sole tanto splendore progrediente splendidiores illi egressi sunt. Is enim sensibili luce orbem illuminaturus progreditur, illi veró alia, nimirum spirituali, orbem illustrarunt. *hom. 8. in Epist. ad Ephes. Meritó tres pueri, tres orientes soles possunt appellari, sol enim iustitiæ Dei Filius, qui eos præsentia sua illuminabat suo etiam vocabulo, ut soles â sole dicerentur, honorabat.*

Unde

451 *Vnde considerans idem D. Chrysost. decretum regis, quod sic habet.* A me ergo
Dan. 3. n. 96. positum est hoc decretum, ut omnis populus, tribus, & lingua, quæcunque locuta fuerit blasphemiã contra Deum Sidrach, Misach, & Abdenago, disperiat, & domus eius vastetur: neque enim est alius Deus, qui possit ita salvare. *n. 96. Sic probat meritò pueros soles appellari.* Propter ipsos siquidem mandatum mox emisit rex cuius hæc erant verba, A me ergo &c. Exibant itaq; illustriores emittentes radios, splendidos quidem, & in ipsis regalis curiæ locis, tales tamen, qui simul vbique sese per regalis mandati literas extendere, tenebrasque illas omnia iam occupantes discutere valebant. *eâdem hom.* 8.

452 *Danielis* 3. A me ergo positum est hoc decretum &c. *ut proximè supra. n.*
Dan. 3. nu. 96. 96. *D. Chrysost.* Doctrinam emittit quavis voce sonoram magis, & mox divinæ potentiæ præco fit, & prædicator. Nihil opus habet, ut fide imbuatur. Deum prædicat, & potentiam illius confitetur. In veritate, inquit, cognosco quód Deus vester ipse est Deus deorum, & Dominus dominantium. Quoniam Angelum suum demisit, & eripuit vos è camino. *homil.* 8. *in Epist. ad Ephesios.*

453 *Et ad illud.* Vt omnis populus tribus, & lingua &c. *n.* 96. *sic pro-*
Dan. 3. n. 96. *greditur.* Manifestum erat omnino quòd nihil horum ementitus esset rex, neq; enim statutum præter causam captivis talium testimonium tulisset, neque sua deiecisset, nec tantæ stultitiæ famam sibi admisisset. Itaque nisi multus fuisset veritatis splendor, talia utique, totque, ac tantis præsentibus, non scripsisset. *homil.* 8. *in Epist. ad Ephes.* Deum Sidrach, Misach, & Abdenago. *Adulatoria arte rex tres pueros excelsi Dei servos appellaverat: eadem modò arte Deum, horum trium Deum esse prædicabat; quasi intelligeret non minus Deum titulo Dei horum trium servorum, quàm ipsos titulo servorum Dei sui excelsi gloriari.*

Ex Divo Augustino.

Danielis 3. Tunc rex Nabuchodonosor in furore, & ira præcepit, ut adducerentur Sidrach, Misach, & Abdenago; qui confestim adducti sunt in conspectu regis. *n.* 13. *D. Aug.* Nè accusatio alicuius odij causa, & non iusta querela posset provenire, ipse rex ad se vocari iussit, & vtrũ, ut aliorũ saminibus aure traxerat, ita certa re haberetur, interrogavit. *lib.* 2. *de Mir: cap.* 31. Confestim adducti sunt. *Ipsi enim se ultrò requirentibus obtulerunt, ut qui occasionem ad fidem veram profitendam coram imperatore, & optimatibus, & populo concupiscerent, nec pro fide mori formidarent.* 454 *Dan. 3. n. 13.*

Danielis 3. Pronuncians q; Nabuchodonosor rex, ait eis: Verè ne Sidrach, Misach, & Abdenago, deos meos non colitis, & statuam auream, quã constitui, non adoratis? *nu.* 14. *D. Aug.* Sufficiat, inquit, de præterito narratum, nunc in mei præsentia iussa complere, & auream, quam erexi statuam, adorate. Si verò quòd iubetur, exequi non vultis, opere necessario camini ignis ardores experiendos subire debetis. *lib.* 2. *de Mir. cap.* 31. *Crudelis tyrannus, blanditur, ut noceat; parcit corporibus, ut occidat animos; nam idolorum contemptus corporum nece veri autem Dei neglectus animorum morte solveretur, illũ dissimulat, ut hunc suadeat. Sic sub humanitatis specie pueris inhumanus sic in figura pietatis erga deos falsos, in Deũ verũ impius erat.* 455 *Dan. 3. nu. 14.*

Danielis 3. Respõdentes Sidrach Misach, & Abdenago dixerunt regi Nabuchodonosor: Non oportet nos de hac re respõdere tibi *n.* 16. *D. Aug.* Vnanimi respondentes sententia, deos quoscunque tuos non tantúm non colimus, verùm etiam astantem 456 *Dan. 3. n. 16.*

præsentialiter statuam nuper ædificatam, inquiunt, nequaquam adoramus. Solum enim universitatis authorem cælestem tantummodò libenti voluntate, & communi privatoque studio veneramur. *lib. 2. de Mir. cap 31.*

457 Non oportet nos respondere tibi. Dūmodo Quis sit Deus quæris? *A nulla creatura responsum vendicabis. Nulla enim veri Dei quidditatem comprehendit. Ideo ad tuam interrogationem non oportet nos tibi respondere. Imo nec ad id, quod addis,* Qui eripiet vos de manu mea, *ad nos pertinet tibi respondere, scies tamen ad Deum pertinere; non enim Deo vero minùs proprium est innocentes è manu regis iniqui liberare, quàm regis iniqui sit, eosdē innocētes condēnare.*

Dan. 3. nu. 16.

458 *Danielis* 3. Ecce enim Deus noster, quem colimus, potest eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, ó rex, liberare, *n.* 17. *D. Aug.* Ideoque, ò rex, nec præsentis camini flammas pertimescimus, nec in ullo aliquo potestatis minas, & supplicia formidamus, quoniam potentissimus rerum conditor, & gubernator, servos suos de ignis ardore & qualicumque, quam manus tua intulerit plaga, per omnia potest liberare. *lib. 2. de Mir. cap.* 31. Quod si noluerit. *Ac si dicerent: Non colimus Deum nostrū, eò quòd in eo habeamus spē nostræ humanæ libertatis; sed eò quòd in eo cognoscamus excellentiam suæ divinæ potestatis. Neque enim ex eo quòd suos liberat, sed ex eo quòd suos possit, si voluerit, liberare, ostenditur in Deo vera potentia Deitatis.*

Dan. 3. nu. 17.

459 *Danielis* 3. Tunc Nabuchodonosor repletus est furore: & aspectus faciei illius immutatus est super Sidrach, Misach, & Abdenago, & præcepit, ut succenderetur fornax septuplū, quàm succendi consueverat. *n.* 19. *D. Aug.* Iubet tyrannus fornacē incendi, & quanto ipse igne furoris ardebat, tanto sanctiores pueros cōsumabat. Sæviebat violentus inimicus suppliciū suis famulis quæsiturus. Sæuiebat, non ut iustos trucidaret, sed ut suis interitū procuraret. Sæviebat, non ut cresceret pænarū augmenta, sed ut cunctis monstraretur divina potestas, ut dū impij supplicijs gloriarentur, flammarū impetu vorarentur. *Serm. de Temp.* 240. *Accensa fornax pueros sibi in cibos datos respuebat: viros autem incendentibus eam, desiderabat, qui fornaci, ut illos faciliùs posset exurere fomenta prabebant. Sic enim divina providentia factū est, ut per quæ alij mortem accelerare volebant, sibi ipsis interitum festinarent.*

Dan. 3. nu. 19.

Danielis 3. Et confestim viri illi vincti, cum braccis suis, & tiaris, & calceamentis, & vestibus, missi sunt in medium fornacis ignis ardentis. 460 *n.* 21. *D. Aug.* Hostis mutato genere sævit, nec aliqua pietate movetur, nec humanitate blanditur. Posset vincere, si ignibus imperaret. Offeruntur ergo ignibus iusti, vestitu tecti, vinculis colligati: defenduntur ardoribus iusti, & quos vis humana damnavit, ignis absolvit. *sermone* 240. *de Tempore.* Confestim. *Ne mandatum regis iubentis in fornacem pueros mittere, dum pueros denudarent, viderentur ministri differre, eos cum braccis, tiaris, calceamentis, & vestibus in fornacem dicto citiùs iniecerunt. Quod etiam pueris gratum fuit; quilibet namque illorum propter modestiam virginalem eligebat potiùs nulla posita mora vestitus in fornace ferre ardoris incendium, quàm data mora nudus extra fornacem pati pudoris dispendium.*

Dan. 3. nu. 21.

Danielis 3. Missi sunt in medium 461 fornacis ignis ardentis. *n.* 21. *D. Aug. ad illud D. Pauli* 1. *ad Cor.* 13. Si tradidero corpus meum ita ut ardeā, charitatem autem non habuero nihil mihi prodest. *nu.* 3. *sicait.* Attende diligenter, & agnosce, quemadmodùm dicat scriptura, quòd tradat quisque suum corpus ut ardeat. Nō utique ut ipse se in ignem mittat, quando persequentem patitur inimicum,

Dan. 3. n. 21. 1. Cor. 13. n. 3

micum, sed quando ei proponitur, ut aut mali aliquid faciat, aut mali aliquid patiatur; eligat non facere mala, quâm non pati mala. Atque ita corpus suum tradat in potestatem interfectoris, sicut tres illi viri fecerunt, qui auream statuam cogebantur adorare, & nisi facerent, minabatur eis ille, qui cogebat, caminũ ignis ardentem. *Epist.* 204. In medium fornacis. *Vt cùm se viderent undique circundatos flammis de vita penitus desperarent. At pueri tunc spem maiorem conceperunt, ut qui scirent certius ibi fore remedium, ubi erat maius periculum. Solet enim cùm auxilium penitus deest humanũ adesse divinum.*

462 *Danielis* 3. Viri autem hi tres, idest Sidrach, Misach, & Abdenago ceciderunt in medio camino ignis ardentis, colligati. Et ambulabant in medio flammæ laudantes Deum, & benedicentes Domino. *n.* 23. & 24. *D. Aug.* In fornacẽ missi sunt sancti, fugiunt flammæ, cedunt ignes, incendia expavescunt. Timent ignes lædere, quos fuerant iussi incolumes reservare. Ostendunt iustorum meritum, dum tyranni contemnunt imperium. Licet sanctis cum igne iocari, quibus cum hominibus non licuit commorari. Licuit in fornace Deũ venerari, quem apud homines non licuit honorare. *Sermo. de Temp.* 340. Ceciderunt in medio camino ignis ardentis colligati. *Quomodo ergo & ambulabant in medio flammarum soluti? Ingressos tanquam dominos suos ignis agnovit, eorumque ut servus ad pedes prostratus flammis; quasi manibus vincula solvit, ut pedibus super prunas, quasi super rosas ambularent, Deumque laudarent.*

Dan. 3. *nu.* 23. & 24.

463 *Danielis* 3. Stans autem Azarias oravit sic, aperiensque os suum in medio ignis, ait, Benedictus es Domine Deus patrũ nostrorũ. *D. Aug. ad hunc n.* 24. Quantamlibet iustitiam servemus, quantamlibet Domino obedientiam exhibeamus, nunquid meliores esse possimus illis tribus viris, qui in caminum ignis ardentis pro conservanda lege Dei proiecti sunt? Et tamen lege quid illic dicat Azarias, unus ex tribus, qui aperiẽs os suum in medio ignis, dixit, Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, quoniam iustus es in omnibus quæ fecisti nobis quoniã peccavimus, & legi tuæ non paruimus &c. *Epist.* 122.

Dan. 3. *n.* 24.

Et infrà sic progreditur. Vides certè frater, quales viri, quàm sancti, quàm fortes in medio tribulationis, vbi tamen eis parcebatur, & eos vrere ipsa flamma verebatur, peccata sua confitebantur, pro quibus se dignè, & iustè humiliari noverant, nec tacebant. *in eadem Epist. quam scribit Victoriano.* Aperiensque os suum in medio ignis. *Quid agis Abdenago, cur non times in medio ignis os aperire, cur non clauso ore ostendis pavere per illud in te ingressum flammarum? Abdenago igne impletus divino ingressum non timet ignis profani: Ignem divinum, & ignem profanum angustia non capit oris humani.* 464

Dan. 3. *n.* 24.

Danielis 3. Et erupit, & incendit, quos reperit iuxta fornacẽ de Chaldæis. *n.* 48. *D. Aug.* Sic namq; crudelitas tyrannica superata prosternitur, dum sui satellites devorantur. Cernit pœnam, & servorum Dei aspicit gloriam. Iustis ignes obsequiũ præstant, iniustis interitum subministrant. Dum vindicat flamma, impij necantur, & iusti salvantur. *ser.* 240. *de Temp.* Quos reperit iuxta fornacem. *Quæsitos indicat hos fuisse ministros à flamma, quos repertos dicitur incendisse; cùmque additur, de Chaldæis, indicare videtur textus delatores qui pueros apud regem accusaverant; hi enim solùm in hoc cap. Chaldæi nominantur.* Accedentes Viri Chaldæi accusaverunt Iudæos. *n.* 8. *Et meritò, ut quemadmodum postea accusatores Danielis à leonibus, quibus Daniel eorum delatione in cibũ datus fuit, in momento fuere devorati, ut dicitur Danielis ca.* 14. Devorati 465

Dan. 3. *nu.* 48.

Dan. 3. *nu* 8.

Da.14. n.41. ſūt in momēto. *n.41. Sic delatores iſti à flammis, quibus propter eorum accuſationem pueri in cibos dati fuerant, in momento etiam devorarentur.*

466 *Danielis* 3. Et erupit, & incendit, quos reperit iuxta fornacem
Dan.3. nu.48. de Chaldæis. *n.* 48. *D. Aug.* In hoc mirabili facto, naturæ ſcrutator, qualiter ignis leviter fornace incluſos fovit, inquirit, cúm interim eodem igne viri circunſtantes eiuſdem ſubſtantiæ eadem hora comburuntur. Vnde ergo levitatem hanc in una ſui parte tunc ignis habuit, cúm ex altera inimicos regnorum Dei ferox illius ardor interfecit? *lib.* 2. *de Mir. cap.* 31. *Et poſtquam oſtendit ignem non conſervari, niſi in aliqua ſubſtantia habente aliquid liquoris, ut hoc quaſi pabulo nutriatur, docet hunc ignem & ex aere habuiſſe flatum, & ex aqua vendicaſſe rorem, & ſic concludit.*

467 Vnde, potens gubernator ignis naturam inter inimicos, & ſervos
Dan.3. n. 48. dividere voluit, ardorem inimicis; flabilem, & humidam aquæ, & aeris ſubſtantiam famulis ſuis convertit: ut & illi per comburentem naturam accenſi arderent, & hi in flabili & lymphatico vapore nihil adverſitatis perpeti ſentirent. Quapropter ſcriptura ita dicit, Angelus Domini deſcendit &c. Et fecit medium fornacis, quaſi ventum roris flantem. Ex aere enim ſpiritum, & ex aqua in ipſo igne invenit rorem. *eodem lib.* 2. *de Mir. cap.* 31. De Chaldæis. *Oſtenditur iuxta fornacem non ſolum Chaldeos, ſed & Hebræos poſitos fuiſſe. Ad hoc enim ſpectaculum plurimi, etiā Hebræi, ſine dubio convenirent, ut tres eiuſdem gentis viros pro fide divina decertantes inſpectarent, illorumque exemplo fidem veri Dei morte contempta conſervarent.*

468 *Danielis* 3. Angelus autē Domini deſcendit cum Azaria, & ſocijs
Dan.3. n. 49. eius in fornacem, & excuſſit flammam ignis de fornace. *n.*49. *D. Aug.* Tyrannus putabat tantum tormenta poſſe ſævire, quantum ipſe ſacrilegus exiſtimabat ſe poteſtatem habere; ignes iuſtis cedunt, ardores flammarum in refrigerium vertuntur: & inſtitutæ naturæ voraces impetus obliviſcuntur, ut iuſtos venerantes timerent, & eorum hoſtes perſequentes punirent. Ignes iuſtos hoſpitio cum omni honore ſuſcipiunt, & libenter obſequium præbēt. *ſer.* 240. *de Tempore.* Deſcendit cum Azaria. *Non ingreſſus eſt Angelus poſtquam pueros in fornace iam demiſſos aſpexit, ſed cum Azaria, qui alio nomine Abdenago eſt, & ſocijs eius ſimul deſcendiſſe refertur. Vt tantis hoſpitibus iuſſu Domini hoſpitium pararet, excuſſis ab illo flammis ignis, inductis venti flatibus, ne hoſpites ingreſſi ſpirarent igne, ſed vento reſpirarent.*

Danielis 3. Angelus autem Do- 469
mini deſcendit &c. *n.* 49. *D. Aug.* Dan.3. n.49.
Nullo modo, ignis ardorem ſibi in aliquo adverſantem ſentiebāt; namque Dei Angelus, cúm in fornacem miſſis eadem hora pariter in ignem condeſcendit, qui foras ignis ardores, & flammas de fornace excuſſit, & intus manentes velut placido rore ſuperfuſos ſine vlla moleſtia incolumes conſervavit: atque in circuitu fornaces inimicos quoſcumque Chaldæos perditionis, & interfectionis eorum reos reperit, ignis ille conſumpſit. *lib.* 2. *de Mir. cap.* 31. *Meritò ſpecialiter cum Azaria Angelus deſcendiſſe narratur, ut qui primus in fornacem ingreſſus Deum humili precatione oraſſe refertur;* Stans autem Azarias oravit. *n.* 25. *Socius enim Angelus ei factus eum ad orationem excitaverat.*

Danielis 3. Et non tetigit eos 470
omnino ignis, neque contriſtavit, Dan.3.
nec quidquam moleſtiæ intulit. *n.* n.50.
50. *D. Aug.* Licet flammarum mereri obſequia, qui non meruerant Chaldæorum ſupplicia; Licet ignibus conſervari illæſos, quos tyrannus dederat exurendos, Licet in

pæna

pæna esse securos, quos extra pænam non licuit esse intactos: ut ubi interitus, ibi salus inveniretur. *ser. 240. de Tempore.*

471 *Et infra super eundem n. sic ait.* Accipe hostis á supplicijs exemplum, qui humanitatis perdidisti cōsilium.
Dan. 3. n. 50. Fugiunt ignes iustos, quos iniustè damnasti: expavescunt flammæ, & innocentes pronunciant, quos dignos supplicio deputas: & quæ sævire consueverant, dignos sanctos in fornace cernebat. Damnant hostes, & absolvunt ignes. Chaldæi adijciunt, & pænæ defendunt. Homines sæviunt, & supplicia venerantur. *serm. 240. Quòd non tetigerit, divinæ est miraculum potestatis: at quòd non contristaverit prodigium mihi videtur esse sanctæ hilaritatis: quòd verò nec quidquam molestiæ illis intulerit, mirabile signum divinæ potentiæ, & humanæ patientiæ est.*

472 *Danielis 3.* Tunc Nabuchodonosor rex obstupuit, & surrexit propere *n. 91. D. Aug.* Miratus est Nabuchodonosor rex laudantes Deū pueros, & circa eos ignem non nocentem: & cùm admiratus esset, quid ait, Nabuchodonosor rex, non vel Iudæus, vel circuncisus, ille qui statuam suam erexerat, & ad eam adorandam omnes coegerat, tamen laudibus trium puerorum commotus, ubi vidit maiestatem Dei præsentis in igne quid ait? Et ego proponam decretum omnibus tribubus, & linguis in omni terra. Quale decretum? Quicumque dixerint blasphemiam in Deum Sidrach, Misach, & Abdenago, in interitum erunt, & domus eorum in perditionem. *tract. 11. in Ioannem.*
Dan 3. n. 91.

473 *Deinde sic progreditur alludens etiam ad ea, quæ dicuntur in hoc cap. 3. Dan. n. 96 & 97.* Ecce quomodò sævit rex alienigena, ne blasphemetur Deus Israel, qui potuit tres pueros de igne liberare: & nolunt, ut sæviant reges Christiani, quia Christus exsufflatur, á quo non tres pueri, sed orbis terrarum cum ipsis regibus á gehennarum igne liberatur? Nam tres illi pueri liberati sunt ab igne temporali, plus est liberari de flamma gehennarum, quàm de fornace potestatis humanæ. *eodem loco.*
Dan. 3. n. 96. & 97.

Et tandem sic concludit. Si ergo Nabuchodonosor rex laudavit, & prædicavit, & gloriam dedit Deo, qui liberavit, quia liberavit de igne tres pueros, & tantam gloriam dedit, ut decretum mitteret per regnum suum? Quicunque dixerint blasphemiam in Deum Sidrach, Misach, & Abdenago, in interitum erunt, & domus eorum in perditionem: quomodó isti reges non moveantur, qui non tres pueros attendunt liberatos de flamma, sed se ipsos liberatos de gehenna? *Stupuit, Incarnationis mysterium, Dei dum conspicit Filium humana indutum figura pueris ipsum coelitibus extremò in discrimine positis præstitisse remedium. Dignum rectè iudicavit, cui omnes orbis homines divinum exhiberent honorem, Dei Filiū, qui ad servos suos è periculo vitæ liberandos è cælo descenderat, illisque in medio tribulationis factus socius divinum, quo eos diligeret, ostendebat amorem.* 474
Dan. 3. n. 96. & 97.

Danielis 3. Tunc Nabuchodonosor rex obstupuit, & surrexit properè, & ait optimatibus suis: Non ne tres viros misimus in medium ignis compeditos? Qui respondentes regi, dixerunt: verè rex. Respondit, & ait: Ecce ego video quattuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est, & species quarti similis Filio Dei. *n. 91. & 92. D. Aug.* Cùm ad fornacem tyrannus festinanter accederet, stupet laudem, miratur factum, veneratur Deum cum tribus pueris in fornace. Aspicit iusto divinoque ambitu protegi, quos nuper iusserat violētus extingui. In illis in fornace videt, quem in illis ante non esse putarat. *ser. 240. de Tempore.* Non ne 475
Dan. 3. n. 91. & 92.

tres misimus? *Solus rex miserat in fornacem injicere pueros, nullo eum suis, nec etiam secretò, consilio habito, sed furore correptus. Quare ergo nunc dicit optimatibus suis; Non ne tres viros misimus? Culpam sacrilegam sic levare putabat, dum eam non sibi soli, sed optimatibus suis, tanquam sui criminis socijs deferebat.*

476 Dan. 3. nu. 92. *Danielis* 3. Ecce ego video quatuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est, & species quarti similis Filio Dei. *n.* 92. *D. Aug. refert ex Casulano presbytero.* Ieiunio, inquit, trium fida germanitas ignibus coruscanti carceri dominata rogi, hospitio susceptum Dominum adoravit. *Epist.* 86. *Dictum non approbat D. Aug. ad probandum ieiunium sabbathi: negare tamen non potuit hos tres iuvenes virtuti abstinentiæ fuisse deditos, propter quam etiam promerere potuerint tantum Dei beneficium, ut non cremarentur incendio. Congruum enim erat, ut ab illis, qui se à dapibus sibi à rege oblatis abstinuerant, ignis abstineret, eosque ab eodem tyranno sibi in cibos datos, non ut fastidiosus abijceret, sed ut obsequiosus tangere formidaret.*

477 Dan. 3. n. 92. & 93. *Danielis* 3. Ecce ego video quatuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est, & species quarti similis Filio Dei. Tunc accessit Nabuchodonosor ad ostium fornacis ignis ardentis; & ait: Sidrach, Misach, & Abdenago servi Dei excelsi egredimini, & venite. Statimque egressi sunt Sidrach, Misach, & Abdenago de medio ignis. *n.* 92. & 93. *D. Aug.* Rex Nabuchodonosor caminum introspiciens, ait: Ecce ego quatuor video viros expeditos in medio flammæ, sed quartus cæteris excellit eminentia formæ, illosq; tres quos in ignem miserat, de fornace statim per propria nomina vocat. *lib.* 2. *de Mir. cap.* 31. *Quid intendis tyranne adhuc in pueros sic crudelis, dum in societate Filij Dei conspicis in fornace versantes, iamque, si non in terra, in igne tamen Dei Filius cum hominibus sibi socijs conversatus tibi visus est, eos egredi iubes? Volunt ipsi tres iuvenes in societate Dei filij permanentes in fornace potiùs concremari, quàm in tuo palatio sine Filio Dei socio viventes commorari. Nullus profectò, nullus te iubente è fornace egrederetur, nisi eos, ut socios, Dei Filius cum illis egressus, ut divinam tibi indicaret potentiam, â fornace extraheret.*

Danielis 3. Statimque egressi sunt Sidrach, Misach, & Abdenago de medio ignis. *n.* 93. D. *Aug.* Tūc de fornace egrediuntur illæsi Hebræi, lætantur incolumes, triumphant victores, quód Deo fideliter servierunt, & furorem tyranni contempserunt. *serm.* 240. *de tempore.* De medio ignis. *Non enim iuxta fornacis ostium tres iuvenes ambulabant, quasi è fornace exire affectarent, sed in fornacis medio, unde è medio ignis egressi memorantur, ut qui non desiderarent ab igne liberari, sed ut holocausta Deo oblata igne in illa fornace concremari.* 478 Dan. 3. nu 93.

Danielis 3. Sidrach, Misach, & Abdenago, servi Dei excelsi egredimini, *n.* 93. D. *Aug.* Visu territus, furori addit lenitatem: fit repente confessor, qui nuper fuerat persecutor. Prædicat quem paulò ante negabat; venerari præcipit, qui venerantes damnavit. Rogat de fornace iustos procedere, precatur de igne Dei famulos prosilire. *serm.* 240. *de Tempore. Iure excelsi titulum rex Deo in hoc temporis deferebat: non solùm quòd videret ardorem fornacis erga pueros in rorem fuisse mutatum, sed quòd se ex iracundo, in mansuetum; ex crudeli in humanum; ex superbo in humilem aspiceret transformatum: sola enim Dei excelsi dextera hanc mutationem posset operari.* 479 Dan. 3. nu. 93. nu. 96. & 97.

Danielis 3. A me ergo positum est hoc decretum, ut omnis populus tribus, & lingua, quæcumque locuta fuerit blasphemiam contra Deum Sidrach, Misach, & Abdenago, dispereat, & domus eius vastetur: ne- 480 Dan. 3. nu. 96.

que

que enim est alius Deus, qui possit ita salvare. *n.* 96. *D. Aug.* Nunc me defensorem Dei profiteor, cuius inimicum fuisse constat; ut cuius servos ignarus persequebar, eius inimicos, ut defensor, vlciscar. *serm.* 240. *de Tempore. O pulcherrima manus Dei excelsi tribuenda mutatio? Non iam in Deum se iactat rex blasphematorem, dicens;* Et quis est Deus, qui eripiet vos de manu mea? *n.* 15. *Sed promittit se fore blasphemantiũ dispersorem. O vtinam in hac mutatione perseveraret, ne se in bestiam postea transformaret.*

Dan. 3. *nu* 15.

Ex Divo Anastasio Synaita.

481 *Dan.* 3. *nu.* 92. *Gen.* 2. *nu.* 2.

D*Anielis* 3. Et species quarti similis Filio Dei. *num.* 92. *D. Anast. Synaita ad illud Genes.* 2. Aurũ autem terræ illius est optimum. *n.* 92. *sic ait.* In multis autem locis Divinæ scripturæ, ipse quoque perscrutatus invenias aurum sumi pro figura divinitatis Verbi, & fortasse eade causa Magi quoque Christo (vice omnium gentium) aurum offerebant, contrita imagine idololatriæ, quæ erat Babylone, & ea ipsi oblata, ut cùm obscuram, & evanescentem Adami imaginem (quæ fuerat Dei imago, & similitudo, & cuius character valde erat immutatus, ac deletus, contritusque animi motibus, & perturbationibus) Christus tanquàm divinus character Paternæ hypostasis, reformasset, in se ipso servi formam suscipiens; signaculo baptismatis per aquam, & ignem eam expurgaret. *lib,* 8. *Examer. Ergo tres reges Magi trium puerorum exemplo commoti statuam auream barbari regis non adorabant, sed aurum regi deferebãt parvulo infanti, cuius caput aurum optimum esse credebant iuxta illud Cant.* 5. Caput eius aurum optimum. *n.* 11.

Math. 2. *n.* 11. *Cant.* 5 *nu.* 11.

Ex Divo Gregorio Magno.

D*Anielis* 3. Angelus autem Domini descendit cum Azaria, & socijs eius in fornacem, & excussit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem. *n.* 49. *&* 50. *D. Greg.* Antiquus hostis licet innumeras ciborum concupiscentias nostris obtutibus opponat; quibus libidinis fervor in his crescat, bonis tamen mentibus superni gratia spiritus insibilat, & carnalis concupiscentiæ æstibus illælæ perdurant; ut si vsq; ad tentationem cordis flamma ardescat, vsque ad consensum tamen tentatio non exurat. *apud Glossam, & Hugonem Card. Duo Angelus præstitit: & excussit é medio fornacis flammam ignis: & induxit in medium fornacis ventum roris flantem: ut per flammam impios foris cremaret; & per ventum pios intus refrigeraret. In uno minister factus iustitiæ divinæ malos punientis: in altero misericordiæ divinæ bonis subvenientis.*

482 *Dan.* 3. *nu.* 49. *&* 50.

Danielis 3. Ecce ego video quatuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est, & species quarti similis Filio Dei. *n.* 92. *D. Greg. Mag. tom.* 3. *lib.* 3. *dialogi.* Tres pueri ligati pedibus, & manibus in ignem proiecti sunt, quos die altera requirens in camino illæsis vestibus deambulantes reperit. Ex qua re colligitur quia ignis in quo iactati fuerant, qui eorum vestimenta non contigit, eorum vincula consumpsit; ut uno eodemque tempore in obsequium iustorum, & haberet flamma virtutem ad solatium, & non haberet ad tormentum. *cap.* 18. Et species quarti &c. *Non cum Dei Filio, sed cum pulchritudine Filij Dei videbatur comparatio facienda: dicendumque, & species quarti*

483 *Dan.* 3. *n.* 92.

quarti similis speciei Filij Dei? Sed tamen nesciens quid diceret barbarus, non erravit, dum speciem quarti cum Filio Dei comparavit; est enim ipse Dei Filius non solum speciosus præ filijs hominum, sed ipsa Dei species, Deique pulchritudo debet nominari.

Ex Ruperto Abbate.

484 Danielis 3. Sunt ergo viri Iudæi, quos constituisti super opera regionis Babylonis, Sidrach, Dan. 3. n. 12.
Misach, & Abdenago: viri isti contempserunt, rex, decretum tuum: deos tuos non colunt, & statuam auream, quam erexisti, non adorant. *n. 12. Rupertus. lib. 8. de Glorif. Trinitatis.* Cum in captivitatem ducti communem haberent luctum, iuxta illud: super flumina Babylonis illic sedimus, & flevimus, dum recordaremur Sion, maximum consolationis incrementum adepti sunt per viros tres, qui inventi sunt in medio Sidrach, Misach, & Abdenago; quia contempserunt iniqui regis imperium, & in medio fornacis ardentis gloriosè triumphaverunt. *cap. 14.* Sunt ergo &c. *Ac si dicerent. Ab alijs hoc crimen commissum non foret adeo perniciosum: á tribus his patratum, universa provincia Babylonica viros efficiet criminosos; quisque enim trium principum, quos tu super provinciam constituisti, exemplo excitatus regis decreta flocci pendet: debitumque dijs cultum denegabit, tuam spernet imaginem; imò contra regis maiestatem rebellabit: solet enim exemplum principum populares ad committenda crimina facilitare.*

485 *Danielis 3.* Nunc ergo si estis parati, quacunque hora audieritis sonitum tubæ &c. Prosternite vos, & Dan. 3. n. 15.
adorate statuam, quam feci; quòd si non adoraveritis, eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis: & quis est Deus, qui eripiat vos de manu mea? *n. 15. Rupertus expo*nens illud Abacu *cap. 1.* Propter hoc expandet sagenam suam, & semper Abac. cap. 1. nu. 17.
interficiet gentes, non parcet. *n. 17. Sic ait.* Idem videtur repetendo dixisse, expandit sagenam suam, quod ante dixerat, traxit illud in sagena sua: Veruntamen illud palam constat, quia duas impius habuit, vel habet sagenas, alteram, qua volentes cepit populos, hæc est aurum; alteram, qua invitos quoque constrinxit, & hoc est omne iniquarum legum eius edictum, quod per totum orbem expandit, præcipiendo cunctos interfici, qui nollent sacrificare sagenæ, & reti eius, argento, & auro eius, aureis, & argenteis simulacris eius. *lib. 2 in Abacu.*

Deinde sic progreditur. Primus ita fecisse legitur Nabuchodonosor. Nã 486
ante illum, & si fuerunt, qui auro, & argento sacrificarent, nullus tamen fuisse legitur, qui taliter expanderet sagenam suam, ut de interficiendis gentibus daret legem, qui sacrificare nollent. Ille taliter expãdit; In hora, qua audieritis sonum tubæ &c. in fornacem ignis ardentis. Permisit quidem Deus in ignem tres pueros mitti, vtique iustiores illo impio, sed cùm tres fuissent immissi, quatuor deambulabant soluti per medium ignis, & species quarti, ut ait ipse, qui vidit, similis est Filio Dei. *lib. 2. cito. commentariorum in Prophetam Abacuc.* Dan. 3. n. 15. Dan. 3. n. 92.

Alterã ex his duabus sagenis desideravit tyrannus hos tres pueros, ut pisces, sibi attrahere, expandit ad illos capiendos auream sagenam favoris, & flammeam sagenam horroris, neutra tamen eos potuit irritire: vtramque namque sagenam hi tres pisces ruperunt, dum & beneficia, & supplicia contempserunt.

Danielis 3. Angelus autem Domini descendit cum Azaria, & socijs 487
eius in fornacem: & excussit flammam ignis de fornace. *n. 49. Rupertus.* Nabuchodonosor scilicet, Nero, Dan. 3. n. 49.
sive Decius, aut Diocletianus statuam

tuam erexit magnam; & altam nimis, & populis, tribubus, & linguis edixit, ut cadentes adorarent statuam, & si quis prostratus non adoraret, mitteretur in fornacem ignis ardentis. Vniversam mundi latitudinem quasi unam fornacem ignis contra Christianum nomen effecit. Sed quid profecit? Sicut Angelus Domini descendens in fornacem cum illis tribus pueris, excussit flammam ignis de fornace &c. Sic Filius Dei, Angelus magni consilij iunctis testibus suis, confessoribus Sanctæ Trinitatis in tribulatione præsens interfuit. *lib. 8. de Glorif. Trinit. cap. 5* *Tria numerantur beneficia tribus exhibita pueris per hunc Angelum in n. 50.*
Dan. 3. nu. 50. *Primum, quod eos ignis non tetigerit. Secundum, quod eos non contristaverit. Tertium, quod nec quicquam molestiæ illis intulerit; ut missus à* Deo *Trino Angelus, primum Patris; secundum Filij: tertium SpiritusSancti munus fuisse è cælo mandatum pueris enunciaret.*

488 *Danielis* 3. Et non tetigit eos omnino ignis, neque contristavit; nec quidquam molestiæ intulit. *n.*
Dan. 3. n. 50. 50. *Rupertus lib. 6. de victoria Verbi.* Non poterat hic Deus excelsus templum suum, quod erat Hierosolymis illæsum custodire flammis incendij Babylonici, qui tres pueros taliter custodivit in camino ignis, ut nihil potestatis haberet in corporibus eorum? *Deinde sic respondet.* Planè poterat, sed erudiendus erat mundus, ut sciret quòd Deus excelsus non pulchris lapidibus; aureisve parietibus templi manu facti delectatur, sed fidei charitate, & mundis cordibus, & ille est ei optabilis locus. *cap. 25.*

489 *Igitur hos tres pueros firmitate lapides gratia electos, merito preciosos; noluit Deus flammis ardentis camini concremari, quia ex his adiunctis sibi lapidi Statuam iam pridem tyranni tactu suo in cineres redigenti, volebat templum aliud gloriosius templo per Salomonem erecto, ædificari.*

Danielis 3. Tunc hi tres quasi ex uno ore laudabant, & glorificabant, 490
& benedicebant Deum in fornace. Dan. 3.
n. 51. Rupertus lib. 8. de Glorif. Nobilissimi sunt tres pueri, quia suo nu. 51.
numero præsentiam, & curam adesse monstraverunt beatæ Trinitatis, dum tripudiant in camino ignis ardentis. *cap. 4. Et in eodem lib. sic ait.* Tanguntur igitur organa, resonant verba cantionum prædicantia Deũ in unitate Trinum, in Trinitate unũ. Quàm pulchrum mysterium, quàm iucundum in cælo, & in terra spectaculum: Tunc, inquit, hi tres, quasi ex uno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deum. Etenim nos omnes homines, quorum est una catholica fides, sumus quasi tres, & unum os habemus omnes: Tres, inquam, sumus, quia de tribus pendemus. Quibus de tribus? Tres sunt (ait Ioannes Apostolus) qui testimonium dant in cælo, Pater, & Verbum, & Spiritus Sanctus; & hi tres unum sunt.

Deinde sic progreditur. Canticum 491
nostrum, sive verba cantionum nostrarum laudationes sunt; glorifica- Dan. 3.
tiones sunt, benedictiones sunt, qua- nu. 51.
si ex uno ore trium flendo canentium, canendo flentium, canendo, & flendo, septenarium peccatum Babylonis accusantium. Quomodò septenarium? Ait litera Sacra: Et præcepit Nabuchodonosor, ut succenderetur fornax septuplum quàm succendi consueuerat. *num. 19. Hæc*
omnia in cap. 6. Ergo in camino ignis, Dan. 3.
quasi in sacello Dei duplex ternarius cum nu. 19.
tripudio ter maximo modulabatur: unus ex tribus divinis personis; alter ex tribus humanis constabat: aderat utriusque chori magister Dei Filius, hominisque futurus, qui divinas humanasque voces in unam admirabilem consonantiam dirigebat.

Danielis 3. Tunc hi tres, quasi 492
ex uno ore laudabant, & glorifica- Dan. 3.
bant, n. 51.

bant,& benedicebant Deum in fornace. *n.* 51. *Rupertus*. Sancta Trinitas per hunc numerum captivorum in fornace laudantium Deum, auxilij sui præsentiam illi populo præclarè significavit. *& infra.* Tres pueros in fornacem ignis missos liberando, Deus idem semetipsum clarificavit. *Sic concludit.* Constat quòd non casu, sed providentia Dei tantũmodó tres pueri sunt illi martyrio destinati. *cap.* 7. Tunc hi tres &c. *Quia laus, qua omnes laudabant Patris potentiam; glorificatio, qua glorificabant Filij sapientiam: benedictio, qua benedicebant Spiritus Sancti benevolentiam, quibus* Deus *potuit, agnovit, & voluit eos liberare, quasi ab uno ore exirent, unisonè consonabant.*

493 Dan. 3. nu. 92. *Danielis* 3. Ecce ego video quatuor viros solutos,& ambulantes in medio ignis,& nihil corruptionis in eis est, & species quarti similis Filio Dei. *n.* 92. *Rupertus. lib.* 8. *de Glorif. Trinitatis* Hæc res gesta, res tam victoriosa,non ne tam gloriosé sanctam Trinitatem in istis tribus pueris prædicat, sicut alia res gesta in tribus Angelis, quos Abraham hospitio suscepit,eandem Trinitatem significaverat? Perpulchra, & delectabilis est consideratio hæc. Si perpẽdas, sive recogites, quia beatæ Trinitati, & in istis tribus pueris carneis,& in illis tribus pueris Angelicis, unum idemque negotium fuit.

494 Dan. 3. nu. 92. *Postea sic procedit.* Quod vel quale negotium? Nimirum istud valde magnum negotium, & cura pergrãdis, ut adimpleret verbum promissionis: illic,ut nasceretur Isaac,principium seminis, vel genealogiæ nascituri Christi: hic, ut consolationẽ haberet in illa captivitate Babylonis genus Abrahæ, sive Iudæa parẽs nasciturі eiusdem Christi.

495 Dan. 3. nu. 92. *Et tandem sic concludit.* Hoc signum maximum fecit Deus excelsus in oculis illorum ipsorum,qui captivaverant illum Dei populum, ut conservati inter gentes, tandem remitterentur filij peregrinationis illuc,vbi oportebat ex eis nasci Christum, sicut iam dudum præcinebat congratulando vox prophetica dicens: Virgo Israel revertere in civitates tuas, vsque dolens averteris? Generabis Dominum Salvatorem. *omnia cap.* 2. *Iam tunc Virginem illam Israel à captivitate liberabat, ne ex tribu regia alia virgo nascitura captivitatis tempore conciperetur: sed quæ in animo à captivitate tyranni spiritualis libera erat concipienda: in corpore à captivitate tyranni temporalis etiam immunis nasceretur.*

Danielis 3. Et speciès quarti similis Filio Dei. *nu.* 92. *Rupertus lib.* 6. *de victoria Verbi.* Iste ubi viderat Filium Dei, ut speciem eius recognoscere posset in illo, qui descenderat cum Azaria, & socijs eius in fornacem? Numquam viderat Filium Dei, sed nec vnquam legendo, vel audiendo didicerat, quis, vel qualis esset Filius Dei. Non ne ergo mente non sua locutus est? Non ne in magno excessu taliter effatus est? Verè in magno excessu,in magno stupore: Quẽ scriptura enunciavit dicendo, Tunc Nabuchodonosor rex obstupuit. *cap.* 21. 496 Dan. 3. nu. 92.

Et species quarti similis Filio Dei. *n.* 92. *Rupertus* Speciosa victoriæ pars,& insigne præconium Verbi Dei, Filij Dei, quód illum manifesta confessione priùs confessus est inimicus, quàm amicus: persecutor, quàm executor: & iniustus, quàm iustus. Gentilis, quàm Iudæus. Quis enim saltem ex omnibus prophetis tam apertè nomen illud expressit, Filium Dei? *eodem lib.* 6. *de victoria Verbi cap.* 22. 497 Dan. 3. n. 92.

Et species quarti similis Filio Dei *n.* 92. *idem Rupertus.* Iste tantus prædicator forté etiam tunc dormivit, & somniavit, quando nomen istud prædicavit. Non enim putemus eum nunc tantũmodó dormisse 498 D. n. 3. n. 92.

quando

quando magnam statuam somniavit, somniumque perdidit ignorans quid viderit. Imò tota vita eius somnus fuit, quicquid boni de Deo pronunciavit, quicquid benedixit, & laudavit, somnium fuit, quia sicut illud de statua somnium perdidit, ita quicquid laudis Deo declamavit, totum de corde eius velociter evanuit. *eodem cap.* 22.

499 Et species quarti similis Filio Dei, *n.* 92. *Rupertus lib.* 6. *de victoria Verbi.* Qui post interpretationem somnij, vel statuæ, quam viderat, Danielé adoravit. Veré (inquiens) Deus vester, Deus deorum est, & Dominus regum: ipse postmodúm statuam dedicans auream, servos eiusdem Dei misit in fornacem ignis; Et quis est (inquit) Deus, qui eripiat vos de manu mea? Item qui dixit, Benedictus Deus eorum, Sidrach videlicet, Misach, & Abdenago, &c. Ipse postmodùm contra Dei decretum superbè respondens, inquit. Hæc est Babylon magna, quam ego ædificavi &c. & statim propter superbiam quasi bos effici meruit. *cap.* 22.

Dan. 3. n. 92.

500 Et species quarti similis Filio Dei. *n.* 92. *Tres pueri, ut qui evigilaret ad videnda humana in se ipsis cernebat; at Dei Filium non in se ipso, sed in quadam specie inspectabat; unde solùm de specie illius loquebatur; qui enim divina solúm, ut qui somniaret per species à phantasia efformata solùm sentiebat, non ipsum obiectum; sed speciem illius somniando intuebatur.*

Dan. 3. nu. 95. Dan. 3. nu. 92.

501 *Danielis* 3. Et species quarti similis Filio Dei. *n.* 92. *Rup. lib.* 6 *de victor. Verbi.* Dicimus quia species quarti similis fuit Filio Dei, idest, quia quartus apparuit in camino ignis, & servos Dei excelsi mirabiliter custodivit, signum fuit. & in semetipso significavit, quod facturus erat, iàq; facere cæperat Filius Dei, Verbū Dei, quādo enim defuit agonizātibus servis suis propter Verbū Dei? *cap.* 24.

Dan. 3. nu. 92.

502 *Postea sic progreditur.* Non ne cum pijs martyribus Filius Dei, & in flammis, & in cæteris agonibus semper præsens fuit? Verbi gratia, Vbi martyr insignis Laurentius ignibus suppositus est pro fide Filij Dei. Numquid, qui assatus fuit, & super craticulam, & super ignem spiritum amisit, idcirco dicas, quia fuit absens, & ab ignibus eius longè abstitit Filius Dei? Immo præsentior illi fuit, & gloriosiùs in eo triumphavit, quám si excussisset carbones, & ignitam craticulam eius, quasi ventū roris flantem fecisset. Transivit per ignem, & flamma illi non nocuit, & odor ignis in eo non fuit, quia fides læsa non est, imò sicut aurū per ignem probata est. *cap.* 24.

Dan. 3. n. 92.

503 *Tandem sic concludit idem Rupertus.* Sic animadvertimus in illa fornace Babylonica, speciem quarti similem Filio Dei, quia sicut per speciem illius qui illic apparuit custoditi fuerunt illi tres pueri, sic per invisibilem præsentiam Filij Dei illæsa permansit in sanctis martyribus fides æternæ Trinitatis. *In eodem cap.* 24. Et species quarti. *Illud (&) idem valet, ac si esset (quia) & facit hunc sensum: cùm tres ligatos miserim, quatuor solutos video, quia species quarti similis Filio Dei; qui non passus fuit milites suos ligatis pedibus iacere; sed quos ego ligare iusseram, solvere imperavit, volens (ut honoraret illos) cum eisdem in medio fornacis, quasi cum amicis tribus, quartus ambulare.*

Dan. 3. n. 92.

504 *Danielis* 3. A me ergo positum est hoc decretum, ut omnis populus, tribus, & lingua, quæcumque locuta fuerit blasphemiam contra Deum Sidrach, Misach, & Abdenago, dispereat, & domus eius vastetur: neque enim est alius Deus, qui possit ita salvare, *num.* 96. *Rupertus.* Contra Deum Sidrach, Misach, & Abdenago, sive manifestiús contra Deum, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, dispereat, & domus

Dan. 3. n. 96.

eius vastetur, neque enim est Deus alius, qui possit ita salvare. *lib. 8. de Glorif. Trinit. cap. 5. Iure profectò rex agnoscebat Deitatem in eo, in quo predicabat salvandi potestatem: unde etiam posset sua deitatis recognoscere falsitatem, cùm non salvandi in se pronunciaret beneficentiam, sed vastandi proderet, at ostentaret potentiam.*

Ex Divo Bernardo.

505 Danielis 3. Angelus autem Domini descendit cum Azaria, & socijs eius in fornacem, & excussit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis &c. *nu.* 49. & 50. *D. Bernardus.* Descendit ut prope sit his, qui tribulato sunt corde, ut nobiscum sit in tribulatione nostra. Erit autem quando rapiemur in nubibus obviam Christo in aera, & sic semper cum Domino erimus, si tamen curemus eum habere nobiscum, ut sit comes viæ, qui patriæ redditor est futurus, imó qui tunc patria, modó sit via. Bonum mihi Domine tribulari, dummodò ipse sis mecum, quám regnare sine te, epulari sine te, sine te gloriari. Bonum in tribulatione magis amplecti te, in camino habere te mecum, quàm esse sine te vel in cælo. Quid enim mihi est in cælo, & á te quid volui super terram. *in Psal. Qui habitat. serm.* 17.

Dan. 3. nu. 49. & 50.

Psa. 72. v. 25.

506 *Descendit Angelus testamenti, socius ut servis suis fieret inter flammas, quas in societate servorum delicias reputabat iuxta illud Proverb.* 8. Deliciæ meæ esse cum filijs hominum. *num.* 31. *Neque enim, ubi futurus esset cum hominibus, ut delectaretur, designavit; ut, ubicunque socius hominum fuisset, ibi se delicijs fruiturum indicaret.*

Dan. 3. n. 49. & 50. Prover. 8. n. 31.

507 *Danielis* 3. Et non tetigit eos omnino ignis, neque contristavit, nec quidquam molestiæ intulit. *num.* 50. *D. Bernardus de modo bene vivendi.* Ideo tres pueri in camino ignis non arserunt, quia abstinentes fuerunt. *serm.* 24. *Abstinentiam puerorum describit Sacer Textus cap.* 1. *Danielis ubi sic.* Dentur nobis legumina ad vescendum, & aqua ad bibendum. *num.* 12. *Ex mensa regia carnis epulum, & vini potum rex his pueris dare imperaverat, ut hac erga eos amoris significatione illos ad sui dilectionem inclinaret: ipsi verò ad edendum legumina, ad bibendum aquam sibi dari postulabant, ne beneficio regis devicti suæ captivitatis authorem diligerent; vel quia non erant de numero eorum, qui ventrem suum, ut sibi numen adorabant.*

Dan. 3. nu. 50.

Dan. 1. n. 12.

508 *Danielis* 3. Ecce ego video quatuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est, & species quarti similis Filio Dei. *n.* 92. *D. Bernardus in Psal. Qui habitat.* Aurum probat fornax, & viros iustos tentatio tribulationis, ibi, ibi cum eis es Domine, ibi in tuo nomine congregatis medius adstas, sicut olim cum tribus pueris es dignus etiam ethnico apparere, ut diceret, quia species quarti similis Filio Dei. Quid trepidamus, quid cunctamur, quid refugimus hunc caminum? Sævit ignis, sed Dominus nobiscum est in tribulatione. Si Deus nobiscum, quis contra nos. *serm.* 17. Et nihil corruptionis in eis est. *Ideo ergo Deo proximi cum Deo ambulabant: Incorruptio enim quemlibet eorum proximum Deo faciebat: iuxta illud Sapientiæ.* 6. Incorruptio facit esse proximum Deo. *n.* 20. *Incorruptio corporum in tribus iuvenibus incorruptionem monstrabat animorum: non poterat eorum corpora corrumpere flamma, quorum animos cōcupiscentia non incenderat.*

Dan. 3. nu. 92.

Sapi. 6. n. 20.

Ex.

Ex Guarrico Abbate.

509 D*anielis* 3. Angelus autem Domini descendit cum Azaria,
Dan. 3. n. 49. & socijs eius, in fornacem: & excussit flammam ignis de fornace. *num.* 49. *Guarricus ad illud D. Pauli* 1.
1. Cor. 3 nu. 14. & 15. *ad Cor.* 3. Vniuscuiusque opus quale sit: ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod superædificavit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: Ipse autem salvus erit; sic tamen, quasi per ignem. num. 14. & 15. Sic ait. Quantó meliús nunc arderemus delectabili amore, quám tunc illo pœnali ardore? Quantó suaviùs nunc igne amoris purgaremur, ut mundanum in nobis non relinqueretur, quod mundi incendio obnoxium inveniretur: sed sicut tribus pueris ventus roris, fieret nobis fornax Babylonis. Et fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem. *n.* 50. *serm.* 1. *Quadrag.*

510 *Deinde sic progreditur.* Alioquin vitiosè, & negligenter viventes,
Dan. 3. nu 49. ligna, fænum, stipulam nobis coacervamus, & tantam ignium materiam hinc nobiscum portamus, cúm examen illius purgatorij tales intraverimus, quis poterit de
Isai. 33 n. 14. nobis habitare cum igne devorante: aut quis habitabit ex nobis
Isai. 9. nu. 5. cum ardoribus sempiternis? Quando omne etiam vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem, & cibus ignis? Scio quidem, quia si satis arderem igne charitatis, de me quoque diceretur: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multùm. Nunc autem si purgari non mereor igne
Luca. 7 nu. 47. dilectionis, utinam vel purgarer alicuius igne passionis. *Eodem serm.* 1. *Quadrag.* Angelus autem Domini &c. *n.* 49. & 50.

Tria beneficia circa ignem à Deo 511
uno, & Trino, tribus concessa pueris nunc video. Primum, quòd ignis eos non tetigerit: Secundum, quòd illos non contristaverit: Tertium, quòd nihil eis molestiæ intulerit. Et quidem meritò, qui enim tres sibi patronos apud Deum constituerant Abraham, Isaacum, & Iacobum, ut constat ex hoc capite dicentes: Neque auferas misericordiam tuam à nobis propter Abraham dilectum tuum, & Isaac servum tuum, & Israel sanctum tuum. *num* 35. *Tria à Deo beneficia impetrabant ipsorum meritis consentanea. Primum meritis Abrahæ, qui quia olim igne filium Deo voluit in holocaustum offerre, tactum ignis à pueris meruit separare. Secundum meritis Isaaci, qui vocabulo suo, quod risus interpretatur, pueros exhilarabat. Tertium meritis Iacobi, qui exemplo patientiæ, qua innumeras molestias tulerat, omnem à pueris ignis molestiam verè meruit segregare.*

Ex Hugone Cardinali.

D*anielis* 1. Et imposuit eis præpositus eunuchorum nomi- 512
na; Danieli, Baltassar: Ananiæ, Sidrach; Misaeli, Misach; & Azariæ, Dan. 1. n. 7.
Abdenago. *num.* 7. *Hugo.* Indigné ferebat Nabuchodonosor, quód in palatio suo vocarentur nominibus Iudææ: & propter hoc mutavit eis nomina: & etiam in signum quód eos specialiter de alijs elegerat. *Ad hunc locum. Nomina pueris iussit tyrannus mutari, ne in captivitate positi per nomina sibi in patrio solo indita, dulcem patriam in memoriam revocarent, contemptoque regis palatio in patriam reditum affectarent.*

Danielis 1. Pueris autem dedit 513
Deus scientiam, & disciplinam in Dan. 1. n. 17.
omni

omni libro, & sapientia. *num.* 17. *Hugo.* Si sapientiam, & doctrinam Babyloniorum scire esset peccatum, numquam acquiescerent discere quod non licebat. Discunt autem, non ut sequantur: sed ut iudicent, atque convincant. Hac ergo intentione discunt pueri Chaldaicam doctrinam: qua Moyses Ægyptiorum sapientiam. *in com. n.* 8.

514 *Et infra exponens num.* 17. Pueris autem dedit Deus &c. Merito abstinentiæ dedit eis ut multa scirent proprio ingenio, & multa addiscerent á magistro. Dedit eis secùndum glossam scientiam de cælestibus, & disciplinam de terrenis. *in com. Brevi temporis spatio tres hi pueri Chaldaorum scientias didicerunt, quia non tam labore humano, quàm favore divino eas compararunt; id divina providentia dispensante, ne, dum pueri erant, in Chaldaorum errores, à magistris Chaldæis seducti inducerentur, sed possent eorum doctrinam confutare.*

Dan. 1. nu. 17

515 *Danielis* 2. Præcepit autem rex, ut convocarentur arioli, & magi & malefici, & Chaldæi, ut indicarent regi somnia sua. *num.* 2. *Quare tres pueri ad palatium regis non convenerunt, ut regis somnium explicarent? Respondet Hugo Cardinalis.* Quia cum alijs sapientibus intrare noluerunt ad regem, ne impudenter divitias, & dignitatem Chaldaicam, viderentur appetere, vel ne alijs occasionem invidiæ darent. *In expos. num.* 14. *Humiles tres erant adolescentes, nec solùm honoris ambitionem, sed & ambitionis speciem fugiebant, ut qui vellent ad aliorum exemplum, non solùm esse, sed & humiles apparere.*

Dan. 2. n. 2.

516 *Danielis* 3. Sunt ergo viri Iudæi, quos constituisti super opera regionis Babylonis, Sidrach, Misach, & Abdenago: viri isti contempserunt, rex, decretum tuum: deos tuos non colunt, & statuam auream, quam erexisti, non adorant. *nume.* 12. *Hugo.* Quasi dicerent, ingrati sunt beneficijs tuis, qui eos captivos, & alienos tuis præfecisti, & exaltasti. Sidrach, Misach, & Abdenago. Glossa de Daniele non fit mentio: quia regi assistebat, qui propriam statuam non adorabat. *Ad hunc locum. Quare non dicunt, & statuam (tuam) non adorant, cùm sic regem ad maiorem iracundiam provocarent? Quia dicebant auream; & agnoscebant regem nimis esse avarum, qui proinde non statuam auream possideret, sed potiùs ab illa aurea statua possideretur.*

Dan. 3. n. 12.

Danielis 3. Respondentes Sidrach, Misach, & Abdenago dixerunt regi Nabuchodonosor: Non oportet nos de hac re respondere tibi. *num.* 16. *Hugo.* De hac re, idest de adoratione deorum tuorum, non oportet nos verbis respondere: ostendemus enim factis, nos eos contemnere. Item modus est loquendi: Non oportet quód respondeamus tibi: quia certum quód non faciemus: quasi bene potes scire, sine nostra responsione: & licet nobis nulla incumbat necessitas respondendi; tamen ob gratiam tui respondebimus? Ecce enim Deus noster &c. *Ad hunc locum. Ita religiosi erga Deum verum se tres pueri semper coram rege demonstraverant, ut regi non liceat, de illorum fide dubitare, qui pro comperto habere debuisset eos potiùs morituros, quàm à vera religione defecturos.* 517

Dan 3. nu. 16.

Danielis 3. Et confestim viri illi vincti, cum braccis suis, & tiaris, & calceamentis, & vestibus, missi sunt in medium fornacis ignis ardentis. *nume.* 21. *Hugo.* Vt scilicet nullam in expoliando facerent moram. Nam iussio regis vrgebat. *Ad hunc locum. Noluit Deus, ut fortissimi milites tyranni pueros spoliarēt, ne quasi victores de victis pueris viderētur triumphare, cùm pueri etiā quādo victi non* 518

Dan. 3. nu. 21. & 22.

non victi de vincientibus se, sed non vincentibus: gloriosam victoriam reportarent.

519 *Danielis* 3. Stans autem Azarias orauit sic, aperiensque os suum in medio ignis, ait. Benedictus es Domine &c. *num.* 25. *&* 26. *Hugo.* Stans dicit Glossa quasi fortis in adversis, stare enim fortium est. Aperiensque os suum sapientiæ thesaurum: sicut etiam Dominus aperuit os suum quasi thesaurum absconditum. *Matth.* 5. *num.* 2. *ad hunc locum.* Aperiens &c. *Quot verba proferebat Abdenago, tot margaritas promebat, igne examinandas; ut ex illis inventis preciosis sertum fieret, quo noster Abdenago. quasi triumphalis statua, in qua Deus de statua tyranni triumphabat, stans in medio ignis, coronaretur.*

Dan. 3. n. 25. & 26.

Matth. 5. n. 2.

520 *Danielis* 3. Neque auferas misericordiam tuam à nobis propter Abraham dilectum tuum, & Isaac servum tuum, & Israel sanctum tuum. *num* 35. *Hugo. Glossa.* Hominem pro homine offert. *ad hunc locum. Tres ergo pueri, tres senes Abraham, Isaac, & Iacob sibi patronos apud Deum constituebant, priorisque dilectionem, alterius servitutem, vltimi sanctitatem allegabant, ut illorum meritis à Deo misericordiam impetrarent, existimantes non posse* Deum *id, quod per hos tres viros petebant, denegare.*

Dau. 3. nu. 35.

521 *Danielis* 3. Et species quarti similis Filio Dei. *num.* 92. *Hugo.* In vultu enim quarti super vultus humani splendorem aliquid radiare vidit: & ideo Filio Dei, & non hominis, idest Deo, & non homini similem dicit hunc Filium Dei. *Ibi. Non appellavit quartum Filium Dei, sed pulchritudinem quarti similem esse Filio* Dei *asseruit, indicans tantum esse in viro illo quarto sibi apparente decorem, ut cum decore Filij Dei posset illius decor comparari. Ita enim illius vultus radiabat, ut non humana, sed divina illius esse forma videretur.*

Dan. 3. n. 92.

522 *Danielis* 3. Tunc rex promovit Sidrach, Misach, & Abdenago in provincia Babylonis. *num.* 97. *Hugo.* Fortè in pristinum statum: vel amplioribus eos sublimavit honoribus: quia priùs erant iudices in alijs provincijs; modò in provincia Babylonis: vel quia priùs erant præfecti operibus Babylonis, modò facti sunt principes provinciarum. *Ibidem. Non solùm honores pristinos eis restituit, sed eos promovit, idest, ad ampliores exaltavit: ut qui amore Dei sub obtentos honores impio regis decreto repugnantes, libentissimè contempserant, non solùm ipsos non perderent, sed ampliores ab ipso eodem rege impetrarent.*

Dan. 3. nn. 97.

Ex Lyra.

523 Danielis 2. Et ingressus est domum suam Ananiæque, & Misaeli, & Azariæ socijs suis indicavit negotium, ut quærerent misericordiam à facie Dei cæli super Sacramento isto. *num.* 17. *&* 18. *Lyra.* Adiungit enim sibi socios in orando, quia oratio multorum, & maximè bonorum, est multum exaudibilis. *num. suo* 2. *Apparet quantùm se à negotijs curiæ hi tres pueri removerant, cùm nec de negotio adeò magno, & in curia publico notitiam habuerint, nisi postquam Daniel ingressus domum suam illud eis negotium indicaverit.*

Dan. 2. nu. 17. & 18.

524 *Danielis* 3. Statimque in ipso tempore accedentes viri Chaldæi accusaverunt Iudæos. *num.* 8. *Lyra.* Accusaverunt moti invidia ex hoc quòd Iudæi erant eis præpositi in negotijs regni, ut patet ex fine præcedentis cap. *num. suo.* 15. Statimque. *Ne si in alterum diem accusationem differrent, alij ex Chaldæis eos præventrent, & apud regem gratiam, quam illi sibi per delationem assequi curabant,*

Dan. 3. nu. 8.

praeoccuparent. Vel ne si non statim eos de crimine, quod laesae maiestatis humanae, & divinae reputabant, accusarent: postea sciens rex illos criminis conscios fuisse, nec illud detulisset eos iure non solùm criminis conscios, sed et socios iudicaret; & ut reos damnaret.

525 *Danielis* 3. Sidrach, Misach, & Abdenago: viri isti contempserunt, rex, decretum tuum: deos tuos nō colunt, & statuam auream, quam erexisti, non adorant. *nu.* 12. *Lyra.* Statuam auream, quam vocat Nabuchodonosor deum suum, non quia ipsam adoraret, sed quia ipsum repraesentabat, cui divinos honores exhiberi volebat. *n. suo 9. exponens illud.* Vere ne Sidrach, Misach, & Abdenago deos meos non colitis, & statuam auream, quam constitui, nō adoratis? *n.* 14. *Ergo Nabuchodonosor statuam auream non unum deum sed plures deos appellabat, sic enim se non unum solum deum, sed unum, qui pluribus dijs in potestate adaequandus esset, affirmabat.*

Dan. 3. n. 12.

Dan. 3. nu. 14.

526 *Danielis* 3. Quod si noluerit, notū sit tibi rex quia deos tuos non colimus, & statuam auream, quam erexisti, non adoramus. *nu.* 18. *Lyra.* Quia aliquando Deus non liberat servos suos temporaliter, ut meliús salvet eos, invisibiliter eos ad requiē transferendo. *n. suo* 1. Notum sit tibi &c. *Idem Lyra.* Ex quo patet quod illud factum est tribus pueris materia fortitudinis, quod ab impijs credebatur esse causa terroris. *n. suo* 2. Non adoramus. *Ad futuram adorationem provocati, futuram non videntur, sed praesentem adorationem denegare, dicentes?* Non adoramus, *& non dicentes? Non adorabimus. Sic tamen responderunt, ut constantiam in vera fide indicarent, propter quam adorationem illam, & in praeterito tempore iam negaverant, & in praesenti tempore abnegabant: & in futuro tempore denegarent.*

Dan. 3. n. 18.

527 *Danielis* 3. Stans autem Azarias oravit sic, aperiensque os suum in medio ignis ait. Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, & laudabile, & gloriosum nomen tuum in saecula. *n.* 25. *&* 26. *Lyra.* Facit mentionem de antiquis patribus, ut meritis ipsorum eius oratio sit magis exaudibilis. Et hoc modo fecit Moyses in oratione ad placandam iram Domini contra populum de vituli fabricatione. *n. suo* 1. Deus patrum nostrorum, *Qui enim de proprijs meritis, ut verè humilis, diffidebat, merita patrum Deo praesentabat, ut eum ad misericordiam erga filios ex amore parentum provocaret.*

Dan. 3. nu. 25. & 26.

Danielis 3. Neque auferas misericordiam tuam à nobis propter Abraham dilectum tuum, & Isaac servum tuum. & Israel Sanctum tuū. *n.* 35. *Lyra.* Propter Abraham dilectum tuum, quia fuit primus á Deo electus ex idololatris: & primo facti sunt ei promissiones apertè de Christo; propter quod dicitur hic specialiter dilectus. *n. suo* 4. 528

Dan. 3. nu. 35.

Et Isaac servum tuum, *Idem Lyra.* Dicitur servus quia fuit verê obediens. Et patet hoc cúm pater voluit eum immolare, quia erat iam triginta annorum, & perconsequēs fortis: pater autem eius erat senex, & debilis: noluit tamen resistere, sed ad immolationem, voluntariè accessit, ut dicit Iozephus lib. 1. Antiquitatum. *n. suo* 5. 529

Dan. 3. nu. 35.

Et Israel Sanctum tuum, *Idem Lyra.* Idest Iacob, qui dicitur hic sanctus, quia specialiter cultu se vovit colere Deum, ut dicitur *Gen.* 28. Erit mihi Dominus in Deum. Illud autē propriè dicitur sanctum, quod applicatur divino cultui. *n. suo* 6. *Non solùm hos tres patres proprijs nominibus expressit, sed & nominibus gloriosos titulos addidit, ut sic eos ad commiserationem faciliús inclinarent; non possent enim tres patres non velle auxilium ferre tribus filijs, qui eos adeo gloriosis titulis nominabant.* 530

Dan. 3. n. 35.

Danielis 3. Erue nos in mirabilibus 531

Dan. 3. bus tuis, & da gloriam nomini tuo
n. 43. Domine. *n.* 43. *Lyra.* Hîc consequē-
ter Azarias invocat liberatricem Dei potentiam, quæ solet assistere in casibus desperatis secundùm viam humanam, & hoc est quod dicit: Erue nos in mirabilibus; Hoc est per opera supra virtutem naturæ facienda, quod factum est in liberatione eorum de fornace. *nu. suo* 5. Da gloriam nomini tuo. *Non enim tam saluti propriæ, quàm divinæ gloriæ Abdenago consulebat, sciebat tamen à Deo hominum amatore, humanam salutem divinam gloriam reputari, ideoque dicebat,* Erue nos, & da gloriam nomini tuo.

Danielis 3. Benedictus es in thro-
532 no regni tui: & superlaudabilis, &
superexaltatus in sæcula. *n.* 54. *Ly-*
Dan 3. *ra.* In throno hoc est Beata Virgine;
n. 54. quæ speciali modo coniuncta est
Deo ratione maternitatis: & dicitur propriè ipsius thronus: quia in gremio eius sedit, quando recepit mu-
Matth. nera à regibus Matth. 2. *n. suo* 5. Be-
2. n. 11 nedictus. *In thronō namque Virgineo benedictus erat unus, idemque Filius Dei, & Virginis Filius, superlaudabilis secundùm divinitatem, & superexaltatus secundùm humanitatem; non minus benedictus propter humanitatem, quam accepit à nobis, quàm propter divinitatem, quam dedit nobis.*

533 *Danielis* 3. Et species quarti si-
milis Filio Dei. *nu.* 92. *Lyra.* Quia
Dan. 3. propter irradiationem vultus, in
nu 92. corpore assumpto bene apparebat; quód Angelus non erat filius hominis, sed magis aliquid super hominē, & quid divinum. *nu. suo* 1. *Vultum enim splendore quodam radiantem ostendebat flammarum fulgorem longè superante, quæ non hominem, sed humana conditione superiorem se esse demonstrabat.*

534 *Danielis* 3. Tunc rex promovit
Sidrach, Misach, & Abdenago in
Dan. 3. provincia Babylonis. *nu.* 97. *Lyra.*
n. 97. Ampliús quàm ante: quia priùs erāt præfecti operum, sed nunc fecit eos iudices provinciarum. *num. suo* 16. Tunc rex. *Iure dicitur* Tunc rex, *Tūc enim ostendebat regiam maiestatem, quando ad novos honores, istos tres iuvenes promovendo, manifestabat liberalitatem.*

Idem Lyra. In isto capitolo po- 535
test assignari quadruplex moralitas;
quia in statua est nota simulationis: Dan. 3.
in adorantibus æmulationis: in mi- n. 97.
nistris, vel instrumentis adulationis: in fornace tentationis. *Deinde singula exponit, & sic progreditur idem Lyra.*

Statua igitur notat simulatio- 536
nem potentiæ, scientiæ, seu cuiuslibet excellentiæ. Hæc statua est Dan. 3.
ficta, quia vita simulata habet me- n. 1. & 2.
ram falsitatem. Aurea, quia habet falsam honestatem. Alta; quia habet falsam dignitatem. Lata; propter falsam pietatem. Sita; propter falsam potestatem. Dedicata Propter falsam famæ celebritatem. Adornata; propter falsam maiestatem. Hæc omnia simul concurrentia faciunt simulatorem statuam, non hominem.

In adorantibus est nota æmula- 537
tionis. Adorant primò satrapæ, idest
nobiles, aspirantes ad nobilitatem Dan. 3.
generis, magistratus, idest consiliarij, n. 1. &
aspirantes ad familiaritatem princi- 2.
pis. Iudices aspirantes ad authoritatem. Duces exercitus, aspirantes ad hominis celebritatem: tyranni, aspirantes ad potestatem. Optimates aspirantes ad regiam dignitatem. Hi omnes adorant sæculi dignitatem, ne potentiam, honores, vel divitias perdant: quorum exemplo subditi faciliter inducuntur, impulsi à maioribus per potentiam; à doctoribus per falsam doctrinam; à religiosis per falsam vitam.

In ministris, vel instrumentis 538
notatur adulatio. Quidam enim adu-
lantur superioribus ratione timoris, Dan. 3.
& hoc significatur per tubam, quia n. 5. &
terret. Quidam ratione consequen- 6.
di honoris, ut ambitiosi: & hoc significatur per fistulam. Quidam ratione

tione favoris habendi in causis; & hoc significatur per citharam. Quidam ratione valoris temporalis, ut pauperis; & hoc significatur per sambucam. Quidam ratione affectus carnalis amoris, sicut sunt proprié diligentes, & hoc significatur per psalterium. Quidam ratione decoris, ut lascivi, & hoc significatur per symphoniam. Quidam ratione livoris, ut sic per superiores possent se vindicare de alijs: & hoc significatur per omne genus musicorũ, quia tales per omnem viam quærunt adimplere suum propositum.

539 Dan. 3. n. 6. In fornace, & pueris notatur tẽtatio, & tribulatio. Fornax enim tribulationis septuplum succenditur contra iustos antequam liberentur. Per adversitatem in insidijs hostium. Per asperitatem in afflictionibus corporis exterioribus. Per anxietatem in conflictibus mentis interioribus. Per arduitatem in operibus difficilibus. Per authoritatem in præceptis fortioribus. Per austeritatem in victu, & alijs necessitatibus. Per calamitatem in infirmitatibus, & lãguoribus. &c. *Hæc omnia Lyra ad finem cap. 3. num. suo* 16.

Ex Divo Dionysio Carthusiano.

540 Dan. 1. n. 5. Danielis 1. Et constituit eis rex annonam per singulos dies de cibis suis, & de vino, vnde bibebat ipse. *n.* 5. *Carthusianus.* Vt abundanter de necessarijs corporis provisi, studio fructuosiús liberiúsque vacarent, solicitudo namque temporalium impedit studij integritatem. *Ad hunc locum. Per dies singulos è regali mensa, & cibum, & potum rex præbere videbat. Cum enim esset magnificus diem sine sigillo suæ beneficentiæ non signatum inter dies vitæ suæ minimè numeraret; imó nec diem lætum, sed tristissimam noctem esse reputaret.*

Danielis 3. Statimque in ipso tempore accedentes viri Chaldæi, accusaverunt Iudæos. *n.* 8. *Carthusianus.* Accusaverunt Iudæos, quibus invidebant, eo quòd in regni negotijs sibi erant prælati. Hinc passionibus agitati celeriter aggressi sunt regem; passio namque rationis iudicium non expectat. *Ad hunc locum.* Statim. *Nescit invidia differre malum, quod adversus eos, quibus bonum invidit machinatur; torquetur invidus dum in alijs aspicit felicitatem, quam in infelicitatem mutare desiderat.* 541 Dan. 3. nn. 8.

Danielis 3. Sunt ergo viri Iudæi, quos constituisti super opera regionis Babylonis Sidrach, Misach, & Abdenago: viri isti contempserunt, rex, decretum tuum: deos tuos non colunt, & statuam auream, quam erexisti, non adorant. *n.* 12. *Carthus.* Tanquam dicant, ò rex, ingrati sunt tibi, & reddunt mala pro bonis, & contemptũ pro honore eis á te impenso. Captivos, principes fecisti populi tui, & tamen rebelles sunt sibi. *ibi.* Sunt ergo. *Ac si dicerent. Adhuc sunt, adhuc extant; qui tamen, ut tibi rebelles, in fornace vi flammarum, iam in cineres redacti esse deberent.* 542 Dan. 3. n. 12.

Danielis 3. Tunc Nabuchodonosor in furore, & in ira præcepit, ut adducerentur Sidrach, Misach, & Abdenago: qui confestim adducti sunt in conspectu regis. *n.* 13. *Carthus.* Volens eis dare locum respondendi, & excusandi, sicut in actis scribitur Apostolorum: Non est cõsuetudo Romanis condemnare aliquem, nisi præsentes habeat accusatores, & locum accipiat respondendi ad abluenda crimina. Ibidem. *Iure in hoc loco, ubi Nabuchodonosor dicitur in furore, & ira pueros coram se adduci imperasse, titulo regis non cognominatur, solùm enim dicitur,* Tunc Nabuchodonosor in furore, & ira præcepit; *qui enim in furore, & ira imperabat dignus non* 543 Dan. 3. nn. 13.

non erat, qui titulo regio honoraretur, neque enim servus sui factus furoris, titulum regis servabat honoris.

544 *Danielis* 3. Ecce enim Deus nos-
ter, quem colimus potest eripere
Dan. 3. nos de camino ignis ardentis, & de
n. 17. manibus tuis, ó rex, liberare. *nu.* 17.
Carthus. Fide, spe, & charitate, & actibus latriæ, cuius in ditione cũcta sunt posita potest eripere nos de camino ignis ardentis. *ad hunc locum. Suum quisque Deum appellabat, dicens;* Deus noster, *non quòd non sciret, eum Deum esse omnium, sed quòd doleret eum non ab omnibus adorari; dum enim Dei sui potentiam commendabat, regem, & Chaldæos ad cultum* Dei *omnipotentis adducere studebat.*

545 *Danielis* 3. Viri autem hi tres
idest Sidrach, Misach, & Abdenago,
Dan. 3. ceciderunt in medio camino ignis
n. 23. ardentis colligati. *n.* 23. *Carthusia.* Colligati, idest, pedibus vincti, vel & ipsi tres simul ligati, ut pœnas suas mutuo magis sentirent. *ibidem.* Colligati. *Divina id dispensante providentia; ut qui in animis amoris vinculis erant arctissimè colligati, in corporibus rigoris ligaminibus astringerentur: fieretq; ex tribus funiculus triplex fidei, qui nullis humanis viribus solveretur.*

546 *Danielis* 3. Stans autem Azarias
oravit sic; aperiensque os suum in
Dan. 3. medio ignis, ait. Benedictus es Do-
nu. 25. mine Deus patrum nostrorum. *nu.*
& 26. 25. & 26. *Carthus.* Stans autẽ Azarias, qui inter tres fortè senior, ac principalior fuit; Aperiensque os suum. Hoc dicitur ad insinuandum quód sapientissimè, & cum delibe-ratione locutus est. Stetit mente rectus, & constans; corpore quoque elevatus ad Deum, suamque oratio-
Psa. 17. nem laudibus Dei commiscuit, ut
exauditior esset, iuxta illud in Psal. Laudans invocabo Dominum, & ab inimicis meis salvus ero. *ad locum Danielis. Primus noster Abdenago orasse refertur, ut qui primus erat ætate, primus foret etiam pietate.*

Danielis 3. Angelus autem Do- 547
mini descendit cum Azaria, & socijs
eius in fornacem; & excussit flam- Dan. 3.
mam ignis de fornace, & fecit me- nu. 49.
dium fornacis quasi ventum roris & 50.
flantem. *n.* 49. & 50. *Carthus.* Quoniam deficiente electis humano auxilio adesse solet divinum, subiungitur, Angelus autem Domini descendit &c. *art.* 4. Cum Azaria, & socijs eius. *Ita enim proximus erat cuilibet, ut cum eorum quolibet factus cuiuslibet socius, in fornacem descendere videretur, æqualem erga omnes amorem indicaret.*

Danielis 3. *Et erumpens Nabucho-* 548
donosor, ait: Benedictus Deus eorum
Sidrach videlicet, Misach, & Abde- Dan. 3.
nago, qui misit Angelum suum, & nu. 95.
eruit servos suos, qui crediderunt in eum, & verbum regis immutaverunt, & tradiderunt corpora sua, ne servirent; & ne adorarent omnẽ deum; excepto Deo suo. *n.* 95. *Carthus.* Et verbum regis, Nabuchodonosor se ipsum enim nominat regẽ, Immutaverunt idest, transgressi sunt non ei obediendo, scientes quia
obedire oportet Deo magis, quám Act. 5.
hominibus, potissimè dum homines iubent contraria Deo, & tradiderunt corpora sua, periculo mortis, ac ignibus, malentes comburi, quàm Deum offendere. *Ad eum locum.* Benedictus Deus eorum Sidrach, Misach, & Abdenago. *Deum titulo benedicti honorabat, eò quòd tres hos sibi servos vindicaret, est enim servorum virtus principis præconium.*


Danielis 3. Tunc rex promovit 549
Sidrach, Misach, & Abdenago in
provincia Babylonis. *n.* 97. *Carthus.* Dan. 3.
Propter fidelitatem eorum, cogi- nu. 97.
tans, quòd sicut Deo suo, ita & sibi de cætero fidelissimi essent: & rursus, quód Deus eorum dirigeret eos in negotijs sibi commissis ad totius regni profectum. *Ibi. O utinam regis huius exemplum quilibet Christianus imitaretur; eosque subditos ad honores*

nores promoveret quos Deo fideles esse sciret, infidelesque Deo honoribus privaret; credens non posse aliquem cum fidelitate regi homini servire, qui regi Deo fidelitatem non servaret.

SONVS QVARTVS

Abdias.

Ex Divo Hieronymo.



550 *Abd. n. 1. 1. Cor. 13. nu. 11. Phil. 3. nu. 13. Lucæ. 9 Ephe. 4*

bdiæ. Visio Abdiæ. *n.* 1. *D. Hier. in Abdiam.* Cùm essem parvulus, ut parvulus loquebar, ut parvulus sapiebam, ut parvulus cogitabam: postquam factus sum vir, quæ parvuli erant, deposui. Si Apostolus proficit, & quotidie præteritorum oblivifcens, in priora se extendit: ac secundùm præceptũ Domini salvatoris, stivam tenens, post tergum non respicit: quantò magis ego, qui necdum ad ætatem perfecti viri, & in mensuram Christi veni, mereri debeo veniam, quòd in adolescentia mea, provocatus ardore, & studio scripturarum, allegoricé interpretatus sim Abdiam prophetam, cuius historiam nesciebam. *in proœmio.*

551 *Deinde sic progreditur.* Sperabam in scriniolis latere quod scripseram, & ingenioli mei primam temeritatem ignibus voveram, cùm subitò de Italia, affertur exemplar á quodam iuvene, tot annis, quot & ego quondam scripseram, laudãte opusculum meum. Fateor, miratus sum, quòd quamvis aliquis malè scripserit, invenit similem lectorem sui. Ille prædicabat, ego erubescebam: ille quasi mysticos intellectus ferebat ad cælum, ego demisso capite confiteri meum pudorem prohibebar. Quid igitur, condemnamus in quibus pueri lusimus? Minimè; scimus enim in tabernaculum Dei, & aurum, & pilos caprarum similiter oblatos. Et tunc dedimus quod habuimus, & nunc, si tamen aliquid profecimus, Domino suum reddimus. *ibidem.*

Et tandem. Per vetera vestigia rursum ingrediar, emendans si fieri potest, curvos apices litterarum. 552 *Exod. 25. nu. 36.* Infans eram, ne dum scribere noveram, titubabat manus, tremebant articuli, Nunc, ut nihil aliud profecerim, saltem Socraticum illud habeo: Scio, quod nescio. Dicit & Tullius, cuius adolescentulo sibi inchoata quædam, & rudia excidisse. Si hoc ille tam de libris ad Herennium, quàm de rhetoricis (quos ego vel perfectissimos puto) ad cõparationem senilis peritiæ dicere potuit: quantò magis ego liberè profiteor, & illud fuisse puerilis ingenij, & hoc maturæ senectutis. *in eodẽ proœmio.* Visio Abdiæ. *Pulchro vocabulo librum suum Abdias prænotavit: Visionem Abdiæ eum appellans, quo homines, non tàm ad legendum illius verba, quàm ad videndum ipsius opera, invitaret.*

Abdiæ.

553 Abdiæ. Visio Abdiæ. n. 1. D. Hier. in Abdiam. Hunc aiunt esse Hebræi, qui sub rege Samariæ Achab & impiissima Iezabel, pavit centum prophetas in specubus: qui nō curvaverunt genu Baal, & de septem millibus erant, quos Helias arguitur ignorasse: sepulchrumque eius vsque hodie cum Mausoleo Helizæi prophetæ, & Baptistæ Ioannis in Sebaste venerationi habetur, quæ olim Samaria dicebatur. *in com. Abdiæ. Magnum quidem est Abdiæ præconium cum Helizæo, & Ioanne Baptista habere in eodem loco sepulchrum, mortuum illic conditum est illius cadaver, sed non conditur illius vitæ fama.*

Abdia. n. 1. 3. Reg. 18. nu. 13. 3. Reg. 19. nu. 18.

554 Abdiæ. Visio Abdiæ. n. 1. D. Hier. Hic igitur, quia centum prophetas aluerat, accepit gratiam prophetalem, & de duce exercitus, fit dux Ecclesiæ. Tunc in Samaria parvum gregem paverat, nunc in toto orbe Christi pascit Ecclesias. *in com.* Visio Abdiæ. *Abdias servus Domini interpretatur; ergo hoc titulo librum suum voluit prænotare, ut ostenderet quanti hunc divinæ servitutis titulum æstimaret.*

Abdia. nu. 1.

555 Abdiæ. Hæc dicit Dominus Deus ad Edon. n. 1. D. Hier. Parvus propheta versuum supputatione, nō sensuum. Evangelicus quoque sermo breviatus, laciniosis legis operibus angustior est. *In com. Iam tunc temporis Dei sermo audientibus fastidio erat: ergo Abdias sermonem suum abbreviavit, ut vel sic sine fastidio audiretur.*

Abdia. nu. 1.

556 Abdiæ. Hæc dicit Dominus Deus ad Edon. n. 1. D. Hier. Hic propheta quasi servus Domini iuxta Abraham, Isaac, & Iacob, & Moysem famulum Dei, & Apostolum servum Christi, ea vidit, quæ prophetali digna sunt servitute. Multi putant iuxta interpretationem nominis, quòd servus Domini sit iste, cui dicitur in Isaia: magnum tibi est vocari puerum meum: qui se exinanivit formam servi accipiens. *In com. Dominus Deus. Vt suis dictis autoritatem consiliaret, à se dicenda sibi à Domino Deo dicta prænunciat; ut quisque audiens, vel Domino obediret, Domini perculsus timore: vel Deo obediret, Dei provocatus amore; est enim Dominus propter potentiam hominibus timori, est Deus propter benevolentiam hominibus amori.*

Abdia. num. 1.

557 Abdiæ. Auditum audivimus à Domino, & legatum ad gentes misit: Surgite, & consurgamus adversus eum in prælium. nu. 1. D. Hier. Audivit ergo Abdias quód ad gentes legatus missus sit mediator Dei, & hominum, Homo Christus Iesus: de quo & pater loquitur per Aggæum: Movebo omnes gentes, & veniet desideratus cunctis gentibus. Iste in Isaia magni consilij Angelus, & Pater futuri sæculi scribitur. *in com. Iure equidem Christus Deus, & homo inter Deum & homines legatus designatur, qui quà Deus pro divinis, quà homo pro humanis causis ageret, atq; ita divina humanis, & humana divinis conciliaret.*

Abdia. num. 1.

558 Abdiæ. Auditum audivimus à Domino, & legatum ad gentes misit. n. 1. *Septuaginta sic legunt.* Auditum audivi à Domino, & monitionem in gentibus misit. *D. Hier.* Quód autem pro legato septuaginta munitionem interpretati sunt: possumus dicere, quòd ipse legatus noster sit, & ipse monitio: dicens ea, quæ prophetalis sermo contexuit: Surgite, & consurgamus adversus eum, vel eam in prælium. Ac ne forsitan gravis nobis, & insolita pugna videatur: me, inquit, habebitis primum in acie. Ego ero Princeps præliorum qui & Iesu filio Nave gladium tenens apparui: & Amalech in crucis meæ vexillo Moyse pugnante superavi. *In com. Auditum audivimus. Ne videretur, quasi iactabundus, se de felicissimo nuncio adventus Domini, qui legatus à Patre ad homines mittendus erat, singulariter gloriari: non dixit* [illegible] *ditum divit*

Abdia. num. 1.

Iesu 5. nu 14. Exod. 17. nu. 21.

audivi, sed audivimus, ut sic á suspicione vanæ gloriæ, se penitus liberaret.

Ex Divo Augustino.

559 Abdiæ. num. 1. Abdiæ. Visio Abdiæ. *n.* 1. *D. Aug. lib.* 18. *de Civitate Dei.* Abdias quantum ad scripturam eius attinet, omnium brevissimus fuit, adversus Idumæam gentem loquitur. *cap.* 31. *Nec incongruè brevissimus fuit Abdias prophetarum; ut vel saltem obiurgationis brevitate illius amaritudinem aliquantulum deliniret. Breviterque scindens, dolorem vulneris abbreviaret.*

Ex Ruperto Abbate.

560 3. *Reg.* 18. *n.* 7. & 8. *Tertio Reg.* 18. Cúmque esset Abdias in via, Elias occurrit ei: qui cùm cognovisset eum cecidit super faciem suam, & ait: Num tu es domine mi, Elias? Cui ille respondit: Ego; Vade, & dic domino tuo adest Elias. *n.* 7. & 8. *Rupertus de Trinitate, & operibus eius in lib. Ps. lib.* 5. Sanè Abdias, cui occurrit Elias, & dixit: Vade, & dic domino tuo, adest Elias, ipse est, qui in ordine prophetarum quartus habetur. Abdias autem servus Domini interpretatur. Et rectè hoc nomine vocatur, fecit enim quemadmodum servus Domini. *cap.* 9. *Magnum habet Abdias praeconium, in eo quòd suum adimplet vocabulum; non enim nomen servi Domini, vacuum asportabat, sed operibus misericordiæ plenum, qui se servum Domini ostendebat.*

561 3. *Reg.* 18. *nu.* 13. *Tertio Reg.* 18. Numquid non indicatũ est tibi domino meo, quid fecerim, cùm interficeret Iezabel prophetas Domini, quód absconderim de prophetis Domini centum viros, quinquagenos, & quinquagenos in speluncis, & paverim eos pane, & aqua? *nu.* 13. *Rupertus.* Idcirco quia centum prophetas salvaverat, accepit gratiam propheticam & de duce exercitus, factus est dux Ecclesiæ. *cap.* 9. *proximé cit. Hoc est D. Hier. desumptum. Notanda est abstinentia prophetarum, quos Abdias non carne, & vino, sed pane, & aqua cibabat, & potabat; quanvis enim Abdias, utpote qui erat dispensator domus regiæ, potuisset eos suavissimis dapibus, & optimis potationibus convivare, solùm pane, & aqua eos excepisse dicitur, ut illorum abstinentiam indicaret.*

Ex Hugone Cardinali.

Tertio Reg. 18. Numquid non indicatũ est tibi domino meo, quid fecerim, cùm interficeret Iezabel prophetas Domini quòd absconderim de prophetis Domini, cẽtum viros, quinquagenos, & quinquagenos in speluncis, & paverim eos pane, & aqua? *n.* 13. *Hugo.* Bona, quæ fecerat retractat Abdias non iactanter, sed ut prophetam ad misericordiam flectat. Simile Isaiæ 38. vbi dixit Ezechias: Obsecro Domine memento quæso quomodó ambulaverim coram te in veritate, & in corde perfecto: et quod bonũ est in oculis tuis fecerim. n. 3. Hoc dicebat, ut flecteret Deum ad misericordiam: & se ipsum excitaret ad maiorem devotionem. *Ad hunc locum. Exemplo suo Eliam, ut populum á fame, & siti liberaret, excitabat, dum à se centum prophetas pane, & aqua exceptos referebat.* 562 3. *Reg.* 18. *nu.* 13. *Isai.* 38. *n.* 3.

Abdiæ. Visio Abdiæ, Hæc dicit Dominus Deus ad Edon. *nu.* 1. *Hugo.* Antequam illa ponat ostendit quomodó accepit á Domino, quæ dicturus est, ut meliús ei credatur, dicens, Auditum, idest, dignum 563 Abdiæ. num. 1.

num audiri: Audivimus ego, & alij prophetæ. *ibi.* Hæc dicit Dominus Deus. *Ne à se conficta, sed à Deo revelata, quæ diceret, crederentur.* Auditum audivimus. *Non enim ex novitate dicendorum captabat vanitatem, sed potiùs ex antiquitate autoritatem: ut qui in sermone non sui famam, sed audientium salutem desideraret.*

564 *Abdiæ.* Legatum ad gentes misit. *num.* 1. *Hugo.* Idest Angelum ad
Abdiæ. concitandum gentes contra Idu-
num. 1. mæam: vel prophetam ad prophetandum eis. Glossa, quæ dicit: Legatus est homo Christus, qui mittitur ad Nabuchodonosor, ut veniat contra Idumæos. *ibi. Ergo, & ipse Deus Rex regum, & cæli imperator ad regem terræ Nabuchodonosorem legatum misit, ut ad bellum contra Idumæos unà secùm properaret; non quòd auxilio humano indigeret, sed ut per inhumanum tyrannum, eos, quos ipse si solus pugnam iniret, non diré plecteret, acerbissimo devictos prælio captivaret; atque ita Deus homines per hominem crudelem tamquàm per flagellum Dei duriùs flagellaret.*

Ex Lyra.

565 Tertio *Reg.* 18. Vocavitque Achab Abdiam dispensatorem
3. *Reg.* domus suæ: Abdias autem timebat
18. *n.* 3 Dominum valde? *nu.* 3. *Lyra.* Hoc dicitur ad ostendendum quód non erat consentaneus domino suo in malis suis. *n. suo* 5. *Felix Abdias, qui timorem Domini Dei timori domini hominis præferebat, quia honorem, quem accipiebat ab homine, amori, quem debebat Deo, postponebat.*

566 *Tertio Reg.* 18. Dixit ergo Achab ad Abdiam: Vade in terram ad
3 *Reg.* universos fontes aquarum, & in
18. *n.* 5 cunctas valles, si forté possimus invenire herbam, & salvare equos, & mulos, & non penitus iumenta intereant. *num.* 5. *Lyra.* Vt ipse ex una parte, & Abdias ex altera discurrerent per loca humida regni sui, ad videndum si posset herba inveniri ad sustentationem equorum regis: homines enim terræ quantúm poterant talia abscondebant ad nutritionem suorum animalium, ut possent aliquo modo de lacte sustentari, quia fructus terræ defecerant, præ nimia siccitate, & ideo rex, & Abdias iverunt ad hoc negotium ut meliùs posset fieri. *num. suo* 4.

Apparet quantùm rex de fidelitate Abdiæ confidebat, quem dispensatorem domus regiæ constituerat, soli enim 567
Abdiæ ex omnibus domesticis provisionem in summo necessitatis periculo ad equos suos alendos committebat: & ut ipsum exemplo etiam suo magis ad hoc negotium excitaret, regiones inter se, & Abdiam ad pabulum quærendum dividebat.

Tertio Reg. 18. Quid peccavi, 568
inquit, quoniam tradis me servum
tuum in manu Achab, ut inter- 3. *Reg.*
ficiat me. *num.* 9. *Lyra*, Timuit 18. *n.* 9
enim ne Elias subitò ad alium locum portaretur, sicut frequenter acciderat, quando Dominus ipsum ad aliquem locum mittebat. Propter quod filij prophetarum quando fuit raptus, crediderunt ipsum sic fuisse translatum, ut habetur infra 4. *lib. cap.* 2. & sic Achab interficeret Abdiam credens quód illusisset sibi, dicens venisse Eliam. *n. suo* 8. *Mortem timuit, sed causam mortis magis formidavit, scilicet, ne mendax haberetur: vel, ut qui regi esset ingratus, quasi illudere vellet de adventu Eliæ mentiretur.*

Tertio Reg. 18. Numquid non 569
indicatum est tibi domino meo,
quid fecerim cúm interficeret Ieza- 3. *Reg.*
bel prophetas Domini &c. *n.* 13. *Ly-* 18. *nu.*
ra. Hoc dicit non ad iactantiam, sed 13.
ne Elias ipsum exponeret periculo. *n. suo* 1. *Hoc Abdias Eliæ prophetæ dicebat,* ut

audivi, sed audivimus; ut sic à suspicione vanæ gloriæ, se penitus liberaret.

Ex Divo Augustino.

559 *Abdiæ. num. 1.* Abdiæ. Visio Abdiæ. *n. 1. D. Aug. lib. 18. de Civitate Dei.* Abdias quantum ad scripturam eius attinet, omnium brevissimus fuit, adversus Idumæam gentem loquitur. *cap. 31. Nec incongruè brevissimus fuit Abdias prophetarum; ut vel saltem obiurgationis brevitate illius amaritudinem aliquantulum deliniret. Breviterque scindens, dolorem vulneris abbreviaret.*

Ex Ruperto Abbate.

560 *3. Reg. 18. n. 7. & 8.* Tertio *Reg.* 18. Cúmque esset Abdias in via, Elias occurrit ei: qui cùm cognovisset eum cecidit super faciem suam, & ait: Num tu es domine mi, Elias? Cui ille respondit: Ego; Vade, & dic domino tuo adest Elias. *n. 7. & 8. Rupertus de Trinitate, & operibus eius in lib. Ps. lib. 5.* Sanè Abdias, cui occurrit Elias, & dixit: Vade, & dic domino tuo, adest Elias, ipse est, qui in ordine prophetarum quartus habetur. Abdias autem servus Domini interpretatur. Et rectè hoc nomine vocatur, fecit enim quemadmodum servus Domini. *cap. 9. Magnum habet Abdias præconium, in eo quòd suum adimplet vocabulum; non enim nomen servi Domini, vacuum asportabat, sed operibus misericordiæ plenum, qui se servum Domini ostendebat.*

561 *3. Reg. 18. nu. 13.* *Tertio Reg.* 18. Numquid non indicatũ est tibi domino meo, quid fecerim, cúm interficeret Iezabel prophetas Domini, quód absconderim de prophetis Domini centum viros, quinquagenos, & quinquagenos in speluncis, & paverim eos pane, & aqua? *nu.* 13. *Rupertus.* Idcirco quia centum prophetas salvaverat, accepit gratiam prophetalem, & de duce exercitus, factus est dux Ecclesiæ. *cap. 9. proximè cit. Hoc ex D. Hier. desumptum. Notanda est abstinentia prophetarum, quos Abdias non carne, & vino, sed pane, & aqua cibabat, & potabat; quamvis enim Abdias, utpote qui erat dispensator domus regiæ, potuisset eos suavissimis dapibus, & optimis potationibus convivare, solùm pane, & aqua eos excepisse dicitur, ut illorum abstinentiam indicaret.*

Ex Hugone Cardinali.

562 *3. Reg. 18. nu. 13.* Tertio *Reg.* 18. Numquid non indicatũ est tibi domino meo, quid fecerim, cùm interficeret Iezabel prophetas Domini quòd absconderim de prophetis Domini, centum viros, quinquagenos, & quinquagenos in speluncis, & paverim eos pane, & aqua? *n.* 13. *Hugo.* Bona, quæ fecerat retractat Abdias non iactanter, sed ut prophetam ad misericordiam flectat. Simile Isaiæ 38. vbi dixit Ezechias: Obsecro Domine memento quæso quomodò ambulaverim coram te in veritate, & in corde perfecto: et quod bonũ est in oculis tuis fecerim. n. 3. *Isai. 38. n. 3.* Hoc dicebat, ut flecteret Deum ad misericordiam: & se ipsum excitaret ad maiorem devotionem. *Ad hunc locum. Exemplo suo Eliam, ut populum à fame, & siti liberaret, excitabat, dum à se centum prophetas pane, & aqua exceptos referebat.*

563 *Abdiæ. num. 1.* *Abdiæ.* Visio Abdiæ, Hæc dicit Dominus Deus ad Edon. *nu.* 1. *Hugo.* Antequam illa ponat ostendit quomodò accepit á Domino, quæ dicturus est, ut meliús ei credatur, dicens, Auditum, idest, dignum

num audiri: Audivimus ego, & alij prophetæ. *ibi.* Hæc dicit Dominus Deus. *Ne à se conficta, sed à Deo revelata, quæ diceret, crederentur.* Auditum audivimus. *Non enim ex novitate dicendorum captabat vanitatem, sed potiùs ex antiquitate autoritatem: ut qui in sermone non sui famam, sed audientium salutem desideraret.*

564 *Abdiæ. num. 1.* *Abdiæ.* Legatum ad gentes misit. *num.* 1. *Hugo.* Idest Angelum ad concitandum gentes contra Idumæam: vel prophetam ad prophetandum eis. Gloss, quæ dicit: Legatus est homo Christus, qui mittitur ad Nabuchodonosor, ut veniat contra Idumæos. *ibi. Ergo, & ipse Deus Rex regum, & cæli imperator ad regem terræ Nabuchodonosorem legatum misit, ut ad bellum contra Idumæos unà secum properaret; non quòd auxilio humano indigeret, sed ut per inhumanum tyrannum, eos, quos ipse si solus pugnam iniret, non diré plecteret, acerbissimo devictos prælio captivaret; atque ita Deus homines per hominem crudelem tamquàm per flagellum Dei duriùs flagellaret.*

Ex Lyra.

565 *3. Reg. 18. n. 3* Tertio *Reg.* 18. Vocavitque Achab Abdiam dispensatorem domus suæ: Abdias autem timebat Dominum valde? *nu.* 3. *Lyra.* Hoc dicitur ad ostendendum quód non erat consentaneus domino suo in malis suis. *n. suo* 5. *Felix Abdias, qui timorem Domini Dei timori domini hominis præferebat, quia honorem, quem accipiebat ab homine, amori, quem debebat Deo, postponebat.*

566 *3 Reg. 18. n. 5* *Tertio Reg.* 18. Dixit ergo Achab ad Abdiam: Vade in terram ad universos fontes aquarum, & in cunctas valles, si forté possimus invenire herbam, & salvare equos, & mulos, & non penitus iumenta intereant. *num.* 5. *Lyra.* Vt ipse ex una parte, & Abdias ex altera discurrerent per loca humida regni sui, ad videndum si posset herba inveniri ad sustentationem equorum regis: homines enim terræ quantúm poterant talia abscondebant ad nutritionem suorum animalium, ut possent aliquo modo de lacte sustentari, quia fructus terræ defecerant, præ nimia siccitate, & ideo rex, & Abdias iverunt ad hoc negotium ut meliùs posset fieri. *num. suo* 4.

Apparet quantùm rex de fidelitate Abdiæ confidebat, quem dispensatorem domus regiæ constituerat, soli enim Abdiæ ex omnibus domesticis provisionem in summo necessitatis periculo ad equos suos alendos committebat: & ut ipsum exemplo etiam suo magis ad hoc negotium excitaret, regiones inter se, & Abdiam ad pabulum quærendum dividebat. 567

Tertio Reg. 18. Quid peccavi, inquit, quoniam tradis me servum tuum in manu Achab, ut interficiat me. *num.* 9. *Lyra*, Timuit enim ne Elias subitò ad alium locum portaretur, sicut frequenter acciderat, quando Dominus ipsum ad aliquem locum mittebat. Propter quod filij prophetarum quando fuit raptus, crediderunt ipsum sic fuisse translatum, ut habetur infra 4. *lib. cap.* 2. & sic Achab interficeret Abdiam credens quód illusisset sibi, dicens venisse Eliam. *n. suo* 8. *Mortem timuit, sed causam mortis magis formidavit, scilicet, ne mendax haberetur: vel, ut qui regi esset ingratus, quasi illudere vellet de adventu Eliæ mentiretur.* 568 *3. Reg. 18. n. 9*

Tertio Reg. 18. Numquid non indicatum est tibi domino meo, quid fecerim cúm interficeret Iezabel prophetas Domini &c. *n.* 13. *Lyra.* Hoc dicit non ad iactantiam, sed ne Elias ipsum exponeret periculo. *n. suo* 1. *Hoc Abdias Eliæ prophetæ dicebat, ut* 569 *3. Reg. 18. nu. 13.*

ut gratum prophetis centum præstitam sibi, laveret uni, ne exponeret propheta periculo mortis eum, qui tot prophetas ab interitu liberaverat; sed ut gratus gratiam in prophetis filijs acceptam prophetarum omnium pater compensaret.

Ex Abulensi.

570 Tertio Reg. 18. Vocavitque A-
3. Reg. 18. n. 3 chab Abdiam dispensatorem domus suæ: Abdias autem timebat Dominum valde. *num.* 3. *Abulensis.* Iste vocatur dispensator, quia non solùm dispensabat ea, quæ pertinebant ad sumptus regis, sed etiam erat princeps inter omnes officiales domus regis, & fortè nullus erat maior in toto regno, nec magis acceptus regi. Quod patet, quia rex dixit ei, quód iret Abdias per unam viam, & ipse iret per aliam, & ista erat quasi quædam æqualitas. *quæst.* 2. Abdias autem &c. *Ne ab aliquo Abdias non solùm regis dispensator, sed & regis imitator haberetur. Regi homini placebat, sed de malis illius sibi displicebat, ut qui regem Deum plusquàm regem hominem timeret.*

571 *Tertio Reg.* 18. Vocavitque
3. Reg. 18. n. 3 Achab Abdiam &c. *num.* 3. *Abulensis.* Quæretur cùm esset Achab vir tam iniquus pervertens totam legem, & declinans ad idola, cur manebat Abdias apud eum, cùm esset Addias vir bonus timens Deum. Respondendum quòd Abdias non cogebatur recedere ab Achab, quanquám ille vir malus, quia solùm obligabatur ipse, quód esset bonus, & tamen non obligabatur manere cum bonis, vel cum malis, sed ubicunque vellet manere liberum ei erat. *quæst.* 3.

572 *Probat hoc alijs exemplis, & sic ait.* Patet hoc de alijs viris bonis, &
prophetis: nam Ahias Silonites 3. Reg. 14. n. 2
erat propheta Domini vir bonus valde; & tamen manebat in Silo, quæ erat civitas terræ Ieroboam, postquám omnes de terra illa declinaverant ad idola, supra 14. Elias quoque erat vir excellentissimus, & quasi ignis ardens inter
omnes prophetas, Eccles. 48. Et Eccles. 48. n. 1.
tamen ipse manebat inter idolo-
latras, & loquebatur cum Achab; 3. Reg. 17. n. 1
nam erat Elias de habitatoribus Galaad; præcedenti cap. Et sic habitabat in terra idololatrarum. *quæst.* 3.

Deinde aliam præbet responsio-
nem in hunc modum. Alia causa, & 573
potissima erat ex Dei ordinatione, & summa providentia. Nam ipse interdum collocat aliquos viros bonos tacitè in domo potentum, qui nequissimi sunt, ut faciat eos mereri gratiam, & favorem ipsorum potentum plusquàm mali mereantur. Et hoc propter duo. Primó, ut ipsi interdum ipsos principes à malis coerceant, dissuadendo saltem indirectè. Secundó, ut ipsi misereantur virorum bonorum, quos Deus tradidit interdum in manum iniquorum. *eadem quæstione* 3.

Vnde sic progreditur. Sic patet 574
hîc in Abdia, qui secretò erat vir bonus, habebatque nimium favorem apud Achab, & ipse liberavit multos de prophetis Domini ad mortem ductos. Sic etiam Deus dedit gratiam reginæ Esther, & Mardochæo, qui boni erant coram rege Assuero, qui malus erat, ut Iudæi, qui tunc cultores Dei erant, liberarentur á periculis per Esther, & Mardochæum. Nam Assuerus precibus Aman iusserat omnes Iudæos occidi in regno
suo, & occidendi erant nisi inter- Esthe. 7 n. 3.
cessisset Esther coram Assuero. *quæst.* 3.

Alia

575 *Alia adhuc proponit exempla.* Sic
etiam Deus fecit quòd Ioseph, qui
erat vir bonus, haberet magnum
favorem in domo Pharaonis, ut to-
ta cognatio sua salvaretur in tem-
Gen. 50 pore famis, & etiam multi populi,
n. 19. qui aliàs perijssent, Gen. vltimo.
& 20. Scilicet, Nolite timere: Num Dei
possumus resistere voluntati? Vos
cogitastis de me malum, & Deus
vertit illud in bonum, vt exaltaret
me. *quaest.* 3.

576 Sic etiam Deus dedit magnum
favorem Danieli coram rege Nabu-
Dan. 3. chodonosor, & coram alijs regibus
n. 96. Chaldæorum, & Persarum, ut Iu-
dæi, qui in captivitate erant benè
tractarentur ab eis, & ostenderen-
tur mirabilia Dei apud ipsos reges
per Danielem: In tantum, quód si-
mel Nabuchodonosor publicavit
quòd in omnibus regnis suis nullus
auderet blasphemare contra Deum
Hebræorum, & quicunque blas-
phemaret, occideretur, & periret
domus eius, Dan. 3.

577 Etiam aliqui de Hebræis fue-
runt positi in magnis principatibus
Dan. 3. tempore Nabuchodonosor, scilicet
n. 97. Sidrach, Misach, & Abdenago eo-
dem cap. Non ergo peccavit Ab-
dias manendo in domo Achab, sed
potiùs merebatur, quia Deus posue-
rat eum ibi ad conservandum pro-
phetas, quando Iezabel occidebat
illos, & ad multa alia bona. *Hæc om-
nia Abulensis. quaest.* 3.

578 Vocavitque Achab Abdiam dis-
3. Reg. pensatorem domus suæ; Abdias au-
18. nn. tem timebat Dominum valde. *n.* 3.
3. *Sed quanam hæc ratio est regia vocatio-
nis? Ergo ne Achab Abdiam tunc vocabat
eo quòd in eo timorem Dei esse arbitrare-
tur? Iure equidem, sic crederet Abdiam,
eo quòd Deum timeret, regi etiam suo fu-
turum obsequiosum; fidelemque Deo, sibi
etiam fidelitatem servaturum.*

579 *Tertio Reg.* 18. Tulit ille centum
prophetas, & abscondit eos quin-
quagenos & quinquagenos in spe-
luncis, & pavit eos pane, & aqua.
num. 4. *Abulensis.* Non est autem
intelligendum, quòd ipse publicè
acciperet eos, quia non posset re-
sistere tunc reginæ; sed potiús ipsa
occideret eum, & illos; sed acce-
pit eos occultè, quia fortè dedit pe-
cuniam multam ministris Iezabel,
qui ferebant prophetas illos ad oc-
cisionem, & accepit secretè, & sic
evaserunt. *quaest.* 3. Abscondit eos.
*Hoc enim fecit non sine timore reginæ,
quæ si factum deprehendisset procul du-
bio etiam ipsum Abdiam occidi iuberet:
sed tamen Abdias amore prophetarum
reginæ propulsabat timorem, ab illius
etenim corde charitas foras mortis pro-
pria emittebat tremorem.*

Tertio Reg. 18. Vade in ter-
ram ad universos fontes aquarum, 580
& ad cunctas valles, si fortè possi-
mus invenire herbam, & salvare 3. Reg.
equos, & mulos. *num.* 5. *Abulensis.* 18. n. 5
Idest, Discurre per totam terram
Israel. Locutus est enim Achab
potiús ad Abdiam, quàm ad alia
quem alium, eo quòd iste erat dis-
pensator domus eius, & cui ma-
gis rex confidebat, & incumbe-
bat ei cura de rebus regis. *quaest.* 6.
Si forte possimus. *Adeo enim rex
Abdiæ confidebat, ut ab Abdia inven-
tum pabulum, à se inventum fore affir-
maret, ut qui sciret ab Abdia inven-
tum pabulum, non fore à domino pabu-
li muneribus redimendum; sed potiùs
regijs equis pecunia regia, vel etiam
propria, per Abdiam à domino emen-
dum.*

Tertio Reg. 18. Diviseruntque
sibi regiones, ut circuirent eas: 581
Achab ibat per viam unam, & 3. Reg.
Abdias per viam alteram seor- 18. n. 6
sum. *numer.* 6. *Abulensis.* Achab
non confidit aliquibus viris de ser-
vis suis, quia etiam putavit quòd
ipsi minùs diligenter inquirerent
loca herbarum, vel corrupti
pretio ab incolis locorum, subtra-
cerent, & non revelarent regi.

voluit ergo per se ipsum ire, & quia maximé confidebat Abdiæ, misit eum per aliam viam. *quæst.* 7. *Divisit rex ad quærendum pabulum cum Abdia servo laborem, & in hoc multum servo contulit honorem, dum enim rex servo collaborabat, servi ipsius in labore factus socius, valde servum Abdiam honorabat.*

582 3. *Reg.* 18. *n.*7 *Tertio Reg.* 18. Qui cùm cognovisset eum, cecidit super faciem suam, & ait: Num tu es, domine mi, Elias? *num.* 7. *Abulensis.* Abdias cecidit super faciem suam adorando Eliam: nam quamquam esset Abdias vir potentissimus in domo regis, tamen adoravit Eliam, procidendo coram eo, eo quód Elias erat propheta magnus, & potissimé, quia per verbum eius venerat siccitas, quam nunc patiebantur Israelitæ, & non erat tollenda, nisi per verbum eius. *quæst.* 7. *Si ex eo quòd cognovisset Eliam iam in faciem cadens eum Abdias adoraverat pronus, ad quid adhuc, an Elias esset ab ipso Elia postulabat? Ut si homo ille se Eliam esse responderet, cognitionem suam magis confirmaret. Ac si maiorem verbis Eliæ, quàm oculis propriis fidem adhiberet: existimans nullum alium posse esse hominem, qui se Eliam mentiendo nominaret.*

583 3. *Reg.* 18. *n.*9 *Tertio Reg.* 18. Quid peccavi, inquit, quoniam tradis me servum tuum in manu Achab, ut interficiat me? *num.* 9. *Abulensis.* Quamquàm Elias putaret se facere gratiam Abdiæ, quòd denunciaret adventum suum Achab: tamen ipse habuit hoc, ut molestum, & dixit: Quid peccavi? quasi dicat; Non debet pæna infligi nisi pro peccato, & tamen si mittis me ad Achab, occidar ab eo: ergo non debet esse hoc nisi propter aliquod peccatum meum. *quæst.* 7. Quid peccavi? *Prius de culpa; posteà de pæna loquitur mortis, ac si minùs ei esset pænam mortis ferre, quàm per culpam, pænam meruisse.*

Tertio Reg. 18. Vivit Dominus Deus tuus, quia non est gens, aut regnum, quo non miserit dominus meus te requirens: & respondentibus cunctis: Non est hìc; adiuravit regna singula, & gentes eo quód minimè repertreris. *num.* 10. *Abulensis.* Id est. Iuro per vitam Dei tui, dixit Abdias, Dominus Deus tuus; non quidem, quód ipse non coleret Deum, quem colebat Elias, quia immediaté subiungit, quòd ipse timebat Dominum ab infantia sua, sed dixit, Deus tuus, idest, qui specialiter est Deus tuus, scilicet, quia Elias erat propheta cui Deus specialiter loquebatur. *quæst.* 7. Vivit Dominus Deus tuus. *Mihi Dominus; at tibi & Dominus, & Deus meritò nuncupatus, cùm enim mihi solùm sit, ut Dominus timori, tibi non solùm, ut Dominus est tremori, sed, & ut Deus amori.* 584 3. *Reg.* 18. *nu.* 10.

Tertio Reg. 18. Vadé, & dic Domino tuo, Adest Elias. *num.* 11. 585 *Abulensis.* Volebat Elias, quòd Abdias manifestaret ipsum Achab; 3. *Reg.* 18. *nu.* 11. & forté volebat hoc, quia Elias sciebat Abdiam esse virum bonum, & si denunciaret Achab, quód veniebat Elias, consequeretur ab ipso magna munera propter bonam annunciationem; *quæst.* 7. Dic Domino tuo. *Abdias Eliam dominum suum appellaverat, dicens,* Num tu es domine mi Elias? *& Elias Achabum Abdiæ dominum nuncupabat,* Dic Domino tuo; *ac si illius, qui regi impiissimo serviebat, servitutem repudiaret.*

Tertiò Reg. 18. Cùmque recessero á te, Spiritus Domini asportabit te in locum, quem ego ignoro; & ingressus nunciabo Achab, & non inveniens te interficiet me; servus autem tuus timet Dominum ab infantia sua. *n.* 12. *Abulensis.* Et dixit, Spiritus Domi- 586 3. *Reg.* 18. *nu.* 12.

Domini asportabit te, & non dixit ibis in locum, quem ego ignoro, quia si Elias spontè occultaret se ab Abdia, postquam dixisset ei, quód denunciaret adventū suum Achab, malitiosé videretur agere, & hoc non credebat Abdias de Elia, cùm esset vir sanctus, & bonus. *quæst.* 9. *Mendacium de Elia non credebat Abdias, qui de se mendacium credi metuebat; fallax se à rege suo reputari verebatur, nec sibi Eliam fallacem existimabat, quia crimen, quod committere nolebat non ab alio committendum indicabat.*

587 *Tertio Reg.* 18. Servus autem tuus timet Dominum ab infantia sua. Num quid non indicatum est tibi domino meo quid fecerim cùm interficeret Iezabel prophetas Domini, quód absconderim de prophetis Domini centum viros &c. *num.* 12. *&* 13. *Abulensis.* Quæretur, an peccaverit Abdias laudando se, quia dixit, quòd timebat Dominum, & quòd liberaverat prophetas á morte? *quæst.* 13. *& sic respondet.* De Abdia autem dicendum, quòd non peccavit enarrando bona sua Eliæ: quia fecit ipse ad excusandum se à periculo: nam Elias mittebat eum ad Achab, & ex hoc poterat ei mors evenire: ideo refert bona sua, ut se liberet á morte, & sic cuicunque est licitum. *quæst.* 13. Timet Dominum. *Non dixit, Timuit, sed Timet, ut in timore Domini perseverantiam indicaret, quippe qui non solùm dum infans, sed etiam adolescens, imó, & vir factus Dominum semper, ut fidelis servus formidaret.*

3. *Reg.* 18. *nu.* 12. *&* 13.

Ex Divo Dionysio Carthusiano.

588 Tertio *Reg.* 18. Vocavitque Achab Abdiam dispensatorem domus suæ: Abdias autem timebat Dominum valde. *num.* 3. *Carthusianus.* Quanvis Salomon dicat, Rex impius omnes ministros habet iniquos, aliquando tamen contingit, quòd in domibus prælatorum, & principum pessimorum sint aliqui iusti, quód Deo dispensante fit accidit, in consolationem, opem, & relevamen bonorum, ac pauperum, ne nimiùm ab impijs opprimantur, sicque Abdias existens cum impijssimo Achab, abscondit, & pavit Dei prophetas. *art.* 27. *Famæ Abdiæ consulitur, dum postquàm dispensator Achabi regis impiissimi nominatur, Dominum valde timuiße refertur, ne imitator morum, sed dispensator rerum regis fuisse intelligeretur.*

3. *Reg.* 18. *nu.* 3. *Prover.*

Tertio Reg. 18. Cúmque esset Abdias in via, Elias occurrit ei: qui cúm cognovisset eum, cecidit super faciem suam, & ait: Num tu es, domine mi Elias? *num.* 7. *Carthusianus* Id est in terram prostravit se ex humilitate ante faciem Eliæ, quem ob suam sanctitatem, atque multiplicem excellentiam in donis Dei venerabatur, immo, & Deum in famulo suo. *art.* 26. Cecidit super faciem suam: *Dum enim eminentiam sanctitatis in Elia planè divinam suspiciebat, faciem suam coram eo elevare ut verè humilis non audebat, ut qui virtutem suam cum sanctitate Eliæ comparatam, exiguam: immo fere nullam præ humilitate arbitrabatur.* 589

Ex Caietano Cardinali.

Tertio Reg. 18. Abdias autem timebat Dominum valde. Nam cùm interficeret Iezabel prophetas Domini tulit ille centū prophetas, & abscondit eos &c. Et pavit eos 590

3. *Reg.* 18. *nu.* 3. *&* 4.

pane, & aqua. *n.* 3. *&* 4. *Caietanus.* Appellantur autem prophetæ Domini viri religiosi, qui divinis laudibus publicè insistebant:ut tempore Samuelis legimus chorum prophetarum cum musicis instrumentis laudasse Deum. Et hinc apparet quód quanvis idololatria vigeret in regno Israel, permittebantur tamen prophetæ (hoc est vacantes divinis laudibus) in Israel á regibus Israel: sed ista regina alienigena persecuta est prophetas veri Dei, impatiens fortè publicè laudari verum Deum esse solum Deum: ac per hoc vituperari suum Baal. *Ad hunc locum. Abdias autem timebat Dominum valde. Causa obquam prophetas à regina eos ad mortem quærente liberaverit prænotatur, licet enim reginam formidaret, plus Dominū quàm ipsam Abdias timebat, verè amator proximorum qui se ipsum mortis periculo exponebat, ut proximos à mortis periculo liberaret.*

SONVS QVINTVS

Abel.

Ex Philone.

591 *enesis* 4. Adam veró cognovit vxorem suā Hevam: quæ concepit, & peperit Cain, dicens: Possedi hominem per Deum; Rursumque peperit fratrē eius Abel. *n.* 1. *&* 2. *Philo.* An non vides Abelem, quod nomen est (mortalia lugentis; laudantis immortalia) quàm bona mente fuerit præditus? *lib. de Migrat. Abrahæ. Convenientissima sanè est nominis Abelis interpretatio. Abel lugens mundum inspectabat, quia cuncta irridebat humana; gaudens cælum intuebatur, cui solūmodò arridebant divina: atque in hunc modū ethymologiam sui nominis adimplebat.*

Gen. 4. n. 1. & 2.

592 *Genes.* 4. Fuit autem Abel pastor ovium, & Cain agricola. *n.* 2. *Philo.* Cur quanvis maiorem natu Cain dixerat, nunc transponit ordinem, iunioris priùs mentionem faciens in ostendendo vitæ proposito? *& infra respondet.* Quando de amborū nativitate agitur, Cain præcurrat prior: quando veró conferuntur & examinantur vtriusque studia, Abel præcedat. *& deinde sic concludit.* Meritó Abel, qui quidquid optimum est, refert ad Deum, pastor vocatur: Cain verò, qui ad se ipsum, terræ operarius. *lib. de Sacrif. Abel, & Cain. Fuit autem Abel pastor. Primùs in orbe pastor extitit Abel, qui dum oves pascebat, moribus agnus factus, dux gregis effectus ovinam innocentiam indicabat, bonumque pastorem Dei agnum aliquando venturum præferebat.* Et Cain agricola. *n.* 2. *Agricola nominatur agricultor, qui agri terram, ut terrenus quasi deā non tam operabatur, quàm venerabatur; non tam incolebat, quàm colebat.*

Gen. 4. n. 2.

Genes. 4 Factum est autem post multos dies, ut offerret Cain de fructibus terræ munera Domino Abel quoq; obtulit de primogenitis gregis 593

Gen. 4. n. 3. & 4.

gregis sui, & de adipibus. *n.* 3. *&* 4. *Philo.* Abel obtulit ei nec eadem, nec eodem modo, sed pro inanimis animata; pro iunioribus, & secundarijs, grandiora, & primaria; pro deterioribus integra atque pinguiora: nam de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum sacrificasse dicitur. *Et paulò inferiùs.* Offert autem hic noster primitias non solúm de primogenitis, sed & de eorum adipibus, ostendens, quòd quidquid in anima hilare, pingue, salubre, gratiosum est, totum debeamus Deo cedere. *lib. de Sacrif. Abel, & Cain.* Abel quoque obtulit. *Non post aliquot dies, ut Cain, qui terræ pondere prægravatus, non potuit celer ad Dei aram pervenire: sed statim, ut cælestis nullo telluris pulvere pressus ad sacrificãdum Deo prævolavit.*

594 *Genes.* 4. Cùmque essent in agro, consurrexit Cain adversus fratrem suum Abel, & interfecit eum. *n.* 8. *Philo.* Prima quidem specie Abelem occisum subindicat: sin autem diligentiús rem expendas, ipsum Cain à se ipso; proinde sic legendum: Insurrexit Cain, & occidit se ipsum, non alterum. Itaque Abel quod vix credas, interemptus vivit; exemptus enim ex incipientis mente, vivit Deo vitam felicissimam. Attestatur nobis divinum oraculum, quòd vociferari eum ait disertè, & clamore prodere, quæ à malo socio passus est; alioquin si nõ ampliùs erat, quomodò loqui poterat? Ita est profectó, sapiens, qui videtur vita mortali defunctus, immortalem vivit; malus autem vivens in vitijs, quantúm ad felicem illam vitam est mortuus. *in lib. Quód deteriùs.* Insurrexit. *Ceciderat mortuus animo, qui ad fratrem occidendum insurgebat, moriturus iterum; non enim una tantùm morte dignus erat qui primus horrendum fratricidij scelus in orbem inducebat.*

Gen. 4. n. 8.

595 *Genes.* 4. *Et ait Dominus ad Cain.* Vbi est Abel frater tuus? Qui respondit: Nescio: Num custos fratris mei sum ego? *n.* 9. *Philo.* Profuisset sané amatori sui Caimo, si Abelem custodisset. Si enim servasset eum, consideratam, & mediocrem vitam sibi acquisisset, non explens se mera malitia. *lib. Quòd deteriùs. Verè custodem se negat esse Abelis fratris, qui ex mundi carcere liberatus solutus & laqueis ex agro in cælum felicissimus evolaverat. Num custos ego sum? Non custos, ego sum dicere posset, qui enim carnifex fuerat, custos non erat.*

Gen. 4. n. 9.

Genes. 4. Dixitque ad eum. Quid fecisti? Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. *n.* 10. *Philo.* Illud quid fecisti, & indignationem præsefert ob sceleratum facinus, & irrisionem putantis dolo patratum homicidium. Indignatio propter maleficij propositum oritur, quòd bonum tollere voluit: irrisio verò quia putans se insidiari potiori, sibi magis, quám illi instruxit insidias, vivit enim, ut iam dixi, qui mortuus existimabatur, quando quidem cõperitur etiam Deum supplex alloqui. At is, qui superstes videtur, animæ morte perijt exclusus à virtute, propter quam solam vita dignus esse poterat. Itaque dicere, quid fecisti? Idem valet quod: Nihil effecisti. *lib. Quòd deteriùs* Quid fecisti? *Ad criminis confessionem Caimum Dominus excitabat, ut ex Caimi pænitentia manifestior fieret Abelis patientia.* 596

Gen. 4. n. 10.

Ex Tertulliano.

Genes. 4. Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Ad Caim verò, & ad munera illius non respexit. *n.* 4. *&* 5. *Tertullianus.* Abel offerentem sibi sacrificia, incircumcisum, nec sabbatizantem laudavit, accepto ferens, quæ offerebat in simplicitate cordis, & reprobans sacrificium fratris Cain, eius, qui 597

Gen. 4. n. 4. & 5.

quod offerebat, non rectè dividebat. *lib. adverſ. Iud. cap.* 2. Reſpexit Dominus ad Abel. *Pulcherrimum namque ſpectaculum in corde ſuo auguſto theatro Abel divinis oculis offerebat, innocentiam nempe, qua pluſquám oblatis muneribus Deo placebat.*

598 *Geneſ.* 4. Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, ad Cain verò, & ad munera illius non reſpexit. *n.* 4. & 5. *Tertul. lib.* 2. *adverſ. Marc. alludens ad illud Iſaiæ.* 1. Quò mihi multitudinẽ victimarum veſtrarum dixit Dominus, plenus ſum. *n.* 11. *ſic ait.* Nam & ſi ad oblationes Abel advertit, quæ iucũditas viſcerum vervecinorum? Sed animus ſimplex, & Deum metuens offerentium ea, quæ à Deo habebant, pabuli gratia apud Deum deputabatur, non quæ fiebant exigentis, ſed illud, propter quod fiebant, ad honorem ſcilicet Dei. *cap.* 22.

Gen. 4. *n* 4. & 5. *Iſaiæ.* 1. *nu.* 11.

599 *Et id ipſum probans ſic progreditur Tertul.* Si cliens diviti, aut regi nihil deſideranti, tamen aliquid viliſſimi munuſculi obtulerit, quantitas, & qualitas muneris infuſcabit divitem aut regem, an delectabit titulus officij? At ſi cliens ei munera vltro vel etiam dicto ordine ſuo offerat, & ſolemnia regis obſervet, non ex fide tamen, nec corde puro, nec pleno circa cætera quoque obſequia; non ne conſequens, ut rex ille, vel dives exclamet. Quò mihi multitudinem munerum tuorum, plenus ſum. *eodem cap.* 22. *Iucundiſſimum convivium Abel exhibuit Deo, qui inter cæteras dapes cor ipſius Abelis, ut ſibi magis gratum epulum appetebat, cuius edendi deſiderio ad epulas alias inſpectabat.*

Gen. 4. *n.* 4. & 5.

600 *Geneſ.* 4. Reſpexit Dominus &c. Iratuſque eſt Cain vehementer, & concidit vultus eius. Dixitque Dòminus ad eum: Quare iratus es, & cur concidit facies tua? *nu.* 4. & 5. & 6. *Tertul. lib. de Orat.* Ne priùs aſcendamus ad Dei altare, quàm ſi quid diſcordiæ, vel offenſæ cum fratribus contraxerimus, reſolvamus. Quid eſt enim ad pacem Dei accedere ſine pace? Ad remiſſionem debitorum, cum retentione? Quomodo placabit Patrem iratus in fratrem, cum omnis ira ab initio interdicta ſit nobis?

Gen. 4. *n.* 4. 5. & 6.

Et infra ſic ait idem Tertul. Nec ab ira ſolummodó, ſed omni confuſione animi libera debet eſſe oblationis intentio, de tali ſpiritu immiſſa, qualis eſt ſpiritus ad quem mittitur. Neque enim agnoſci poterit á Spiritu Sancto, ſpiritus inquinatus, aut triſtis á læto, aut impeditus à libero. Nemo adverſarium recipit; nemo niſi comparem ſuum admittit. *cap.* 10. *Alludit teſte Pamelio ad illud Matth.* 5. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris &c. *à n.* 23. *Et ad illud Sapientiæ* 1. Spiritus Sanctus diſciplinæ effugiet fictum. *n.* 5. *In Caimo index animi vultus erat. Triſtis animus atra bili pro atramento utens iracundiæ imaginem trucem in Caimi facie effigiaverat, ad quam compoſita pulchra manſuetudinis effigies, quæ in Abelis vultu, coloribus quanvis mortuis depicta videbatur, pulchrior apparebat.* 601

Gen. 4. *num.* 6. *Matth.* 5. *à nu.* 23. *Sap.* 1. *n.* 5.

Geneſ. 4. Cúmque eſſent in agro conſurrexit Cain adverſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum. *n.* 8. *Tertul. Poſtquàm multa crimina impatientiæ tribuit, ſic ait,* Fruſtra iſtud impatientiæ adſcripſerim, ſi Cain ille primus homicida, & primus fratricida, oblationes ſuas á Domino recuſatas æquanimiter, nec impatienter tulit: ſi iratus fratri ſuo non eſt, ſi neminem denique interemit. Cúm ergo nec occidere potuerit, niſi iratus, nec iraſci niſi impatiens, demõſtrat quód per iram geſſit, ad eam referendum, à qua ira ſuggeſta eſt, per hæc impatientiæ tunc infantis quodamodó incunabula. Cæterum quanta mox incrementa? Nec mirum, Nam ſi prima deliquit, conſequens eſt, ut quia prima, idcirco, & ſola ſit matrix in omne delictum, diffun- 602

Gen. 4. *num.* 8.

diffundens de suo fonte varias criminum venas. *lib. de Patientia cap. 5.*

603 *Et lib. adversus Gnosticos, sic ait.* A primordio enim iustitia vim patitur: statim ut coli Deus cæpit, invidiam relligio sortita est. Qui Deo placuerat, occiditur, & quidem à fratre, quó proclivius impietas alienum sanguinem insectaretur á suo auspicata. *cap. 8. Primus Abel patiens á primo impatiente trucidatus, patientiæ ferens coronam de occisore suo triumphabat, ac proinde ipsius effusus sanguis festivis acclamationibus gloriosum Abelis triumphum divinis auribus referebat.*

Gen. 4. n. 8.

604 *Genes. 4.* Et ait Dominus ad Cain: vbi est Abel frater tuus. *n. 9. Tertull. lib. 2. adversus Marc. exponens illud Genes. 3.* Adam vbi es. *n. 9. sic ait.* Interrogabat Deus, quasi incertus, & hinc liberi arbitrij probans hominem in causa, aut negationis, aut confessionis, ut daret ei locum sponté confitendi delictum, & hoc nomine relevandi; sicut de Cain ciscitatur; vbi nam frater eius: quasi non iam vociferatum á terra sanguinis Abelis audisset: sed ut & ille haberet pot. st. tem ex eadem arbitrij potestate sponté negandi delicti, & hoc nomine gravandi: atque ita nobis darentur exempla confitendorum potiús delictorum, quám negandorum, ut iam tunc initiaretur Evangelica doctrina, ex ore tuo iudicaberis, & ex ore tuo damnaberis *cap. 25.*

Gen. 4. num. 9. Gen. 3. num. 9.

605 Vbi est Abel? *Si pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius, iuxta illud Psal. 113. v. 15.* Pretiosa &c. Si iustorum animæ in manu Dei sunt. *Sap. 3. nu. 1. Quo pacto potuisset Dominus locum corporis, aut locum animæ Abelis ignorare, cùm divinis oculis corpus inanimatum videret, & divinis manibus animam conservaret? Non ergo corporis, nec animæ locum Dominus ignorabat, sed Caino ignotum ostendebat, qui nec videri Dei oculis, nec Dei manibus conservari merebatur.*

Ps. 113. v. 15. Sapi. 3. num. 1.

Ex Clemente Alexandrino.

Genes. 4. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. *n. 10. Clem. Alex. lib. 1. Pædag.* Quòd sanguis sit Verbum, Abel iusti sanguis fert testimonium, qui Deum interpellat. Sanguis enim vocem numquam emittet, nisi sanguis Verbum intelligatur. Vetus enim iustus typus est novi iusti: & sanguis vetus qui interpellat, pro novo sanguine interpellat. Deum autem alloquitur sanguis, qui est verbum, quoniam significavit Verbum, quod erat passurum. *cap. 6. Pulcherrimus Christi passuri typus extitit Abel, cuius sanguis cùm ex solo clamaret, in cælo sonabat, quia occisori fratri veniam culpæ, & si non pænæ á Domino exposcebat, unisonam cum divini Verbi voce pro crucifigentibus deprecantis dulcissimam concinens cantilenam.* 606

Gen. 4. nu. 10.

Genes. 4. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. *num. 10. Clem. Alex. lib. 3. Pædagogi postquam refert scythas, & Nomandes sanguine usos fuisse pro cibo.* Pereant ergo immanes belluæ, quibus est cibus sanguis. Neque enim hominibus fas est tangere sanguinem, quibus corpus nihil est aliud quám caro exculta sanguine. Verbi particeps fuit humanus sanguis, & gratiæ per spiritum habet communionem. Si quis eum iniuria affecerit, non latebit: licet ei, etiam si sit nudatus figura, ipsius alloqui Dominum. *cap. 3. In quo loco, ut notat Gentianus alludit Clemens in primis ad illud Genes. 9.* Excepto quód carnem cum sanguine non comedetis. *num. 4. Deinde ad illud Genes. 4.* Vox sanguinis fratris tui. *n. 10. Et tandem ad illud Ioannis 6.* Caro mea veré est cibus, & sanguis meus veré est potus *n. 56. & 57.* 607

Gen. 4. nu. 10. Gen. 9. num. 4. Gen. 4. nu. 10. Ioan. 6. nu. 56. & 57.

Age

608 Ioan 6. nu. 56. & 57. Gen. 9. n. 4. *Age verò Domine quare invitas homines ad carnem tuam cum sanguine comedendam, utpote vivam, vitamque manducantibus præbituram, qui olim hominibus carnem belluarum cum sanguine edere prohibebas? A belluina carne cum sanguine manducanda homines Deus iussit abstinere, ne qui belluinam carnem cum sanguine manducaret, se belluinis moribus in belluam ex homine deformaret. Ad carnem verò suam mixtam sanguine invitat epulandam, ut qui totum sic Christum ederet, totus in Christũ Dominum mutaretur, ita ut alter Christus esse videretur. Dumque ita Christus in eo, & ipse in Christo maneret, alter in altero, ubi in speculo crystallino cõpareret.*

Ex Divo Zenone Veronensi.

609 Gen. 4. n. 8. G*enes.* 4. Cùmque essent in agro consurrexit Cain adversus fratrem suum Abel, & interfecit eum. *n.* 8. *D. Zeno.* Miratur orbis vacuus se duobus angustum, mirantur elementa hominem, qui factus sit ad imaginem, & similitudinem Dei posse iugulari, & hoc à fratre. *Serm. de patientia.* Consurrexit. *Male ad inferendam fratri mortem frater consurgit, priusquàm fratrem corporaliter interficeret, spiritualiter moriturus, prius enim animum suum, quàm fratris corpus occidit.*

610 Gen. 4. n. 10. *Genes.* 4. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. *n.* 10. *D. Zeno.* Nunc ad patientiæ revertamur virtutem, quæ maioribus nostris illustri virtute perennem gloriam peperit, & salutem. Abel ideo martyr, quia iustus, ideo iustus, quia patiens: à quo pati martyres didicerunt, patiendo libenter quod non merebantur. *Serm. de Patientia. Vox sanguinis Abelis, non dum effunderetur, sed postquàm in terram effusus fuit, ad Deum adversus fratrem Cainum clamasse refertur, ut Abelis patientia ostendatur, qui tanquam mutus agnus, & in locum martyrij ductus, & in eo, quin aliquid adversus fratrem invasorem protulerit verbum, fuit interfectus.*

611 Matth. 22. nu. 35. *Matth. c.* 22. A sanguine Abel iusti usque ad sanguinem Zachariæ *n.* 35. *D. Zeno. probans circuncisionem non esse necessariam. sic ait.* Quid: quod Abel iustus sine hoc vulnere inventus? Quid; quod Henoch à Deo integer legitur esse translatus? Quid: quod Noe incircuncisus sæviente diluvio divina providentia humano generi hæres, & pater est cõstitutus? Quid: quod Melchisedech summus ille sacerdos Deo acceptissimus huius fuit cicatricis ignarus? Quos utique omnes circuncidi prædepisset, si carnis circuncisionem eorumdem saluti, quos amabat, necessariam prævideret. *Serm. de Circuncis. Primus Abel iustus pulcherrimo iustitiæ vocabulo nominatur, dum suo purpuratus sanguine occubuisse narratur, ne tantum titulum à Deo gratis accepisse, sed sui sanguinis pretio emisse ostenderetur.*

Ex Divo Cyrillo Hiero.

G*enes.* 4. Nunc igitur maledictus eris super terram, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Cùm operatus fueris eam non dabit tibi fructus suos: vagus: & profugus eris super terram. *n.* 11. & 12. *D. Cyrillus alludens etiam ad illud Caini dictum,* Maior est iniquitas mea, quàm ut veniam merear. *n.* 13. *sic ait* Non vincunt tua peccata multitudinem miserationum Dei: non superant vulnera tua summi illius medici experientiam: fidelem modò te ipsum præbeas. Edissere medico affectionẽ tuam, 612 Gen. 4. n. 11. & 12.

tuam, dicens cum David; Dixi, confitebor adversum me iniquitatem meam Domino, & fiet id, quod proximè sequitur; & ipse remisit impietatem cordis mei. Vis agnoscere humanitatem Dei, tu, qui recens ad catechesim accessisti ? Cain primogenitus homo, fratricida factus, & inventor malorum, & princeps cædium, primusque invidus. Sed postquàm é medio sustulit fratrem quomodò condemnatur? Gemens, & tremens eris super terram: Etiam hîc post peccatum est dilatio mulctæ. *catechesi 2. de Pænitentia. Ad suscipiendum sanguinem Abelis terra os aperuisse narratur, ex qua vox sanguinis ad Deum clamaße refertur : eodem quippe ore quo sanguinem Abelis innocentis effusus susceperat Caini nocentis sanguinem in pænam tanti criminis effundendum terra postulabat.*

Psa. 31. v.

Ex Divo Ambrosio.

613 *Gen. 4. n. 1. & 2.*

G*enes.* 4. Adam verò cognovit vxorem suam Hevam : quæ concepit, & peperit Cain, dicens: Possedi hominem per Deum. Rursumque peperit fratrem eius Abel, *n. 1. & 2. D. Ambrosius. lib. 1. de Abel.* Cain dictus est acquisitio, quód omnia sibi acquireret: Abel, qui omnia referret ad Deum pia devotus mentis intentione, nihil sibi arrogans, ut superior frater, sed totum tribuens conditori, quod accepisset ab eo. *cap. 1. Quisque suos nomine explicat mores. Duas in orbis exordio, quasi in templi vestibulo vitium, & virtus erexere columnas, duos scilicet fratres: primam, in qua cupiditas de mundi contemptu trophæum extolleret secundam, in qua humilitas de arrogantia triumpharet. Pulcherrima est, quæ Abelis titulo decoratur columna, qui dum omnia ad maiorem Dei gloriam referre studuit, se, non sibi, sed Deo columnam posuit triumphalem.*

Genes. 4. Fuit autem Abel pastor ovium, & Cain agricola. *n. 2. D. Ambrosius lib. 1. de Abel.* Non est otiosum quód cùm ante generatus sit Cain, prælatus sit hoc loco Abel: neque idem sit ordo nominum, qui est ordo naturæ. *Et pauló infra.* Operari terram usu priùs est, gratia interiús, quàm oves pascere, hoc enim instar est cuiusdam doctoris, & principis. Rectè ergo vbi nascuntur hi fratres, servatur etiam in prædicando ordo naturæ: vbi veró exprimitur disciplina vivendi, seniori iunior antefertur: quia & si tempore iunior, virtute præstantior est. *cap. 3.* 614 *Gen. 4. num. 2.*

Quid mirum si Abel Caino, dum vtriusque opus describitur, præferatur. Cain agricola rusticum hominem, & insipientem portendebat; Abel pastor non inurbanum, & sapientem designabat. Insipiens primus extitit Cain, qui primus usus est verbo, Nescio, cùm roganti Deo, Vbi est Abel frater tuus? *Respondit;* Nescio. *Primus doctor Abel meritò nominabituro qui in officio pastoris, munus adimplebat doctoris. Doctor sanè, quamvis enim nullum, dum viveret ad homines protulerit verbum, tacitus iustitiam potuit edocere, qui iusti titulum à summo doctore iustitiæ sibi datum, meruit vendicare.* 615

Genes. 4. Fuit autem Abel pastor ovium, & Cain agricola. *n. 2. & infra.* Quare iratus es, & cur concidit facies tua? *n. 6. D. Ambro lib. 1. de Abel.* Ægyptijs abominationi erant pastores ovium; omnes enim, qui corporis dediti passionibus, & voluptatibus indulgent suis, disceptorem verbi doctoremque virtutis quadam execratione declinant. Ideoque pastor Abel, Cain veró operator terræ legitur, qui in fratre suo vir insipiens formam, speciemque virtutis expressam ferre non potuit. *cap. 6. Doctor iure optimo Abel, qui & pastor potuit appellari, quem Cain, ut insipiens odio habens non poterat rectis oculis, erectaque facie intueri, quia dum in illo, quasi in* 616 *Gen. 4. n. 2. & 6.*

in speculo simulacrum virtutis inspectabat, in se ipso horrendum malitiæ monstrum exhorrebat.

617 *Genes.* 4. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. *n.* 10. *D. Ambros. lib.* 1. *de Abraham.* Hoc est non latet, sed clamat parricidium tuum. Itaque velut excitatur Deus flagitiorum nostrorum clamoribus, ut aliquando vindicet, qui libenter ignoscit. *cap.* 5. *Vocem Dominus agnoscebat Abelis iam defuncti, qui ut divinus cantor, dum viveret Domino divinas laudes modulabatur, quem nemo mortalium auscultabat, quia soli Deo intus canebat.*

Gen. 4. *nu.* 10.

618 *Epist. ad Heb. cap.* 12. Accessistis &c. ad testamenti novi mediatorem Iesum, & sanguinis aspersionem meliús loquentem quám Abel. Videte ne recusetis loquentem. Si enim illi non effugerunt, recusantes eum, qui super terram loquebatur: multò magis nos, qui de cælis loquentem nobis avertimus. *á nu.* 22. *D. Ambros. exponens illud cap.* 5. *Epist. ad Heb.* Qui in diebus carnis suæ, preces, supplicationesque ad eum, qui posset illum salvum facere á morte, cum clamore valido, & lachrymis offerens exauditus est pro sua reverentia. *n.* 7.

Epis. ad Heb. 12 *à n.*22.

Epis. ad Heb. 5. *num.*7.

619 *Sic ait.* Beatus Paulus hîc dicit, preces eum, & supplicationes fundere, non timore mortis, sed nostræ causa salutis. Vnde, & in alio loco etiam dicit, sanguinem Christi meliús clamasse pro nobis, quám sanguinem Abel, qui ad accusandum fraternum scelus de terra clamavit: Christi veró sanguis ad interpellandum pro nobis de terra clamat ad Patrem. *ita* D. *Ambros. in Epist. ad Heb.* Accessistis &c *Magnam, & Angelorum, & hominum frequentiam Paulus adesse testatur, nosque excitat, ut ad eam aliorum exemplo accedamus; nec immeritó Christum namque divinum cytharedum crucis canentem cythara inducebat, ipsumque ab omnibus desiderabat audiri, enim verò suavissimé Dominus concinebat, cùm hominibus à Patre veniā postulabat.*

Ex Divo Gregorio Nysseno.

Genes. 4. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum. *à n.* 4. *D. Greg. Nyss.* Hoc quoque frequenter in memoriam revocate, quód Abel quidem obtulit Domino sacrificium de primogenitis ovium, & de adipibus: Cain autem ex fructibus quidem terræ, sed non ex ovibus; & respexit, inquit, Deus ad victimas Abel: ad munera autem Cain non attēdit: igitur ex historia sacra discere licet, quám acceptum sit Domino omne, quod cum timore, & fide fit, non quod sumptuosé absque charitate. *De scopo Christianorum. Videtur alludere ad illud Pauli ad Heb.* 1. Fide plurimam hostiam Abel, quám Cain obtulit Deo, per quam testimonium consecutus est esse iustus testimonium perhibente muneribus eius Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur. *n.* 4. *Abel, ut qui primus fide sacrificium Deo obtulit, in sacra pagina iustus ante omnes alios à perfectione iustitiæ desumpto vocabulo meruit appellari, quia, cùm in eo sola fides exprimitur, omnis perfectio iustitiæ cuius fides initium est, fidei nomine significatur.* 620

Gen. 4. *nu.* 4.

Ad Hebre. 11. *num.*4.

Genes. 4. Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, ad Cain verò, & ad munera illius non respexit. *n.* 4. & 5. *D. Greg. Nyss. in Cantica.* Neque enim condemnatus esset Cain propterea quòd malé diviserat, si cum eo, quòd recté obtulisset, etiā, id quod decet in ordine servasset, tam eorum, quæ restabant ad vsum, quám eorum; quæ Deo consecrabantur. Cùm enim oporteret ex ijs, quæ primó nata erant, Deo divinas offerre 621

Gen. 4. *n.*4. & 5.

offerre primitias, ipse repletus ijs, quæ erant pretiosiora, reliquis Deū excipiens est prolecutus. *Homil.* 4. *Displicuit Cain Deo, Abel placuit, quia hic, non ille ordinem servavit amoris; per quem Deo non viliora, ut Cain, sibi retinens pretiosiora, sed primaria, sibi secundaria servans: ut qui magis Deum, quàm se ipsum diligeret, consecravit.*

Ex Divo Hieronymo.

622 Gen. 4. Num. 4. 1. Ioan. 3. n. 12

Genes. 4. Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Ad Cain verò, & ad munera illius non respexit. *n.* 4. *Et D. Ioannes, Epist.* 1. *cap.* 3. Cain, qui ex maligno erat,& occidit fratrem suum, & propter quid occidit eum? quoniam opera eius maligna erant; fratris autē eius, iusta. *n.* 12. *D. Hieron. ad Virginem in exilium missam.* Castigare alium videtur, qui ab eius conversatione dissentit. Non ne sanctus Abel, qui in hoc mundo primus innocentiā cōservasse reperitur, atque iustitiam, cùm illibata Deo obtulisset munera, mox, ut munerum respectu Deo placuit, vsque ad mortis illationem humanum, vel, quod sceleratius est, fraternum statim invenitur odium, invidiamque sensisse: & fratris eius, qui illi, & pro germanitatis necessitudine, & pro solatij causa, qui soli adhuc præter humani generis principes, in universo mundo erant, maiorem debebat charitatis affectum. Sed iniustitiam maluit, & omni consolatione destitui, quam iusti cuiuspiam societate dissona cōmoveri: si tamen consolatio rectè dicenda est, ubi tantum dissidet animus, quātum vita discordat. *Epist.* 5. *Horrendum odij humani, seu fraterni monstrum ex benevolentia divina ortum duxit? Quis hoc credat?* Diligere, *& non odio habere debueras fratrem, qui Deo dilectus probabatur, ut Deum tibi amoris exemplar factum posses imitari, & ipsius Dei etiam dignus esses amore: te enim si fratris videret amantem, simul amaret.*

623 *Genes.* 4. Dixitque Dominus ad eum: Quare iratus es, & cur concidit facies tua. *num.* 6. *D. Hieronymus.* In hoc tantùm tibi displicuit solitarius frater quòd Deo placere gestivit? Fuisses, & tu Deo placens, numquid & te ille exclusisset? An tam pauperem Dei charitatem esse cognoveras, ut vos simul amare non posset? Sed quando hoc amens sensit invidia, quæ contra bonum semper laborat, & non videt. Denique quod iustum est vivendo non passa est: moriendo magis accepta vilefacit. Erubesce ò nimis miserande? Livore testaris meliorem, te esse, cui te exhibes nociturum. *Epist.* 5. Cur concidit facies tua. *Oculos demittebat, qui terram non cælum intuebatur. Ab Abelo virtutis speculo oculos avertebat, ne ex eo videre suorum criminum maculas cogeretur.* Gen. 4. nu. 6.

624 *Genes.* 4. Cúmque essent in agro, consurrexit Cain adversùs fratrem suum Abel, & interfecit eum. *num.* 8. *D. Hieronymus.* O Cain miserande? Quid agis? Cur in fraterni,& innoxij sanguinis effusionem crudelis satis, odio furioso prorumpis? Quid tibi solitarius comeruit frater? Quam vim intulit? Quam fecit iniuriam? Sed quæ maior in iusto iniuria esse potest, quàm vita iustitiæ. *Epist.* 5. Consurrexit, & interfecit, *Videlicet eum, qui ad vitam beatam cum Christo consurgere cupiebat: qui primus mortuus nece sua obitum primogeniti mortuorum signare meruerat.* Gen. 4. n. 8.

625 *Genes.* 4. Consurrexit Cain adversus fratrem sum Abel, & interfecit eum. *num.* 8. *D. Hieron.* Dicet aliquis, Quisquis vitare invidiam cupit, timeat pluribus innotescere, vel placere. Ecce iustus Abel nullos habuit, quibus innotesceret, Gen. 4. n. 8.

vel placeret, & tamen invidiæ odium vitare non potuit. Errat enim quicunque absque hominum amicitijs contrahi non posse opinatur invidiam, cùm ille non tam humanas amicitias, quàm solam Dei amicitiam persequatur. Vnde nec ille quidem absque invidiæ infestatione esse potuit, qui vel soli Deo placere gestierit. Sufficit enim ad invidiæ stimulos incitandos, si te illi placere cognoverit, vltra quem alius esse non potest. *Epist. 5. O infelix frater, fratri divinam benevolentiam invidebas; quare ergo tibi Deum etiam benevolum facere non curabas, ut hæc tibi invidia laudabilis foret, non verò damnabilis; sancta enim invidia est, qua quis Deum fieri sibi contendit amicum, seque à Deo præ alijs dilectum cupit amari.*

Ex Divo Chrysostomo.

626 **G**enes. 4. Abel quoque obtulit
Gen. 4. nu. 4. de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum: & respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. *n. 4. D. Chrysost.* Quód igitur homo peccatum esse malum iam sciret, demonstravit Adam: quód autem virtutem esse bonum etiam sciret, rursum Abel manifestavit. Non enim ab ullo discens, neque legem de primitijs hæc differentem audiens, sed a conscientia doctus, sacrificium illud obtulit. *homil: 12. ad pop. Deinde sic progreditur.*

627 Vnde enim didicit Abel, quód bonum esset offerre, quód bonum,
Gen. 4. n 4. Deum venerari, & in omnibus gratias agere. *eadem homil.* Abel quoque obtulit. *In eo quod obtulit exemplo fratris potuit esse provocatus; in eo tamen quod Domino non secundaria, sed primaria consecravit exemplar omnium factus est. Primus enim, qui de primogenitis Deo obtulit Abel fuit, qui & se ipsum per martyrium primus Domino dedicavit.*

Genes. 4. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum: & respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. *num. 4. D. Chrysost.* Non enim is modò martyrium peragit, qui iussus sacrificare, potiùs ducit mori, verũ etiã servantem quod iustum est, ac spõte propter Deum mortem accersere, manifestum est martyrium? At ut intelligas hoc esse verum, recordare quomodò Ioannes Baptista mortuus sit, & qua de causa, & quamobrem? Quomodo Abel? Neuter enim horum vel altare vidit incensum, vel statuam positam, vel iussus fuit immolare dæmonibus; sed ille quidem quia tantummodò reprehendit Herodẽ decollatus est: hic verò quoniam Deum meliori sacrificio honoravit, quàm frater, occisus est. *orat. 5. advers. Iude.* 628 Gen. 4. n. 4.

Deinde sic progreditur loquens de Abel, & Baptista. Num igitur privati sunt martyrij corona? At quis hoc audeat dicere? Quando quidem ipsum etiam mortis genus sufficit ad omnibus persuadendum, quód inter primos martyres celebrantur. Quòd si etiam divinam sententiam super his prolatam quæris, audi quid dicit Paulus. Quid igitur hic dicit? Exorsus ab Abel cùm dixisset, quod maiorem hostiã Abel præ Cain obtulisset Deo, & propter hanc mortuus adhuc loqueretur. Deinde cũ digressus ad prophetas, ac decursa secula vsque ad Ioannẽ dixisset, occisione gladij, mortui sunt, alij veró distenti sunt, multis, & diversis mortis generibus commemoratis, subiecit hoc modo: Itaque nos quoq; tantã habentes circundantẽ nos nubẽ martyrũ, abiecta omni segnitie, & tenaciter inhærẽte peccato, per tolerantiam curramus. Vides quòd etiam 629 Gen. 4 num. 4 1. Cor.

etiam Abel appellavit martyrem, & Noe, & Abraham, & Isaac, & Iacob, nam & isti propter Deum mortui sunt. *orat. 5. advers. Iudaeos. Ergo Abel non solùm martyr, sed & primus testis, & princeps martyrum esse meruit; ut qui primus pastor principem pastorum Christum praesignavit; primus martyr regem martyrum Christum vitam pro suis ovibus, imò, & suis in ovibus positurum, praemōstraret.*

630 *Genes.* 4. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, & de adi-
Gen. 4. pibus eorum: & respexit Dominus
num. 4. ad Abel, & ad munera eius. *n.* 4. *D. Chrysost.* Volens, & de Abel docere nos Scriptura divina, dicit, quòd & ipse de sua arte, nempe pastoritia, suum attulerit sacrificium. Tulit enim, inquit, & ipse de primogenitis ovium suarum, & de adipibus illarum. Observa quomodò nobis pientissima illius mens significatur, & quòd non tantúm de ovibus obtulerit, sed de primogenitis, hoc est de preciosissimis, & maximé eximijs. Deinde & ex illis ipsis primogenitis preciosissima quaeque. Et de adipibus, inquit, illarum, hoc est de pinguissimis, & optimis. *in cap. 4. Genes. hom.* 18.

631 *Et paulò infra.* Abel quoque ob-
Gen. 4. tulit, Non quia Deus rebus nostris
n. 4. indiget, oblata suscepit, sed vult, & per haec ostendi nostram gratitudinem. Nam eum, qui Deo offert, & offert ex his, quae Dei sunt, & intelligit quantúm differat natura, & cùm homo sit, tantum sit honorem sortitus: oportebat, quantúm sibi conceditur suum testari officium, & preciosissima offerre. *eadem hom. Abel quoque obtulit, Secundus oblationis tempore, sed primus devotionis fervore: ut quem secundum fecerat tempus mundo, Deo primum devotio faceret ex secundo.*

632 *Genes.* 4. Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain
Gen. 4. veró, & ad munera illius non res-
n. 4. & 5. pexit. *num.* 4. *&* 5. *D. Chrysostomus.* Quid est, & aspexit? idest, approbavit, laudavit mentem, coronavit voluntatem: & quasi quis dicat, facto contentus fuit. *hom.* 18. *in Genes.* Et ibidem. Aspexit Deus ad Abel, hoc est accepit, gratum habuit, laudavit. Caeterum oblata vocavit dona, ut per hoc offerentis animo maiorem honorem haberet. *eadem homil.* Ad munera eius. *Apté oblata Deo munera, Abelis munera nominantur, ut tunc sua ipsius fuisse munera ostenderentur, quando Domino offerebantur.*

Genes. 4. Respexit Dominus ad 633
Abel, & ad munera eius. Ad Cain
veró, & ad munera illius non respe- Gen. 4.
xit. *num.* 4. *&* 5. *D. Chrysostomus.* num. 4.
Primum temporis inspiciamus fili- & 5.
um, agnum Christi secundum Abel. Is cùm in nullo ius violasset ea passus est, quae merentur hi, qui gravissimè peccaverint. Nos enim dum flagellis erudimur, peccatorum nostrorum paenas damus. At verò iustus ille nulla causa cruciatus est, nisi quia iustus erat. Atque is quidem quandiu nullum excellens virtutis suae documentum dedit, agnoscebát illum frater: ubi verò ex sacrificio placuit, clarusque meritis eluxit, tunc iam naturam quoque ipsam ille ignoravit, invidia scilicet caecatus. *lib. 2. de Providentia Dei.* Respexit &c. *Devotus iuvenis, qui dum, & se ipsúm cum primogenitis suis Deo sacrabat, ut spectaculum gratum Deo, Dei oculos alliciebat, quod ex oppositione Caini figura larvali invidiae deformati, pulchrius apparebat.*

Genes 4. Respexit Dominus ad 634
Abel, & ad munera eius. Ad Cain ve-
rò, & ad munera illius non respe- Gen. 4.
xit. Iratusque est Cain vehemen- n. 4. &
ter, & concidit vultus eius. *num.* 4. 5.
& 5. *D. Chrysostomus.* Si ille adipem offerens ita Deo charus, acceptusque fuit, is, qui nihil extrinsecùs, sed se ipsum totum obtulit Deo multò profectò magis adversum se provocavit

cavit inimicum. *lib. 2. de Providentia Dei.* Concidit vultus eius. *Ab eo, in quem Deus respiciebat, Caimus oculos avertebat. Sed nil mirum, displicebat fratri pessimo, qui Deo placebat optimo.*

635 *Genes.* 4. Dixitque Cain ad Abel fratrem suum: egrediamur foras, cùmque essent in agro, consurrexit Cain adversus fratrem suum Abel, & interfecit eum. *nu.* 8. *D. Chrysost.* Passus est Deus sanctum illum, atque innocentissimum virum in scelerati parricidæ manus incidere, neq; eum eripuit, qui propter se atque ob gratiam honoris sui mactabatur. Noluit enim illi coronas suas minui. Quocirca ad finem usque illum excurrere permisit. *lib. 2. de Providentia Dei.* Cúmque essent in agro. *In agro permisit Deus Abelis effundi sanguinem, ut hoc sanguine ager irrigatus, quasi cælesti rore floribus vernaret, ex quibus ipse Deus sertum conficeret, quo primum martyrem, seu martyrum florem coronaret.*

Gen. 4. *n.* 8.

636 *Genes.* 4. Consurrexit Cain adversus fratrem suum Abel, & interfecit eum. *n.* 8. *D. Chrysost.* Mors ipsa, dic mihi, quid nocuit iustissimo illi Abel & mors amara, & acerba mors parricidio illata, non homicidio? Nonne ab hoc in omni orbe terrarum canitur; & celebratur Abel. *tom. 5. hom. Quod nemo læditur nisi à se ipso.*

Gen. 4. *n.* 8.

637 *Et tom.* 3. Quem delectat sancti alicuius meritum, delectare debet par circa cultum Dei obsequium. Quare aut imitari debet si laudat; aut laudare non debet si imitari detrectat: ut qui alium laudat, laudabilem se reddat, & qui sanctorum merita admiratur, mirabilis ipse vitæ sanctitate reddatur. *Deinde sic progreditur D. Chrysost.* Nam si propterea iustos fidelesq; diligimus, quòd in ipsis iustitiam fidemq; suspicimus, possumus nos quoque esse quod sunt si faciamus ipsi quod faciunt. Neque enim difficile nobis est quod ab ipsis geritur imitari, cùm sine præcedenti exemplo ab antiquis talia gesta conspicimus: ut non ipsi aliorum æmuli redderentur, sed æmulandæ virtutis se ipsos nobis præberent exemplum; ut dum nos ex ipsis, & ex nobis alij proficiunt, sic Christus in suis semper servis in Ecclesia sancta laudetur. *Sermone de Martyribus, quòd aut imitandi, aut non laudandi sunt.*

Eodem ergo sermone exempla sanctorum sic proponit D. Chrysost. 638 Unde ab origine mundi innocens Abel occiditur, Enoch Deo placens transfertur, iustus Noe invenitur, Abraham fidelis probatur, Moyses mansuetus dignoscitur, Iesus castus, David lenis, Elias acceptus, Daniel Sanctus, tres pueri victores redduntur, Apostoli discipuli Christi credentium magistri habentur. Ex quibus eruditi confessores fortissimi pugnant, martyres perfecti triumphant. *eodem serm.*

Et postea quemlibet Christianum 639 *sic hortatur idem D. Chrysost.* In istis semper patent virtutes, dissimiles pugnæ, gloriosæ victoriæ. Unde tu Christiane delicatus es miles, si putas te posse sine pugna vincere, sine certamine triumphare. Exere vires, fortiter dimica, atrociter in prælio isto concerta. Considera pactum, conditionem attende, militiam nosce. Pactum, quod spopondisti, conditionem, qua accessisti, militiam, cui nomen dedisti. Hoc enim pacto, quos miraris, cuncti pugnarunt, hac conditione universi vicerunt, hac militia omnes triumpharunt. *eodem serm. cit.*

Deinde sic progreditur. D. Chry- 640 *sost.* Considera præsente Deo te cum hoste pugnare, favet ille, ut vincas, favet, ut obtineas. Cúm pugnas adest, cùm dimicas, præsens est. Tantum enim virium de eius præsentia concipis, quantum inimico debilitatis accedit. Tu erigeris in virtutem hostis

hostis incidit in debilitatem. Tibi arma divinitus ministrantur, illi malitiæ tela franguntur. Tibi conspectus Dei virium adhibet incrementa, hosti præsens maiestas adimit nocendi venena. Tibi angeli appludunt, illi formidinem adhibent. Tibi enim fortitudo tribuitur, illius malitia infirmatur. Quibus tu foveris, ille opprimitur: quibus tu erigeris, ille prosternitur. In tua pugna Dominus congreditur, Dominus dimicat, Dominus præliatur, & victoria tibi adscribitur. *eodem Serm.*

641 *Postea adhuc exemplo Abelis, & aliorum ducum militem Christianum sic adhortatur idem D. Chrysost.* Certamen tuum, Dei certamen est, prælium tuum, Christi est prælium. Quid trepidas, quid formidas, quasi tua virtute devincas? Prende arma, procede in bellum, fortiter dimica, ut dimicanti adsit ille, qui vinci non novit. Non potest imperatorem promereri, qui hostem à se noluerit superari. Non potest regi esse acceptus, qui hosti fuerit lenocinatus. Nemo enim hostem poterit vincere, nisi qui atrociter voluerit dimicare. Victoria militis peremptio est hostis: & peremptio hostis, gloria est imperatoris. Denique in certamine Christiano, aut superstes miles prostrato hoste beatus de prælio redit, aut hostem victor moriendo devincit. *Ita Chrysostomus vbi supra. Serm. de martyribus.*

642 *Tandem considerans differentias militum Christi in varijs certaminibus sic concludit. D. Chrysost.* Alios post vnũ certamen ad alias palmas Dominus reservat, alios cõsummato martyrio iam coronat. Alios victores retinet in exemplum, alios iam perfectos transmittit in cælum. Alios frequẽter desiderat videre certantes, alios passione iam meritos imponit regnis cælestibus triumphantes: ut imperatoris Christi ab omnibus dignatio collaudetur, qui in suis & semel, & frequenter hostem devicit, & quemlibet quomodo pugnare viderit, munerabit. Tantùm contra hostẽ exercitetur animus, exerantur artus, devotio præparetur, ut procedens miles ad bellum, vel primo prælio coronetur, vel frequentibus trophæis palmarum numero honoretur. Sic dimicarunt, quos diligere christiane consuevisti: sic præliati sunt, quos semper amasti. Denique tres pueri in Chaldæa barbari regis, dum terrores despiciunt, formidines calcãt, minas contemnunt, sic eundem regẽ cum suis ignibus devicerunt. *dicto serm. de Martyribus.*

Consurrexit &c. *n.* 8. *Mortem igitur Caimus Abeli intulit, sed non abstulit famam, imò dum eum è medio tollere intẽtavit, ut illius memoriam ex hominũ mẽtibus penitus aboleret, invitus effecit, ut apud omnes homines illius gloriæ monimẽtum, nulla temporis oblivione delendum permaneret.* 643 Dan. 3.

Genes. 4. Cúmq; essent in agro, cõsurrexit Cain adversus fratrem suũ Abel, & interfecit eum. *n.* 8. D. *Chry.* Abel in principio ante vllius exemplum, prior dedicavit martyrium, qui quidẽ optaret innocens in sæculo vivere, quàm á fratre occisus in occidentis perniciẽ martyrium dedicare. *Serm. de Martyrib.* 1. *Et infra sic progreditur.* Fit Abel innocens, gloriosus sacerdos, & victima, immolator: hostia, antistes, & holocausta. Vt enim sanctè, atque innocenter Deo hostias immolabat, ita sancta, atque innocens hostia Deo summo effectus est. *eòdem serm. in tom.* 3. 644 Gen. 4. n. 8.

Et tom 5. Virtutis vis magna est, quæ dũ læditur, lædentes superat: dum profligatur, profligentes tunc maximé debellat. Ita etenim mihi cogites Abel: nonne impijs Cain manibus occubuit? Sed cæsus ille ad hoc vsq; tempus præconium, laureamq; meretur, nec illius memoriam tanta deinde sæcula obscurare potuerunt. At vir parricida ille post victoriam, 645

tum etiam graviorem morte vitam trahit: & ex illo protinus tot per ætates nunc vſque reprobatur ab omnibus,& convitijs vndique laceratur. *Serm. de virtutibus, & vitijs.* Interfecit eum. *Mortem intulit fratri, qui vitæ ſuæ bonis moribus peſſimam vivendi conſuetudinem incuſabat;ſed adhuc poſt mortem Abelis invenit illius occiſor acerrimum accuſatorem; Abelis ſcilicet in terram effuſum cruorem.*

646 *Geneſ.* 4. Conſurrexit Cain adverſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum. *n.* 8. *D Chryſoſtomus.* Trucidavit Cain, trucidatus eſt Abel; vter igitur mortuus erat? Is, qui poſt mortem clamabat, (Vox enim, inquit, ſanguinis Abel fratris tui clamat poſt me) an qui dum viveret, timidus,trepiduſque erat; hic enim, hic quovis mortuo miſerabilior erat. Vidiſti ut melius præſtantiuſque ſit iniuria affici, etiam ſi ad cædem vſque quis proceſſerit: diſce, ut iniuria afficere deterius ſit, etiam ſi ad ſanguinem vſque quis pervenerit. *in epiſt. ad Rom. cap.* 4. *homil.* 8.

Gen. 4. *num.* 8.

647 *Aſſumptum ſic probat D. Chryſoſt. exponens n. citatum.* Percuſſit ille, ac deiecit fratrem. Verùm hic coronabatur, ille contra puniebatur. Sublatus trucidatuſque eſt præter ius Abel, ſed tamen hic quidem moriens accuſabat, damnabat, ac mancipabat: ille autem, vel vivens obmuteſcebat, & pudore ſuffundebatur, & reus peragebatur, re ipſa illi cōtra animi ſententiā cedente. *hom.* 8. *cit.*

Gen. 4. *num.* 8.

648 *Deinde conſiderans illud,* Et interfecit eum, *ſic ait idem D. Chryſoſtom.* Interficiebat enim quando quidem dilectum videbat,expectans à dilectione illum exturbare; extendit autem dilectionem magis, ac magis,& ipſum ſanè mortuum Deus magis inveſtigabat, cùm diceret, vbi eſt Abel frater tuus? Non enim invidentia amorem extinxiſti, quin potiús incendiſti magis: honorem cæde non imminuiſti, ſed eo intendiſti magis. Antea enim illum tibi ſubdiderat Deus, poſtquam veró illum interemiſti, vel mortuus te ulciſcetur,tanta eſt mea erga eum dilectio. *in eadem hom.* 8.

Gen. 4. *n.* 8.

Gen. 4. *n.* 9.

Et tandem hanc proponit quæſtionem. Vter igitur eſt reus peractus, qui ſupplicium affert, an qui ſupplicium patitur, qui tantum à Deo honorem aſſequitur, an qui novo cuidam, & inſperato ſupplicio addicitur? Illum, inquit, viventem non timuiſti. Igitur mortuum timeto: nō territus es gladium impacturus: tremore aſſiduo corripieris, vel ſanguine iam effuſo. Vivens tibi ſerviebat, neque tuliſti, ob hoc mortuus tibi factus eſt territans dominus. *eadem homil.* 8. Conſurrexit. *Cum fratre frater ſimul ſurrexit: ſed diſcrimine magno; ſi finem attendamus; Cain namque ſurrexit, ut in perpetuum morte ſemper viva moreretur: Abel autem ſurrexit, ut in æternum immortali vita frueretur.* 649

Geneſ. 4. Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. *n.* 10. *D. Chryſoſt.* Ecce quovſque volat vox ſanguinis huius. Et vſque in cælum à terra aſcendit, & prætercurrens cælum, cæloque ſuperiores virtutes, regio throno aſſiſtit, & tuum deplorat homicidium, ac nefarium hoc ſcelus accuſat. *in Geneſ. hom.* 19. 650

Gen. 4. *nu.* 10.

Et tom. 2. *exponens eundem locum ſic ait.* Abel non modò tacens, ſed etiam defunctus orabat; & tamen ſanguis eius emittebat vocem omni prorſus buccina clariorem. Clama igitur & tu, ſicut ille ſanctus, nequaquam omnino prohibeo. *Et paulò infra exponens illud Pſalmi* 129. De profundis clamavi ad te Domine v. 1. *ſic ait.* De imo corde vocem deprome, & proprij pectoris contentus arcano, orationem tuam fac eſſe myſterium. Non conſideras, ut coram regibus quoque omnis coerceatur tumultus, & maximum vndique ſilentium commendetur? 651

Gen. 4. *nu.* 10.

Pſalm. 129. *v.* 1.

Deinde ſic infra idem D. Chryſoſt. 652

Et tu

Et tu igitur tanquam regalem ingressus aulam, non eam, quæ in terra est, sed illam, quæ multò est terribilior, videlicet in cælo, plurimũ reverentiæ, atque ordinationis ostende. Vnus enim es ex Angelorum choro, atque archangelorum socius effectus, cum cherubin quoque, atque seraphin canis. *in cap. 6. Matth. hom. 19. Vox Abelis eadem, & culpam fratris plorabat, & pœnam fratri implorabat, ut per sanguinis lacrymas simul, & æternam veniam, & temporalem vindictam criminis fratri impetraret.*

653 Gen. 4. n. 10. *Genes.* 4. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. *n.* 10. *D. Chrysostomus.* Vide hìc obsecro, quis est qui mala patitur, àn occidens, vel occisus? Manifestum quód occidẽs. Et occisus vsque ad nostra tempora in ore omnium decantatur, & prædicatur, & coronatur, ut veritatis primus testis: sicut dicit, & beatus Paulus: Mortuus Abel adhuc loquitur. Sed qui occidebat, etiam tunc vitam agebat miserabiliorem, quám vllus homo, & postea ab omnibus malè audit, ut abominabilis, & ut á Deo maledictus á divina Scriptura traducitur. *in cap.* 4. *Genes. hom.* 19. (Ad Hebr. 11.)

654 Gen. 4. n. 10. *Et alibi exponens eundem locum sic ait D. Chrysost.* Cogita obsecro te: Abel non ne occisus est à Cain? Nõ ne in pavimentum prostratus? Sed ne spectes qui prævaluerit, occideritque eum, cui invidebat, etiam innoxium, sed sequentia expende. Ecce occisus ille vsque nunc prædicatur, & coronatur, & tantum tempus memoriam non obscurat. At qui occidebat, & prævalebat, etiam tunc vitam morte graviorem sustinuit: & ex eo tempore vsque in hodiernum infamatur, & ab omnibus accusatur; cùm ille quotidie omnium ore celebretur. *hom.* 23. *in cap.* 6. *Genes. Martyrum chorus sub altari clamantium in cælo resonabat. Primus huius chori cantor Abel erat, cuius vocem è sanguine missam Dominus auscultabat: quæ una cùm esset, omnibus clamantium vocibus in dulcedine modulaminis æqualis reputabatur à Deo, unde iuxta litteram Hebraicam dicebat, vox sanguinum fratris tui clamantium ad me de terra*

Epist. ad Hebræos cap. 11. Fide intelligimus aptata esse sæcula verbo Dei, ut ex invisibilibus visibilia fierent. Fide plurimam hostiam Abel, quàm Cain obtulit Deo per quam testimonium consecutus est esse iustus, testimonium perhibente muneribus eius Deo: & per illam defunctus adhuc loquitur. *nu.* 3. & 4. *D. Chrysost. in Epist. ad Hebræos.* Postquam autem dixit, quod commune est: deinde & in personis hoc enucleat. Etenim vir gloriosus mundo æquandus est: hoc autem, & postea significavit. Quia ergo in personis centum, vel ducentis hanc causam constituit, deinde videns parvã numeri quantitatem, subiunxit: Quibus dignus non erat mundus. Et cõtemplare quem primum ponat; eum qui mala passus est, & hoc á fratre. Abel occisus est à fratre, nulla iniuria affecto, sed propter Deum invidente. *hom.* 22. 655 Ad Hebr. 11. n. 3. & 4.

656 Ad Hebr. 11. n. 3. & 4. *Deinde sic progreditur D. Chrysost.* Honoravit ille quidem Deum, & mortuus est pro honore Dei, & non dum resurrectionem adeptus est, sed desiderium quidem eius manifestũ est: & quæ ab illo fieri debebant, facta sunt: quæ veró à Deo, non dũ illi collata sunt. *eadem hom.*

657 Ad Hebr. 11. n. 3. & 4. *Postea hanc excitat quæstionem D. Chrysost.* Pro his retributionem accepit? Interemptus est manu fraterna; & condemnationem, quam pater propter peccatum promeruit, hanc ipse primus excepit rectus existens. Et hoc crudeliora passus est, quòd & á fratre, & primus, & tam probabiliter, & rectè vivendo nullius exemplum habens, quem imitaretur, occisus est. Ad quem enim attendens imitatus est hic, ut sic honoraret Deum? Ad patrem, & matrem?

matrem? Sed illi magis contumelia affecerunt Deum pro tantis beneficijs. Num ad fratrem attendit? Etiam ipse Deum contumelia affecit. Proinde ex se ipso hoc bonum invenit. Qui ergo tanto dignus erat honore, quid patitur? Interimitur. *eadē hom.* 22.

658 *Exponens autem illud.* Defunctus adhuc loquitur. *sic ait. D. Chrysost.* Quid est, & propterea mortuus adhuc loquitur? Ne in multam eos desperationem adduceret, ostendit eum ex parte perfruitum retributione. Quomodo? Cura, & ratio Deo super illo multa est, & adhuc loquitur: Hoc est, interemit quidem eum, sed non cum eo interemit eius gloriam atque memoriam. Non est ille mortuus, ergo nec vos moriemini. Quātó enim quis acerbiora passus fuerit tantò magis gloria excrescet.

Ad Hebr. 11. *num.* 3. & 4.

659 *Et tandem sic concludit* D. *Chryso.* Quomodo adhuc loquitur? Hoc enim indicium est quód vivat, quòd in ore omnium versatur; quòd omnes eum admirantur, & beatificant. Qui enim admonet alios, ut iusti sint, loquitur, non enim tantū proficit sermo, quantum passio illius. Sicut enim Cælum tantùm apparēs loquitur, sic & ille dum in memoriam venit. Numquam enim in tanta esset admiratione, si mille linguas haberet, si viveret, in quanta nunc admiratione est. *Eadem homil.* 22. *in Epist. ad Hebraeos.*

Heb. 11 *num.* 3. & 4.

660 Testimonium perhibente muneribus eius Deo. *Per munera oblata, Abel Deo testis factus est; per eadem munera acceptata, factus fuit Deus Abeli testis: ac proinde dum Deus à servo suo munera acceptavit, testimonium sibi datum, testimonio à se dato, quasi Dominus, gratum se vellet ostendere servo, compensavit.*

(*.*)

Ex Divo Augustino.

Genes. 4. Adam vero cognovit vxorem suam Hevam, quæ cōcepit, & peperit Cain dicens: possedi hominem per Deum. Rursumque peperit fratrem eius Abel. *n.* 1. & 2. *D. August.* Natus est igitur prior Cain ex illis duobus generis humani parentibus, pertinens ad hominum civitatem: posterior Abel ad civitatem Dei. *Et infra sic progreditur.* Prior est natus civis huius seculi: posteriús autem isto peregrinus in seculo, & pertinens ad civitatem Dei, gratia prædestinatus, gratia electus, gratia peregrinus deorsum, gratia civis sursum. *lib.* 15. *de Civitate Dei cap.* 1. 661

Gen. 4. *n.* 1. & 2.

Et postea exponens eundem locum, sic ait. Tanquam figulus Deus (hanc enim similitudinem prudenter introducit Apostolus) ex eadem massa, fecit aliud vas in honorem, aliud in contumeliam. Prius autem factum est vas in contumeliam, post veró alterum in honorem. *eodem cap.* 662

Gen. 4. *n* 1. & 2. *Ad Ro.* 9.

Et alludens ad illud Genes. 4. Et ædificavit civitatem, vocavitque nomen eius ex nomine filij sui *Henoch. n.* 17. *sic concludit idem D. August.* Scriptum est itaque de Cain, quód condiderit civitatem; Abel autem tanquam peregrinus non condidit. *lib.* 15. *de Civitate Dei cap.* 1. *Abel iuxta radicem Hebraicam vanitas interpretatur, ut suo etiam nomine mundana omnia vanitatem esse indicaret, quæ proinde pro nihilo æstimaret.* 663

Gen. 4. *n.* 1. & 2. *Gen.* 4. *nu.* 17.

Genes. 4. Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Ad Cain verò, & ad munera illius non respexit: iratusque est Cain vehementer, & concidit vultus eius. *n.* 4. & 5. *D. August. lib.* 10. *de Civitate Dei.* Sacrificium certè nullus hominum est; qui 664

Gen. 4. *num.* 4. & 5.

qui audeat dicere deberi, nisi Deo soli. Multa denique de cultu divino vsurpata sunt, quæ honoribus deferuntur humanis, sive humilitate nimia, sive adulatione pestifera: ita tamen, ut quibus ea deferuntur, homines haberentur, qui dicuntur colendi, & venerandi: si eis multum additur, & adorandi. Quis veró sacrificandum censuit, nisi ei, quem Deum aut scivit, aut putavit, aut finxit? Quàm porro antiquus in sacrificando Dei cultus, duo illi fratres Cain, & Abel satis indicant, quorũ maioris Deus reprobavit sacrificiũ, minoris aspexit. *cap.* 4. Et iratus est Cain veh menter. *Non tam ex eo quòd Deus illum non respiceret, quàm quòd Abelem inspectaret: invidus enim cùm esset, non tam propria infelicitate, quàm felicitate aliena tristabatur.*

665 *Genes.* 4. Respexit Dominus &c. *ut supra n.* 4. *&* 5. *D. August. in quæst. ex veteri testamento.* Nam Abel prudentem, & devotum in eo ipso sermo indicat scripturæ, Cain veró negligentem, & improvidum, ac per hoc minus devotum. Abel ergò de placidis potiora elegit, quæ Deo offerret creatori, ut de ijs vtique, quæ creaverat præcipua illi offerret, ut per hoc, & dedicationem suam, & meritum eius probaret, ut & propriam reverentiam, & Deum authorem ostenderet. Hoc Cain velut rusticus præsentare nequivit. Totum enim animum terræ inserens, mentis oculos ad cælum levare non potuit, ut quid creatore dignum esset, aspiceret, qualiacunque etiam Deo obtulerit munera. *quæst* 5.

Gen. 4. *nu.* 4. *&* 5.

666 *Et alibi exponens eundem locum. D. August. sic ait:* Non fuit charitas in Cain: & nisi esset charitas in Abel, non acciperet Deus sacrificium eius. Cùm enim ambo obtulissent, ille de fructibus terræ, iste de fœtibus ovium: quid putatis fratres, quia Deus fructus terræ neglexit, & fœtus ovium dilexit? Non intendit Deus ad manus; sed in corde vidit. Et quem vidit cum charitate offerre, ipsius sacrificium respexit: quem vidit cum invidia offerre ab ipsius sacrificio oculos avertit. Opera ergo bona Abel, non dicit, nisi charitatem: opera veró mala Cain, non dicit: nisi odium fraternum. Parum est quia odit fratrem suum, & invidit operibus bonis: qui imitari noluit, necare voluit. *in Epist.* 1. *D. Ioannis exponens illud.* Non sicut Cain, qui ex maligno erat, & occidit fratrem suum. Et cuius rei gratia occidit? Quia opera eius maligna fuerunt, fratris veró eius iusta. *cap.* 3. *n.* 11. *&* 12. *in tract.* 5. Ad Cain autem &c. Non respexit. *Indignus enim erat qui à Deo respiceretur frater ille, qui vultum demittebat, ne fratrem suum intueretur.*

Gen. 4. *num.* 4. *&* 5.

1 Ioan. 3. *n.* 11. *&* 12.

Genes. 4. Dixitque Cain ad Abel fratrem suum: Egrediamur foras. Cùmque essent in agro consurrexit Cain adversus fratrem suum Abel, & interfecit eum. *n.* 8. *D. August. lib.* 1. *de mirabilibus sacræ scripturæ.* Vt autem ab ipso humani generis post peccatum originale primordio homines quandoque promereri veniã Deus ostenderet, paucos homines elegit, quibus notitiam suæ amicitiæ demonstraret: quos processu temporis paulatim plures vsque ad suæ præsentiæ visitaret adventum, quousque in adventu suo omne genus humanum per totum orbem illuminaret. Ex quibus paucis primus Abel totius humanæ iustitiæ princeps, & secundus post eum Enoch, insignissimus ante diluvium eligitur, quibus summa iustitiæ in initio ipso mundi, & fine committitur. Vnus enim statim in iustitiæ suæ initio, in ipso etiam mundi principio, sanguinis sui tripudio coronatus martyrio arripitur. Alter adhuc sine morte, in testimonium novissimi temporis reservatur. *cap.* 3. 667

Gen. 4. *num.* 8.

Et Cain, & Abel surrexisse refertur, 668

tur, sed primus Abel in resurgendo fuisse significatur; tùm Cain consurrexisse enunciatur. Surrexit enim primus, cui prima resurrectio, scilicet ad vitam æternam debebatur, secundus verò, cui ad mortem sempiternam resurrectio secunda reservabatur.

669 *Genes.* 4. Consurrexit Cain adversus fratrem suum Abel, & interfecit eum. *n.* 8. *D. August. lib.* 15. *de Civitate Dei.* Abel, quem maior frater occidit, præfigurationem quandã peregrinantis civitatis Dei, quòd esset ab impijs, & quodammodo terrigenis, idest terrenam originem diligentibus, & terrenæ civitatis terrena felicitate gaudentibus, persecutiones iniquas passura, primus ostendit. *cap.* 15. *Primus mundi peregrinus, cæli primus extitit civis puer Abel, qui per persecutionem, quam à fratre primus passus fuit, quasi per certam notam, ut mundi contra se odium; sic cæli erga se amorem manifestabat.*

Gen. 4. num. 8.

670 *Genes.* 4. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. *nu.* 10. *D. Augustinus.* Habet enim magnam vocem Christi sanguis in terra cum eo accepto ab omnibus gentibus respondetur, Amen. Hæc est clara vox sanguinis, quam sanguis ipse exprimit ex ore fidelium eodem sanguine redemptorum. *lib.* 12. *contra Faustum cap.* 10.

Gen. 4. nu. 10.

671 *Et in dialogo quæst.* 65. *sic ait D. August.* Quomodò intelligendũ est, quòd sanguis Abel legitur de terra ad Dominum clamasse? Sanguis Abel significat sanguinem Christi, quo universa Ecclesia accepto dicit, Amen. Nam qualem clamorem faciat universa Ecclesia dum potatur sanguine Christi, & dicit Amen, tu ipse si potes considera. Iudæi ergo, qui intelliguntur in persona Cain, quoniam non credentes in Christo, non potantur sanguine Christi, maledicti sunt super terram, Super illam scilicet terram, quæ aperuit os suum per confessionem, & bibit sanguinem fratris sui, idest Christi sui. *quæst.* 49. *Nemo, quin priùs os suum aperiat per confessionem, audeat Christi sanguinem recipere per Eucharistiæ communionem, alioqui Christi sanguis, in terra cordis eius effusus, non veniam, sed vindictam de commissis criminibus cum clamore valido postulabit.*

Gen. 4. nu. 10.

Genes. 4. Cognovit quoque adhuc Adam vxorem suam, & peperit filium, vocavitque nomen eius Seth, dicens; Posuit mihi Deus aliud semen pro Abel, quem occidit Cain. *num.* 25. *D. Augustinus lib.* 15. *de Civitate Dei.* Pro Abel: quando talis erat futurus, qui impleret illius sanctitatem: non quód ipse prior post eum temporis ordine nasceretur. *cap.* 15. Posuit mihi Deus. *Alia littera* Suscitavit mihi Deus. *Suscitatus dicitur Abel quando frater eius Seth, ab ijsdem parentibus fuit natus: Seth namque Abelem ad vitam revocabat, dum Abelis in moribus vitam referebat, quia Abelis factus imitator, quasi alter Abel parentibus apparebat.* 672

Gen. 4. n. 25.

Matth. 23. A sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ. *n.* 35. *D. August. lib.* 1. *de Mirabilibus.* Huic Abel Dominus Iesus Christus primatum iustitiæ hominum commisit, ita, inquiens, A sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ: in eo enim quod dicit, A sanguine Abel iusti vsq; ad sanguinem Zachariæ, & non addidit iusti, hæreditatem iustitiæ Abel, tenere Zachariam ostendit. Quód primus & Abel in iustitia hominum primatum tenuit, eo quòd primus in terra iustus fieri cæpit. *cap.* 3. 673

Matth. 23 nu. 35.

Deinde sic progreditur D. Aug. Vnde quasi hæreditarij iure patrum succedunt. Sic omnes iusti vestigia Abel in cũctis iustitiæ partibus capiunt. Sed ista investigatione rectè incitatus aliquis fortasse interrogabit: Cur ergo, inquiens, dum Abel iustitiæ primatum tenuit, post hunc Deus sine morte ad testimonium novis- 674

Matth. 23. nu. 35.

novissimi temporis reservavit, ut in mundi fine ipse doctor existeret veritatis, qui in principio erat author perfecti operis?

675 *Et statim respondet idem D. August. ibidem.* Attamen huic quæstioni cõgrué obviare poterit, qui iustitiam in tribus partibus constare novit, tota enim iustitia hæc est, virginitas, Sacerdotium, & martyrium. Quæ triplex iustitia in Abel primò fuit, qui & munera Deo placita obtulit, prosapiam generis in seculo non reliquit, martyrij coronam sanguinis effusione promeruit. Si ergo longiori tempore, ut Enoch, Abel viveret, sine ulla dubitatione coniugium iniret. Quippe qui in tempore illius legis viveret, quæ dixit. Crescite, & multiplicamini, & implete terram. Et si illud mandatum expleret pro certo nequaquam virgo esset; & si illum Deus sine morte servaret, martyrij primatum nequaquam acciperet. *eodem cap.* 3.

Matth. 23. nu. 35.

Gen. 1. nu. 28.

676 *Et tandem sic concludit exponens eundem locum.* D. *Aug.* Rectè ergo competebat, ut qui primus in terra iustus eligitur, in eo totius iustitiæ forma servaretur, eique primo in hominibus post delictum gestare figuram conceditur Salvatoris, qui virgo, & Sacerdos, & martyr esse videtur. *eodem cap.* 3. A sanguine Abel iusti. *Ergo iusti titulum primus Abel, non sine sanguine, vindicavit, ut qui post illum similem eiusdem tituli gloriam concupiscerent, scirent tanti tituli gloriam, non nisi sanguinis pretio, sibi obtinendam.*

Matth. 23. nu. 35.

Ex Divo Leone Papa.

677 Genes. 4. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. *nu.* 10. *D. Leo Papa de Passione Domini.* Nunc sanguis iusti Abel mortem summi pastoris eloquitur, & in parricidio Iudæorum, Cain interfector fratris agnoscitur. *Serm.* 9. *Pastoris primi vox, non avenis, sed è venis emissa clamabat, dulci modulamine provocans bonum pastorem Dei Filium, quem è cælo in terram venturum, ut humanas ad cælestes caulas deduceret oves, prænoscebat. Huius summi pastoris aures Abel pastor sui sanguinis effusi sono mirificè recreabat, dum ei proprij effundendi sanguinis vocem meliús clamaturam referebat.*

Gen. 4. n. 10.

Ex Divo Petro Chrysologo.

Genes. 4. Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. &c. *n.* 4. *D. Petrus Chrysol.* Quia non homo ex eo, quód vivit, placet, sed placet ex eo, quód bene vivit: nec ex eo fit homo hostia, si se Deo offerat, sed si sanctè offerat Deo. Quãtùm enim immaculata victima placat Deum, tantúm Deum victima, si maculata fuerit exacerbat. *Et infra.* Probat hoc Cain, qui cum Deo parva à quo totum perceperat ingratus Pontifex sic divisit, ut quod erat pessimum, hoc adoleret altari, quod erat optimum, in suam reservaret offensam: denique cúm sua suo malé compartitur authore, se, suosque posteros, & à vita, & ab humano genere perdivisit. Ergo Abel sequamur ad præmium, non Cain comitemur ad pænam. Abel agnum portans ad Dei Sacrificium, sicut agnus assumitur: Cain gestans sibi stipulam, fomentum sibi, per quod exuretur, invenit. *Serm.* 109. Respexit Dominus ad Abel. *Abel pulchrum in se innocentiæ simulachrum divinis oculis ostendebat, quod ex oppositione ad larvalem in Caimo invidiæ faciem plus placebat.* 678

Gen. 4. n. 4.

Genes. 4. Cùmque essent in agro consurrexit Cain adversus fratrem suum 679

m. 4. suum Abel, & interfecit eum. *n.* 8.
m. 8. *D. Petrus Chrysologus loquens de fratre prodigi, qui domum paternam intrare nolebat, sic ait.* O zeli tumor? Duos non capit domus ampla germanos. Et quid mirum fratres? Fecit invidia, fecit, ut mundi tota duobus esset angusta fratribus latitudo; namque ipsa Cain iunioris erexit in mortem, ut esse solum zeli livor faceret quem primum fecerat lex naturæ. *Serm.* 4. *Infelix profectò, quia solus esse voluit in mundi gloria, mansit in solitudinis pœna solitarius: sed cùm esset invidus, maluit totam solitudinis pœnam subire, quàm fratrem sibi in gloria socium intueri.*

680 *Genes.* 4. Vbi est Abel frater tuus. *n.* 9. *D. Petrus Chrysol.* Illa, quæ noverat, quæ pietate velabat, quærere tunc cæpit, quando accusabat terra. Vox sanguinis fratris tui clamat de terra: clamabat terra, clamabat cælum, dolebant angeli, quando iam tota sæculi fama loquebatur. *Serm.* 125. *Abelem quærebat Dominus, quem amabat, quo absente Caimum ne ipsum damnaret, videre nolebat; quo præsente à Caimo, ne eum videret, oculos avertebat, iuxta illud Genes.* 4. Respexit Dominus ad Abel ad Cain autē non respexit. *n.* 4. *&* 5.

Gen. 4. n. 9.

681 *Genes.* 4. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. *num.* 10. *D. Petrus Chrysol. loquens de occisione Beati Ioannis Baptistæ.* Gratis cucurristis Herodes, Herodias nomina non affectione sociata, sed crimine; quæ vocem intercipi posse stultissimé credidistis. Ego sum, inquit, vox clamantis in deserto. Vox occidi non potest, sed magis clamat angustijs corporis absoluta. Sic vox Abel in suo iam effusa sanguine magis sonat, magis penetrat, magis pertendit ad cælum. Sic nunc Ioannes toto orbe clamat, totis sæculis facinus vestrum cunctis refert, & ostentat in gentibus. *Serm.* 174. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me. *Abel, qui dum vivit in fratre Caimo pessimam invidiam tulit, mortuus Dei Filio ipsius futuro fratri optimam invidiam intulit. Dum enim vox sanguinis Abelis in cælo clamando resonabat, divinum verbum ad edendam meliùs clamaturam assumendi sanguinis vocem pelliciebat: ipsumque quasi plagarum sinctè invidum ad necem amore hominum sustinendam incitabat.*

Gen. 4. nu. 10.

Ex Divo Nilo.

Genes. 4. Dixitque Cain ad Abel fratrem suum: Egrediamur foras. Cùmque essent in agro, consurrexit Cain adversùs fratrem suum Abel, & interfecit eum. *nu.* 8. *D. Nilus exponens illud Exod.* 12. Nullus vestrum egrediatur ostium domus suæ vsque mane. *n.* 22. *Sic ait.* Moyses cupiens populo nihil mali contingere a percussore, ita præcepit: Nemo vestrum egrediatur ostium domus suæ, ne vos percussor attingat. Eodem spectant, & Heremiæ verba dicentis: Ne exeatis in agrū, neque in vias proficiscamini. Quoniam inimicorum gladius habitat per circuitum. Virorum fortium est contra hostes progredi, & tuto insidias eorum effugere. Quód si quis nondum est aptus ad pugnam, domi sine detrimento maneat, & salutem in quiete sine periculo tueatur. Talis erat Iesus filius Nave, de quo scriptum est. Servus autem Iesus cum sit adolescens è tabernaculo non egrediatur: Noverat enim eos, qui in campum ad pugnam præproperam egrediantur á fratribus corporis, & carnis amicis occidi, ex historia Abel admonitus. *lib. qui dicitur Asceticus.* 682

Gen. 4. num. 8.

Exod. 12. nu. 22. Here 6. ca. 25.

Exod. 33. n. 11.

Egrediamur foras. *Quis hoc audiens non putaret à fratre fratrem in agrum recreandi animi causa invitari? Præcipuè considerans â Caimo magnam animi* 683

animi tristitiam demisso in terram vultu, vero animi indice, propalari. Lætus igitur Abel cum fratre frater graditur, ut fratris animum à tristitia liberaret; qui enim fratrem amabat, non potuit fratris in se odium cogitare.

Ex Divo Anastasio Synaita.

684 Genes. 4. Fuit autem Abel pastor ovium, & Cain agricola. *n.* 2. *D. Anast. Syn.* Primus natus filius nẽpe Cain in figuram primogeniti Israel fuit agricola, (ut qui esset cognatus animantium è terra genitarũ, & non benedictarum) occisor boni pastoris Abel, nẽpe Christi. *in Exam. lib.* 6. *de sexto* Divini *opificij die.*

685 *En quo pacto orbis principes in exordio mundi, nec ovium curam, nec agri culturam spernebant; sed unusquisque artem, ad quam uniuscuiusque animus inclinabat, exercebat: neque enim tum temporis homines falsò existimabant nobilitatẽ per ociositatẽ demonstrari, ac si culpa otiositatis, expressa foret nota nobilitatis, qua dominus quisque à servis dignosceretur.*

Ex Divo Gregorio Magno.

686 Genes. 4. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui. *n.* 4. *D. Greg. Mag. lib.* 29. *Moralium.* Stellæ quidem simul sitæ sunt, & tamẽ lucis suæ variatim radios fundunt, ita omnes Sancti alijs atque alijs ad prædicandum temporibus apparentes, & disiuncti sunt per visionem suæ imaginis, & coniuncti per intentionem mentis. Simul micant, quia unum prædicant; sed non semetipsos tangunt, quia in diversis temporibus patiuntur. Quàm diversis temporibus Abel, Isaias, & Ioannes apparuerunt. Diversi quidem fuerunt tempore, sed non prædicatione. *Id sic probat idem. D. Greg.*

Gen. 4. *num.* 4.

Nam Abel redemptoris nostri passionem significans, agnum in sacrificio obtulit, de cuius passione Isaias ait: Sicut agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. De quo Ioannes quoque ait: Ecce agnus Dei, Ecce qui tollit peccata mundi. Ecce divisis quidem temporibus missi, & tamen concorditer de redemptoris nostri innocentia sentientes, eundem agnum Ioannes ostendendo, Isaias prævidendo, Abel offerendo locutus est; & quem Ioannes in ostensione, quem Isaias in locutione, hunc Abel significando in manibus tenuit. *cap.* 16. *Ergo Abel, Isaias, & Ioannes stellæ in ecclesiæ cælo, pulcherrimis suorum meritorum radijs, in tribus ecclesiæ statibus apparuerunt; sed omnes à Dei agno, qui cùm sit sol; lucerna gloriæ nominatur, lucem ad illuminandum orbem acceperunt.* 687

Gen. 4. *num* 4. *Isaias.* 53. *n.* 7 *Ioan.* 1. *n* 36.

Genes. 4. Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: Ad Cain autem, & ad munera illius non respexit. *num.* 4. & 5. D. *Gregor. Mag. lib.* 22. Moralium. Quia ab omnipotente Deo munus ex manu non accipitur, quod corde obligato in malitia profertur. Neque sacrum eloquium dicit; Respexit ad munera Abel, & ad Cain munera non respexit: sed priùs ait: Quia respexit ad Abel, ac deinde subiunxit: Et ad munera eius. Et rursum dicit. Quia non respexit ad Cain, ac deinde subdidit: Nec ad munera eius. Ex dantis quippe corde id, quod datur accipitur. Idcirco non Abel ex muneribus, sed ex Abel munera oblata placuerunt. Priùs namque ad eum legitur Dominus respexisse, qui dabat, quàm ad illa, quæ dabat. *cap.* 8. 688

Gen. 4. *n.* 4. & 5.

689 *Et tom. 4. explicans eundem locum sic ait.* Neque enim in omnipoten-
Gen. 4. n. 4 & 5. tis Dei iudicio, quid datur, sed à quo datur aspicitur. Hinc est enim quod scriptum est: Respexit Dominus ad Abel & ad munera eius: ad Cain autem, & ad munera eius non respexit. Dicturus quippe, quia Dominus respexit ad munera, præmisit solicitè, quia respexit ad Abel. Ex qua re patenter ostenditur, quia non offerens à muneribus, sed munera ab offerente placuerunt. *Regist. Epist. lib. 7. in dict. 2. Epist. 126.* Respexit Dominus. &c. *Abel quia non tam muneribus quàm moribus Deo placebat, ideo priùs ad se quàm ad munera divinos oculos alliciebat.*

690 *Genes.* 4. Consurrexit Cain ad-
Gen. 4. nu. 8. versús fratrem suum Abel, & interfecit eum. *num.* 8. *D. Greg. Mag. lib. 4. Moralium.* Abel, qui occidenti se fratri restitisse non legitur. *cap.* 29. *Adversùs Abelem Caimus insurrexisse refertur: Abel autem contra invasorem stetisse non dicitur, ut sic, & illius iniusta violentia, & istius invicta patientia demonstretur.*

691 *Genes.* 4. Vox sanguinis fratris
Gen. 4. n. 10. tui clamat ad me de terra. *num.* 10. *D. Greg. Mag. lib.* 13. *Moralium.* Vnde etiam Paulus dicit: Et sanguinis aspersionem meliús loquentem, quám Abel. De sanguine Abel dictum fuerat: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Sed sanguis Iesu meliùs loquitur, quàm Abel: quia sanguis Abel mortem fratricidæ fratris petit, sanguis autem Domini vitam persecutoribus impetravit. *cap.* 8. *Nil mirũ*
Hebræ. 12. *quód Christi sanguis dispersus, meliùs quàm sanguis Abelis effusus loqueretur; cúm enim Abelis sanguis verbo etiam humano foret destitutus, solùm ore terreno loqui poterat, at sanguis Christi divino semper vnitus Verbo ore divino eloquebatur.*

Ex Ruperto Abbate.

Genes. 4. Adam veró cognovit vxorem suam Hevam: quæ cõ- 692
cepit, & peperit Cain: dicens: Pos- Gen. 4. n. 1. & 2.
sedi hominem per Deum. Rursumque peperit fratrem eius Abel. Fuit autem Abel pastor ovium, & Cain agricola; *nume* 1. & 2. *Rupertus.* Ille primus in generatione iniquorum, iste primus computatur in generatione iustorum. At ille tanto cum tripudio matris exceptus, ut iuraret sibimet in admiratione gaudij sui dicens, Possedi hominem per Deum, & ob hoc vocaret nomen eius Cain, Cain quippe interpretatur possessio. Ille, inquam, primum humanæ generationis miraculum, & falsa felicitas, vanumque gaudium infelicium, occidit fratrem suum Abel, quod interpretatur luctus. Et hoc illi nomen congruit, non solúm quia primi luctus causa fuit parentibus, verúm etiam quia primus illorum est, de quibus dictum est, Beati, qui lugent, quoniam consolabuntur. *cap.* 34. *Aptè profectò Abel, qui primus fuit innocens, primusque iustus nuncupatur, luctus suo dicitur nomine, ut primus pænitens etiam nominetur, agere enim quisque debet pænitentiam, & si existimet à se servatam semper innocentiam.*

Genes. 4. Rursumque peperit 693
fratrem eius Abel. Fuit autem A-
bel pastor ovium, & Cain agricola. Gen. 4. n. 2.
num. 2. *Rupertus. lib.* 2. *de Victoria Verbi.* Ecce iam vnum hominem de massa illa, cuius principia fuerunt Adam, & Heva, iuxta suam provexit intentionem bonam, quam proposuerat, dicendo, Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinẽ nostram. Iste enim non solùm ad imaginem Dei factus est, id est,

est, rationalis, quòd non negatur etiam de maligno Cain, verùm ad similitudinem quoque eiusdem Dei, in eo quòd imitator eius extitit per iustitiam fidei: ampliùs autem in eo spectat ad similitudinem Dei, quòd pulcherrimam in semetipso prætulit figuram Verbi Dei, Verbi incarnandi, & per patientiam peracturi victoriam peccati. *cap.* 20. *Pulchra Filij Dei imago Abel in vita fuerat: pulchrior tamen in morte apparebat. Quia qui dum viveret candidis innocentiæ coloribus Christum innocentem figurabat, dum occideretur rubicundis patientiæ coloribus Christum patientem referebat. Hic autem, licet pulcher futurus esset, dum innocens per candorem: pulchrior reddendus erat, patiens per ruborem.*

694 *Osee* 13. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos, ero mors tua, ò mors, morsus tuus ero,
Osee. 13 *nu.* 14. inferne. *num.* 14. *Rupertus tom.* 1. *in Oseam lib.* 6. Christus Dei Filius, victor mortis, & author vitæ, hoc in persona sua magna voce, magna veritatis alloquitur authoritate; liberabo eos, inquit, de manu mortis, redimam eos de morte. Quos eos, nisi filios, quorum cor contritum in pænitentiæ studio est. Horum in catalogo primus est Abel, cuius ipsum nomen pænitentiæ significat lamentum, transfertur enim in Luctum. Ab illo vsque ad vltimum electum cuncti pænitentiam agentes, & peccatores se esse confitentes, (omnes enim in Adam peccaverunt) consolationem istam accipiunt, de manu mortis liberati, de morte redempti. Nec verò abs re ita semel, & iterum depromitur miserationis dignatio, de manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos, sed pro duplici morte, qua omnes mortui sumus in Adam, alia corporis, alia verò animæ. *cap.* 9. *Felix profectò Abel, qui dum nomen suum adimplens, pænitentiæ lacbrymis peccata sua, quæcumque, penitus delere curauit: ut in catalogo pænitentium primus sic, & in libro consolandorum esse meruit nulli secundus.*

Genes. 4. Fuit autem Abel pastor ovium, & Cain agricola. Factum est autem post multos dies, ut offerret Cain de fructibus terræ munera Domino. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum, & respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius; ad Cain verò, & ad munera illius non respexit: iratusque est Cain vehementer, & concidit vultus eius. *num.* 2. 3. 4. & 5. *Rupertus in Genes. lib.* 4. Primus unigeniti Filij Dei testis Abel voluntarium Deo de primogenitis gregis sui sacrificium obtulit, id fide passionis eiusdem vnici, & dilecti Filij Dei, quem tali sacrificio præsignari condecuit. Paulus namque Apostolus dicit ad Hebræ. 11. Fide plurimam hostiam Abel, quam Cain obtulit Deo, per quam testimonium consecutus est esse iustus, testimonium perhibente muneribus eius Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur. Fide, inquit, plurimam, nam cultu, vel religione parem vterque obtulit hostiam. Siquidem vterque cui debuit, obtulit, ac proinde vterque rectè obtulit, sed non rectè uterque divisit. Nam ille, Cain scilicet, cùm Deo offerret sua, se ipsum sibi retinuerat, repositum habens in cupiditate terrena. Huiusmodi portionem Deus non accepit, sed, Præbe, inquit, fili cor tuum mihi, *Prover.* 23. At ille (ut iam dictum est) cor suum retinuit sibi, & fructus terræ Deo obtulit. Porro Abel primó cor suum, deinde rem suam offerendo, plurimam (ut iam dictũ est) hostiam per fidem obtulit. *cap.* 2. *Magnum Abelis encomiũ: primus testis esse meruit Filij Dei, qui dicturus erat Ioan.* 5. Ego autẽ testimoniũ ab homine non accipio. *n.* 34. *Vt dũ tes-*

695 *Gen.* 4. *nu.* 2. 3 4 & 5.

timonium primus perhibebat, dignus esset, qui primus non homo, sed Deus inter homines esse videretur.

696 Gen. 4. n. 4. *Genes.* 4. Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. *n.* 4. *Rupertus lib.* 4. *in Genesim.* Palā est, quia ad hunc Abel, & ad munera eius, munera, inquam, panis, & vini Deus respexit. Dicit enim de isto Spiritus Sanctus in David, Iuravit Dominus, & non pænitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundúm ordinē Melchisedech: ut autem tota similitudo perficiatur, primus sacerdos Abel post illud sacrificium iustitiæ, foras á maligno fratre evocatus, occiditur: quia videlicet illa sacratissimæ cænæ vespera sacerdos, idemque sacrificium Dominus Deus noster Iesus Christus suis manibus oblatus, & in odorem suavitatis acceptus ab impio discipulo traditus, ab illo Iudæorum populo secundúm carnē fratri suo comprehenditur, & foras extra portam civitatis eductus crucifigitur. *cap.* 5. Respexit Dominus &c. *In Abelis muneribus, quasi in imaginibus munera sui corporis, & sanguinis sui, exhibenda hominibus in sacratissimæ noctis cœna, iam tum Dei Filius praevidebat, suumque hac exhibendi desiderium arte fallebat amoris.*

697 Gen. 4. n. 4. & 5. *Genes.* 4. Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius; ad Cain verò, & ad munera illius non respexit. *num.* 4. & 5. *Rupertus in Genesim lib.* 4. Testimonium perhibente muneribus eius Deo, testimonium consecutus est esse iustus, idest respiciente Deo ad munera eius, palam factum est, quòd ad ipsum respexit Deus. Ad Cain verò, & ad munera eius non respexit. Videlicet quia respectu Dei nō erat dignus is, qui offerebat, consequenter nec ipsa eius munera. *cap.* 2. *Testem Dei primum inter fideles Abelem recenset Paulus Apos. Heb.* 11. *n.* 4 & 12. *nu.* 1. *De teste ergo testimonium sibi perhibente testimonium Dei Filius perhibebat, fidelis remunerator officij, testimonium de se datum, exhibito à se testimonio compensabat & obsequium sibi factum, etiam oculorum aspectu, gratum sibi esse testabatur.*

Genes. 4. Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius; Ad Cain veró, & ad munera illius non respexit: iratusque est Cain vehementer, & concidit vultus eius. Dixitq; Dominus ad eum: quare iratus es, & cur cōcidit facies tua? Nonne si bene egeris, recipies, sin autem malè statim in foribus peccatum aderit. *n.* 4. 5. 6. & 7. *Rupertus lib.* 2. *de Divinis officijs.* Cain, inquit, sua, cui debebat, Deo rectè obtulit: sed se ipsum sibi retinens, & cor suum Deo auferens malè divisit. Abel verò intus in corde suo sacrificium iustitiæ obtulit, quia non se ipsum sibi retinuit, sed Deo subdidit, ac propter hoc ad exteriora eius munera Dominus placidè respexit. *cap.* 13. *Gratum spectaculum Deo cor Abelis fuit, ad quod proinde Dominus divinos oculos placidus direxerit, dum intra Abelem, cor, & extra Abelem, munera respexit.* 698 Gen. 4. n. 4. 5. 6. & 7.

Genes. 4. Consurrexit Cain adversús fratrem suum Abel, & interfecit eum. *n.* 8. *Rupertus lib.* 2. *de Victoria Verbi.* In Abel Christus; in Cain qui illum occidit, Iudaicus populus, qui Christum erat occisurus, in voce, & clamore sanguinis Abel, accusatio sceleris Iudæorum inexcusabilium, in terra, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem Abel, Ecclesia, quæ sanguinem Christi fideliter in sacramento bibitura erat, pia similitudine signabatur. Non ergo vinci, sed vincere incipiebat. Verbum Dei propositum Dei in morte iusti. Qui tunc re vera perfectus est, ad imaginem, & similitudinem Dei, quando tali modo decedit. Etenim hominibus quidem mortuus est, sed Deo vivit, Deo loquitur, imò, & nobis loquitur, & Verbū Dei sonat sanguis eius. Nam, & ipse Deus, Vox, inquit, sanguinis fratris tui 699 Gen. 4. n. 8.

tui clamat ad me de terra. *cap.* 20. *Sitibunda sanguinis terra demonstratur, quæ aperto ore quasi sanguinis avida intra viscera sua Abelis sanguinem suscipiebat, humanam etenim significabat terram, quæ iam tunc in Abelis sanguine, Emmanuelis sanguinem prævidebat, cuius imagine desiderium suum pia arte fallere nitebatur.*

700 *Genes.* 4. Consurrexit Cain adversus fratrem suum Abel, & interfecit eum. *num.* 8. *Rupertus lib.* 2. *de Victoria Verb.* Pium impius occidit. Semen bonum invidia seminis nequam extinxit. Ecce initium bellorum Domini. Hic primus ex facie Verbi Dei, victoriam eiusdem Verbi, piæ mortis præcursione declaravit. *cap.* 19. *Felix Abel, qui primus in prælio Domini dux existens, nostri ducis Iesu typus esse meruit; ipsiusque victoriam non vivendo, sed moriendo adeò expressè figuravit, ut ex ipsa facie victor Dei Filius esse videretur, in quem proinde ut in sui ipsius præcursorem Dei Filius victoriæ cupidus, cædis avidus, victoriæ, cædisque simul piè invidus respiciebat.*

Gen. 4. *n.* 8.

701 *Genes.* 4. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. *n.* 10. *Rupertus lib.* 4. *in Genes.* Vox utique sanguinis, qui ad Deum clamat, non inarticulata, id est, sensu carens esse putanda est. Quid enim, nisi hoc ipsum nobis de Christo loquitur vita, & morte sua quod litteris prophetæ loquuntur, & Euangelia? Totum utique, quod fecit, quod pertulit, parabola est, vel figura Domini nostri Iesu Christi. Primò quòd fuit ille pastor ovium, à mysterio non vacat, huius qui dicit, Ego sum pastor bonus: Ego sum pastor ovium. *cap.* 4. *Vox Abelis occisi ad Filium Dei vivum de terra clamabat, ipsumque clamoribus, ut in terram veniret, amoreque hominum factus homo dum occideretur eum secum resuscitaret occisum, excitabat.*

Gen. 4. *n.* 10.

702 *Epist. ad Hebr. cap.* 11. Fide plurimam hostiam Abel, quám Cain obtulit Deo per quam testimonium consecutus est esse iustus, testimonium perhibente muneribus eius Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur. *num* 4. *Rupertus. lib.* 2. *de Victor. Verbi.* Nonne hoc ipsum testatur in Evangelio Dominus, qui cúm de mortuis daret testimonium resurrectionis, dicente Deo: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, protinus adsumpsit dicens, Deus non est mortuorum Deus, sed vivorum. Omnes enim ei vivunt. Ex abundanti est hoc astruere, quòd omnium primus Abel mortuus hominibus, nihilominus vixerit Deo, nisi quód delectabile est, insultare serpenti antiquo, qui tam fatuus est, ut iam victorem faciat Deum in bono proposito, dum cupit ipse esse victor. Quia quem fecit, interfecit hominibus, meliùs fecit vivere hominibus, & Deo, veré super pectus suum gradiens idem nequissimæ intentioni suæ omnino contraria efficiens. *cap.* 20. Defunctus adhuc loquitur. *Loquitur adhuc Abel, semperque loquetur, horrendū enim scelus, quod Cainus non tantùm Adæ, & Hevæ, tunc solùm in orbe degentibus, occultum esse reputavit, sed etiam Deo, non solùm Deo, sed etiam omnibus per omnes seculi generationes extituris hominibus, notum fore Abel, dum adhuc defunctus loquitur, ostendit.*

Epist. ad Hebr. 11 *num.* 4.

703 *Epist. ad Hebræos cap.* 11. Defunctus adhuc loquitur. *n.* 4. *Rupertus lib.* 4. *in Genes.* Defunctus Abel adhuc loquitur, & sub altare Dei, inter animas interfectorum, Apocalip. 6. propter verbum testimonij eius primus dat vocem, qua & in cælo generationem Cain malam, & adulteram condemnat, & in terra sanctam, electæ generationis, Ecclesiam ædificat. *capit.* 5. *Abel ergo chori magister primus Dei musicus pijs latam, impijs lugubrem videtur dicere cantilenam, illi enim Salvationis, istis sonum*

Epist. ad Heb. 11 *num.* 4. *Apocal.* 6. *nu.* 9.

sonum audiunt damnationis.

704 *Epist. ad Hebraeos cap.* 12. Accessistis ad Sion montem, & civitatem Dei viventis Ierusalem cælestem, & multorum millium angelorum frequentiam, & Ecclesiam primitivorum, & iudicem omniū Deum, & testamenti novi mediatorem Iesum, & sanguinis aspersionem meliùs loquentem, quàm Abel. *n.* 22. 23. *&* 24. *Rupertus lib.* 4. Nam ille sanguis clamando vnius tantúm hominis nefarium scelus accusabat, & si (Quod verum est) aliud futurum annuntiabat, soli Deo adhuc audibilis, vel intelligibilis erat: hic autē ex ore terræ fidelis, quæ sumus nos pro omni mundo interpellat, & universorū peccata excusat, ipsos quoque, qui effuderunt illum ad pænitentiam invitat, impænitentibus futurum iudicium palam annunciat. *cap.* 6. Clamat ad me de terra. *Accusat vox sanguinis Abelis fratris Caimum fratrem, non autem dum venis inclusus, sed effusus dum è terra clamabat; neque enim fraternus sanguis dum intra venas fluxerat, fratrem accusaret, sed potiùs excusaret, de terra ergo non de venis clamabat, & ideo accusabat, & non excusabat.*

Epist. ad Hebr. 12. nu. 22. 23. & 24.

705 *Genes.* 4. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. *n.* 10. *Rupertus tom.* 1, *lib.* 6. *de operibus Spiritus Sancti de fortitudine lib.* 1. Sanguinem protomartyris Abel de terra ad Deum clamare legimus. Hunc clamorem audi: & veni videlicet, quomodo ad classicum magni ducis, ad sonitum tubæ ingentis, excitus, atque excussus miles animosus ad bella procurrit. *cap.* 18. *Vox sanguinis Abelis erat vox tubæ, qua dux martyrum iustus Abel, reliquos Christi futuros martyres, & ad pugnam, & ad coronam simul pelliciebat; quæ enim Dei milites antea clangore ad prælium, postea clamore ad præmium convocabat: clangor enim præliantium subita mutatione fit clamor triumphantium.*

Gen. 4 n. 10.

Ex Divo Bernardo.

Genes. 4. Consurrexit Cain adversùs fratrem suum Abel, & interfecit eum. *n.* 8. *D. Bernard. tract. de Passion. Domini loquendo de incarnationis expectatione.* Quid mirum præsentiam Christi fuisse delectabilem, atque votivam, tanto tempore expectati, ac desiderati? In afflictis enim rebus constitutis tantó solet esse gratior liberatoris adventus, quantó fuerit diuturnior afflictio. Quanto tempore primus Abel iustus, primus martyr, qui sua passione primus liberatorem præfiguravit, expectaverat. *cap.* 46: *Merito iusti titulum primus potuit sibi vendicare, qui primus pro iustitia martyr regem martyrum meruit præsignare.* 706

Gen. 4. nu. 8.

Epist. ad Hebra. cap. 12. Accessistis &c. ad mediatorem Iesum, & sanguinis aspersionem melius loquentem, quàm Abel. *num.* 24. *D. Bernard.* Non tantúm autem Dominus; sed & sanguis ipsius clamore nihilominus vehementi (surdis licet) terribiliter erugiebat. Clamor eius, eius effusio. Effusus quippe pro dispersis filij Dei, ut eos congregaret in unum, iustè fremebat in dispersores. Odit nimirum dispersores, qui non novit, nisi colligere. Magnus eius clamor, & vehemens: qui corpora de sepulchris, animas ab inferis excitavit. Terram, cælosque tuba illa convocavit in unum, quippe quæ in terra, & quæ in cælis sunt pacificans. 707

Episto. ad Heb. 12. nu. 24.

Et paulò infra citans illud In omnem terram exivit sonus eorum *Psa.* 18. *v.* 5. *sic addit.* Et vestram non valuit rumpere surditatem. Vox nempe illa in vitute. Vox illa in magnificentia. Et quid clamat? Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius. *Psalm.* 28. Et iterum, disperge illos in virtute tua, & depone eos protector 708

Ps. 18. v. 5.

Ps. 28. v. 4.

Ps. 58. v. 12.

protector meus Domine. Sanguis Christi est, qui pro pijs congregatis adversus impios dispersores, quasi tuba exaltat vocem suam. Minatur autem se dispersores dispergere, qui pro dispersis colligendis effusus est. Et si eius vocem tu non audis, audi eam, de cuius latere manavit. Quomodò namque proprium non audit, qui Abelis sanguinem audiebat. *hæc in Epist. 7. Iure in certamine vocum cedet vox Abelis voci Emmanuelis, erat*
Gen. 4. *illa terrestris, quæ scilicet de terra clama-*
nu. 10. *bat. Genes.* 4 Clamat ad me de terra.
Ps 17. *n.* 10 *Ista cælestis Ps.* 17. Intonuit de
v. 14. cælo Dominus. *v.* 14. *Nil mirum, quæ meliùs loquebatur, meliùs modulabatur.*

Ex Hugone Cardinali.

709 Genes. 4. Adam veró cognovit vxorem suam Hevam, quæ cõ-
Gen. 4. cepit: & peperit Cain, dicens: Pos-
n. 1. & sedi hominem per Deum. Rursum-
2. que peperit fratrem eius Abel. Fuit autem Abel pastor ovium, & Cain agricola. *n.* 1. *&* 2. *Hugo Card.* Bene possessio, & luctus fratres dicuntur: & possessio primogenita, quia extrema gaudia luctus occupat. *Proverb.*
Prover. 14. *Et infra.* Interpretatur Abel ni-
14. ver hil habens, quia parum vixit. Vel
13. luctus ab eventu, quia parentes pro morte eius centum annis fuerunt in luctu. *Ad hunc locum. Apta est Abelis nominis significatio, qua dicitur nihil habens. Quanvis enim mediam mundi partem vendicaret, eam tamen, ut qui minimè cupidus erat pro nihilo faciebat.*

710 *Genes.* 4. Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: Ad Cain
Gen. 4. veró, & ad munera illius non respe-
n. 4. & xit. *n.* 4. *&* 5. *Hugo Card.* Respexit
5. Dominus ad Abel idest gratus fuit ei, quod enim amamus, libenter respicimus. Et ad munera eius idest ad devotionem offerentis; ipsa enim actio offerentis meritoria fuit; & inde primò dicitur ad Abel: quia non offerens propter munera placet Deo: sed potiús è converso. Deus enim non quantum, sed ex quanto considerat ibi. Respexit Dominus ad Abel. *Ad eum enim dirigebatur Dei aspectus, ad quem Dei inclinabatur affectus. Erat adolescens Abel virtutum thesaurus, eum divinus oculus inspectabat, in quo Deus ipse cor divinum, ut in thesauro proprio, collocaverat.*

Genes. 4. Vox sanguinis fratris 711
tui clamat ad me de terra *n.* 10. *Hugo*
Card. Quasi dicat, licet tu non con- Gen. 4.
fitearis: tamen sanguis fratris tui nu. 10.
effusus vicem clamantis obtinet: nec opus est confessione, vel accusatione, ut condemneris. Vel vox sanguinis clamat, idest, adeo evidens factum, ac si clamaret sanguis. Vnde interdum evidentia patrati sceleris non indiget clamore accusatoris. Iudæi sic exponunt. Vox sanguinis, idest vox eorum, de quorum sanguine est, scilicet Adam, & Heva luxerunt eum. Vel vox sanguinis, idest illi, qui succederent ei, nisi eũ interficeres. Abel enim martyr, & pastor, & virgo fuit. *Ad hunc locum.* Vox sanguinum iuxta Hebraicam litt. legi potest.

Nec immerito. Non enim sola mater Heva, sed & pater Adamus effusum in filio mortuo à se ipsis communicatum videndo sanguinem, sanguineis lacrymis deplorabat, ut sic dimidium de filij morte doloris assumens, matrem, quæ integrũ dolorem ferre non posset, aliquantulum elevaret. Vnde Virgo mater in morte filij sui dicere valuit, Non est dolor Sicut Thre. 2.
dolor meus. *Threnorum* 1. *v.* 12. *Ne-* v. 12.
que enim Christus Virginis filius patrem habuit, qui sibi posset dimidium doloris assumere, ut de magnitudine doloris matrem liberaret. Non patris, sed solum suũ in filio mortuo dispersum sanguinem, Virgo mater videbat: sola totum de morte filij dolorem, cui æternus parens condo-

lere non poterat, sustinebat.

713 *Genes.* 4. Vox Sanguinis fratris
tui clamat ad me de terra. *num.* 10.
Gen. 4. *nu.* 10. *Hugo Card. in Morali.* Id est veniam
petit pro peccatore: eo quòd indig-
Ad Hebr. 12. *nu.* 24. nè sumpsit. *Et infra citans illud Pauli*
ad Hebr. 12. Accessistis ad media-
torem Iesum, & sanguinis aspersio-
nem, meliùs clamantem, quàm Abel
sic ait. Bene dicit, meliùs clamantem
quàm Abel. Sanguis Abel clamat
Ps. 78. *v.* 11. vindictam Ps. 78. Vindica Domine
Sanguinem &c. Sed sanguis Christi
Ezech. 33. *nu.* 11. clamat pœnitentiam Ezechielis 33.
Nolo mortem peccatoris &c. De ter-
ra. *De terra, non de corpore sanguis cla-
mavit, ut effusus fuisse totus extra corpus
demonstretur. Si enim aliquis intra cor-
pus, etiam post mortem maneret, ut in
corpore Christi remansisse refertur; qui
cum aqua ex latere exisse narratur, quan-
do sanguis extra corpus effusus vindictā
in fratrem exposcebat, veniam fratri fla-
gitaret, quia intra venas fratris inclusus,
fratrem etiam occisorem adamaret.*

714 *Epist. ad Hebr.* 11. Defunctus
adhuc loquitur. *nu.* 24. *Hugo Card.*
Epis. ad Heb. 11 *nu.* 24. Loquitur nobis, nos instituens in
hoc, quód similiter pro fide mori
parati simus. *Ad hunc locum. Vivens
nullum verbum protulisse refertur; quid
ergo dicitur;* Defunctus adhuc loqui-
tur, *quasi locutus in vita adhuc defunc-
tus loqueretur? Tacens ergo, & in vita,
& in morte loquebatur, quia non sermo-
nibus, sed moribus, & ante mortem, &
post vitam bene sonātibus exemplar vir-
tutis effectus, virtutem in omnibus præ-
dicabat.*

Ex Lyra.

715 Genes. 4. Fuit autem Abel pas-
tor ovium, & Cain agricola.
Gen. 4. *n.* 2. *n.* 2. *Lyra* Vivens in simplicitate vn-
de, & ista fuit occupatio patriarcha-
rum secundúm quod dicitur infra
cap. 47. Viri pastores ovium sumus.
n. suo 1. *A societate ovium simplicitatē
addiscebat, agnusque inter oves effectus,
Dei agnum Christum futurum referebat.*

Genes. 4. Dixitque Cain ad Abel 716
fratrem suum: Egrediamur foras.
Cùmque essent in agro, consurre- *Gen.* 4. *num.* 8.
xit Cain adversùs fratrē suum Abel,
& interfecit eum. *n.* 8. *Lyra.* Quid
autem ibi dixerit non exprimitur in
Hebraico textu; illud enim quod
subditur in translatione nostra: Egre
diamur foras non est de textu, &
ideo dicunt Hebræi, quód Cain di-
xit Abel fratri suo verba iniuriosa,
quærens occasiones occidendi eum
licet non sint expressa in textu illa
verba. *n. suo* 6.

Ergo secundùm Hebraicam litteram 717
*aliquid à Caino Abeli dictum enuncia-
tur, sed quid dictum fuerit, non exprimi-
tur. Et merito iniuriosum verbum dictum
fuisse existimatur: qui enim tam horren-
dum facinus adversùs fratrem animo co-
gitabat, ab iniuriosis verbis se minimè co-
hiberet, sed potiùs illis ad rixam fratrem
provocaret, ut ex responsione, quam dan-
dam à fratre existimabat, occasionem ad
fratricidium exequendum sub defensionis
specie usurparet.*

Epist. ad Hebr. 11. Defunctus 718
adhuc loquitur. *n.* 4. *Lyra.* In quan-
tum factum eius movet nos ad fidē *Epis. ad Heb.* 11 *num.* 4.
& devotionem. *ibidem n. suo* 1. *Cùm
enim in devotione, ex qua meliora Deo
obtulit, primus fuerit, devotionis magis-
ter factus est, ut offerentes omnes exem-
plo devotionem edoceret, qua & se ipsos,
& meliora quæque Deo dedicarent.*

Ex Abulensi.

Genes. 4. Rursumque peperit fra- 719
trem eius Abel. *n* 2 *Abulensis.*
Interpretatur Abel luctus, vel ma- *Gen.* 4. *num.* 2.
gis propriè vanitas, vel nihil, & vo-
catur Hebraicé Henel. Luctus di-
citur ab eventu, quia propter mor-
tem eius, ut dicitur, luxit Adam
pater,

pater, & Heva centum annis in quadam valle apud Hebron, quæ dicitur vallis lacrymarum. Vel dicitur nihil ex quodam vaticinio futurorũ, quia de illo nullum semen remansurum erat. Vel dicitur vanitas, quia incipiebat natura humana vanitati subiecta esse. *quæst.* 2.

720 *Et infra sic ait.* Quod autem dicitur de centum annis Adæ communiter refertur, & ab alijs, & à nobis; sed non est satis verisimile, quód vir prudens, qualis erat Adam, pro morte filij centum annis fleret. *quæstione* 4. *Triplicem ergo interpretationem sortitur Abelis vocabulum, ex quibus constat quòd Abel vitæ suæ miseriam deplorabat, pro nihilo habens sæculi dignitatem, ut qui iam sciret mundana omnia esse vanitatem.*

721 *Genes.* 4. Fuit autem Abel pastor ovium, & Cain agricola. *nu.* 2. *Abulensis.* Congregavit Abel oves, quæ mansuetæ erant, & factus est habens curam earum. Fortè quia licet de carnibus non cibarentur in ætate illa, tamen lacte pecorum alebantur, quasi fructibus arborũ; vel quia pelles ad vestiendum recipiebant propter intemperiem aeris. *Et paulò infra.* Abel autem magis suscepit officium pastorale ad exercitationem, ut tolleret ociositatem, quàm ut necessitatem sublevaret. *quæst.* 3. Fuit autem &c. *Vt ovino lacte nutritus, mores suos ad mansuetudinem ovium efformaret.*

Gen. 4. n. 2.

722 *Genes.* 4. Dixitque Cain ad Abel fratrem suum: egrediamur foras. Cúmque essent in agro, consurrexit Cain adversùs fratrem suum Abel, & interfecit eum. *n.* 8. *Abulensis.* Induxerat enim Cain Abel fratrem suum, ut irent in agrum; fortè, ut ibi aliquid secretiùs loquerentur; vel ut in aliquo Abel fratrem suum Cain adiuvaret; credidit autem Abel verbis blandis, & fictis Cain: quia simplicitas columbina omnia credit, & nusquam fraudem latere præsumit. *quæst.* 5.

Gen. 4. nu. 8.

Egrediamur foras. *Iam ab uno, eodemque utero Abel frater tuus tecum foras egressus fuerat; ad quid ergo eum iterum, ut tecum foras egrediatur, invitas?* Egrediamur foras. *Sic hostis ad hostem, dum ad duellum provocat, non frater ad fratrem, solet effari.* Egrediamur foras. *Ergo Caimus ex se foras egressus, Abelem, ut etiam ex se ipso quoque egrederetur, excitabat; dum invidus fratri, fratrem ad iracundiam provocabat.* 723

Genes. 4. Cúmque essent in agro, consurrexit Cain adversùs fratrem suum Abel, & interfecit eum. *n.* 8. *Abulensis.* Aliqui Hebræi dicũt quód eum morsibus dilaniaverit: sed hoc nec possibile, nec verisimile est. Nõ enim poterat Cain tandiu cruciare, & tenere Abel, quin carnes eius divideret morsibus, vel consumeret. Dicẽdum ergo magis videtur, quód lapidibus eum oppresserit: & hoc cõsonat omnibus superioribus quia dato quòd Abel esset ita fortis, vel fortior ipso Cain: tamen Cain aggrediens lapidibus, incautumque citó opprimeret: etiam quia sic effunderetur sanguis de corpore, & hoc magis verisimile est, quàm quód morsibus eum dilaniaverit. *quæst.* 6. *Ergo primus omnium martyr lapidibus impetitus occubuit, é quibus non tam monumentum morituro, quàm monimentum triumphaturo construeretur: vel ex quibus sertum à Deo fieret, quo martyrũ primicerium coronaret.* 724

Gen. 4. nu. 8.

Ex Divo Dionysio Carthu.

Genes. 4. Fuit autem Abel pastor ovium, & Cain agricola, *n.* 2. *D. Dionys. Carthu.* Abel tanquam vir simplex, & innocens elegit sibi officium simplex, ac facile, scilicet pecora custodire, ac pascere, quod & 725

Gen. 4. nu. 2.

& postea patriarchæ fecerunt. Cain autem versutus, & cupidus, coluit terram tanquam rem magis lucrosam. Hinc in scholastica fertur historia: Cúm esset malignissimus, primus coluit terram, ut inde consuleret avaritiæ suæ. *art.* 28.

726 Gen. 4. num. 2. *Et infra ex Rabbi Paulo sic refert.* Sciens autem Abel Deum iustè maledixisse terræ propter peccatum Adæ, separavit se è terræ cultura, tanquam á re maledicta â Deo, elegitque officium pastoris ovium, quoniam pecora non fuerunt maledicta; Cain verò elegit sibi agriculturam quasi non curans de Dei sententia, quod reputatum est ei ad cōtemptum. *eodem articulo. Primus omnium pastor Abel fuit, qui tamen oues tantùm: non autem hædos custodisse refertur, illum præmonstrans pastorem, qui non hædos ad sinistram locandos, sed oues ad dexteram collocandas reservaret.*

727 Gen. 4. num. 4. & 5. *Genes.* 4. Et respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, ad Cain veró, & ad munera illius non respexit. *nu.* 4. *& 5. Carthusianus.* Idest approbavit, & accepta habuit tam offerentem Abel, quâm oblationes ipsius; ita quòd primò per approbationem respexit Abel propter ipsius devotionem, charitatem, & gratiam, deinde ad munera eius. Hinc Iosephus Abel iustitiam coluit, & in omnibus, quæ gerebat, Deum putavit præsentem. *arti.* 28. Respexit Dominus, *Non tam Abelis munera, quàm Abelis merita, quia Abel magis Deo virtute meritorum, quâm oblatione munerum complacebat.*

728 Gen. 4. num. 8. *Genes.* 4. Consurrexit Cain adversùs fratrem suum Abel, & interfecit eum. *num.* 8. *Carthusianus. Rabbi Paulus ait.* Notanda est hìc Glossa seu trāslatio Chaldaica ipsius Ionathæ, in qua legitur, dixit Cain ad Abel: Non est iustitia, neque iudex, neque seculum aliud, neque remuneratio iustis, neque punitio impijs. Cùmque Abel hæc omnia renuisset, consurrexit Cain, & occidit eum. Ex quibus patet, quòd Abel fuit primus martyr, & primus Sacerdos, & primus virgo *art.* 28. *Et paulò infra.* Abel vocatur primus sacerdos, vel quia bonus fuit Sacerdos, & primus Sacerdotum bonorum, vel quia ius Sacerdotale fuit ei desuper datum, & a Cain in ipsum translatum. *eodem art.* 28. Et interfecit eum. *Eum scilicet Sacerdotem, qui illum præsignificabat pontificem magnum, qui morte sua homicidas omnes à pæna mortis liberaret.*

Ex Caietano Cardinali.

GEnes. 4. Fuit autem Abel pastor ovium, & Cain agricola. 729 Gen. 4. n. 2. *n.* 2. *Caietanus.* Officium Abelis testatur gregem oviū humanis usibus servisse. Constat autem humano more loquendo, quód grex ovium servit humano generi, non solúm præbendo lanas, & agnos, sed lac, & caseum. *Et paulò infra, docens licitum tunc fuisse ésum carnis sic ait.* Et confirmatur, quia nisi agni tunc fuissent hominibus ad esum, nulla laus esset Abel ex hoc, quód primogenitos pingues elegisset ad divinum sacrificium, ut subiungitur; perinde enim fuisset Abeli pingues, ac macros sacrificare, si solis corijs incūbebatur. *Ad hunc locum. Pastor Abel agnos pascebat, qui ab agno pasi ēdus erat; atque hoc modo anticipata solutione cibum accipiendum ab agno, esum præbens agnis, pendebat.*

Genes. 4. Et respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Ad Cain vero, & ad munera illius non respexit *n.* 4. *& 5. Caietanus.* Significat non simplicem intuitum, sed cum applicatione animi ad intuendum, nam & Dei simplex intuitus communis fuit oblationi Abel, & Cain (nihil enim subterfugit divinos oculos) sed proprium fuit oblationi 730 Gen. 4. n. 4. & 5.

Abel,

Abel, quòd Deus ad similitudinem videntis, oblationem sibi placitam, applicasse dicitur animum ad videndum illam. *ibi.* Et respexit &c. *Vt intelligatur Dei in agnum ab Abele oblatum non solùm conspectus, sed respectus, quo in illo agno Dei agnum quadam quasi cum reverentia in altari sibi offerendum introspiciebat. In munus verò à Caimo oblatum non denegatus intelligeretur aspectus, sed significatus despectus, quo & Caimum, & munus illius Deus despiciebat.*

731 *Genes.* 4. Dixitque Cain ad Abel fratrem suum: Egrediamur foras.
Gen. 4. *nu.* 8. Cúmque essent in agro, consurrexit Cain adversùs fratrem suum Abel, & interfecit eum. *nu.* 8. *Caietanus.* Si ad præcedentem monitionem divinam spectetur, fieri potuit, vt Cain monitus pacificè alloqueretur Abel, fictè tamen tanquam deferens monitioni divinæ. Si verò ad subsequens factum spectetur, fieri potuit ut inchoaret á verbis, lacessendo Abel: ut vel sic occasionem acciperet sæviendi in eum. Primus tamen sensus quadrat magis contextui, & textui. Textui quidem; nam ex eo quòd non narratur sermo dictus, sed tantùm, quòd allocutus est fratrem suum; insinuatur quòd ira non effecit, ut Cain subtraxerit colloquium cum fratre suo, sed quòd allocutus est eum, sicut priùs. Contextui autem, quia subiungitur, eos simul esse versatos in agro, á qua conversatione abstinuisset Abel, si fratrem suum iratum adversùs se cognovisset. *ibi.* Dixitque. *Ac si adhuc naturalis fraternitas odium Caimi adversùs Abelem superasset, efficeretque, ne fratri suo Abeli alloquium denegaret.*

Genes. 4. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. *num.* 10. 732
Caietanus. Iuxta Hebræum habetur. *Gen.* 4. *nu.* 10.
Voce sanguines fratris tui clamantes ad me de terra. Dicit sanguines in numero plurali propter multa vulnera Abelis, ex quibus multi sanguines fluxerunt. *ibi. Abel ergo in corpore occiso tot habebat ora, quot vulnera, per quæ sanguis dum dimanabat, clamabat. Erantque Abelis pastoris venæ, quibus dulcissimum patientiæ hymnum in martyrio divinis auribus infundebat.*

SONVS SEXTVS

Abia Princeps.

Ex Divo Hieronymo.

733 
Ertio Regum 14. In illo tempore ægrotavit Abia filius Ieroboam. Dixitque Ieroboam vxori
3. Reg. 14. *n.* 1 2. & 3. suæ: surge, & commuta habitum, ne cognoscaris quòd sis vxor Ieroboam: & vade in Silo, vbi est Abias propheta, qui locutus est mihi, quòd regnaturus essem super populum hunc. Tolle quoque in manu tua decem panes, & crustulã, & vas mellis, & vade ad illum, ipse enim

enim indicabit tibi quid eventurum sit puero huic. *n.* 1. 2. & 3. *D. Hieronymus carpens eos, qui munera accipiunt, & laudans non accipientes. sic ait.* Hoc ipsum sonat, & in tertio Regum libro, quód uxor Ieroboam infirmante filio pergit ad Abiam hominem Dei, & fert ei panes, & uvas passas, & vasculum mellis. Dicitur enim quid secum portaverit, & tamen propheta non scribitur accepisse: quippe cum, & corripuerit eam, & venturum luctum prædixerit; licet potuerint hi, qui ad ariolos ire consueverant mala consuetudine æstimasse id ipsum etiam de prophetis, & voluisse sanctis viris offerre, quod divinis offerre consueverant, & tantummodo scripturã narrasse quid illi voluerint: nec tamen intulisse quod ipsi aut offerre ausi fuerint, aut prophetæ acceperint. *in cap. 3. Micheæ Regi regina Maacha obtemperans, regalem habitum in habitum plebeæ fœminæ libenter mutavit, amore namque filij Abiæ ducta, regium deponẽs faustum, abiectam se esse fœminam simulavit.*

Ex Hugone Cardinali.

734 3. Reg. 14. nu. 12. & 13. Tertio Regum 14. Morietur puer, & planget eum omnis Israel, & sepeliet: iste enim solus inferetur de Ieroboam in sepulchrum, quia inventus est super eo sermo bonus à Domino Deo Israel, in domo Ieroboam. *n.* 12. & 13. *Hugo Card.* Sermo bonus, idest, quia Dominus locutus est de eo solo, ei soli permittens sepulturam, & nulli alij de domo Ieroboam. Vel sic secundúm aliam literam: quia inventus est super eum sermo bonus ad Dominũ Deum Israel, idest, quia iste solus de domo Ieroboam bene locutus est ad Dominum, ideo inferetur in sepulchrum. Ille loquitur ad Dominũ, qui bene vivit corã Domino. Huic sensui cõcordat Iozephus, qui dicit: iste enim solus de domo Ieroboam inventus est bonus. *Ad hunc locum.* Planget eum &c. *Magnum hisce verbis prabebat Abias propheta matri principis Abiæ solatium, dum gloriosum futurũ defuncto filio denunciabat sepulchrum, ut filium, quem non videret vivũ in throno imperiali regnantem, aspiceret saltem mortuum in tumulo regali cubantem.*

Ex Lyra.

Tertio Regum 14. In tempore illo 735 ægrotavit Abia filius Ieroboã; dixitque Ieroboam uxori suæ; Surge, & commuta habitum, ne cognoscaris; quód sis uxor Ieroboam, & vade in Silo, ubi est Abias propheta, qui locutus est mihi, quód regnaturus essem super populũ hũc. *nu.* 1. & 2. *Lyra.* Ut in eius morte puniretur, & iuvenis, qui bonus erat, & innocens, ut postea dicetur, non videret mala in domo Ieroboam futura. *n. suo* 1. *Uterque parens pro salute filij Abiæ solicitudinem demonstrabat, quia uterque illum præ ceteris diligebat, utpote qui inter alios sapientior, & ad regnum aptior, & patri, & matri videretur.* (3. Reg. 14. n. 1 & .)

Tertio Reg. 14. Morietur puer, 736 & planget eum omnis Israel, & sepeliet: iste enim solus inferetur de Ieroboam in sepulchrum, quia inventus est super eo sermo bonus á Domino Deo Israel, in domo Ieroboam. *num.* 12. & 13. *Lyra.* Idest, honorificè sepilietur, & plangetur sicut filius regis. *num. suo* 1. Planget eum omnis Israel. *Ne si sola mater Abiæ obitum deploraret præ magnitudine doloris simul cum filio moreretur, sed dum viros, & fœminas totius populi super filiũ suum plangentes audiret, aliquantulum acerbitatem doloris temperaret.* (3. Reg. 14. n. 12. & 13.)

Tertio Reg. 14. Morietur puer, & 737 planget eum omnis Israel. &c. *n.* 12.

n. 12. & 13. *Lyra.* Dicit enim Rabbi Salamon, quòd Ieroboam volens impedire illos de regno suo, ne ad festa irent in Ierusalem, ut patet ex prædictis cap. 12. posuit homines armatos in vijs, ne aliqui possent transire, si vellent illuc ire. Et iste filius Ieroboam, ignorante patre, amovit illud impedimentum, ut illi, qui erant devoti, possent ire in Ierusalem ad orandum Dominum. *n. suo* 2. Planget eum &c. *Vt qui vivens solus in domo patris sui Deum honoraverat, moriens solus à Deo honoraretur, ut sic Deus honorem sibi exhibitum honore à se præstito compensaret.*

Ex Abulensi.

738 *3 Reg. 14. nu. 13.*

Tertio *Regum* 14. Iste enim solus inferetur de Ieroboã in sepulchrum, quia inventus est super eo sermo bonus à Domino Deo Israel, in domo Ieroboam. *n.* 13. *Abulensis.* Nullus præter istum puerum de posteris Ieroboam sepultus est. Hoc autem intelligendum est de viris, sive magnis, sive parvulis: quia omnes gladio ceciderunt, ne residuus esset aliquis de stirpe illa, qui posset postea petere regnum: ideo nullus de viris sepultus est. Secus autẽ de fæminis, si aliquæ erant de stirpe Ieroboam; quia illæ non occiderentur, cúm nulli vnquam hostes soleant occidere fæminas: & consequenter viverent, & non carerent sepulchris: nam eas vivere non præiudicabat Regi novo, quia fæminæ non competit ius regnandi. Etiam quia fæmina non posset congregato exercitu suscitare tumultum contra novũ Regem. *q.* 23. Iste solus. *solus enim iste patre vivente defunctus est, quem proinde populus ut viventem patrem honoraret solemni pompa voluit sepelire, ut vel sic patris de filij dilecti obitu dolorem aliquantulum deleniret.*

Ex Divo Dionysio Carthusiano.

739 *3 Reg. 14. n. 1 & 2.*

Tertio *Regum* 14. Ægrotavit Abia filius Ieroboam: dixitque Ieroboam vxori suæ: surge, & commuta habitum, ne cognoscaris quòd sis vxor Ieroboam: & vade in Silo, vbi est Ahias propheta, qui locutus est mihi, quod regnaturus essem super populum hunc. *n.* 1. & 2. *Carthusian.* Abia filius Ieroboam primogenitus ægrotavit ægritudine, de qua paulò post obijt, & quamvis ægrotatio illa ex naturalibus potuit causis procedere, ex divina tamen providentia, cui naturalia cuncta subduntur, principaliter venit, ut impius rex in ægrotatione, & obitu primogeniti, charioris que filij sui graviter affligeretur. Secundò ne bonus iuvenis ille paulatim inficeretur criminibus patris, ac populi sui, sicut de iusto legitur in libro Sapientiæ: Vivens inter peccatores translatus est. Raptus est, ne malitia mutaret intellectum ipsius, aut ne fictio deciperet animam eius. *Sap.* 4. Tertiò, ne iuvenis ille diutiús vivendo videret mala pænalia suæ cognationi futura. Quemadmodum infra habetur de rege Iosia: Iam colligam te ad patres tuos, ut non videant oculi mala, quæ inducturus sum super locum istum. *4 Reg. 22. nu. 20.* *hæc omnia art.* 20. *Ahiam prophetam præ cæteris de salute filij pater consulendũ putavit, qui eum regnaturum super populum nunciaverat; ac si non se veré regnaturũ arbitraretur, si primogenitus filius, quin et in regnum succederet, morte præoccupatus, non regnaret.*

740 *3 Reg. 14. nu. 12. & 13.*

Tertio Reg. 14. Morietur puer, & plãget eum omnis Israel, & sepeliet: iste enim solus inferetur de Ieroboã in sepul-

sepulchrum, quia inventus est super eo sermo bonus à Domino Deo Israel in domo Ieroboam. *nu.* 12. & 13. *Carthusianus.* Iste solus inter filios Ieroboam bonus est, & Deus de ipso bona locutus est ad suum honorem. Fuit equidem virtuosus, atque, ut fertur, cùm pater eius prohibuisset populo suo ire, & sacrificare in templo Ierusalem, & in vijs posuisset aliquos ad observandum, an aliquis illuc iret, ut caperent eos. Iste Abia pro posse amovit illud impedimentum, & operabatur ad hoc quòd liberè irent ad templum. *art.* 22. Iste solus. *Magnum est hoc principis Abiæ præconium, quòd inter tot patris pessimi malos filios, solus dignus fuerit, qui propter ipsius erga Deum pietatem, qua exemplar religionis effectus patris subditos ad divinum obsequium excitabat; quasi virtutis thesaurus à Deo inventus esse memoretur. Vt enim liquet ex libro* 2. *Paral. cap* 11. De cunctis tribubus Israel quicunque dederant cor suum, ut quærerent Dominum Deum Israel, venerunt in Ierusalem ad immolandum victimas suas coram Domino Deo patrum suorum. num. 16. 2. *Paral* 11. *nu.* 16.

SONVS SEPTIMVS

Abia Rex.

Ex Divo Hieronymo.

741 2. *Paral* 13. *n.* 17.



Secundo Paral. 13. Percussit ergo eos Abia, & populus eius plaga magna: & corruerunt vulnerati ex Israel quingenta millia virorum fortium. *num.* 17. *D. Hieronymus.* Hi nimirum qui ante idolum curvaverunt genua sua. Præceptum enim erat in lege, ut si quis idolum adoraret, moreretur. *in quæst. Hebraicis. Percussit ergo eos Abia, & populus eius. Neque enim Abia solùm verbis, sed & operibus suos milites ad prælium excitavit; ideoque primus ingressus aciem, hostes percutiebat, ut qui suos milites animaverat lingua, adversarios gladio exanimaret, & sic gloriosam victoriam & sibi, & suis de hostibus reportaret.*

742 *Secundo Paral.* 13. Nec valuit vltra resistere Ieroboam in diebus Abiæ: quē percussit Dominus, & mortuus est. *n.* 20. *D. Hieronymus.* Quem percussit Dominus; Abiam, qui accepta Bethel, idola reservavit Israeli in scandalum, ut Hebræi asserunt. *in q. Hebraicis. Quis Dei iudicia non timebit? Ecce, qui Deo pro se, suisque pugnante hostes percusserat, percussus ab ipso Deo, mortuusque fuisse refertur, idque merito, quia ille, qui ante pugnam hostes de idololatriæ crimine, zelo divini cultus arguebat; dicens* Nunc ergo vos dicitis quòd resistere possitis regno Domini, quod possidet per filios David, habetis; grandem populi multitudinem, atq; vitulos aureos. *nu.* 8. *post victoriam ingratus Deo eosdem vitulos aureos in Bethel ab ipso armis capta, patris sui imitator existens, veneratus est.* 2. *Paral* 13. *nu.* 20.

Ex

Ex Divo Chrysostomo.

743 Matth. 1. n. 7. Matthæi 1. Roboam autem genuit Abiam. *n. 7. D. Chryso.* Abias autem interpretatur Pater veniens, vel Patris mei hic. Forsitam hic Abias similis natus fuerat patri suo in corpore, ideo appellaverunt eum (Pater veniens) quasi alter pater nascens; vel (Patris mei hic) quasi patris sui hic esset imago: Providentia autem Dei sic ordinavit eum vocari, quia sicut Roboam cæpit rectè, postea autem extitit peccator in Deum, sic & Abias. *hom. 1. in Matthæum. Nomen suum Abia adimplevit, dum namque similis extitit patri, quasi in eo pater reviviseeret, in illius moribus iterum Roboam in vitam venit;*

Ex Lyra.

744 2. Paral 11. n. 22 & 23. Secundo Paral. 11. Constituit veró in capite Abiam filium Maacha ducem super omnes fratres suos: ipsum enim regem facere cogitabat, quia sapientior fuit, & potentior super omnes filios eius. *n. 22. & 23. Lyra.* Describitur profectus regni Roboam per hoc quod ordinavit sibi succedere valentiorem filium, scilicet Abiam. *n. suo 4. Quem sapientiorem videbat, valentiorem futurum reputabat; & ideo eum regem loco sui instituere decrevit, qui & sapientia sciret, & fortitudine posset subditos gubernare.*

745 2. Paral 13. n. 8 *Secundo Paral.* 13. Nunc ergo vos dicitis, quòd resistere possitis regno Domini, quod possidet per filios David, habetisque grandem populi multitudinem, atque vitulos aureos, quos fecit vobis Ieroboam in deos. *n. 8. Lyra.* Regno Domini, quia ipse erat rex principalis, & filij David eius vicarij. *n. suo 9. Laudandus in hac humilitate Abia rex, qui non se regem, sed proregem existimabat. Dum enim regnum suum regnum Domini dicebat, ipsum Deum sui regni regem principalem esse, cuius Abia vicarius existeret, fatebatur.*

Secundo Paral. 13. Quicunque venerit, & initiaverit manum suam in tauro de bobus, & in arietibus septem, fit sacerdos eorum, qui non sunt dij. *nu. 9. Lyra.* Hoc est, quicunque voluerit pretium dare, erit sacerdos, & poterit offerre. *nu. suo 12. Meritò Abia reprehendit Simoniacam Sacerdotum institutionem in rege Ieroboam, dicens, Quicunq; venerit &c. Ac si sacerdos quisque fieret, non quando Deo sacrificium offerebat, sed quando regi munus deferebat.* 746 2 Paral 13. n. 9

Secundo Paral. 13. Ergo in exercitu nostro dux est Deus, & sacerdotes eius, qui clangunt tubis, & resonant contra vos; filij Israel nolite pugnare contra Dominum Deum patrum vestrorum, quia non vobis expedit. *n. 12. Lyra.* Dux est Deus, qui semper assistit suis veris cultoribus. Nolite pugnare contra Dominum, qui pugnando contra nos, qui sumus eius servi, pugnabitis contra ipsum. *n. suo 6. & 7. Felix exercitus, qui ducem sibi Deum fortunatissimum, imò fortunæ Dominum vendicabat; certus esse poterat de victoria, neque enim ab hostibus vinci pertimeret societas hominum, quibus Deus factus socius cōtra hostes virtute divina militaret.* 747 2. Paral 13. n. 12.

Secundo Paral. 13. Nec valuit vltra resistere Ieroboam in diebus Abiæ: quē percussit Dominus, & mortuus est. *n. 20. Lyra.* Hîc vltimo describitur ipsius Abiæ culpa occulta, propter quam á Domino interfectus est. Et ista, ut dicunt aliqui, fuit quia capiendo civitatem Bethel, idola ibi inventa reservavit in detrimētum sui, & coluit. Nec mirum quia de ipso dicitur 3. Regum 15. Ambulavitq; in omnibus peccatis patris sui scilicet Roboā, qui tamē fuit idololatra. *n. suo 13. Contra Abiā nō valuit homo* 748 2. Paral 13. n. 20.

at ipse contra Deum non prævaluit, hominem percutiens, à Deo percussus est; Deus enim, qui per Abiam idololatras, publicé idola colentes, vulneraverat, per se ipsum eundem Abiam idololatram in cordis sui secreto idola venerantem, interfecit.

Ex Abulensi.

749 2. Paral 11. nu. 21. *Secundo Paral.* 11. Amavit autem Roboam Maacha filiam Absalon super omnes vxores suas. Constituit veró in capite Abiam filium Maacha ducem super omnes fratres suos: ipsum enim regem facere cogitabat, quia sapientior fuit, & potentior super omnes filios eius. *num.* 21. *Abulensis.* Non erat primogenitus Abia, nec aliâs competebat ei ius regnandi: sed Roboam voluit in eum transferre ius, quia diligebat matrem eius super omnes alias vxores. *quæst.* 26. *Ergo regis amor erga Maacham Abiæ matrem ad filium matri dilectum extendebatur; illum enim filiũ rex regio titulo honorare volebat, cuius matrẽ inter reliquas fœminas adamabat*

750 2. Paral 11. nu. 22. & 23. *Secundo Paral.* 11. Constituit veró in capite Abiam filium Maacha ducem super omnes fratres suos: ipsum enim regem facere cogitabat, quia sapientior fuit, & potentior super omnes filios eius. *num.* 22. & 23. *Abulensis.* Quæritur, an Roboam fuerit motus ex iusta causa ad dandum regnum Abiæ? Respondendum, quòd tres causæ, vel motiva apparent in littera, quibus motus est Roboam ad dandum regnum Abiæ. Vna causa est: quia Abia erat sapientior, idest prudentior cunctis fratribus suis. Secunda erat: quia erat animosior, sive robustior animo, & viribus. Tertia erat, quia Roboam diligebat matrem Abiæ super omnes alias vxores suas, & propter eam potiús voluit bene facere filio eius: dando illi regnum, quàm alteri de filijs suis, istæ causæ sunt satis rationabiles. *quæst.* 28.

Deinde sic progreditur. Patet de prudentia: Nulla namque virtus regibus vtilior est, & magis necessaria. Nam officium regis est gubernare omnia, quæ in regno sunt. Gubernatio autem non est alicuius virtutis directé, nisi prudentiæ, quia per ipsam iudicatur quid in singulis fieri debeat. Ideo hæc sola est complens principem. Est autem ista virtus necessaria paci, & bello. Nam res bellica magis prudentia, quàm viribus ministratur; & vbi prudentia deest, magnæ copiæ inordinati exercitus magis sarcinam, quàm vtilitatem afferunt, & multitudo, cùm prudentia caret, se ipsam consumit. *quæst* 28. 751 2. Paral 11. nu. 22. & 23.

Adhuc sic pergit. Animositas etiam nimis necessaria est principi, & prodest rei bellicæ, & paci. Nam cúm in pace vivitur: licet princeps prudens sit: si tamen remissus est, & corde pavido, nihil exequetur eorum, quæ concepit, & iudicavit fieri debere: & tunc à subditis non timetur, & rectæ leges executioni non traduntur, & incidimus in illud, scilicet, Parum est iura condere, nisi sit qui tueatur. Proficit etiam bello ipsa animositas: nam si princeps formidat, totum exercitũ faciet pavitare, & nulla bella recté administrabuntur: valde ergo necessaria est animositas in principe. *q.* 28. 752 2. Paral 11. nu. 22. & 23.

Tandem sic concludit. Alia causa tertia erat magis pertinens ad affectionem, quám ad iustitiam; & tamen non erat cõtra ius, scilicet quód dedit regnum Abiæ, quia diligebat matrẽ eius potiùs quam aliás vxores. Verum est quòd dilectio ista specialis non tribuebat ius ipsi Abiæ; quia erat magis acceptio personæ, quám iustitia, & tamen non erat cõtra ius, quia ubi alicui datur libertas disponendi de re, est locus gratificationi: & potest accipi persona, nec reputatur in vitium. *eadem q.* 28. 753 2. Paral 11. nu. 22. & 23.

Et

754 *Et exponens eundem textum, sic ait.* Quæritur vlteriùs quomodo
2. Paral Roboam vivens constituit Abiam
11. nu. filium suum in regem? *Et infra sic*
22. & *respondet.* Quia si solúm nominaret
23. eum in testamento, fortassis mortuo patre non convenirent fratres in hoc, & contenderent de iure regni: voluit ergo vivens eum nominare, ut eo præsente alij fratres obedirent Abiæ, & acciperent eum regem: iurarentque ei obedire semper, & potestatem etiam magnam acciperet, vivente patre; itaque dato quòd postea vellent fratres de facto contendere, contra Abiam non possent: quia ipse esset confortatus propter potentiam magnam, quam ei pater vivens tradidisset. *quæst.* 30. *A patre vivente Abia rex constitutus est, ut ab ipso etiam patre filius rex adoraretur, & exemplo patris quilibet fratrum regem fratrem coleret, quin per invidiam contenderet de primatu.*

755 *Tertio Regum* 15. Ambulavitq; in omnibus peccatis patris sui, quæ
3 Reg. fecerat ante eum: nec erat cor eius
15. n. 3 perfectum cum Domino Deo suo, sicut cor David patris eius. *num.* 3. *Abulensis.* Abia coluit idola sicut pater suus; nam tempore Roboam fuerunt altaria idolorum, & statuæ in regno Iuda, & effæminati in terra præcedenti capite, ita etiam fuerũt tempore Abiæ, unde non fuit melior patre suo. *quæst.* 1. *in fine. Dum enim filius in patre rege flagitia inspiciebat, se ad patris imitationem excitabat, neque enim principe indigna esse scelera censebat, quæ non aliena regi fuisse inspectabat.*

756 *Tertio Regum* 15. Ambulavitque in omnibus peccatis patris sui &c.
3 Reg. *n.* 3. *Abulensis.* Quæretur quomodo
15. n. 3 dicitur hîc, quòd Abia ambulavit in peccatis patris sui Roboam? Nam videtur quòd fuerit cultor Dei valde Abia: quia 2. Paral. 13. Abia pugnavit contra Ieroboam, & laudat ibi cultum Dei in terra Iuda, & quód haberet sacerdotes Dei; Ieroboã autem habebat idola, & sacerdotes vitulorum. Respondendum, quód Abia ambulavit in peccatis patris sui, colendo idola, sicut hîc dicitur. Et tamen non colebat semper idola: sed aliquando colebat Deum, & aliquãdo idola. Vnde videtur quód tempore illo, quo pugnavit contra Ieroboam coleret Deum, & ob hoc laudabat eum: & etiam ob hoc data est ei victoria mirabilis, quæ non data fuisset, si coleret idola: deinde elatus victoria, à Deo data, declinavit ad idola.

Istud patet ex litera, quia dicitur: Nec erat cor eius perfectum 757
cum Domino Deo suo, sicut cor David patris sui: ergo non plené colebat Deum; sed aliquando colebat Deum, & aliquando idola. Item patet hoc, quia littera dicit: quia ambulavit in vijs patris sui: sed pater suus istum modum tenuit, quia aliquando coluit Deum, scilicet tribus annis á principio regni, quando cõveniebant ad eum multi de viris Israel, ut confirmarent regnum suum
2. Paral. 11. Cùm autem post tres 2. Paral
annos confirmatum fuit regnũ eius 11.
dereliquit legem Domini, ut patet eodem libro cap. 12. *quæst.* 2. *Pater enim; qui coram filio scelera perpetrabat; filio se exemplar scelerum propo nebat.*

Tertio Regum 15. Nec erat cor eius 758
perfectum cum Domino Deo suo,
sicut cor David patris eius. *num.* 3. 3 Reg.
Abulensis. Scilicet cor regis Abiæ nõ 15. n. 3
erat perfectum, & intelligitur dupliciter. Vno modo quia non laborabat totis viribus suis ad colendum Deum, ita ut nihil ipse faceret, vel viri de regno suo contra cultum Dei, sed remissè colebat. Ille autem habet cor perfectum cum Domino, de quo dicitur, quod habetur Psal. 1. Sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die, ac nocte. Alio modo dicitur cor perfectũ

hominis cum Deo, quando totaliter Deum colit, & numquam idola. Et isto modo non erat cor Abiæ perfectum, quia aliquando colebat idola, sicut pater suus Roboam. *quæst.* 2. *Eodem loco Abia & Roboami filius, & Davidis filius appellatur, ut non minùs de imitatione illius in flagitijs, quàm de non æmulatione istius in virtutibus accusetur.*

759 *Tertio Regum* 15. Attamen bellum fuit inter Roboam, & Ieroboam omni tempore vitæ eius. Reliqua autem sermonum Abiæ, & omnia quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in lib. verborum dierum Regum Iuda? Fuitque prælium inter Abiam, & Ieroboam. *n.* 6. & 7. *Abulensis.* Quæretur quomodò dicitur quòd omnibus diebus Abiæ fuit bellum inter eum, & Ieroboam, quia 2. Paral. 13, ponitur vnicū bellum, in quo Abia prævaluit contra Ieroboam, & occidit quingenta millia virorum de Israel, & cepit civitates multas de regno Ieroboam? Et dicitur ibi; nec valuit ultra resistere Ieroboam in diebus Abiæ: ergo numquam fuit nisi unum bellum Ieroboam, & Abiæ. *quæst.* 5.

3. *Reg.* 15. *n.* 6 & 7.

2. *Paral* 13.

760 *Et infra sic respondet.* Abia in principio regni sui instruxit bellum potentissimum contra Ieroboam ad repetendum regnum Israel tanquam sibi debitum, & quia compulsus est ibi in fugam Ieroboam, non ausus fuit postea vivente Abia instruere bellum capitale contra eum: & tamen ad recuperandum civitates, quas perdiderat, & ad nocendum regno Abiæ faciebat insultus quosdam subitaneos, & isti insultus duraverunt semper, quandiu vixit Abia: ideo dicitur fuisse semper bellum inter Abiam, & Ieroboam. *quæst.* 5.

3. *Reg.* 15. *n.* 7

761 *Et adhuc inferiùs sic ait.* Vel potest dici quòd post illud bellum maximum, & primum quod gessit Abia cum Ieroboam fuerunt multa alia bella inter eos super repetitione civitatum captarum de regno Ieroboam in primo bello: & tamen in nullo eorum poterat Ieroboam resistere Abiæ: quia iam conceperant Israelitæ timorem, & viri Iuda conceperant audaciam. *quæst.* 5. *Qui enim in primo bello adversùs tyrannum commisso, victoriam reportaverat, hostibus incusserat metum, ne iterum contra ipsum auderent aperto bello dimicare.*

3. *Reg.* 15. *n.* 7

Secundo Paral. 13. Anno octavo decimo regis Ieroboā regnavit Abia super Iudam. Tribus annis regnavit in Ierusalem, nomenque matris eius Michaia, filia Vriel de Gabaa, & erat bellum inter Abiam, & Ieroboam. *n.* 1. & 2. *Abulensis.* Quæritur cùm dicatur hìc quòd mater Abiæ fuit Michaia: quomodò potest stare: quia supra dicitur 11. quòd mater Abiæ fuit Macha? Aliquis dicet quòd vna istarum erat mater Abiæ vera, & alia adoptiva. Alio modo quòd vna erat mater, & alia erat avia. *quæst.* 5. *Non placet hæc solutio Abulensi: qui docet vnam eandemque Abiæ matrem duobus illis nominibus appellari.* 762

2. *Paral* 13. *n.* 1 & 2.

Secundo Paral. 13. Nomenque matris eius Michaia. *n.* 2. *Abulensis.* Quæritur vlteriùs cùm ponuntur hìc historiæ regum Iuda, & in libris regum: quare matres singulorum regum Iuda nominantur; & tamen matres regum Israel numquam nominantur. Nam licet libris regum describantur historiæ regum Israel, numquam ponantur nomina matrū? Respondendum, quòd istud factum est propter differentiam dignitatis. Nam reges Iuda digniores fuerunt regibus Israel, quia de regibus Iuda venturus erat Messias: de regibus autem Israel nequaquam. *quæst.* 3. *Quis non stupeat in matre Messiæ eximiā dignitatem, dum in ea Christi Dei, & hominis credit maternitatem? Digna profectò Maria est, quæ proprio vocabulo non semel, sed sæpe sæpius exprimatur, quæ non* 763

2. *Paral* 13. *n.* 2

non alicuius regis Iuda, humanā non excedentis conditionem, sed Christi Regis regum mater, ideoque reginarum Regina nuncupatur.

764 *Secundo Paral.* 13. Et erat bellum inter Abiam, & Ieroboam: *n.* 2. *Abu-*
2. Paral *lensis.* Toto tempore Roboam fue-
13. *n.* 2 rat bellum inter Roboam, & Ieroboam, ut patet præcedenti capite. Constituto autem Abia in regem, continuatum est bellum, quod pater suus inchoaverat, & potentius inchoatum est, quia Abia erat vir fortior animo, quám Roboam pater suus. *quæst.* 1. Et erat bellum. *Curabat enim Ieroboam regnum, quod tyrannicè à patre Abiæ usurpaverat, per Abiā à tyrannide liberatum iterum invadere; ægrè enim ferebat à regno etiam malè possesso spoliatum se videre; Abia verò regnum à se recuperatum sibi; filijsque suis volebat conservare, ut qui sciret regnum à se bello in libertatem vendicatum, non nisi bello fore retinendum, ideoque erat bellum inter Abiam, & Ieroboam.*

765 *Secundo Paral.* 13. Cúmque inijsset Abia certamen, & haberet bel-
2. Paral licosissimos viros, & electorum qua-
13. *n.* 3 dringēta millia: Ieroboam instruxit è contra aciem octingēta millia virorum, qui & ipsi electi erant, & ad bella fortissimi. *num.* 3. *Abulensis.* Quæritur ulteriús an peccavit Abia pugnando nunc contra Ieroboam? Et respondetur, quód non peccavit, quia ipse faciebat bellum istud in nomine Domini, & ipsum invocabat in adiutorem contra Israelitas. Si tamen sciret se peccare in hoc, nō invocaret eum, nec faceret in nomine Domini; quia sciebat quod nō exaudiret eum, quia Deus peccatores non exaudit. *q.* 9.

766 *Deinde aliam affert probationem sic.* Quia Deus adiuvit supernaturaliter
2. Paral Abiam in isto certamine, nam cúm
13. *n.* 3 viri Israel insidiosé circundarent viros Iuda, clamantibus viris Iuda ad Dominum; perterruit Dominus Ieroboam; & omnem Israel, & tradidit eos in manus Abiæ: si tamen peccarent facientes contra voluntatem Domini, non adiuvaret Deus Abiam, & viros suos: & tamen miraculosè adiuvit: ergo non peccabat *quæst.* 9.

Adhuc aliam præbet rationem propter quam existimat Abiam non peccasse, licet 677
in hoc bello aggreßor fuisse videatur, & 2. Paral
sic ait. Quia fortè istud bellum Abiæ 13. *n.* 3
nunc magis erat per modum defensionis, quám aggressionis. Nam licet secundùm veritatem nunc Abia aggressus fuerit Ieroboam: tamen faciebat hoc, quia forté Ieroboam iterum vel pluries aggressus fuerat ipsum Abiam: vel sáltem occulté tentabat ei subtrahere regnum: & tunc cùm videret Abia necessarium esse sibi; quòd se defenderet, invasit Ieroboā quia sic meliùs se poterat defendere, debilitando vires Ieroboam, quàm expectando eum contra se venire. *q.* 9. Cúmque inijsset &c. *Abia tyrannum, qui duplicato militum numero exercitum suum superabat, non timebat, quia non humana virtute, sed divino auxilio eum superare sperabat.*

Secundo Paral. 13. Stetit ergo 768
Abia super montem Semeron, qui erat in Ephraim, & ait: Audi Iero- 2. Paral
boam, & omnis Israel. *n.* 4. *Abulen-* 13. *n.* 4
sis. Præsens erat Ieroboam, quando loquebatur ista Abia: & ad eum dirigebat sermones suos, cúm dicatur in littera: Audi Ieroboam: sed loquitur coram eo, quasi loqueretur de eo absente propter dedignationem, quam Abia fovebat contra ipsum: & non vocavit eum regem, quia noluit concedere eum esse regem; cùm diceret ius regnandi solùm pertinere ad domum David: sed potiùs asserebat eum tanquam iniustum, & violentum invasorem. *quæst.* 7.

Audi Ieroboam, & omnis Isra- 769
el. *n.* 4. *Primus ad audiendum Ierobo-*
amus ab Abia rege invitatur, cùm popu- 2. Paral
lus ad audiendum etiam excitaretur: si 13 *n.* 4
enim

enim Ieroboamus, qui rex Israel erat primus exaudiendo regnum usurpatum à Roboamo Abiæ patre, vellet Abiæ filio restituere; universus Israel, exemplo illius motus, se Abiæ traderet ut qui cuperet regi naturali, & regis filio obedire, agrè ferens, quod Ieroboamus ex servo Salomonis rex per tyrannidem effectus, Israeliticum populum gubernaret.

770 *Secundo Paral.* 13. Num ignoratis quód Dominus Deus Israel
2. Paral dederit regnum David super Israel in
13. n. 5 sempiternum, ipsi, & filijs eius in pactum salis? *n.* 5. *Abulensis.* Ponit rationes aliquas persuadentes ad reditum: & una est quòd peccaverint Israelitæ faciendo divisionem regni, & nunc quòd iniustè, & violenter subtrahant obedientiam regibus de domo David: & probat hoc, quia Deus dedit regnum super Israel, David, & posteris eius in sempiternum. Ideo in æternum manere debebat in posteris David: & consequenter quicunque conaretur auferre eis regnum Israel, vel partem eius, esset iniustus, & violentus usurpator, & detentator auferens ius regni posteris David, quibus debitum erat. *quæst.* 13. *Tyrannum, & iniustum invasorem Israelitici regni Ieroboam fuisse Abia ostendebat, dum regnũ illud à Deo Davidi fuisse datum, & sibi, & successoribus illius in sempiternum testabatur; quod proinde Ieroboamus per tyrannidem occupatum iniustè retineret.*

771 *Secundo Paral.* 13. Et surrexit Ieroboam filius Nabat, servus Salo-
2. Paral monis, filij David; & rebellavit cō-
13. n. 6 tra dominum suum. *n.* 6. *Abulensis.* Contra dominum suum. Quod potest intelligi de Salomone, qui erat dominus suus, & contra eum rebellavit Ieroboam, quando fugit in
3 Reg. Ægyptum. Nam dicitur quód Iero-
11. boam levavit manum suam contra regem. Vel vocatur dominus suus Roboam, non quòd aliquando de facto dominus eius fuerit: quia toto tempore eius fuit rebellus, sed de iure erat dominus eius: & rebellavit contra eum concitans populũ ad faciendum ruptionem belli. *q.* 7. *Ingratus servus Ieroboamus, qui contra regem Salomonem, qui ipsum ad dignitatem principis ex servi abiectione extulerat, servilem manum elevavit: & contra Roboam filium Salomonis servilem armavit manum, ut sic contra dominum, & contra filium domini sui rebellaret.*

Secundo Paral. 13. Et surrexit Ie- 772
roboam &c. *nu.* 6. *Abulensis.* Cùm
Ieroboam audisset ab Abia Syloni- 2. Paral
te quòd futurus erat rex super de- 13 n. 6
cem tribus Israel post mortem Salomonis, tanta regnandi cupiditate motus est, quód vivente Salomone sollicitabat exercitum: ut à Salomone recederent; & eum regem constituerent, ut ait Iosephus 8. Antiquitatum. Cùm autem sensisset hoc Salomon, voluit tenere Ieroboam, & occidere eum. Ille autem fugiēs recessit in Ægyptum, mansitque ibi vsque ad mortem Salomonis, qua audita illico venit in terram Israel; vel, ut ait Iosephus, principes miserunt eum vocari, & venit. *quæstione* 15.

Et infra sic progreditur. Ipse au- 773
tem præstitit occasionem aliquam
ad divisionem illam, quæ facta est 2. Paral
sub Roboam: scilicet, quòd ipse con- 13. n. 6
citavit animos populi, ut rebellarent ei. Nam cúm prius vivente Salomone conatus fuisset Ieroboam rebellare Salomoni, subtrahendo populum ab obedientia eius: à fortiori nunc mortuo illo, & nullo constituto in regem, conaretur impedire, ne Roboam eligeretur, & constitueretur in regem: & sic vult retorquere causam decisionis istius Abia in Ieroboam: ideo incepit á rebellione sua contra Salomonem, quæ fuit origo pòsterioris divisionis *quæst.* 15.

Abia igitur rebellandi contra Salo- 774
monem avum suum Ieroboami voluntatem, rebellionem nuncupavit; quia rebellionis

lionis cupiditatem inservo ingrato contra dominum suum Salomonem operi rebellionis facta contra Roboam patrem suum æquandam esse arbitrabatur.

775 *Secundo Paral.* 13. Congregatique sunt ad eum viri vanissimi, & filij Belial: & prævaluerunt contra Roboam filium Salomonis: porro Roboam erat rudis, & corde pavido, nec potuit resistere eis. *num.* 7. *Abulensis.* Vocat eos vanissimos referendo ad Salomonis rebellionem. Nam quod rebellaverit Ieroboam contra Salomonem, malum fuit: & faventes ei in hoc, dabant operam rei inhonestæ, & ex hoc vanissimi erant: quia cùm non appareret aliqua causa, quare rebellarent Israelitæ Salomoni, qui erat eorum rex à Deo datus: & erat bonus princeps, non debebant accipere noviter in regem talem virum, à quo nihil unquam beneficij acceperant. *quæst.* 16. *Vanus enim dominus non nisi vanissimos homines posset in societatem sibi convocare, qui exemplum vani ducis sequentes, contra proprium dominum, & naturalem regem unà cum ipso duce rebellarent.*

2 *Paral* 13. *n.* 7

776 *Secundo Paral.* 13. Roboam erat rudis, & corde pavido, nec potuit resistere eis *n.* 7. *Abulensis.* In Hebræo dicitur. Roboam erat puer, non tamen ponitur ista pueritia secundùm ætatem: sed potiùs secundùm sensum: nam secundùm ætatē vir perfectus erat: quia quadraginta unius annorum erat, quando cœpit regnare, ut patet præcedenti cap. & 3. Regum 14. Sed erat puer iudicio, quia facta sua non deliberabat cum senibus; sed cum pueris. Unde in illo facto tam arduo, quando respondere debebat toti regno, volenti eum in regem ungere, non sequutus est consilium seniorum, sed iuvenum, ut patet supra cap. 10. & sic rectè vocatur puer, *q.* 7.

2. *Paral* 13. *n.* 7
2. *Paral* 6.
3. *Reg.* 14.
2. *Paral* 10.

777 *Rudem, & pavidum puerum Roboamum Abia appellavit, ut his dictis populum Israeliticum, qui à Roboamo defecerat propter ipsius duritiem, ad amorem suum inclinaret. Roboamum patrem noluit nominare, ne populus, existimans eo, tanquam à filio rebellionem tempore patris factam, amore patris vindicandam, in defectione vellet permanere, quin deserto tyranno, Abiam, ut regem proprium, acceptaret.*

Secundo Paral. 13. Nunc ergo vos dicitis, quòd resistere possitis regno Domini, quod possidet per filios David, habetisque grandem populi multitudinem, atque vitulos aureos, quos fecit vobis Ieroboam in deos. *n.* 8. *Abulensis.* Probat Abia quòd non possent se defendere: quia Deus adiuvaret viros Iuda contra Israel; & probat hoc per meritum virorum Iuda; & demerita Israelitarum. Nam viri Iuda erant boni: eo quòd non deseruerant Dominū: sed habebant templum illius iuxta se, & observabant omnes cærimonias legis exemplificando de sacrificijs: & ob hoc Deus adiuvaret eos, quia erant cultores eius. De Israelitis autem probat, quòd erant valde mali: ideo non solùm non exaudiret eos Deus, adiuvando ipsos: sed potiùs affligeret eos, & impediret, & probat hoc, quia Israelitæ dereliquerant Deum, & constituerant sibi vitulos aureos in deos, & fugaverūt à se sacerdotes Domini, ne ministrarent: omnesque cærimonias pervertebant. *q.* 13. 778

2. *Para* 13. *n.* 8

Regnum Davidis, regnum Domini nuncupabat Abia, & à se possessum tanquam à filio Roboami, qui filius fuerat Salomonis filij Davidis; ac proinde Davidis legitimo successore asserebat, ut se Domini regis proregem, non verò regem populi, ostenderet; regnumque Davidis à Ieroboamo non bene possessum, sed tyrannicè usurpatum, & iniustè detentum explicaret. 779

Secundo Paral. 13. Nunc ergo vos dicitis &c. *num.* 8. *Abulensis.* Israelitæ putabant, quòd poterant defendere divisionem istam regni, quam 780

2. *Paral* 13. *n.* 8

quám fecerant, ut semper sic maneret. Et Abia probat, quód non possint defendere se, quia Deus pro eo pugnabit contra Israelitas, cuius causas assignat in littera, scilicet quia viri Iuda erant cultores Dei; & viri Israel erant idololatræ *quæst.* 17.

781 *2. Paral 13. n. 8* Quod possidet per filios David. *n.* 8. *Abulensis.* Quasi dicat; non putetis vos pugnare contra homines, sed contra Deum: quia regnũ Iuda est regnum Dei: & filij Iuda, qui in eo succedunt, non se habent tanquam ipsi sint reges: sed sunt tanquam vicarij Dei, possidentes regnum, non nomine suo: sed nomine Dei. Nam si pugnaretis contra homines, forsitan prævalere possetis: sed, cùm contra Deum pugnetis, impossibile est prævalere. *quæst.* 17. Habetisque grandem &c. *Rationem confidentiæ, quam Ieroboamus habebat, rectè Abia reputabat, dum eam in multitudine populi, idola colentis, pugnaturi contra milites, Deum venerantes, sitam esse exponebat, ut qui sciret non in multitudine militum, sed in militum pietate confidendum.*

782 *2. Paral 13. n. 8* *Secundo Paral.* 13. Atque vitulos aureos, quos fecit vobis Ieroboam in deos, *n.* 8. *Abulensis.* Id est habetis ad vestrum adiutorium vitulos aureos, quos fecit Ieroboam esse deos vestros: & ista est irrisio, quasi diceret; non possunt vos adiuvare dij vestri; quia sunt de auro, & facti manibus hominum, & vos meliores estis dijs vestris. Et dicitur quos fecit vobis Ieroboam in deos ad ignominiam Ieroboam. Quasi diceret. Isti non erant dij: sed Ieroboam fecit illos esse deos. Isti erant duo vituli aurei, quorum vnum posuerat Ieroboam in Dan, & alterum in Bethel: ut populus coleret illos ibi: & non ascenderent in Hierusalem *3. Reg. 12.* 3. *Reg.* 12. *quæst.* 17. Fecit vobis. *Astutus satis tyrannus aureos vitulos Israelitico populo proposuit venerandos, ut Israelitas suorum exemplo parentum, qui vitulum aureum adoraverant, ad similem adorationem facilé excitaret; non tam movendos erga falsos deos pietate, quam erga deos aureos cupiditate.*

Secundo Paral. 13. Nunc ergo &c. *n.* 8. *Abulensis.* Multis rationibus poterat vocari istud regnũ Dei. 783 *2. Paral 13. n. 8* Prima est, quia illud regnum â Deo datum erat filijs David: & non possidebant illud alio iure, vel viribus: sed solùm Deo eis tradente, quia ipse dixerat, quòd David, & filij sui regnarent in æternum super Israel. 2. Reg, 7. Et præcedenti lib. cap. 17. *2 Reg. 7. 1. Reg. c. 17.* Regnum autem Ieroboam, secundúm quod præsupponebat Abia, non erat regnum Dei: quia non fuerat introductum Dei dispositione: sed potiús violenter: & per insidias, cúm rebellaverit Ieroboam contra Salomonem: & inde traxit secum aliquos ad postea rebellandum contra Roboam. *quæst.* 18.

Regno Domini. *num.* 8. *Abulensis.* 784 *2. Paral 13. n. 8* Secundó vocatur regnum Iuda regnum Dei: quia manebat in cultu Dei. Nam templum Domini erat in terra Iuda: & sacerdotes Domini, atque Levitæ, qui faciebant omnes cærimonias legis in sanctuario quotidie, sicut supra in litera innuitur. Regnum autem Ieroboam, non erat sic regnum Dei: quia non manserat cultus Dei in illo: sed tota lex perierat, & vituli aurei colebantur loco Dei; & in hoc nullo modo illud regnum pertinebat ad Deum. *eadem quæst.* 18.

Regno Domini. *n.* 8. *Abulensis.* 785 *2. Paral 13. n. 8* Tertio modo vocatur regnum Iuda regnum Dei, quia Deus dominabatur specialiter in terra Iuda. Nam Deus in omnibus terris dominatur dominio quodam generali, cùm ipse sit rex regum, & Dominus dominantium; & princeps omnium regum terræ Apoc. 1. cap. Et tamen *Apoc. 1* inter viros Iuda dominabatur Deus specialiter, sicut si ipse solus esset rex Iudæ: & sicut cùm aliquis est

rex

rex terræ, per manum eius disponitur de omnibus magnis negocijs; & nullus absque eo audet quidquam facere: ita in omnibus rebus arduis viri Iuda recurrebant ad Dominum; & consulebant eum per prophetas, & sacerdotes: & respondebat, sequebanturque Israelitæ illam respōsionem tanquam legem. Etiam sicut rex terræ est, qui facit bella contra hostes pro subditis suis, sicut dicitur

1. Reg. 8. 1. Reg. 8. Rex noster egredietur ante nos: & pugnabit bella nostra pro nobis: ita quando aliqua gens adversabatur Iudæis, Deus habebat specialem curam de adiuvando eos; & destruebat adversarios eorum, quod non fiebat in alijs gentibus: & istum principatum voluit Deus sibi retinere inter Iudæos. *eadem. quæst.* 18.

786 *Deinde sic progreditur idem Abulensis super illud* Regno Domini. *n.* 8. Vnde

2. Paral 13. n. 8 à principio noluit Deus dare Israelitis reges: quia reges habent plenissimam potestatē super subditos: & si haberent reges, viderentur totaliter subditi illis: & eos recognoscerent in dominos: ut autem solum Deum recognoscerent Israelitæ in Dominum, noluit eis dare reges, & ob hoc quando aliqui viri boni erāt inter Israelitas, dato quòd illis offerretur principatus dominativus, nō acceptabant illum, ne in hoc præiudicarent divino iuri. Sic patet de Gedione, cui dixerunt Israelitæ; Dominare tu nostri, & filius tuus, & filius filij tui; quia liberasti nos de manu Madian, & dixit Gedeon; Non dominabor ego vestri, nec dominabitur in vos filius meus: sed dominabitur dominus Deus, ut patet Iudicum 8. Ex quo innuitur, quód si

Iudici. 8. dominaretur Gedeon super Israelitas, non dominaretur Deus super eos: ideo noluit ipse dominari, ut Deus dominaretur. Istum autem principatum specialem dicebat nūc Abia, quod tenebat Deus in regno Iuda: ideo vocatur regnum Dei, & non hominis. *quæst.* 18. Regno Domini. *Regnum suum Abia Dei regnum nuncupabat, nec sic honorem suum minuebat, sed augebat: dum enim se unum, inter reliquos sui populi subditos, Domini Dei servum numerabat; dominique vocabulum respuebat, se regis regum tenentem, ac proinde super alios omnes terræ reges primatum obtinentem demonstrabat.*

Secundo Paral. 13. Noster autem Dominus Deus est, quem non 787

relinquimus, sacerdotesque ministrant Domino de filijs Aaron, & Levitæ sunt in ordine suo. *n.* 10. *Abulensis.* Posuit supra Abia causam, quare Deus non adiuvaret Israelitas, scilicet, quia mali erant. Hic ponitur causa, quare Deus deberet adiuvare viros Iuda: & describitur rectitudo religionis suæ: & dixit: Noster autem Dominus Deus est, scilicet vester deus non est deus; sed vituli aurei, quos fecit Ieroboam vobis in deos: & non sunt dij. Noster autem Dominus est Deus verus, qui in cælis habitat. *quæst.* 29. *Hæc dicebat Abia, non ut se, sibique subditos laudaret; sed ut fidem, quam profiterentur, exponeret; se, suosque subditos alienos esse ab idolorum cultu, cui Ieroboamus cum suis deditus erat, declararet.* 2. Paral 13. nu. 10.

Secundo Paral. 13. Ergo in exercitu nostro dux Deus est, & sacerdotes eius, qui clangunt tubis, & 788

resonant contra vos; filij Israel nolite pugnare contra Dominum Deum patrum vestrorum, quia non vobis expedit. *n.* 12. *Abulensis.* Ex præcedentibus sequitur, quòd Deus sit dux exercitus nostri contra vos. Hîc ponitur conclusio, intenta ex præcedentibus: nam volebat deducere, quód Israelitæ non possent defendere divisionem regni, quam fecerant: quia Deus pugnaret cōtra eos: & hoc dicit hîc, sed Deus est dux in exercitu nostro: & ponitur per modum conclusionis ex dictis. Et patent 2. Paral 13. nu. 12.

tent consequentia.

789 Primò quia ad regem pertinet pugnare pro subditis suis: & facere omnia bella ipsorum, sicut dixerunt Israelitæ 1. Regum 8. scilicet rex noster egredictur ante nos: & pugnabit pro nobis bella nostra: Deus tamen erat rex virorum Iuda, sicut dixit Abia supra; Vos dicitis quód possitis resistere regno Domini: ergo ipse Deus pugnare debebat pro viris Iuda. *quæst.* 29. Secundò quia Israelitæ offenderant valde Deum: quia cùm essent subditi eius, recesserunt ab eo colentes, vitulos aureos & tamen quando aliqui subditi fugiunt sine causa de dominio alicuius regis, habet hic causam pugnandi contra illos: ita ergo nunc Deus pugnaret contra Israelitas. Tertiò patet, quia Deus adiuvat cultores suos; & tamen viri Iuda erant cultores Dei, ideo adiuvaret eos Deus contra Israelitas, qui non erant cultores Dei: & istam rationem tangit Abia in quantùm enarrat, quomodo viri Iuda, non recedebant á lege Dei. Ideo bene infert quòd Deus esset dux in exercitu eius contra Israelitas. *q.* 29. Ergo in exercitu &c. *Optima hæc illatio est, logicum se ostendit Abia peritissimum: pro prima præmissa, Deum non esse regem posuit adversariorũ; pro secunda, suorum esse regem propalavit; tunc in exercitu suo Deum ducem esse apté intulit, qui videlicet & contra sibi infensos desertores, & pro se colentibus, illorum demeritis concitatus, & istorum meritis allectus dimicaret.*

2 Paral 13. nu. 12.
1. Reg. 8.

790 *Secundo Paral.* 13. Ergo in exercitu nostro dux Deus est, & Sacerdotes eius. *n.* 12. *Abulensis.* Deus est dux in exercitu nostro: & etiam sacerdotes eius sunt duces in exercitu nostro; & vocantur sacerdotes duces; quia ipsi sunt mediatores inter Deum, & populum, cùm sint ministri eius; & Deus committit eis virtutem suam potiús quám laicis. Etiam vocantur duces, quia ipsi dant signa pugnandi. Nam ad duces pertinet movere exercitum, & dare signa pugnandi, vel cessandi, sic erat de sacerdotibus in bello: quia ipsi clangebant tubis argenteis, quibus dabatur signum ad pugnandum: & fecit mentionem specialem Abia de sacerdotibus, quia in eis consistebat magna pars belli: eó quòd fortè portabant secum arcam Domini, in qua erat magna victoriæ spes. *q.* 29.

2. Paral 13. nu. 12.

Ergo Deus dux erat generalis, qui sub dominio suo sacerdotes, quasi inferiores sibi duces præficiebat, qui dum arcam Domini, in qua manna, typus Eucharistici panis, servabatur, humeris asportabant, Deum ipsum ut iam victorem, triumphãtis instar, in arca, quasi in quodam curru triumphali deferebant. 791

Secundo Paral. 13. Filij Israel nolite pugnare contra Dominum Deũ patrum vestrorum, quia non vobis expedit. *n.* 12. *Abulensis.* Vocavit eum Deum patrum suorum, scilicet quia iam nón erat Deus Israelitarũ, cùm recessissent ab eo, & colerent vitulos aureos: sicut Deus vocavit Israelitas populum Moysi: & non populum suum: quia peccaverant fabricando, & colendo vitulum. *Exod.* 32. Scilicet Peccavit populus tuus; á fortiori ergo cúm nunc Israelitæ duos vitulos colerent, efficiebantur non populus Dei: erat tamen Deus patrum suorum, quia patres sui coluerant Deum. Vel vocatur Deus patrum suorum ad signandum maiorem ingratitudinem, & errorem, scilicet non est Deus vester de novo, quem nunc acceperitis; sed est Deus patrum vestrorum, id est ab antiquo est Deus vester; ideo quòd nunc pugnetis contra eum, peccatum est magnum, & ingratitudo. *quæst.* 29. Dominum Deum. *Ducem exercitus sui, & Dominum, & Deum Abia nuncupabat, ut milites, qui tyrones essent, ducem, ut Dominum timerent; milites autem veterans eundem ducem, ut Deum adamarent.* 792

2. Paral 13. nu. 12.
Exod. 32.

Secundo

793 *Secundo Paral.* 13. Hæc illo loquente, Ieroboam retro moliebatur
2 Paral insidias. Cùmque ex adverso hostiũ
13. nu. staret, ignorantem Iudam suo ambi-
13. ebat exercitu. *n.* 13. *Abulen.* Abia protraxit sermonem suum in longũ, enarrando hæc: & cúm ista displicerent Ieroboam, fecit poni insidias Abiæ post tergum ut interim possent eum incautum tenere, Et hoc potissimùm faciebat: quia volebat Ieroboam quantó faciliùs posset tenere, & occidere Abiam: & sic efficeretur rex super vtrumque regnum. *quæst.* 29. *Infirmus ostenditur tyrannus, qui cùm octoginta millia militum haberet, adversus quadraginta millia aperto marte non audet decertare: sed à tergo molitur insidias, ut qui faciem Abiæ pacem offerentis, vel bellum acceptantis non posset intueri.*

794 *Secundo Paral.* 13. Ecce illis cla-
2 Paral mantibus, perterruit Deus Ierobo-
13. nu. am, & omnem Israel, qui stabat ex
15. adverso Abiæ, & Iuda. *numer.* 15. *Abulensis.* Cùm dictum sit, quód Deus perterruit Ieroboam, & omnem Israel à facie Abiæ, quo modo perterruit? Respondēdum, quòd Deus poterat multis modis terrere Israelitas. Poterat autem uno modo fieri, quòd Deus fragorem magnum faceret in nubibus; & terram moveri sub pedibus Israelitarum: ita ut putarent Israelitæ totum vniversum super eos volvi, & terram aperiri à fundamentis, velleque eos deglutire, & cúm sentirent motum eius in una parte, fugerent ad aliam; & sic non poterant consistere coram Israelitis. *quæst.* 41. *Et probat exemplo sic.*

795 De hoc patet primo Regum.
2 Paral 7. Quando Philistini volebant ir-
13. nu. ruere super Israelitas stantes in Mas-
15. phad. Nam dicitur quòd intonuit
1 Reg. Deus de cælo fragore magno su-
7. per Philistijm: & exterruit eos, cæsique sunt á filijs Israel: & Iosephus dicit 6. Antiquitatum, quód non solúm fuit fragor de cælo; sed etiam fuit terræmotus: quia sub pedibus Philistinorum concutiebatur terra. *eadem. quæstion.* 41.

Secundo modo poterat esse. 796
quód Deus faceret audiri magnum 2 Paral
sonitum curruum, & equitum ve- 13. nu.
nientium contra viros Ieroboam; 15.
ita ut non auderent consistere. Sic enim fuit quando pugnavit David contra Philistinos in Baal Pharasim; & Angelus Domini ambulabat in cacumine pyrorum ex adverso exercitus David; ita ut Philistini essent inter pyreta, & exercitum David. Putaverunt autem Philistini maximum exercitum latere inter pyreta, qui subitò fecit fragorem magnum, quo turbati Philistini fugerunt. Secundo Regum 5. & præcedenti lib. 14. cap. *quæstio.* 40.

Aliud apponit exemplum sic. Sic 797
etiam fuit tempore Ioram regis Is-
rael cúm Syri servi Benadab obsi- 2 Paral
derent Samariam; ita ut perirent 13. nu.
fame, qui erant in vrbe: volens 15.
Deus tollere obsidionem illam, fecit per noctem audiri in castris Syrorum sonitum magnum curruum, & equorum venientium contra eos: putaveruntque quód Ioram rex Israel conduxisset reges multos contra Syros: & nunc subitó irruerent super eos: ut patet quarto Re-
gum septimo, & non habentes 4 Reg.
consilium, nec animositatem ad 7.
pugnandum, fugerunt relictis divitijs multis in castris. *quæstione* 41.

Tertio modo fieri poterat 798
quód Deus ostenderet Israelitis
aliquam multitudinem Ange- 2 Paral
lorum, vel dæmonum in speci- 13. nu.
em exercitus venientis contra 15.
eos, qui haberent vultum, & armaturam terribilem: & sic non auderent consistere contra Iudam.

P

Iudam. Sic fuit quando Syri circundabant vrbem Dothaim, in qua erat Eliseus, ut caperent eum: cúmque puer eius timeret multitudinẽ exercitus venientis contra se, rogavit Eliseus Dominum, ut aperiret oculos pueri, ut videret exercitum, qui convenerat in adiutorium Elisei: & vidit montem plenum curribus igneis, & equis igneis, qui erat exercitus Angelorum; quarto Reg.
4 Reg. 6 6. Ita poterat Deus ostendere exercitum talem viris Israel ad terrorẽ, & non possent consistere contra Iudam. *quæst.* 41. *Et sic progreditur Abulensis.*

799 Quarto modo poterat hoc esse, quòd Deus de cælo mitteret aliquid
2 Paral 13. nu. 15. pænale super Israelitas, scilicet lapides, vel fulmina: ita ut percussi morerentur plurimi: & alij fugerent. Sic enim factum est, quando pugnabat Iosue contra quinque reges Amorrhæorum, die, quo stetit sol. Nam cùm essent descensu vrbis Bethoron: & fugerent à facie Israel, misit Deus de cælo magnos lapides grandinis, qui occiderunt plures, quàm Israelitæ gladio occiderant.
Iosue. 10. Iosue 10. cap. *q.* 41. *Tandem sic concludit Abulensis.*

800 Quinto modo poterat hoc esse
2 Paral 13 nu. 15. per solam incussionem timoris. Nam tantum timorem Deus alicui incutere potest, quòd fugiat nemine persequente eum. Sic patet Levit.
Levit. 26. 26. Et qui de vobis remanserint dabo pavorem in cordibus eorum: in regionibus hostium terrebit eos sonitus folij volantis: cadent nullo sequente; & corruent singuli super fratres suos, quasi bella fugientes: nemo vestrûm audebit inimicis resistere. *q.* 41. *Poterat igitur Deus militibus Abiæ tacentibus, Ieroboami exercitum perterrere; voluit tamen militibus Abiæ clamantibus, eorum hostes terrefacere, ut illorum orationis potentiam demonstraret, quæ divina cooperatrix potentiæ facta, solo æris sono copiosissimum exercitum posset debellare.*

801 *Secundo Paral.* 13. Fugeruntq; filij Israel Iudam, & tradidit eos Deus in manu eorum. *n.* 16. *Abulen.* Quia non potuerunt sustinere Iudæos, cũ Deus adiuvaret illos. *q.* 40. *Fugiebant Israelitæ, sed milites Abiæ, quasi divinæ essent iustitiæ satellites, eos persequebantur, quos ipsa divina iustitia in militum manus, peccatorum vinculis colligatos, tradebat.* 2 Paral 13. nu. 16.

802 *Secundo Paral.* 13. Percussit ergo eos Abia, & populus eius plaga magna: & corruerunt vulnerati ex Israel quingenta millia virorum fortium. *n.* 17. *Abul.* Mirabilis occisio fuit; nec vnquam legitur tanta fuisse facta in eodem bello, unico actu. Nam etiã in hystorijs gentium, quæ parvæ auctoritatis sunt; & multa falsa permiscent, numquam legitur eodem actu continuo bellandi corruisse quingẽta millia virorum. Habebat enim Ieroboam in bello isto octingenta millia virorum, & corruerunt de illis quingenta millia. De viris autẽ Iuda nulli leguntur corruisse; & satis verisimile est, quòd nullus eorum perierit: quia Deus miraculosé perterruit viros Israel; & nihil in eis, nisi fugere: viri autem Iuda eos fugientes, & turbatos trucidabant. *quæstion.* 40. 2 Paral 13. nu. 17.

803 *Nullus de exercitu Abiæ occisus in hoc prælio fuisse refertur: nullus describitur ab hostibus vulneratus, cùm tot millia hostium cæsa memorentur: sed nil mirum; qui enim pro recuperando, & conservando regno, sibi à Deo dato, Deum ipsum ducem habentes contra vsurpatores, & invasores regni decertabant, occidebant, quin occiderentur; quin vulnerarentur, vulnerabant.*

804 *Secundo Paral.* 13. Persecutus est autem Abia fugientem Ieroboam, & cepit civitates eius; Bethel, & filias eius, Iesana cum filiabus suis, Ephron quoque, & filias eius. *num.* 19. *Abulensis.* Quæritur vlteriús, cúm nunc Abia prævaluerit contra 2 Paral 13. nu. 19.

contra Ieroboam, & tanta multitudine eius fuderit: quomodo non conatus est ad accipiendum regnum illius, & reducendum ad pristinam unionem, quia hoc valde desiderabat Abia: & propter hoc pugnavit superiori bello? *Et infra respondet*, Quia forté Deus vetuit. Nam satis credendum est quód Abia cupidus unionis regni, cùm videret se prævaluisse contra Ieroboam in hoc magno bello, vellet continuare bella quousque acciperet regnum de manu Ieroboam: & tamen Deus vetuerit ei pugnare ad hoc. *quæst.* 45. *Vt populus populum, sic rex regem fugientem persequebatur; neque enim rex Abia militem aliquem comprehendere dignaretur, sed Ieroboamum regem assequi cupiebat, ut de captivo à se tyranno triumpharet.*

805 *Secundo Paral* 13. Persecutus est autem Abia &c. *n.* 19. *Abulensis*. Quæritur vlteriús, cúm nunc Abia ceperit civitates quasdam de regno Ierobam an peccaverit? *& infra sic respondet*. Dicendum videtur, quòd nó. Primò quia manifestum est ex præcedentibus quomodò Abia in isto bello miraculosè á Deo adiutus prævaluit contra Ieroboam, ut patet in littera: & tamen in bello isto cepit civitates has: ideo non peccavit: quia aliàs non adiuvaret Deus eum specialiter ad hoc. Secundò patet quia Abia pugnavit nunc contra Ieroboam ad reducendum Israelitas ad se, ut colligitur ex littera, & tamen declaratum est, quód non peccaverat in hoc: ergo à fortiori non peccaret accipiendo istas civitates.

2. Paral 13. nu. 19.

806 Tertió patet, quia dato quòd illicitum esset pugnare ad reuniendum terram Israel regno Iuda; tamen licitum esse poterat pugnare ad accipiendum civitates istas propter aliquam specialem utilitatem. Quartó patet, quia poterat habere iustam causam pugnandi contra istas civitates Abia: quia fortè cúm istæ vrbes erant in extremitate regni Ieroboam, ex illis inferebantur damna regno Abiæ, & quia habitatores illarum nolebant cessare ab ista illatione damnorum, poterat licitè Abia delere urbes istas: ita ut numquam in eis esset habitatio: vel capere illas, & unire regno suo. *quæst.* 46. *De fæminis, non autem de viris captis audio fieri mentionem, quia fortè Ieroboamus omnes illarum civitatum viros ad tam magnum exercitum faciendũ convocaverat: ita ut nullus in urbibus vir maneret, quem Abia rex vrbes ingressus, captivaret.*

Secundo Paral. 13. Nec valuit vltra resistere Ieroboam in diebus Abiæ: quem percussit Dominus, & mortuus est. *n.* 20. *Abulensis*. Intelligitur de Ieroboam: & concordat hoc valde literæ: quia dicitur quòd non valuit Ieroboam resistere Abiæ quem percussit Dominus, & mortuus est, scilicet propter peccata Ieroboam Deus fecit Abiam potentiorem, quàm Ieroboam, quòd non posset resistere Ieroboam Abiæ, & sic persecutus fuerat Deus eum viventem, ita etiam persecutus est, ut moreretur, & occidit eum. *q.* 48. *Non per Abiam regem sed per ipsum Deum percussus Ieroboamus decubuisse refertur qui enim, quantum in se fuerat, vitulos aureos deos efficiendo, verum Deum interficere intentaverat, ab ipso vero Deo occisus est, ut quem Deum verum vivens per culpam denegaverat, moriens verum Deum esse per pœnam experiretur.* 807 2. Paral 13. n. 20.

Secundo Paral 14. Dormivit autẽ Abia cum patribus suis, & sepelierunt eum in civitate David *num.* 1. *Abulensis*. In civitate David, id est in castro montis Syon; quia illud castrum vocabatur civitas David, eó quód accepisset illud de manu Iebusæorum pugnando, & ad gloriam nominis sui vocavit illud civitatem David, ut patet præcedenti *lib.* 11, *cap.* & 2. *Reg.* 5. Fecerat 808 2. Paral 14. n. 1. 1 Paral 11. 2 Reg 5.

rat autem David in castro montis Syon loca sepulchrorum regalium, & ibi sepeliebantur omnes reges de genere suo. *quæst.* 1. *Aptus bellicoso regi locus ad tumulum datus est; in castro debuit sepeliri, ut etiam post obitum sibi pro defensione suorum ex castro illo belligerandum fore propalaret.*

809 *Tertio Regum* 15. Et dormivit
3 *Reg.* Abia cum patribus suis, & sepelie-
15.*n.* 8 runt eum in civitate David. *num.* 8. *Abulen.* Forté peste assumptus est, vel propter peccata sua Deus emisit ei aliquam ægritudinem, quæ subitò eum rapuit, & sic regnavit modico tempore, scilicet tribus annis solúm: & erat tunc iuvenis, cúm mortuus est. *quæst.* 6. *Dormitio mors Abiæ nuncupatur, ut vita illius perpetua fuisse vigilia demonstretur, qui enim dū in regno viveret, semper militaverat, semper vigilaverat.*

3 *Reg.* *Tertio Regum* 15. Regnavitque
15. *n* 8 Assa filius eius pro eo. *n.* 8 *Abulen.* Successit ei in regnum, quia fortè iste erat primogenitus Abiæ, vel quia erat præcipuus in prudentia, & robore, & elegit eum Abia, ut esset rex, sicut elegit Roboam ipsum A-
2 *Paral* biam, quanquam non esset primo-
11. genitus, secundo Paral. 11. *quæst.* 6. *Abia sapiens, ac fortis rex, sapientem, fortemque filium sibi successorem designavit, ut regnum, quod ipse bellica prudentia, & militari fortitudine à potestate tyranni, ut sibi debitum vendicaverat, filius eisdem virtutibus præditus conservaret.*

Ex Divo Dionysio Carthusiano.

810 *Secundo Paral.* 11. Constituit ve-
2 *Paral* rò in capite Abiam filium Ma-
11.*nu.* acha, ducem super omnes fratres
22 suos: ipsum enim regem facere cogitabat. *n.* 22. *Carthusianus.* Id est cæteris filijs suis, etiam senioribus prætulit illum, ipsum enim regem facere cogitabat, quia cæteris sapientior, & potentior fuit, ideo ergo commisit ei gubernacula vrbium, & procuravit, quòd sibi succederet in regno. *art.* 11. *Abiæ ergo non ætas, sed virtus contulit principatum. Dux primò, & postea rex à patre supra omnes fratres declaratus, nulli eorum invidiæ fuisse refertur: quia eos, non ut dux milites iubebat: non ut rex subditos gubernabat, sed ut frater fratres, quos diligeret, dirigebat.* Super fratres suos.

Tertio Regum 15. Attamen bel- 811
lum fuit inter Abiam, & Ieroboam omni tempore vitæ eius. *n.* 6. *Car-* 3 *Reg.*
thusianus. In quo Abia inopinatam 15. *n* 6
obtinuit, Deo auxiliante, victori- 2 *Paral*
am, ut patet in Paral. omni tempo- 13.
re vitæ eius, puta, Abiæ, ita quòd inimicitia fuit inter eos, & sibi invicem particulariter nocuerunt; tamen sicut in præfecto Paral. lib. fertur, post prædictum triumphum nequivit Ieroboam huic Abiæ resistere. *art.* 23. *Bello namque primo superatus tyrannus, non audebat iterum cū Abia rege totis viribus dimicare. Victoria namque in primo obtenta bello victum reddidit valde pusillanimem, & victorem multò audaciorem.*

Secundo Paral. 13. Nunc ergo 812
vos dicitis quòd resistere possitis
regno Domini, quod possidet per 2 *Paral*
filios David, habetisque grandem 13. *n.*8
populi multitudinem, atque vitulos aureos, quos fecit vobis Ieroboam in deos. *num.* 8. *Carthusianus.* Regnum eorum fuit regnum Dei, qui fuit principalis eorum rex, cuius vicarialis rex fuit legitimus ipsius David successor. *art.* 13. *Felicissimum regnum, quod Deum ipsum regem meruit obtinere, qui cùm rex regum sit, omnes sibi subditos reges faciebat, quanvis inter illos unum Davidis eligeret successorem, cui omnes alij, ut vicem tenenti ipsius Dei, obtemperarent.*

813 *Secundo Paral.* 13. Ergo in exercitu nostro dux Deus est, & Sacerdotes eius, qui clangunt tubis, & resonant contra vos: filij Israel nolite pugnare contra Dominum Deum patrum vestrorum, quia non vobis expedit. *nu.* 12. *Carthusianus.* Deus etenim devotorum in exercitu dux est. Quòd si à Deo adiuvari; ac prævalere optamus, studeamus ei in omnibus obedire, sacrificia spiritualia immolare, ecclesias, & eius ministros, ac sacra divini ministerij instrumenta debitè venerari. In exterioribus etiam bellis in Domino est sperandum, & eius est invocandum auxilium, atque per opera bona, & per præviam confessionem sinceram parare se debent ad prælia congressuri. *art.* 13. *in fine.* Nolite pugnare &c. *Dum enim contra fideles ac Domini Dei cultores dimicarent, contra ipsum Dominum Deum certare viderentur, qui dux fidelium factus, ipsorum fieret propugnator, & inimicorum expugnator.*

2. Paral 13. nu. 12.

814 *Secundo Paral.* 13. Filij Israel nolite pugnare contra Dominum Deum patrum vestrorum, quia non vobis expedit. *n.* 12. *Carthusianus.* Id est contra nos cultores Dei patriarcharum, contra nos enim Dei servos præliando, contra Deum præliaremini, & succumberetis. Videtur Abia ex parte sperasse in Deo, sed imperfectè, atque ex alia parte timuisse videns tantam hostiũ turbam, ideo persuasit eis, ne contra se inirent conflictum. *art.* 13. Contra Dominum Deum. *Ducem exercitus sui Abias, & Dominum & Deum esse hostibus enunciabat, ut qui illum tanquam Deum non diligerent, saltem tanquã Dominum formidarent; ut sic, si non amore, saltem timore nollent cum exercitu tanti ducis præliari.*

2. Paral 13. nu. 12.

815 *Secundo Paral.* 13. Percussit ergo eos Abia, & populus eius plaga magna, & corruerunt vulnerati ex Israel quingenta millia virorum fortium. *n.* 17. *Carthusianus.* Apparet, quòd de exercitu Abiæ nullus corruerit, ideo victoria illa fuit evidenter miraculosa. *art.* 13. *Primus in persequendo hostes Abia fuisse refertur, ut illius fortitudo describatur, qui exemplo suo totum exercitum excitavit, ut hostes fugientes sequeretur, quousque regnum tyranni ingressus tribus regni civitatibus captis, quasi triplici redimitus corona de tyranno in ipsius tyranni regno triumpharet.*

2. Paral 13. nu. 17.

Secundo Paral. 13. Nec valuit ultra resistere Ieroboam diebus Abia: quẽ percussit Dominus, & mortuus est. *n.* 20. *Carthusianus.* referens illud Mortuus est, *ad Abiam sic ait.* Abia namque fuit ingratus his tantis beneficijs Dei, nec permansit in eius obsequio. Ideo propter aliquas suas culpas à Deo plagatus est, & defunctus. *art.* 23. *Voluit Ieroboamus ultra Abiæ resistere: sed non valuit, quamvis enim resistendi haberet voluntatem, victus tamen in primo prælio contra victorẽ regem, resistendi non habuit potestatem.* 816

2. Paral 13. nu. 20.

Secundo Paral. 13. Reliqua autẽ sermonum Abiæ viarumq;, & operũ eius, scripta sunt diligentissimé in lib. Addo prophetæ. *n.* 22. *Carthus.* Liber non superest, & ex isto innotescit, quód sancti prophetæ cum ingenti diligẽtia conscripserunt facta regũ Israelitici populi tam bona, quám mala, non utiq; principaliter propter facta illa in se, aut propter reges, sed ad Dei honorem, in quãtum divina iustitia, aut pietas omnipotentis ostendebatur in factis illorum bonis, aut malis. *art.* 13. Reliqua autem &c. *Opera ergo Abiæ, & bona, & mala scripta fuisse ad honorẽ Dei memorantur; in quem & à Deo collata beneficia, & illata supplicia referentur; neque enim minor Dei gloria est, dum per iustitiam infert hominibus malè operantibus supplicia, quàm dum per misericordiã hominibus bene agentibus cõfert beneficia.* 817

2. Paral 13. nu. 22.

Ex Caietano Cardinali.

818 *Secundo Parad.* 11. Constituit verò in capite Abiam filium Maa-
2. *Paral* cha ducem super omnes fratres suos:
11. *nu.* ipsum enim regem facere cogitabat,
22. & quia sapientior fuit, & potentior su-
23. per omnes filios eius. *n.* 22. & 23. *Caietanus.* Hebraicé habetur: ut faceret regnare ipsum. Inchoavit enim regnum Abiæ filij, præferendo ipsum reliquis filijs. *ibi. Dum enim Abiam ducem inter fratres nominavit, eum regem inter fratres futurum designavit, neque enim tempore belli regia dignus esset dignitate, qui ducis non sciret experientia doctus, uti potestate.*

819 *Secundo Paral.* 13. Noster autem Dominus Deus est, quem non relin-
2. *Paral* quimus. &c. *n.* 10. *Caietanus.* Parvi
13. *n.* refert quód hebraicè habetur, & nos
10 Iehovah Elohe noster. *ibi. Tanta enim vnitas erat inter Abiam, qui more regis, per pronomen (nos) in plurali se significabat ex vna parte, & Deum ex alia; ac si unus, idemque dux, & gubernator, & rex esse videretur.*

820 *Secundo Paral.* 13. Ergo in exercitu nostro dux Deus est. *n.* 12. *Ca-*
2. *Paral* *ietanus.* Hebraicé habetur, & ecce
13. *nu.* nobiscum in caput Elohim, qui verè
12. est Elohim. *Gloriabatur Abia, quòd in societate militari Deum haberet ducem, qui socius suorum factus contra hostes illius vellet vnà cum suis militare, ut sic quisque suorum tantum secutus ducē gloriosè de hostibus triumpharet.*

Tertio Regum 15. Ambulavitque 81.
in omnibus peccatis patris sui, quæ
fecerat ante eum; nec erat cor eius 3. *Reg.*
perfectum cum Domino Deo suo, 15. *n.* 3
sicut cor David patris eius. Sed & 4.
propter David dedit ei Dominus Deus suus lucernam in Ierusalem, ut suscitaret filium eius post eum. *n.* 3. & 4. *Caietanus.* Apertè dicitur, quòd non propter paterna merita regnavit iste, sed propter merita Davidis. *ibi. Ergo Abia à Roboamo patre immediato acceperat mores: & à patre Davide remoto accipiebat honores; neque enim à Roboamo, qui nec de suis per benevolentiam; nec de se per pœnitentiam scivit regnare: potuit Abia vocabulum regium vendicare.*

Tertio Regum 15. Fuitque præ- 822
lium inter Abiam, & inter Ierobo-
am. *num.* 7. *Caietanus* Hoc præli- 3 *Reg.*
um diffusè scribitur Secundo Paral. 15. *n.* 7
13. vbi confidentia istius Abiæ in summo Deo narratur causa præclaræ victoriæ. *Ad locum lib. 3. Reg. cap. 15. De Ieroboamo tyranno Abia rex cæsis quingentis millibus, & ipso fugato rege triumphavit: quia victoriam, non sua fretus potentia, sed divina nixus benevolentia, speravit.*

SONVS

SONVS OCTAVVS

Abiathar.

Ex Divo Hieronymo.

823 *rimo Regum* 23. Porro eo tẽpore, quo fugiebat Abiathar filius Achimelech ad David in Ceilam, ephod secum habens descenderat. *n.* 6. *D. Hieronymus.* Ephod illud erat, quod Moyses iubente Domino fecerat, in quo erat doctrina, & veritas; in quo etiam consuluit sacerdos Dominum. *in quaest. Hebr. Devotus profectò Abiathar fuisse ostenditur, qui ad Davidem fugiens, ephod non sine periculo mortis secum asportavit, cùm relicto hoc habitu, mortem quam minister Saulis omnibus ephod inductis inferebat, faciliùs posset declinare; ut qui mallet, si opus esset, potiùs vitam cum morte, quam sacra cum prophana veste commutare.*

1 *Reg.* 23. *n.* 6

824 *Tertio Regum* 23. Percussit ergo vterque fœdus coram Domino: mãsitque David in sylva: Ionathas autem reversus est in domum suam. *n.* 18. *D. Hieronymus* Percussit igitur vterque Ionathas scilicet, & David fœdus coram Domino, idest coram Abiathar Sacerdote, qui portabat ephod. *in quaestio. Hebr. Dum enim Abiathar indutus ephod fœderi assistebat, Deum ipsum futurum fœderis testem referebat; vnde fœdus coram eo initum, coram ipso Domino fieri dicebatur.*

3 *Reg.* 23. *nu.* 18.

825 *Tertio Regum* 2. Responditque rex Salomon; & dixit matri suæ: Quare postulas Abisag, Sunamitidẽ Adoniæ? Postula ei & regnum: ipse est enim frater meus maior me, & habet Abiathar Sacerdotem, & Ioab filium Sarviæ. *n.* 22. *D. Hieronymus.* In Hebræo ita habetur; & Abiathar Sacerdoti & Ioab filio Sarviæ: quod ita intelligendum est: postula ei, idest Adoniæ, & Abiathar sacerdoti, & Ioab filio Sarviæ regnum. *in quaest. Hebr. ad hunc locum. Ita enim Adonias Sacerdotem Abiathar, & Ioab ducem diligebat, ut regnũ sibi datum, non solùm sibi, sed & amicis concessum reputaret, quòd nempe non solus, sed unà cum illis amicis gubernaret*

3 *Reg.* 2. *n* 22

Ex D. Chrysostomo.

P*rimo Regum* 22. Et ait David ad Abiathar: Sciebam in die illa, quód cùm ibi esset Doeg Idumæus, proculdubio annuntiaret Sauli; ego sum reus omnium animarum patris tui. Mane mecum, ne timeas: si quis quæsierit animã meam, quæret animam tuam, mecumque servaberis. *à num.* 22. *D. Chrysostomus.* Quando Sacerdos, qui impias regis manus effugerat cladem luctuosissimam annuntiavit Davidi, erupit in amarissimam illam vocem: Ego sum causa mortis tot animarum. Itaque Abiathar iugiter cum illo congressus, nihil aliud erat, quàm luctus illius, ac mæroris monumentum. Cúm enim in illum intuebatur, semper versabatur illi ante oculos necatio illa sacerdotum: & huius sibi causam imputans reis omnibus infeliciús degebat. *lib.* 3. *de Provid. Dei* 826.

1 *Reg.* 22 *nu.* 22.

Mane mecum ne timeas. *n.* 23. *Socius enim factus Davidis regis à Deo pro impio rege successuri designati, non debuit impium regem iam timere, sed spe in Deum firma salutem semper sperare.*

Ex Hugone Cardinali.

827 1 Reg. 23. n. 6 Primo Regum 23. Porro eo tempore, quo fugiebat Abiathar filius Achimelech ad David in Ceilam, ephod secum habens descenderat. *n.* 6. *Hugo Card.* Dixerat auctor quód David consuluit Dominum, & posset aliquis quærere: quomodò consuluit Dominum, an per se, an per alium? Et determinat hoc, dicens, quód per Abiathar, qui cúm fugeret, alijs sacerdotibus interfectis, secum detulit ephod, in quo Dominum consulebat pro David quādo opus erat. *ibi. Abiathar fugiens, ephod secum deferebat, ut si fortè à militibus Saulis regis comprehenderetur, eos habitu religionis ad cōmiserationem provocaret. Vel, ut tanti vestimenti, iussu Dei à Moyse olim facti, reverentia tacti milites à cæde Abiatharis abstinerent.*

828 1 Reg. 30. n. 7 *Primo Reg.* 30. Et ait ad Abiathar sacerdotem filium Achimelech: Applica ad me ephod, & applicavit Abiathar ephod ad David. *n.* 7. *Hugo Card.* Applica ad me ephod, id est, mihi: id est propter me indue ephod. Vel aliter. Hebræi dicunt, quòd in logiō, quod erat in ephod deprehendebatur, si Deus esset propitius populo: & ideo dixit David: Applica ad me ephod: idest accede ad me, ut videam si Deus sit propitius nobis. Vel potest dici, quód duo ephod erant, scilicet propheticum, & pontificale. Prophetico utebantur minores sacerdotes, & prophetæ & reges. Vnde secundo Regum
2 Reg. 6. 6. dicitur, Porro David erat indutus ephod lineo. De isto dicit hìc: Applica ad me ephod, ut indutus eo oraret Deum, dum Abiathar cōsuleret Dominum. *ibi.* Applica ad me &c. *Sciebat enim David se à sacerdote illo adeo diligi, vt non tam ad orandum pro se ipso sacerdote, quám ad deprecandum pro Davide rege, & vestimentū sibi, & animum Deo vellet applicare.*

Secundo Reg. 15. Venit autem Sadoc sacerdos, & universi Levitæ cum eo, portantes arcam fœderis Dei & deposuerunt arcam Dei: & ascendit Abiathar donec expletus esset omnis populus, qui egressus fuerat de civitate. *Hugo Cardinalis.* Deposuerunt arcam. Glossa ut ab Abiathar Sacerdote consuleretur Deus, quò ire deberet David, & ascendit. Glossa ad orationem, ut ab omnibus videri posset. *ibi.* Et ascendit. *Vt dum corpore ascendebat, ascenderet animo, ut ita & externo, & interno habitu, qui primus erat inter omnes ecclesiastica dignitate, primus esse videretur in religiosa pietate.* 829 2 Reg. 15. nn. 24.

Tertio Reg. 2. Abiathar quoque Sacerdoti dixit rex: Vade in Anathoth ad agrum tuum, equidem, vir mortis es; sed hodie te non interficiam, quia portasti arcam Domini Dei coram David patre meo, & sustinuisti laborem in omnibus, in quibus laboravit pater meus. *num.* 26. *Hugo Card.* Quasi diceret. Recede à Sacerdotio; & vade laborare, ut rusticus, in agrum tuum. *ibi. Abiathari, quem dicebat morte dignum, duplicem veniæ causam rex Salomon assignavit, Dei scilicet, & patris sui regis obsequium. Obsequium Dei, primum posuit, dicens,* Quia portasti arcam Domini. *Obsequium regis secundò memoravit, dicens,* & quia sustinuisti laborem, *ut ostenderet se, non tam regis patris sui, quàm Dei Domini sui motum causa, vitam Abiathari morte digno condonare.* 830 3 Reg. 2. n. 26

Ex

Ex Lyra.

831 Primo Regum 22. Evadens autẽ unus filius Achimelech, cuius nomen erat Abiathar, fugit ad David, & enuntiavit ei, quòd occidisset Saul Sacerdotes Domini. *nu.* 20. *&* 21. *Lyra.* Effugerat, ut per David tutaretur, propter quem domus patris sui destructa fuerat. *n. suo* 6. *Fugit ad Davidem, sciebat enim Davidẽ fore gratum, ac proinde sperabat in se filio obsequia patris sui Davidi facta, à Davide fore beneficijs compensanda.*

1 *Reg.* 22. *nu.* 20. *&* 21.

832 *Secundo Regum* 15. Venit autem & Sadoc Sacerdos, & universi Levitæ cum eo, portantes arcam fœderis Dei, & deposuerunt arcam Dei: & ascendit Abiathar, donec expletus esset omnis populus, qui egressus fuerat de civitate. *n.* 24. *Lyra.* Et ascendit Abiathar. Scilicet ad consulendum Dominum se applicavit; quia erat tunc sacerdos principalis. Sed tunc non habuit responsum, per quod cognovit David Deum adhuc non esse placatum erga ipsum, propter quod societate arcæ reputavit se indignum, & ideo eam humiliter remisit ad tabernaculum, vnde fuerat assumpta. *n. suo* 3. Ascendit. *Vt ab omnibus sequentibus regem David in oratione positus videretur, exemploque suo omnes ad orandum Deum, ut regi, regemque sequentibus auxiliaretur, excitaret.*

2 *Reg.* 15. *nu.* 24.

833 *Tertio Regum* 4. Sadoc autem, & Abiathar Sacerdotes. *n.* 4. *Lyra.* Hoc videtur esse contra illud, quod dictum est secundo cap. quòd Salomõ eiecit Abiathar à sacerdotio dicens: Vade in Anathoth ad agrum tuum. Dicendum, quòd ipsum revocaverat, ut ministraret in templo, & viveret de altari, non tamen ad summum sacerdotium, & hoc fuerat prædictum Heli primo lib. 2. cap. *n. suo* 4. *Ergo Salomon rex Sacerdotem Abiathar, morte dignum propter conspirationem contra se ipsum regem factam, in exilium amandavit; sed postea clementia motus eundem ab exilio revocavit, non tamen eum ad pristinum summi Sacerdotis restituit dignitatem; ne sententiam à se datã quasi iniustam revocare, sed quasi rigorosam, iustè tamen latam, videretur temperare.*

3 *Reg.* 4. *n.* 4. 3 *Reg.* 2. 1 *Reg.* 2.

Ex Abulensi.

Primo Regum 22. Evadens autem vnus filius Achimelech, cuius nomen erat Abiathar fugit ad David *n.* 20. *Abulen.* Cùm occiderentur Sacerdotes, evasit de eis unus filius Achimelech, scilicet Abiathar, qui postea fuit summus Sacerdos. Potuit autem iste fugere de illis sacerdotibus, qui fuerunt præsentes Sauli, quando Doeg occidit octoginta quinque, & fortè etiam iste erat vestitus ephod cum alijs, & quia servi regis nolebant mittere manus suas in Sacerdotes, quamquam viderent aliquem fugientem, non curabant tenere illum. *quæst.* 31. *Vnus erat Abiathar, sed qui multorum instar erat virtute meritorum, quam proinde ex multis Deus voluit reservari, ut Sacerdos magnus effectus, Davidi regi unitus, pro rebus ipsius regis Deum exoraret.* 834

1 *Reg.* 22. *nu.* 20.

Primo Regum 22. Fugit ad David. *n.* 20. *Abulensis* Non habuit Abiathar alium locum securiorem, ad quem fugeret, quàm ad David; quia si fugisset ad aliquam partem terræ Israel, caperetur, & occideretur, cùm rex iussisset occidi omnes, qui erant in vrbe Nobe, & iste erat unus de illis. In regna autem extranea, ut in terram Philistinorum ire non audebat, quia illa erat terra hostilis. *quæst.* 31. 835

1 *Reg.* 22. *nu.* 20.

Deinde sic progreditur. Ad David autem securè fugit propter duo: primò quia David non obediebat Sauli sed 836

1 *Reg.* 22. *nu.* 20.

ſed erat hoſtis eius, ideo manente ibi Abiathar, quamquám aliquis eum quæreret ad occidendum ex parte Saulis, David non traderet eûm ibi. Secundum erat quia David videbatur teneri nimis Abiathar propter patrem ſuum: quia pater ſuus Achimelech fuerat amicus David; & dederat ei panes, & gladium, & conſuluerat Dominum pro illo: & ad ultimum ipſe cum tota cognatione ſua perierat propter David: ergo nimis tenebatur David Abiathar. *quæſt.* 31. *A rege, per Deum reprobato, ad regem ab ipſo Deo electum, Abiathar fugere curavit, intellexit enim Saulem propter ipſius demerita fore regno ſpoliandum; Davidem veró propter ipſius virtutes ad regiam dignitatem ſublimandum.*

837 1 *Reg.* 22. *nu.* 21. *Primo Regum* 22. Et annuntiavit ei quòd occidiſſet Saul Sacerdotes Domini. *nu.* 21. *Abulenſis.* Iſte enim primus retulit David de occiſione ſacerdotum, cúm celeriter veniſſet ad eum: & nunciavit ei tam de ſacerdotibus, quám de civitate: & quomodo omnia, quæ ad illos pertinebant, conſumpta fuerint. *q.* 31. *Primus Abiathar Davidi ſtragem illorum ſacerdotum tragicam annunciavit quia cùm mortis timor pedibus eius adderet alas, præ omnibus iter acceleravit.*

838 1 *Reg.* 22. *nu.* 22. *Primo Regum* 22. Et ait David ad Abiathar ego ſum reus omnium animarum patris tui. *nu.* 22. *Abulenſis.* Dicitur reus, quia propter ipſum Saul occidit omnes viros de domo Achimelech. Pro hoc autem tenebatur David Abiathar, & quibuſcunq; ſuperſtitibus de familia Achimelech: & ſic ſuſcepit Abiathar benevolè: & propter hoc dixit ei, quód erat reus omnium animarum patris ſui: ut per hoc intelligeret Abiathar, quód propter iſtam obligationem David eſſet magis ſollicitus pro eo. *q.* 34. Ego ſum reus omnium animarum patris tui, *Filios, patris animas appellabat, eos enim pater quaſi animas, quæ paternum animarent corpus, diligebat.*

Primo Regum 22. Mane mecum, ne timeas. *num.* 23. *Abulenſis.* Ideſt mane in cometiva mea; habebat enim iam David ſexcentos viros, quod patet quia ſequenti capite dicitur quòd egreſſi ſunt de Ceila David, & ſexcenti viri ſui. Dixit autem; ne timeas, ſcilicet non timeas Saulē, quaſi diceret; ego liberabo te á Saule. Putabat enim Abiathar, quód Saul perſequeretur eum vbicunque eſſet, eo quód iuſſerat occidi omnes Sacerdotes de urbe Nobe. Cum David autem non poterat eum perſequi, eo quód David liberaret eum à morte. *q.* 34. Mane mecum, ne timeas. *In meam aſcriptus ſocietatem Saulis deponito timorem. Hoc unum tibi opus eſt: in mea ſocietate permanere: ſocietatis enim meæ miles factus contra tyrannum Saulem, omneſque eius milites prævalebis.* 839 1 *Reg.* 22. *n.* 23. 1 *Reg.* 23.

Primo Regum 22. Si quæſierit animam meam, quæret, & animam tuam, mecumque ſervaberis. *n.* 23. *Abulen.* Quia ego pugnabo pro anima tua ſicut pro anima mea. In hoc autem obligabat ſe David nimis Abiathar, & erat illud propter duo. Primó, quia erat nimis obligatus David Abiathar propter patrem ſuum, & omnes cognatos; qui mortui fuerant pro eo, quos ipſe à morte eripere non potuit. Pro iſto igitur, quem apud ſe habebat, pugnaturus erat vſque ad mortem, ne quis eum pro hac cauſa moleſtaret. *q.* 34. 840 1 *Reg.* 22. *nu.* 23.

Deinde ſic progreditur. Secundò hoc faciebat, quia ad eum confugerat. David enim habebat robur ſuum in multitudine eorum, qui confugerant ad ipſum: pro quorum ſingulis ſi ipſe ad mortem non ſe exponeret, cùm opus eſſet, omnes eum deſererent: ideo pro quolibet eorū ſe debebat David opponere, ſic autē erat de Abiathar, quia confugerat ad eum. *quæſt.* 34. *Magnum Abiathar* 841 1 *Reg.* 22. *nu.* 23.

Sacer-

Sacerdoti David ostendebat amorem, animam suam Abiatharis animam appellabat.

842 *Primo Regum* 23. Porro eo tempore, quo fugiebat Abiathar filius
1 Reg. Achimelech ad David in Ceilam,
23. n.6 ephod secum habens descenderat. *n.* 6. *Abulen.* Apparet verisimilius, quód Abiathar non stabat cum illis 85. sacerdotibus, qui occisi sunt coram Saule á Doeg; quia si ibi fuisset non ivisset in Nobe: sed verisimile est fuisse eum in Nobe: & quando Saul misit ad destruendum vrbem, ipse fugit inde. Nam si fuisset coram Saule, & fugisset á facie eius, non venisset ad aliquem locum, ut aliquid ferret secum: sed potiús curaret vitam salvare fugiens illico ad David; & non potuisset portare secum ephod: portavit tamen illud: ergo non erat cum illis, sed in Nobe quando fugere cæpit. *q.* 10.

843 *Et pauló infra sic ait.* Abiathar
1 Reg. ergo non ivit cum alijs sacerdotibus
23. n.6 coram Saule, sed mansit in vrbe Nobe: & forté ad ministrandum, quia necesse erat manere aliquos sacerdotes ad ministrandum in sanctuario alijs euntibus ad regem. Qui cúm vidisset quòd urbs vastari incipiebat, arripiens ephod fugit. *quæst.* 10. *Cùm alij Sacerdotes á Saule rege vocati ad Saulem regem festinarent: solus Abiathar mansit in urbe Nobe, in qua erat sanctuarium, vt ibi, deficientibus alijs, obsequiosus Deo ministraret; & ideo meruit non solùm á morte, quam Saul alijs intulit, liberari; sed ad supremam summi sacerdotis gloriam sublimari.*

844 *Primo Regum* 23. Ephod secum
1 Reg. habens descenderat. *n.* 6. *Abulensis.*
23. n.6 Quæret aliquis quare Abiathar potiùs duxit secum ephod, quám aliquid alterum? *Et infra sic respondet.* Dicendum igitur, quòd Abiathar duxit secum ephod specialiter propter multa. Primò, ut ex hoc significaretur ipsum esse summum sacerdotem. Nam mortuo Achimelech, patre Abiathar, succedebat ipse in summo sacerdotio, cùm nullus esset maior inter filios eius, quia omnes mortui erant. Vestes tamen pontificales pertinebant ad solum summũ sacerdotem: Abiathar ergo tulisset secum omnes vestes sacerdotales, si potuisset: quia tamen velociter fugiebat, non poterat ferre, quia esset magna sarcina: tulit igitur eam, quæ erat præcipua inter pontificales vestes, scilicet ephod: & ista erat pretiosior alijs propter lapides pretiosos quos habebat, ut patet Exod. cap. 28. *q.* 11.

Deinde secundam apponit causam, dicens. Alia causa, & præcipua erat, 845
quia Abiathar fugiebat de vrbe sua Exod.
propter mortis periculum; & cùm c. 28.
iam moraturus esset in terra aliena 1 Reg.
profugus semper, cavens, ne eum 23. n. 6
Saul per insidias caperet, imminebãt ei magna pericula: & quia ad hæc magna prudentia non sufficit, voluit habere divinum consilium; habebãt autem summi sacerdotes responsum Dei in omnibus, quæ petebant, præsente ephod: ideo cùm ipse posset consulere Deum in omnibus periculis suis, portavit ephod. Nihil enim sibi vtilius esse poterat in omnibus quæ erant in vrbe Nobe. Et sic nõ curavit aliud secum ducere, nisi ephod. *q.* 11.

Tandem tertium ponit causam, & sic ait. Alia causa fuit propter David 846
Cùm enim elegit Abiathar fugere 1 Reg.
de vrbe Nobe, disposuit venire ad 23. n. 6
David; & quia David erat in quotidianis periculis sicut Abiathar, eò quód Saul insidiabatur, ut caperet eum, erat valde conveniens David, ut haberet in quo consuleret Dominum: sed hoc non poterat esse nisi habendo ephod: ideo Abiathar curavit potiús secum ducere ephod quàm aliquid alterum. *q.* 11. Ephod secum habens. *Ac sic non pluris se ipsum faceret, quàm ephod sui honoris insigne æstimaret, quod proinde unà secum desce-*

deferebat.

847 *Primo Regum* 23. Quod cúm David rescisset, quia præpararet ei Saul
1 *Reg.* clam malum, dixit ad Abiathar sa-
23. *n.* 9 cerdotem: Applica ephod. *num.* 9, *Abulen.* Hic recurrit David ad divinum consilium; quia audierat, quòd Saul quæreret ei malum occultè, & nesciebat, an verum esset: & si expectaret vsque quò sciret via humana, forte irrueret priús super eũ Saul, quám ipse cognosceret, & tunc non esset locus effugiendi. Voluit ergo scire hoc per divinam consultationem, ut haberet tempus ad providendum sibi. *quæst.* 12. *Sapesæpius David Dominum consulebat, legatum enim secum habens Abiathar summum sacerdotem, missis ad Deum, acceptisque à Deo epistolis amorem suum erga Deum sui ipsius amatorem ostendebat, & divinũ erga se favorem procurabat.*

848 *Primo Regum* 23. Applica ephod.
1 *Reg.* *n.* 9. *Abulensis.* Induaris tu ephod,
23. *n.* 9 & maneas iuxta me, ut sic ego consulam Dominum. *quæst.* 7. *Et infra, agens de modo, quo per applicationẽ ephod consulens Deum, sciebat quid esset futurum, sic ait.* Fiebat quæstio in scripto, & respondebatur in scripto, & ista fuit positio Rabbi Abenazra, pro quo ipse præsupponit quòd intra plicaturam rationalis erant laminæ aureæ inscriptæ divinis nominibus: & illæ faciebant reddi responsum, scilicet quód charta illa, in qua erat scripta quæstio, ponebatur inter laminas illas: & cúm post paucum educeretur charta, reperiebatur ibi responsio scripta. *quæst.* 7. *David ergo per Abiathar Sacerdotem, quasi per mediatorem inter Deum, & hominem quæstiones in rebus dubijs proponebat, & per eundem veras Dominus responsiones Davidi proferebat.*

849 *Primo Regum* 30. Et ait ad Abia-
1 *Reg.* thar Sacerdotem filium Achimelech:
30. *n.* 7 Applica ad me ephod. Et applicavit
& 8. Abiathar ephod ad David, & consuluit David Dominum, dicens. *n.* 7. & 8. *Abulensis.* Iste erat, per quem ipse solebat consulere Dominum, ut 1 *Reg.*
patet supra nu. 23. Nam habebat 30. *n.*
secum ephod, in quo Deum consu- 23.
leret. Erat autem iste Abiathar semper cum David. Nam quocumque ille iret; sive ad bellum, sive ad alia loca, ibat cum illo. Sic dixit Salomõ ad Abiathar 3. lib. cap. 2. Vir mortis es: sed hodie non te interficiam: quia portasti arcam Dei coram David patre meo, & sustinuisti laborẽ in omnibus, in quibus sustinuit pater meus. *quæst.* 5. *David devotus erat; ideoque sacerdotem. per quem singulis quibusque diebus posset consulere Dominum, secum semper adducebat.*

Secundo Regum 8. Et regnavit 850
David super omnem Israel: facie- 2 *Reg.*
bat quoque David iudicium, & iu- 8. *n.* 15
stitiam omni populo suo, Ioab autẽ 16. &
filius Sarviæ erat super exercitum: 17.
porro Iosaphat filius Ahilud erat à commentarijs: & Sadoc filius Achitob, & Achimelech filius Abiathar, erant sacerdotes. *numer.* 15. 16. & 17. *Abulensis ex aliorum sententia.* Dicitur quòd Achimelech filius Abiathar factus est sũmus sacerdos, quia fortè Abiathar erat senex, & non poterat ministrare: ideo filius eius efficiebatur summus sacerdos ad ministrandum, ut suppleret locum patris; & tamen quandiu viveret pater, ipse vocaretur summus sacerdos. *quæst.* 24.

Deinde aliam prabet responsionem, 851
quam dicit veram. Videtur dicendum,
quód cúm Abiathar fuisset cum Da- 2 *Reg.*
vid in omnibus laboribus suis, & 8. *à nu.*
consuluisset pro eo Dominum sæpe, 15.
diligebat eum David nimis, & volebat illum habere semper apud se in consiliarium: vnde non poterat ire in sanctuarium ad ministrandũ. Erat autem sanctuarium in Galaon: David autem semper morabatur extra locum illum in Hierusalem: ideo voluit, quód filius eius consecraretur in summum Sacerdotem ad ministrã-

niſtrandum loco patris: ut ille poſtea ſemper maneret cum David: & tamen ipſe pater retinebat ſibi dignitatem. Vnde poſt hoc vocabatur ſummus ſacerdos Abiathar, ut patet ſequenti lib. cap. 1. *quæſt.* 24.
lib. 3. Reg. cap 1. *Ergo Abiathar filium ſuum Achimelechum in pontificis ſummi dignitate, dum adhuc viveret, conſtituit ſucceſſorem, retento tamen ſibi dignitatis vocabulo, ut ſic deobligatus ad exhibendam in ſanctuario reſidentiã, poſſet abſq; ullo ſcrupulo in curia apud regem præbere aſſiſtentiam.*

852 *Primo Regum* 15. Venit autem Sadoc ſacerdos, & univerſi Levitæ
1 Reg. 15. nu. 24. cum eo, portantes arcam fœderis Dei, & depoſuerunt arcam Dei; & aſcendit Abiathar, donec expletus eſſet omnis populus, qui egreſſus fuerat de civitate. *num.* 24. *Abulenſis* Aſcendit ad locum ubi erat arca. Nam ipſa depoſita fuit in aliquo loco alto, & Abiathar aſcendit ad eam ad conſulendum Dominum coram illa. *q.* 29.

853 *Et infra ad illud.* Donec expletus &c. *num.* 24. *ſic ait.* Ideſt tamdiu
1 Reg. 15. nu. 24. aſcendit Abiathar, uſque quó perfectè tranſivit torrentem Cedron omnis populus, qui egreſſus fuerat de civitate, ut iret cum David, ſcilicet quia toto iſto tempore ſtetit coram arca Abiathar. Vel aliter, & meliùs, quód Abiathar aſcendit, ſcilicet in aliquem locum altum, quando populus incæpit tranſire torrentem Cedron, ut videret, qui tranſibant: & an aliqui manebant non tranſeuntes cum rege: cúm autem expletus eſſet populus, deſcendit. *quæſt.* 30. *Cùm regem, ſuóſque omnes, antequàm flumen tranſirent, in periculo videret, ad orationem ante arcam ad Deum placandum omnibus recurrebat: ſciebat enim in arca clauſum eſſe firmiſſimum, præſidiũ, quod aperta per orationis clavem arca, Deus oranti ſolebat elargiri.*

854 *Secundo Regum* 17. Et ait Chuſai
2 Reg. 17. nu. 15. Sadoc, & Abiathar ſacerdotibus; Hoc, & hoc modo conſilium dedit Achitophel Abſalon, & ſenioribus Iſrael: & ego tale, & tale dedi conſilium. Nunc ergo mittite citò, & nunciate David &c. *à n.* 15. *Abulenſis.* Sadoc, & Abiathar ſacerdotibus. Iſti duo erant ſacerdotes magni, quibus David commiſit curam nunciandi ei id, quod fieret per Abſalonem ſupra 15. Et manebant iſti in Hieruſalem ex parte David, cum quibus locutus eſt Chuſai, habito conſilio, num mitterent filios ſuos ad nunciandum iſtud David. *quæſt.* 10. 2 Reg. 15.

855 *Et infra ad illud.* Abiit ancilla & nunciavit eis; & illi profecti ſunt, ut referrent ad regem David nuncium. *n.* 17. *ſic ait.* Miſſa eſt quædam ancilla de domo Sadoc, & Abiathar ad illos duos iuvenes, ut referret eis, quæ dixerat Achitophel, & Chuſai: non fuit autem miſſus aliquis vir ad tollendum ſuſpicionem: quia portæ urbis, & in circuitu cuſtodiebantur valde: ut nemo poſſet exire ad nunciandum aliquid David: & adhuc illa puella, quæ ivit ad enunciandum his viris, tollebat ſuper caput pannos, quaſi vadens; ut lavaret in fonte Rogel: quia erat ibi ager fullonis. *quæſt.* 11. *Igitur Abiathar Abſalonis conſilia ſibi per Chuſai Abſalonis conſiliarium aperta, Davidi per filium ſuum Ionatham manifeſtare curabat; ſciebat enim nullum eſſe flagitium, immo opus eſſe iuſtitiæ, regi legitimo, ac naturali domino, tyranni regnum occupare volentis ſecreta revelare.* 2 Reg. 17. nu. 17.

856 *Secundo Reg.* 19. Rex verò David miſit ad Sadoc, & Abiathar ſacerdotes, dicens: loquimini ad maiores natu Iuda, dicentes: cur venitis noviſſimi ad reducẽdũ regem in domũ ſuam? Sermo autẽ omnis Iſrael pervenerat ad regem in domo eius,) *n.* 11. *Abulenſis.* David voluit reducere ad ſe Iudam: & ad hoc voluit, quòd Abiathar, & Sadoc, qui erant ſacerdotes magni, tractarent illud negocium cum tribu Iuda: 2 Reg. 19. nu. 11.

& hoc quia erant viri nimis excellentes, scilicet summi sacerdotes, qui principes populi nominabantur Act. 22. Et ob hoc non misit
Act. 22
alios de servis suis ad tribum Iudæ: & quia isti duo non erant nunc cum David; sed manserant in Hierusalem, misit alios nuncios ad ipsos in Hierusalem, ut ipsi irent ad totam tribum Iuda, & tractarent de reductione regis. *q.* 8.

2 Reg. 19. n. 11. *Et deinde sic progreditur.* Alia etiam causa erat quare isti ibant, scilicet quia isti non fuerant partiales: vel saltem non se ostenderant: sed manserunt in Hierusalem custodiendo arcam; omnes autem alij servi David fuerant partiales: quia nunc fuerant cum David cõtra Absalonem: vnde magis erubescerent viri Iuda, si venirent illi ad tractandum; quám venientibus Abiathar, & Sadoc. *quæst.* 8. *Pacis legatus merito constituitur Abiathar, qui in neutram belli partem inclinasse videbatur; ut sic adversarios Davidis iam pro Davide declaratus faciliùs ad subiectionẽ Davidis regis inclinaret.*

857 *Tertio Regum* 1. Et sermo ei cum Ioab filio Sarviæ, & cum Abiathar sacerdote, qui adiuvabant partes Adoniæ. *num.* 7. *Abulensis.*
3 Reg. 1. n. 7.
Quæretur, quomodò Adonias elevabatur, ut regnaret, quia non competebat ei regnum? *Et sic respondet.* Habebat secum adiutores magnos, scilicet Ioab principem exercitus; & Abiathar summum sacerdotem, quorum favore, & potentia totum populum sibi conciliare putabat: ideo licet non deberetur sibi regnum ex iure, per favores putabat illud adipisci. *quæstione* 9. *Cùm totum regnum ex duobus statibus constaret, scilicet sæculari, & ecclesiastico, totum ad se facilè alliciendum Adonias reputabat, cùm vtriusque status principes, suos inter fautores reputaret, quisquis enim ex vtroque statu, exemplo principis sui excitatus, Adoniam in regem vellet acceptare.*

Tertio Regum 1. Et sermo ei &c. 858
supra num. 7. *Abulensis.* Quare Adonias volebat habere aliquos partiales secum? *Et sic respondet.* Si Adonias non habuisset aliquem competitorem in iure regni, sed pacificé posset regnare, non accepisset aliquos, qui faverent parti suæ specialiter: Eó quòd totus populus assentiret sibi, & non haberet aliquẽ contradictorem: habebat tamen Adonias competitorem, scilicet Salomonem, cui competebat ius regni ex duobus, scilicet ex promissione Dei, & ex iuramento patris. Credidit autem quód ille repugnaret ipsi nimis, & quód multi adhærerent illi, eò quód habebat ius: ideo antequam aliquid ageret, quæsivit fautores partis suæ, scilicet Ioab & Abiathar, ut ipsi resisterent omnibus insurgentibus ex parte Salomonis. *quæst.* 16. *Cùm tunc Adonias esset, Davidis regis primogenitus, cur sibi fautores, ut in regnum patri succederet, continuis sermonibus perquirebat? Quia putabat faciliùs sibi regnum assequẽdum per amicitiæ favorem, quàm per iuris rigorem.*
3 Reg. 1. n. 7.

Tertio Regum 1. Et sermo ei &c. 859
num. 7. *Abulensis.* Quæretur, cur voluit Adonias suscipere Abiathar in partem suam: & quare Abiathar voluit esse cum Adonia? Ad primũ respondendum, quia Adonias voluit habere Abiathar in fautorem, eò quòd ille erat nimis acceptus apud David: quia fuerat cum eo in omnibus tribulationibus: & erat nunc vir potens in Israel, cùm esset summus sacerdos, cuius erat magna potestas, & honor, ut declaratum est Num. 25. Etiam quia summi sacerdotes erant iudices maximi, & populus tenebatur sequi iudicium illorum sub pœna mortis, Deut. 17. Ideo per illum posset totus populus conciliari Adoniæ, declarante Abiathar, quód Adonias esset
3 Reg. 1. n. 7.
Num. 25.
Deu.

860 esset verus successor David. q. 18.

Posteasic progreditur, respondendo ad quaestionem. Quare Abiathar vo-
3 Reg. 1.n. 7. luit esse cum Adonia? Abiathar voluit fovere partem Adoniæ, ut ille etiam foveret partem suam. Nam pronunciatum erat, quòd domus Heli sacerdotis periret, & tolleretur
1 Reg. 2. sacerdotium de illa, primo Reg. 2. Et incæperat iam ista destructio quando occisi sunt sacerdotes Nobe, primo Reg. 22. timebat autem
1 Reg. 22. Abiathar quod propter prophetiam illam Salomon auferret ei summum sacerdotium: ideo voluit nunc favorem quærere cum Adonia: ut quamquam postea prophetæ dicerent, Abiathar abijciendum de summo sacerdotio, Adonias propter affectionem non expelleret eum. *quæst.* 18.

861 *Et paulò infra.* Potest autem dari alia causa tam de Ioab, quàm de A-
3 Reg. 1.n. 7. biathar, quare adhæserint Adoniæ, scilicet quia isti desiderabant præcellere alios in honore. Erat autem propinqua mors David, in qua novus rex sumendus erat, & illi, qui à principio favissent ei ante susceptum regnum maximè honorarentur ab eo postea: ideo isti duo, ut essent maximi in domo Adoniæ, incæperunt nunc favere ei antequam esset rex. Adhæserunt autem potiús Adoniæ, quàm alteri; quia putaverunt istum potiús futurum regem, quàm alium: vel quia forté ab isto magis diligebantur, & poterant faciliús habere favorem eius. *quæst.* 18. *Ergo Abiathar contra divinam promissionem de regno Salomoni factam, conferebat Adoniæ favorem, á quo contra divinam comminationem de auferendo sacerdotio ab illo favorem sperabat, ut sic iniusto favore quasi anticipato pretio iniustum favorem compararet.*

862 *Tertio Regum* 1. Adhuc illo lo-
3 Reg. 1.n. 42 quente, Ionathas filius Abiathar sacerdotis venit: cui dixit Adonias: Ingredere, quia vir fortis es, & bona nuncians. *num.* 42. *Abulensis.* Iste erat unus de exploratoribus David, quando Absolon erat in Hierusalem: & referebant iste, & Achimaas filius Sadoc ad regem notitiam eorum, quæ fiebant in Hierusalem, ut patet secundo Regum 17. Iste autem fuerat ad videndum illum clamorem, qui fiebat in vnctione Salomonis, & venit ad nunciandum coram Adonia: quia pater suus Abiathar summus sacerdos fovebat partem Adoniæ. *in quæst.* 42. *Ionathas Abiatharis filius sollicitus pro patre, qui contra Salomonem Adoniæ favebat, vbi primùm cognovit, quòd tubæ clamor Salomonem à Davide patre regem declaratum indicabat, festinus hoc Adoniæ venit nunciare, ut ipsese cum patre suo Adoniæ fautore à periculo mortis posset, priusquam à Salomone comprehenderetur, liberare.* 2 Reg. 17.

Tertio Regum 2. Abiathar quoque sacerdoti dixit rex: Vade in Anathoth ad agrum tuum, equidem vir mortis es; sed hodie te non interficiam, quia portasti arcam Domini Dei coram David patre meo, & sustinuisti laborem in omnibus, in quibus laboravit pater meus. *num.* 26. *Abulensis.* Dignus morte quia commiserat crimen læsæ maiestatis, eo quòd conspiraverat cum Adonia contra Salomonem ut patet supra, cum dixit Salomon de Adonia: Habet Abiathar sacerdotem, & Ioab filium Sarviæ. *quæstione* 28. 863 3 Reg. 2.n. 26

Et paulò infra. Salomon imposuit nunc Abiathar pænam exilij, scilicet quòd iret in Anathoth, & nō rediret in Hierusalem, ne maneret in curia, nec etiam introiret in sanctuarium ad ministrandum. *Et adhuc inferiùs.* Et quia Abiathar commiserat crimen læsæ maiestatis, occidendus erat, nisi misereretur eius Salomon. *q.* 28. 864 3 Reg. 2.n. 26

Et ad illud, Quia portasti arcam 865

3 Reg. 2.n.26 Domini Dei tui &c. *num.* 26. *sic ait Abulensis.* Ponit hîc Salomon aliquas causas, quæ moverunt eum ad mittendum Abiathar, & una fuit, quia portavit arcam Davidi. Istud fuit quando David egressus est de Hierusalem fugiens à facie Absalonis. Nam tunc Abiathar, & Sadoc summi sacerdotes portaverunt arcam
2 Reg. 5. Davidi 2. Reg. 5. *q.* 28. Vir mortis es. *Qui enim adversùs regem, cui Deus regnum promiserat, cum Adonia cupiente regnum occupare per tyrannidem, ausus fuerat conspirare, debebat non ampliùs respirare ad vitam, sed per mortem violentam spirare.*

866 *Tertio Regum* 2. Abiathar quoque sacerdoti &c. *num.* 26. *Abulensis.*
3 Reg. 2.n.26 Quæretur an peccaverit Salomon, auferendo summum sacerdotium ab Abiathar? *Et sic respondet.* Non peccavit, quia cúm posset Salomon occidere eum iustè, á fortiori poterat infligere ei quamlibet aliam pænam, quia quælibet alia pæna est minor, quàm mors. Causa autem, pro qua privavit eum, fuit quia Abiathar commisit crimen læsæ maiestatis, scilicet, quia cum Adonia, & Ioab participabat in machinationibus, & conspirationibus contra Salomonem: & pro isto crimine quilibet meretur mortem. *q.* 31. Sed quia portasti arcam &c. *Neque enim erat consentaneum gladio præscindi, vel fune astringi collum, quod sacra arca iugo meruit, non tam onerari, quàm honorari.*

867 *Tertio Regum* 2. Eiecit ergo Salomon Abiathar, vt non esset Sa-
3 Reg. 2.n.27 cerdos Domini; ut impleretur sermo Domini, quem locutus est super domum Eli in Silo. *nume.* 27. *Abulensis.* Quæretur quomodo est ve-
3 Reg. 4. rum, quòd Salomon eiecit Abiathar de summo sacerdotio, nam infra 4. cap. dicitur, quòd sacerdotes Salomonis erant Sadoc, & Abiathar? *Et respondet ex sententia aliorum.* Aliqui volunt quód iste Abiathar privatus fuerit á Salomone, & postea fuerit ei reconciliatus, & restitutus in gradum pristinum. *quæst.* 33. *Sed non placet hæc solutio Abulensi, unde docet illud quod dicitur primo Regum cap.* 1 Reg. cap. 4.
4. *intelligi de principio regni Salomonis, antequam Salomon Abiatharem pro commisso crimine damnaret. Ergo Abiathar à Salomone numquam fuit in pristinum statum restitutus, ne, qui ante pœnam à Salomone inflictam, contra ipsum conspiraverat, iterum in pristino honore positus, pœnæ memor, & veniæ immemor, iterum contra Salomonem conspiraret.*

Tertio Regum 2. Dixitque ei 868
rex: Fiat sicut locutus es, & interfice eum, & sepeli, & amovebis sanguinem innocentem, qui effusus est á Ioab, á me, & à domo patris mei. *num.* 31. *Abulensis.* Quæretur quare Salomon non pepercit Ioab imponendo ei minorem pænam, licet esset reus mortis? nam sic fecit cum Abiathar, qui erat morte dignus: & tamen noluit occidere eum Salomon propter obsequia, quæ fecerat patri suo: Ioab tamen plura obsequia fecerat David, quia omnia bella eius faciebat, & acquisivit ei magnam gloriam, ut patet ex processu præcedentis libri, ideo potiùs ei miserendum erat? 3. Reg. 2. nu. 31.

Sic respondet. Maiora obsequia præstiterat Ioab Davidi, quàm Abiathar: tamen erant multa ex parte Ioab, quæ obstabant vitæ eius, quæ non obstabant Abiathar: nam Abiathar non fecerat alia peccata, nisi quòd læserat maiestatem regiam conspirando contra Salomonem, & quia ista erat iniuria personalis, poterat ipse remittere eam: Ioab autem fecerat alia peccata, scilicet, quia occiderat Amasan, & Abner, & Absolonem: ideo licet possit Salomon remittere ei, quòd contra eum conspirasset: tamen non poterat remittere peccata facta contra alios. *q.* 29. 869 3 Reg. 2. num. 31.

Deinde

870 *Deinde sic progreditur, respondens eidem quaestioni.* Item dignum erat misereri Abiathar pro peccatis factis contra Salomonem, eò quòd David non iusserat illum occidi: de Ioab tamen iusserat specialiter, quòd occideretur: ideo nolebat quòd obsequia ei facta proficerent ad excusandum mortem eius, & ob hoc Salomon non parceret ei, ut obediret patri: dato quòd aliás intenderet misereri Ioab. Item Ioab erat magnum scandalum ipsi Salomoni, si viveret: quia poterat ei insidiari ad auferendum regnum, adhærendo alicui de filijs David maioribus Salomone, quia Ioab erat valde potens, ideo ut auferret timorem, occidit ipsum; secus autem erat de Abiathar, quia ille non erat vir tám potens, & paucum scandalum poterat venire per ipsum, ideo permisit illum vivere. *quaest.* 39. *Ex duobus adversus se conspirantibus pro Adonia rex Salomon alteri vitam contulit, alteri mortem intulit, ut in uno suae manifestaret misericordiae pietatem, & in altero suae ostenderet iustitiae potestatem.*

3 *Reg.* 2. *n.* 31

871 *Primo Paral.* 15. Vocavitque David Sadoc, & Abiathar sacerdotes. *nume.* 11. *Abulensis.* Abiathar autem erat filius summi sacerdotis Achimelech, & fuit ad David in persecutione Saulis, primo Reg. 22. Et habuit eum tanquam summum sacerdotem; nam per eum consulebat Dominum in rationali; & ephod, primo Regum 23. & 30. Et tamen istis ornamentis non vtebatur aliquis, nisi summus sacerdos. Exod. 28. *quaestio.* 13. *Et ad caput* 18. *super illud.* Sadoc autem filius Achitot, & Achimelech, filius Abiathar sacerdotes. *n.* 16. *Docet tunc temporis fuisse duos summos sacerdotes, scilicet Sadoc, & Abiathar, & sic ait.*

1 *Paral* 15. *nu.* 11. 1 *Reg.* 22. 1 *Reg.* 23. & 30. *Exod.* 28. 1 *Paral* 18. *nu.* 16.

872 Erat Sadoc sacerdos in regno Isboseth; & Abiathar erat sacerdos in regno David, cùm veró totum regnum traditum fuit David: erant isti duo summi sacerdotes in regno suo: & ipse nullum eorum voluit amovere. Et ratio fuit, quia David noluit amovere Sadoc á summo sacerdotio, eó quòd competebat ei secundùm legem, cùm esset de linea primogenitorum; etiam secundùm prophetiam Dei competebat sibi: quia Deus pronunciaverat Eli summo sacerdoti, quód propter peccata filiorum suorum, quia ipse noluit corrigere eos, auferretur sacerdotium de domo sua, & Deus faceret sibi alium sacerdotem, in cuius domo maneret sacerdotium in æternum: & iste erat Sadoc, qui factus est sacerdos magnus, occiso Achimelech, ideo non ausus est David amovere eum á summo sacerdotio, *q.* 32.

1 *Paral* 15. *nu.* 11.

Deinde sic progreditur idem Abulensis. Etiam non amovit Abiathar: quia erat filius summi sacerdotis: & exercuerat coram eo officium summi sacerdotis, consulendo sæpe Dominum, & vtendo vestibus pontificalibus: etiam David erat nimis obligatus ipsi Abiathar; primò propter patrem suum Achimelech, qui tempore famis, & necessitatis magnæ dedit ei panes, & gladium Goliath. primo Reg. 21. secundò quia Abiathar fuit semper cum David in omnibus laboribus eius, ut patet 3. Regum 2. Ideo David noluit privare eum honore suo, faciendo quód careret summo sacerdotio, sed potiùs statuit, quód essent semper duo summi sacerdotes: unus de domo Eleazar, & alius de domo Ithamar. *q.* 32. Vocavitq; &c. *Vtrumque sacerdotem summum David ad arcæ portationem vocavit, ne, si solum Abiatharem vocaret, solum à se factum sacerdotem honorare velle videretur; & ne, si solum Sadoc vocaret, ingratus sacerdoti, sibi in laboribus socio, esse crederetur. Duos summos sacerdotes in regno conservavit, ut vtriq; regiam dum ostenderet benevolentiã, ipsorũ erga se benevolentiam conservaret.* 873

1 *Paral* 15. *nu.* 11. 1 *Reg.* 21. 3 *Reg.* 2. 1 *Paral* 15. *nu.* 11.

874 *Primo Paral* 18. Achimelech filius Abiathar. *n.* 16. *Abulen.* Quia
1 Paral Abiathar erat sacerdos; provenie-
18 nu. bat summum sacerdotium post mor-
16. tem eius ad filium suum Achimelech, & ideo vivente eo aliquando ministrabat, & sic dicebatur Achimelech filius Abiathar summus Sacerdos: & aliquando ipse Abiathar; & fortè communiter ministrabat Achimelech pro patre suo Abiathar, quia ille erat occupatus in negotijs alijs. *quæst.* 33. *Achimelech ergo filius Abiatharis summus sacerdos dicebatur, eò quòd officio patris summi Sacerdotis fungeretur, & merito, ut cui dignitatis officium erat oneri, dignitatis vocabulum esset honori.*

875 *Primo Paral.* 27. Et Abiathar.
num. 34. *Abulensis.* Habuit autem Da-
1 Paral vid istum Abiathar nimis sibi fami-
27. nu. liarem, quia fecit eum sibi consilia-
34. rium, ut patet hìc, & propter hoc tantùm erat Abiathar occupatus circa opera regis, & familiaritatẽ suam, quòd parum vacabat officio summi sacerdotis: ideo filius eius Achimelech loco eius fungebatur sacerdotio. *quæst.* 34. *Et pauló inferiùs.* Vixit iste Abiathar etiam post mortem David, cum regnaret Salomon, & vivendo David circa mortem eius: cum Adonias elevaretur, & diceret, ego regnabo: Abiathar fovit partem eius 3. Regum cap. 2. Propter hoc Salomon habuit eum exosum, & cùm iam mortuus esset David, & regnaret Salomon; adhuc Adonias conabatur regnum obtinere. Et quia iste Abiathar adhuc favebat sibi: deposuit eum Salomon de summo sacerdotio, & misit ipsum in exilium. *q.* 34.

876 *Quem David rex inter consiliarios statu supputavit, rex Salomon in exilium in quo vitam finiret, emandavit. Et quidem meritò, quia Abiathar iste semel dum rex David viveret pro Adonia contra Salomonem, ne hic rex fieret, & iterum post mortem Davidis pro eodem Adonia contra ipsum Salomonem regem acclamatum, ne in regni possessione persisteret, in idem rebellionis crimen relapsus, conspiravit.*

Ex Divo Dionysio Carthusiano.

Primo Regum 22. Mane mecum, ne timeas: Si quis quæsierit 877
animam meam, quæret & animam
tuam, mecumque servaberis. *n.* 23. 1 Reg.
Carthusianus. Idest tam charus, & fa- 22. nu.
miliaris eris mihi, quòd si quis vo- 23.
luerit occidere te, ita accipiam hoc, ac si me velit occidere. Vel sensus est, erimus unius consortij, & unum in Domino, ita quód qui quæsierit nocere uni, quæret nocere & alteri, mecumque servaberis, quia ego, & qui mecum sunt, te defendent. *art.* 39. Mane mecum ne timeas. *Habens enim pium regem sui defensorem; impium regem non timet in se invasorem.*

Primo Regum 30. Et ait ad Abia- 878
thar Sacerdotem filium Achime-
lech: Applica ad me ephod; & ap- 1 Reg.
plicavit Abiathar ephod ad David, 30. n. 7
& consuluit David Dominum. *à n.* 7. *Carthusianus.* Ex his sumitur argumentum, quòd princeps non debeat bellum movere, Domino inconsulto sed ipsum rogando, ut per se, aut per suum vicarium dignetur sibi ostendere, an debeat pugnã movere; & tunc Dominus ei inspirabit, seu vicarius Dei exponet, an iustam habeat causam, quam si habuerit potest pugnare; si vicarius, aut alij non queunt componere. Si veró iniusta sit eius causa præcipiat Dominus per suum vicarium, ut non moveat prælium. *art.* 49. *Abiathar dum regis quæsita Deo, Deique responsa regi annunciabat, inter utrumque mediatoris munus adimplebat.*

Secundo Regum 15. Et ascendit 879
Abia-

2 *Reg.* Abiathar, donec expletus esset om-
15. *nu.* nis populus, qui egressus fuerat de
24 civitate. *n.* 24. *Carthu.* Ascendit Abiathar, qui erat tunc pontifex, & coram omnibus ascendit ad orandũ iuxta arcam: ut consuleret Dominũ, quid esset ipsi David agendum. Ascendit autem, donec omnes transierunt, ut sic seorsum oraret devotiús. *art.* 24. *Solus Abiathar ascendisse dicitur, cùm omnis populus ascendisse ad eundem montem intelligatur, ut in eo non tam corporis, quàm animi ascensus demonstretur.*

880 *Tertio Regum* 1. Et sermo eius cum Ioab filio Sarviæ, & cum Abia-
3 *Reg.* thar sacerdote, qui adiuvabant par-
1. *n.* 7. tes Adoniæ. *nu.* 7. *Carthu. exponens*
& 18. *etiam illud,* Et ecce nunc Adonias regnat, te, Domine mi rex, ignorante. *n.* 18. *sic ait.* Idest consilio, atque auxilio Ioab principis militiæ, atque Abiathar pontificis præcipué utebatur. Ioab enim in civilibus, & bellicis rebus fuit summus post regem & Abiathar in spiritualibus, ac divinis, sicque per Ioab speravit acquirere assistentiam militum, & per Abiathar, sacerdotum, ac Levitarũ, *art.* 1.

881 *Deinde sic progreditur idem Carthusianus.* Dicitur quoque quòd Io-
3 *Reg.* ab suspicabatur regem vindicaturũ
1. *n.* 7. in se iniquitatem, quam commisit
& 18. in Abner, & Amazam, quos proditorié interfecit, & quòd rex filio sibi succedente in regno vltionem illã committeret, ideo voluit sibi mercari favorem filij regnaturi, ne puniretur ab eo. Similiter de Abiathar fertur, quòd noverat Deum dixisse ad Eli, quòd sacerdotij dignitas trãsferenda esset à posteris suis, Abiathar autem descendit ab Eli, idcirco ne sacerdotio privaretur, voluit novi regis favorem mereri. *art.* 1. Ecce nunc regnat. *Qui enim pro se simul, & sæcularis status, & status ecclesiastici principes vendicabat, ita eorum favore de regno obtinendo certus esse poterat, ac si iam tunc regio sederet throno, & regnaret.*

Tertio Regum 2. Abiathar quoq; 882
sacerdoti dixit rex: Vade in Ana-
thoth ad agrum tuum, & quidẽ vir 3 *Reg.*
mortis es: sed hodie te non interfi- 2. *n.* 26
ciam, quia portasti arcam Domini Dei coram David patre meo &c. *á num.* 26. *Carthusianus.* Idest de hac civitate regali recede, & habita in parvo oppido, seu villulo sacerdotum, & ibi egredere ad agrum, quẽ habes in suburbanis loci illius ad spatiandum, atque ad intuendum pecora tua. *art.* 3.

Et ad illud. Sed hodie &c. *num.* 883
26. *sic ait.* Idest pro malo præterito
tibi ignosco, si tamen de cætero tale 3 *Reg.*
quid attentaveris, faciam te occidi. 2. *n.* 26
eodem art. Et tandem ad illud. Quia portasti &c. *Et ad illud etiam.* Eiecit ergo Salomon Abiathar, ut non esset Sacerdos Domini, *sic ait.* Vt pontificali officio ampliùs non fungeretur, immo ne sacerdotali: Veruntamen postea fecit ei clementiam, admittendo ipsum ad sacerdotale officium *art.* 3. Hodie te non interficiã. *Vt ostenderet rebellionis crimen morte dignum, semel tantùm commissum vix á clementissimo principe demittendum, iterum tamen patratum, fore etiam ab eodem principe severissimè puniendum.*

Ex Caietano Cardinali.

Primo Regum 23. Porro eo tem- 884
pore, quo fugiebat Abiathar
filius Achimelech ad David in Cei- 1 *Reg.*
lam, ephod secum habens descende- 23. *n.* 6
rat, *num* 6. *Caietanus Card.* Hebraicè habetur, Ephod descendit in manu sua. Ad significandum, quód non vestitus ephod venerat, sed portans secum illud. *ibi* Ephod secum habẽs. *Ferens secum ephod sui honoris insigne, cum rationali lapidibus ornato pretiosis, satis gravi, non potuit adeo expeditus fugam, ut mortem evaderet, accelerare:* *sed*

sed ambitiosus maluit honoris dispendiũ, quàm vitæ periculum declinare.

885 *Primo Regum* 23. Dixit ad Abiathar sacerdotem. Applica ephod. *n.* 9. *Caietanus.* Iam præsente sacerdote non consuluit David Deum, nisi per sacerdotem. Applica ephod, procul dubio tibi induendo illud, ut in habitu sacro sacerdos consuleret Deum. *ibi. Abiathar inter Deum & regem interpretis officio fungebatur, Christi summi pontificis typus expressus, ut qui divinam, & humanam linguam sciret; humanaque Davidis verba in divina apud Deum, divina autem Dei verba in humana apud hominem commutaret.*

1 Reg. 23. n. 9

886 *Secundo Regum* 15. Et ascendit Abiathar, donec expletus esset omnis populus, qui egressus fuerat de civitate. *n.* 24. *Caietanus.* Durante transitu populi, Abiathar sacerdos ascendit mente ad supplicandum Deum coram arca, procul dubio pro Davide. *ibi. Ascendit Abiathar coram arca, Deum oraturus, sciebat enim orationem optimam esse clavem ad aperiendam arcam, in qua quasi in sacrario, manna, Eucharistiæ symbolum, servabatur, ut sic rex exercitum suum, si non esu, saltem aspectu divini illius viatici posset recreare.*

2 Reg. 15. nu. 24.


Tertio Regum 2. Abiathar quoq; sacerdoti dixit rex: Vade in Anathoth ad agrum tuum &c. *n.* 26. *Caietanus.* Quã ob causam Abiathar esset dignus morte, nullibi invenio. Aduvisse enim Adoniam ante quã rex David promulgasset Salomonem in regem, non erat dignum morte: eó quód adiuvabat eum, qui ius primogeniti habebat. *ibi. Salomon non culpam Abiatharis, sed pœnam mortis, qua eum dignum esse dicebat, explanavit; sciebat enim Abiathari fore pati pœnã, quàm meruisse, minùs, utpote qui non tam pœnam pro culpa, quàm culpam, propter quã pœna ei imponebatur, sentiret. Pœnæ causam non detegit Salomon: causam tamen aperit venia, ut doceret demeritum punitionis, quantum fieri posset, occultandum, meritum verò absolutionis aperiendum.* 887

3 Reg. 2. n. 26

SONVS IX.

Abidan.

Ex Abulensi.

888 

Num. 1. Eruntque vobiscum principes tribuum, ac domorum in cognationibus suis, quorum ista sunt nomina. *n.* 4. & 5. *Et infra.* De Beniamin Abidan filius Gedeonis. *n.* 11. *Et adhuc inferiùs.* De filijs Beniamin per generationes, & familias, ac domos cognationum suarum recensiti sunt nominibus singulorum á vigessimo anno, & supra, omnes, qui poterant ad bella procedere triginta quinque millia quadringenti. *num.* 36. & 37. *Abulensis.* Sunt omnes isti fratres ex eadem matre, scilicet ex Rachele: fuit enim Benia-

Num. 1 n. 4. & 5. n. 11

Num. 1 n. 36 & 37.

Beniamin filius secundus, & ultimus Rachelis. Ista est summa filiorum Beniamin. *quæst.* 23. *Felix profectò dux Abidan fuit, qui in exercitu suo tot fratres, fraterna se invicem dilectione amantes, & amoris vinculo colligatos una eademque voluntate pugnantes numerabat. Quos enim; etiam innumerabiles hostes, non everteret exercitus iste, quem fraterna tot militum charitas sic armabat.*

889 *Num.* 7. Die nono princeps filiorum Beniamin, Abidan filius
Num. 7 *à n.* 60 Gedeonis, obtulit acetabulum argenteum, appendens centum, triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos, ad pondus sanctuarij, vtrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium: & mortariolum aureum, appendens decem siclos, plenum incenso: bovē de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum: hircumque pro peccato: & in hostias pacificorum boves duos, arietes quinq; hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Abidan filij Gedeonis. *à num.* 60. *Abulensis.* Quilibet istorum princeps erat unius tribus: ut vocaret secum ad cibos saltem principales illius tribus, scilicet principes familiarum, ac domorum: & pro his erant necessaria multa animalia: offerebat ergo quilibet multa, scilicet decem, & septem. *q.* 16. *In holocaustum Abidan princeps tria animalia Deo consecravit, ut in vno Deo, in cuius honorem hoc sacrificium offerebat, tres divinas esse personas significaret. Vnū tamen animal solùm pro peccato libabat, ut ostenderet, se non peccatis peccata per relapsum additurum, sed vbi primum aliquod commisisset peccatum, statim illud sacrificio, à se oblato, expiaturum.*

890 *Num.* 7. Die nono princeps filiorum Beniamin, Abidan filius Ge-
Num. 7 *à n.* 60 deonis obtulit &c. *à n.* 60. *Abulensis.* Nam quilibet die sua offerebat. Fuerunt autem oblationes omniū principum æquales, tam in muneribus auri, & argenti, quàm in animalibus oblatis: & hoc videtur fuisse factum ex conventione inter ipsos, ne aliquis appareret cæteris gloriosior, & ex hoc haberetur occasio æmulationis, si tamen non convenissent super hoc: aliquis eorum vellet cæteros superare; addens muneribus eorum: & dato quòd non æmularētur in alterutrum gloriam desiderātes, tamen non contingeret quòd omnes æqualiter offerrent: quia aliquis eorum à principio apud se offerendorum quantitatem disponens, plus, aut minùs, quàm alij apparasset: ideo contingeret alterum ab altero, in quantitate munerum superari; sed omnes fuerunt æquales per omnia: ergo ex conventione mutua, & priori deliberatione ista sic facta sunt. *q.* 16. Die nono &c. *Æqualitas munerum, æqualitatem morum in principibus ostendebat, neque enim solùm quisque eadem Deo munera offerebat, sed & eodem voluntatis affectu se ipsum cum eisdem muneribus Domino consecrabat.*

Num. 7. Die nono &c. Abi- 891
dan obtulit. *num.* 60. *Abulensis.* Iste
erat vltimus in vexillo Efraim, quia *Num.* 7
erat vltimus filius Rachelis; fuerūt *à n.* 60
autem tres positi sub eodem vexillo, quia pertinebant ad eandem matrem, scilicet ad Rachelem: & ut meliùs convenirent propter dilectionem; decuit eos simul poni. *q.* 17. *Sub uno, eodemque vexillo, & Efraim, & Manasse, & Beniamin vnum exercitum componebant: quorum primus, & secundus aviam, tertius matrem Rachelem venditabant, ac proinde quasi omnes essent eiusdem matris filij, arctissimo amoris vinculo colligati, sub uno, eodemque vexillo militabant.*

Num. 7. Die nono &c. *à n.* 60. 892
Abulensis. Sed quærat aliquis, cúm
isti principes obtulerint sacrificia *Num.* 7
omnium generū, & in quolibet sacri- *à n.* 60.
ficio ponerent de omnibus animalibus, quæ licebat offerri, quare nō obtulerunt sacrificium de avibus; nam ita poterat offerri holocaustū de

Levi. 1 de volucribus; sicut de pecoribus, ut patet Levit. cap. 1. *Et sic respondet.* Isti principes erant valde divites, quòd satis significatur in magnificis eorum sacrificijs auri, & argenti, & pecorum: ideó non obtulerunt turtures, vel pullos columbæ, quæ pertinebant ad sacrificia pauperum. *quæst.* 11. *Princeps ergo Abidan non obtulit aves, quas solùm homini pauperi licebat offerre, ne clarum vocabulum principis oblatione illiberali dehonestaret, sed magnifico munere principis nomen, non vacuum, sed plenum se habere ostenderet.*

893 *Num.* 7. Hircum pro peccato. *n.* 64. *Abulensis inquirit,* Quare non obtulerit potiús arietem pro

Num. 7 nu. 64. peccato? *Et sic respondet,* Quia aries erat offerendus pro peccato cum aliquis abstulerat quidquam de rebus sacris, vel invenerat eam, & nō reddiderat tempore debito, & sic de multis alijs casibus qui habentur Le

Lev. 5 vit. cap. 5. & in lib. Num. cap. 5.

Num. 5 Principes autem non erant sibi conscij alicujus talis criminis: ideo non conveniebat offerre arietem. Manebat ergo solus hircus, quia Levit 4.

Levi. 4 iubetur, quód cùm princeps populi peccaverit offerat hircum: isti autem erant huiusmodi: ergo sola oblatio hirci eis convenit. *quæst.* 14. *Hircum pro peccato Abidan princeps Domino offerebat, licet enim tunc nullius peccati sibi conscius esset: tamen aliquod peccatum à se commissum olim cogitabat; pro cuius pleniori expiatione hircum pro peccato secundum legem offerendum Domino dedicabat.*

Ex Carthusiano.

Num. 7. Die nonô princeps filiorum Beniamin Abidan filius Gedeonis obtulit &c. *à n.* 60. 894

Carthusianus. Obtulit autem unus quisque principum acetabulum argenteum, per quod discretus confessor significatur, qui confitentes examinat, an bene dispositi sint ad offerendum Deo se ipsos, & sua. Per phialam designatur prudens, & eruditus consultor, ac informator, qui instar phialæ angustiatur intus in se, sed dilatatur in Domino. Mortariolum, per quod vir patiens designatur, qui ictibus adversitatum percutitur &c. *art.* 14 *Princeps ergo Abidā non pauciora, quàm quisque aliorum principum Deo obtulit, munera dedicavit; ne in divino obsequio alijs cedere videretur; nec plura, ne in divino obsequio se velle alijs excedere crederetur.* Num. 7 à n. 60

SONVS X.

Abiezer.

Ex Hugone Cardinali.



895 Iudicum 6. Spiritus autē Domini induit Gedeō, qui clangens buccina

Iudicū. 6. n. 34 convocavit domum Abiezer, ut sequeretur se. *num.* 34. *Hugo Card.* Convocavit domum Abiezer de cuius familia ipse erat. Dicit glossa septuaginta, & vocavit post

post se *A*biezer, qui scilicet nusquã erat, interpretatur autem Patris mei auxilium. Non ergo vocavit aliquẽ hominem, sed Patris summi videtur vocasse auxilium. *ibi. Optimus dux milites ex eadem familia, & sibi, & inter se ipsos coniunctos sanguine, ad bellum invitabat, ut amore mutuo, & eiusdem voluntatis vinculo omnes unirentur, facilèque hostes dividerent, nec ab hostibus dividerentur.*

Ex Lyra.

896 Iud. 8. num. 2. **I***udicum* 8. Nonne melior est racemus Ephraim vindemijs *A*biezer? *n.* 2. *Lyra.* Exercitum denominat Abiezer, cuius domum vocaverat ad prælium, ut sic ex humilitate etiam non adscribat sibi victoriã dictæ multitudinis, sed alteri. Vel potiùs quia ipse Gedeon erat de familia *A*biezer; & ideo factum illud non attribuit sibi, sed toti familiæ ab *A*biezer denominatæ. *n. suo* 3. *Prudentissimus sané dux consanguineos sibi milites elegit, ut quisque pro consanguineo sanguinem fundere paratus esset: hostiumque sanguinem effundere, ne alicuius consanguinei effũderetur sanguis, totis viribus procuraret.*

Ex Abulensi.

897 Iosu. 17 num. 2. Nu. 26. **I***osue* 17. Filijs *A*biezer. *n.* 2. *Abul.* *A*biezer, à quo familia *A*biezeritarum, iste vocatur, Ieser, & familia sua Ieseritarum. Num. 26. *quæst.* 1. *Ad locum Iosue. Abiezer inter filios Manasse filij Iosephi tertius supputatur, à quo familia Abiezeritarum sumpsit vocabulum, ut omnes illius familiæ homines sui principis nomine honorarentur.*

898 Iud. 6. nu. 34. *Iudicum.* 6. Spiritus autem Domini induit Gedeon, qui clangens buccina convocavit domum Abiezer, ut sequeretur se. *num.* 34. *Abulensis.* Quamquam nullus elegisset Gedeonem in ducem belli, ipse se fecit ducem: quia Deus incitabat eum, & vocavit domum Abiezer, idest, familiam Abiezer. Ista est familia Ezri, de qua supra dicitur; quæ aliquando vocatur Abiezeritarum, & aliquando Ezritarum secundúm quòd ipse, qui est caput familiæ, habet multa nomina. *quæstione* 42.

Et infra sic progreditur. Vocavit autem illos, qui erant de ista domo 899 quia erant cognati sui: & promptiùs Iud. 6. venirent ad adiutorium eius, quàm nu. 34. de alijs familijs vel tribubus. Vt sequeretur se. Idest ut irent quocumque ipse iret, quia nondum fuerat aliquid præconsiliatum de bellando: nec sciebant isti de domo Abiezer, quid facturi essent: ideo tanquám nesciẽtibus loquebatur, quòd sequerentur eum. *q.* 42. *Cum dux à populo Gedeon vellet acclamari, propinquos à principe Abiezer progenitos ad bellum primos convocavit; sciebat enim ab eis amore propinquitatis ductis prompto animo se in ducem eligendum, feliciterque cum illis dilectione mutua se invicem adiuvantibus, & amore sui ducis demicantibus, bellum quod intentaverat, gerendum.*

Iudicum 8. Nonne melior est 900 racemus Ephraim vindemijs Abiezer? *num.* 2. *Abulensis.* Hìc magis Iud. 8. extollit Ephraitas dicens. Melior est num. 2 racemus Ephraim, idest, modicum de Ephraim, quàm vindemia Abiezer, idest, quàm multum de tribu Manasse. Ista litera ponitur ad significandum excellentiorem esse tribum Ephraim tribu Manasse, & familia Gedeonis: ut sic Ephraitæ videntes se de hac victoria magis laudari quàm Gedeon, qui erat præcipuus auctor, quiescerent. *quæst.* 6.

Et infra sic progreditur Abulensis. Et potest introduci dupliciter, 901 uno

uno modo, quòd racemus Ephraim, idest, paucæ personæ de Ephraim erant meliores, quám tota vindemia Abiezer, idest, quám omnes viri de familia Abiezer. Ista est familia, de qua erat Gedeon, ut patet
Iud. 6. supra Iud. 6. Et nominavit istã familiam, & non totam domum Manasse, ne videretur gravare familias alias Manasse, subijciendo illas in laude Ephraitis. Contra suam autem familiam confidens loquebatur, putans, quòd ex hoc non gravarentur. Vel quia Ephraitæ putarent, satis sibi esse ad suam exaltationem, quòd præponerentur familiæ, de qua erat Gedeon, qui erat victor. Vel forté quia illi tercenti viri, qui steterunt soli contra Madianitas erant de familia Abiezer, & istud est verisimiliùs. Aliter potest introduci litera scilicet. Melior est racemus Ephraim, quám vindemia Abiezer, idest, paucæ personæ occisæ ab Ephraim sunt maioris ponderis, quám omnes, quos occiderunt filij Manasse. *Et* intelligitur hoc de Oreb, & Zeb regibus Madian: quos occiderunt Ephraitæ. In manibus vestris tradidit Dominus principes Madian Oreb, & Zeb, supra *n.* 3. *q.* 6.

902 Iudi. 8. num. 3. *Abiezeritarum quilibet, instar omnium Ephraimitarum, à Gedeone dictus fuisse videbatur: idque maximè Ephraimitarum quemlibet alienæ gloriæ invidum torquebat; dum solam Abiezeris domum ad bellum à Gedeone vocatam fuisse considerabat; ergo Gedeon, vt invidiam Ephraimitarum semoveret, illorũ quemlibet instar omnium Abiezeritarum esse astruebat.*

903 1 Paral 7. n. 18 *Primo Paral* 7. Soror autem eius Regina peperit virum decorũ, & Abiezer, & Mohola. *numer.* 18. *Abulensis*. Fuit iste vir per excellentiam decorus, ideo scriptura vocavit eum decorum sub nomine communi: & non curavit de nomine proprio. In Hebræo tamen habetur Seor; & dicunt Hebræi, quod est nomen proprium viri: potest tamen significare pulchritudinem, vel esse nomen viri. Hieronymus tamen accepit pro nomine pulchritudinis, Hebræi autem pro nomine proprio & secundúm Hieronymum dicetur, quòd vir iste decorus erat Abiezer, qui in litera ponitur, & sic erant duo filij istius fæminæ Reginæ, scilicet Abiezer, & Mohola. *q.* 6.

Addit tamen Abulensis. Abiezer non est ille, de quo dicitur Iudicum 904 1 Paral 7. n. 18 Iudic. 8
8. Non ne melior est racemus Ephraim vindemijs Abiezer? Nam accipitur ibi Abiezer pro quodam capite familiæ unius in tribu Manasse Num. 26. Et ille fuit filius Galaad, Nu. 26
ut patet ibidem: iste autem fuit filius sororis suæ Reginæ. *eadem q.* 6. Soror autem eius Regina peperit virum decorum, & Abiezer, & Mohola, *n.* 18.

Meritó Regina vocatur, quæ talem peperit puerum, qui non solum pulcher, sed ipsamet pulchritudo potuerit nominari; à quo proinde, ipsa mater pulchritudinis potuit appellari. Hoc autem vocabulum à nostro Abiezer, non semovebit, qui illum à Galaad patre, & à Regina matre agnoverit generatum, astruens Reginam, non fuisse Galaad sororem, sed sororem fuisse Manasse, qui fuit avus Galaad, hic enim patrem habuit Machir, qui fuit filius Manasse; vnde non sequeretur quòd noster Abiezer esset filius ex Galaad & sorore ipsius Galaad, quæ Regina dicebatur, procreatus, sed ex eadem Regina, quæ esset soror avi Galaad, & ab ipso Galaad fuisset generatus. 905

Alter etiam fuit vir nomine Abiezer de Anathoth, ut patet 2. Reg. 23. ibi. Abiezer de Anathoth. *num.* 27. *ad quem locum Abulensis*. Iste septimus fortis, & vocatur in Paral. Abiezer Anathothites, est autem Anathoth quidam locus parvus modicum distans à Hierusalem, scilicet, tribus milliarijs. *quæst.* 30. *Ergo iste Abiezer à patria cognominabatur, ut parvum oppidum, in quo editus fuerat, sua fortitudinis* 906 2 Reg. 23. nu. 27.

dinis gloria nobilitaret. Noster vero Abiezer nomen suum familiæ Abiezeritarum communicavit, ut illam pulcherrimo sui nominis signo honoraret.

Ex D. Dionysio Carthusiano.

907 Iud. 6. nu. 34. Iudicum 6. Spiritus autem Domini induit Gedeon, qui clangens buccina convocavit domum Abiezer, ut sequeretur se. *n. 34. Carthusianus.* Idest progeniem viri sic dicti, de qua domo fuit & Gedeon. Ideo tanquàm cognatos, vocavit imprimis, ut sequerentur se. *ibi art. 11. Sciebat enim milites ex vno, eodemque parente Abiezer progenitos, pro duce sui generis constantissimè pugnaturos; eodemque amoris vinculo colligatos, hostium cuneos facilè divisuros.*

Ex Caietano Cardinali.

Iudicum. 8. Nonne melior est racemus Ephraim vindemia Abiezer? *n. 2. Caietanus.* Elati viri Ephraim tumebant adversùs Gedeonem principem exercitus, & caput tantæ victoriæ; magnificè gesta ab eis, ut sic elatos mitiget, Non ne melior est racemus Ephraim vindemia Abiezer? Ipse enim erat ex progenie Abiezer. *ibi. Humilis profectò Gedeon nō solùm se ipsum, sed & omnem progenitoris sui domum submittebat; fortissimumq; inter suos, non posse cum debilissimo ex Ephraim conferri testabatur.* 908 Iud. 8. num. 2.

SONVS XI.

Abigail.

Ex Divo Ambrosio.



909 1 Reg. 25. nu. 32. & 33. Primo Regum 25. Et ait David ad Abigail: Benedictus Dominus Deus Israel, qui misit hodie te in occursum meum, & benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie ne irem ad sanguinem, & vlciscerer me manu mea. *n. 32. & 33. D. Ambrosius.* David armatam dexteram in indignatione compresserat: & quantò plus est non remaledicere, quàm non vindicare? Et bellatores adversùs Nabal ad vltionem paratos, Abigail deprecatione revocaverat. Vnde advertimus, tempestivis quoque intercessionibus, nō solùm cedere nos, sed etiam delectari oportere. Eò vsque autem delectatus est, ut benediceret intervenientem, quòd ab studio vindictæ revocatus foret. *lib. 1. de Officijs c. 21.*

Magnum est hoc Abigailis præconium. Eodem, quo Deum, ipsam David honorat benedictionis vocabulo, dicens, Benedictus Dominus Deus; & Benedicta tu. *Feminam, quæ illum à crimine vindictæ sumendæ revoca-* 910

revocaverat, non à se maledicto aliquo expellendam censebat, sed benedicta titulo excipiendam iudicabat.

Ex Divo Hieronymo.

911 Primo Regum 25. Misit ergo David, & locutus est ad Abigail,
1 Reg. ut sumeret eam sibi in vxorem. *n.*
25. nu. 39. *D. Hieronymus.* Abigail mortuo
39. viro nupsit David: illo enim vivente, virum David accipere non poterat: ne vocaretur adultera, si foret alteri viro sociata. *in Isaiam. cap. 29. v. 17.* Misit ergo. *Praemissa Nabalis morte missio ad accipiendam Abigail in vxorem, rectè infertur: neque enim missio ista similis fuit illi, de qua 2. Reg. 11.*
2 Reg. 11. à n. 3. Misit ergo rex &c. & tulit eam. *à n. 3. Hac enim illatio ex pulchritudine feminae visa non à logico; sed à lascivo illata fuit, in qua proinde inferenda David toto verè calo aberravit. Illa ex meditatione mortis collecta ostenditur, in qua proinde colligenda David optimam nubendi formam observavit.*

Ex D. Chrysostomo.

912 Primo Regum 30. Duae vxores David captivae ductae fuerant
1 Reg. Achinoã Iezrahelites, & Abigail vxor
30. n. 5 Nabal Carmeli, & contristatus est
& 6. David valde. *n. 5. & 6. D. Chrysostomus postquàm describit Davidem tanquàm rebellionis suspectum emissum fuisse à rege Achis, ne iret in bellum contra regẽ Saul sic ait.* Iverat ille quasi quieturus domi, maeroris praeteriti consolationem inventurus, vxores scilicet, ac liberos; cùm repenté audivit illos in servitium ab hostibus abductos, hausitque oculis ignẽ, fumũ, sanguinem, cadavera &c. *lib. 3. de Providentia.* Et contristatus est valde. *Davidis namq; magnitudo maeroris, magnitudine respondebat amoris, quo vxores duas adamabat, quarum captivitatem duplicato dolore plangebat.*

Ex D. Augustino.

Primo Regum 25. Cùm autem vidisset Abigail David, festinavit, & descendit de asino, & procidit coram David super faciem suam & adoravit super terram. *n. 23. D. Augustinus.* Occurrit Abigail vxor Nabal, & tulit ei necessaria, quae poposcerat: suppliciter eum rogavit, flexit, & à mariti sanguine revocavit. *tom. 10. serm. de Decollatione B. I. Bap. 11. cap. 2.* Super faciem suam. *Sic vultum modesta femina demittebat, ut regi loqueretur, ne pulchritudine decoris, sed prudentia oris Davidem iratum placasse videretur.* 913 1 Reg. 25. nu. 23.

Ex D. Gregorio Magno.

Primo Regum 25. Venit autem Abigail ad Nabal: & ecce erat 914
ei convivium in domo eius, quasi 1 Reg.
convivium regis, & cor Nabalis iu- 25. n.
cundum: erat enim ebrius nimis: 36.
& non indicavit ei verbum pusillũ, aut grande vsque mane. *nu. 36. D. Gregorius Magn.* Menti furore ebriae omne rectum quod dicitur, perversum videtur, vnde & Abigail Nabal ebrio culpam suam laudabiliter tacuit, quam digesto vino laudabiliter dixit: & idcirco malum, quod fecerat, cognoscere potuit, quia hoc ebrius non audivit. *Parte 3. curae past. ad. mo 17. Prudens enim femina, quae opus faciendum viro occultaverat, idem opus iam factum viro occultandum iudicavit, quia ipse antea iracundia, postea vino ebrius, minimé rectè de opere sentiret.*

Ex Ruperto Abbate.

Primo Regum 25. Viro autem suo 915
Nabal non indicavit. *n. 9. Ruper-* 1 Reg.
tus 25. n. 9

tus in lib. Reg. lib. 2. Salutis suæ vitum, aut venturæ iræ effugium qualiter inveniret, cum sola sapientia tractavit, á solo spiritu Dei consilium quæsivit. *cap.* 13. *Prudentissima sanè fœmina, quæ viro suo inscio munera regi deferenda paravit, utpote quæ sciret, virum suum avaritiæ morbo laborare, quem proinde oblatio munerum per uxorem Davidi facta occideret, ut venenum; ut remedium non sanaret.*

916 1 *Reg.* 25. *nu.* 18. *Primo Regum* 25. Festinavit igitur Abigail, & tulit ducentos panes & duos vtres vini &c. *num.* 18. *Rupertus.* Quæ autem sunt munera, cum quibus ad nostrum David ista festinavit Abigail? *Et sic respondet.* Illud præcipué munus, illa maximè singularis oblatio prudentiam hujus laudabilem effecit, quam quotidiè immolat in sancto altari, sanctum sacrificium, immaculatam hostiam corporis eius & sanguinis. His muneribus non solùm iram, vel gladium evasit, sed coniux effecta est Ecclesia magni David. *in lib. Reg. lib.* 2. *cap.* 13. Festinauit &c. *Dum enim in Davide, quasi in typo, Christum fidei oculis inspexit, panem, & vinum ei offerens: cibum, & potum ad convivium Eucharistiæ à nostro vero Davide suis militibus exhibendam, amoris desiderio, multo iam ante tempore præparavit, ut quæ noverat Dei Filium desiderio instituendi illudmet convivium, inflammari.*

917 1 *Reg.* 25. *nu.* 18. *Primo Regum* 25. Festinavit igitur Abigail, & tulit &c. *num.* 18. *Rupertus in lib. Reg. lib.* 2. Quid nam egit hæc Abigail secundúm nomen suum Patris exultatione dignum? Festinauit. *cap.* 13. Festinavit. *Timens enim quòd David contra virum suum ad vindictam sumendam gradum accelerarct furore: pro viro suo ad veniam obtinendam, festinavit amore.*

918 1 *Reg.* 25. *nu.* 20. & 13. *Primo Regum* 25. David, & viri eius descendebant in occursum eius; quibus, & illa occurrit. *num.* 20. *Rupertus ad illud.* Tunc ait David pueris suis: Accingatur vnusquisque gladio suo; & accincti sunt singuli gladijs suis, accinctusque est, & David ense suo. *num.* 13. *sic ait.* Gladius David, & virorum eius potestas iudicij est in manu Christi, & sanctorum eius. Nam gladij ancipites in manibus eorum, ut faciant in eis iudicium conscriptum. Hoc metuēs festinavit Abigail, festinavit gētium multitudo muneribus prælatis, prævenire, & placare iram iudicis, ne se manu sua vlcisceretur David, credens attestantibus, quód horrendum sit incidere in manus Dei viventis, quando iudicaturus Deus noster veniet, & non silebit. *Ps.* 49. *Hebræ.* 10. *cap.* 13. Occurrit. *Non semel, sed iterum, atque itèrum festinasse Abigail, & sic Davidi occurrisse refertur, ut eum ab incepto itinere retardaret, priusquàm viso viro suo maiorem conciperet adversus eum iracundiam, quæ iniuriam ab eo sibi factam vindicaret.*

Primo Regum 25. In me sit domine mi hæc iniquitas: loquatur obsecro ancilla tua in auribus tuis; & audi verba famulæ tuæ &c. *n.* 24. *Rupertus in caput* 6. *Matth.* Quia sapiens Abigail uxor Nabal insipientis, & stulti, trabem non habuit in oculo suo, idcirco perspexit, & perspicere potuit, qualiter eijceret festucam de oculo David repente irati, quod & fecit ratione huiuscemodi: In me sit, ait domine mi hæc iniquitas &c. *usque,* Cùm ergo fecerit tibi Dominus &c. *n.* 30. Ille namq; purgato statim oculo, idest, sedato iræ impetu; dixit ad Abigail: Benedictus Dominus Deus: & benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie, ne irem ad sanguinem, & vlciscerer manu mea. *lib.* 6. *ad finem.* 919 1 *Reg.* 25. *nu.* 24. 1 *Reg.* 25. *nu.* 30.

Et deinde sic progreditur. Illa secundùm nomen suum Abigail, quod interpretatur Patris mei exultatio, memorabile exemplum esse debet omni animæ fideli, quace- 920 1 *Reg.* 25. *nu.* 24.

quatenùs studeat paci, & reconciliet, sive mitiget iratum quemcumque potest ante effectum, vel opus peccati, quod ira suggerit, quod studium revera est Patris altissimi. *Ad finem lib. 6. de gloria, & honore filij hominis in Matth.* In me sit domine hæc iniquitas. *Non dixit in me est, sed in me sit, ut ostenderet Davidi non à se ipsa culpam fuisse commissam: velle tamen culpam à viro commissam in se transmitti, ut pro viro suo, quem amabat pœnam culpæ debitam sustineret, utpote, cui foret pati pœnam, quàm metuisse, minus.*

921 *Primo Regum* 25. Et ait David ad Abigail: Benedictus Dominus

1 *Reg.* Deus Israel, qui misit hodie te in

25. *nu.* occursum meum, & benedictum

32. & eloquium tuum, & benedicta tu,

33. quæ prohibuisti me hodie, ne irem ad sanguinem, & vlciscerer me manu mea *n.* 32. & 33. *Rupertus lib.* 2. *de Divinis officijs.* Abigail namque (quod interpretatur Patris mei exultatio) scilicet sanctæ Ecclesiæ, quondam uxor Nabal, idest stulti videlicet diaboli, legatione præsentis sacrificij prævenit verum David, idest manu fortem, vel desiderabile Christum, perferentem persecutiones Saul idest in passione mortis agonisantem. Rogatque pacem, ne se vlciscatur manu sua propter stultum Nabal, ita ut ipsa quoque cum illo æterna damnatione pereat. *cap.* 7. *Priusquàm Abigailem laudet, Dominum David benedicit, à quo Abigailem missam in occursum sibi fuisse testatur, ne Abigail prudentiæ suæ, sed Domini providentiæ referret actionem, per quam valuit iracundiam regis mitigare; tanta namq; est vis humana in opere prudentiæ, ut videatur posse contendere cum virtute divina providentia.*

922 *Primo Regum* 25. Venit autem Abigail ad Nabal, & ecce erat ei

1 *Reg.* convivium in domo eius, quasi

25. *nu.* convivium regis, & cor Nabal iu-

36. cundum; erat enim ebrius nimis: & non indicavit ei verbum pusillum, aut grande, vsque mane. *num.* 36. *Rupertus in lib. Regum lib.* 2. Hoc exemplum tam vniversam ecclesiam, quàm singulatim quosque fideles ædificat. Quid enim Abigail nobis per hanc renunciationis suæ dispensationem innuit, nisi quód iracundos meliùs corrigimus, si in ipsa iræ suæ commotione declinamus. Perturbati quippe quid audiant, ignorant, sed ad se reducti, tantó libentiùs verba exhortationis recipiunt, quantò se tranquilliùs tolerari erubescunt. Mentibus autem furore ebrijs, omne quod rectum dicitur, perversum videtur. Vnde & rectè Nabal ebrio culpam suam Abigail laudabiliter tacuit, quam digesto vino laudabiliter dixit. Idcirco enim malum, quod fecerat cognoscere potuit, quia hoc ebrius non audivit. *cap.* 14. *Quæ desumpta sunt à D. Gregorio Magno. Iucundum virum reperit, quà noverat eum nimis esse avarum: ergo de muneribus à se Davidi oblatis nihil ei voluit indicare, ne totam viri avari lætitiam in tristitiam repentè commutaret.*

Ex Hugone Cardinali.

Primo Regum 25. Festinavit igitur Abigail, & tulit ducentos 923

panes, & duos vtres vini &c. *n.* 18. 1 *Reg.*

Hugo Card. Abigail interpretatur Pa- 25. *nu.*

tris mei exultatio: & significat pæ- 18.

nitentem: de cuius conversione exultat non solùm Pater: sed tota Trinitas: immo tota curia cæli Lucæ 15. *Luc.* 15

Dico vobis gaudium erit in cælo *Eccle.* 5

super uno peccatore pænitentiam agente. Festinavit ergo Abigail: quia festinanda est pænitentia, dum sumus, vbi est locus pænitentiæ. Ecclesiast. Non tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem; subitò enim veniet ira illius. *ibi.* Festinavit, *Ne si moram faceret, David stimulis*

concitatus

concitatus iracundiæ, prius quàm ipsa ad illam placandum iret, ad dominum suum, ut vindictam de marito illius sumeret, perveniret.

924 *Primo Regum* 25. In me sit, Domine mi, hæc iniquitas: loquatur, obsecro, ancilla tua in auribus tuis, & audi verba famulæ tuæ. *num.* 24. *Hugo Cardinalis.* Condona mihi hanc iniquitatem viri mei. Vel sic: De me sume vindictam, quam vis sumere de viro meo. Vel sic: si putas esse peccatum nisi facias quod iurasti: mihi imputetur hæc iniquitas. Vel sic: propter me demitte hoc, quod vis facere: scilicet vlcisci te de Nabal: quod esset peccatum: quod ut non facias volo subire pœnam. *ibi. Semel se ancillam, & iterum famulam Davidis appellat, ut & corpore, & animo debitum duplicatum obsequium, à se Davidi præstandum, demonstraret.*

1 *Reg.* 25. *nu.* 24

925 *Primo Regum* 25. Quapropter suscipe benedictionem hanc, quam attulit ancilla tua tibi domino meo, & da pueris, qui sequuntur te dominum meum. *n.* 27. *Hugo Card.* Munera gratis impensa vocat benedictionem: quia sunt causa benedictionis: quia recipiens benedicit danti. *ibi. Si Davidi munera attulisse fatetur, quare non illi, sed pueris ad usum futura declarat,* Da pueris? *sciebat enim Davidem magnificum dominum, qui munera danda pueris sibi data putaret; nec tam sibi, quàm suis militibus, dux optimus victualia postulasset.*

1 *Reg.* 25. *nu.* 27.

926 *Primo Regum* 25. Erit anima domini mei custodita quasi in fasciculo viventium apud Dominum tuum. *n.* 29 *Hugo Card,* Hebræus habet quasi in fasciculo vitæ, quod idem est: idest, in collegio sanctorũ, *ibi. Maximam Davidi Abigail enunciat felicitatem, felix namque David foret, si in collegio sanctorum annumerandus, quasi in fasciculo viventium collocandus ad Dei societatem iungeretur.*

1 *Reg.* 25. *nu.* 29.

927 *Primo Reg.* 25. Ecce famula tua sit in ancillam, ut lavet pedes servorũ domini mei. *n.* 41. *Hugo Card.* Sic respondit Beata Virgo Angelo. *Lucæ.* 1. Ecce ancilla Domini, & utrobique commendatur humilitas. *ibi. Ecce. Digna utique spectaculo hæc fœmina dictione (ecce) demonstratur, quæ enim in uxorem Davidis electa, regina futura, se famulam nominabat, sanctum se humilitatis esse prodigium ostendebat.*

1 *Reg.* 25. *nu.* 41. *Lucæ.* 1

Ex Lyra.

Primo Regum. 25. Nomen uxoris eius Abigail: eratque mulier illa prudentissima, & speciosa. *nu.* 3. *Lyra.* Et sic erat mente, & corpore gratiosa. *n. suo* 4. *Prudentia pulchrum eius reddebat animum: species, pulchrum corpus efficiebat, unde intus, & foris Abigail pulchra fœmina divinis, & humanis oculis videbatur.* 928

1 *Reg.* 25. *n.* 3

Primo Regum 25. Viro autem suo Nabal non indicavit. *num.* 19. *Lyra.* Quia præ avaritia, & nequitia sua totum impedisset. *n suo* 1. *En Abigailis prudentia demonstratur, prudens namque fœmina iudicavit bonum opus viro suo etiam utile absque viri notitia, & sine viri licentia, faciendum.* 929

1 *Reg.* 25. *nu.* 19.

Primo Regum 25. Nunc ergo, domine mi, vivit Dominus, & vivit anima tua, qui prohibuit te, ne venires in sanguinem, & salvavit manum tuam tibi: & nunc fiant sicut Nabal inimici tui, & qui quærunt domino meo malum. *n.* 26. *Lyra.* Rabbi Salomon dicit quòd Abigail hoc dicit per spiritum prophetiæ, significans quòd Nabal cito moreretur. *n. suo* 13. *Stultitiam hostibus Davidis exoptare dicebat, ut quæ sciret Davidem prudentem ab stultis hostibus minimé superandum. Prudens enim in bello stultum hostem etiam fortissimum superabit: de eoque, si non viribus, arte tamen facilè triumphabit.* 930

1 *Reg.* 25. *nu.* 26.

Primo Regum 25. Erit anima domini mei custodita quasi in fasciculo viventium apud Dominum tu- 931

1 *Reg.* 25. *nu.* 29.

um. *n.* 29. *Lyra.* Ideſt, à Deo protegetur contra omnes inſidias malorum. Dicunt hîc aliqui, quòd loquitur metaphoricè. Quia ſicut ramuſculi alibi tranſplantandi, vel inſerendi, in faſciculo ligantur, & in aqua ponuntur, & poſtea tranſplãtantur, vel inſeruntur, ſic iuſti in præſenti vita conſervantur in humore gratiæ, ut tranſplantentur in terra viventium per adeptionem gloriæ, de quibus reputabat ipſum David. *n. ſuo* 1. *Erat Davidis animus flos pulcherrimus, qui per totam Palæſtinam ſuæ virtutis odorem diffundebat, ex Davide namque Chriſtus flos florum erat egreſſurus, qui totum orbem fragrantia virtutis ſuæ adimpleret, & in faſciculo viventium in gloria inter omnes gloriæ flores pulchrior appareret.*

932 *Primo Regum.* 25. Ecce audivi vocem tuam, & honoravi faciem
1. *Reg.* tuam. *num.* 35. *Lyra.* Exaudivi de-
25. *n.* precationem tuam, & honoravi fa-
35. ciem tuam, accipiendo encænium de manu tua, & ſic non feci tibi verecundiam repellendo in aliquo peti-
1 *Reg.* tionem tuam. *n. ſuo* 10. & 11. Et ho-
25. *nu.* noravi faciem tuam. *Abigailis faciem,*
33. *quam ipſa coram David humiliaverat, iuxta illud,* Procidit coram David ſuper faciem ſuam. *n.* 33. *David honorabat, & iam tunc adimplebatur, quod poſtea Chriſtus Dominus prædicaturus erat,* Qui ſe humiliat, exaltabitur.

933 *Primo Regum* 25. Miſit ergo David, & locutus eſt ad Abigail, ut
1 *Reg.* ſumeret eam ſibi in vxorem. *n.* 39.
25. *nu.* *Lyra.* Quia ſciebat eam eſſe pulchrã,
39. & prudentem, & divitem, ut patet ex ſupra dictis. *n. ſuo* 2. *Locutus dicitur David ad Abigail, cùm non per ſe ipſum, ſed per legatos à ſe miſſos ad eam loqueretur. Legati enim verba Davidis Abigaili fideliter referebant, quibus ipſe Abigaili deſiderium accipiendi eam in vxorem declarabat.*

934 *Primo Regum* 25. Quæ conſur-
1 *Reg.* gens adoravit prona in terram, &
25. *nu.* ait: Ecce famula tua ſit in ancillam,
41. ut lavet pedes ſervorum domini mei. *n.* 41. *Lyra.* Adoravit, ſcilicet Dominum, de tanto beneficio, quòd David in regem electus à Deo petebat eam pro vxore: propter quod reſpondit valde humiliter, dicens: Ecce famula &c. *n. ſuo* 3. *Famulam ſe iam noverat ex beneficio ſibi conceſſo de mariti venia; nunc ſe ex beneficio electionis ad nuptias, ancillam etiam nominabat, ut obſequium pro beneficio duplo duplicaret.*

Secundo Regum 3. Et poſt eum 935
Cheleab, de Abigail vxore Nabal Carmeli. *n.* 3. *Lyra.* Cheleab. Iſte 2 *Reg.*
autem 1. Paral. 3. vocatur Daniel, 3. *n.* 3.
& hoc fuit nomen eius primum, ſe- 1 *Paral*
cundùm quod dicit hîc Rabbi Salo- 3. *n.* 3.
mon, ſed quia tunc erant aliqui diriſores, dicentes, quód erat filius Nabal, & quòd Abigail ipſum conceperat, quando David eam accepit vxorem: ideo ad oſtendendum hoc eſſe falſum, mutata eſt à Deo eius facies: & aſſimilata eſt faciei David. Et ex tunc vocatus eſt Cheleab, quod nomen ſonat in Hebræo, Quaſi pater, vel Similis patri, *n. ſuo* 4.

Et ad locum citatum Paral. Sic ait 936
idem Lyra. Iſte vocatur Cheleab 2. Reg. 3. Fuit enim binominis. Cu- 1 *Paral*
ius cauſam dicunt Hebræi, quia Da- 3. *n.* 3.
vid poſt mortem Nabal citó accepit 2 *Reg.*
Abigail, & eam impraegnavit. Et cũ 3. *n.* 3.
natus fuiſſet puer, aliqui diriſores dicebant, quòd erat filius Nabal, propter quod David nominavit eũ Daniel, qui interpretatur iudicium Dei, dicens, Iudicet Deus, ideſt, oſtendat per evidens ſignum, cuius iſte puer eſt filius, & tunc, Deo faciente, facies pueri aſſimilata eſt faciei David, & tunc nominavit eum Cheleab, qui interpretatur, Quaſi pater, ideſt, Similis patri. *num. ſuo* 2. *Honori igitur Abigailis Dominus conſuluit, dum inter Davidis filios Cheleab ex Abigaile à Davide generatum voluit numerari, erat enim magnus Abigailis honor, quòd proprium regis filium, & patris*

patris imaginem, naturalem sibi filium vendicaret.

Ex Abulensi

937 Primo Regum. 25. Nomen autem viri illius erat Nabal: & nomen vxoris eius Abigail: eratque mulier illa prudentissima, & speciosa. *num.* 3. *Abulensis.* Ponitur nomen vxoris, quia infra agitur de ipsa quomodo eripuerit virum suum, & omnia, quæ ipsius erant á morte, loquendo David, & accepta fuit ab eo in vxorem. Eratque mulier &c. Ista duo ponuntur, quia agunt ad propositũ in laudem Abigail. Prudentia namque eius apparet in eloquentia sua. Nam locuta fuit verba ornata nimis & sententiosa: ita ut David laudaret eloquium suum: ut patet infra in litera, scilicet. Benedictum eloquium tuum. Fuit etiam speciosa: nam placuit David accipere eam in vxorem. *quæst.* 1. *Abigail non solùm prudens, sed prudentissima dicitur: non autem speciosissima, sed speciosa prædicatur, ut in ea plus donum animi, quàm dos corporis laudaretur.*

1 Reg. 25. n. 3

1 Reg. 25. nu. 32.

938 *Primo Regum* 25. Abigail autẽ vxori Nabal nunciavit unus de pueris suis, dicens: Ecce David misit nuncios de deserto, ut benedicerent domino nostro: & adversatus est eos. *num.* 14. *Abulensis.* Hìc ponitur Abigail prudens obviatio, scilicet, quia ipsa egressa est in occursum David ferens munera, & placatus est: alioquin occidisset omnes de domo Nabal. Vnus de pueris. Iste puer erat præsens, quando viri David petiverunt aliquid à Nabal: & quia vidit quòd durè responderat, putavit quód David ex hoc iratus aliquid mali inferret: nunciavit illud Abigail, ut provideret in hoc. Erat enim ipsa prudens, & poterat supplere defectus viri sui. *quæst.* 6. Nunciavit, *ut viri sui duri verba dura, verborum suorum lenitate temperaret. Et sic & virum, & se ipsam, & omnes servos domus suæ à Davidis iracundia liberaret.*

1 Reg. 25. nu. 14.

Primo Regum. 25. Quamobrem considera, & recogita quid facias, quoniam completa est malitia adversùm virum tuum, & adversùm domũ tuam, & ipse est filius Belial, ita ut nemo possit ei loqui. *n.* 17. *Abulensis.* Hoc dixit iste puer ad Abigail, non tanquàm determinaté sciens: quia ipse nesciebat an aliquid pararet David contra Nabal. Et si aliquid pararet, quid esset illud: sed dicebat secundùm præsumptionem: quia verisimile erat, quód, cúm David offensus fuisset à Nabal, & posset ipsi infligere malum, quód infligeret. *quæst.* 6. *Abigail cùm esset prudentissima, libenter tamen puerum pastorem sibi consulentem audiebat. Tunc enim summam se habere prudentiam demonstrabat, cùm à rustico servo bonum consilium capiebat.* 939

1 Reg. 25. nu. 17.

Primo Regum 25. Ipse est filius Belial, ita ut nemo possit ei loqui. *num.* 17. *Abulensis.* Dixit autem hoc puer ille propter duo. Primó, quia Abigail posset ei dicere, cùm vidisset dominum suum malé responden tem viris David: quare non suasit ei, quòd responderet bene: vel saltem, postquám recesserunt pueri accepto pravo responso, quare non dixit Nabal, ut faceret eos redire, & aliquid erogaret, alioquin culpabilis erat iste puer, quód potuisset malum excusare. Respondet, quód nõ locutus fuit ei, eò quòd erat Nabal vir Belial, & nemo poterat ei loqui. Secundò dixit hoc, ut ipsa Abigail consideraret in se quid opus esset fieri, & non consuleret super hoc Nabal: quia ipse erat filius Belial, & nemo poterat ei loqui. Hoc autem fecit Abigail, quia nihil dixit Nabal, sed ipsa paravit omnia, & tulit ea ad David. *quæst.* 6. *Quem puer filium Belial modò appellat, paulò antea Dominum ut servus obediens nuncupaverat, dicens.* Ecce David misit nuncios de 940

1 Reg. 25. nu. 17.

1 Reg. 25. nu. 14. deserto, ut benedicerent domino nostro. *n.* 14. *In eodem namque homine in quo aspiciebat conditionis asperitatem, suspiciebat prælationis dignitatem,*

941 1 Reg. 25. nu. 18. *Primo Reg.* 25. Festinavit igitur Abigail, & tulit ducentos panes, & duos vtres vini &c. *num.* 18. *Abulensis.* Omnia, quæ sequuntur fecit cum magna festinatione; quia timebat, quòd antequam ipsa exiret in occursum David, ipse irrueret super Nabal, & domum suam. Quod fuisset, nisi festinasset. Nam cùm descenderet Abigail de latere montis, in quo manebat Nabal, obviavit David, & viris suis venientibus ad disperdendum domum Nabal. *q.* 6. *Festinavit Abigail, ut citò dando munera, quæ à viro suo servis Davidis malè negata fuerant, bis daret, & sic duplicando petita iniuriam Davidi illatam à viro suo ea denegante, compensaret.*

942 1 Reg. 25. nu. 19. *Primo Regum* 25. Dixitque pueris suis: Præcedite me. Ecce, ego post tergum sequar vos. *n.* 19. *Abulensis.* Omnia ista tradidit pueris; & iussit eis, quód præcederent, euntes per viam per quam venturus erat David. Ferebat autem nunc secum Abigail pueros: & infra dicitur, quòd iterum quando ivit ad David tulit secum quinque puellas. Ratio diversitatis est: quia nunc ibat Abigail celeriter, ut salvaret domum suam ad obviandum David: & non curavit ferre nisi pueros, ut isti portarent munera, quæ mittebat ad David. Postea autem ipsa vocata fuit á David: quia volebat eam accipere in vxorem, mortuo Nabal, ideo tūc ivit in aliquali apparatu, & ob hoc tulit secum quinque puellas pedisequas. Et credendum est, quód etiā portaverit secum aliquos viros: solùm tamen ibi dicitur de puellis. *q.* 6. *Pueros tunc, & non puellas secum duxit; sciebat enim cum Davide sexcentos milites in loco deserto commorari, & prudens timuit, ne inter tot milites foret aliquis, qui militari licentia, oculos Davidis regis fugiens solitudinis patrocinio intentaret puellam aliquam violare.*

Primo Regum 25. Ego post tergum sequar vos. *num.* 19. *Abulensis.* 943 1 Reg. 25. nu. 19.
Hoc fecit Abigail, quia volebat præoccupare David venientem: ideo cúm paravit omnia ista, posuit ea super asinos: & fecit; quód ferrentur. Ipsa autem voluit interim se aliqualiter ornare, ut honesté appareret coram David, & tunc secuta est pueros. *q.* 6. Ego post tergum sequar vos. *Hoc dixit Abigail; ne pauci pueri ad Davidem, quem iam sciebant iratum, sexcentis militibus stipatum ire, etiam munera deferentes, formidarent; sed dominam suam præcedentes nil timerent: ut qui intelligerent Davidem, non tam Nabalis domini sui muneribus, quàm Abigail dominæ suæ moribus esse placandum.*

Primo Regum 25. Viro autem suo Nabal non indicavit. *n.* 19. *Abulensis.* Quia vir suus erat duræ cervicis; & credidit, quód impediret eam ab incæpto: ideo nihil indicare voluit, quousque factum esset. *q.* 6. *Nec puer aliquis quid Abigail faceret, Nabali domino suo indicavit, non solùm, quia id, quod domina omnium tunc agebat quisque rectum esse indicabat; sed, ne domino suo loqueretur, cum enim nemo propter ipsius duritiem alloqui audebat.* 944 1 Reg. 25. nu. 19.

Primo Regum 25. Cùm ergo ascendisset asinum, & descenderet ad radices montis; David, & viri eius descendebant in occursum eius; quibus & illa occurrit. *num.* 20. *Abulensis.* Abigail ornavit se ad apparendū coram David, & ascendit asinum. Illa enim erat equitatura honesta illius temporis. Parum enim erant tunc homines assueti ad equos. *q.* 6. *Hoc tunc erat vehiculum etiam fœminæ, quæ in alijs reginæ servabat maiestatem, quia iam tunc curruum, quibus nunc quælibet fæmina circumfertur, Abigail damnabat vanitatem.* 945 1 Reg. 25. nu. 20.

Primo Regum 25. Cùm autem vidisset Abigail David, festinavit, & descendit de asino, & procidit corā David 946

1 *Reg.* 25. *nu.* 23. David super faciem suam, & adoravit super terram. *num.* 23. *Abulensis.* Hoc fecit tunc Abigail quia vidit, quód ira David erat magna contra Nabal, & domum suam, & volens placare eum procidit ad pedes eius: eó quód cordis generosi est prostratis parcere.

Et procidit coram David super faciem suam. Idest humiliavit se ad terram: & posuit vultum super terram ad pedes David, ut eum sic flecteret. Et adoravit super terram. Adorare est inclinari coram aliquo; & quia Abigail nimis se inclinaverat, scilicet vsque ad terram, dicebatur adorare. *quaest.* 7. Procidit coram David super faciem suam. *Existimabat enim Davidem placandum non tam faciei speciositate, quàm humilitate, ideo faciem dum submittebat faciei pulchritudinem abscondebat.*

947 *Primo Regum* 25. Et cecidit ad pedes eius, & dixit: In me sit, domine mi, hæc iniquitas. *num.* 24. *Abulensis.* Posuit se ad pedes David, quasi volens osculari pedes eius, & ad significandum omnem obedientiã. Et dixit. In me sit domine mi hæc iniquitas. Idest verum est, quòd peccavit graviter Nabal: sed oro, quód ista iniquitas sit in me; idest transferatur in me, scilicet, quód ego debeam puniri pro ipsa, si aliqua pœna infligenda est. *quaest.* 7. *Dum in se ipsam Abigail culpam adversus Davidem commissam transferri rogabat, alienam se ab ea culpa fuisse ostendebat; ad pœnam tamen pro culpa iure debitam ferendam libentissimè se ipsam amore mariti offerebat; non enim tam pœnam, quàm per culpam meruisse pœnam, recusabat.*
1 *Reg.* 25. *nu.* 24.

948 *Primo Reg.* 25. Loquatur, obsecro, ancilla tua in auribus tuis: & audi verba famulæ tuæ. *n.* 24. *Abulensis.* Obsecro, domine mi; idest, licentiam mihi ancillæ tuæ ad loquẽdum in auribus tuis; idest, te audiente. Et audi verba famulæ tuæ, idest oro, quòd audias verba mea. Timebat enim Abigail, quód cùm David esset inflammatus in iram contra Nabal, quòd videns proponi verba ex parte eius, non pateretur illa audire; ideo oravit, ut audire vellet. *quaest.* 7. *Semel ancillam, iterum famulam Davidis Abigail in exordio suæ petitionis appellavit, ut duplam, scilicet animi, & corporis humilitatem obsequiosa fœmina Davidi, quem dominum nuncupabat, indicaret; ut sic illum ad vindictam adversus virum suum venientem, ad misericordiam inclinaret.*
1 *Reg.* 25. *nu.* 24

Primo Regum 25. Ne ponat, oro, dominus meus rex cor suum super virum istum iniquum Nabal; quoniàm secundúm nomen suum stultus est, & stultitia est cum eo; ego autem ancilla tua non vidi pueros tuos, domine mi, quos misisti. *num.* 25. *Abulensis.* Hoc suadet Abigail, ne irascatur David Nabal, eó quòd ille esset stultus, & non esset curandum de factis eius. Dixit autem, dominus meus rex; ad honorandum nimis David, ut sic flecteret eum. *quaest.* 8. *Viri sui Abigail confitebatur nequitiam, dicens*, Super virum istum iniquum: *nequitiæ causam assignabat stultitiam, dicens* Quoniam secundùm nomen suum stultus est; *Nabal enim stultus interpretatur: ne David commissum in se peccatum tribueret malitiæ, & sic illud vellet condemnare: sed potius stultitiæ, & illud vellet condonare.* 949
1 *Reg.* 25. *nu.* 25.

Primo Regum 25. Ego autem ancilla tua, non vidi pueros tuos, domine mi, quos misisti. *num.* 25. *Abulensis.* Hic excusat se Abigail, quia diceret David, cúm esset Nabal stultus, cur tu non respondisti nuncijs meis? Ipsa respondet, quòd non erat præsens quando venerunt nuncij David, ideo non potuit erogare eis quæ petebant. *q.* 8. Non vidi pueros tuos. *Hoc dicit, ne David fœminam sibi demissis oculis præ modestia alloquentem ad milites adolescentes elevatis oculis aspexisse crederet, sed illam fuisse intra domi suæ parietes inclusam existimaret ex* 950
1 *Reg.* 25. *n.* 25.

qua

qua Davidis pueros eum viro suo agentes extra domum non posset intueri.

951 1 Reg. 25. nu. 25. *Primo Regum* 25. Dominus meus rex. *num.* 25. *Abulensis.* Quæret aliquis, quomodo Abigail vocabat David regem, vel vnde constabat ei, quód erat rex? Aliquis dicet quòd Abigail nesciebat, an David esset rex: sed ut eum inclinaret ad clementiam vocavit eum regem, quod est nomen maximi honoris. Sed hoc non stat, quia si David sciret mendacium esse quod loquebatur Abigail laudando eum; vel putaret eam esse stultam: vel laudem esse derisoriam. Nam sicut, quód aliquis proferat de aliquo ea, quæ vera sunt, vel saltem ab omnibus creduntur, est laus illius: ita quòd proferat id, quod falsum est in laudem eius, erisio magna est. Abigail ergo non sic laudavit David, cúm esset prudentissima, & intenderet eum flectere ad misericordiam. *q.* 8.

952 1 Reg. 25. nu. 25. 1 Reg. 24. *Aliam adhuc ex mente aliena solutionem apponit.* Aliquis ergo dicet, quòd Abigail audierat per famam, quòd David futurus erat rex, quia Samuel eum vnxerat: vel saltem, sicut erat opinio Saulis, quód David futurus esset rex, eò quòd Deus agebat pro ipso multa, ut patet præcedenti. cap. Ita etiam erat opinio multorum: & quia insonuerat per totam terram Israel, quid ageret Saul in David: & quomodo Deus liberaret David: omnes opinabantur aliquid magnum de David futurum esse. Sed adhuc dicendum, quód Abigail non solúm cognoscebat ista per famam communem, quæ pauca de veris refert: sed habebat aliam cognitionem certiorem, quod patet ex verbis suis, infra, cúm dixit, 1 Reg. 25. nu. 28. Faciens enim faciet Dominus tibi domino meo domum fidelem &c. *quæst.* 8.

953 1 Reg. 25. nu. 25. *Vnde sic concludit Abulensis.* Sciebat ergo Abigail, quód Deus promiserat aliqua David, scilicet de constituendo eum in regem, & hoc erat super famam communem. Dicendum igitur, quòd Abigail vocavit David regem, quia cognoscebat eum futurum regem: quod poterat esse dupliciter. Primo modo, si fortè ab aliquo cognoverat vnctionē factam David à Samuele, in qua denunciatum est, eum futurum regē. Vel forté hoc cognovit Abigail spiritu prophetico, quòd Deus revelavit ei futura ipsius David, & protulit ei in facie. *quæst.* 8. *Abigail David non solùm regem, sed regem suum appellabat, non quòd eum regem tantùm sui ipsius reputaret, sed ut suam erga David reverentem affectionem indicaret, quem enim, ut regem ancilla fidelissima adamabat, suum, quasi sibi proprium, nuncupabat.*

954 1 Reg. 25. nu. 25. *Primo Regum* 25. Quoniam secundùm nomen suum stultus est. *num.* 25. *Abulensis.* Quæret aliquis, an peccavit Abigail, quia vocavit virum suum stultum, & nequissimum? *Et respondet.* Dicendum est quòd Abigail non solúm non debebat dicere malum de viro suo, etiam si verum esset: sed insuper obligabatur cælare defectus viri, quantùm poterat: & respondere honestè, pravè loquentibus de viro suo, alioquin peccaret. Nunc tamen non peccavit Abigail, quia non protulit ista de viro suo tāquam volens eum infamare, vel infamiam suam referre, sed dixit in favorem viri, ut erueret eum à morte. *q.* 9.

955 1 Reg. 25. nu. 25. *Deinde aliam prebet rationem cur eum stultum vocaverit.* Nescivit autē Abigail quo modo averteret iram David, nisi vocando Nabal stultum. Nam in hoc excusabat eum, stulti enim non possunt alicui inferre iniuriam; cúm ad iniuriam irrogandā requiratur mens iniuriandi. Etiam quia verecundum erat David viro clarissimo quòd se opponeret cuidam stulto viro, volendo delere domum eius. Sicut igitur licuit David se

se stultum simulare, quamquàm non erat, ut mortem evaderet, ut declaratum est supra cap. 21. Ita liceret, Abigail virum suum vocare stultum, ut eum á morte eriperet. *q. 9. De stultitia virum suum Abigail apud Davidem minimè infamabat, ipse enim se stultum non solùm in responsione, quam pueris anteà dederat, sed in appellatione stultitiam illius significante satis ostendebat.*

1 Reg. 21.

956 *Primo Regum* 25. Nunc ergo, domine mi, vivit Dominus, & vivit anima tua, qui prohibuit te, ne venires in sanguinem, & salvavit manum tuam tibi; & nunc fiant sicut Nabal inimici tui, & qui quærunt domino meo malum. *num.* 26. *Abul.* Idest, oro per vitam Dei: & per vitam animæ tuæ, quód non cures de Nabal: sed fiant inimici tui sicut Nabal, idest, ita miserabiles sint, sicut ipse, ut nemo de eis curare debeat. *quæst.* 19.

1 Reg. 25. nu. 26.

957 Vivit Dominus, & vivit anima tua. *Progreditur Abulensis.* Non accipiuntur ut verba iurandi, sed ut verba obsecrandi, & posuit ista duo, quia nihil charius erat David, quám ista, scilicet vita Dei, quæ erat ei in maxima reverentia, & vita sua, quæ erat sibi maximé chara: & ideo illi, qui iurabant in vetere testamento, quando volebant inducere aliquem ad credendum, dicebant ista duo. Sic iuravit David Ionathæ supra cap: 20. Vivit Dominus, & vivit anima tua. *q.* 10. Qui prohibuit te, ne venires in sanguinem. *Ac si Deus dum Davidem à peccato occidendi Nabalem prohiberet, & Nabalis, & Davidis, & sui ipsius vitam conservaret, quia si David Nabali mortem intulisset, Nabal separata eius à corpore anima temporaliter occumberet; David, semoto ab eius anima Deo, spiritualiter interiret; Deus verò seiuncto eius ab anima Davidis amore, Davidi moraliter obire censeretur.*

1 Reg. 25. nu. 26.

1 Reg. 20.

958 *Primo Regum* 25. Vivit Dominus, & vivit anima tua, qui prohibuit te, ne venires in sanguinem, & salvavit manum tuam tibi. Et nunc fiant sicut Nabal inimici tui, & qui quærunt domino meo malum. *nu.* 26. *Abulensis.* Abigail non erat certa, an Deus prohibuisset David venire in sanguinem: locuta fuit tamē prudenter: quia ipsa petebat à David, non delere Nabal, & voluit demonstrare, quód non dubitabat aliquo modo, quin David condescenderet huic petitioni: ideo dixit, quód Deus prohibuerat eum, ne veniret in sanguinem; idest, quód Deus iam mutaverat propositum illius, ne vellet se ulcisci manu sua. Et hoc, ut David verecundaretur non assentire petitioni suæ: *quæst.* 11. *Nisi enim Deus Davidem prohibuisset, tanta ille celeritate ad Nabalis occisionem properaret, ut, nulla interposita mora, ad Nabalis domum perveniret, priusquàm Abigail munera præpararet.*

1 Reg. 25. nu. 26.

959 *Primo Regum* 25. Quapropter suscipe benedictionem hanc, quam attulit ancilla tua tibi domino meo: & da pueris, qui sequuntur te dominum meum. *num.* 27. *Abulensis:* Vocantur autem ista munera benedictio, quia ex bona voluntate dantur. Propriè enim benedictio significat multiplicationem, sic patet 2. ad Cor cap. 9. Abigail tamen non accepit isto sensu: quia tunc ipsa iactaret munera sua esse magna: sed etiam si verè magna fuissent, ipsa non vocasset illa magna. Vocavit ergó benedictionem, idest, libenter oblatum: quia sponte dabat ea, quæ offerebat. *quæst.* 12. Suscipe, & da. *Sciebat enim, Davidem esse liberalem, qui proinde munera acciperet, non ut ea sibi retineret, sed, ut pueris suis illa largiretur.* Da pueris tuis. *Loquitur, ut urbana, quanvis solitudinis incola foret, dicens.* Da pueris, *Quasi munera sua indigna iudicaret, quæ regi apponenda offerrentur, sed quæ solùm pueris ipsius possent condonari.*

1 Reg. 25. nu. 27.

2 ad Cor 9.

960 *Primo Regum* 25. Aufer iniquitatem

1 *Reg.* tatem famulæ tuæ &c. *numer.* 28.
25. *nu.* *Abulensis.* Idest, remitte iniquitatē,
28. sic etiam dicitur Deus auferens iniquitatem, & scelera, ut patet Exod. 34. idest remittens peccata. Dixit autem Abigail, quòd auferret David istam iniquitatem eius, & non dixit iniquitatem Nabal. Habuit enim in hoc artificiosum modum suadendi. Nam primó transtulit istam iniquitatem á Nabal in se, di-
1 *Reg.* cens, In me sit, domine, hæc iniqui-
25. *nu.* tas, ut patet supra. Et hoc fecit, ut
24. cùm peteret remissionem eius, iam non peteret pro Nabal; sed quasi pro se: & sic dixit hîc, Aufer iniquitatem famulæ tuæ, idest, remitte. Et hoc fuit, quia David faciliùs parceret Abigail, quàm Nabal. Vnde si peteretur remissio nomine Nabal, forté non concessisset eam David: concessit tamen cúm petivit Abigail nomine suo. *quæst.* 12. *O verè ancilla veri Davidis regis Christi Domini, Maria, tuo â Christo, nomine, nostrorum scelerum veniam deprecare: neque enim ita nomine tuo petitam veniam rex regum denegabit, sed indulgentissimè nostra omnium crimina condonabit.*

961 *Primo Regum* 25. Aufer iniquitatem famulæ tuæ, faciens enim
1 *Reg.* faciet Dominus tibi domino meo
25. *nu.* domum fidelem, quia prælia Domi-
28. ni, domine mi, tu præliaris: malitia ergo non inveniatur in te omnibus diebus vitæ tuæ. *num.* 28. *Abulensis.* Hîc suadet Abigail David, ne occidat Nabal, quia Deus elevaturus erat David ad regale solium, & omnes de linea sua regnaturi erant. Iniustum ergo erat, quòd aliqua malitia reperiretur in tali viro. Si tamen David ulcisceretur se manu sua, esset in eo peccatum: ergo nimis hoc cavere debebat. *q.* 12.

962 Quia prælia Domini, domine
1 *Reg.* mi, tu præliaris. *Abulensis.* Idest, De-
25. *nu.* us dabit tibi regnum firmum, quia
28. tu facis bella Domini, idest bella, quæ Deus iubet fieri. Deus enim iusserat, quòd Israelitæ pugnarent
contra omnes Chananeos. Num. *Nu.* 33
33. & Deute. 20. David autem fa- *Deuter.*
ciebat hoc, quia pugnabat contra 20.
Philistinos, & alias gentes relictas de stirpe Chananeorum. *quæst.* 12. *Malitia ergo non inveniatur in te &c. Neque enim in die, in quo inventa in te fuerit malitia, tibi prosperé poterit evenire militia.*

Primo Regum 25. Si enim sur- 963
rexerit aliquando homo persequēs
te, & quærens animam tuam, erit 1 *Reg.*
anima domini mei custodita, quasi 25. *nu.*
in fasciculo viventium apud Domi- 29.
num tuum. *n.* 29. *Abulen.* Dicunt Hebræi, quòd accipitur hìc homo pro Saule, & quód Abigail noluit vocare eum regem, sed hominem: eó quód non merebatur vocari rex, quia Deus abiecerat eum, ne regnaret super Israel, supra cap. 16. 1 *Reg.*
Etiam quia persequebatur David, 16.
qui iustus erat. *q.* 12. Erit anima &c. Inimicorum tuorum anima rotabitur, quasi in impetu, & circulo fundæ. *num.* 29. *Davidis animam florem in fasciculo ponendum; Saulis animam lapidem in funda collocandum, dice-* 1 *Reg.*
bat prudens Abigail, ut ostenderet, regis 25. *nu.*
electi à Deo animam in manu Dei ut bo- 29.
num odorem virtutum ad se attrahat, quasi in fasciculo florum, retinendam: tyranni verò, & reprobati à Deo animam in funda, ut malum vitiorum odorem procul à se arceat, quasi de funda lapidem, propulsandam.

Primo Regum 25. Cúm ergo fe- 964
cerit Dominus tibi domino meo
omnia, quæ locutus est bona de te, 1 *Reg.*
constituerit te ducem super Israel, 25. *nu.*
non erit tibi hoc, in singultum, & 30. &
in scrupulum cordis domino meo, 31.
quòd effuderis sanguinem innoxium, aut ipse te vltus fueris: & cùm bene fecerit Dominus domino meo, recordaberis ancillæ tuæ. *nu.* 30. & 31. *Abulensis.* Intendit autē hìc dicere Abigail, quód debet cavere David, ne habeat aliquem scrupulum

pulum

pulum de commissis. Deus enim exaltaturus erat illum in magnum honorem. Et daturus ei omnẽ prosperitatem. Quòd ergo in tempore illo haberet aliquem scrupulum, sive remorsum cordis, quo torqueretur, erat tolli magnam partem felicitatis suæ: quod erat valde inconveniens. Si tamen David nunc occideret Nabal, peccaret, & tota vita sua haberet remorsum istum, scilicet, quòd ultus fuisset se manu sua: ergo non debebat nunc occidere Nabal, ne postea haberet remorsum, & fœdaretur sua felicitas. *q.* 12.

965 *Deinde sic progreditur idem Abulensis.* Istud argumentum est nimis efficax pro illis, qui habent aliquid conscientiæ. Nam, dato quód non desisterent peccare propter Deum, nec propter mala, quæ æternaliter passuri sunt: saltem deberent cessare á peccato propter remorsum cõscientiæ, quem hîc patiuntur. Nam licet actus peccati sit breviter transiens: memoria tamen sceleris semper manet, quæ hominem torquet. *quæst.* 12.

1 *Reg.* 25. *nu.* 30. & 31.

966 Non erit tibi hoc in singultũ &c. *n.* 31. *Abulen.* Idest non habebis hoc, de quo lugeas, singultus enim ad gemitum pertinet. Et in scrupulum cordis domino meo, idest, non habebis remorsum in corde. Iste scrupulus est remorsus conscientiæ, quẽ homo habet pro scelere: & sunt isti scrupuli homine invito. Nam dato quód velit homo non recordari scelerum, torquet eum memoria sceleris: eó quòd ista memoria data est á Deo in remedium, & in pœnam. In remedium quidem viris bonis: ut memores scelerum, doleant de culpis, & sic abluantur culpæ. In pœnam autem dati sunt malis scrupuli, eò quód ipsi memores peccatorum suorum affliguntur nimis: & non possunt quietem habere, quamquàm eam desiderent. *q.* 12. *Felix ille, qui ita vixerit, ut nullum ei crimen de quo certus sit, extrahat à corde singultum, nullum ei crimen, de quo dubius sit, in cor eius inferat scrupulum.*

1 *Reg.* 25. *nu.* 30. & 31.

Primo Regum 25. Honoravi faciem tuam. *n.* 35. *Abulensis.* Istud fuit in duobus. Primò quia voluit recipere de manu eius munera. Interdũ enim domini magni dedignantur suscipere munera infimorum: quasi non sit dignum eos de manu horum quidquam recipere. Cùm autem acceperint, honorant illos, á quibus accipiunt, iudicando eos tales esse, á quibus magni viri recipere debeãt. Et quia David recepit de manu Abigail, honoravit faciem suam, quia è contrario nimis confusa fuisset Abigail, & erubesceret, si David refutasset eius dona. *q.* 13. 967

1 *Reg.* 25. *nu.* 35.

Secundó, honoravit faciẽ eius, cùm propter præsentiã eius, & verba destitit à vindicta, quam petere intendebat: & forté hoc non fecisset David, si aliquis magnus vir orasset, fecit tamen quia suasit Abigail. *q.* 13. *Omnia, quæ ab eo Abigail postulaverat, concessit, quæ non concederet, etiam si plures viri illa efflagitarent: tantam enim apud regem Abigail invenit gratiam, ut eam unam omnibus aliis ad conferenda amore illius beneficia adæquaret, nec ei posset, quidquid ab eo peteret, denegare.* 968

1. *Reg.* 25. *n.* 35.

Primo Regum 25. Quæ consurgens adoravit prona in terram. *n.* 41. *Abulensis.* Surrexit Abigail, ut procumberet in terram ad adorandum. Intelligendum est, quòd Abigail adoraverit hic pueros David, quia nondum erat coram David; quia tamen tantum bonum ei attulerant, procidit coram illis in terram. Vel dicendum, quód Abigail, quamquám non esset præsens David, adoravit eum, quia habebat ipsum ut præsentem; quod patet ex verbis suis, Ecce famula tua sit in ancillam. Hoc autem ad David dicebatur, & non ad pueros. *quæst.* 15. *In reginam electam, ancillam se appellabat: non enim solùm in adversitate,* 969

1 *Reg.* 25. *nu.* 41.

quando Davidem pro vita Nabalis viri sui precabatur, sed etiam in prosperitate, quando à Davide post mortem viri sui Nabalis in vxorem eligebatur, ancillam se nominabat, in vtroque enim statu humilitatem diligebat.

970 *Primo Regum* 25. Ecce famula tua sit in ancillam. *n.* 41. *Abulensis.* Immediatè assensit Abigail: quia ipsa putavit, magnam gratiam sibi fieri, quòd vellet eam David in vxorem: ideo humiliavit se dicens, quòd non erat digna, ut esset vxor, sed ut esset ancilla. *quæst.* 15. *Quis hic non videat Beatissimam Virginem Mariam effigiatam, dum illam aspiciat ab spiritu Sancto in sponsam electam; ac proinde in mundi reginam; à se tamen ancillam Domini nominatam?*

1 *Reg.* 25. *nu.* 41.

971 *Primo Regum* 25. Vt lavet pedes servorum domini mei. *num.* 41. *Abulensis.* Ista autem adhuc erat maior humilitas: quia non solùm dixit Abigail, quód volebat esse ancilla David ad lavandum pedes eius: sed ad lavandum pedes servorum David. Istud enim erat infimum genus servitutis, quod Abigail poterat præstare David. *q.* 15. *Ad lavandos pedes servorum sponsi sui Abigail se libenter obtulit, non tamen ipsorum pedes lavit; hæc enim amoris prærogativa humanitati Christi Domini servabatur, quæ divino Verbo per vnionem hypostaticam desponsata, Apostolorum sponsi sui servorum pedes lavit, ut aqua vndis, amoris sui, non solùm erga sponsum, sed etiam erga servos accensi flammas temperaret.*

1 *Reg.* 25. *nu.* 41.

972 *Primo Regum* 25. Et festinavit, & surrexit Abigail, & ascendit super asinum, & quinque puellæ ierunt cum ea pedissequæ eius, & secuta est nuncios David, & facta est illi vxor. *n.* 42. *Abulensis.* Noluit morari in hoc, ne displiceret David, sed cùm summum bonum ei offerretur, scilicet quód esset vxor regis, illico cucurrit, Et ascendit super asinum. Ista erat equitatura temporis illius. Putabat enim se honestè ire Abigail super asinum, quamquám futura esset vxor regis. Et quinque puellæ ierunt cum ea &c. Accepit secum Abigail puellas quinque: ibat enim nunc ad nuptias, ideo debebat habere puellas famulantes sibi. Et dicitur quód ierunt pedissequæ, id est, pedites; sola autem Abigail equitabat super asinum. Credendum est etiam quód Abigail tunc aliquos iuvenes duxisset in obsequium suum de pueris suis, quia familia eius erat magna nimis. Scriptura tamen solúm retulit de puellis, quia quód pueri aliqui irent cum ea satis videbatur manifestum. *quæst.* 15. Surrexit *Quæ enim per affectum cum viro suo defuncto, licet durissimo, & stultissimo, mortua videbatur iacere, accepto nuncio de accipiendo marito, & blando, & sapientissimo, resurgere festinavit, ut ad convivendum tanto viro, nulla interposita mora properaret.*

1 *Reg.* 25. *nu.* 42.

Primo Regum 25. Et secuta est nuncios David. *num.* 42. *Abulensis.* Nuncij David mox, ut retulerunt Abigail intentionem David, redierunt ad eum, illa autem paravit se interim: ideo illi præcesserunt eam in itinere. *quæst.* 15. *Secuta est nuncios David. Quilibet enim nunciorum, ut bonum nuntium de consensu Abigailis regi suo referret, ad ipsum celeritate maxima festinavit.* 973

1 *Reg.* 25. *nu.* 42.

Ex D. Dionysio Carthusiano.

Primo Regum 25. Festinavit igitur Abigail, & tulit ducentos panes, & duos vtres vini &c. *n.* 18. *D. Dionysius Carthus.* Festinavit igitur Abigail, quæ sine aliorum consilio statim per suam prudentiam cōsideravit, quid esset agendum. *ar.* 43. Festinavit. *Est enim bonum opus sine ulla mora faciendum, ne si in alterum tempus deferatur, occasio prætereat operan-* 974

1 *Reg.* 25. *nu.* 18.

operandi, & fructus boni operis amittatur.

975 1. Reg. 25. n. 19. *Primo Regum* 25. Dixitque pueris suis: Præcedite me; ecce ego post tergum sequar vos. *n.* 19. *D. Diony. Carthu.* Dixitque pueris suis, idest servis suis, qui portata victualia super asinos deferebant, Præcedite me. Sic & Iacob fratrem suum Esau timens præmisit cum muneribus servos, ut illum placaret muneribus. *art.* 43. *Præmissis muneribus etiam visis priusquàm Abigail accederet, non dicitur David fuisse placatus. Adhuc enim post visos servos munera deferentes iracundia plenus minas intentabat; vt non tam muneribus, quàm moribus Abigailis placatus fuisse David intelligatur.*

976 1 Reg. 25. nu. 23. *Primo Regum* 25. Cùm autem vidisset Abigail David, festinavit, & descendit de asino, & procidit coram David super faciem suam, & adoravit super terram. *n.* 23. *D. Dionys. Carth.* Se humiliter prosternendo, ut sic oratio sua fieret ipsi David grata. *art*, 43. Adoravit super terram. *Dum enim à clemente domino se non reijci consideravit, non eum Abigail, quasi solum hominem, sed ut Dei clementissimi simulacrum voluit venerari.*

977 1 Reg. 25. nu. 26. *Primo Regum* 25. Fiant sicut Nabal inimici tui, & qui quærunt domino meo malum. *num.* 26. *Carthusianus.* Hoc multi exponunt sic. Inimici tui fiant stulti, & improbi; quēadmodúm Nabal: sed non videtur; quòd virtuosa, & prudens mulier illa imprecata sit alijs mala culpæ. Ideo videtur sic exponendum: Inimici tui fiant sicut Nabal: idest, adversa pro suis peccatis sustineant, nec tibi prævaleant, sicut Nabal iã sustinuisset, nisi tibi occurrissem, & sustinebit, quia non erit impunitus. *art.* 43. *Non semel, sed sæpe sæpius Davidem dominum suum prudens fæmina nuncupabat: ut David, dum ei veniam, quam marito efflagitabat, concederet; non alicui fæminæ alienæ, sed domesticæ; & inter ancillas ipsius regis numeratæ, beneficium conferre cogitaret; & sic faciliùs veniam largiretur.*

978 1. Reg. 25. nu. 28. *Primo Regum* 25. Aufer iniquitatem famulæ tuæ: faciens enim faciet Dominus tibi domino meo domum fidelem, quia prælia Domini, dominè mi, tu præliaris. *num.* 28. *Carthusianus.* Idest, regiam domum, quam tibi promisit, fideliter conferet tibi, & sobolem, atque familiam, quæ erit Deo, & tibi fidelis, quia iusta, & strenua bella tu exerces; Quasi diceret, regnabis, quia ad Dei honorem pro republica pugnas. *art.* 43. *Deum Dominum, & David dominum dicit, sed David suum, Deum vero non suum dominum appellavit: ac si propter iniquitatem, quam in se à marito transtulerat, & à se auferri precabatur, indignam se agnosceret, quæ Deum suum Dominum nuncuparet.*

979 1 Reg. 25. nu. 28. *Primo Regum* 25. Malitia ergo non inveniatur in te omnibus diebus vitæ tuæ. *num* 28. *Carthusianus.* Quasi dicat: Numquam inhæreat tibi malitia, ita ut post rationabilem persuasionem perseveres in malo. Hoc addit prudens hæc fæmina ad innuendum, quòd si David occidisset ipsum Nabal nullo intercedente, occurrente, & satisfaciente pro illo, potuisset hoc ascribi passioni, iræ potiùs, quám malitiæ. Sed si post tam affectuosam, ac humilem precem, & satisfactionem ipsius Abigail, id fecisset, fuisset malitiæ ascribendum. *art.* 43. *Hoc est. In concepta contra virum meum ira, non persistas; ne ex ira iusta ad iniustam malitiam prolabaris; facilè enim, qui iustè etiam, iratus pœnam infert, iustitiæ limites excedit.*

980 1 Reg. 25. nu. 29. *Primo Regum* 25. Si enim surrexerit aliquando homo persequens te, & quærens animam tuam, erit anima domini mei custodita, quasi in fasciculo viventium apud Dominum tuum *nu.* 29. *Carthusianus.* Deus custodiet, & defendet te á periculo

tam diligenter, ac si in sorte, & numero semper viventium constitutus iam esses. *art.* 43.

981 *Idem Carthusianus exponens eundem textum, sic ait;* Circa hæc scribit Glossa. Pulcherrima comparatione statum iustorum, & reproborum discernit. Iustorum quippe animas appellat viventes: Reproborum vero spirituali morte præoccupatas. Iustos fasciculo, reprobos lapidi fundæ assimilat. Fasciculus namque constringitur, ut servetur, lapis in funda ponitur, ut abijciatur; sic electi præssuris tribulationum constringuntur, quatenus his admoniti, mutua charitate ardentiùs copulentur, sicque coniuncti potestate, & pietate Salvatoris perpetuè conserventur. Porrò reprobi, & iniqui quantò propriæ voluntati latiùs dimittuntur, tantò longiùs à divinæ visionis gloria elongantur; ac proijciuntur. *art.* 44. Si enim surrexerit, &c. *Felix, qui dum haberet hominem persequutorem: Deum sibi vendicaret defensorem.*

1 Reg. 25. nu. 29.

982 Primo Regum 25. Et cùm benefecerit Dominus domino meo, recordaberis ancillæ tuæ. *n.* 31. *Carthusianus.* Et cùm bene fecerit Dominus vniversorum domino meo David, collocando eum in throno regali, memor eris mei in bonum, & gratus beneficijs meis. Videtur hæc mulier, quasi prophetico spiritu esse locuta. *art.* 43. *Dominum Deum Davidi, Davidem autem sibi benefactorem futurum, prædicebat, quando Davidem à Deo in regem sublimandum; & se ipsam à Davide in reginam per matrimonium eligendam spiritu prophetico prævidebat.*

1 Reg. 25. nu. 31.

983 Primo Regum 25. Ecce audivi vocem tuam, & honoravi faciem tuam. *num.* 35. *Carthusianus.* Abigail propter excellentiam suæ sapientiæ, ac virtutis, merito typum gerit Sacratissimæ Virginis. Quemadmodum ergo Abigail iratum David placavit, sic gloriosissima Virgo Christum peccatoribus irascentem sæpissime ad misericordiam flexit. *art.* 44. *David priùs, dicit, à se auditam Abigailis vocem, quàm à se affirmet Abigailis faciem honoratam, ut non tam pulchritudine vultus, quàm verborum prudentia se placatum fuisse per Abigailem significaret.*

1 Reg. 25. nu. 35.

Primo Regum 25. Misit ergo David, & locutus est ad Abigail, ut sumeret eam sibi in vxorem. Et venerunt pueri David ad Abigail in Carmelum, & locuti sunt ad eam, dicentes: David misit nos ad te, ut accipiat te sibi in vxorē. *num.* 39. & 40. *Carthusianus.* Siquidē digna erat, utpotè virtuosa, prudens, eloquens, dives, pulchra, & nobilis. *art.* 43. Vt accipiat te sibi. *Ac si dicerent: Non tuas ambit prudentissimus David dominus noster opes, te sibi solam desiderat regiæ dignitatis consortem. In te solummodò sibi quærit tua, iam sibi satis nota, prudentiæ dotem.* 984

1 Reg. 25. nu. 39. & 40.

Primo Regum 25. Quæ consurgens adoravit prona in terram, & ait: Ecce famula tua sit in ancillam, ut lavet pedes servorum domini mei. *num.* 41. *Carthusianus.* Deum adoravit devotè in terram prostrata, gratias agens Deo, qui ita secum ordinavit, quòd tanto viro sociaretur coniugio. *art.* 43. *Non solùm Davidi domino suo, sed etiam servis illius ostenditur obsequiosa futura, dum electa regina ex famula in ancillam se electam dicebat, quæ non iam pedes domini, sed servorum pedes voluisset lavare, ut sic laborem itineris à servis venientibus ad eam vocandam confecti, compensaret.* 985

1 Reg. 25. nu. 41.

Ex Caietano Cardinali.

Primò

986 Primo Regum 25. Nomen uxoris eius Abigail: eratque mulier illa prudentissima, & speciosa.

1 Reg. 25. n. 3 num. 3. Caietanus: Iuxta Hebræum habetur: Bona intellectu, & pulchra aspectu. Laudatur enim, & quoad prudentiam in anima, & quoad pulchritudinem in corpore. *Ibi. Priùs Abigailis prudentia, quàm pulchritudo commendatur, ut intelligat quæcunque fœmina donum animæ dono corporis præferendum.*

987 *Primo Regum* 25. Abigail autem uxori Nabal nunciavit unus

1 Reg. 25. n. 14. de pueris suis dicens. Ecce David misit nuncios de deserto, ut benediceret domino nostro, & adversatus est eos. *num.* 14. *Caietanus.* Iuxta Hebræum habetur. Et fecit volare eos. Hoc est, expulit eos leves, & celeres, tanquàm aves expulsas. *Sciebat enim hic puer per Abigailis dominæ suæ prudentiam, viro illius domino suo remedium conferendum. Nisi enim remedium speraret, imprudentem domini sui responsionem pueris regis datam Abigaili minimè annunciaret.*

988 *Primo Regum* 25. In me sit, domine mi, hæc iniquitas: loquatur,

1 Reg. 25. nu. 24. obsecro, ancilla tua in auribus tuis, & audi verba famulæ tuæ. *num.* 24 *Caiet.* In se ipsam reijcit iniquitatem veniam petendo, ut sibi condonetur peccatũ viri sui. *ibi Sciebat enim iniquitatem viri in se ipsam translatam faciliùs à Davide demittendam, qui intercessione tantæ fœminæ flexus, veniam, non iam viro, sed fœminæ sibi illam petenti, non posset denegare.*

989 *Primo Regum* 25. Quapropter suscipe benedictionem hanc, quam

1 Reg. 25. nu. 27. attulit ancilla tua tibi, domino meo: & da pueris, qui sequuntur te dominum meum. *num.* 27. *Caiet.* Iuxta Hebræum habetur. Et nunc munus hoc, quod attulit ancilla tua domino meo, dabitur pueris ambulantibus ad pedes domini mei. Rogat enim, ut munus illud detur societati Davidis. *Abigaili panem, & vinum militibus ex societate Davidis offerebat, hoc enim cibo, & hoc potu milites recreati contra Davidis hostes fortissimè decertarent, & de omnibus gloriosissimè triumpharent.*

Primo Regum 25. Aufer iniquitatem famulæ tuæ: faciens enim 990

faciet Dominus tibi domino meo 1 Reg. 25. nu. 28.

domum fidelem, quia prælia Domini, domine mi, tu præliaris: malitia ergo non inveniatur in te omnibus diebus vitæ tuæ. *numer.* 28. *Caietan.* Abigail peccatum illud tanquàm suum ignosci petit. *Non sibi remitti pœnam, sed culpam à se auferri exposcebat, quia magis per culpam sibi imputandam, quàm per pœnam sibi infligendam torquebatur.*

Primo Regum 25. Cùm ergo fecerit Dominus tibi domino meo 991

omnia, quæ locutus est bona de te, 1 Reg. 25. nu. 30. & 31.

& constituerit te ducem super Israel, non erit tibi hoc in singultum, & in scrupulum cordis domino meo, quòd effuderis sanguinem innoxium, aut ipse te ultus fueris: & cùm benefecerit Dominus domino meo, recordaberis ancillæ tuæ. *num.* 30. & 31. *Caietan.* Mala, quæ sequerentur ex hac clade proponit, quorum primum est internum offendiculum, cum offensione, discurrenti animo per ea, quæ gessit opera: prædicit enim quòd quando regnabit, & in corde suo tanquam ambulans inquiret opera, quæ fecit discutiendo illa, non inveniet offendiculum huius cladis. *Ibi. Cùm enim regis sit proprium ad imitationem Dei misereri semper, & parcere, si David illatam sibi iniuriam vindicasset rex offensus, vindictæ per ipsum assumptæ postea memor, regia se indignum dignitate existimaret.*

Primo Regum 25. Ecce famula tua sit in ancillam, ut lavet pedes 992

servorum domini mei. *numer.* 41. 1 Reg. 25. nu. 41.

Caietanus. Absentèm tanquam præsentem Davidem alloquitur. *Ibi. S:-*

Ibi. Se ipsam Davidi, tanquam illi iam præsens esset, ostendebat, eique, ut præsens præsenti sermocinabatur, dicens, Ecce famula tua, *ubi enim per amorem invenitur præsentia animorum, sermo datur inter se diligentes, quin distantia possit obstare locorum.*

SONVS XII.

Abimelech Rex Palæstinorum.

Ex Philone Hebræo.

993 
Gen 26 num. 8. *enes.* 26. Prospiciens Abimelech rex Palæstinorum per fenestram, vidit eum iocantem cũ Rebecca vxore sua, *n.* 8. *Philo.* Is est Isaac, qui risus interpretatur, quem convenit ludere cum tolerantia Rebecca Hebræis nominata. Divinum autem lusum animo plebeo non est fas videre, soli regi licet, cum quo diu habitavit, etiam si non omni ævo sapientia. Is appellatur Abimelech, qui prospiciens per fenestram, per apertum, & luciferum mentis oculum Isaac vidit ludentem cum Rebecca vxore sua. Quod enim aliud negotium sapientem decet, quám ludere, gaudere, hilarescere cum honesta tolerantia. *lib. de Plantat. Noe. Optimam de Isaco rex Abimelech conceperat opinionem, secundùm quam non poterat sinistrè de illius actionibus iudicare. Ideo cùm videret eum ludentem cum Rebecca, intellexit hanc Isaaci vxorem esse, non sororem.*

994
Gen. 26 nu. 26. *Genes.* 26. Ad quem locum cúm venissent de Geraris Abimelech, & Ochozat amicus illius, & Phicol dux militũ, locutus est eis Isaac. *num.* 26. *Philo.* Cúm venissent, non tam, ut societatem inirent, quàm ut specularentur hominis opes: parati quidem ad bellum, si tenuem invenissent: ad fædus, si potentem. *Apud Lyram Possunt hi tres Palæstinæ principes venientes ad Isaacum, tres Orientis reges ad Christum perventuros præsignificare, qui verè possent cum Christo Dominum dicere à se videri;* Vidimus Dominum esse tecum. *num.* 27. Gen. 26 nu. 27.

Ex Tertulliano.

Genes. 20. Misit ergo Abimelech rex Geraræ, & tulit eam. *num.* 995
2. *Tertullianus eloquentissimè agens de tentatione regis Abimelech Saram ob suam pulchritudinem concupiscentis, sic loquitur ad fœminas Christianas lib. de cultu fœminarum,* Ancillæ Dei vivi conservæ, & sorores meæ, quo iure deputor vobiscum; postremissimus omnium, qui de meo iure conservitij, & fraternitatis audeo ad vos verba ista facere, non vtique affectationi, sed affectioni procurans in causa vestræ salutis. *cap.* 1. Gen. 20 num. 2.

Et infra carpens illarum cultum sic progreditur. Pleræque enim (quod ipsum, mihi reprehendendo in omnibus 996

nibus reprehendere Deus permittat) aut ignorantes simpliciter: aut dissimulantes audacter, ita ingrediuntur, quasi pudicitia in sola carnis integritate, & stupri aversione cōsistat, nec quidquam extrinsecús opus sit, de cultus dico, & ornatus dispositione. Sed enim perseverant in foristinis studijs formæ, & nitoris sui, eandem sui circunferentes, quā fæminæ nationum, à quibus abest conscientia veræ pudicitiæ: quia nihil verum in his, quæ Deum nesciunt præsidem, & magistrum veritatis. *cap.* 1.

997 *Deinde sic progreditur Tert.* Vos ab illis, ut in cæteris, incessu quoque divertere necessarium est; quoniam perfectæ esse debetis sicut Pater vester, qui est in cælis. Perfectæ autē, idest, Christianæ pudicæ, appetitionem sui non tantúm non appetendam, sed etiam execrandam vobis sciatis: primó quód non de integra continentia venit studium placendi per decorem, quem naturaliter invitatorem libidinis scimus. Quid igitur in te excitas malū istud? Quid invitas, cuius te profiteris extraneam? Tum quòd tentationibus viam apperire non debemus, quæ nonnunquám (quod Deus á suis abigat) instando perficiunt, certè vel spiritu scandalum permovent *cap.* 1. *&* 2.

998 *Et iterum*, Perit enim ille simul in tua forma, si concupierit, & admisit iam in animo, quod concupivit, & facta es tu gladius illi. *Et tādem sic concludit*, Cùm igitur, & nostra, & aliorum causa versetur in studio periculosissimi decoris, iam non tantúm confictæ, & elaboratæ libidinis suggestum recusandum à vobis sciatis, sed etiam naturalis speciositatis obliterandum, dissimulatione, & incuria, ut proinde oculorum incursibus molestum. Nam & si accusandus decor non est, ut felicitas corporis, ut divinæ plasticæ accessio, ut animæ aliqua vestis urbana; timendum tamen est, vel propter iniuriam, & violentiam spectatorum, quæ etiam patet fidei Abraam in vxoris suæ specie pertimuit, & sororem mentitus Saram, salutem contumelia redemit. Nunc non sit timenda dignitas formæ, ut nec possidentibus gravis, nec appetentibus exitiosa, nec coniunctis periculosa, nec exposita tentationibus, nō circundata scandalis existimetur: sufficit quód Angelis Dei non est necessaria; nam vbi pudicitia; ibi vacua pulchritudo. *cap.* 2. *&* 3. Misit ergo rex: *Iniqua rex abutitur potestate, ut appetita fruatur voluptate.*

Marginal notes (left column): Math. 5. — Gen. 20 num. 2. Marginal note (right column): Gen. 20 num. 2.

Ex Clemente Alex.

Genes. 26. Prospiciens Abimelech rex Palæstinorum per fenestram, vidit eum iocantem cum Rebecca vxore sua. *numer.* 8. *Clemens Alex. lib.* 1. *Pedagog.* Ego vero Isaac quoque, & puerum refero. Isaac, risus exponitur. Eum vidit ludentē cum vxore, & adiutrice Rebecca rex curiosus. Rex autem, cui nomē erat Abimelech: mihi videtur esse quædam supermundana sapientia, quæ puerilis ludi, ac disciplinæ conciderat mysterium. Interpretantur autem Rebeccam, tolerantiam. *cap.* 5. *Quòd omnes, qui in veritate versantur, sint apud Deum pueri.* 999

Et sic progreditur, O prudentem ludum, & disciplinam? Risus, & à tolerantia adiuvatur, & rex, qui ea attendit, stupet, & admiratur spiritum eorum, qui sunt pueri in Christo, qui in tolerantia vitam agunt. Et hic est divinus ludus, ac disciplina. Talem ludum ludere suum iovem dicit Heraclitus. Quid enim aliud viro sapienti, & perfecto magis convenit, quàm ludere, & collætari? Per honestarum rerum tolerantiam, & bonorum administrationem dies festos 1000

Marginal notes (right column): Gen. 26 num. 8. — Gen. 26 num. 8.

festos cum Deo celebrantem? *Eodem cap.* 5.

1001 Gen. 26 num. 8. *Deinde sic ait.* Potest enim aliter accipi quod á prophetia significatur, nos scilicet, lætari, & ridere propter salutem, quemadmodum Isaac. Risit autem quoque ille á morte solutus, ludens, & exultans cum sponsa, quæ nostra est ad salutem adiutrix Ecclesia, cui firmum, ac solidum impositum est nomen, Tolerantia: vel quoniam ea manet in sæcula, semper gaudens: vel quód constet ex tolerantia credentium, qui sumus membra Christi, & eorum qui ad finem sustinuerunt testimonium & quæ sit propterea gratiarũ actio. Hic est autem ludus mysticus, & disciplina, & salus, quæ cum gravi, & honesto solatio fert auxilium. *Eodem cap.* 5.

1002 Gen. 26 num. 8. *Tandem sic concludit.* Rex itaque Christus é superis risum nostrum speculatur, & cum é fenestra, ut dicit scriptura, prospexisset gratiarum actionem, & benedictionem, exultationem, & lætitiam, & simul etiam cum ijs operantem tolerantiam, & eorum coniunctionem, solam suam respicit Ecclesiam: ostendens faciem suam, quæ deerat Ecclesiæ, quæ regali capite perfecta efficitur. Vbi erat autem fenestra, per quam ostendebatur Dominus? Caro, per quam fuit manifestatus. *Omnia lib.* 1. *Pædagog. cap.* 5. Vidit eum iocantem *Dum cum Rebecca Isaacus ludebat, Dei Filium cum Ecclesia ludentem, iam tunc indicabat, qui ludens coram Patre suo dilicias ipsius cum filijs hominum esse testabatur. Proverbiorum*, 8. Ludens in orbe terrarum, & deliciæ meæ esse cum filijs hominum. *n.* 31. Prov. 8. nu. 31.

Ex Divo Ambrosio.

1003 Gen, 20. Misit ergo Abimelech rex Geraræ, & tulit eam, *n.* 2. Venit autem Deus ad Abimelech per somnium nocte, & ait illi: En morieris propter mulierem, quam tulisti; habet enim virum. *num.* 3. Gen. 20 n. 2. & 3. *Divus Ambrosius lib.* 1. *de Abraam.* Ideo tentatur Saræ pudicitia, ut exigatur omnium. Nam, & Abimelech sibi eam sumpserat in vxorem, & dixit ei nocte Deus, Ecce tu morieris propter mulierem, quam accepisti. Advertimus adulterium divino iudicio morte puniri. Ideoque addidit, Hæc enim commoratur cum viro. *cap.* 7. En morieris. *Mortis memoria libidinis affectum Dominus refrænavit. Abimelechus namque præmeditatã carnis iucundam voluptatem amara mortis meditatione respersam illicò fastidivit.*

Gen. 20. En morieris propter mulierem, quam tulisti, habet enim virum. *Divus Ambrosius lib.* 1. *de Abraam.* Nulli licet scire mulierem præter vxórem. Ideoque coniugij tibi datum est ius, ne in laqueum incidas, & cum aliena muliere delinquas. Nam & aliam quærere cũ habeas tuam, crimen est adulterij, hoc gravius, quód putas peccato tuo authoritatem legẽ quærendam. Tolerabilior est si lateat culpa, quàm si culpæ vsurpetur authoritas. *cap.* 7. Quam tulisti. *Saram tulerat Abimelech, quam non in concubinam, sed in vxorem habendam publicabat, atque ita libidinosum adulterium honesto matrimonij titulo, quod legis naturalis authoritate inductum fuerat, palliabat.* Gen. 20 num. 3.

Genes. 20. En morieris propter mulierem quam tulisti, habet enim virum. *num.* 3. *Divus Ambrosius lib.* 1. *de Abraam.* Locus iste docet gravius crimen esse, vbi celebrati coniugij iura temerantur, & vxorius pudor solvitur. *cap.* 7. *Non hoc dixit Deus, quasi si Sara virum non haberet, liceret Abimelecho eam, ut suam expleret libidinem, in palatium trahere; sed ut specialem adulterij malitiam aperiret, propter quam Abimelechum mortis sententia* 1004 Gen. 20 num 3

tia condemnaret.

1005 *Genes.* 20. Domine, num gentem ignorantem, & iustam interficies? Non ne ipse dixit mihi soror mea est: & ipsa ait: Frater meus est; in simplicitate cordis mei, & munditia manuum mearum feci hoc. Dixitque ad eum Deus: Et ego scio quod simplici corde feceris: & ideo custodivi te, ne peccares in me, & non demisi ut tangeres eam. *n.* 4. 5. & 6. *Divus Ambrosius lib.* 1. *de Abraham.* Cùm prætenderet Abimelech, quòd vxorem alienam esse ignoraverit, quam sororem esse, vir ipse suam dixerat, respondit ei Dominus. Et ego cognovi quoniam puro corde fecisti hoc, & peperci tibi, ut nō peccares in me: propter hoc non sum passus te tangere illam. Cognoscimus velut præsulem, custodemq; coniugij esse Deum, qui non patitur alienum torum pollui. Et si quis fecerit, peccare eum in Deum, cuius legem violet, gratiam solvat. *cap.* 7. *Abimelechus, & corde, & opere mundum se fuiße coram Domino testabatur, ut sic comminatam à Deo sibi mortem poßet evadere: sciebat enim à Deo summè iusto mortis pœnam, non nisi propter culpam operis, vel saltem cordis inferendam.*

Gen. 20 *n.* 4. 5. & 6.

1006 *Genes.* 20. Et ego scio, quòd simplici corde feceris, & ideò custodivi te, ne peccares in me, & non demisi, ut tangeres eam. Nunc ergò redde viro suo vxorem, quia propheta est, & orabit pro te, & vives &c. *numer.* 6. & 7. *Divus Ambrosius lib.* 1. *de Abraham.* Fortasse te moveat qua ratione Pharao quæstionibus ab omnipotenti Deo graviter afflictus sit, ut supra legimus, cùm & ipse ignoraverit vxorem esse Abrahæ Saram, quam sororem audierat: Abimelech autem nullam pœnam exceperit. Verùm cùm Ægypti regem noveris ducem fuisse vitiorum, qui quó plus habuerit licentiæ, eó plus flagitij commiserit: Abimelech autem, & fidelis æstimatus sit Deo, ut me ruerit audire, Et ego cognovi quoniam puro corde fecisti hoc: rex non affectionis, ut Ægyptius, sed monitionis, quòd Gerarum, quibus præterit docet interpretatio: nō est dubium cæteris operibus eius indignationem Domini esse revocatam, qui veré interioris arbiter est conscientiæ, & animi, ac mentis interpres. *cap.* 7.

Gen. 20 *n.* 6 & 7

Aliam etiam præbet discriminis rationem, dum sic progreditur. Denique non ut Pharao ille conventus à Moyse recusavit, & sprevit mandatum Dei, nec obsequium distulit, sed statim vocavit Abraham, vxorem suam ei reddidit, pretio se ipse mulctavit, quód vidisset alienam, dote pudoris exsolvit. *Eodem cap.* 7. 1007

Gen. 20 *n.* 6. & 7.

Tandem adhuc aliam rationem diversitatis assignat, dicens, Hinc quoque colligi potest, Abimelech regē clementiora meruisse, quód Abrahā pro eo rogavit, & impetravit. *cap.* 7. *Et Pharao, & Abimelechus à viro suo Abrahamo Saram vxorem tulit, ut constat Gen.* 12. *n.* 15. *& Gen.* 20. *n.* 2. *Et tamen Deus Pharaonem: & non Abimelechum flagellavit? Nec mirum, Pharaonem enim accusatorem; Abimelechus autem intercessorem Abrahamum apud Dominum vendicavit.* 1008

Gen. 20 *num.* 3.

Ex Divo Hieronymo.

Genes. 26. Ad quem locum cùm venissent de Geraris Abimelech, & Ochozath amicus illius, & Phicol dux militum, locutus est eis Isaac. *num.* 26. *Divus Hieronymus.* Abimelech non semper pacem hibet cum Isaac, aliquando dissidet, aliquando pacem requirit, & significat studiosos, & sapientes sæculi, qui per eruditionem philosophiæ multa de veritate comprehenderūt. Hic autem Isaac. (Qui Verbum Dei significat) nec semper in dissensione est, 1009

Gen. 26 *nu.* 26.

est, nec in pace. Philosophia enim divinæ legi, nec in omnibus contraria est, nec in omnibus consonat. Multi enim philosophorum vnum Deum, qui cuncta creavit scribunt &c. *Apud Glossam ad locum citatum. Ad Isaacum venit Abimelech Gerara rex amicum, & ducem militiæ solùm secum ferens, ut per amicum, Isaaco suum offerret amorem, quem si noluisset, per ducem, suum eidem Isaaco incutere posset timorem, ac proinde, si ab Isaaco non amaretur, saltem ab eodem timeretur.*

Gen. 26 nu. 26. *Genes.* 26. Ad quem locum &c. *n.* 26. *Divus Hieronymus.* Pro Ochozath pronubo in Hebræo habetur, collegium amicorum eius, ut tam hominem significet, quàm amicorum turbam, quæ cum rege venerat, in quibus fuit Phicol princeps exercitus illius. *In quæst. Hebr. Cum uno solummodo amico præter suæ militiæ ducem venit rex Palæstinorum sociatus, sed qui unus instar multorum foret amicorum, ex quibus societas magna posset fieri virorum, qui sub duce militiæ regiæ pro rege suo defendendo possent decertare.*

Ex Divo Chrysostomo.

1010 Gen. 20 n. 2. & 3. GEnes. 20. Misit ergo Abimelech rex Geraræ, & tulit eam. Venit autem Deus ad Abimelech per somnium nocte, & ait illi: en morieris propter mulierem, quam tulisti; habet enim virum. *n.* 2 *&* 3. *Divus Chrysost.* Vide Dei misericordiam: quo modo, quia videt iustum propter metum mortis Saræ ablationem fortiter ferre, & Regem eam ut sororem iusti abducere: suam postea declarat providentiam, iustum quoq; illustriorem reddit, & Saram ab iniuria, regem verò á peccato liberat. *In Genes. hom.* 45. *Beneficentiam Deus termunificus triplicavit: una namque, & eadem actione, & Abrahamum à timore, & Saram à dedecore, & Abimelechum à crimine voluit, & valuit liberare.*

Genes. 20. Venit autem Deus ad Abimelech per somnium nocte, 1011 Gen. 20 num. 3.
&c. *nu.* 3. *Divus Chrysost.* Circiter ipsum somni tempus eripere eum volens ab iniquitate, dedit menti eius scientiam, & occulta manifestavit, multùmque metum auxit interminando mortem; Dicit enim, morieris propter mulierem, quam abstulisti. *Abimelecho Deus apparuit, ut tanto Dei beneficio obligatus ab intentato facinore rex, ne ingratus Deo videretur, animum extraheret.*

Genes. 20. En morieris propter mulierem, quam tulisti. *num.* 3. *D.* 1012 Gen. 20 num. 3.
Chrysost. Tantum timorem in Abimelech emisit, ut perculsus animo Saram attingere non auderet propter hoc enim adiecit divina scriptura, Abimelech non tetigerat illam. *Hom.* 45. *Mortis Abimelecho Deus incussit timorem, quo luxuriæ propulsaret ardorem.*

Gen. 20. Abimelech veró non tetigerat eam, & ait; Domine, num gentem ignorantem, & iustam interficies? *n.* 4. *D. Chrysost.* De facinore se defendit, ac dicit: Domine gentem iustam, & ignorantem perdes? Num quid sciens, mulierẽ eius esse, hoc feci? Numquid iniuria peregrinum afficere volens, nunquid, ut vxorem eius auferens? Vt sororẽ eam accepturus eram; ratus hoc nomine, & hunc, & illam honorari. *Hom* 45. *Priùs se de culpa, quàm de pœna Abimelechus excusabat, gravius enim meruisse, quàm pati pœnam, esse censebat.* 1013 Gen. 20 num. 4.

Genes. 20. Non ne ipse dixit mihi soror mea est: & ipsa ait: Frater meus est? In simplicitate cordis mei & munditia manuum mearum feci hoc. *n.* 5. *D. Chrysost.* Vide quomodò habuerit concordiam, & conspirationem, & ipse, inquit, hoc mihi dixit, & ipsa stipulata est dictis eius. In corde puro, & in iustitia manuum feci hoc. Non, ut iniquũ factu- 1014 Gen. 20 num. 5.

facturus, inquit, sed ut legitimum, & licitum, irreprehensibileque hæc feci. *Hom.* 45. *De duplicitate cordis, & Abraham, & Saram rex Abimelechus apud Dominum accusabat, & ideo cordis sui simplicitatem aperiebat, neque enim iure alios de cordis duplicitate condemnaret, nisi cordis sui simplicitatem comprobaret.*

1015 *Genes.* 20. Dixitque ad eum Deus; Et ego scio, quòd simplici corde
*Gen.*26 feceris, & ideò custodivi te, ne peccares in me, & non demisi, ut tangeres eam. *nu.* 6. *D. Chrysost.* Vide quantum obsequium exhibet omnium Dominus, suam bonitatem per omnia declarans; & ego scio quòd corde puro hoc feceris, scio, inquit, quód ipsi hunc actum instruxerint, & quòd deceptus eorum dictis hoc feceris: ob hoc, ut ne propter deceptionem hanc pereas: Cohibui, ne tu peccares in me.

*num.*6.

1016 *Deinde sic progreditur exponens eundem textum:* Magna verbi est attemperatio, maxima Domini est misericordia. In me, inquit, redditurum est peccatum. Nam sicut in hominibus quando quis aliquem in multo honore apud dominum suum iniuria quadam afficit, sibi iniuriam factam putat dominus, & dicit; Mihi iniuriam fecisti, per ea, quibus à te servus iniuria affectus: ea enim, quæ in illum committuntur in me transeunt: eodem modo, & bonus Dominus. Cohibui te, inquit, ut ne peccares in me. Mei, inquit, famuli sunt, & adeo mihi commendati, quód ut mea habeam, quæcunq; illis fiunt sive bona sint, sive non bona. *Hom* 45. In me. *Adeo enim Deus per amorem sibi adiunctum Abrahamū fidelem sibi servum vendicabat, ut peccatū contra Abrahamum committendum, contra se ipsum factum iudicaret, ac si vellet non minùs Abraham dilectum suum, quàm se ipsum inoffensum conservare.*

*Gen.*26 *num.*6.

1017 *Genes.* 20. Nunc ergo redde viro suo vxorem, quia propheta est: & orabit pro te, & vives: si autem nolueris reddere, scito quòd morte morieris, tu, & omnia, quæ tua sunt. *num* 7. *D. Chrysost.* Vide quomodó virtutem iusti detegit, prophetam ipsum vocat, quasi præparans regem, ut precatorem eum faciat pro se. Orabit enim pro te, & vives. Ille etenim, inquit, veritus, ne occideretur à te, hanc comœdiam instruxit, & quasi cooperatus est in contumeliam Saræ: scias autem, quód illius preces vitam tibi præbebunt. *Hom.* 45. *Volebat enim Deus, quòd rex se agnosceret peccatorem, ut tunc Abrahamum sibi assumeret apud Dominum Deum precatorem.* *Gen.*20 *num.*7.

Genes. 20. Si autem nolueris reddere, scito, quòd morte morieris tu, & omnia quæ tua sunt. *n.* 7 *D. Chry.* Vt ne concupiscentia flagrans, & pulchritudine Saræ victus minús faciat mandatum, immittit ei timorem, & maiorem pœnam minatur se inducturum. Quód si non dederis, inquit, scias, quòd morieris tu, & omnia tua. Non solúm tu inobedientiæ pœnam lues, sed & omnia tua propter te mors perdet. *Hom.* 45. Morte morieris. *Si enim divino mandato Abimelech non obtemperaret, non vnam tantùm, sed duplam sibi inferret necem, qui & in animo, & in corpore moreretur.* 1018 *Gen* 20 *num.*7.

Genes. 20. Statimque de nocte consurgens Abimelech vocavit omnes servos suos, & locutus est vniversa verba hæc in auribus eorum, timueruntque omnes viri valde. *n.* 8. *D. Chrysost.* Ob hoc autem per tempus noctis hæc omnia Deus ei loquitur, ut in quiete accepta admonitione magno timore imperata faciat. Statim enim, inquit, orto diluculo Abimelech vocavit pueros suos, & loquutus est omnia verba hæc in aures eorum. Vide quomodó rex fit præco virtutis iusti, à Deo manifestatæ, ut omnes sciant, & Dei erga illum benignitatem, & quan 1019 *Gen.*20 *num.* 8

quantum sit Deo curæ illius, propter eius mores, & virtutem. *Hom.* 45. Statimque de nocte consurgẽs. *Ne si moram faceret differens pænitentiam, iterùmque dormiret, non iterum à Domino suscitatus, æternæ pœnæ incurreret soporem, è quo non posset ad veniam vigilare.*

1020 Gen. 20 num. 9. *Genes.* 20 Vocavit autem Abimelech etiam Abraham, & dixit ei: Quid fecisti nobis? Quid peccavimus in te, quia induxisti super me & super regnum meum peccatum grande? Quæ non debuisti facere, fecisti nobis. *n.* 9. *D. Chrysost.* Considera in quanta gloria iustus postea apud regem agit, qui pauló antea ab omnibus habebatur contemptibilis, quasi erro, & peregrinus. Igitur cúm omnes convenissent, vocatur statim patriarcha, qui nihil horum sciebat, & discebat postea à rege ipso, quæ propter se à Deo illi facta erant. *Hom.* 45. Super me, & super regnũ meum. *Exemplo enim regis quilibet subditorum in regno impunè similia crimina perpatraret, nec enim Abimelechus in aliquo subditorum, quod in se haberet crimen posset condemnare.*

1021 Gen. 20 num. 9. *Genes.* 20. Quid peccavimus in te &c. *n.* 9. *D. Chrysost.* Non satis erat, si ego punirer? omne regnũ meum simul perdendum est ex deceptione, quam fecisti? Quid vidisti in nobis, ut hoc faceres? *Hom.* 45. Super regnum meum peccatũ grande. *Sciebat enim peccatum in se inductũ in subditos per totum regnum fore dirivandum, quisque enim, ut suo se regi assimilaret, eidemque placeret, simile crimen absque vllo rubore committeret; similem enim in crimine esse regi, non esset pudori subdito, sed honori.*

1022 Gen. 20 n. 14. & 15. *Genes.* 20. Tulit igitur Abimelech oves, & boves, & servos, & ancillas, & dedit Abraham: reddiditque illi Saram vxorem suam. *n.* 14. & 15. *D. Chrysost.* Reveritus rex magnam iusti mansuetudinem, magna liberalitate remunerat patriarcham. *Et infra.* Et vide insuper regis erga iustum illum officium. Non solùm enim tantis muneribus illum appræmiat, sed etiam potestatem ei dat, ut in terra sua habitet. Ecce enim, inquit, terra mea coram te est, vbicunque tibi placuerit, habita. Gen. 20 nu. 15.
num. 15.

1023 *Et sic progreditur.* Nam, quia didicit, quòd propter illum, & propter illius preces, vita sibi data sit, ideo ita in vagum erronem, & antea nulli cognitum, quasi in benefactorem, & tutorem aliquem officiosus fuit. *Hom.* 45. *Sola ingressa est Sara domum regiam, ex qua magno servorum, & ancillarum egreditur comitatu: rex enim, quam in vxorem accipere cogitaverat, adhuc postquam deprehendit illã esse vxorem Abrahæ, ut semel dilectam honorabat.*

Genes. 20. Saræ autem dixit. Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes, qui tecum sunt, & quocunque perrexeris; memento, te deprehensam, *n.* 16. *D. Chrysost.* Vide quomodó accepta à iusto doctrina, ut credidit eius dictis, etiam ipse fratrem huius illum vocat. Ea, quæ dedi, inquit, fratri tuo, tua erunt in honorem vultus tui, & omnia veré dic. Quid est in honorem vultus tui, & omnia verè dic? Pro his, quæ per ignorantiam attentavi, te, quæ es vxor iusti in domum meã introducendo: pro hoc solùm, quia contumeliæ tibi author fui, mille dedi didrachmas, resarturus ea, quæ á me in te sunt admissa. Verúm omnia alia veré dic. Omnes, inquit, á te discant, quód nihil factum est á me iniquum; quia intacta exivisti de domo mea. Doce, inquit, virum tuum, quòd innocens sum à peccato: discat á te, quòd nihil à me factum sit. Quare hæc dicit? Vt cùm iustus ab ea didicerit, multisque fuerit rationibus edoctus, pro eo preces Domino offerat. *Hom.* 45 *Non*

1024 Gen. 20 nu. 16.

Saræ,

Saræ, sed Abrahamo Abimelechus munera conferebat, ne aliquis existimaret regia dona Saræ in pretium sui pudoris erogari.

1025 *Genes.* 20. Orante autem Abraham sanavit Deus Abimelech,
Gen. 20 nu. 17. & 18. & vxorem, ancillasque eius, & pepererunt; concluserat enim Dominus omnium vuluam domus Abimilech propter Saram vxorem Abrahæ. *num.* 17. *&* 18. *D. Chrysost.* Quanvis alienus esset à peccato rex plagam hanc induxit Dominus, ut precibus iusti annuens eam solveret, & iustum clariorem, & illustriorem efficiat, nam semper omnia ita facit, & tractat, & singula dispensat, ut qui sibi serviunt, quasi luminaria reluceant, & eorum virtutem, vbique manifestam faciat. *Homil* 45. Sanavit Deus Abimelech. *Ad hoc enim eum ægritudine percusserat, ut Abrahamus amicus regi factus, pro eius salute ad Dominum oraret, Dominumque inflecteret, & regem ab ægritudine liberaret.*

1026 *Genes.* 26. Dixitque Abimelech: quare imposuisti nobis? po-
Gen. 26 nu. 10. tuit coire quisquam de populo cum vxore tua, & induxeras super nos grande peccatum. *num.* 10. *Divus Chrysostom.* Rex adhuc habens recentem memoriam eorum, quæ tempore patriarchæ raptá Sará tulerat, increpabat eum, reumque arguens dicebat: cur hoc fecisti? *Homil.* 51. *Peccatum cuiuslibet subditi in se ipsum rex inductum esse affirmabat; quia omnia subditorum crimina in se regem à subditis translata, ut pœnam Deo debitam pro eis solveret, arbitrabatur.*

1027 *Genes.* 26. Quare imposuisti nobis &c. *num.* 10. *Divus Chrysost.*
Gen. 20 nu. 10. Hanc deceptionem, inquit, & olim sustinuimus á patre, & nunc nisi in tempore prospexissemus, eadem laturi eramus. *Homil.* 51. Quare imposuisti nobis? *Ac si diceret, In alijs non tantum in hoc debueras parentem Abraham imitari: sed tu exemplo illius excitatus vxorem tuam mentitus es sororem esse tuam, ut in hoc mendacio Abrahamum patrem tuum æmulareris.*

Genes. 26. Præcepitque omni populo dicens? Qui tetigerit hominis huius vxorē morte morietur. 1028 Gen. 26 nu. 10. & 11.
n. 10. *&* 11. *D. Chrysost.* Vide Dei providentiam, & ineffabilem curam. Nam qui dixerat ei: Ne descendas in Ægyptum, & habita in terra ista, & ero tecum; ille erat, qui hæc omnia dispensabat, & iustum in tanta constituebat securitate. Cōsidera enim regem procurantem, ut impavidé ibi agat, liberque sit ab omni cura. Mortem enim interminatus est omnibus, quicunque tetigerint aut eum, aut vxorem eius. Quia enim hic erat timor, qui concusserat eius mentem, propterea & illum auferri fecit misericors Dominus, ut posteà omnino securé ageret. *Hom.* 51.

Deinde sic loquitur. Et vide 1029
quomodò variæ viæ sint sapientiæ Dei, & quomodó omnia iuxta suam voluntatem faciat, & in invijs viam inveniat, per illa ipsa, quæ maximé adversa videntur, salutem servorum suorum conservans. Hinc enim est, quòd rex ille tantam habet curam iusti: quasi prædicans eum omnibus civitatis suæ inhabitatoribus, & declarans quám gloriosus sit, & summo honore dignus, quem & maximi faciebat. *Hom.* 52.

Id probat exemplo Nabuchodonosoris, & trium puerorum in hunc modum D. Chrysost. Sic, & Nabuchodonosor postquam pueros in fornacem iniecerat, & se ipsi comprobaverat captivorum adolescentium virtutem, cum prædicare eos cœpit, & vbique lingua sua facit illustres. Hæc enim potissimùm magna Dei vir- 1030 Dan. 3.

T tus

virtus est, quando faciat, ut per inimicos celebrentur servi Dei. Et qui cum furore accendi fecerat fornacem illam; quoniam vidit, quòd per supernum auxilium, puerorum virtus ignis actionem vinceret, repentè mutatus clamavit dicens: servi Dei excelsi. Vide, non solùm illos excelsos prædicat, sed & Dominum vniversorum. *Hom.* 51.

1031 *Adhuc sic progreditur Divus Chrysost. ad illud* Egredimini. Quid fac-
Dan. 3. tum est? Non ne tu eos tormento tradidisti? non ne tu in tantum fornacem flagrare præcepisti? Profectò, inquit, sed nunc video res admirabiles, & novas. Elementum enim hoc suæ operationis oblitus, quasi vinculis quibusdam ligatum tantam exhibuit obedientiam, ut neque contingerentur illorum capilli. Vnde videre possumus, quód factum supra humanam naturam est, & ineffabilis quædam, ac divina vis, quæ hæc operatur, tantam puero-
Dan. 3. rum habet curam. Vidisti (*adhuc loquitur Divus Chrysost.*) Dei misericordiam quomodó nunquam derelinquat servos suos? permittit in fornacem inijci; sed eos volens clariores facere, & suam virtutem demonstrare. Vnde & barbari demulsit mentem, Neque enim tam admirabile erat, si á principio prohibuisset eos in caminum inijci: sicuti nunc admirabiliùs, & rariús factum est, cùm in medio ignis existentes, nihil insuave ferre permittit. Nam quando vult etiam eos, qui in medijs sunt periculis, & pœnis, potentiores facit: & eos, qui patiuntur his, qui illos affligunt. *Eadem hom.* 51.

1032 *Tandem sic concludit.* Tanta, tamque valida res est virtus, tamque imbecillis malitia, ut illa qui-
Dan. 3. dem licet patiatur, vincat: hæc
Gen. 26 verò, & si quid faciat, nihil profi-
nu. 10. cit, quám quòd suam prodit infir-
& 11. mitatem. *Homil.* 51. Præcepitque &c. *Iure rex hoc præceptum populo imponebat, quod ipse primus omnium observabat, neque enim de se, sed de quolibet sibi subdito circa adulterium committendum, dubitabat.*

Genes. 26. Ob hoc inviden- 1033
tes ei Palæstini, omnes puteos, Gen 26
quos foderant servi patris illius nu. 15.
Abraham, illo tempore obstruxe- & 16.
runt, implentes humo: in tantúm, ut ipse Abimelech diceret ad Isaac: Recede á nobis, quoniam potentior nobis factus es valde. *num.* 15. & 16. *Divus Chrysost.* Nam qui ei prohibuerat descensum in Ægyptum, & dixerat: Habita in terra hac: & ero tecum: ille in omnibus tam clarum eum fecit, ut non multó post invidiosus foret apud regem Gerararum. Videntes enim eius substantiam quotidie augeri, ægrè tulerunt viri ibi habitantes eius cohabitationem, & transmigrare inde coegerunt. *Homil.* 51 In tantúm ut ipse Abimelech diceret ad Isaac Recede &c. *Meritò dicitur* In tantúm. *Est enim invidia vitium indignum rege. Rex namque invidiosus omnibus, nulli invidus esse debet.*

Genes. 26. In tantúm, ut ipse 1034
Abimelech diceret ad Isaac: Re- Gen. 26
cede á nobis, quoniam potenti- nu. 16
or nobis factus es valde. *num.* 16. *Divus Chrysost.* Neque rex qui in tanta potestate erat invidiam continere potuit: sed dicit, Abi á nobis, quia potentior nobis factus es valde.

Deinde sic loquitur. Magna ma- 1035
levolentia: Cuius gratia abigis iustum? Num aliqua in re tibi no- Gen 26
cuit? Num iniuriam intulit? Sed nu. 16.
ita se habet invidia, nihil cùm ratione operatur. Oportebat eum spectare, & attendere, quem omnium Deus tanta gratia prosequebatur, & Dei exemplo magis

magis fovere, eì serviendo: ut honore in illum collato etiam ipsi divinum sibi favorem conciliarent. *Hom.* 52. Recede á nobis. *Quid dicis insane? Iustum è societate tuorum recedere iubes? Ipse spontè, nullo eum cogente imperio, & à te, & à tuis recedere cupit; neque enim minùs ingrata bonis est societas malorum, quàm malis odiosa fit societas bonorum.*

1036 *Gen.* 26 *nu.* 16. *Genes.* 26. Recede à nobis, quoniam potentior nobis factus es valde. *num.* 16. *Divus Chrysost.* Ita agere solet invidentia, non potest benigniter videre aliorum felicitatem: sed felicitatem proximi, suam putat infelicitatem. *Hom.* 52. Quia potentior factus es nobis. *Rex Abimelechus valde invidus ostenditur, utpote qui non tam sua impotentia, quàm aliena potentia torqueretur; ideo non de sua defectu potentia, sed de aliena augmento potentia querebatur.*

1037 *Gen.* 26 *nu.* 16. *Genes.* 26. Recede á nobis, quoniam potentior nobis factus es valde. *num.* 16. *Divus Chrysostomus.* Rex sub cuius potestate tota civitas erat, & habens omnes sub manu sua: peregrino, vago, huc, & illuc migranti dicit: Abi á nobis, quia potentior factus es, quàm nos sumus: & veré potentior erat, supernum præsidium habens in omnibus, dexteraque Dei munitus. *Hom.* 52. *Quid mirum? Meritò Abimelech agnoscebat Isaacum peregrinum se rege potentiorem, quia eum veri Dei intelligebat cultorem.*

1038 *Gen.* 26 *nu.* 16. *Genes.* 26. Recede á nobis, quoniam potentior nobis factus es valde. *num.* 16. *Divus Chrysostom.* Non docuit te verum experientia, quód Dei manus est, quæ illustrem facit, & conservat iustum? Quare igitur abigendo iustum, erga Dominum ingratitudinem declaras? Et neque magna viri mansuetudo tuam domare potuit invidiam, sed victus, invidiam opere comples, & iterum migrare eum cogis, qui in nullo te læsit?

Et iterum exponens eundem Textum. Nescis, quòd si in ipsissimam solitudinem eum fugaris, habebit tamen potentem Dominum, qui se iuvare (sicut illic factum) & multò clariorem facere novit. Nihil enim fortius; quàm frui superno præsidio: sicut nihil infirmius, quàm eo auxilio destitui. *Hom.* 52. Recede &c. *Falleris egregiè, quocunque Isaacus pergat, illuc manus Dei, ut Dei servum feret: ubique Deus factus ei socius: dextera sua teget eum, ac proinde potentiam non amittet, sed ampliabit.* 1039

Genes. 26. Ad quem locum cùm venissent de Geraris Abimelech, & Ochozath amicus illius, & Phicol dux militum, locutus est eis Isaac. *num.* 26. *Divus Chrysost.* Vide Abimelech illum, qui abigere eum conatus est, & dixit; Abi á nobis, nunc ad eum venientem: dicit enim fuit Abimelech, & præfectus gynæcei, & dux exercitus. *Hom.* 52. *Ubi in nostra vulgata legitur* Ochozath amicus eius, *ponitur à septuaginta interpretibus* Præfectus gynæcei. *Ex quo magnum apparet huius regis præconium; qui eum sibi amicum vendicaverat, quem litterarum præfectum designarat.* 1040 *Gen.* 26 *nu.* 26

Genes. 26. Vidimus tecum esse dominum, & idcircò nos diximus: fit iuramentum inter nos, & ineamus fœdus. *num.* 28. *Divus Chrysost.* Vidè quantum mansuetudinis robur, & quanta virtutis potentia. Nam qui pridem abegerant, nunc veniunt ad peregrinum, ad virum civitate carentem, ad erronem: & non solum satisfaciunt, & excusant se de his, quæ commiserant, sed & peccatorum veniam petunt, & prædicant iustum, & indicant unde suus metus, & confitentur suam infirmitatem, & iusti magnam testantur virtutem. Quid enim fortius eo, qui secum habet Deum? *Hom.* 52. *Isaacum Dei factū sociū* 1041 *Gen* 26 *nu.* 28.

agnoscebant, & ideò societatis fadere cum Isaaco societatem inire affectabant, ut sic tandem sub Deo illius societatis duce militarent, ne aliquos contra se insurgentes hostes formidarent.

1042 Gen. 26 nn. 28. *Genes.* 26. Vidimus tecum esse Dominum &c. *num.* 28. *D. Chrysost.* Vnde vobis illa scientia? Profectò dicunt, res ipsæ nos docuerunt. Vidimus, quòd abactus abigentibus fortior factus es, & ex rerum serie contemplati sumus, quód superno auxilio niteris. Hoc autem divinæ dispensationis opus est, quód mens eorum obstupuerit iustum, & quód hoc cognoverint. *Homil.* 52.

1043 Gen. 26 nu. 28. *Et exponens eundem locum sic progreditur D. Chrysost.* Quoniam igitur Dominus tecum: fiat iuramentum inter nos. Vide quomodó impellente conscientia semetipsos reprehendere festinant, cúm nullus alius cogat, vel facta obiiciat. Nám nisi iniuriam fecissetis, quare à iusto petitis, ut componatur fædus vobiscum; sed ita se habet iniustitia, quotidie conscientia mordet, & silente eo, qui offensus est, pænam; & rationem exigi putant, qui iniustitiam sunt operati: & quotidie anguntur, & quasi sibimet ipsis præscribunt peccatorum suorum ex quiri rationem: id quod & illis evenit. *Hom.* 52. *Cum Isaaco Dominum esse testabantur, & cùm scirent Deum iniurias servis suis factas non ab ipsis vendicatas, vendicare: supplicia pro iniurijs à se Isaaco illatis meritò timebant, & ideò fædus pacis cum Isaaco inire affectabant.*

1044 Gen. 26 nu. 28. & 29. *Genes.* 26. Ineamus fædus, ut non facias nobis quidquam mali, sicut & nos nihil tuorum attigimus, nec fecimus, quod te læderet: sed cum pace dimisimus actum benedictione Domini. *num.* 28. & 29. *D. Chrysost.* Vide quomodó pugnantia inter se præ mentis angore, & turbatione loquuntur: ne fiat nobis malè: quare sic timuistis iustum, videntes quòd tantam præ se ferat mansuetudinem erga eos, qui lacessebant? Sed incorruptus iudex mentem eorum excitavit, & animadverterunt, quòd erga iustum tam ingrati fuerint: propterea præ timore, & formidine non attendunt, quòd diversa, & pugnantia loquantur. *Hom.* 52. *Quid timetis? sed & qualem rationem assumitis timoris?* Vidimus, *dicitis*, tecum esse Deum. *Hoc à vobis deberet excludere timorem; ille enim, cum quo Deus erat, non vobis odium pro odio solveret, sed amorem.*

Genes. 26. Ineamus fædus, ut non facias nobis quidquam mali &c. *num.* 28. & 29. *D. Chrysost.* Vides quòd supernam pænam timuerunt. Sciverunt enim quód licet ipse propter humanitatem suam nõ vlcisceretur, quæ fecerant, sed is, qui tantam eius curam agebat, repetiturus esset rationem eorum, quæ in iustum facta sunt: ea propter placant iustum, & componi cũ eo student, simul & pro his, quæ facta erant, rationem reddentes, & in futurum securitatem sibi conciliantes. *Hom.* 52. *Fadus de malo non inferendo, ut verè fædus esset, opus erat, ut ex vtraque parte obligaret; nec satis erat quòd solus Isaacus ad malum non faciendum obstringeretur. Quare ergo Abimelech non se etiam ad non inferendum malum obligavit? Solùm enim à se non factum malum dicit, non verò promittit à se non faciendum? Promissionem de non inferendo malo, Isaaco rex supervacuam existimabat, quia iam experientiam cognoscebat, nullum à se Dei servo posse inferri malum: vnde solùm sibi à Deo posse ad vindicandum Isaacum, malum infligi formidabat. Ideóque cúm vellet se ex hoc malo liberare, solùm Isaacum ad non inferendum sibi malum, obstringebat.* 1045 Gen. 26 nu. 28. & 29.

Ex

Ex Divo Augustino.

1046 *Gen.* 20 *num.* 2. *Gen.* 12 *nu.* 12. G*enes.* 20. Dixitque de Sara vxore sua soror mea est. Misit ergo Abimelech rex Geraræ, & tulit eam. *nu.* 2. *D. August. lib.* 22. *contra Faustum.* Quòd autem iustum, & fidelem virum matrimonij sui infamissimum nundinatorem appellas, avaritiæ, ac ventris causa, duobus regibus Abimelech, & Pharaoni, diversis temporibus Saram coniugem suam, sororem mentitum, quia erat pulcherrima, in concubitum asserit venditasse, non ore veridico, à turpitudine separat honestatem, sed ore maledico totum vertit in crimen. *cap.* 33.

1047 *Deinde sic progreditur D. August.* Hoc enim Abrahæ factum lenocinio simile videtur, sed non valentibus ex illius æternæ legis lumine á peccatis rectè facta discernere: quibus, & constantiæ pertinacia videri potest, & virtus fiduciæ, vitium putatur audaciæ; & quæcunque similiter objiciuntur, quasi non rectè agentibus, á non rectè cernentibus. Neque enim Abraham flagitio consensit vxoris, eiusque vendidit adulterium: sed coniugem castam, & casto corde sibi cohærentem, de cuius animo, vbi pudicitiæ virtus habitabat, nullo modo dubitabat, tacuit vxorem, dixit sororem: ne se occiso, ab alienigenis, atque impijs captiva possideretur: certus de Deo suo, quòd nihil eam turpe, ac flagitiosum perpeti fineret. Nec eum fides ac spes fefellit. Namque Pharao territus monstris, multisque propter eam malis afflictus, vbi eius esse vxorem divinitus didicit, illæsam cum honore restituit: Abimelech autem somnio commonitus, atque edoctus similiter fecit. *cap.* 33. Misit ergo &c. *Misit rex, nec defuit, qui regi id iubenti obtemperaret, cùm nullus fuerit in palatio verè regis amicus, qui ipsius regis appetitum auderet, bono aliquo consilio, cohibere.*

Genes. 26. Prospiciens Abimelech rex Palæstinorum per fenestram vidit eum iocantem cum Rebecca vxore sua. *num.* 8. *Divus August. lib.* 22. *contra Faustum.* Fortè studiosorum aliquis quærat, in cuius figuræ Sacramento accipiendum sit, quòd rex alienigena Rebeccam viri sui coniugem tunc esse cognovit, quando eum cum illa ludentem vidit: quod non cognovisset, nisi cum coniuge ille sic luderet, quomodo cum ea, quæ coniux non esset ludere non deceret. Quod, cùm sancti coniugati faciunt, non inaniter faciunt; sed prudenter: descendunt enim quodãmodò ad fæminei sexus infirmitatem, ut aliquid blanda hilaritate vel dicant, vel faciant: non eneruantes, sed temperantes virilem rigorem: quod tamen ei, quæ vxor non est, qui dixerit, aut fecerit, turpis est. *cap.* 46. 1048 *Gen.* 26 *num.* 8.

Deinde sic progreditur idem D. August, Verum hoc, quód ad mores humanitatis pertinet, dixerim: ne quisquam durus, & sine affectu id ipsum pro crimine objiciat sancto viro, quòd cum coniuge sua luserit. Tales enim homines inhumani, si aliquem gravem virum ludicrũ aliquid garrientem cũ pueris etiam parvulis viderint, quo eorum lacteum sensum affabili, & nutritoria facilitate permulceat, tanquam delirantem reprehendunt: obliti vnde creverint, aut ingrati, quód creverint. *Eodem cap* 46. 1049 *Gen.* 26 *num.* 8.

Et tandem sic concludit D. August. Quid autem sibi velit in Sacramento Christi, & Ecclesiæ, quód tantus patriarcha cum coniuge sua luserit, coniugiumque illud inde sit cognitum, videt profectò quis, 1050 *Gen.* 26 *num.* 8.

 quis,

quis, ne aliquid errando in Ecclesiam peccet, secretum viri eius in scripturis sanctis diligẽter intuetur: Phil. 2. n. 6 & 7 & invenit eum maiestatem suam, quæ in forma Dei æqualis est Patri, paulisper abscondisse in forma servi, ut eius capax esse humana infirmitas posset, eoque modo se coniũgi congruenter aptaret. Quid enim absurdum, imó quid non convenienter futurorum prænunciationi accomodatum, si propheta Dei carnale aliquid lusit, ut eum caperet Ioan. 1 nu. 14 affectus vxoris, cúm ipsum Verbum Dei caro factum sit, ut habitaret in nobis. *cap. 46. Suam in hoc Abimalechus naturalem probitatem ostendebat, neque enim actum, quem viderat, incestum fratris cum sorore esse indicavit, sed existimans lusum esse inter virum, & vxorem, actum fuisse licitum, imò & honestum esse reputavit.*

1051 Gen. 20 num. 3 *Genes.* 20. En morieris propter mulierem, quam tulisti, habet enim virum. *n.* 3. *D. August. lib.* 1. *quæst. super Genes.* Quod ait Deus ad Abimelech propter Saram, & peperci tibi, ut non peccares in me, quando eum admonuit vxorem Abrahæ esse, quam putabat sororem. Advertendum est, & notandum, in Deum peccari quando talia committuntur, quæ putant homines leviter habenda, tanquam in carne peccata. Quod autem dixit ei: Ecce tu morieris. Etiam hoc notandum est, quomodó dicat Deus tanquam prædicens sine dubio futurum, quod admonendo dicit, ut á peccato abstinendo caveatur. *cap.* 49. *Regis simul, & Saræ famæ Moyses consulere voluit sic addendo*, Abimelech verò non tetigerat eam. *n.* 4. *Hoc enim dixit, ne aliquis existimaret Deum Abimelecho mortem ob peccatum aliquod libidinis in pœnam comminari, sed sciret mortem, si peccatum rex cõmitteret, ei per Deum fuisse comminatam.*

Ex Ruperto.

1052 Gen. 20 num. 2. Genes. 20. Misit ergo Abimelech rex Geraræ, & tulit eam. *n.* 2. Interpretatur, *inquit Rupertus lib.* 6. *in Genes.* Abimelech Pater meus sive Patris mei regnum. *cap.* 14. *Abimelech rex bonus Saram non solùm propter eius pulchritudinem, sed & propter ipsius sanctitatem adamavit, ideoque eam in domum regiam deducere iussit, ut sibi in vxorem illam vendicaret.*

1053 Gen. 20 nu. 16. *Genes.* 20. Saræ autem dixit: Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes, qui tecum sunt, & quocunque perrexeris: memento te deprehensam. *n.* 16. *Rupert. lib.* 6. *in Genes.* Allusit ad appellationem eius dicens: Dedi fratri tuo. Ac deinceps deprehensæ fatigans furorem, Hoc, inquit, erit tibi in velamentum oculorum ad omnes, qui tecum sunt. Tanquam diceret: Quoniam veré frater tuus est, filius patris tui, & non matris tuæ, veraciter dicere poteris ad omnes, frater meus est, & hoc nomine velabitur, & cælabitur quód ille tuus vir, quòd tu vxor eius sis. Hæc vbi iocosé dixit, statim seriò subdidit, Quocunque perrexeris memento, quód frustra tali nomine oculos tuos velaveris, dicendo, quód frater tuus sit: nec enim potuisti, aut poteris latere, quòd vxor eius sis, Deo pro te corripiente reges, sicut me corripuit, tuorumque amovit oculorum velamentum, dicendo, Habet enim virum. *cap* 16. *Ad emendum velamen, quo faciem suam absconderet, pecuniam rex Abimelechus sacra erogabat, ne, si aperta facie coram aliis regibus appareret, iterum ad proferendum mendacium traheretur, & postea revelante Deo mendax fuisse, non sine sua nobilitatis nota, deprehenderetur.*

1054 *Genes.* 20. Orante autem Abraham sanavit Deus Abimelech, & vxorẽ,

Gen 20 vxorem, ancillasque eius, & peperenu. 17. runt, concluserat enim Dominus & 18. omnem vuluam domus Abimelech propter Saram vxorem Abrahæ. *n.* 17. & 18. *Rupert. lib. 6. in Gen.* Ad hoc præsens mysteriū spectat, quòd orante Abraham sanata est alienigenæ domus sterilitas: futurū quippe erat, ut orante, sive interpellante semine Abrahæ scilicet Christo, qui Rom.12 etiam(ut Apostolus ait) interpellat pro nobis, sanaretur gentilitatis sterilitas, & impleretur illud de can 1 Reg. 2. tico Annæ prophetissæ: Donec sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata est. *cap.* 16.

1055 *Et postea sic progreditur Rupert.* Gen. 20 nu. 17. & 18. Domus namque Abimelech, idest gentium, quorum hodie Deus pater est, Ecclesia est, in qua domo alia est vxor, scilicet, quæcunque anima, quæ vnitur Domino Deo: alia ancilla, quæ timore, vel pro causa temporali inservit fidei, vel doctrinæ verbo. Omnes tamen pariunt, sive per amorem Deo vniantur, sive per timorem, vel temporalem causam fidei verbo inserviant, quia quocunque modo Christus annuncietur, auditores credendo filij Dei fiunt. *cap.* 16.

1056 Orante Abraham, *Dum adhuc* Gen 20 nu. 17. *Abrahamus oraret, quin finem fecisset orādi, Abimelechum regem Deus sanavit, & merito, Abimelechus enim ad divinum obsequium nulla interposita mora de nocte surgens non expectando diem festinaverat, ut dicitur supra.* Statimque de nocte consurgens Abimelech, vocavit omnes servos suos &c. *n.* 8. *Ergo Deus ut regi ad suum imperium festinanti conferret beneficium, festinavit, & ideo finem orationis Abrahæ pro rege intervenientis noluit expectare.*

1057 *Genes.* 26. Abiit Isaac ad Abime- Gen.26 à n. 1. lech regem Palæstinorum in Gerara, apparuitque ei Dominus, & ait: Ne descendas in Ægyptum, sed quiesce in terra, quam dixero tibi, & peregrinare in ea, eroque tecum, benedicam tibi: tibi enim, & semini tuo dabo vniversas regiones has, complens iuramentum, quod spopondi Abraham patri tuo. *à nu.* 1. *Rupert. lib.* 7. *in Genes.* Abijt igitur Isaac in Gerara, scilicet Christus ad regem Abimelech &c. Abijt, inquam, in istis equis suis super quos ascenderat, idest prædicatoribus suis, quos mittebat, de quibus alibi scriptum est: Qui ascendis super equos tuos, & quadrigæ tuæ salvatio. Et peregrinare cæpit in Gerara, idest in gentibus, quas ante nesciebat. *cap.* 8. Abac 3.

Et infra sic ait idem Rupert. Gera- 1058 ra namque Metropolis erat Palæstinorum, quod interpretatur Ruen- Gen.26 tium, significatque Romam, vel Ro- à n. 1. manum imperium, quondam caput pereuntium. Abimelech Pater meus rex, vel Patris mei regnum, bene multitudinem significat gentium, non quòd pridem sic essent, sed quia ex tunc Sic factum est, ut eas r. ctè tali nomine Christus appellaret. *cap.* 8. *Descendere in Ægyptum Isaacus forsitan cogitabat per regnum Abimelechi transiturus; ideo Deus ei, ne in Ægyptum descenderet imperavit; volebat enim Deus tunc per Isaacum Palæstinos ad divinam cognitionem convocare, qui Ægyptios per Iosephum Isaaci nepotem ad divinum cultum attrahendos reservabat.*

Genes. 26. Recede a nobis, quo- 1059 niam potentior nobis factus es valde. *num.* 16. *Rupert. lib.* 7. *in Genes.* Gen.26 nu.16. Etenim terreno imperio potentius factum est in gentibus cæleste imperium, in tantum ut feros principes, & barbaras nationes, quas imperatorum gladius non attingeret, Sacerdotum lingua liget; & latius Romanæ Ecclesiæ pontifices, quàm Romani imperij dominentur Cæsares. Quanvis enim multis aucta victorijs Roma ius imperij sui terra, marique protulerit, minus tamē est, quod illi bellicus labor subdidit, quàm, quód pax Christiana subiecit. *cap.* 10 *Si potentior factus est, quare*

 illum

illum non vis tecum habere, ut cum si hostes contra te insurgant, habeas regni tui defensorem? Invidus sanè rex vellet potiùs regni sui ferre calamitatem, quàm Isaaci aspicere felicitatem.

Ex Hugone Cardinali.

1060 Genes. 20. Et orabit pro te, & vives. *n.* 7. *Hugo Card.* Vt faci-
Gen. 20 num. 7. liùs veniam consequaris. Nam si iniuriam passus pro inferenti iniuriã orat, citiùs parcitur illi. *Iob ultimo.* Iob servus meus orabit pro vobis, faciem eius suscipiam, ut non vobis imputetur stultitia. *Ibi. Dum qui iniuriam passus est, à Deo veniam petit iniuriam inferenti, ostendit se ex parte sua veniam eidem dare, & sic exemplo suo Deum ad remittendam etiam ex parte sua iniuriam potest inclinare.*

1061 *Genes.* 20. Statimque de nocte consurgens Abimelech, vocavit om-
Gen. 20 num. 8. nes servos suos, & lucutus est vniversa verba hæc in auribus eorum, timueruntque omnes viri valde. *n.* 8. *Hug.* Ne temerè videretur repudiare coniugium: ideo vocavit eos: & ut acciperet ab eis consilium: nihil enim sine consilio faciendum.
Eccles. 32. *Ecclesiastici* 32. Fili, nihil sine consilio facias, & post factum non pænitebis, *ibi.* Timueruntque omnes. *Timentem regem Dei verba referentem omnes regis servi aspiciebant, ideoque sui regis exemplo commoti iratum Deum sibi etiam formidabant.*

1062 *Genes.* 20. Vocavit autem Abi-
Gen. 20 num. 9. melech, etiam Abraham, & dixit ei: Quid fecisti nobis? Quid peccavimus in te, quia induxisti super me, & super regnum meum peccatum grande? *n.* 9. *Hug.* Ecce, quod peccatum principis redundat in populum. Vnde 2. Reg. 24. quòd Da-
2 Reg. 24. vid numeravit populum superbè: pæna redundavit in plebem, & etiam propter Achor punitus est populus Iesue 7. *Abraham coram omni-* Iosue. 7
bus servis suis rex Abimelechus vocavit, ut dum illum de mendacio accusaret, se de adulterandi cupidine excusaret, neque enim Saram in uxorem sibi assumere intentasset, nisi sororem, & non uxorem Abrahæ esse arbitraretur.

Genes. 20. Saræ autem dixit: 1063
Ecce mille argenteos dedi fatri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum. Gen. 20
n. 16. *Hug.* Idest in memoriam ve- num. 16.
recundiæ, quia in mendacio deprehensa es. Vnde quasi exponendo subdit, Quocunque perrexeris memento te deprehensam. Vel elegãs irrisio est. Hoc erit in velamen, idest, in exhibitione funeris. Quasi diceret. Anus es, & vicina funeri, & tamen mentita es: habe igitur hæc ad expensas funeris tui, & omniũ, qui tecum sunt. Iudæi enim multa expendebant in sumptu funerum: vnde & multi depauperati sunt. Vel ad pepla emenda, ut veles faciem tuam, ne ameris ab alijs. *Ibi.* In velamen oculorum. *Vt si quis ex tua visa pulchritudine ad illicitum tui desiderium excitetur, ex sudario tibi ad sepulturam dato memor mortis à libidine reprimatur.*

Genes. 26. Abiit Isaac ad Abi- 1064
melech regem Palæstinorum in Gerara. *n.* 1. *Hugo.* Quærit Augustinus Gen. 26
vtrum post venditionem primoge- num. 1.
nitorum factum sit, quod narratur hîc de Abimelech? an per recapitulationem dictum, quod priús factum fuit. Mirum enim videtur, si tunc vivebat Abimelech, qui supra tulerat Saram? Et ostendit Augustinus satis posse stare, & continuam esse narrationem. Sed post dicit, quód probabilius est hoc dici per recapitulationem. Vel forté fuit Gen. 20
alius Abimelech iste: alius ille, de quo suprá cap. 20.

Probabilius mihi videtur eundem 1065
Abimelechum, qui tot Abrahæ Isaaci patri beneficia antea dederat, a quo proinde Isaacus similia sperabat; & ideo necessita-

tis tem-

tis tempore ad illum abire festinavit. Qui enim erga patrem se munificum exhibuerat, erga filium etiam se ostenderet liberalem: præsertim agnoscens esse Saræ filium, quam propter eximiam illius pulchritudinem honestati coniunctam adamaverat.

1066 *Genes.* 26. Prospiciens Abimelech rex Palæstinorum per fenestram vidit eum iocantem cum Rebecca vxore sua. *num.* 8. *Hug.* Isaac Christus: Rebecca Ecclesia, quæ dicitur sponsa propter nimiam charitatem: & soror propter naturæ conformitatem. Iocus in quo exprimitur coniugalis affectus: ludibria crucis. De quo ludo 2. Reg. 6. Vbi dicitur; Ludam, & vilior fiam. Lusit Christus; quando illusus fuit á Iudæis, & vilior factus est: quando nudus in cruce suspensus est. Proverb. 8. Delectabar per singulos dies coram eo omni tempore ludens, & dilitiæ meæ esse cum filijs hominum. Vidit eum. *Modestus Abimelech significatur, qui non Rebeccam, sed Isaacum iocantem vidisse refertur, ac si inspecto Iudœillo, non ad fœminam præ modestia; sed solùm ad virum oculorum aciem applicaret.*

Gen. 26 num. 8. — 2 Reg. 6. — Prov. 8

1067 *Genes.* 26. Recede á nobis, quoniam potentior nobis factus es valde. *n.* 18. *Hug.* Verbum est malorũ, qui non possunt sustinere consortium bonorum. Ecclesiastici. 1. Execratio peccatori cultura Dei. Iob 21. Qui dicunt. Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. *Ibi. Erat enim Isaacus virtutis speculum, in quo Abimelechus vita sua maculas aspiciebat, & ideo, ut à se ipso recederet, postulabat, ne inspectis vitæ suæ maculis tristaretur.*

Eccles. 1 — Iob. 21

1068 *Genes.* 26. Vidimus tecum esse Dominum, & idcirco nos diximus: fit iuramentum inter nos, & ineamus fædus. *n.* 28. *Hug.* Bonorum confæderatio est quærenda, nõ malorum. Deut. 7. Cum gentibus non inibis fædus: nec misereberis earum: nec sociabis cum eis coniugia, & idem 2. Paral. 20. reprehenditur Iosaphat, qui tamen bonus fuit, de confæderatione cum rege Israel: quia inquit habuisti fædus cum Ochosia percussit Dominus opera tua, Ochosias interpretatur Retinens dominium, & significat mundum, qui nititur retinere illos, qui á se ad Christũ fugiunt. Vnde infra cap. 31. Labam persequitur Iacob fugientem. Cum Ochosia igitur fædus facit, qui mundi amicitiam quærit. Roman. 12. Nolite cõformari huic sæculo nequam. Gal. 1. Si adhuc hominibus placerem, servus Dei non essem. *Ibidem. Optimam ad ineundam cum Isaaco societatem rationem proponebant, dicentes, Vidimus Dominum esse tecum, quasi dicerent, exemplo Dei, quem tui socium intelligimus factum, tecum esse volumus, scimus enim Deum in electione societatis tuæ, cum bene te noverit, non errasse.*

Gen. 26 nu. 28. — Deut. 7 — 2 Paral 20. — Gen. 31

Genes. 26. Fecit ergo eis convivium, & post cibum, & potum surgentes mane iuraverunt sibi mutuò; demisitque eos Isaac pacificè in locum suum. *n.* 30. 31. *Hug.* Isaac sibi confæderari volentibus facit convivium: & Christus ad se revertentibus facit convivium 1. Paral. 12. Venerunt multi ad David ad manendum cum eo, ut facerent eũ regem: & manserunt tribus diebus comedentes, & bibentes cum illo, scilicet cibos, & potum. De quo dicitur Ps. Cibabit nos pane lacrymarum &c. Tres dies sunt contritio, confessio, satisfactio: de quibus Exod 3. Ibimus viam trium dierum ut sacrificemus Domino. *Ibidem. In hoc convivio cibum, & potum Isaacus Abimelecho, & socijs eius ad se venientibus exhibuisse refertur, quin qualis fuerit cibus, qualis ve potus fuerit, exponatur: ut in cibo ille, qui verè cibus est, & in potu ille, qui verè potus est, scilicet caro, & sanguis Christi Domini præmonstraretur.* 1069

1 Paral. 12. — Ps. 79. — Exod. 3

Ex Lyra.

1070 Genes. 20. Venit autem Deus ad Abimelech per somnium nocte, & ait illi: En morieris propter
Gen. 20 num. 3. mulierem, quam tulisti: habet enim virum. n. 3. Lyra, Hic consequenter ponitur pœna divinæ correctionis super Abimelech, quia post sublationem Saræ statim infirmatus est, ut dicit Iosephus, & desperantibus medicis, Dominus apparuit sibi in visione dicens, quód non erat nisi propter Saram: & quód etiam moreretur, nisi eam redderet viro suo. n. suo 4. *Regi per somnium Deus locutus est, ut regnum ipsius quasi somnium fore ostenderet transiturum, ipsi regi mortem in illa nocte inferente Deo, quin rex è somno per diem evigilaret, si à committendo peccato non retardaretur.*

1071 Genes. 20. In simplicitate cordis mei, & munditia manuum mearum
Gen. 20 num. 5. feci hoc, n. 5. Lyra. Idest ignorans, quòd esset allegata viro, quia non intendebam eam tangere nisi affectu maritali. n. suo 1. & 2. *Corde & opere innocentiam Abimelechus publicabat, ac si non solùm coram Deo, sed & coram hominibus liberum se fuisse à culpa, ac proinde non esse pœna dignum demonstraret.*

1072 Genes. 20. Nunc ergo redde viro
Gen. 20 num. 7. suo vxorem, quia propheta est, & orabit pro te, & vives: si autem nolueris reddere, scito, quòd morte morieris, tu, & omnia, quæ tua sunt. n. 7, Lyra. Ac si dicat; non formides eam reddere, timens, quòd ipse non recupiat eam, vel, quód eã odio habeat, eò quòd fuerit in domo tua, quia per spiritum prophetiæ scit eam esse mundam, & quòd eam non tetigisti. nu. suo 4. Nunc ergo. *Nunc, idest sine mora vlla, ne si aliquantulum differret exequi, quod Dominus ei iubebat, Dei motus timore, postea timorem deponens, Saram retineret, eius victus amore.*

Genes. 20. Orabit pro te, & 1073
vives. n. 7. Lyra. Quia Sanctus est, Gen. 20
& Deo acceptus. n. suo 5. Orabit pro num. 7.
te, *Immemor iniuriæ, beneficij memor pro te orando Deum, tibi veniam, & vitam impetrabit, neque enim Deus ei, tibi ex parte sua, & veniam, & vitam concedenti, veniam, & vitam tibi ab illa exposcenti denegabit.*

Genes. 20. Respondit Abraham: 1074
Cogitavi mecum dicens; Forsitan
non est timor Dei in loco, & inter- Gen. 20
ficient me propter vxorem meam. nu. 11.
n. 11. Lyra. Ideo celavit, quód esset vxor sua, quousque sciret conditionem illius populi, timebat enim, ne essent tales, sicut Ægyptij, & ideo ex eadem causa, quæ dicta est ibi scilicet 12. cap. celavit Saram esse vxorem suam, nec exposuit periculo ipsius castitatem, quia iam expertus fuerat in Ægypto, quód ipsa habebat angelum suæ castitatis custodem. n suo 9. *Abraham vxorem suam sororem nominasse fatetur, & addidit.* Alias autem, & veré soror mea est. n. 12. *Ostendens quod nec etiam metu mortis mentiretur. Nisi enim veré posset Saram sororem appellare, sororem non diceret, sed vxorem, licet mortem sibi à rege inferendam cogitaret, ut sic liberè Sara frueretur.*

Genes. 20. Tulit igitur Abime- 1075
lech oves, & boves, & servos, & an-
cillas, & dedit Abraham: reddidit- Gen 20
que illi Saram vxorem suam. n. 14. nu. 14.
Lyra. Vt honoraret eum ad orandũ pro se. n. suo 2. Vxorem suam. *Suam dicit, ut ostenderet eam non fuisse sub dominio regis, sed semper dominium mariti conservasse ut Abrahamus posset eam sine vlla infidelitatis suspicione acceptare.*

Genes. 20. Saræ autem dixit Ec-
ce mille argenteos dedi fratri tuo, 1076
hoc erit tibi in velamen oculorum
ad omnes, qui tecum sunt, & quo- Gen. 20
cunque perrexeris; memento te de- nu. 16.
prehensam. n. 16. Lyra. Est sensus.

Illud

Illud, quod dedi Abrahæ erit in velamentum oculorum omnibus, qui tecum sunt, ut non possint dicere, quód ego fædavi te, & postea reddidi te vacuam, sicut solet fieri de levibus mulieribus, sed per dona prædicta ostendi, quòd ego compulsus sum à Deo reddere te mundam viro tuo, & istud etiam erit tibi argumentum, vel probatio ad omnes alios, qui malè vellent loqui de te, eó quòd fueris in domo mea. *num. suo* 6.

1077 Gen. 20 nu. 16. *Et alibi.* Vt sit sensus: hoc, frater tuus Abraham erit tibi in velamentum, non quibuscunque hominibus, sed omnibus, qui tecum sũt; quia cùm ipse sit propheta, & talis reputetur apud suos, scilicet eos, qui tecum sunt, illi non possunt dicere, quòd ego fædavi te, videntes quòd ipse propheta te acceptat, tanquam mundam, sed quocunque perrexeris, scilicet inter extraneos eris reprehensa, seu redarguta: eò quód non omnes habebunt Abraham, tan quàm Prophetam: Ex quo hortari intendebat Saram, ne vltra hoc modo loquendi vteretur. *in additio.* 2.

1078 Gen. 20 nu. 16. Ecce mille argenteos dedi fratri tuo. *Vbi supra. Quare non dedit mille argenteos Saræ, si ad velamen oculorum Saræ emendum, illos conferebat sed eos donavit Abrahæ? Ne, si Sara pecuniam Abimelechus tribueret, adhuc amorem suum erga Saram ostendere, vel amorem Saræ erga se allicere per munera videretur.*

1079 Gen. 26 nu. 16. *Genes.* 26. In tantùm, ut ipse Abimelech diceret ad Isaac: recede à nobis, quoniam potentior nobis factus es valde. *nu.* 16. *Lyra.* Ac si diceret: si tu rebellares, tu posses à nobis auferre civitatem, vel si venirent adversarij, posses te illis coniungere, & tradere eis civitatem, & terram; hoc tamen dicebat motus invidiæ spiritu, quòd non poterat eius prosperitatem tam celerem videre. *n. suo.* 7. Recede à nobis &c. *Sub propriæ defensionis velamine offensionem iniuste factam palliabat; neque enim suam Abimelechus timebat calamitatem, sed invidebat Isaaco prosperitatem.*

Ex Abulensi.

Genes. 20. Misit ergo Abimelech rex Geraræ, & tulit eam. *n.* 2. 1080

Abul. Misit Abimelech rex Geraræ homines suos ad Abraham, ut daret sibi illam sororem suam, & tulit eam, quia licet Abraham involuntarius esset, non poterat tamen recusare, quia dixerat eam esse sororem suam. *Ibi.* Tulit eam. *Rectè dicitur, Tulit eã, qui enim fœminam, ut eam sibi in vxorem duceret, ferebat, magnam sibi ferendam sarcinam assumebat.* Gen 20 num. 2.

Genes. 20. Venit autem Deus ad Abimelech per somnium nocte, & ait illi: En morieris propter mulierem, quam tulisti; habet enim virum. *n.* 3. *Abul.* Punitur ablatio Saræ punitione: & antequam Deus per somnium manifestaretur Abimelech, inciderat ipse in quandam magnam ægritudinem immediatè ut venit Sara, & desperantibus medicis de eius salute, Deus per somnium ei locutus fuit, quòd ista contingebant propter uxorem peregrini, quam violenter tenebat, & quòd nisi redderet, moreretur. *Ibi.* *Per somnium noctis. Non satis duxit dicere per somnium, ut locutio divina nocte facta crederetur, sed addidit expressè noctem: ne Abimelechus rex debilis haberetur, qui etiam in die post prandium alto oppressus somno, nec per diem in administratione regni evigilaret.* 1081 Gen. 20 num. 3.

Genes. 20. Venit autem Deus ad Abimelech per somnium noctis. *n.* 3. *Abul.* Vt textus innuit immediatè ut capta fuit Sara Deus percussit Abimelech, ne tangeret Saram & citò liberavit eam: non enim permansit tanto tempore in domo Abi- 1082 Gen. 20 num. 3.

Abimelech, ſicut alia vice manſerat in domo Pharaonis. Ratio eſt, quia tunc noviter conceperat Sara, & ſi ibi magno tempore permanſiſſet, appareret vterus eius tumens, & fuiſſet hoc valde inhoneſtum Saræ, & Abrahæ: & deprehendiſſet Abimelech mendacium Abrahæ turpiter: & forté contra eum aliqua attentaſſet. *Ibi. Neque enim, qui cuſtos de nocte dicitur, potuit dum ſuos in periculo eſſe agnovit obdormire, qui enim ſervos ſuos ad ſuum imperat obſequium eſſe vigiles, in eorum ſolet remedium eſſe vigil, quaſi divina, amore illorum, vigilia habita, vellet Deus humanam amore illius vigiliam factam compenſare.*

1083 Gen. 20 num. 4. *Geneſ.* 20. Abimelech verò non tetigerat eam, & ait Domine, num gentem ignorantem, & iuſtam interficies? *n.* 4. *Abul.* Abimelech veró non tetigit eam: etiam quando alia vice capta fuit, ut eſſet vxor Pharaonis, non fuit tacta: ſed non curat ibi textus dicere, vtrum tacta fuerit, vel non: hîc autem multúm inſiſtit in hoc, & ratio eſt, quia poſtquam exivit Sara de domo Abimelech quaſi per octo vel ſeptem menſes peperit Iſaac: & ideo ſi ſcriptura hoc non expreſſiſſet, poterat dici, quòd Iſaac non erat filius Abrahæ, ſed filius Abimelech, vel alicuius de ſervis ſuis: quando autem exivit de domo Pharaonis non referebat dicere hoc; quia tunc non peperit, nec concepit, & nunc factum eſt. *Saram tulerat, non tetigerat, quia nondum in vxorem copulaverat; intelligebat autem magnam eſſe Saræ pudicitiam, quæ proinde regis etiam non mariti tactum recuſaret.*

Gen. 20 nu. 4. *Geneſ.* 20. Domine, num gentem ignorantem, & iuſtam interficies? *n.* 4 *Abul.* Quaſi dicat, non eſt iuſtum, aliqui libri habent, gentem ignorantem, & iuſtum interficies. Et tunc, gentem ignorantẽ refertur ad familiam Abimelech. Et iuſtum refertur ad ipſum Abimelech. *Ibi. Prius gentem ſuam, quàm ſe ipſum Abimelechus rex Domino nominavit, dum mortis pœnam, & ſui, & ſuorum vellet declinare, ac ſi non tam ſui, quàm ſuorum mortem formidaret.*

Geneſ. 20. Num gentem ignorantem, & iuſtam interficies? *n.* 4. *Abu.* Iuſtus totaliter erat Abimelech, quia iuſtitiæ actus ſimpliciter conſiſtit in duobus, ſcilicet in actu interiori affectionis, ut ſi rectum iudicium ſequentes rectè eligimus, & in exteriori executione, ſi ſcilicet iudicatum, & electum exequutio conſequatur: vtrumque autem habuit Abimelech, primum cúm dicitur. In ſimplicitate cordis mei, ideſt quia ad bonum finem accipere eam elegi, & non in concubinam, vel ad illudendum ei. Secundum quia ita executus non accedens vſque adhuc ad eam carnaliter, quia nondum eam in vxorem acceperat, & ſic Sara mũda evaſit. *Ibi. Meritoſe iuſtum Abimelechus appellavit, qui non ſolúm coram Deo in corde ſed coram hominibus in opere iuſtitiæ regulam cuſtodivit.* 1084 Gen. 20 num. 4.

Gen. 20 num. 5.

Geneſ. 20 Ego ſcio quòd ſimplici corde feceris, & ideo cuſtodivi te ne peccares in me: & non demiſi, ut tangeres eam *n.* 6. *Abul.* Ex hac litera claré elicitur, quòd ſicut unus homo peccans, per illam malam operationem demeretur, ne à Deo adiuvetur: & quòd cadat in aliud peccatum: ita una bona operatio meretur, quód Deus conſervet operantem ne cadat in peccatum, ſed confortetur ad aliam bonam operationem. *Ibi. Cordis affectionem, & non manuum operationem à ſe ipſo cognitam eſſe Deus Abimelecho regi explicavit, cũ in vtraque Abimelechus Deo ſuam innocentiam iuxta virtutis regulas declaraſſet, Non quòd non vtramque agnoverit, ſed ut oſtenderet ſe non tam operis executionem, quàm cordis intentionem in ſpectare.* 1085 Gen. 20 num. 6.

Nunc ergo redde viro ſuo vxorem, quia propheta eſt: & orabit pro 1086

pro te, & vives: si autem nolueris reddere, scito quód morte morieris tu, & omnia quæ tua sunt: *num.* 7. *Abul.* Hoc ponitur propter duo. Primó quia forté Abimelech diceret Deo, Domine ipse nollet eam recipere, sed odio habebit, putans, quód ego cognoverim eam: ad hoc respõdet Deus dicens, quód non formidet eam dare illi: quia vir eius propheta est, & cognoscit per spiritum, quód tu non tetigeris eam: & ideo libenter recipiet: vel dicitur, quia propheta est, ordinando cũ sequentibus: & quia orabit pro te, ut remittatur tibi, & exaudiatur á Deo, quia vir sanctus, & propheta est. *Ibi.* Quia propheta est, *Vnde scientia à me cõmunicata scit, quód ego scio, & agnoscit in te simplicitatem, ac proinde accipiendo vxorem a te redditam, tuam apud omnes manifestabit à peccato immunitatem.*

1087 *Gen.* 20. Si autẽ nolueris reddere, scito quód morieris tu, & omnia quæ tua sunt. *n.* 7. *Abul.* Non solũ punitur princeps pro peccato suo, sed etiam populus: & maximè familiares sui. *Ibi.* Scito quód morieris tu & omnia quæ tua sunt. *Ne si amici regis in vita ipso defuncto permanerent, rex ipse non penitus mori putaretur; dũ enim illius anima in amicis, quos amabat, magis quã in corpore, quòd animabat, habitaret, in illis supervivere crederetur.* — *Gen.* 20 *num.* 7.

1088 *Gen.* 20. Statimq; de nocte cõsurgens Abimelech vocavit omnes servos suos & locutus est universa verba hæc in auribus corũ, timuerũtq; omnes viri valde: *n.* 8. *Abul.* In hoc notatur magna obedientia Abimelech: quia non distulit exequi, quod fuerat à Deo imperatũ, sed immediatè ut evigilavit à somno, tradidit hoc executioni. Vocavit servos suos, ut per eos exequeretur ea, quæ intentabat. Locutus est vniversa verba, ut declararet eis, quomodó Deus non solũ ipsi Abimelech, sed etiã toti familiæ, mortẽ cominabatur. *Ibi.* Statimque de nocte consurgens Abimelech *Nec mirũ, Abimelechus enim per timorẽ, quẽ animo conceperat, à corpore expellebat soporem, exẽploq; suo, servos suos docebat vtrumq; scilicet concipere de Deo timorem, & à se ipsis expellere soporem.* — *Gen.* 20 *num.* 8.

Gen. 20 Rursumq; expostulans, ait, Quid vidisti, ut hoc faceres? *nu.* 10. 1089
Abul. Quod malum vidisti inter nos quod te moveret ad faciendũ hoc: *Gen.* 20 *nu.* 10.
rectè quærebat in hoc Abimelech: quia si Abrahã vidisset aliquod malũ esse inter Philistinos servos Abimelech, scilicet, quòd tollerent viris vxores suas, & occiderent eós pro eis haberet aliquẽ colorẽ ad mentiendũ sic. *Ibi.* Quid vidisti &c. *Ac si diceret, si aliquod vel à me, vel ab aliquo meorum homicidiũ vidisses perpatratũ, ut vxor viri occisi ad voluptatẽ occisoris traheretur; delictũ simile à me vel ab aliquo meorum posses licitè suspicari, semel enim malus iterũ malus præsumeretur: at cùm id non accidisset, nec de me, nec de servis meis tam sinistré debuisti cogitare.*

Gen. 20. Respõdit Abrahã, Cogitavi mecũ dicens; forsitan non est 1090
timor Dei in loco isto; & interficiẽt *Gen.* 20
me propter vxorẽ meã: *n.* 11. *Abul.* *nu.* 11.
Timorẽ Dei dixit; quia magis homo recedit à malo per timorẽ, quàm per amorẽ, licet perfectius sit recedere per amorẽ; ad paucos tamen pertinet, quia vulgus imperfectũ est sola sensibilia sentiẽs, & hæc amans. *Ibi.* *Si enim timorẽ Dei in rege esse opinaretur non posset tantũ facinus de illo cogitare; intelligeret enim facilé, a rege posse per Dei timorẽ expelli libidinis ardorem.*

Gen. 20. Tulit igitur Abimelech 1091
oves, & boves, & servos, & ancillas: *Gen* 20
& dedit Abrahã; reddiditq; illi Sarã *nu.* 14.
vxorẽ suam. *n.* 14. *Abul.* Abimelech dedit munera Abrahæ: ut oraret pro eo, & in remissionẽ offensæ. Oves, & boves, per hoc intelligit omnia genera animaliũ, quibus vita humana sustentatur, de quibus daret ei Abimelech, quia rex erat, & magnificé daret. *Ibi.*

Et paulò suprà ais idem Abul. Quia 1092
Deus dixerat Abimelech. Nunc ergo *Gen.* 20
redde *nu.* 14.

redde ei vxorem suam, quia vir pro-
pheta est, & orabit pro te: conside-
ravit se Abimelech infirmatũ, potẽ-
temq; evadere per illũ: ideo ut in-
1093 clinaret Abraham ad rogandũ pro se,
dedit ei munera. Ista namque solent
humanos animos ad omnẽ modum
immutare, etiã dato quòd nulla cul-
pa regis hìc fuisset, etiam levissima:
quia tamen Abrahã patiebatur dam-
num, & cordialiter dolebat pro ab-
lata vxore; & sic aliquo modo crede-
ret Abimelech, quòd Abraham malũ
animũ contra eum haberet: licet nõ
sic esset, quia Abrahã vir iustus erat:
& ut placaretur ira Abrahæ in eũ, &
cõsentiret pro eo orare, dedit ei mu-
nera. *Ibi. Pauciora quidem munera suf-
ficerent Abrahæ necessitati, sed non suffi-
cerent Abimelechi regis liberalitati, debuit
enim rex munificus plura dare, quàm ac-
cipiens auderet à rege postulare.*

1094 *Genes.* 20. *Et ait*; Terra coram
vobis est, vbicunq; tibi placuerit ha-
Gen. 20 bita. *n.* 15. *Abul.* In hoc faciebat eis
nu. 15. magnam gratiam, quia dabat locum
habitãdi in toto regno suo, vbicunq;
Abraham vellet, & quantũ ad hoc,
maiorem gratiã fecit Abrahæ Abi-
melech, quàm Pharao rex Ægypti:
nam Pharao dedit vxorem Abrahæ,
dans ei viros, qui eum vsq; ad regni
exitũ custodirent: Abimelech autem
dixit, quòd maneret in quocunque
loco vellet in regno suo. *Ibi.*

1095 *Deinde sic progreditur.* Fecit ta-
men vterque bono animo; nam Pha-
rao vidit, quòd Ægyptij erant luxu-
riosi valde, & non habebant pulchras
fæminas, quia nigræ sunt, cùm sint
in terra calida, & multùm meridiana,
Sara autem pulchra nimis erat: ut
Gen. 12 patet supra. 12. cap. Ideo Ægyptij
concupiscerent eam, & non viveret
Abraham quieté inter eos. In terra
autem Geraræ non erat eadem ratio
tam vehemens, quia Geraræ terra
est magis aquilonaris, & magis fri-
gida, ideo sunt ibi magis pulchræ,
quàm in Ægypto, & non haberent

tantam occasionem concupiscendi
Saram: etiam quia homines terræ
illius, minùs luxoriosi sunt, quàm
Ægyptij, & Abrahã hoc videns man-
sit in terra illa in Bersabee, aliquali-
ter separatus à communicatione
Philistinorum. *Ibi. Cùm dixisset, Ter-
ra coram vobis est, dicturus videbatur,
vbicunque vobis placuerit habitate: dicit
tamen, vbicumque tibi placuerit, habita,
ut significaret habitationem non ad vxoris
placitum, sed ad viri libitum eligendam.*

Genes. 20. Hoc erit tibi in ve- 1096
lamen oculorum ad omnes, qui te-
cum sunt, & quocunque perrexeris. Gen. 20
memento te deprehensam. *num.* 16. nu. 16.
Abul. In Hebræo habetur: Hic erit
tibi: & refertur ad Abraham, qui
erat velamen oculorum, idest quod-
dam scutum, vel defensio à vercũ-
dia Saræ: sicut omnes viri sunt de-
fendentes vxores suas ab omnibus
miseriis. *Ibi. Et paulò infrà.* Hoc erit
tibi in velamen oculorum, Idest de
istis mille argenteis, emes vnum ve-
lamen: & quia mulieres honestæ
maximè virgines, velant vultum su-
um ne videantur, ideo vocatur ve-
lamen oculorum. *Ibi.*

Et adhuc inferiùs. Aliter dicit 1097
magister in scholastica historia: quia
ista est rhetorica reprehẽsio, scilicet, Gen. 20
hoc erit tibi in velamen: Idest, hoc nu. 16.
quod factum est, scilicet quòd ego te
acceperim sic, & dederim tibi mille
argenteos, sit tibi in velamen ocu-
lorum, scilicet ut ex his mille argen-
teis emas sudaria ad sepeliendum te
honorificé: & cooperiendũ vultum
tuum, quasi diceret, cùm iam ve-
tula sis, & indigens sudariis ad coo-
periendum oculos in sepulchro, non
debuisti me sic illudere tanquam iu-
vencula fingens voces, & vocans
virum tuum fratrem tuum, & quo-
cunque iveris, memento te depre-
hensam in mendacio. *Sic sibi.*

Aliam præbet expositionem, quam 1098
iudicat præferendam, & sic ait. Hoc erit
tibi in velamen oculorum, idest Gen. 20
quó nu. 16.

quòd tu mihi talia fueris locuta, dicendo Abraham fratrem tuum: & quòd ego te in vxorem acceperim: & mendacem esse probaverim, sit tibi in velamen oculorum ad eos, qui tecum sunt, idest, hoc erit tibi ad verecundiam, scilicet quód loqui non audeas, nec oculos elevare inter eos, qui tecum fuerint, ita quòd semper vivas in verecundia. *Ibi. Nobilis namque fœmina in mendacio deprehensa non posset præ rubore aperta facie, sine velamine corā alijs fœminis apparere.*

1099 *Genes.* 26. Abiit Isaac ad Abimelech regem Palæstinorum in Gerara. *n.* 1. *Abul.* Nunquid est iste idē
Gen. 26 num. 1.
Abimelech, ad quem ivit Abrahā, & qui concupivit Saram? Aliqui volunt quód sic, quia nomen est idē & terra est eadem. Remigius autem dicit quòd diversi fuerunt; & potest ex hoc coniici, quia inter tempus illud, quo ivit Abraham ad Abimelech, & quo ivit Isaac, fluxerunt quasi centum anni: sed non est verisimile, quód tamdiu vixisset Abimelech in regno; nunquam enim aliquis rex tantum regnavit, quia omnis potentatus vita brevis: ut patet Ecclesʃ. 10. cap.

1100 *Aliam affert probationem, & sic ait,* Item quia si iste non fuisset alius Abimelech, quando nunc Isaac dixit
Ecclesʃ. 10. Gen. 26 num. 1.
Rebeccam esse sororem suam, & postea comperit, quòd esset vxor eius, debuisset eum magis increpare, cōmemorans, quòd pater eius Abraham eum iterum fallere tentaverat. *Ibi. Ego quidem probabilem iudico hanc Abulensis opinionem, quamvis tamen idē foret rex Abimelechus, qui tempore Abraha Saram concupiverat, hic Isaaco sui patris factum in memoriam minimè revocaret: cùm enim eum voluisset reprehendere, non sic id, quod arguebat elevaret: Isaacus enim Abrahæ sui patris exemplo simili fictione vtentis, fictionem suam licitam sibi esse existimaret.*

1101 *Gen.* 26. Prospiciens Abimelech rex Palæstinorū per fenestram, vidit cū iocantē cum Rebecca vxore sua: *n.* 8. *Abul.* Ex quo videtur, quód domus in qua morabatur Isaac erat apud domū regiam, quia potuit videre rex ex atrio suo per aliquā fenestram suā, & per fenestrā domus Isaac, quòd ipsi sic luderent. *Ibi.* Prospiciens &c. *Fortassis ad hoc iussit rex domum ad hospitium Isaac prope palatium regium præparare, ut per aliquam palatij fenestram posset Rebeccam, quæ regis iam erga se amorem attraxerat, inspectare.* Gen. 26 num. 8.

Genes. 26. Per picuū est, quód vxor tua sit: cur mentitus es eam sororem tuam esse? Respondit. Timui, ne morerer propter eam. *n.* 9. *Abul.* Idest clarū vel notū est. Quia Abimelech credebat esse Isaac virum bonū, non potuit suspicari, quòd cū sorore coiret; sed potiús quód esset eius vxor, licet ipse negasset. *Ibi. Abimelechus dubius de duobus Isaaci criminibus, quorū alterum sine dubio ab eo cōmissum fuisse existimabat, rectè censuit levius suspicandum, ideoque Isaac non de incestu, sed de mendacio condemnavit.* 1102 Gen. 26 num. 9.

Gen 26. In tantū ut ipse Abimelech diceret ad Isaac: Recede á nobis, quoniā potentior nobis factus es valde. *n.* 16. *Abul.* In tantū crevit eorū invidia, ut Abimelech diceret, non solúm iam maiores invidebant, sed etiā rex: Recede à nobis. Non poterat videre Abimelech rectis oculis tantam, tamq; subitaneā Isaac multiplicationē. Ideoq; ne ex eius bono magis cruciaretur, quæ est conditio invidorū, dixit ei, quód recederet: insinuans causam fictā, scilicet quòd timebat, quia potēs effectus fuerat. *Ibi.* 1103 Gen. 26 nu. 16.

Si solus rex Abimelech hæc Isaaco dicebat, quare non de se solo, sed de se, & de suis loquebatur? non enim dicit, Recede à me, quia potentior me factus es valde: sed recede à nobis, quoniā potentior nobis factus es valde? Forsan, ne solus invidus esse videretur. At dum sic loquebatur nomine sui, & suorum, non solùm invidus, sed & rex invidorum ostendebatur. 1104 Gen. 26 nu. 16.

Genes. 26. Recede á nobis quoniam 1105

Gen.26 nu. 16. niam potentior nobis factus es valde. *n.* 16. *Abul.* Fortè ex invidia eorum sequebatur timor, quia invidus bonum alterius maius existimat esse, quàm sit, ut ait Ovidius in lib. 1. de Arte amandi. Loquens de verbis invidorum; Fertilior seges alienis semper in agris: Vicinique pecus grandius vber habet. Poterat ergo esse, quia isti existimabant bona Isaac maiora esse, quàm erant: & quòd timor sequeretur; scilicet, ne ipse rebellaret contra eos, quia potentior eorum effectus fuerat. Vel ne coniungeretur hostibus suis, & deleret eos, vel hostibus venientibus traderet civitatem. *Ibi. Abimelechus ergo non solùm potentiorem se ipso rege Isaacũ dicebat, sed valde potentiorem factum fuisse arbitrabatur, invidus enim cùm esset, alienam potentiam licet minorem, regia potestate maiorem iudicabat.*

1106 *Genes.* 26. Ad quem locum cúm venissent de Geraris Abimelech, & Ochosith amicus illius, & Phicol dux militum, locutus est eis Isaac. *nu.* 26. *Abul.* Quia viderunt quòd Deus multiplicabat eum manifestè, & quòd ipsi expulerant eum de vrbe: timebant ergo quòd multiplicaretur nimis, & adiutus á Deo irrueret super eos. Voluerunt ergo reintegrare amicitias pristinas: *Ibi.*

Gen.26 nu.26.

1107 *Et paulò infra.* Demonstraverunt se non ex amore: sed ex timore hoc fecisse. *Et ad illud.* Et Ochozath amicus illius, *sic ait.* Ponitur hìc Ochozath tanquam nomen proprium cúm secundúm Hebræos significet turbam amicorum Regis. Cúm venisset Ochosath, idest, societas illorum, qui erant amici regis, scilicet quòd quando Abimelech venit ad Isaac, adduxit secum Phicol, principem exercitus, & turbam quorundam amicorum suorum. *Ibi. Ergo rex amicorum societate cõmitatus, secum etiam ferens militiæ suæ ducem ex regia profectus civitate ad Isaacum in solitudine degentem venire non dedignabatur, ut tantum virum iterum ad amicitiam pristinam revocaret.*

Gen.26 nu.26.

Genes. 26. Quid venistis ad me hominem, quem odistis, & expulistis à vobis? *n.* 27. *Abulensis.* Ex invidia odium nascitur. Et expulistis à vobis, quia Abimelech videns eum multùm ditatum, & invidens eius prosperitati dixit, Recede á nobis, quia potentior nostri factus es. *Ibi. Non regi solùm; sed omnibus hæc dicere voluit, cùm solus rex ei recessum imperasset, dicens* Recede à nobis. *Vt conspirationem principum cum rege adversùs se factam ex invidia suæ felicitatis ortam his verbis Isaacus condemnaret. Vel ut ita non solùm invidum esse regem, sed & principes omnes ad imitationem sui regis invidi, exemplo illius excitatos invidos etiam esse contra Isaaci felicitatem propalaret.* 1108

Gen 26 nu. 27.

Ex D. Dionysio Carthus.

Genes. 20. Misit ergo Abimelech rex Geraræ, & tulit eam. *n.* 2. *D. Dionys.* Idest, fecit eam sibi adduci, quia percepit quód esset valde formosa. *art.* 61. *Cùm esset rex Abimelech, non timebat in fœmina, quam sibi in vxorem assumere volebat, paupertatem; sed fœminæ affectabat formositatem.* 1109

Gen. 20 num. 2.

Genes. 20. En morieris propter mulierem, quam tulisti, habet enim virum, *n.* 3. *D. Dion.* Morieris mox de hac ægritudine, nisi pænitens restituas fæminam istam suo marito. Abimelech veró non tetigerat eam, quia divinitus extitit impeditus per ægritudinem grandem. *art.* 61. *Felix in malo pœnæ, qua punitus, à malo culpæ fuit impeditus.*

Gen. 20 nu. 3.

Gen. 20. Et ego scio, quòd simplici corde feceris: & ideo custodivi te, ne peccares in me, & non demisi, ut tangeres eam. *n.* 6. *Carth.* Per istam adversitatẽ attraxi te ab illicito concu- 1110

Gen. 20 num. 6.

concubitu, ne me offenderes peccando in proximum. Et istud est donum, ac pietas Dei, quæ per adversa sic impedit hominem á peccato. Quemadmodum autem homo per unum peccatum, meretur relinqui á Deo, ita ut incidat in aliud, sicque peccatum illud est peccatum, & causa peccati, sic homo per bona opera meretur præservari à Deo, ne peccet. *art.* 61. *Felix profectò Abimelech, qui præter Angelum specialem sui custodem, sibi quasi proprium custodem supremi consilij Angelum Dei filium meruit obtinere; & certè tanto custode Abimelechus indigebat, qui eum, ne pulchram fœminam intra palatium suum cõmorantem tangeret, custodiret, ut ipse testatur, dicẽs,* Custodivi te, ne peccares in me.

1111 *Gen.* 20 *num.* 8. *Genes.* 20. Statimq; de nocte consurgens Abimelech vocavit omnes servos suos; & loquutus est vniversa verba hæc in auribus eorum, timueruntque omnes viri valde. *n.* 8. *Carthus.* Si tam infirmus erat, quòd medici de eius desperaverant curatione, quomodo potuit tam citó consurgere. Dici potest, quòd statim cùm obtemperare proposuit revelationi divinæ, cœperit meliùs sentire. Vel aliorum ope erexit se, & fuit valde perterritus. Timor autem facit hominem quandoque ardua attentare, ut evadat periculum. *art.* 61. *Timuit enim, ne si iterum se traderet somno, Deus qui pro salute illius evigilaverat, quiq; ut illum custodiret, non dormierat, ipsum deserens abiret, quem nõ postea, quamvis eũ manè quæreret, inveniret.*

1112 *Gen.* 20 *num.* 9. *Genes.* 20. Quid fecisti nobis? quid peccavimus in te, quia induxisti super me, & super regnum meũ peccatũ grande? Quæ non debuisti facere, fecisti nobis. *n.* 9. *Carth.* Idest occasionẽ dedisti mihi magni excessus, & per consequens populo meo, qui mihi consentiendo, aut me in similibus imitando, potuisset magnã incidere culpam. *art.* 61. Super me, & super regnũ meum, *Si enim rex adulterium cõmisisset, quilibet in suo regno simile flagitium faciiè perpetraret, exemplo enim principis quilibet subditorum simile committeret crimen, ut suo similis esse principi videretur.*

Genes. 20. Rursumque expostulans ait, Quid vidisti, ut hoc faceres. *n.* 10. *Carth.* Abimelech itaque vehementissimé mirabatur, quòd cũ Abraham esset vir sanctus, ac sapiẽs, & propheta, dixit verba huiuscemodi, ex quibus secutum fuit tale malũ, & maius sequi potuerat. *ar.* 61. *Non semel, sed iterum, atque iterum Abimelechus admirationem, quam habebat, explicabat, in quo opinionem, quam de sanctitate Abrahæ conceperat, ostendebat: nõ enim de tanto viro poterat mendacium suspicari.* 1113 *Gen.* 20 *nu.* 10.

Gen. 20. Tulit igitur Abimelech oves, & boves, & servos, & ancillas, & dedit Abraham, redditq; illi Saram vxorem suam. *n.* 14. *Carth.* Abrahæ, pro molestia, seu iniuria, aut culpa circa eum commissa, atq; ad honorandum eum tanquam Dei amicũ, ac vatem, & item ad captandã benevolentiam, ac amicitiam eius, & etiã ut provocaret eum ad orandũ pro se ac mulieribus suis, totaq; domo sua. *art,* 61. *Ecce nunc de illo, de quo dictum fuerat,* Tulit eam. *n.* 2. *dicitur,* Tulit oves & boves &c. *Vt qui à dominio Abrahæ Saram abstulerat, à dominio proprio non solùm Saram, sed, & multa alia bona scilicet oves, & boves, servos, & ancillas auferendo, ipsamque Saram, & omnia insuper alia Abrahæ conferendo, iniuriam à se Abrahæ illatam compensaret.* 1114 *Gen.* 20 *nu.* 14.

Gen. 20. *Et ait.* Terra coram vobis est, vbicunq; tibi placuerit, habita. *n.* 15. *Carth.* Tota hæc regio mea in vestro prospectu est, & ad vsum ac placitũ vestrũ parata. Vbicunq; tibi placuerit, habita, cum tuis domesticis. Hoc singulariter dixit ad Abraham, tanquã ad patrẽ familias, quem cæteros sequi oportet ad habitandũ quo ipse elegerit. *ar.* 61. *Abrahæ loquitur, ne si Sara loqueretur, velle eã in suo* 1115 *Gen.* 20 *nn.* 15.

imò & in curia retinere, ut eius saltem aspectu frui posset, videretur.

1116 Gen. 20 nu. 16. *Genes.* 20. Saræ autem dixit, Ecce mille argenteos dedi fratri tuo hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes, qui tecum sunt, & quocunque perrexeris: memento te deprehensam. *n.* 16. *Carth.* Idest donum istud pecuniarium sit tibi ad pepla emenda, quibus faciem tuam tegas vsque ad oculos inter omnes, apud quos fueris, ne ex inspectione pulchritudinis tuæ, te ament, & viro tuo te subtrahant. Vel in velamẽ oculorum tuorum, idest ad operiendum oculos tuos cum per mortem fuerint clausi, utpote in præparationem funeris tui, ut elegans exstet arrisio. Quasi diceret, cúm vetulam te esse iam noverim, potiùs te oportet cogitare de pertinentibus ad funebria, quám uti tali modo loquendi, per quem alij inducantur ad appetendum te pro vxore. *art.* 61.

1117 Gen. 20 nu. 16. *Adhuc sic progreditur.* Vel hoc erit tibi in velamen oculorum, idest pro memoriali verecundiæ, quam nunc pateris, &ad operiendum oculos tuos, ac faciem à pudore præsenti, seu ad revelandum, & eripiendũ te à confusione, quia per dona ista te etiam honoravi, *art.* 61. Hoc erit tibi &c. *Si Abimelechus hanc pecuniam ad velamen Saræ emendum conferebat, quare non illam Saræ, sed Abrahæ dedit dicens.* Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, *quia Sara modestiam agnoscebat, quæ si pecunia ei traderetur, non ex ea velamen emeret ad ornatum, sed omnem marito suo traderet ad remedium, ut ipse, quæ domui necessaria forent, posset emere.*

1118 Gen. 26 num. 1. *Genes.* 26. Abiit Isaac ad Abimelech regem Palæstinorum in Gerara. *n.* 1. *Carth.* Tam propter amicitiam, quæ fuit inter Abraham, atque Abimelech, hábuit Isaac fiduciam confugiendi ad ipsum Abimelech. *art.* 69. Abiit. *Sperabat enim fore, ut ab rege Abimelecho benevolè hospitio exciperetur, à quo patrem suum Abraham benevolé fuisse olim exceptum agnoscebat, qui namque erga patrem se munificum ostenderat, etiam erga filium liberalem se vellet demonstrare.*

Genes. 26. Percepitque omni populo dicens: Qui tetigerit hominis huius vxorem morte moriatur. *num.* 10. & 11. *Carthus.* Patet quantúm gentiles illi adulteriũ abhorrebant; quantúm ergo Christiani id meritò abhorrerent. *art.* 69. *Factum prohibet cuilibet suorum prudens rex sub mortis pœna; sciebat enim ex tactu etiam non inhonesto posse quemlibet suorum ad adulterium excitari, tactum igitur interdicit omnibus, ut occasionem adulterij tolleret, & omnes ab adulterio retardaret.* 1119 Gen. 26 nu. 10. & 11.

Genes. 26. Ob hoc invidentes ei Palæstini, omnes puteos, quos foderant servi patris illius Abraham, illo tempore obstruxerunt, implentes humo. *n.* 14. & 15. *Carthu.* Invidia namque est dolor de prosperitate aliena. *art.* 69. *Dum omnes aquæ puteos obstruebant maximam pecoribus suis, imò & sibi ipsis calamitatem ex aquæ defectu subsequendam inducere videbantur: quare igitur Abimelechi regis homines id fecerunt, ex quo tantam paterentur adversitatem? Ne scilicet viderent Isaaci, & servorum illius commoditatem. Invidus Palæstinorum quisque ostendebatur, volebat potiùs aquæ pati inopiam, quàm quód Isaacus haberet aquæ copiam.* 1120 Gen. 26 nu. 14. & 15.

Genes. 26. Recede à nobis quoniam potentior nobis factus es valde. *n.* 16. *Carth.* Mirum videtur, qualiter peregrinus in aliena habitãs terra poterat esse fortior rege, ac populo terræ illius. Potest hoc verbum intelligi per modum hyperbolicæ loquutionis, qua aliquid sine mendacio dicitur per excessum, ad insinuandam insolitam magnitudinem eius. Vel ideo dixit istud Abimelech, quia vidit Isaac divino vndique suffultum auxilio: cui sciuit non posse resistere. *ar.* 69. *Si rex solus Isaaco, ut recederet, imperabat, quare* 1121 Gen. 26 nu. 16.

non

non Recede à me, sed recede à nobis dicebat? Credo equidem, ne sine suorum cōsilio rem adeo gravem statuere videretur, quam proinde quisquam ipsius populi, tanquam sine debita consultatione factam posset reprobare.

1122 Gen. 26 nu. 26. *Genes.* 26. Ad quem locum cúm venissent de Geraris Abimelech, & Ochosat amicus illius, & Phicol dux militum, locutus est eis Isaac. *n.* 26. *Carthus.* Reges namq; solent habere unum specialem amicum, qui antonomasticé fertur amicus regis sui, ut patet in David, Salomone, ac alijs. Veruntamen secundúm Hieronymum in Hebræo habetur tale complexum, quod significat collegium, seu congregationem amicorum regis, ut sit sensus, quód turba amicorum regis venit cum eo propter reverentiam eius. *art.* 69. *Optimus ex his duobus regi conficitur comitatus ex amico scilicet regis, & ex regis custode, ut visus cum amico, in amicis excitaret amorem & visus cum custode, incuteret inimicis timorem.*

2 Reg. 16.

3 Reg. 1

Ex Caietano Cardinali.

1123 Gen. 20 num. 3. *Genes.* 20. Venit autem Deus ad Abimelech per somnium nocte, & ait illi: En morieris propter mulierem, quam tulisti, habet enim virum. *n.* 3. *Caiet.* Nomen est Eloim, & apté iudex nominatur Deus apparens ad iustitiam exercendū, instruendo, comminando, & præcipiendo. *Ibi. Iudex nocte venit, ut qua hora Abimelechus non putaret, venturum iudicem Deum deinceps semper, & in qualibet hora formidaret.*

1124 Gen. 20 num. 7. *Genes.* 20. Nunc ergo redde viro suo vxorem, quia propheta est: & orabit pro te, & vives; si autem nolueris reddere, scito, quód morte morieris tu, & omnia quæ tua sunt. *n.* 7. *Caiet.* Non solùm ex parte Saræ (quia maritum habet) sed etiam ex parte Abrahæ, quia propheta est, mandat restitui eam: ut ex sanctitate etiam Abrahæ trahatur ad restituendum, Nunc ergo &c. *Quasi diceret, si restituas Abrahæ vxorem, illum pro te apud me habebis oratorem; sin autē, contra te apud me accusatorem.*

Genes. 20. Quia propheta est, & orabit pro te, & vives &c. *nu.* 7. 1125 Gen. 20 num. 7. *Caiet.* Abraham est primus propheta in sacra scriptura nominatus. Et orabit pro te, & vives, ex beneficio sanitatis intercedēte Abraham apud Deum, provocat Abimelech ad restituendum Saram. *Ibi. Qui omnium fidelium pater erat à Deo instituendus, non solùm propheta, sed omnium prophetarum primus propheta à Deo merito fuit appellatus, debet enim pater filiorum necessitates prophetica cognitione prævidere, ut illis omnibus paterna dilectione, apta possit remedia providere.*

Genes. 20. Hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes, qui tecum sunt, & quocunque perrexeris: memento te deprehensam. *nu.* 1126 Gen. 20 nu. 16. 16. *Caiet.* Longè aliter iuxta Hebræum habetur. Ecce ipse tibi velamen oculorum omnibus qui tecum, & omnibus, & fuit castigata. De Abraham dicit, Ecce ipse tibi maritus, & quatenus maritus velamen oculorum ad concupiscendum te in vxorem non solùm relativè ad omnes, qui tecum conversantur, sed absolutè ad omnes, monitoria verba sunt, ut in posterum dicat Abraham maritum suum, quia hoc titulo velabit oculos omnium ad concupiscendam ipsam. Memento te deprehensam, *Vt quoties velamen capiti imponeret, mendacium à se patratum in memoriam revocaret, cautiorque fieret, ne iterum mentita suæ nobilitatis famam, & suæ sanctitatis gloriam mendacio deturparet.*

Genes. 26. Dixitque Abimelech: 1127 Quare imposuisti nobis? potuit coire quisquam de populo cum vxore tua Gen. 26 & induxeras super nos grande peccatum. nu. 10.


catum *n.* 10. *Caiet.* Iuxta Hebræum habetur. Sicut parùm cubuit quisquam de populo cum vxore tua Non dicit, parùm defuisse, sed sicut parùm. Assimilat periculum concubitus actioni, quæ parùm abfuit ab hoc, ut efficeretur, ex hoc, quòd Rebecca pulchra habebatur soluta. *Ibi.* Indux-ras super nos grande peccatum. *Qui enim homines in peccati periculo ponebat, ipsum peccatum super ipsos inducebat, occasione enim criminis oblata facilè quisque in crimen laberetur.*

1128 *Genes.* 26. Præcepitque omni populo, dicens, Qui tetigerit hominis huius vxorem morte morietur. *num.* 10. *&* 11. *Caietan.* Iuxta Hebræum habetur. Qui tangens in homine iusto, & in vxore eius moriendo morietur. Vtrique prouidit Abimelech, & vitæ Isaac, & pudicitiæ Rebeccæ. *Ibi.* Omni populo. *Nullum in toto regno ab hoc præcepto rex Abimelechus exceptum esse voluit, & meritò, cùm enim nullus esset, qui non posset sentire libidinis ardorem, nullus esse debebat, qui non retardaretur à libidine per legis rigorem.*

SONVS XIII.

Abimelech Rex Sichem.

Ex Hugone Cardinali.

1129 *udicum* 9. Abiit autem Abimelech filius Ieroboal in Sichem ad fratres matris suæ, & locutus est ad eos, & ad omnē cognationē domus patris matris suæ, dicens. Loquimini ad omnes viros Sichem: Quid vobis est melius, ut dominentur vestri septuaginta viri, omnes filij Ieroboal, an ut dominetur unus vir? *num.* 1. *&* 2. *Hugo.* Iste Abimelech, sicut dictum est, fuit filius Gedeonis de concubina Dionea, quam habebat in Sichem: Hic mortuo patre suo Gedeone: abiit ad parentes matris suæ, ut regnaret post patrem suum, consilio, & auxilio eorū. *Ibi.* Quid vobis est melius. *Idem Hugo.* Quasi diceret, melius esset quòd unus esset rex quàm plures: hoc autem dicebat ardens desiderio dominandi. *Ibi.* Quid vobis est melius. *Charitatem, qua id, quod melius populo futurum esset, attenderet, prætendebat, & sic charitatis erga populum prætextu cupiditatem regnandi occultabat. Si enim honoris appetentiam indicaret, honore se indignum propalaret.*

Ind. 9. *n.* 1. *&* 2

Iudicum 9. Simulque considerate, quod os vestrum, & caro vestra sum. *num.* 2. *Hugo.* Quasi diceret, præterea ego sum de genere vestro: vnde meliùs est, quòd ego sim rex, quàm alius. *Ibi. Simulque considerate &c. Extraneus namq; rex eos abhorreret, naturalis autem illos adamaret.* 1130

Ind. 9. *num.* 2.

Iudicum. 9. Et inclinaverunt cor eorum post Abimelech, dicentes: Frater noster est. Dederuntque illi septuaginta pondo argenti de fano Baalberit. *n.* 3. *&* 4. *Hugo.* Inclinato populo Abimelech iuraverunt, omnes 1131

Ind. 9. *n.* 3. *&* 4

omnes ei fidelitatem in fano Baal: vnde postea dictum est Baalberit, idest idolum cōiurationis. Baal enim nomen est idoli, & Berit interpraetatur coniuratio. Et notandum, quòd Abimelech tantùm fuit rex in Sichem: Saul verò in toto Israel: vnde primus rex dicitur fuisse Saul: quòd quidem dicitur propter regnum vniversale. *Ibi.* Cor eorum, *Tanta enim fuit omnium habitantium in Sichem concordia ad accipiendum in regem eum, quem fratrem agnoscebant, ut omnes vnum tantúmodo cor habere viderentur, quo Abimelechum, non ut suum regem timerent, sed ut fratrem suum diligerent. Cor unum illis erat ad coniurationem, qua infideles Deo regi sui populi debitam negabant subiectionem.*

1132 *Iud.* 9. Ierunt ligna, ut vngerent super se regem: dixeruntque
Iud. 9. olivae: Impera nobis &c. *à num.* 8.
à n. 8. *Hugo.* Cúm ergo bonus contemplativus, non vult demittere pinguedinem charitatis, quam habet in cōtemplatione: neque dulcedinem, quam habet in devotione, neque hilaritatem conscientiae: tunc ligna sylvarum, idest mali, & infructuosi praeficiunt sibi vanum, idest praelatum, qui in principio mollis est, & postea indurescit; & aculeatur, & spinosus efficitur, spolians subditos, sicut spina, quae spoliat oves, quae tangunt eam: & tandem de se emittet ignem perversae conversationis; & se, & subditos comburit incendio infernali. *Ibi.* Quae respondit, nunquid possum deserere pinguedinem meam, &c. *à n.* 9. *Facilé spernit honorem, qui sub eo considerat laterè laborem.*

1133 *Iud.* 9. Constituistis regem Abimelech filium ancillae eius super
Iud. 9. habitatores Sichem, eó quòd frater
nu. 18. vester sit. *n.* 18 *Hugo.* Quasi iudicio sive intuitu sanguinis, non pietatis, vel charitatis amore, constituistis eū regem super vos. Igitur peccatum est promovere parentes intuitu carnis, vel sanguinis. Hinc est quód Dominus noluit Ioseph cognatum suum substitui Iudae Scarioth in Apostolatu: licet optimus esset: sed Matthiam, qui nihil attinebat ei ex parte carnis. *Ibi. Rectè ad opprobrium eligentium Abimelechum in regem ipsum ancillae filium, & aliunde fratrem ipsorū, Ieathan in hoc loco nominabat, ut regis indignitatem, & subditorum ignobilitatē simul exprobraret. Nobiles enim si forent, non hominem indignum, & ancillae filium sibi paterentur imperare.*

Iud. 9. Quis est Abimelech, & 1134
quae est Sichem, ut serviamus ei?
Nunquid non est filius Ieroboal, & *Iud.* 9.
constituit principem Zebul servum *nu.* 28.
suum super viros Emor patris Sichem? Cur ergo serviemus ei? *n.* 28. *Hugo.* Quis est, ut regnare debeat super nos, idest quám vilis. Et quis est iste, idest quantus, & quàm dignus est iste populus, qui est de genere Sichem regis filij Emor, qui fuit tam nobilis. Quasi diceret. Populus Sichem nobilis est: & Abimelech vilis est, & ideo non debet regnare super eos. Vel sic. Quis est iste Sichē idest quâm vilis est iste Sichemità ex parte matris. *Ibi.*

Et ad illud. Et constituit prin- 1135
cipem Zebul &c. *Idem Hugo sic ait.*
Nimis indecens quòd Abimelech *Iud.* 9.
spurius servum suum fecerit prin- *nu.* 28.
cipem super nobilem populum Sichem. *Ibi. Sic populum, ut datam Abimelecho fidem frangeret, Galaad Obed filius excitabat, dum & regis à populo creati, & proregis ab ipso rege electi conditionem servilem exponebat, ut qui sciret à populo in principe non tam dignitatem denuo comparatam, quàm nobilitatem à parentibus in principem derivatam, inspectari.*

Ex Lyra.

Iud. 9. Abiit autem Abimelech 1136
filius Ieroboal in Sichem ad fratres

Abimelech, sicut alia vice manserat in domo Pharaonis. Ratio est, quia tunc noviter conceperat Sara, & si ibi magno tempore permansisset, appareret vterus eius tumens, & fuisset hoc valde inhonestum Saræ, & Abrahæ: & deprehendisset Abimelech mendacium Abrahæ turpiter: & forté contra eum aliqua attentasset. *Ibi. Neque enim, qui custos de nocte dicitur, potuit dum suos in periculo esse agnovit obdormire, qui enim servos suos ad suum imperat obsequium esse vigiles, in eorum solet remedium esse vigil, quasi divina, amore illorum, vigilia habita, vellet Deus humanam amore illius vigiliam factam compensare.*

1083 *Genes.* 20. Abimelech verò non tetigerat eam, & ait Domine,
Gen. 20 *num.* 4.
num gentem ignorantem, & iustam interficies? *n.* 4. *Abul.* Abimelech veró non tetigit eam: etiam quando alia vice capta fuit, ut esset vxor Pharaonis, non fuit tacta: sed non curat ibi textus dicere, vtrum tacta fuerit, vel non: hîc autem multúm insistit in hoc, & ratio est, quia postquam exivit Sara de domo Abimelech quasi per octo vel septem menses peperit Isaac: & ideo si scriptura hoc non expressisset, poterat dici, quòd Isaac non erat filius Abrahæ, sed filius Abimelech, vel alicuius de servis suis: quando autem exivit de domo Pharaonis non referebat dicere hoc; quia tunc non peperit, nec concepit, & nunc factum est. *Saram tulerat, non tetigerat, quia nondum in vxorem copulaverat: intelligebat autem magnam esse Saræ pudicitiam, quæ proinde regis etiam non mariti tactum recusaret.*

Gen. 20 *num.* 4.
Genes. 20. Domine, num gentem ignorantem, & iustam interficies? *n.* 4 *Abul.* Quasi dicat, non est iustum: alíqui libri habent, gentem ignorantem, & iustum interficies. Et tunc, gentem ignorantē refertur ad familiam Abimelech. Et iustum refertur ad ipsum Abimelech. *Ibi. Priùs gentem suam, quàm se ipsum Abimelechus rex Domino nominavit, dum mortis pœnam, & sui, & suorum vellet declinare, ac si non tam sui, quàm suorum mortem formidaret.*

Genes. 20. Num gentem ignorantem, & iustam interficies? *n.* 4. 1084
Abu. Iustus totaliter erat Abimelech, *Gen.* 20 *num.* 4.
quia iustitiæ actus simpliciter consistit in duobus, scilicet in actu interiori affectionis, ut si rectum iudicium sequentes rectè eligimus, & in exteriori executione, si scilicet iudicatum, & electum exequutio consequatur: vtrumque autem habuit Abimelech, primum cúm dicitur. In simplicitate cordis mei, idest quia ad bonum finem accipere eam elegi, *Gen.* 20 *num.* 5.
& non in concubinam, vel ad illudendum ei. Secundum quia ita executus non accedens vsque adhuc ad eam carnaliter, quia nondum eam in vxorem acceperat, & sic Sara mūda evasit. *Ibi. Meritò se iustum Abimelechus appellavit, qui non solúm coram Deo in corde, sed coram hominibus in opere iustitiæ regulam custodivit.*

Genes. 20 Ego scio quòd simplici corde feceris, & ideo custodivi 1085
te ne peccares in me: & non demisi, *Gen.* 20
ut tangeres eam *n.* 6. *Abul.* Ex hac *num.* 6.
litera claré elicitur, quòd sicut unus homo peccans, per illam malam operationem demeretur, ne à Deo adiuvetur: & quòd cadat in aliud peccatum: ita una bona operatio meretur, quód Deus conservet operantem ne cadat in peccatum, sed confortetur ad aliam bonam operationem. *Ibi. Cordis affectionem, & non manuum operationem à se ipso cognitam esse Deus Abimelecho regi explicavit, cū in vtraque Abimelechus Deo suam innocentiam iuxta virtutis regulas declarasset, Non quòd non vtramque agnoverit, sed ut ostenderet se non tam operis executionem, quàm cordis intentionem in spectare.*

Nunc ergo redde viro suo vxorem, quia propheta est: & orabit 1086
pro

pro te, & vives: si autem nolueris
reddere, scito quód morte morieris
tu, & omnia quæ tua sunt. *num.* 7.
Abul. Hoc ponitur propter duo. Pri-
mó quia forté Abimelech diceret
Deo, Domine ipse nollet eam reci-
pere, sed odio habebit, putans, quód
ego cognoverim eam: ad hoc respō-
det Deus dicens, quód non formi-
det eam dare illi: quia vir eius pro-
pheta est, & cognoscit per spiritum,
quód tu non tetigeris eam: & ideo
libenter recipiet: vel dicitur, quia
propheta est, ordinando cū sequen-
tibus: & quia orabit pro te, ut remit
tatur tibi, & exaudiatur á Deo, quia
vir sanctus, & propheta est. *Ibi.* Quia
propheta est, *Unde scientia à me cōmu-*
nicata scit, quód ego scio, & agnoscit in
te simplicitatem, ac proinde accipiendo
uxorem a te redditam, tuam apud omnes
manifestabit à peccato immunitatem.
Gen. 20. Si autē nolueris reddere,
1087 scito quód morieris tu, & omnia quæ
tua sunt. *n.* 7. *Abul.* Non solū punitur
Gen. 20 princeps pro peccato suo, sed etiam
num. 7. populus: & maximè familiares sui.
Ibi. Scito quód morieris tu & omnia
quæ tua sunt. *Ne si amici regis in vita*
ipso defuncto permanerent, rex ipse non pe-
nitus mori putaretur; dū enim illius ani-
ma in amicis, quos amabat, magis quā in
corpore, quód animabat, habitaret, in illis
supervivere crederetur.
1088 *Gen.* 20. Statimq; de nocte cōsur-
gens Abimelech vocavit omnes ser-
Gen. 20 vos suos & locutus est universa ver-
num. 8. ba hæc in auribus corū, timuerūtq;
omnes viri valde. *n.* 8. *Abul.* In hoc
notatur magna obedientia Abime-
lech: quia non distulit exequi, quód
fuerat à Deo imperatū, sed immedia-
tè ut evigilavit à somno, tradidit hoc
executioni. Vocavit servos suos, ut
per eos exequeretur ea, quæ inten-
tabat. Locutus est universa verba, ut
declararet eis, quomodó Deus non
solū ipsi Abimelech, sed etiā toti fami
liæ, mortē cominabatur. *Ibi.* Statim-
que de nocte consurgens Abimelech.
Nec mirū, Abimelechus enim per timorē,
quē animo conceperat, à corpore expellebat
soporem, exēploq; suo, servos suos docebat
utrumq; scilicet concipere de Deo timorem,
& à se ipsis expellere soporem.
Gen. 20 Rursumq; expostulans, ait, 1089
Quid vidisti, ut hoc faceres? *nu.* 10.
Abul. Quod malum vidisti inter nos Gen. 20
quod te moveret ad faciendū hoc: nu. 10.
rectè quærebat in hoc Abimelech:
quia si Abrahā vidisset aliquod malū
esse inter Philistinos servos Abime-
lech, scilicet, quód tollerent viris
uxores suas, & occiderent eós pro eis
haberet aliquē colorē ad mentiendū
sic. *Ibi.* Quid vidisti &c. *Ac si diceret,*
si aliquod vel à me, vel ab aliquo meorum
homicidiū vidisses perpatratū, ut uxor vi-
ri occisi ad voluptatē occisoris traheretur;
delictū simile à me vel ab aliquo meorum
posses licitè suspicari, semel enim malus ite-
rū malus præsumeretur: at cùm id non ac-
cidisset, nec de me, nec de servis meis tam
sinistré debuisti cogitare.
Gen. 20. Respōdit Abrahā, Cogi- 1090
tavi mecū dicens; forsitan non est
timor Dei in loco isto; & interficiēt Gen. 20
me propter uxorē meā. *n.* 11. *Abul.* nu. 11.
Timorē Dei dixit, quia magis homo
recedit à malo per timorē, quám per
amorē, licet perfectius sit recedere
per amorē, ad paucos tamen perti-
net, quia vulgus imperfectū est sola
sensibilia sentiés, & hæc amans. *Ibi.*
Si enim timorē Dei in rege esse opinaretur
non posset tantū facinus de illo cogitare: in-
telligeret enim facilé a rege posse per Dei
timorē expelli libidinis ardorem.
Gen. 20. Tulit igitur Abimelech 1091
oves, & boves, & servos, & ancillas,
& dedit Abrahā, reddiditq; illi Sarā Gen 20
uxorē suam. *n.* 14. *Abul.* Abimelech nu. 14.
dedit munera Abrahæ, ut oraret pro
eo, & in remissionē offensæ. Oves, &
boves, per hoc intelligit omnia ge-
nera animaliū, quibus vita humana
sustentatur, de quibus daret ei Abi-
melech, quia rex erat, & magnificé
daret. *Ibi.* 1092
Et paulò suprà ait idem Abul. Quia
Deus dixerat Abimelech. Nunc ergo Gen. 20
nu. 14.

redde ei vxorem suam, quia vir propheta est, & orabit pro te: consideravit se Abimelech infirmatū, potētemq; evadere per illū: ideo ut in-
1093 clinaret Abraham ad rogandū pro se, dedit ei munera. Ista namque solent humanos animos ad omnē modum immutare, etiā dato quòd nulla culpa regis hic fuisset, etiam levissima: quia tamen Abrahā patiebatur damnum, & cordialiter dolebat pro ablata vxore; & sic aliquo modo crederet Abimelech, quòd Abraham malū animū contra eum haberet: licet nō sic esset, quia Abrahā vir iustus erat: & ut placaretur ira Abrahæ in eū, & cōsentiret pro eo orare, dedit ei munera. *Ibi. Pauciora quidem munera sufficerent Abrahæ necessitati, sed non sufficerent Abimelechi regis liberalitati, debuit enim rex munificus plura dare, quàm accipiens auderet à rege postulare.*

1094 *Genes.* 20. *Et ait;* Terra coram vobis est, vbicunq; tibi placuerit habita. *n.* 15. *Abul.* In hoc faciebat eis (Gen. 20 nu. 15.) magnam gratiam, quia dabat locum habitādi in toto regno suo, vbicunq; Abraham vellet, & quantū ad hoc, maiorem gratiā fecit Abrahæ Abimelech, quàm Pharao rex Ægypti: nam Pharao dedit vxorem Abrahæ, dans ei viros, qui eum vsq; ad regni exitū custodirent: Abimelech autem dixit, quòd maneret in quocunque loco vellet in regno suo. *Ibi.*

1095 *Deinde sic progreditur.* Fecit tamen vterque bono animo; nam Pharao vidit, quòd Ægyptij erant luxuriosi valde, & non habebant pulchras fæminas, quia nigræ sunt, cùm sint in terra calida, & multùm meridiana, Sara autem pulchra nimis erat: ut
(Gen. 12) patet supra. 12. cap. Ideo Ægyptij concupiscerent eam, & non viveret Abraham quieté inter eos. In terra autem Geraræ non erat eadem ratio tam vehemens, quia Geraræ terra est magis aquilonaris, & magis frigida, ideo sunt ibi magis pulchræ, quàm in Ægypto, & non haberent tantam occasionem concupiscendi Saram: etiam quia homines terræ illius, minùs luxoriosi sunt, quàm Ægyptij, & Abrahā hoc videns mansit in terra illa in Bersabee, aliqualiter separatus à communicatione Philistinorum. *Ibi. Cùm dixisset, Terra coram vobis est, dicturus videbatur, vbicunque vobis placuerit habitate: dicit tamen, vbicumque tibi placuerit, habita; ut significaret habitationem non ad vxoris placitum, sed ad viri libitum eligendam.*

Genes. 20. Hoc erit tibi in ve- 1096
lamen oculorum ad omnes, qui tecum sunt, & quocunque perrexeris. (Gen. 20 nu. 16.) memento te deprehensam. *num.* 16. *Abul.* In Hebræo habetur: Hic erit tibi: & refertur ad Abraham, qui erat velamen oculorum, idest quoddam scutum, vel defensio à verecūdia Saræ: sicut omnes viri sunt defendentes vxores suas ab omnibus miseriis. *Ibi. Et paulò infrà.* Hoc erit tibi in velamen oculorum, Idest de istis mille argenteis, emes vnum velamen: & quia mulieres honestæ maximè virgines, velant vultum suum ne videantur, ideo vocatur velamen oculorum. *Ibi.*

Et adhuc inferiùs. Aliter dicit 1097
magister in scholastica historia: quia ista est rhetorica reprehēsio, scilicet, (Gen. 20 nu. 16.) hoc erit tibi in velamen. Idest, hoc quod factum est, scilicet quòd ego te acceperim sic, & dederim tibi mille argenteos, sit tibi in velamen oculorum, scilicet ut ex his mille argenteis emas sudaria ad sepeliendum te honorificé: & cooperiendū vultum tuum, quasi diceret, cùm iam vetula sis, & indigens sudariis ad cooperiendum oculos in sepulchro, non debuisti me sic illudere tanquam iuvencula fingeris voces, & vocans virum tuum fratrem tuum, & quocunque iveris, memento te deprehensam in mendacio. *Sic sibi.*

Aliam præbet expositionem, quam 1098
indicat præferendam, & sic ait. Hoc erit tibi in velamen oculorum, idest (Gen. 20 nu. 16.) quó l

quòd tu mihi talia fueris locuta, dicendo Abraham fratrem tuum: & quòd ego te in vxorem acceperim: & mendacem esse probaverim, sit tibi in velamen oculorum ad eos, qui tecum sunt, idest, hoc erit tibi ad verecundiam, scilicet quód loqui non audeas, nec oculos elevare inter eos, qui tecum fuerint, ita quòd semper vivas in verecundia. *Ibi. Nobilis namque fœmina in mendacio deprehensa non posset præ rubore aperta facie, sine velamine corã alijs fœminis apparere.*

1099 *Genes.* 26. Abiit Isaac ad Abimelech regem Palæstinorum in Gerara. *n.* 1. *Abul.* Nunquid est iste idẽ (*Gen.* 26 *num.* 1.) Abimelech, ad quem ivit Abrahã, & qui concupivit Saram? Aliqui volunt quód sic, quia nomen est idẽ & terra est eadem. Remigius autem dicit quòd diversi fuerunt, & potest ex hoc coniici, quia inter tempus illud, quo ivit Abraham ad Abimelech, & quo ivit Isaac, fluxerunt quasi centum anni: sed non est verisimile, quód tamdiu vixisset Abimelech in regno; nunquam enim aliquis rex tantum regnavit, quia omnis potentatus vita brevis: ut patet Eccles. 10. cap.

1100 *Aliam affert probationem, & sic ait,* Item quia si iste non fuisset alius A- (*Eccles.* 10.) bimelech, quando nunc Isaac dixit Rebeccam esse sororem suam, & postea comperit, quòd esset vxor eius, (*Gen.* 26 *num.* 1.) debuisset eum magis increpare, cõmemorans, quòd pater eius Abraham eum iterum fallere tentaverat. *Ibi. Ego quidem probabilem iudico hanc Abulensis opinionem, quamvis tamen idẽ foret rex Abimelechus, qui tempore Abrahæ Saram concupiverat, hic Isaaco sui patris factum in memoriam minimè revocaret: cùm enim eum voluisset reprehendere, non sic id, quod arguebat elevaret: Isaacus enim Abrahæ sui patris exemplo simili fictione vtentis, fictionem suam licitam sibi esse existimaret.*

1101 *Gen.* 26. Prospiciens Abimelech rex Palæstinorũ per fenestram, vidit cũ iocantẽ cum Rebecca vxore sua. (*Gen.* 26 *num.* 8.) *n.* 8. *Abul.* Ex quo videtur, quód domus in qua morabatur Isaac erat apud domũ regiam, quia potuit videre rex ex atrio suo per aliquã fenestram suã, & per fenestrã domus Isaac, quòd ipsi sic luderent. *Ibi.* Prospiciens &c. *Fortassis ad hoc iussit rex domum ad hospitium Isaac prope palatium regium præparare, ut per aliquam palatij fenestram posset Rebeccam, quæ regis iam erga se amorem attraxerat, inspectare.*

Genes. 26. Perspicuũ est, quód vxor 1102 tua sit: cur mentitus es eam sororem tuam esse? Respondit. Timui, ne morerer propter eam. *n.* 9. *Abul.* (*Gen.* 26 *num.* 9.) Idest clarũ vel notũ est. Quia Abimelech credebat esse Isaac virum bonũ, non potuit suspicari, quòd cũ sorore coiret; sed potiús quód esset eius vxor, licet ipse negasset. *Ibi. Abimelechus dubius de duobus Isaaci criminibus, quorũ alterum sine dubio ab eo cõmissum fuisse existimabat, rectè censuit levius suspicandum, ideoque Isaac non de incestu, sed de mendacio condemnavit.*

Gen 26. In tantũ ut ipse Abimelech 1103 diceret ad Isaac: Recede á nobis, quoniã potentior nobis factus es valde. (*Gen.* 26 *nu.* 16.) *n.* 16. *Abul.* In tantũ crevit eorũ invidia, ut Abimelech diceret, non solúm iam maiores invidebant, sed etiã rex: Recede à nobis. Non poterat videre Abimelech rectis oculis tantam, tamq; subitaneã Isaac multiplicationẽ. Ideoq; ne ex eius bono magis cruciaretur, quæ est conditio invidorũ, dixit ei, quód recederet: insinuans causam fictã, scilicet quòd timebat, quia potẽs effectus fuerat. *Ibi.*

Si solus rex Abimelech hæc Isaaco di- 1104 *cebat, quare non de se solo, sed de se, & de* (*Gen.* 26 *nu.* 16.) *suis loquebatur? non enim dicit, Recede à me, quia potentior me factus es valde; sed recede à nobis, quoniã potentior nobis factus es valde? Forsan, ne solus invidus esse videretur. At dum sic loquebatur nomine sui, & suorum, non solùm invidus, sed & rex invidorum ostendebatur.*

Genes. 26. Recede á nobis quoniam 1105

Gen. 26 nu. 16. niam potentior nobis factus es valde. *n.* 16. *Abul.* Fortè ex invidia eorum sequebatur timor, quia invidus bonum alterius maius existimat esse, quàm sit, ut ait Ovidius in lib. 1. de Arte amandi. Loquens de verbis invidorum; Fertilior seges alienis semper in agris: Viciniqúe pecus grandius vber habet. Poterat ergo esse, quia isti existimabant bona Isaac maiora esse, quàm erant: & quòd timor sequeretur; scilicet, ne ipse rebellaret contra eos, quia potentior eorum effectus fuerat. Vel ne coniungeretur hostibus suis, & deleret eos, vel hostibus venientibus traderet civitatem. *Ibi. Abimelechus ergo non solùm potentiorem se ipso rege Isaacū dicebat, sed valde potentiorem factum fuisse arbitrabatur, invidus enim cùm esset, alienam potentiam licet minorem, regia potestate maiorem iudicabat.*

1106 *Genes.* 26. Ad quem locum cùm venissent de Geraris Abimelech, & Ochosith amicus illius, & Phicol dux militum, locutus est eis Isaac. *nu.* 26. *Abul.* Quia viderunt quòd Deus multiplicabat eum manifestè, & quòd ipsi expulerant eum de vrbe: timebant ergo quòd multiplicaretur nimis, & adiutus á Deo irrueret super eos. Voluerunt ergo reintegrare amicitias pristinas: *Ibi.*

Gen. 26 nu. 26.

1107 *Et paulò infra.* Demonstraverunt se non ex amore: sed ex timore hoc fecisse. *Et ad illud.* Et Ochozath amicus illius, *sic ait.* Ponitur hìc Ochozath tanquam nomen proprium cúm secundúm Hebræos significet turbam amicorum Regis. Cúm venisset Ochosath, idest, societas illorum, qui erant amici regis, scilicet quód quando Abimelech venit ad Isaac, adduxit secum Phicol, principem exercitus, & turbam quorundam amicorum suorum. *Ibi. Ergo rex amicorum societate cōmitatus, secum etiam ferens militiæ suæ ducem ex regia profectus civitate ad Isaacum in solitudine degentem venire non dedignabatur, ut tantum virum iterum ad amicitiam pristinam revocaret.*

Gen. 26 nu. 26.

Genes. 26. Quid venistis ad me hominem, quem odistis, & expulistis à vobis? *n.* 27. *Abulensis.* Ex invidia odium nascitur. Et expulistis à vobis, quia Abimelech videns eum multùm ditatum, & invidens eius prosperitati dixit, Recede á nobis, quia potentior nostri factus es. *Ibi. Non regi solùm; sed omnibus hæc dicere voluit, cùm solus rex ei recessum imperasset, dicens* Recede à nobis. *Vt conspirationem principum cum rege adversùs se factam ex invidia suæ felicitatis ortam his verbis Isaacus condemnaret. Vel ut ita non solùm invidum esse regem, sed & principes omnes ad imitationem sui regis invidi, exemplo illius excitatos invidos etiam esse contra Isaaci felicitatem propalaret.* 1108

Gen 26 nu. 27.

Ex D. Dionysio Carthus.

Genes. 20. Misit ergo Abimelech rex Geraræ, & tulit eam. *n.* 2. *D. Dionys.* Idest, fecit eam sibi adduci, quia percepit quód esset valde formosa. *art.* 61. *Cùm esset rex Abimelech, non timebat in fœmina, quam sibi in vxorem assumere volebat, paupertatem; sed fœminæ affectabat formositatem.* 1109

Gen. 20 num. 2.

Genes. 20. En morieris propter mulierem, quam tulisti, habet enim virum, *n.* 3. *D. Dion.* Morieris mox de hac ægritudine, nisi pænitens restituas fæminam istam suo marito. Abimelech veró non tetigerat eam, quia divinitus extitit impeditus per ægritudinem grandem. *art.* 61. *Felix in malo pœnæ, qua punitus, à malo culpæ fuit impeditus.*

Gen. 20 nu. 3.

Gen. 20. Et ego scio, quòd simplici corde feceris: & ideo custodivi te, ne peccares in me, & non demisi, ut tangeres eam. *n.* 6 *Carth.* Per istam adversitatē attraxi te ab illicito concu- 1110

Gen. 20 num. 6.

concubitu, ne me offenderes peccando in proximum. Et istud est donum, ac pietas Dei, quæ per adversa sic impedit hominem á peccato. Quemadmodum autem homo per unum peccatum, meretur relinqui á Deo, ita ut incidat in aliud, sicque peccatum illud est peccatum, & causa peccati, sic homo per bona opera meretur præservari à Deo, ne peccet. *art.* 61. *Felix profectò Abimelech, qui præter Angelum specialem sui custodem, sibi quasi proprium custodem supremi consilij Angelum Dei filium meruit obtinere, & certè tanto custode Abmelechus indigebat, qui eum, ne pulchram fœminam intra palatium suum cōmorantem tangeret, custodiret, ut ipse testatur, dicēs,* Custodivi te, ne peccares in me.

1111 *Genes.* 20. Statimq; de nocte consurgens Abimelech vocavit omnes servos suos; & loquutus est vniversa verba hæc in auribus eorum, timueruntque omnes viri valde. *n.* 8. *Carthus.* Si tam infirmus erat, quòd medici de eius desperaverant curatione, quomodo potuit tam citó consurgere. Dici potest, quòd statim cùm obtemperare proposuit revelationi divinæ, cœperit meliùs sentire. Vel aliorum ope erexit se, & fuit valde perterritus. Timor autem facit hominem quandoque ardua attentare, ut evadat periculum. *art.* 61. *Timuit enim, ne si iterum se traderet somno, Deus qui pro salute illius evigilaverat, quiq; ut illum custodiret, non dormierat, ipsum deserens abiret, quem nō postea, quamvis eū manè quæreret, inveniret.*

Gen. 20 *num.* 8.

1112 *Genes.* 20. Quid fecisti nobis? quid peccavimus in te, quia induxisti super me, & super regnum meū peccatū grande? Quæ non debuisti facere, fecisti nobis. *n.* 9. *Carth.* Idest occasionē dedisti mihi magni excessus, & per consequens populo meo, qui mihi consentiendo, aut me in similibus imitando, potuisset magnā incidere culpam. *art.* 61. Super me, & super regnū meum, *Si enim rex adulterium cōmisisset, quilibet in suo regno simile flagitium faciiè perpetraret, exemplo enim principis quilibet subditorum simile committeret crimen, ut suo similis esse principi videretur.*

Gen. 20 *num.* 9.

1113 *Genes.* 20. Rursumque expostulans ait, Quid vidisti, ut hoc faceres. *n.* 10. *Carth.* Abimelech itaque vehementissimé mirabatur, quòd cū Abraham esset vir sanctus, ac sapiēs, & propheta, dixit verba huiuscemodi, ex quibus secutum fuit tale malū, & maius sequi potuerat. *ar.* 61. *Non semel, sed iterum, atque iterum Abimelechus admirationem, quam habebat, explicabat, in quo opinionem, quam de sanctitate Abrahæ conceperat, ostendebat: nō enim de tanto viro poterat mendacium suspicari.*

Gen. 20 *nu.* 10.

1114 *Gen.* 20. Tulit igitur Abimelech oves, & boves, & servos, & ancillas, & dedit Abraham, redditq; illi Saram vxorem suam. *n.* 14. *Carth.* Abrahæ, pro molestia, seu iniuria, aut culpa circa eum commissa, atq; ad honorandum eum tanquam Dei amicū, ac vatem, & item ad captandā benevolentiam, ac amicitiam eius, & etiā ut provocaret eum ad orandū pro se ac mulieribus suis, totaq; domo sua. *art,* 61. *Ecce nunc de illo, de quo dictum fuerat,* Tulit eam. *n.* 2. *dicitur,* Tulit oves & boves &c. *Vt qui à dominio Abrahæ Saram abstulerat, à dominio proprio non solùm Saram, sed, & multa alia bona scilicet oves, & boves, servos, & ancillas auferendo, ipsamque Saram, & omnia insuper alia Abrahæ conferendo, iniuriam à se Abrahæ illatam compensaret.*

Gen. 20 *nu.* 14.

1115 *Gen.* 20. *Et ait.* Terra coram vobis est, vbicunq; tibi placuerit, habita. *n.* 15. *Carth.* Tota hæc regio mea in vestro prospectu est, & ad vsum ac placitū vestrū parata. Vbicunq; tibi placuerit, habita, cum tuis domesticis. Hoc singulariter dixit ad Abraham, tanquā ad patrē familiâs, quem cæteros sequi oportet ad habitandū quo ipse elegerit. *ar.* 61. *Abrahæ loquitur, ne si Sara loqueretur, velle eā in suo*

Gen. 20 *nu.* 15.

immò & in curia retinere, ut eius saltem aspectu frui posset, videretur.

1116 Gen.20 nu.16. *Genes.* 20. Saræ autem dixit, Ecce mille argenteos dedi fratri tuo hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes, qui tecum sunt, & quocunque perrexeris : memento te deprehensam. *n.* 16. *Carth.* Idest donum istud pecuniarium sit tibi ad pepla emenda, quibus faciem tuam tegas vsque ad oculos inter omnes, apud quos fueris, ne ex inspectione pulchritudinis tuæ, te ament, & viro tuo te subtrahant. Vel in velamē oculorum tuorum, idest ad operiendum oculos tuos cum per mortem fuerint clausi, utpote in præparationem funeris tui, ut elegans exstet arrisio. Quasi diceret, cúm vetulam te esse iam noverim, potiùs te oportet cogitare de pertinentibus ad funebria, quám uti tali modo loquendi, per quem alij inducantur ad appetendum te pro vxore. *art.* 61.

1117 Gen.20 nu.16. *Adhuc sic progreditur.* Vel hoc erit tibi in velamen oculorum, idest pro memoriali verecundiæ, quam nunc pateris, & ad operiendum oculos tuos, ac faciem à pudore præsenti, seu ad revelandum, & eripiendū te à confusione, quia per dona ista te etiam honoravi, *art.* 61. Hoc erit tibi &c. *Si Abimelechus hanc pecuniam ad velamen Saræ emendum conferebat, quare non illam Saræ, sed Abrahæ dedit dicens.* Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, *quia Sara modestiam agnoscebat, quæ si pecunia ei traderetur, non ex ea velamen emeret ad ornatum, sed omnem marito suo traderet ad remedium, ut ipse, quæ domui necessaria forent, posset emere.*

1118 Gen.26 num.1. *Genes.* 26. Abiit Isaac ad Abimelech regem Palæstinorum in Gerara. *n.* 1. *Carth.* Tam propter amicitiam, quæ fuit inter Abraham, atque Abimelech, habuit Isaac fiduciam confugiendi ad ipsum Abimelech. *art.* 69. Abiit. *Sperabat enim fore, ut ab rege Abimelecho benevolè hospitio exciperetur, à quo patrem suum Abraham benevolé fuisse olim exceptum agnoscebat, qui namque erga patrem se munificum ostenderat, etiam erga filium liberalem se vellet demonstrare.*

1119 Gen.26 nu.10. & 11. *Genes.* 26. Percepitque omni populo dicens: Qui tetigerit hominis huius vxorem morte moriatur. *num.* 10. & 11. *Carthus.* Patet quantúm gentiles illi adulteriū abhorrebant; quantúm ergo Christiani id meritò abhorrerent. *art.* 69. *Factum prohibet cuilibet suorum prudens rex sub mortis pœna; sciebat enim ex tactu etiam non inhonesto posse quemlibet suorum ad adulterium excitari, tactum igitur interdicit omnibus, ut occasionem adulterij tolleret, & omnes ab adulterio retardaret.*

1120 Gen.26 nu.14. & 15. *Genes.* 26. Ob hoc invidentes ei Palæstini, omnes puteos, quos foderant servi patris illius Abraham, illo tempore obstruxerunt, implentes humo. *n.* 14. & 15. *Carthu.* Invidia namque est dolor de prosperitate aliena. *art.* 69. *Dum omnes aquæ puteos obstruebant maximam pecoribus suis, imo & sibi ipsis calamitatem ex aquæ defectu subsequendam inducere videbantur: quare igitur Abimelechi regis homines id fecerunt, ex quo tantam paterentur adversitatem? Ne scilicet viderent Isaaci, & servorum illius commoditatem. Invidus Palæstinorum quisque ostendebatur, volebat potiùs aquæ pati inopiam, quàm quód Isaacus haberet aquæ copiam.*

1121 Gen.26 nu.16. *Genes.* 26. Recede à nobis quoniam potentior nobis factus es valde. *n.* 16. *Carth.* Mirum videtur, qualiter peregrinus in aliena habitās terra poterat esse fortior rege, ac populo terræ illius. Potest hoc verbum intelligi per modum hyperbolicæ loquutionis, qua aliquid sine mendacio dicitur per excessum, ad insinuandam insolitam magnitudinem eius. Vel ideo dixit istud Abimelech, quia vidit Isaac divino vndique suffultum auxilio; cui se scivit non posse resistere. *ar.* 69. *Si rex solus Isaaco, ut recederet: imperabat, quare non*

non Recede à me, sed recede à nobis dicebat? Credo equidem, ne sine suorum cõsilio rem adeo gravem statuere videretur, quam proinde quisquam ipsius populi, tanquam sine debita consultatione factam posset reprobare.

1122 Genes. 26. Ad quem locum cúm venissent de Geraris Abimelech, & Ochosat amicus illius, & Phicol dux militum, locutus est eis Isaac. n. 26. Carthus. Reges namq; solent habere unum specialem amicum, qui antonomasticé fertur amicus regis sui, ut patet in David, Salomone, ac alijs. Veruntamen secundúm Hieronymum in Hebræo habetur tale complexum, quod significat collegium, seu congregationem amicorum regis, ut sit sensus, quód turba amicorum regis venit cum eo propter reverentiam eius. art. 69. Optimus ex his duobus regi conficitur comitatus ex amico scilicet regis, & ex regis custode, ut visus cum amico, in amicis excitaret amorem & visus cum custode, incuteret inimicis timorem.

Gen. 26 nu. 26.

2 Reg. 16.

3 Reg. 1

Ex Caietano Cardinali.

1123 Genes. 20. Venit autem Deus ad Abimelech per somnium nocte, & ait illi: En morieris propter mulierem, quam tulisti, habet enim virum. n. 3. Caiet. Nomen est Eloim, & apté iudex nominatur Deus apparens ad iustitiam exercendũ, instruendo, comminando, & præcipiendo. Ibi. Iudex nocte venit, ut qua hora Abimelechus non putaret, venturum iudicem Deum deinceps semper, & in qualibet hora formidaret.

Gen. 20 num. 3.

1124 Genes. 20. Nunc ergo redde viro suo vxorem, quia propheta est: & orabit pro te, & vives; si autem nolueris reddere, scito, quód morte morieris tu, & omnia quæ tua sunt. n. 7. Caiet. Non solùm ex parte Saræ (quia maritum habet,) sed etiam ex parte Abrahæ, quia propheta est, mandat restitui eam: ut ex sanctitate etiam Abrahæ trahatur ad restituendum, Nunc ergo &c. Quasi diceret, si restituas Abrahæ vxorem, illum pro te apud me habebis oratorem; sin autẽ, contra te apud me accusatorem.

Gen. 20 num. 7.

Genes. 20. Quia propheta est, & orabit pro te, & vives &c. nu. 7. 1125
Caiet. Abraham est primus propheta in sacra scriptura nominatus. Et orabit pro te, & vives, ex beneficio sanitatis intercedẽte Abraham apud Deum, provocat Abimelech ad restituendum Saram. Ibi. Qui omnium fidelium pater erat à Deo instituendus, non solùm propheta, sed omnium prophetarum primus propheta à Deo meritò fuit appellatus, debet enim pater filiorum necessitates prophetica cognitione prævidere, ut illis omnibus paterna dilectione, apta possit remedia providere.

Gen. 20 num. 7.

Genes. 20. Hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes, qui tecum sunt, & quocunque perrexeris: memento te deprehensam. nu. 16. Caiet. Longè aliter iuxta Hebræum habetur. Ecce ipse tibi velamen oculorum omnibus qui tecum, & omnibus, & fuit castigata. De Abraham dicit, Ecce ipse tibi maritus, & quatenus maritus velamen oculorum ad concupiscendum te in vxorem non solùm relativè ad omnes, qui tecum conversantur, sed absolutè ad omnes monitoria verba sunt, ut in posterum dicat Abraham maritum suum, quia hoc titulo velabit oculos omnium ad concupiscendam ipsam. Memento te deprehensam, Vt quoties velamen capiti imponeret, mendacium à se patratum in memoriam revocaret, cautiorque fieret, ne iterum mentita suæ nobilitatis famam, & suæ sanctitatis gloriam mendacio deturparet. 1126

Gen. 20 nu. 16.

Genes. 26. Dixitque Abimelech: Quare imposuisti nobis? potuit coire quisquam de populo cum vxore tua & induxeras super nos grande peccatum. 1127

Gen. 26 nu. 10.

catum *n.* 10. *Caiet.* Iuxta Hebræum habetur. Sicut parùm cubuit quisquam de populo cum vxore tua Non dicit, parùm defuisse, sed sicut parùm. Assimilat periculum concubitus actioni, quæ parùm absuit ab hoc, ut efficeretur, ex hoc, quòd Rebecca pulchra habebatur soluta. *Ibi.* Induxeras super nos grande peccatum. *Qui enim homines in peccati periculo ponebat, ipsum peccatum super ipsos inducebat, occasione enim criminis oblata facilè quisque in crimen laberetur.*


1128 *Genes.* 26. Præcepitque omni populo, dicens, Qui tetigerit hominis huius vxorem morte morietur. *num.* 10. *&* 11. *Caietan.* Iuxta Hebræum habetur. Qui tangens in homine iusto, & in vxore eius moriendo morietur. Vtrique providit Abimelech, & vitæ Isaac, & pudicitiæ Rebeccæ. *Ibi.* Omni populo. *Nullum in toto regno ab hoc præcepto rex Abimelechus exceptum esse voluit, & meritò, cùm enim nullus esset, qui non posset sentire libidinis ardorem, nullus esse debebat, qui non retardaretur à libidine per legis rigorem.*

SONVS XIII.

Abimelech Rex Sichem.

Ex Hugone Cardinali.

1129 *Iud.* 9. *n.* 1. *&* 2



udicum 9. Abiit autem Abimelech filius Ieroboal in Sichem ad fratres matris suæ, & locutus est ad eos, & ad omnē cognationē domus patris matris suæ, dicens. Loquimini ad omnes viros Sichem: Quid vobis est melius, ut dominentur vestri septuaginta viri, omnes filij Ieroboal, an ut dominetur unus vir? *num.* 1. *&* 2. *Hugo.* Iste Abimelech, sicut dictum est, fuit filius Gedeonis de concubina Dionea, quam habebat in Sichem: Hic mortuo patre suo Gedeone: abiit ad parentes matris suæ, ut regnaret post patrem suum, consilio, & auxilio eorū. *Ibi.* Quid vobis est melius. *Idem Hugo.* Quasi diceret, melius esset quòd unus esset rex quám plures: hoc autem dicebat ardens desiderio dominandi. *Ibi.* Quid vobis est melius. *Charitatem, qua id, quod melius populo futurum esset, attenderet, prætendebat, & sic charitatis erga populum prætextu cupiditatem regnandi occultabat. Si enim honoris appetentiam indicaret, honore se indignum propalaret.*

Iudicum 9. Simulque considerate, quod os vestrum, & caro vestra sum. *num.* 2. *Hugo.* Quasi diceret, præterea ego sum de genere vestro: vnde meliús est, quòd ego sim rex, quàm alius. *Ibi. Simulque considerate, &c. Extraneus namq; rex eos abhorreret, naturalis autem illos adamaret.* 1130 *Iud.* 9. *num.* 2.

Iudicum. 9. Et inclinaverunt cor eorum post Abimelech, dicentes: Frater noster est. Dederuntque illi septuaginta pondo argenti de fano Baalberit. *n.* 3. *&* 4. *Hugo.* Inclinato populo Abimelech iuraverunt omnes 1131 *Iud.* 9. *n* 3 *&* 4

omnes ei fidelitatem in fano Baal: vnde postea dictum est Baalberit, idest idolum cõiurationis. Baal enim nomen est idoli, & Berit interprætatur coniuratio. Et notandum, quòd Abimelech tantùm fuit rex in Sichem: Saul verò in toto Israel: vnde primus rex dicitur fuisse Saul: quòd quidem dicitur propter regnum vniversale. *Ibi.* Cor eorum, *Tanta enim fuit omnium habitantium in Sichem concordia ad accipiendum in regem eum, quem fratrem agnoscebant, ut omnes vnum tantúmodo cor habere viderentur, quo Abimelechum, non ut suum regem timerent, sed ut fratrem suum diligerent. Cor unum illis erat ad coniurationem, qua infideles Deo regi sui populi de bitam negabant subiectionem.*

1132 *Iud.* 9. Ierunt ligna, ut vngerent super se regem: dixeruntque
Iud. 9. olivæ: Impera nobis &c. *à num.* 8.
à n. 8. *Hugo.* Cúm ergo bonus contemplativus, non vult demittere pinguedinem charitatis, quam habet in cõtemplatione: neque dulcedinem, quam habet in devotione, neque hilaritatem conscientiæ: tunc ligna sylvarum, idest mali, & infructuosi præficiunt sibi vanum, idest prælatum, qui in principio mollis est, & postea indurescit; & aculeatur, & spinosus efficitur, spolians subditos, sicut spina, quæ spoliat oves, quæ tangunt eam: & tandem de se emittet ignem perversæ conversationis; & se, & subditos comburit incendio infernali. *Ibi.* Quæ respondit, nunquid possum deserere pinguedinem meam, &c. *à n.* 9. *Facilé spernit honorem, qui sub eo considerat laterè laborem.*

1133 *Iud.* 9. Constituistis regem Abimelech filium ancillæ eius super
Iud. 9. habitatores Sichem, eó quòd frater
nu. 18. vester sit. *n.* 18 *Hugo.* Quasi iudicio sive intuitu sanguinis, non pietatis, vel charitatis amore, constituistis eũ regem super vos. Igitur peccatum est promovere parentes intuitu carnis, vel sanguinis. Hinc est quód Dominus noluit Ioseph cognatum suum substitui Iudæ Scarioth in Apostolatu: licet optimus esset: sed Matthiam, qui nihil attinebat ei ex parte carnis. *Ibi. Rectè ad opprobrium eligentium Abimelechum in regem ipsum ancillæ filium, & aliunde fratrem ipsorũ, Ioathan in hoc loco nominabat, ut regis indignitatem, & subditorum ignobilitatẽ simul exprobraret. Nobiles enim si forent, non hominem indignum, & ancillæ filium sibi paterentur imperare.*

Iud. 9. Quis est Abimelech, & 1134
quæ est Sichem, ut serviamus ei?
Nunquid non est filius Ieroboal, & *Iud.* 9.
constituit principem Zebul servum *nu.* 28.
suum super viros Emor patris Sichem? Cur ergo serviemus ei? *n.* 28. *Hugo.* Quis est, ut regnare debeat super nos, idest quám vilis. Et quis est iste, idest quantus, & quàm dignus est iste populus, qui est de genere Sichem regis filij Emor, qui fuit tam nobilis. Quasi diceret. Populus Sichem nobilis est: & Abimelech vilis est, & ideo non debet regnare super eos. Vel sic. Quis est iste Sichẽ idest quàm vilis est iste Sichemita ex parte matris. *Ibi.*

Et ad illud. Et constituit prin 1135
cipem Zebul &c. *Idem Hugo sic ait.*
Nimis indecens quòd Abimelech *Iud.* 9.
spurius servum suum fecerit prin *nu.* 28.
cipem super nobilem populum Sichem. *Ibi. Sic populum, ut datam Abimelecho fidem frangeret, Galaad Obed filius excitabat, dum & regis à populo creati, & proregis ab ipso rege electi conditionem servilem exponebat, ut qui sciret à populo in principe non tam dignitatem denuo comparatam, quàm nobilitatem à parentibus in principem derivatam, inspectari.*

Ex Lyra.

Iud. 9. Abiit autem Abimelech 1136
filius Ieroboal in Sichem ad fratres

tres matris suæ, & locutus est ad eos, &c. *n.* 1. *Lyra.* Scribitur primò ambitio Abimelech, cùm dicitur: Abiit. Cuius mater nominatur cōcubina cap. præced. & ancilla in isto, ut videbitur, per quod denotatur, quòd inter filios Gedeonis fuit minùs nobilis, ut minoris reputationis: & tamen anhelabat ad dominium præ alijs, & regnum. *n. suo* 1. *Statim post mortē patris sui in Ephra abiit in Sichem, ut relicto patris sepulchro oblitus mortis de principatu obtinendo cū cognatis ageret. Si namque in loco paternæ sepulturæ remaneret, non de vita honore, sed de mortis horrore cogitaret.*

1137 *Iud.* 9. Quid vobis est melius, ut dominentur vestri septuaginta
Iud. 9. viri omnes filij Ieroboal, an ut do-
num. 2. minetur unus vir: simulque considerate, quòd os vestrum, & caro vestra sum, *n.* 2. *Lyra.* Quasi diceret si promotus fuero defendam vos, & promovebo. *n. suo* 4. *Ambitionem qua ipse laborabat, in singulis fratribus esse suspicabatur, alios enim de suo animo censebat, & cùm ipse valde cupidus esset principatus, quemlibet fratrum avidum ad honorem principatus futurum esse indicabat.*

1138 *Iud.* 9. Et venit in domum pa-
Iud. 9. tris sui in Ephra, & occidit fratres
num. 5. suos filios Ieroboal septuaginta viros, super lapidem unum: remansitque Ioatham filius Ieroboal minimus, & absconditus est. *n.* 5. *Lyra,* Vt solus posset dominari. *n. suo* 7. *In quo belluina Abimelechi crudelitas denotatur, quem nec memoria patris, in cuius domo tot fratres concorditer habitabant, à tam horrendo fratricidio potuit revocare.*

1139 *Iud.* 9. Et constituerunt regē
Iud. 9. Abimelech iuxta quercum, quæ sta-
num. 6. bat in Sichem. *n.* 6. *Lyra.* In Hebræo habetur. Iuxta vlmum statuæ, quæ erat in Sichem. Ibi enim erat quædam statua pro idololatria, & ibi constitutus est iste rex, cuius promotio fuit iniquissima. *n. suo* 9. *In loco, in quo statua falsi dei erat erecta, Abimelechus voluit rex creari, quasi vellet à suis, non solùm ut rex haberi, sed ut deus æqualis illi, quem in statua venerabantur, adorari.*

Iud. 9. Dixeruntque omnia 1140
ligna ad rhamnum: Veni, & impera
super nos. *n.* 14. *Lyra.* Per rhamnū *Iud.* 9.
autem, quæ est arbor vilis, intelli- *nu.* 14.
gitur Abimelech: qui erat de ignobili matre, qui regnavit alijs occisis. *n. suo* 10. *Et in eodem numero intelligens per ligna Sichemitas, sic eorum nomine loquitur.* Si requireremus alios filios Gedeonis, ut dominarentur nostri, & defenderent nos, ipsi nos despicerent propter nobilitatem, & magnificentiam suam, ne curarent de nobis. Quasi dicerent: meliùs est quòd nos promoveamus istum Abimelech minùs nobilem, & qui est propinquus noster ex parte matris. *eodem, n.* 10, Veni, & impera, *Hac utuntur loquendi forma arbores ad omnes quibus super se imperium offerebant. Antea ergo cuilibet arborum imperabant, dicentes,* Veni: *postea ei imperare concedebant, addentes;* Et impera, *ac si priùs deberet rex eligendus imperari, quàm electus imperare, futurusque esset priùs obsequiosus, quàm imperiosus.*

Iud. 9. Abimelech omni die 1141
illo oppugnabat vrbem, quam ce-
pit, interfectis habitatoribus eius, *Iud.* 9.
ipsaque destructa, ita ut sal in ea dis- *nu.* 45.
pergeret. *n.* 45. *Et infra.* Ecce una *&* 53.
mulier fragmen molæ desuper iaciens, illisit capiti Abimelech, & cōfregit cerebrum eius. *n.* 53, *Lyra.* Describitur vtrorumq; punitio, scilicet Abimelech, & eorum, qui promoverunt eum ad regnum, quia interfecit eos, & finaliter interfectus est ab eis. *n. suo* 21. *Digna profectò pœna Sichemitæ plectuntur, ut qui Abimelechum in fratres crudelem, sibi in regē acclamaverant, in se ipsos agnoscerent sic crudelem, qui ab occisione fratrum auspicatus, faciliùs ad interfectionem cognatorū perveniret.*

Iud.

1142 *Iud.* 9. Qui vocavit cito armigerum suum, & ait ad eum: evagina gladium tuum, & percute me; ne fortè dicatur, quod à fæmina interfectus sim, qui iussa perficiens interfecit eum. *n.* 54. *Lyra.* Plus enim formidavit opprobrium etiam post mortem, quàm animæ damnationẽ, non enim licitum est alicui sic accelerare mortem suam *n. suo* 3. Vocavit cito. *Ne data temporis mora horrendum facinus consideraret. Neque enim mortem sibi inferre armigero iuberet, si per hanc temporalis mortis accelerationem æternæ mortis pœnam sibi à Deo inferendam esse cogitaret. Maluit ambitiosus inferni incendiũ, quàm honoris dispendiũ.*

Iud. 9. *nu.* 54.

Ex Abulensi.

1143 *Iud.* 9. Abiit autem Abimelech filius Ieroboal in Sichem ad fratres matris suæ &c. *n.* 1. *Abul.* Abimelech desideravit habere principatũ patris: & quia post mortẽ eius ilico constituẽdus erat aliquis successor, verisimile est, quód immediatè post mortem eius requisierit à viris Sichem, quòd facerent eum principem. *quæst.* 1. *Deinde sic progreditur.* Abimelech erat filius Ieroboal idest Gedeonis, qui sic appellatus est, & ivit in Sichem, quia ipse manebat in Ephra cum patre suo. Nam habitabat Gedeon in Ephra, & ibi mortuus ac sepultus est, Abimelech autẽ interfuit sepulturæ eius, & inde ivit in Sichem provisurus sibi de principatu. *q.* 1. Et locutus est ad eos, & ad omnem cognationem &c. *Ne aliquis electioni repugnaret, sed favore omnium universum populum, ut eum in suum regem eligeret, inclinaret.*

Iud. 9. *num.* 1.

1144 *Iud.* 9 Abiit Abimelech filius Ieroboal in Sichem &c. *nu.* 1. *Abul.* Quæretur, cúm Abimelech desideraret habere principatum super totum Israel, sicut tenuerat pater suus, cur ivit ad viros Sichem, ut eum efficerent regem? nam non videbatur modus iste ad hoc, quòd efficeretur princeps super totum Israel, sed potiùs debuit convocare totum Israel in consilium, ut eum facerent in principem? *quæst.* 2. *Et respondet inprimis ex aliena sententia, sibi;* Aliquis forté dicit, quòd Abimelech non volebat principatum super totum Israel: sed solúm super Sichem: ideo ivit ad solos Sichemitas. *q.* 2.

Iud. 9. *nu.* 1.

1145 *Sed non placet hæc solutio Abulensi, unde sic ait.* Sed non stat: quia sciebat Abimelech, & quòd aliquis cõstituendus erat in principem super totum Israel, sicut hactenus quilibet de iudicibus fuerat princeps super totum Israel: si ergo ipse solùm dominaretur Sichemitis: ille qui præficeretur toti Israel, excluderet eum de principatu Sichemitarum, tanquã occupãtem partem principatus sui. Item non est verisimile, quòd Sichemitæ vellẽt accipere Abimelech in principem hac intentione, ut super eos dominaretur; quia tunc vellẽt dividi á toto Israel. Et hoc erat sibi occasio durissimi belli. *q.* 2.

Iud. 9. *num.* 1.

1146 *Adhuc sic loquitur Abulen.* Dicẽdum igitur. Quòd Sichemitæ acceperunt Abimelech in principem hac intentione, quód totius Israel pariter dominus futurus erat. Ipse quoque Abimelech intendebat toti populo dominari. Volebat tamen priús dominari Sichemitis, ut tunc posset accipere reliquum Israel: putabat enim, quód, cúm reliqui Israelitæ viderent, quód Sichemitæ fecissent eum regem, quód etiam totus populus non recusaret eum accipere, cúm esset vnus de filijs Gedeonis. Vel fortè intendebat, quòd habita illa vrbe posset pugnare contra reliquos Israelitas, qui adversarentur ei in principatu. Hoc patet, quia post quã cepit vrbem Sichem, pugnabat contra vrbem Thebes. Ita ergo intendebat facere contra quoslibet de

Iud. 9. *num.* 1.

de Israelitis, qui recusarent eum accipere in principem. *q.* 2.

1147 *Aliam deinde proponit supra textum citatum quæstionem in hunc modum.*
Iud. 9. Quæretur quare Abimelech non
num. 1. congregavit totũ Israel ad hoc, quód eligerent eum in princip ẽ sicut fuerat pater suus, & esset simul princeps totius Israel; nec oporteret ipsum discurrere pugnando contra varias vrbes? Respondendum, quòd Abimelech hoc libenter egisset, si putasset sic se posse intentionis suæ habere successum, sed non profecisset ei hoc. Primó, quia hoc non pertinebat nisi ad hominem habentem magnum favorem, qui posset congregare totum populum: Abimelech tamen nunc nullum habebat favorem, quia ipse erat minimus dignitate inter fratres suos, cùm cæteri essent legitimi; ipse autem illegitimus. Etiam quia nondum sibi conciliaverat aliquos amicos, qui faverent partem eius *q.* 3.

1148 *Et paulò infrà aliam prabet rationem, & sic ait Abulen.* Alia ratio est.
Iud. 9. quia si congregaretur totus Israel,
num. 1. credebat certissimé, quòd principatus traderetur alicui de fratribus suis; & non sibi propter duo. Primò quia alij erant legitimi, ipse veró illegitimus: illegitimi autem non succedunt parentibus in dignitatibus, quia non retinẽt nobilitatem eorũ. Et hoc innuit Ionathas minimus de filijs Gedeonis mortem evadens, qui ait, Constituistis regem Abime-
Num. 8. lech filium ancillæ eius; quasi dice-ret eò quòd erat filius ancillæ, vel concubinæ, non poterat succedere in dignitate. Secundò, quia Abimelech dato quòd esset de filiis legitimis Gedeonis, non pertinebat ad eum principatus, quia ad primogenitos pertinet principatus; Abimelech autem non erat primogenitus Gedeonis, sed Iether; ergo ad illum pertinebat principatus, & non ad Abimelech. *quæst.* 3. *Filius Ierobaal, idest filius Gedeonis. In quo Abimelechi improbitas denotatur, qui cùm esset filius viri principatum sibi oblatum recusantis, ipsum sibi non oblatum ambiebat, fautoresque, ut suam ambitionem adimpleret, nimis regnandi cupidus exquirere procurabat.*

Iud. 9. Abiit autem Abimelech 1149
filius Ierobaal in Sichem. *n.* 1. *Abul.* *Iud.* 9.
Quæretur vlteriùs cùm Abimelech *num.* 1.
vellet priús conciliare sibi favores alicuius loci, cur potiùs voluit hoc in vrbe Sichem, quám in aliis vrbibus? Respondendum, quòd fuit hoc propter duo. Primùmque, Abimelech volebat sibi conciliare favorem: & non putavit, quód in toto Israel aliqui tantúm sibi faverent sicut viri Sichem propter cognationem, scilicet quia mater sua erat origine Sichemita, & sic dicitur hic, quód abiit Abimelech in Sichem ad fratres matris suæ, & dicitur quód locutus est ad omnem cognationem domus matris suæ. Etiam persuadendo illis dixit; simul considerate, quòd os vestrum, & caro vestra sim. Etiam ista fuit causa potissima, quare Sichemitæ eum in regem vnxerant, ut patet ex verbis Ionathæ, constituistis Abimelech filiũ ancillæ eius in regem super habitatores Sichem, eó quód frater vester sit. *quæst.* 4.

Deinde sic progreditur. Secunda 1150
causa est, quia forté volebat accipere titulum dominandi Abimelech, *Iud.* 9.
& iste tradebatur in Sichem: quia *nu.* 1.
forté consuetudo erat apud Iudæos quòd ad constituendum aliquem in principem congregarentur in Sichem. Et hoc quia forté domus Ioseph esset præcipua inter Israelitas, & Sichem erat in sorte filiorum Ioseph: vel propter honorem Ioseph, cuius ossa tumulata erant in Sichẽ, *Ios.* 24.
ut patet Iosue 24. Hoc patet aliqualiter: nam mortuo Salomone ad constituendum filium eius in regẽ, totus populus congregatus est in

Sichẽ

3 Reg. Siché, ut patet 3. Reg. 12. Ideo voluit ire ad hãc vrbẽ. q. 4. *In Siché, vrbẽ in qua Ioseph, qui olim totius Ægypti pro rex fuerat, divino hoc disponẽte numine, Abimelechus rex eligendus abiit, ut si superbé dignitatis eveheretur honore, humiliter mortis deprimeretur horrore.*

1151 *Iud. 9.* Abiit autẽ Abimelech filius Ioroboal, in Sichẽ &c. *n. 1. Abu.* Quæretur vlteriús. An Abimelech fuerit

Iud. 9. nu. 1. receptus in principẽ super totũ Israel, vel solùm super Sichemitas? *Et sic soluit.* Respõdendũ quòd Abimelech regnavit super omnes Israelitas. Quia dicitur infrá in literaRegnavit Abimelech super Israel tribus annis, si tamen solum dominatus fuisset Sichemitis, nõ diceretur quód regnavit super Israel: cùm ab vnica civitate nõ denominetur totũ regnũ. q. 5. *Non solùm nomen iudicis, quod sibi in principatu Gedeõ pater eius acceperat, vsurpavit, sed regis vocabulũ ambivit, ut dominandi cupiditatẽ expleret, quam non nisi regia dominatione satiaret.*

1152 *Iud.* 9. Abiit autẽ Abimelech filius Ieroboal &c. *n. 1. Abul.* Quæretur

Iud. 9. nu. 1. quomodó nũc Abimelech ivit ad Sichemitas, ut constituerent eũ principem eò quòd erat filius Gedeonis? Nã iudices, qui ante hoc fuerunt, nõ veniebãt per successionẽ progeniei, imó nõ, erant de eisdem tribubus: quia primus iudex Othoniel fuit de

Iud. 3. tribu Iuda suprà cap. 3. Secũdus scilicet

Iud. 3. Aioth fuit de tribu Beniamin, eodẽ cap. Tert. autem Barach fuit de

Iud. 4. Neptali, ut declaratũ est supráQuart.

Iud. 6. Gedeõ fuit de manasse suprá c. 6. Sic etiã omnes iudices, qui post hoc fuerunt, non fuerunt per successionem progeniei?

1553 Respõdendum, quód Abimelech,

Iud. 9. nu. 1. nec aliquis de fratribus suis nõ habebat ius ad petẽdũ principatũ, quia pater suus regnaverat, vel fuerat iudex. Petivit tamẽ Abimelech propter duo. Primó quia putabat se habere quendã favorem in viris Sichem: ideo quanquã nõ tenerentur de iure eũ cõstituere, credidit quòd favore moti agerent. Secundũ, & præcipuum erat propter promissionem factã Gedeoni ab Israelitis. Nã cúm venit de bello Madianitarũ dixerunt ei omnes viri Israelitæ, Dominare tu nostri, & filius tuus, & filius filii tui: quia liberasti nos de manu Madiã. Gedeon autem humilians se ait, Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus, sed dominabitur Dominus Deus. Putavit ergo Abimelech, quód vellent Israelitæ facere sicut dixerãt, cõstituendo in principes posteros Gedeonis, ita quód de illa stirpe essent semper principes: ideo petivit paucis, quód ei, vel alicui de fratribus suis tradendus esset principatus. q. 6. *A Sichemitis ergo Abimelech sperabat ad regiã, quam ambiebat dignitatẽ impetrare favorẽ, quia sibi ab eisdẽ ob cognationẽ, quam cũ illis habebat, debitũ existimabat amorẽ.*

Iud. 9. Abiit autem Abimelech filius Ieroboal in Sichẽ ad fratres matris suæ, *n. 1. Abul.* Hic accipiũtur fratres proprié: & infrá accipiũtur largé, scilicet quòd mater Abimelech habebat viros aliquos potentes in Sichẽ, qui erãt fratres sui. Quod patet, quia illi poterant cõgregare totũ populũ Sichẽ, & persuadere, quòd acciperet Abimelech in regem. Erant autem isti viri potentes: & mater Abimelech erat de viris claris: Nec in hoc erat defectus nataliũ Abimelech, sed solũ, quia erat illegitimus. Potuit autẽ accipere Gedeõ hãc potentẽ, & clarã mulierẽ in cõcubinã, quia ipse erat princeps totius Israel. q. 7. 1154 Iud. 9. nu. 1.

Et infrá ad illud. Et loqutus est ad eos. *n. 1. Sic ait.* Scilicet ad fratres matris: quia isti erant viri maioris autoritatis. Etiã quia isti magis attinebãt ei, cúm essẽt avũculi eius, quã tota alia cognatio matris, & magis isti desiderarent honorẽ Abimelech. q. 7. *Viros nobiles, & maioris authoritatis in suũ favorẽ Abimelechus allicere procurabat, ut quilibet ex populo authoritate, &* 1155 Iud. 9. nu. 1.

exēplo nobiliū excitatus, eum libentiùs in regē, & faciliùs, quamvis id contra ius sibi videretur, acceptaret

1156 Ind. 9. num. 2. *Ind.* 9. Quid vobis est meliús, ut dominētur vestri septuaginta viri, omnes filii Ieroboal, an dominetur vnus vir. *n.* 2. *Abul.* Posuit duas rationes suasorias Abimelech; prima erat ex vtilitate Sichemitarū, scilicet, quia si eligerēt eū in principē, haberent vnū principem: & si non acciperent eū deberent accipere septuaginta viros, sed habere septuaginta viros in dominos laboriosum est, & intolerabile, quia quilibet iubebit, & quia omnes extorquebūt aliquid á populo. Et ut omnibus provideatur necesse erit fieri magnas extortiones.

1157 Ind. 9. num. 2. Secūda ratio erat, quia Abimelech erat cognatus Sichemitarū ex parte matris: alii autē filii Gedeonis nullā habebāt cognationē cū Sichemitis. Omnes filii Ieroboal. Istud etiā ponitur ad magis gravandū: quia si isti essent filii diversorū patrū, non se tantúm diligerent, nec invicem sibi nimis faverent, ideo vnus nō permitteret aliū facere magnas extortiones: nunc autē quia isti omnes erant filii eiusdē patris, nimis cōvenirent inter se, & permitterēt sibi ipsis extortiones, & gravamina, quæ quilibet infligeret populo, & sic gravaretur valde populus. *q.* 7.

1158 Ind. 9. nu. 2. *Et ad illud:* An ut dominetur vobis vnus vir, *sic ait Abul.* Scilicet, ut dominer ego solus, quasi diceret meliús est quód solus dominer, quia nō tantúm gravabimini tolerādo imperiū meū, sicut tolerādo imperiū septuaginta virorū. *q.* 7. *Optimā proposuit rationē, ut populū cōmoveret ad illū eligendū in principē, quòd scilicet si eum nō eligerent, septuaginta principes, vel simul, vel successivè suprá populū dominaturos, vendicarent. Valde enim cuilibet subdito onerosum est plurimorum dominorū varia placita, ac iudicia experiri, seque omnibus diversissima iudicantibus, & appetentibus accōmodare.*

Ind. 9. Quid vobis est meliús &c. *n.* 1. *Abul.* Quæretur vlteriús, an Israelitæ cogerētur acceptare aliquē de filijs Gedeonis in iudicē? *Et infrà sic respōdet.* Quanquā nō tenerentur, vel ut ex debito: tamen ex quadam æquitate debuerūt filios Gedeonis honorare: & aliquē eorū constituere principē, cum tanta bona eis Gedeō fecisset, & ipsi ei principatū pro se, & posteris suis obtulerāt, sed ipse ex vrbanitate nō accepit; quantò ergo vrbanior ipse fuit, tantó Israelitæ promptiores ad benefaciendū ei, & posteris suis esse debuerunt; sed nō fecerunt. *q.* 9. *Ingratus populus; ideo non curavit beneficia sibi à patre vivo exhibita per obsequia filiis præstita, compensare.* 1159 Ind. 9. nu. 1.

Ind. 9. Quid vobis est melius, ut dominentur vestri septuaginta viri &c. *n.* 2. *Abul.* Quæretur quomodó dixit Abimelech quòd septuaginta viri filii Gedeonis dominaturi erāt. Nā principatus semper vni cōmittitur. Maximē secundúm modū principatus Hebræorum, quia inter eos nunquā fuerunt Aristocratiæ: nec Oligarchiæ: Timocratiæ, aut Democratiæ: sed sēper monarchicus principatus, Respōdendum quòd si filiis Gedeonis tradendus fuisset principatus, nō datus fuisset omnibus, sed vni, scilicet primogenito. Dicebat tamen Abimelech Sichemitis hoc mentiēdo, ad terrendum eos, ut sic faciliùs cōsentirēt intētioni suæ *q* 10 1160 Ind. 9. nu. 2.

Aliam præbet solutionem dicens. Vel fortè intelligebat Abimelech, quód isti septuaginta viri dividerent principatum: ita quód vnus dominaretur vni parti terræ, & alius alteri, cùm essent fratres. Et tunc tantó magis gravarentur subditi, quanto minor pars esset data cuilibet de principibus, cùm quilibet eorum, vellet ita magnus, & gloriosus videri, velut si quisq; eorū in solidū dominus esset Israel, & hoc esset in gravamē Sichemitarū. *q.* 10. Vt dominētur vestri septuaginta viri om- 1161 Ind. 9. nu. 2.

ri omnes filii Ieroboal. *n.* 2. *In omnibus, utpote fratribus eiusdem patris filijs agnoscebat amorē, ideo non dividendum inter eos arbitrabatur honorem.*

1162 *Iud.* 9. Quid vobis est meliùs &c.
n. 2. *Abu.* Quæretur quomodò potue-
Iud. 9. runt Sichemitæ credere Abimelech,
num. 2. quód omnes septuaginta dominari
deberēt? Respōdendū quód quāquā
1163 non crederent quód omnes in solidū dominari possent, aut aliquando dominarentur: tamen credebāt forté, quia dominarentur divisa inter se terra. Scilicet quód quanquā de iure ad solum primogenitū veniret totū ius dominandi: quia tamē reliqui erant fratres sui divideret cum eis terrā, licet inæqualiter: & tunc gravaretur terra. *q.* 11.

1164 *Deinde sic progreditur aliam prabens responsionē.* Vel forté crederent, quòd
Iud. 9. omnes dominarentur, scilicet per
num. 2. successionē, & vicibus permutatis, scilicet, quód vnus dominaretur vno mense, & alius alio, & sic fieret circulus per illos secundùm determinationē temporis, Et hoc modo gravarētur Israelitæ in duobus. Primò in varietate dominorū: nā cùm sint tot sensus quot capita, eó quód diversitatē corporū sequitur varietas animorū: quilibet imperaret modo suo, & sic essent Israelitæ semper in altercatione: sed hoc est molestū. Secundò gravarentur per extortiones: nā cúm nullus esset princeps ad semper: eo tempore, quo principaretur, raperet multa, de quibus viveret, dum non dominabatur. *q.* 11.

1165 *Et iterū sic ait.* Aliter, & meliùs poterat hoc intelligi, scilicet, quòd prin
Ibd. 9. cipatus in solidū vni daretur ad sem
num. 2. per: tamē quia cæteri erant fratres sui, permitteret eis quód iuberēt in populo: & sic nihil differrent á veris dominis, licet nō vocarentur domini, & præcepta multorū dominorū gravarēt nimis subditos. Etiā quia ille, qui teneret principatū totius Israel, ut conservaret, & gubernaret fratres suos in magno statu, faceret extortiones à populo. Nā septuaginta viri in statu principū non poterāt gubernari nisi valde pressis subditis. *q.* 11.

An ut dominetur vnus vir? *n.* 2. 1166
Non se proprio vocabulo iussit nominari, Iud. 9.
sed cōmuni viri nomine, non enim dicere nu. 2.
pracepit. An ut dominetur vobis Abimelech: sed An ut dominetur vobis vir, *ut se futurum tanquam vnū virum inter viros sibi subditos indicaret: neq; vellet suprà viri conditionē, quasi divinum aliquod numen, ab alijs, ut ab hominibus infra illud divinum numen positis, adorari.*

Iud. 9. Quid vobis est meliùs, ut 1167
dominentur vestri septuaginta viri, Iud. 9.
omnes filii Ieroboal, an ut domine- nu. 2.
tur vnus vir. *n.* 2. *Abul.* Quæretur vlteriús quomodó dixit Abimelech, an vellent potiús quód dominaretur eis vnus vir, vel septuaginta viri: quia eadē ratio videbatur esse de eo, & de quolibet alio. Nam sicut dominante alio de filiis Gedeonis, dominarentur omnes, quia fratres erant: ita dominante ipso dominarentur reliqui, quia fratres sui erant? Aliquis respondebit, quód Abimelech minori cōsanguinitate eis coniūgebatur, eó quòd erat solùm frater ex patre: illi tamen qui ex vtroq; parēte fratres sunt, magis sibi attinent, magisque se diligunt. *q.* 12.

Non placet hac responsio Abulensi, unde sic ait. Sed dicendū quód hoc non 1168
stat, quia sicut Abimelech non erat Iud. 9.
frater istorū septuaginta ex matre: num. 2.
sed ex patre tantùm: ita ipsi inter se non erant fratres vterini, sed ex diversis matribus, sic patet præcedenti cap. scilicet habuit Gedeon septuaginta filios, quia habuit plures vxores, ideo quātùm ad hoc nō erat differentia. *q.* 12. *Deinde sic progreditur, apponens propriam solutionem.*

Dicendum quód omnes isti sep- 1169
tuaginta erant fratres ex vxoribus,
erantque legitimi: Abimelech autē, Iud. 9.
solus erat ex concubina: ideo illi sep- nu. 2

tuaginta se invicem tanquam fratres diligebant: ipsum autem Abimelech non tenebant tanquam fratrē, nec ipse eos; ideo cúm dominaretur aliquis de septuaginta, divideret bona principatus sui alijs fratribus: & sic viderentur tanquam septuaginta domini, ipse autem Abimelech non censebat sibi aliquid cõmune cum illis septuaginta, eó quòd ipse erat illegitimus: ideo si dominaretur, non traderet eis partem principatus: sed potiús occideret eos, vel deprimeret, ne possent ei auferre principatum *q.* 12.

1170 *Ind.* 9. *nu* 2. Quid vobis &c. *Merito cùm omnes fratres, Gedeonis filios iusserit nuncupari, non se eiusdem Gedeonis filium dicere postulavit; Qui enim ambiens sibi principatũ, patris sui dominium olim respuentis humilitatem minimè imitabatur, dignus non erat, qui tanti patris filius diceretur. Erubescebat enim se filium nominari illius, cuius virtutem noluerat imitari.*

1171 *Ind.* 9. *nu.* 2. *Iud.* 9. Simulque considerate quód os vestrum, & caro vestra sũ. *n.* 2. *Abul.* Quæretur cur moveri deberent Sichemitæ ad constituendũ Abimelech in principē, eó quód erat cognatus eorũ? Respondendũ quód vtilitas Sichemitarũ movere debebat eos. Nam ex hoc quòd esset rex cognatus eorum, ipsi consequerentur maiores immunitates, & honores; & etiam fruerentur bonis: nam efficerentur ditiores: sic patet 1. Reg. 9. Cúm Samuel vellet signare quòd Saul futurus erat rex in Israel ait. Et cuius erunt optima quæq; in Israel, non ne tibi, & omni domui patris tui? idest omnes communicabunt tecum in bonis regni. *q.* 13.

1172 *Ind.* 9. *nu.* 2. *Deinde sic ait.* Itē essent Sichemitæ honorabiliores, quia censerentur generosiores propter cõiunctionē sanguinis ad regem. Item haberet magnā curā de eis potiús, quám de alijs Israelitis ex affectione cognationis: & quæcunq; bona abundantiús illis cõferret. Sichemitarũ ergo intererat quód Abimelech constituerent regem: ideo si necesse esset aliquem de filiis Gedeonis regnare, magis benefaciebat Abimelech Sichemitis, si vellet suscipere regnũ, quám illi facerent ei offerendo, vel dãdo ipsi regnũ. *q.* 13. *Simul cõsiderate. Ne si repentinā acclamationē postularent, eandē à ratione alienā esse insinuarent: sed ostenderent acclamationē à se desideratam, esse nõ solùm valde vtilem acclamaturis, sed & naturali consentaneam æquitati*

Iud. 9. Locutiq; sunt fratres matris eius de eo ad omnes viros Sichē vniversos sermones iustos, & inclinaverunt cor eorũ post Abimelech dicentes, frater noster est. *n* 3. *Abul.* Et inclinaverunt cor &c. Idest inclinaverũt omnes Sichemitas, ut desiderarent accipere in principem Abimelech, dicentes frater noster est. Idest Sichemitæ inclinati sunt ex hac parte, quòd Abimelech esset frater eorũ. Nã ex hoc sciebant, se participaturos bonis regni eius. Et quanquã alia ratio esset satis efficax, scilicet quòd meliùs erat dominari vnũ virum, quám septuaginta, tamen huic magis assenserunt: quia illa erat cõmunis toti populo, & ista de cognatione erat specialis in eis: magis autem diliguntur bona propria, quám communia *q.* 13. Cor eorũ. *Ita enim omnes viri civitatis ad accipiendũ Abimelechũ in principē, eò quòd ipsorũ omniũ frater diceretur, conspirarant, ut non multiplicia, sed vnum tantùm cor in omnibus esse videretur.* 1173 *Iud* 9. *num* 3.

Iud. 9. Dicentes frater noster est. *n.* 3. *Abul.* Quæretur quare Sichemitæ acceperũt Abimelech in regem ex eo quòd erat frater eorũ: quia sive esset frater, sive non, minimé cogebantur eum in principem accipere, nec etiam quemlibet alium de filijs Gedeonis? *q.* 14. *Et sic respondet.* Voluerunt inter cæteros hũc accipere: quia vtilior eis erat, eò quòd erat frater eorũ: *q.* 14. Frater noster est. *Ac si diceret. Hic, quē vobis proponimus in re-* 1174 *Ind.* 9. *num.* 3.

in regem ab omnibus eligendum; non vobis dominica imperabit potentia, sed vos fraterna diliges benevolentia.

1175 *Iud.* 9. Dederuntque illi septuaginta pondo argenti, de fano Baalberit. Qui conduxit sibi ex eo viros inopes, & vagos, secutique sunt eum. *n.* 4. *Abul.* Quæretur ad quid Sichemitæ dederunt Abimelech pecunias has? Respondendum quód forté hoc fuit ad hoc quód inciperet habere statum. Nam faciebant eum principem suum, & tamen erat vir pauper, & quia erat opprobrium eos habere principem pauperem, dederunt ei pecunias istas. *quæst.* 15. *Divitem ex paupere factum pauperes sequebantur, quia non illum, sed illius fortunam colebant, ac illius argentum, quasi idolum sibi, venerabātur.*

Iud. 9. num. 4.

1176 *Iud.* 9. Et venit in domum patris sui in Ephra, & occidit fratres suos filios Ieroboal septuaginta viros super lapidē vnum. *n.* 5. *Abul.* Quæretur quomodó potuit Abimelech occidere omnes fratres suos simul? Respondendū; Quòd fratres sui non potuerunt suspicari aliquod malū de Abimelech, quia frater suus erat. Itē quia nunquam intercederat eis aliquid dissentionis propter quod deberent cavere. Itē quia non putabant, quód propter principatū vellet aliquid movere Abimelech contra illos: quia non poterat pertinere ad eum: tū quia ipse erat illegitimus tum quia erat minor multis aliis fratribus suis. Item quia ad hoc quód Abimelech aliquid moveret pro principatu, necesse erat, quód aliquē favorē, & magnum quidem haberet: sed hunc non putabant eum habere fratres sui. *q.* 21.

Iud. 9. num. 5.

1177 *Et ad illud* super lapidem vnum, *sic ait.* Omnes isti manebant adhuc in domo paterna, quia modicū tempus transierat ex morte patris: & occidit omnes Abimelech, non tanquā hostis trucidans eos, sed tanquam iudex: cùm super vnum lapidē fecerit omnes decapitari, scilicet quia eos sigillatim capi faciebat à viris suis quia multos secū portabat, & iugulabat eos; & ex hoc maius facinus erat; scilicet quia vicē iudicis vsurpaverat, cùm tamen hostis esset. *q.* 21. *Horrendū iniustitiæ facinus sub prætextu iustitiæ palliabat, dum fratres suos, quasi rectus esset iudex, super lapidē, super quem malefactores, qui capitali damnabātur pœna interfici solebant, trucidabat.*

Ibd. 9. num. 5.

Iud. 9. Congregati sunt autē omnes viri Sichē, & vniversæ familiæ vrbis Mello: abierunq; & constituerunt regē Abimelech iuxta quercū, quæ stabat in Sichē. *n.* 6. *Abul.* Postquā Abimelech occidit fratres suos, Sichemitæ congregati fuerunt ad vngendū eum in regē: & congregati fuerunt omnes: quia concordes erant in hoc, eó quód putabant se aliquid magni boni assequi, cúm haberent regem de stirpe sua. *q.* 21. 1178

Iud. 9. num. 6.

Deinde aliam proponit quæstionem sic. Quæretur quare nunc constituerūt regē Abimelech occisis fratribus omnibus, & priùs non? Respondetur, Quòd quāquā priùs Sichemitæ inivissent fœdus cum Abimelech: & dedissent ei pecuniā de tēplo dei sui; tamē noluerunt eū constituere regē propter multa. Primó propter securitatē suam, nam si supervirerent fratres Abimelech, ipso constituto in regē: ilico convenirent omnes cōtra eū congregantes totū Israel, tanquā cōtra vsurpatorē principatus eorū; & Sichemitas tanquā fautores, & suasores mali occiderent, vel affligerent valde; nunc autē mortuis omnibus fratribus Abimelech; nullus manebat, qui petere posset principatum. Etiam Israelitæ nullū vidētes super esse de stirpe Gedeonis, cui adhærerent, nō curarent movere bella cōtra Abimelech, & Sichemitas, ideo nūc securé eum regem vnxerunt. *q.* 23. 1179

Iud. 9. num. 6.

Aliam deinde prabet solutionem in hunc modū. Secundó quia, dū viverēt fratres Abimelech putabat Sicheme- 1180

Iud. 9. num. 6.

 tæ

tæ, quòd posset convenire cum eis de modo principatus: & tunc illi suscepta potestate contra Sichemitas, tanquam contra auferentes eis principatum ipsis debitum, duré se haberent: ideo noluerunt Sichemitæ se firmiter ostendere pro parte Abimelech, quousq; constaret eis, quòd non posset iam fieri concordia inter Abimelech, & fratres suos. Et istud erat mortuis fratribus: ideo vsquequo mortui sunt, non constituerũt eum regem. *eadem q.* 23.

1181 *Tandem tertiam apponit solutionem Abulensis.* Causa tertia fuit, Iud 9. num. 6. quia volebant Sichemitæ videre, an rex constituendus super eos esset vir bellicosus, dignus regno: quia alioquin stultum erat talem efficere regem: & ad hoc dederunt ei talenta septuaginta argenti, ut inde comparatis sibi bellatoribus procederet contra fratres suos: ex quo videre poterant, an esset vir bellicosus. Cùm autem ipse cautè se habuit cōtra fratres suos, occiditque omnes præter minimum, viderunt Sichemitæ eum similiter posse pugnare contra hostes: ideo sponté eum cōstituerunt regem *q.* 23. Congregati &c. *Viri Sichem amore ducti: viri Mello moti timore Abimelechum regem constituere decreverunt. Talis enim erat Abimelechus qui à subditis sibi cognatis amaretur: & à non sibi cognatis timeretur.*

1182 *Iud* 9. Constituistis regem Abimelech filium ancillæ super habitatores Sichem, eò quòd frater Iud. nu. 18. vester sit. *n.* 18. *Abul.* Quasi diceret. Et in hoc iniustè egistis contra Gedeonem, quia cúm teneremini honorare filios suos, & debueratis primogenitum eorum constituere in principem, sicut quondam ei spōté offerebatis, quód dominaretur ipse, & filius suus, & filius filij sui: constituistis in regem filium concu- Iud. 8. binæ eius, qui non tantúm pertinebat ad eum, sicut cæteri filij, & in hoc dehonorastis domum eius. *q.* 31.

Et ad illud. Filium ancillæ *sic ait idem Abulensis.* Non tamen erat verè ancillæ: quia tunc fuisset Abimelech servus, cúm esset filius ancillæ: & tunc non est verisimile, quòd constituerent eum principem Sichemitæ. *q.* 31. *Ionathas in hoc loco Abimelechum fratrem suum noluit appellare, eum enim fraterno nomine indignum meritò iudicabat, quem sciebat aliorum fratrum fuisse occisorem, non amatorem.* 1183 Iud. 9. nu. 18.

Iud. 9. Eò quòd frater vester sit. *n.* 18. *Abul.* Idest non attendistis aliud in eo, nisi quòd erat frater vester: & non curastis, quód esset filius Gedeonis, nec quód esset vir bonus, & dignus principatu. Et in hoc peccaverunt dupliciter habitatores Sichem: primó quia non reddiderunt debitam vicem beneficij Gedeonis honorãdo filios suos, sicut iustum erat. Secundò quia fuerunt acceptatores personarum, scilicet quia acceperunt in principem aliquẽ indignum, solúm quia erat de progenie ipsorum, cúm possent habere alios viros dignos ad principatũ. *quæst.* 31. *Merito Ionathas Sichemitas arguebat, eò quòd eum, non quem ratio, sed quem cognatio commendaverat regia potestate dignum indicassent.* 1184 Iud. 9. nu 18.

Iud. 9. Sin autem perversè: egrediatur ignis ex eo, & consumat habitatores Sichem, & oppidum Mello: egrediaturque ignis de viris Sichem, & de oppido Mello, & devoret Abimelech. *num.* 19. *Abul.* Quæretur cur Ionathas non maledixit toti Israel, sed solis viris Sichẽ, & vrbis Mello? Respondendũ, quia Sichemitæ constituerunt regem Abimelech, & dederunt occasionem, ut cæteræ vrbes eum reciperent. Nam si ipsi non constituissent eum ex affectione quadam, nunquam Israelitarum quisque dedisset ei aliquem principatum: Israelitæ autem eum constitutum regem susceperũt, & non constituerunt, ideo non maledixit eis. *quæst.* 34. *Eam solam vrbẽ ma-* 1185 Iud. 9. nu. 19.

maledicendam in licabat, quæ exemplo ſuo alias vrbes ad recipiendum Abimelechum in regem excitaverat.

1186 *Iud. 9. nu. 22.* *Iud.* 9. Regnavit itaque Abimelech ſuper Iſrael tribus annis. *n.* 22. *Abul.* Pauco tēpore duravit principatus eius: quia Deus noluit conterere eum, eò quòd iniuſtè regnabat, & bello periit. *q.* 31. *Deinde ſic proponit quæſtionem.* Quæretur quare non dicitur de iſto, iudicavit Iſrael, ſicut dicitur de omnibus aliis præcedentibus, & omnibus ſequentibus vſque ad finem libri? Reſpondendū, quia cæteri erant ſolùm iudices, & non aſſumebant ſibi maiorem principatum, nec populus eis tribuebat: Abimelech autem vnctus eſt in regem, & impoſuit ſibi diadema regni. Et dicitur quòd regnavit ſuper Iſrael, non quòd totus Iſrael conſtituiſſet eum in regem: quia ſoli viri Sichem, & vrbis Mello vnxerunt eū in regem, ut patet ſuprà: ſed poſteà totus Iſrael conſenſit, vel ſaltem nō repugnavit ei. Et ſic cæpit regnare per totum Iſrael: quia omnia loca invadebat: & quædam obediebant ei, contra alia autem pugnabat. Vel, ut alii volunt, vocatur rex ſuper Iſrael, non quòd ſuper totum Iſraël regnaret: ſed quia dum ipſe dominabatur in Sichem, & vrbe Mello, nullus alius erat iudex, aut rex, dominus, aut princeps in Iſrael. *quæſtione* 32.

1187 *Iud. 9. nu. 22.* *Aliam adhuc proponit quæſtionem Abulenſis dicens.* Quæretur vlteriùs an Abimelech peccavit accipiendo regnum? Reſpondendum, quòd manifeſtum eſt quòd peccavit: quia ut perveniret in regnum perpetravit infanda ſcelera, ſcilicet occidit fratres ſuos, & ſollicitavit Sichemitas ad hoc. Sed omiſſis his, de quibus non eſt dubium, manet quæſtio. An dato quòd Abimelech nulla ſcelera egiſſet, ſed ſuſciperetur in regem ſponte á viris Sichem, an peccaret acceptando?

1188 *Iud. 9. nu. 22.* *Pergit Abul.* Reſpondendum quòd peccabat Abimelech ambiendo principatum, dato quòd nulla alia illicita committeret ad aſſequēdum eum. Item peccabat, quia cùm eſſet indignus manifeſtè, ſuſcipiebat principatum. Qui tamen ſic accipiunt principatus, privandi ſunt eis, & non privarentur, niſi graviter peccarent: ergo peccat graviter, qui indignum ſe ſciens, ad principatum anhelat, & illum acceptat. Item peccavit, quia præiudicavit iuri alieno. Nam ſi principatus regalis alicui dādus erat, hoc maximè competebat primogenito Gedeonis: vel in defectum eius, alteri ex fratribus ſuis legitimis: Abimelech autem illegitimus vſurpavit locum fratrum.

1189 *Iud. 9. nu. 22.* *Progreditur Abul.* Peccabat autem ampliùs, quia dato quòd dignus foret quocunque principatu, non debebat ſuſcipere principatum regalem, vel dominativum, quia tam Iſraelitæ, quàm ille, qui ſuſciperet principatum regalem, peccarent, ſi Deo inconſulto hoc agerent: ſed Sichemitæ inconſulto Deo contulerunt principatum regalem Abimelech: ergo peccaverunt vtrimque, ſcilicet Abimelech ſuſcipiendo, & Sichemitæ dando. *Omnia in queſt.* 33. Regnavit, *Non ſine divina providentia factum, ut primus, qui nomen regis in Iſraelitico populo habuerit, ancillæ cuiuſdam filius agnoſceretur, ne poſtea aliquis populi Iſraelitici rex de regali ſuperbiret dignitate, quam ſciret primò inventam eſſe in ſervili vilitate.*

1190 *Iud. 9. nu. 22.* *Iud* 9 Regnavit itaque Abimelech ſuper Iſrael tribus annis. *n.* 22. *Abul.* Quæretur cur Abimelech, cùm fuerit rex, & non iudex, non ponitur in catalogo regum: ſed dicitur primus rex fuiſſe in Iſrael Saul? *Et inter alias reſponſiones apponit hanc tertio loco.* Quia illi ponuntur ſecundùm ſacram ſcripturam in catalogo regum, quos Deus voluit reges eſſe, & quibus ipſe dedit prin-

cipium, ut reges essent: sed Abime-
lech non est factus rex iussu Dei;
sed quadam fraude, & iniquitate
Deo non iubente, ideo non nota-
tus fuit ipse in catalogo regum: Sa-
ul autem fuit primus in catalogo re-
1 Reg. 9 gum: quia de illo Deus iussit, quód
ungeretur in regem 1. *Reg.* 9. *q.* 35.
1191 *Deinde quartam apponit causam*
Abul. dicens. Quarta causa est, quia
Ind. 9. illi ponuntur in catalogo regum,
nu. 22. qui volente populo constituti sunt:
& postquam populus cæpit habere
reges post vnctionem Saulis, sem-
per voluit habere reges, & ob hoc
sequentes in catalogo ponuntur.
Abimelech autem nolentibus Isra-
elitis, & per quandam privatam af-
fectionem virorum Sichem, super
eos rex factus est: ideo non debuit
poni in catalogo. *q.* 35.

1192 Regnavit itaque &c. *Quamvis*
ergo Abimelech regnaverit, tamen inter
Ind. 9. *alios reges Israel non debuit nominari,*
nu. 22. *ne si ille, qui dolo, & bello regnum sibi*
vsurpaverat primus inter reges numera-
tus honorificum regis vocabulum vendi-
caret, quisque sibi arte, vel marte, exem-
plo primi regis regnum à se obtinendum
arbitraretur.

1193 *Ind.* 9. Surrexit itaque Abi-
Ind. 9. melech cum omni exercitu suo noc
nu. 34. te, & tetendit insidias iuxta Sichi-
mam in quatuor locis. *n.* 34. *Abul.*
Quia secutus fuit per omnia consi-
lium Zebul, qui erat vir prudens. Et
surrexit de vrbe illa, in qua mane-
bat nocte cum toto exercitu suo;
non congregans novum exercitum,
ne moraretur congregando illum;
& ne Sichemitæ hoc cognoscentes
invocarent plures adiutores. *q.* 42.
Surrexit itaque Abimelech cũ om-
ni exercitu suo nocte. *Nemo enim*
militum in toto exercitu fuit, qui exem-
plo sui regis de nocte surgentis, ad evi-
gilandum non excitaretur.

1194 *Ind.* 9. Abiit ergo Gaal, spec-
Ind. 9. tante Sichemorum populo, & pug-
nu. 39. navit contra Abimelech, qui perse-
& 40.
cutus est eum fugientem, & in vr-
bem compulit: cecideruntque ex
parte eius plurimi vsque ad portam
civitatis. *n.* 39. & 40. *Abul.* Exer-
citus Abimelech erat fortior, & ani-
mosior, & incitabatur magis volun-
tariè ad bellum, quám exercitus
Gaal: quia Abimelech pugnabat, ut
defenderet quæ sua erant, scilicet
vrbem Sichem, cuius erat rex. Gaal
autẽ pugnabat, ut acquireret, quod
nunquam possederat: ideo non po-
tuit Gaal consistere ante faciem A-
bimelech, sed fugit. *q.* 42. Et per-
secutus est &c. *Non quod solus rex*
Abimelech hostem suum Gaal ab eo reg-
num sibi vsurpare volentem, insequeretur,
sed quòd primus inter omnes sui exercitus
milites decertaret, & omnes exemplo suæ
fortitudinis ad milites hostis sibi oppositi,
occidendos animaret.

Ind. 9. Sequenti ergo die
egressus est populus in campum. 1195
Quod cum nunciatum esset Abime- *Ind.* 9.
lech tulit exercitum suum, & divi- *nu.* 42.
sit in tres turmas tendens insidias & 43.
in agris. *n.* 42. & 43. *Abul.* Quære-
tur cùm iudicassẽt Sichemitæ, quòd
non possent resistere Abimelech: cur
non petebant ab eo veniam, & pa-
cem, cùm essent populus eius, & nõ
destrueret vrbem, quia damnum
eius erat? Responderi potest, quòd
putaverunt Sichemitæ supervacuũ
esse quòd peterent veniam, quia nõ
pervenirent ad eam, eò quód nimis
iniuriati fuerant Abimelech insur-
gendo contra eum, & vastando vi-
neas fautorum eius, & maledicendo
ei inter epulas. & pocula, *q.* 43.

Postea sic progreditur Abul. Etiam
quia contra eum induxerant hostem 1196
scilicet Gaal, qui acriús maledixerat,
quâm ipsi: & ipse pugnavit contra *Ind.* 9.
Abimelech, & quanquam promit- *nu.* 42.
teret securitatem, ut traderetur ei & 43.
civitas, postea effectus dominus il-
lorum, duris cruciatibus illos affice-
ret: iudicaverunt ergo meliùs esse,
ut contra eum pugnarent, etiam si
in

in bello perire contingeret. *quæstione* 43.
Et paulò infrà sic ait Abul. Alia
1197 ratio esse potest, quia licet Sichemi
Iud. 9. tæ cognoscerent se viribus impares
nu. 42. ipsi Abimelech, & putarent etiam,
& 43. quòd si veniam peterent, concede-
ret eam Abimelech: tamen tam gra-
vi odio eum prosequebantur, quòd
præeligerent mori, quám ei subii-
ci. Istud autem gravissimum odium
Deus procuraverat in pænam eorũ,
ut patet in litera suprà. Misit Deus
spiritum pessimum inter Abimelech
& habitatores Sichem. *q.* 43. *Vere-
cundia pessima, non tantùm eis Abimelechi*
Iud. 9. *malevolentia ad vindictam de ijs sumen-*
nu. 23. *dam, excutiebat timorem, quantum Abi-
melechi benevolentia ad veniam eijsdem
concedendam, emittebat ruborem, elige-
bant ergo potiùs ferre pœnam timoris,
quám ruboris.*
1198 *Iud.* 9. Abimelech omni die
illo oppugnabat vrbem, quam cepit,
Iud. 9. interfectis habitatoribus eius, ipsa-
nu. 45. que destructa, ita ut sal in ea disper-
geret, *n.* 45. *Abul.* Quæretur. Qua-
re Abimelech sparsit sal in vrbe Si-
chem. Respondendum quòd in sig-
num maximæ pænæ, consuevit au-
tem istud fieri in pænam criminis
læsæ maiestatis, scilicet quando ci-
vitas aliqua rebellat iniustè regi cõ-
mittens proditionem. Vrbs autem
Sichem insurrexerat contra Abime-
lech iniustè, ideo non solúm Abi-
melech dedit pænas Sichemitis pro
præsenti, occidendo omnes Siche-
mitas, sed etiam sparsit sal per civi-
tatem, quod fit ad hoc quod terra
fiat sterilis, & nunquam habitetur.
quæst. 45.
1199 *Et infrà sic ait.* Hæc autem de
sterilitate causa per sal apparet: quia
Iud. 9. terra ante diluvium erat valde fer-
nu. 45. tilis, & ex temperie eius homines
veniebant in ætatem, quasi mille
annorum: mox autem post diluvi-
um incæpit esse vita humana infrá
trecentos annos, ut colligitur
Gen. 11. Et in brevi redacta est in *Gen.* 11
centum viginti annos, vel parum
plús. Hoc autem non fuit principa-
liter nisi propter dispositionẽ terræ
variam in virtute alimentorum, fuit
enim terra corrupta salsugine in-
trante Oceano, & effuso super totam
terram; & aqua maris præ salsugine
reddit terram, quám sterilem. Sic eti
am quæcunque terra sic salsugino- *Ps.* 106
sa sterilis fit; sic dicitur Ps. 106. Po-
suit flumina in desertum, & exitus
aquarum in sitim: terram fructife-
ram in salsuginem à malitia habitan-
tium in ea. *q.* 45.
Et infrà adhuc exponens eundem 1200
textum sic ait Abul. Quæretur vlteri-
ùs, an peccaverit Abimelech pug- *Iud.* 9.
nando contra Sichemitas, & delen- *nu.* 45.
do eos tam duré, atque spargendo
sal in vrbe? *Et respondet, Abimelechum
non peccasse, & hanc apponit rationem,*
Sichemitæ commiserunt crimen læ-
sæ maiestatis in multis contra Abi-
melech: sed pro crimine læsæ maies
tatis licet aliis regibus occidere vi-
ros, & civitates disperdere spargen-
do sal in eis: liceret ergo hoc Abime
lech, qui verus rex erat Sichemita-
rum, & ab eis graviter offensus. *q.*
46. *Sale civitas, quæ in rebellione prima
fuerat, sterilis efficiebatur, ut quælibet
aliarum hoc punitionis exemplo quasi sale
condiretur, ne simile læsæ maiestatis flagi-
tium perpatraret.*
Iud. 9. Quòd cúm audissent, 1201
qui habitabant in turre Sichemorũ,
ingressi sunt fanum dei sui Berith, *Iud.* 9.
vbi fædus cum eo pepigerant: & ex *nu.* 46.
eo locus nomen acceperat, qui erat
munitus valde. Abimelech quoque
audiens viros turris Sichemorum
pariter conglobatos, ascendit in mõ
tem Selmon cum omni populo suo:
& arrepta securi, præcidit arboris
ramum, impositumque ferens hu-
mero, dixit ad socios: Quod me vi-
detis facere, citò facite. *à num.* 46.
Abul. Abimelech, ut milites promp-
tiús istud exequerentur, ipsemet
prior

prior exemplum dedit illis, ſcindens ramum, & portans, *q.* 48.

1202 *Et infrà ad illud.* Et arrepta ſecuri præcidit arboris ramum. *nu.* 48.
Iud. 9. nu. 48. *ait Abul.* In Hebræo habetur. Arripuit ſecures, quæ in manu eius, præſciditque ramum lignorum. Sed iſtud eſt per magnam improprietatem idiomatis. Nam ſimul nullus habet multas ſecures ad ſcindendum. Ideo litera noſtra correxit iſtam barbariem ſermonis. *q.* 48. *Aptam tamen iudico Hebraicam lectionem, qui enim ſecurem vnam manu ſua habebat, ut ramum præſcinderet ſuis humeris imponendum, plures ſuorum militum ſecures in eadem manu habere videbatur, quibus non vnum, ſed tot quot milites caderent ramos, ipſe præſcindere diceretur, dum omnes ſibi ſubditos exemplo ſuo, ut ramos caderent, ſuiſque humeris eos imponerent, commoneret.*

1203 *Iud.* 9. Et arrepta ſecuri præſcidit arboris ramum, impoſitumque ferens humero dixit ad ſocios: Quod
Iud. 9. nu. 48. me videtis facere, citó facite. *n.* 48. *Abul.* Non ſolúm imperavit hoc Abimelech, ſed fecit, & tunc iuſſit, quia magis movent in moralibus opera, quàm verba. Et cùm omnes vidiſſent regem hæc facere, erubeſcerent non facere, etiam ſi eſſent magni viri: & promptè illud facerent. Iſtud didicerat Abimelech exēplo patris ſui Gedeonis. Nam in pugna contra Madian ſic ipſe dixit
Iud. 7. ſociis ſuprá 7. Quod me videritis facere, facite: ingrediar caſtrorum medium, & quod fecero ſectamini. *quæſt.* 48 *Optimus ſanè dux, qui priùs militum oculis opera, quàm auribus verba proponebat, dicens, Quod me videtis facere, citò facite. Meritò celeritatem operis à ſe priùs facti à militibus ſuis poſtea faciendi, poſtulabat.*

1204 *Iud.* 9. Igitur certatim ramos de arboribus præſcindentes ſeque-
Iud. 9. nu. 49. bantur ducem. *n.* 49. *Abul,* Videntes omnes quod fecerat rex eorum, faciebant & ipſi. Et dicitur certatim, ideſt per turmas, nam vna turma ſcindebat hìc ligna, & alia ibi: & ſic omnes faciebant, ſimulque ferebant ſequentes regem. *q.* 48. *Certatim. Nemo enim vltimus, ſed quiſque primus inter alios, & ſecundus poſt regem in cadendo, & ferendo lignum eſſe volebat.*

Iud. 9. Accedenſque Abimelech 1205
iuxta turrem pugnabat fortiter: &
appropinquans oſtio, ignem ſup- Iud. 9.
ponere nitebatur. *n.* 52. *Abul.* Quæ- nu. 52.
retur quomodò Abimelech accedebat primus ad ſupponendum ignem, cùm eſſet hoc periculoſum? Reſpondendum quòd hoc faciebat ad incitandum ſuos. Nam, ut omnes promptiùs agerent, ipſe præcedebat in agendo. Sic fecit in Sichem. Nam ipſe primus abſcidit ramum de monte Selmon, & impoſuit humero ſuo, dicens, quod me vidiſtis facere, citò facite. *q.* 52.

Deinde aliam cauſam Abul apponit 1206
dicens, Alia cauſa erat, quia Abime- Iud. 9.
lech erat ſuperbus nimis, & cupidus: nu. 52.
& volebat in omnibus magnificis geſtis habere gloriam: non ſolùm rex glorians de his quæ ageret ſuus exercitus: ſed ex propria actione laudem cupiebat, ideo ipſe primus periculis ſe exponebat; ut ſic totius ſequentis facti gloriam ipſe obtineret. *q.* 52. *Novæ gloriæ cupidus, ſemel victor per ignem de Sichem: iterum per ignem victor de oppido Thebes eſſe cupiebat, & ut illic primus lignum præſcidit ad ignem applicandum, ita hìc ignem primus portæ voluit applicare, ut ſicut in primo caſu, ſic & in ſecundo, exemplo ſuæ animoſitatis milites ſuos ad militaria obeunda munia, & pericula negligenda excitaret.*

Iud. 9. Qui vocavit citó armige- 1207
rum ſuum & ait ad eum; Evagina
gladium tuum, & percute me; ne Iud. 9.
fortè dicatur, quòd á fæmina inter- nu. 54.
fectus ſim. Qui iuſſa perficiens; interfecit eum. *num.* 54, *Abul.* Ex magna ſuperbia dolebat nimis, quòd occideretur

cideretur à fœmina: ideo potiùs voluit quòd viri sui occiderent eum superaddentes plagas plagæ eius: quám quòd mors sua fæminæ ascriberetur. *q.* 52. *Et infrà.* In quo dupliciter erat infelix; primó quia suscipiebat quasi duplicem mortem: secundò quia à viris suis occidebatur: sed miserrimum est ab eo occidi, à quo quis iuvandus est. *q.* 13. *Digna plectitur pœna, ut qui super lapidem vnũ tot viros interfecerat, á fœmina una lapide vno occideretur: ut dum capiti suo lapidem sentiret illisum, alterius lapidis, in quo ipse fratrum suorum capita detruncaverat, non sine magno propriæ conscientiæ cruciatu recordatus, moreretur.*

1208 *Iud.* 9. *nu.* 56. *Iud.* 9. Et reddidit Deus malum, quod fecerat Abimelech contra patrem suum interfectis septuaginta fratribus suis. *n.* 56. *Abulens.* Quæretur vlteriús, an æternaliter perierit Abimelech? *Et respondet* Scriptura hoc videtur innuere, quia semper loquitur de Abimelech tam quam de malo. Nam sicut á principio, cúm occidit fratres suos, scriptura eum, ut malum increpat: ita & in morte; dicit enim, quia Deus reddidit malum in caput Abimelech secundùm maledictionem, quam imprecatus fuerat Ioathan: ergo credendum est satis verisimiliter quòd æternaliter damnatus sit. *q.* 55. Et reddidit &c. *Ac si Abimelech suorum fratrum interitu, quasi pretio necem, propriam ab aliȷs sibi inferendam, Deo deferente de hac redditione sententiam, compararet.*

1209 *Iud.* 9. *nu.* 56. *Iud.* 9. Et reddidit Deus malum quod fecerat Abimelech contra patrem suum, interfectis septuaginta fratribus suis. *nu.* 56. *Abulen.* Dicitur de malo quod fecit contra patrem suum, quia licet Abimelech directé malum egit contra fratres suos, quos occidit: tamen maius malum egit contra patrem suum, scilicet quia magis debebat respicere Abimelech ipsos filios Gedeonis in quantúm erant filii patris sui, & in quantũ erat aliquid illius, quàm in quantúm erant tot viri innocentes; nam committebat magnam irreverentiam erga patrem, & ingratitudinem occidendo filios illius, eò quòd sic faciebat eum manere sine nomine. *q.* 56.

Deinde sic progreditur Abul. Etiam videbatur occidere ipsum Gedeonem; nam filius est quædam pars patris decisa de patre 8. Ethi, ideo occidendo particulas patris ipsius, patrem occidere videbatur. Item filii; morientibus pater dicitur mori: & illis manentibus, licet pater sit mortuus, non vocatur mortuus, ut patet Ecclе. 30. Mortuus est, & quasi non est mortuus pater eius: reliquit enim filium similem sibi; ergo qui occidit filios dicitur occidere patrem. *q.* 56. 1210 *Iud.* 9. *nu.* 56.

Et tandem sic concludit Abulen. Pater nihil habet, quod magis quàm filios diligat: sed cùm quis aufert alteri, quod maximè amat, infert ei gravissimam iniuriam: ergo Abimelech gravissimum malum infligit patri suo: & hoc Deus reddidit in caput eius tradendo eum in manus virorum vrbis Thebes, ut manu fæminea moreretur, *q.* 56. Malum quod fecit contra patrem suum. *At quodnam fuit hoc malum? Fortassis dicet aliquis fuisse regis vocabuli vsurpationem, quam nec sibi, nec alicui filio voluit Gedeon, dum viveret, à populo acceptare: & hanc regni ambitionem contra patrem, magis quàm occisionem contra fratres Deus voluit vindicare, dum illum per super impositum capiti lapidem, non coronavit, ut regem, sed ut regni vsurpatorem, pœna satis merita deturpavit.* 1211 *Iud.* 9. *nu.* 56.

Ex D. Dionysio Carthusiano.

1212 Iud. 9. Abiit autem Abimelech filius Ieroboal in Sichem ad fratres matris suæ. *n.* 1. *Carthus.* Opposita iuxta se posita clariùs innotescunt, idcircò inseritur hìc historia vnius impii præsidentis in Israel. Ex cuius malitiis aliorum iudicum bonitas evidentiùs innotescit, Alii etenim iudices filios Israel liberaverunt, reformaverunt, & conservaverunt in statu bono, iste é contrario eos corrupit, vastavit, destruxit. *art.* 16. *In domo paterna cum cæteris fratribus moribundo assistens patri, & pietatem erga patrem, & charitatem erga fratres ostendebat. Abiit ergo in Sichem, patrem mortuum, fratres autem vivos deserendo, ne patris defuncti respectus, vel fratrum vivorum conspectus eum à tyrannide, animo iam cogitata, revocaret.*

Iud. 9. num. 1.

1213 *Iud.* 9. Quid vobis est melius, ut dominentur vestri septuaginta viri omnes filii Ieroboal, an ut dominetur vnus vir? *n.* 2. *Carth.* Quasi dicat, multó plûs expedit vobis, ut ego solus vobis præsim, quám tot viri. Nec dubium quin expedientiús sit vnum habere principem, quám multos, qui præsint, cùm & teste philosopho pluralitas principum mala sit. *ar.* 16.

Iud. 9. num. 2.

Deinde sic progreditur, Propterea principatus monarchicus ampliús commendatur, nihilominus meliùs est multos bonos habere rectores, quám vnum malum, nec consequens fuit quód omnes illi septuaginta filii Gedeonis præfuissent simul post patrem suum, si vnus iste non præsideret. Ipse tamen sic loquebatur, quasi omnes illi optarent præesse. *ar.* 16.

Iud. 9. num. 2.

1214 *Et tandem sic concludit Carthus.* Denique iste Abimelech fuit apertè, & inverecundè ambitiosus non obstante quód fuit de concubina, immo & ancilla, ut infrá habetur, natus. Cùmque virtuosus pater eius offerentibus sibi dominium dixerit: Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus; Iste palam locutus est dominari se velle. *ar.* 16. *Sichemitarum sententiam in favorem suum ab eisdem preferendam sine dubio sperabat: dum non tam sibi dignitatem, quàm illis vtilitatem desiderare ostendebat dicens,* Quid vobis est melius. *Non quod mihi, sed quod vobis est melius, hoc eligite.* Iud. 9. num. 2.

1215 *Iud.* 9. Simulque considerate, quòd os vestrum, & caro vestra sum *n.* 2. *Carth.* Persuasionem adiungit quòd ipsum potiùs debeant promovere; Simulque considerate, quia os vestrum, & caro vestra sum, idest frater, & consanguineus vester. Propter quod mihi favorabiliores esse debetis, & ego promotus vicem vobis rependam, & committam officia, cùm tamen principatus debeatur virtuti magis, quám carnali origini. Vnde nec alicui alteri iudici bono legitur in præsidentia suus filius successisse. *art.* 16. Caro vestra sum. *Ac si diceret, vestrorum quemlibet, ut meam diligo animam, dumque mea in vobis anima sit (est enim magis vbi amat, quám vbi animat) carnem meam vestrorum animabus sine propria anima in formandam demittit, ut vnaquæque dum meam carnem animat, eam, ut suam ipsius carnem, amet.*

Iud. 9. nu. 2.

1216 *Iud.* 9. Et venit in domum patris sui in Ephra, & occidit fratres suos filios Ieroboal septuaginta viros, super lapidem vnum. *n.* 5. *Carth.* Ecce quám inhumana crudelitas. Ecce ad quanta facinora trahit ambitio. Timuit quippe Abimelech quód fratres sui resisterent suæ promotioni, aut ab alijs tribubus acceptarentur in iudices. *art.* 16. *Venit sub pietatis specie, ut fratres adhuc pro patris interitu domi clausos, & præ dolore tristes*

Iud. 9. nu. 5.

triſtes conſolaretur: ſed vbi primùm domum intravit, ſpeciem pietatis ſe poſuit ex fratre in feram transformatus, fratres ſuos vno eodemque die omnes, (vno excepto, qui remanſit abſconditus,) oſtenſa crudelitatis natura trucidavit.

Iud. 9. Cæperunt eum deteſtari,
1217 & ſcelus interfectionis ſeptuaginta
Iud. 9. filiorum Ieroboal, & effuſionem ſan
nu. 24. guinis eorum conferre in Abimelech fratrem ſuum, & in cæteros Sichemorum principes, qui eum adiuverant. *n.* 24. *Carthuſ.* Superiús dictum eſt, quód Abimelech conduxit viros vagos, & inopes, qui eum iuverunt; quomodó ergo nunc dicũt. eum iuviſſe principes Sichemorum? Ad quod dicendum videtur, quód Abimelech in regẽ promotus, illos auxiliatores ſuos in officiis magnis conſtituit. *art.* 16. *Rex effectus ancillæ filius, vagos, & inopes, quos ad ſe vocaverat in auxilium, principes effecit, ut regis dignitatem ſibi ipſi ab illis datam, eiſdem principum officia conferendo, ut ſic gratũ ſe erga illos oſtẽderet, cõpenſaret.*

1218 *Iud.* 9. Qui vocavit citò armigerũ
ſuum, & ait ad eum: Evagina gladiũ
Iud. 9. tuum, & percute me: ne forté dica-
nu. 54. tur, quòd á fæmina interfectus ſim. Qui iuſſa perficiens, interfecit eum. *n.* 54 *Carth.* Superbiſſimus ille humanum opprobrium magis, quám Dei iudicium formidavit, nec licuit eì mortẽ ſuam ſic accelerare, quia hoc æquivalenter fuit, ſe ipſum occidere, idcirco peccavit in hoc, ſicut & Saul in proprium gladiũ ruens; peccavit quoq;, quia ex cauſa tam vana fecit ſibi mortem infligi celeriorem. *art.* 16. Vocavit citò. *Ne ſcilicet ſi iſte horrendum quod iubebatur, facinus perpatrare, per aliquantulum temporis intervallum mente cogitaret, illud commitere recuſaret; velletq; potiùs Deo prohibenti homicidiũ, quàm regi illud imperãti obedire.*

1219 *Iud.* 9. Illoque mortuo, omnes,
qui cum eo erat de Iſrael, reverſi
Iud. 9. ſunt in ſedes ſuas. *n.* 55. *Carthuſianus.*
nu. 55. *Poſtquam deteſtatur ambitionem, crudelitatem, ingratitudinem, & alia vitia huius tyranni, ſic ait.* Totis ergo præcordiis vitemus omnia vitia iſta, & ſubeſſe optemus, ac obedire, non præſidere. Nempe quis eſt, qui ad prælationem afficitur, aut in ea manere lætatur, niſi qui divini rigorem iudicii non veretur, nec inſufficientiam propriam, nec ſua noviſſima intuetur. *art.* 7. *Digna certè ſpectaculo fuit fæmina, quæ hunc interfecit tyrannum, vnde meritò omnibus demonſtratur à ſacra ſcriptura dicente.* Ecce vna mulier fragmen molæ deſuper iaciens, illiſit capiti Abimelech, & confregit cerebrum eius. *n.* 53. *Quippe quæ recedentibus è propugnaculo poſito ſuper oſtium turris hominibus, ſola remanſerit ingreſſũ impeditura, totumque hoſtium exercitum, occidendo tyrannum, debellaverit.*

Iud. 6. Reddidit Deus malũ, quod 1220
fecerat Abimelech cõtra patrẽ ſuum Iud. 9.
interfectis ſeptuaginta fratribus ſuis nu. 56.
n. 56 *Carth.* Docemur in iſto capite ex parentũ virtuoſitate, aut ſãctitate nequaquã præſumere, aut inaniter nobis blãdiri, quaſi ſufficiat nobis progenitores, aut prædeceſſores ſãctos habere. Ecce enim ſãctus Gedeõ, cũ quo toties ore ad os loquutus eſt Angelus, vir præcipuè pius, & humilis, quàm ſceleratiſſimũ, crudeliſſimũ & ambitioſiſſimũ habuit filiũ *ar.* 17. *Cõtra patrẽ ſuũ feciſſe dicitur malũ, quod adverſùs fratres ſuos cõmiſiſſe refertur: ac ſi patrẽ in ſe ipſo iã mortuũ, adhuc tamẽ in filiis ſuis viventem, ſimul cum illis, malus filius trucidaret.*

Ex Caietano Cardinali

I*ud.* 9. Cõgregati ſũt autẽ omnes vi 1221
ri Sichẽ, & vniverſæ familiæ vrbis
Mello: abierũtq; & cõſtituerũt regẽ Iud. 9.
Abimelech iuxta quercũ, quæ ſtabat num. 6.
in Sichẽ. *n.* 6. *Caiet.* Adverte quòd nõ fuit ab vniverſo Iſraele, nec etiã á tota una tribu, ſed dũtaxat à Sichemitis, & Mellonitis cõſtitutus rex Abimelech, & propterea nõ ſupputatur in catalogo regũ Iſrael, tanquã primus rex; ſed honor iſte attribuitur Sauli, qui ab vniverſo populo electus fuit rex primus. *Ibi.*
Duæ ergo civitates ad cõſtituẽdũ Abimelech 1222

regem conspirarunt: unde & omnes viri Sichem, & omnes familiæ urbis Mello ad hanc electionē venisse dicuntur, ac si quælibet familia urbis Mello, exemplo cuiuslibet viri civitatis Sichem ad electionem faciendam excitari potuisse crederetur. Vnius enim solius viri exemplum ad malum sufficiens esse solet, ut qualibet universa familia ad malum concitetur.

1223 *Ind.* 9. Constituerunt regē Abimelech iuxta quercum, quæ stabat in Sichem. *n.6. Caiet.* Non significatur quercus, sed arbor, cuius sæpe mētio facta est. Et describitur fixa ad differentiam arborum, quas licitum erat incidere, & eradicare: hæc enim arbor perseverabat semper, tamquā res immobilis, & divina, Et ipsa est, sub qua Iacob suffodit idola, & Iosue posuit lapidem magnum in testem. Arbitrantur tamen quidam Elon significare non arborem, sed planiciem: & quia in illa planicie fixa manebat statua, vel columna aliqua, ideo appellari planiciem fixam à signo ibidem fixo. *Ibi. Ergo iuxta quercum, vbi etiam erat columna, rex cōstituebatur, ac si populus constituens regē, ei quercum, & columnam ostenderet, in quibus spolia ab hostibus accipienda rex de suis adversariis victor suspenderet, idq; vellet suo novo regi per quercum, & per columnam, inter quas rex constituebatur, præsignificare.*

Iud. 9. *nu.* 6.

1224 *Iud.* 9. Ierunt ligna, ut vngerēt super se regē: dixeruntq; olivæ: Impera nobis &c. *à n.8. Caiet.* Meminit autem olivæ, ficus, & vitis respuentiū regnum, ad insinuandū ternario numero vniversos viros probos, qui fuerunt iudices in Israel, non aspirasse ad regnum. Vel ad insinuandum quód requisiti Gedeon, & filius eius, & filius filij respuerunt regnū, ut patet in capitulo præcedēte, tanquam viri optimi. Abimelech autem tamquā sentes non solúm pungens, sed emittens ignem ambivit tā crudeliter regnū. *Ibi: Proh dolor, nemo qui per arborē fructiferam posset designari, voluit principatum, etiam sibi oblatum acceptare. Solus, qui per infrugiferam arborem denotebatur, regnū libenter accepit; sic enim voluit Deus quàm infructuosum sit imperiū nobis ostendere, ut nemo, qui cupiat fructus dignos pænitentiæ facere; saltē semel in anno illud quanvis sibi oblatum, audeat acceptare.*

Iud. 9. *nu.* 8.

Ind. 9. Regnavit itaq; Abimelech super Israel tribus annis. *n.22. Caiet.* Quanvis à Sichemitis, & Mellonitis duntaxat fuisset electus rex Abimelech, tyrannide tamē sua imperavit super Israel annis tribus. *Ibi. Regnavit super Israel. Licet enim solùm super duas civitates eligentes eum in regem, regnaret amore; tamen super reliquas imperabat timore.* 1225

Iud. 9. *nu.* 22.

Iud. 9. Cæperūt eum detestari, & scelus interfectionis septuaginta filiorū Ieroboal, & effusionē sanguinis eorū conferre in Abimelech fratrē suum, & in cæteros Sichemorū principes, qui eum adiuverāt. *n.24. Caiet.* Iuxta Hebræum habetur. Et mentiti sunt primates Sichē in Abimelech. Rebellio scribitur primatum cōtra fidē datā regi suo. *Ibi. Apta quidē hæc translatio Hebraica est. Qui enim principē suū cæperit detestari, eique mendacia dicere ausus fuerit, rectè dicitur contra ipsum principem rebellare.* 1226

Iud. 9. *nu.* 24

Iud. 9. Posueruntq; insidias adversùs eum in summitate montium: & dum illius præstolabātur adventum, exercebant latrocinia, agentes prædas de prætereuntibus: nunciatumq; est Abimelech. *n. 25. Caiet.* Rebellio Sichemitarum absente Abimelech facta describitur (quamvis non describatur causa rebellionis) & effectus: videlicet quód Sichemitæ constituerunt insidias in cacuminibus montium ad occidendum Abimelech venturum. *Ibi. Non debuit novus rex á civitate regia, nisi post multos annos, se movere: præsentia enim sua eligentes eum in regem, ne de rebillione adversùs eum cogitare possent, retardaret.* 1227

Iud. 9. *nu.* 25

SONVS

SONVS XIV.

Abinadab frater David.

Ex D. Ambrosio.

1228 *rimo Regum.* 16. Et vocavit Isai Abinadab, & adduxit eum coram Samuele. Qui dixit: Nec hunc elegit Dominus. *n.* 8. *Et infrà,* Adduxit itaque Isai septem filios suos coram Samuele, & ait Samuel ad Isai; non elegit Dominus ex istis. Dixitque Samuel ad Isai: Numquid iam completi sunt filii? Qui respondit: Adhuc reliquus est parvulus, & pascit oves. Et ait Samuel ad Isai. Mitte, & adduc eum: nec enim discumbemus priusquam huc ille veniat. *n.* 10. *&* 11.

1 *Reg.* 16. *n.* 8

1229 *D. Ambros. in Ps.* 118. *ad illum versum.* Iuvenis sũ ego, & despectus, iustificationes tuas non sum oblitus *sic ait.* Ipse David quoque iunior fratribus cùm patris oves pasceret, tãquam vili ablegatus obsequio, non oblatus est sacerdoti, quasi indignus, qui vngeretur in regnum, sed á sacerdote quæsitus, & accersitus á pascuis, prærogativam regiæ vnctionis accepit. *octo* 18. Et vocavit. *Abinadab non nisi á patre vocatus, & á patre adductus accessit. Certé in hoc dignus, qui ad dignitatem regiam eligeretur, utpote qui minimé ambitiosus esse videbatur, nisi regnum minimo fratrum à Domino reservaretur, qui licet minor esset ætate, maior omnibus erat animositate.*

Ps. 118

Ex D. Hieronymo.

1230 P*rimo Regum.* 16. Et vocavit Isai Abinadab; & adduxit eum corã Samuele, qui dixit: Nec hunc elegit Dominus. *n.* 8. *Et infrà.* Adduxit itaque Isai septem filios suos coram Samuele: & ait Samuel ad Isai: Non elegit Dominus ex istis &c. *n.* 10. *&* 11. *D. Hieron.* Iesse filius, David non primus, aut secundus, sed omniũ vltimus vngitur à propheta, & despicabilior cunctis eligitur in regẽ. *Epist.* 7. *Abinadab non nisi vocatus accessit, ut qui vellet potiùs non regnare, quam regnandi cupidus reputari.*

1 *Reg.* 16. *n.* 8

Ex D. Chrysostomo.

P*rimo Reg.* 16. Adduxit itaque Isai septem filios suos coram Samuele: & ait Samuel ad Isai: Non elegit Dominus ex istis. Dixitque Samuel ad Isai: Numquid iam completi sunt filii? Qui respondit: Adhuc reliquus est parvulus, & pascit oves. Et ait Samuel ad Isai: Mitte, & adduc eum: nec enim discumbemus priusquam huc ille veniat. *n.* 10. 11. *D. Chrysostomus, tom.* 1. *in Ps.* 50. Existimans ille primogenito aptã filio dignitatem, adducit eum in medium. Cui dicit Samuel: Transeat, non enim complacet Deo. Venit & secundus, nec ipse placuit, similiter & tertius, & quartus & quintus, & reliqui. Iamque complebatur numerus filiorum, & qui quærebatur, nõ inveniebatur. *hom.* 1. 1231

1 *Reg.* 16. *nu.* 10. *&* 11.

Et paulò inferiùs sic ait. Considerate diligentiús. Non dixit ei Deus, vade, & vnge mihi David: sed, vade, & vnge mi- 1232

1 *Reg.* 16. *nu.* 10. *&* 11.

tuaginta se invicem tanquam fratres diligebant: ipsum autem Abimelech non tenebant tanquam fratrē, nec ipse eos; ideo cúm dominaretur aliquis de septuaginta, divideret bona principatus sui alijs fratribus: & sic viderentur tanquam septuaginta domini, ipse autem Abimelech non censebat sibi aliquid cōmune cum illis septuaginta, eó quòd ipse erat illegitimus: ideo si dominaretur, non traderet eis partem principatus: sed potiús occideret eos, vel deprimeret, ne possent ei auferre principatum q. 12.

1170 *Ind.* 9. *nu.* 2. Quid vobis &c. *Merito cùm omnes fratres, Gedeonis filios iusserit nuncupari, non se eiusdem Gedeonis filium dicere postulavit; Qui enim ambiens sibi principatū, patris sui dominium olim respuentis humilitatem minimè imitabatur, dignus non erat, qui tanti patris filius diceretur. Erubescebat enim se filium nominari illius, cuius virtutem noluerat imitari.*

1171 *Ind.* 9. *nu.* 2. *Ind.* 9. Simulque considerate quód os vestrum, & caro vestra sū. *n.* 2. *Abul.* Quæretur cur moveri deberent Sichemitæ ad constituendū Abimelech in principē, eó quód erat cognatus eorū? Respondendū quód vtilitas Sichemitarū movere debebat eos. Nam ex hoc quòd esset rex cognatus eorum, ipsi consequerentur maiores immunitates, & honores; & etiam fruerentur bonis: nam efficerentur ditiores: sic patet 1. Reg. 9. Cúm Samuel vellet signare quòd Saul futurus erat rex in Israel ait. Et cuius erunt optima quæq; in Israel, non ne tibi, & omni domui patris tui? idest omnes communicabunt tecum in bonis regni. q. 13.

1172 *Ind.* 9. *nu.* 2. *Deinde sic ait.* Itē essent Sichemitæ honorabiliores, quia censerentur generosiores propter cōiunctionē sanguinis ad regem. Item haberet magnā curā de eis potiús, quám de aliis Israelitis ex affectione cognationis: & quæcunq; bona abundantiús illis cōferret. Sichemitarū ergo interérat quód Abimelech constituerent regem: ideo si necesse esset aliquem de filiis Gedeonis regnare, magis benefaciebat Abimelech Sichemitis, si vellet suscipere regnū, quám illi facerent ei offerendo, vel dādo ipsi regnū. q. 13. *Simul cōsiderate. Ne si repentinā acclamationē postularent, eandē à ratione alienā esse insinuarent: sed ostenderent acclamationē à se desideratam, esse nō solùm valde vtilem acclamaturis, sed & naturali consentaneam æquitati*

Ind. 9. Locutiq; sunt fratres matris eius de eo ad omnes viros Sichē 1173
vniversos sermones iustos, & inclinaverunt cor eorū post Abimelech dicentes, frater noster est. *n* 3. *Abul.* Et inclinaverunt cor &c. Idest inclinaverūt omnes Sichemitas, ut desiderarent accipere in principem Abimelech, dicentes frater noster est. Idest Sichemitæ inclinati sunt ex hac parte, quòd Abimelech esset frater eorū. Nā ex hoc sciebant, se participaturos bonis regni eius. Et quanquā alia ratio esset satis efficax, scilicet quòd meliùs erat dominari vnū virum, quám septuaginta, tamen huic magis assenserunt: quia illa erat cōmunis toti populo, & ista de cognatione erat specialis in eis: magis autem diliguntur bona propria, quám communia q. 13. Cor eorū. *Ita enim omnes viri civitatis ad accipiendū Abimelechū in principē, eò quòd ipsorū omniū frater diceretur, conspirarant, ut non multiplicia, sed vnum tantùm cor in omnibus esse videretur.* *Ind.* 9. *num.* 3.

Ind. 9. Dicentes frater noster est. 1174
n. 3. *Abul.* Quæretur quare Sichemitæ acceperūt Abimelech in regem ex eo quòd erat frater eorū: quia sive esset frater, sive non, minimé cogebantur eum in principem accipere, nec etiam quemlibet alium de filijs Gedeonis? q. 14. *Et sic respondet.* Voluerunt inter cæteros hūc accipere: quia vtilior eis erat, eò quòd erat frater eorū: q. 14. Frater noster est. *Ac si diceret. Hic, quē vobis proponimus* *Ind.* 9. *num.* 3.

in re-

in regem ab omnibus eligendum; non vobis dominica imperabit potentia, sed vos fraterna diliget benevolentia.

1175 *Iud.* 9. Dederuntque illi septuaginta pondo argenti, de fano Baalberit. Qui conduxit sibi ex eo vi- *Iud.* 9. *num.* 4.
ros inopes, & vagos, secutique sunt eum. *n.* 4. *Abul.* Quæretur ad quid Sichemitæ dederunt Abimelech pecunias has? Respondendum quód forté hoc fuit ad hoc quód inciperet habere statum. Nam faciebant eum principem suum, & tamen erat vir pauper, & quia erat opprobrium eos habere principem pauperem, dederunt ei pecunias istas. *quæst.* 15. *Divitem ex paupere factum pauperes sequebantur, quia non illum, sed illius fortunam colebant, ac illius argentum, quasi idolum sibi, venerabãtur.*

1176 *Iud.* 9. Et venit in domum patris sui in Ephra, & occidit fratres su- *Iud.* 9.
os filios Ieroboal septuaginta viros *num.* 5.
super lapidẽ vnum. *n.* 5. *Abul.* Quæretur quomodó potuit Abimelech occidere omnes fratres suos simul? Respondendũ; Quòd fratres sui non potuerunt suspicari aliquod malũ de Abimelech, quia frater suus erat. Itẽ quia nunquam intercederat eis aliquid dissentionis propter quod deberent cavere. Itẽ quia non putabant, quód propter principatũ vellet aliquid movere Abimelech contra illos: quia non poterat pertinere ad eum: tũ quia ipse erat illegitimus tum quia erat minor multis aliis fratribus suis. Item quia ad hoc quód Abimelech aliquid moveret pro principatu, necesse erat, quód aliquẽ favorẽ, & magnum quidem haberet: sed hunc non putabant eum habere fratres sui. *q.* 21.

1177 *Et ad illud* super lapidem vnum, *sic ait.* Omnes isti manebant adhuc *Ibid.* 9.
in domo paterna, quia modicũ tem- *num.* 5.
pus transierat ex morte patris: & occidit omnes Abimelech, non tanquã hostis trucidans eos, sed tanquam iudex: cùm super vnum lapidẽ fecerit omnes decapitari, scilicet quia eos sigillatim capi faciebat à viris suis quia multos secũ portabat, & iugulabat eos; & ex hoc maius facinus erat; scilicet quia vicẽ iudicis vsurpaverat, cùm tamen hostis esset. *q.* 21. *Horrendũ iniustitiæ facinus sub prætextu iustitiæ palliabat, dum fratres suos, quasi rectus esset iudex, super lapidẽ, super quem malefactores, qui capitali damnabãtur pœna interfici solebant, trucidabat.*

Iud. 9. Congregati sunt autẽ omnes viri Sichẽ, & vniversæ familiæ 1178
vrbis Mello: abierunq; & constitue- *Iud.* 9.
runt regẽ Abimelech iuxta quercũ, *num.* 6.
quæ stabat in Sichẽ. *n.* 6. *Abul.* Postquã Abimelech occidit fratres suos, Sichemitæ congregati fuerunt ad vngendũ eum in regẽ: & congregati fuerunt omnes: quia concordes erant in hoc, eó quód putabant se aliquid magni boni assequi, cúm haberent regem de stirpe sua. *q.* 21.

Deinde aliam proponit quæstionem sic. 1179
Quæretur quare nunc constituerũt
regẽ Abimelech occisis fratribus om- *Iud.* 9.
nibus, & priùs non? Respondetur, *num.* 6.
Quòd quãquã priùs Sichemitæ inivissent fædus cum Abimelech: & dedissent ei pecuniã de tẽplo dei sui; tamẽ noluerunt eũ constituere regẽ propter multa. Primó propter securitatẽ suam, nam si superviverent fratres Abimelech, ipso constituto in regẽ: ilico convenirent omnes cõtra eũ congregantes totũ Israel, tanquã cõtra vsurpatorẽ principatus eorũ; & Sichemitas tanquã fautores, & suasores mali occiderent, vel affligerent valde; nunc autẽ mortuis omnibus fratribus Abimelech; nullus manebat, qui petere posset principatum. Etiam Israelitæ nullũ vidẽtes super esse de stirpe Gedeonis, cui adhærerent, nõ curarent movere bella cõtra Abimelech, & Sichemitas, ideo nũc securé eum regem vnxerunt. *q.* 23.

Aliam deinde prabet solutionem in 1180
hunc modũ. Secundó quia, dũ viverẽt
fratres Abimelech putabat Sicheme- *Iud.* 9.
tæ *num.* 6.

tæ, quòd possset convenire cum eis de modo principatus: & tunc illi suscepta potestate contra Sichemitas, tanquam contra auferentes eis principatum ipsis debitum, duré se haberent: ideo noluerunt Sichemitæ se firmiter ostendere pro parte Abimelech, quousq; constaret eis, quòd non posset iam fieri concordia inter Abimelech, & fratres suos. Et istud erat mortuis fratribus: ideo vsquequo mortui sunt, non constituerũt eum regem. *eadem q.* 23.

1181 *Tandem tertiam apponit solutionem Abulensis.* Causa tertia fuit,
Iud 9. *num.* 6. quia volebant Sichemitæ videre, an rex constituendus super eos esset vir bellicosus, dignus regno: quia alioquin stultum erat talem efficere regem: & ad hoc dederunt ei talenta septuaginta argenti, ut inde comparatis sibi bellatoribus procederet contra fratres suos: ex quo videre poterant, an esset vir bellicosus. Cùm autem ipse cautè se habuit cōtra fratres suos, occiditque omnes præter minimum, viderunt Sichemitæ eum similiter posse pugnare contra hostes: ideo sponté eum cōstituerunt regem *q.* 23. Congregati &c. *Viri Sichem amore ducti: viri Mello moti timore Abimelechum regem constituere decreverunt. Talis enim erat Abimelechus qui à subditis sibi cognatis amaretur: & à non sibi cognatis timeretur.*

1182 *Iud* 9. Constituistis regem Abimelech filium ancillæ super habitatores Sichem, eò quòd frater
Iud. *nu.* 18. vester sit. *n.* 18. *Abul.* Quasi diceret. Et in hoc iniusté egistis contra Gedeonem, quia cúm teneremini honorare filios suos, & debueratis primogenitum eorum constituere in principem, sicut quondam ei spōté offerebatis; quód dominaretur ipse, & filius suus, & filius filij sui: constituistis in regem filium concu-
Iud. 8. binæ eius, qui non tantúm pertinebat ad eum, sicut cæteri filij, & in hoc dehonorastis domum eius. *q.* 31.

Et ad illud. Filium ancillæ *sic ait* 1183
idem Abulensis. Non tamen erat verè ancillæ: quia tunc fuisset Abimelech *Iud.* 9.
servus, cúm esset filius ancillæ: & *nu.* 18.
tunc non est verisimile, quòd constituerent eum principem Sichemitæ. *q.* 31. *Ionathas in hoc loco Abimelechum fratrem suum noluit appellare, eum enim fraterno nomine indignum meritò iudicabat, quem sciebat aliorum fratrum fuisse occisorem, non amatorem.*

Iud. 9. Eò quòd frater vester 1184
sit. *n.* 18. *Abul.* Idest non attendistis aliud in eo, nisi quòd erat frater *Iud.* 9. *nu* 18.
vester: & non curastis, quód esset filius Gedeonis, nec quód esset vir bonus, & dignus principatu. Et in hoc peccaverunt dupliciter habitatores Sichem: primó quia non reddiderunt debitam vicem beneficijs Gedeonis honorādo filios suos, sicut iustum erat. Secundò quia fuerunt acceptatores personarum, scilicet quia acceperunt in principem aliquē indignum, solúm quia erat de progenie ipsorum, cúm possent habere alios viros dignos ad principatũ. *quæst.* 31. *Merito Ionathas Sichemitas arguebat, eò quod eum, non quem ratio, sed quem cognatio commendaverat regia potestate dignum indicassent.*

Iud. 9. Sin autem perversé: 1185
egrediatur ignis ex eo, & consumat *Iud.* 9.
habitatores Sichem, & oppidum *nu.* 19.
Mello: egrediaturque ignis de viris Sichem, & de oppido Mello, & devoret Abimelech. *num.* 19. *Abul.* Quæretur cur Ionathas non maledixit toti Israel, sed solis viris Sichē, & vrbis Mello? Respondendũ, quia Sichemitæ constituerunt regem Abimelech, & dederunt occasionem, ut cæteræ vrbes eum reciperent. Nam si ipsi non constituissent eum ex affectione quadam, nunquam Israelitarum quisque dedisset ei aliquem principatum: Israelitæ autem eum constitutum regem susceperũt, & non constituerunt, ideo non maledixit eis. *quæst.* 34. *Eam solam vrbē ma e-*

maledicendam iudicabat, quae exemplo suo alias urbes ad recipiendum Abimelechum in regem excitaverat.

1186 *Iud.* 9. Regnavit itaque Abimelech super Israel tribus annis. *n.* 22. *Abul.* Pauco tẽpore duravit principatus eius: quia Deus noluit conterere eum, eò quòd iniustè regnabat, & bello periit. *q.* 31. *Deinde sic proponit quaestionem.* Quaeretur quare non dicitur de isto, iudicavit Israel, sicut dicitur de omnibus aliis praecedentibus, & omnibus sequentibus vsque ad finem libri? Respondendũ, quia caeteri erant solùm iudices, & non assumebant sibi maiorem principatum, nec populus eis tribuebat: Abimelech autem vnctus est in regem, & imposuit sibi diadema regni. Et dicitur quòd regnavit super Israel, non quòd totus Israel constituisset eum in regem: quia soli viri Sichem, & vrbis Mello vnxerunt eũ in regem, ut patet suprà: sed postea totus Israel consensit, vel saltem nõ repugnavit ei. Et sic caepit regnare per totum Israel: quia omnia loca invadebat: & quaedam obediebant ei, contra alia autem pugnabat. Vel, ut alii volunt, vocatur rex super Israel, non quòd super totum Israel regnaret: sed quia dum ipse dominabatur in Sichem, & vrbe Mello, nullus alius erat iudex, aut rex, dominus, aut princeps in Israel. *quaestione* 32.

Iud. 9. *nu.* 22.

1187 *Aliam adhuc proponit quaestionem Abulensis dicens.* Quaeretur vlteriùs an Abimelech peccavit accipiendo regnum? Respondendum, quòd manifestum est quòd peccavit: quia ut perveniret in regnum perpetravit infanda scelera, scilicet occidit fratres suos, & sollicitavit Sichemitas ad hoc. Sed omissis his, de quibus non est dubium, manet quaestio. An dato quòd Abimelech nulla scelera egisset, sed susciperetur in regem sponte á viris Sichem, an peccaret acceptando?

Iud. 9. *nu.* 22.

Pergit Abul. Respondendum quòd peccabat Abimelech ambiendo principatum, dato quòd nulla alia illicita committeret ad assequẽdum eum. Item peccabat, quia cùm esset indignus manifestè, suscipiebat principatum. Qui tamen sic accipiunt principatus, privandi sunt eis, & non privarentur, nisi graviter peccarent: ergo peccat graviter, qui indignum se sciens, ad principatum anhelat, & illum acceptat Item peccavit, quia praeiudicavit iuri alieno. Nam si principatus regalis alicui dãdus erat, hoc maximè competebat primogenito Gedeonis: vel in defectum eius, alteri ex fratribus suis legitimis: Abimelech autem illegitimus vsurpavit locum fratrum. 1183

Iud. 9. *nu.* 22.

Pregreditur Abul. Peccabat autem ampliùs, quia dato quòd dignus foret quocunque principatu, non debebat suscipere principatum regalem, vel dominativum, quia tam Israelitae, quám ille, qui susciperet principatum regalem, peccarent, si Deo inconsulto hoc agerent: sed Sichemitae inconsulto Deo contulerunt principatum regalem Abimelech: ergo peccaverunt vtrimque, scilicet Abimelech suscipiendo, & Sichemitae dando. *Omnia in quest.* 33. Regnavit, *Non sine divina providentia factum, ut primus, qui nomen regis in Israelitico populo habuerit, ancillae cuiusdam filius agnosceretur, ne postea aliquis populi Israelitici rex de regali superbiret dignitate, quam sciret primò inventam esse in servili vilitate.* 1189

Iud. 9. *nu.* 22.

Iud 9 Regnavit itaque Abimelech super Israel tribus annis. *n.* 22. *Abul.* Quaeretur cur Abimelech, cúm fuerit rex, & non iudex, non ponitur in catalogo regum: sed dicitur primus rex fuisse in Israel Saul? *Et inter alias responsiones apponit hanc tertio loco.* Quia illi ponuntur secundúm sacram scripturam in catalogo regum, quos Deus voluit reges esse, & quibus ipse dedit principium 1190

Iud. 9. *nu.* 22.

cipium, ut reges essent: sed Abimelech non est factus rex iussu Dei; sed quadam fraude, & iniquitate Deo non iubente, ideo non notatus fuit ipse in catalogo regum: Saul autem fuit primus in catalogo re-
1 Reg. 9 gum: quia de illo Deus iussit, quód ungeretur in regem 1. *Reg.* 9. *q.* 35.

1191 *Deinde quartam apponit causam Abul. dicens.* Quarta causa est, quia
Iud. 9. *nu.* 22. illi ponuntur in catalogo regum, qui volente populo constituti sunt: & postquam populus cæpit habere reges post vnctionem Saulis, semper voluit habere reges, & ob hoc sequentes in catalogo ponuntur. Abimelech autem nolentibus Israelitis, & per quandam privatam affectionem virorum Sichem, super eos rex factus est: ideo non debuit poni in catalogo. *q.* 35.

1192 Regnavit itaque &c. *Quamvis*
Iud. 9. *nu.* 22. *ergo Abimelech regnaverit, tamen inter alios reges Israel non debuit nominari, ne si ille, qui dolo, & bello regnum sibi vsurpaverat, primus inter reges numeratus honorificum regis vocabulum vendicaret, quisque sibi arte, vel marte, exemplo primi regis regnum à se obtinendum arbitraretur.*

1193 *Iud.* 9. Surrexit itaque Abi-
Iud. 9. *nu.* 34. melech cum omni exercitu suo nocte, & tetendit insidias iuxta Sichimam in quatuor locis. *n.* 34. *Abul.* Quia secutus fuit per omnia consilium Zebul, qui erat vir prudens. Et surrexit de vrbe illa, in qua manebat nocte cum toto exercitu suo; non congregans novum exercitum, ne moraretur congregando illum; & ne Sichemitæ hoc cognoscentes invocarent plures adiutores. *q.* 42. Surrexit itaque Abimelech cũ omni exercitu suo nocte. *Nemo enim militum in toto exercitu fuit, qui exemplo sui regis de nocte surgentis, ad evigilandum non excitaretur.*

1194 *Iud.* 9. Abiit ergo Gaal, spec-
Iud. 9. *nu.* 39. & 40. tante Sichemorum populo, & pugnavit contra Abimelech, qui persecutus est eum fugientem, & in vrbem compulit: cecideruntque ex parte eius plurimi vsque ad portam civitatis. *n.* 39. & 40. *Abul.* Exercitus Abimelech erat fortior, & animosior, & incitabatur mágis voluntariè ad bellum, quám exercitus Gaal: quia Abimelech pugnabat, ut defenderet quæ sua erant, scilicet vrbem Sichem, cuius erat rex: Gaal autẽ pugnabat, ut acquireret, quod nunquam possederat: ideo non potuit Gaal consistere ante faciem Abimelech, sed fugit. *q.* 42. Et persecutus est &c. *Non quòd solus rex Abimelech hostem suum Gaal ab eo regnum sibi vsurpare volentem, insequeretur, sed quòd primus inter omnes sui exercitus milites decertaret, & omnes exemplo suæ fortitudinis ad milites hostis sibi oppositi, occidendos animaret.*

Iud. 9. Sequenti ergo die 1195
egressus est populus in campum. Quod cum nunciatum esset Abime- *Iud.* 9. *nu.* 42. & 43.
lech tulit exercitum suum, & divisit in tres turmas tendens insidias in agris. *n.* 42. & 43. *Abul.* Quæretur cùm iudicassẽt Sichemitæ, quòd non possent resistere Abimelech: cur non petebant ab eo veniam, & pacem, cùm essent populus eius, & nõ destrueret vrbem, quia damnum eius erat? Responderi potest, quòd putaverunt Sichemitæ supervacuũ esse quód peterent veniam, quia nõ pervenirent ad eam, eò quód nimis iniuriati fuerant Abimelech insurgendo contra eum, & vastando vineas fautorum eius, & maledicendo ei inter epulas, & pocula, *q.* 43.

Postea sic progreditur Abul. Etiam 1196
quia contra eum induxerant hostem scilicet Gaal, qui acriús maledixerat, *Iud.* 9. *nu.* 42. & 43.
quâm ipsi: & ipse pugnavit contra Abimelech, & quanquam promitteret securitatem, ut traderetur ei civitas, postea effectus dominus illorum, duris cruciatibus illos afficeret: iudicaverunt ergo meliùs esse, ut contra eum pugnarent, etiam si

in

in bello perire contingeret. *quæstione* 43.

Et paulò infrà sic ait Abul. Alia
1197 ratio esse potest, quia licet Sichemi
Iud. 9. tæ cognoscerent se viribus impares
nu. 42. ipsi Abimelech, & putarent etiam,
& 43. quòd si veniam peterent, concederet eam Abimelech: tamen tam gravi odio eum prosequebantur, quòd præeligerent mori, quám ei subiici. Istud autem gravissimum odium Deus procuraverat in pœnam eorũ, ut patet in litera suprà. Misit Deus spiritum pessimum inter Abimelech & habitatores Sichem. *q.* 43. *Verecundia pessima, non tantùm eis Abimelechi*
Iud. 9. *malevolentia ad vindictam de ijs sumen-*
nu. 23. *dam, excutiebat timorem, quantum Abimelechi benevolentia ad veniam eijsdem concedendam, emittebat ruborem, eligebant ergo potiùs ferre pœnam timoris, quám ruboris.*

1198 *Iud.* 9. Abimelech omni die illo oppugnabat vrbem, quam cepit,
Iud. 9. interfectis habitatoribus eius, ipsa-
nu. 45. que destructa, ita ut sal in ea dispergeret, *n.* 45. *Abul.* Quæretur. Quare Abimelech sparsit sal in vrbe Sichem. Respondendum quòd in signum maximæ pænæ, consuevit autem istud fieri in pænam criminis læsæ maiestatis, scilicet quando civitas aliqua rebellat iniustè regi cõmittens proditionem. Vrbs autem Sichem insurrexerat contra Abimelech iniusté, ideo non solúm Abimelech dedit pænas Sichemitis pro præsenti, occidendo omnes Sichemitas, sed etiam sparsit sal per civitatem, quod fit ad hoc quod terra fiat sterilis, & nunquam habitetur. *quæst.* 45.

Et infrà sic ait. Hæc autem de
1199 sterilitate causa per sal apparet: quia
Iud. 9. terra ante diluvium erat valde fer-
nu. 45. tilis, & ex temperie eius homines veniebant in ætatem, quasi mille annorum: mox autem post diluvium incæpit esse vita humana infrá trecentos annos, ut colligitur Gen. 11. Et in brevi redacta est in *Gen.* 11
centum viginti annos, vel parum plús. Hoc autem non fuit principaliter nisi propter dispositionẽ terræ variam in virtute alimentorum, fuit enim terra corrupta salsugine intrante Oceano, & effuso super totam terram; & aqua maris præ salsugine reddit terram, quám sterilem. Sic etiam quæcunque terra sic salsugino- *Ps.* 106
sa sterilis fit; sic dicitur Ps. 106. Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim: terram fructiferam in salsuginem à malitia habitantium in ea. *q.* 45.

Et infrà adhuc exponens eundem 1200
textum sic ait Abul. Quæretur vlteriùs, an peccaverit Abimelech pug- *Iud.* 9.
nando contra Sichemitas, & delen- *nu.* 45.
do eos tam duré, atque spargendo sal in vrbe? *Et respondet, Abimelechum non peccasse, & hanc apponit rationem,* Sichemitæ commiserunt crimen læsæ maiestatis in multis contra Abimelech: sed pro crimine læsæ maiestatis licet aliis regibus occidere viros, & civitates disperdere spargendo sal in eis: liceret ergo hoc Abimelech, qui verus rex erat Sichemitarum, & ab eis graviter offensus. *q.* 46. *Sale civitas, quæ in rebellione prima fuerat, sterilis efficiebatur, ut quælibet aliarum hoc punitionis exemplo quasi sale condiretur, ne simile læsæ maiestatis flagitium perpatraret.*

Iud. 9. Quòd cúm audissent, 1201
qui habitabant in turre Sichemorũ,
ingressi sunt fanum dei sui Berith, *Iud.* 9.
vbi fœdus cum eo pepigerant: & ex *nu.* 46.
eo locus nomen acceperat, qui erat munitus valde. Abimelech quoque audiens viros turris Sichemorum pariter conglobatos, ascendit in mõtem Selmon cum omni populo suo: & arrepta securi, præcidit arboris ramum, impositumque ferens humero, dixit ad socios: Quod me videtis facere, citò facite. *à num.* 46. *Abul.* Abimelech, ut milites promptiús istud exequerentur, ipsemet prior

prior exemplum dedit illis, scindens ramum, & portans, *q.* 48.

1202 *Et infrà ad illud.* Et arrepta securi præcidit arboris ramum. *nu.* 48.
Iud. 9. nu. 48. *ait Abul.* In Hebræo habetur. Arripuit secures, quæ in manu eius, præsciditque ramum lignorum. Sed istud est per magnam improprietatem idiomatis. Nam simul nullus habet multas secures ad scindendum. Ideo litera nostra correxit istam barbariem sermonis. *q.* 48. *Aptam tamen iudico Hebraicam lectionem, qui enim securem vnam manu sua habebat, ut ramum præscinderet suis humeris imponendum, plures suorum militum secures in eadem manu habere videbatur, quibus non vnum, sed tot quot milites caderent ramos, ipse præscindere diceretur, dum omnes sibi subditos exemplo suo, ut ramos caderent, suisque humeris eos imponerent, commoneret.*

1203 *Iud.* 9. Et arrepta securi præscidit arboris ramum, impositumque ferens humero dixit ad socios: Quod
Iud. 9. nu. 48. me videtis facere, citó facite. *n.* 48. *Abul.* Non solúm imperavit hoc Abimelech, sed fecit, & tunc iussit, quia magis movent in moralibus opera, quàm verba. Et cùm omnes vidissent regem hæc facere, erubescerent non facere, etiam si essent magni viri: & promptè illud facerent. Istud didicerat Abimelech exēplo patris sui Gedeonis. Nam in pugna contra Madian sic ipse dixit
Iud. 7. sociis suprá 7. Quod me videritis facere, facite: ingrediar castrorum medium, & quod fecero sectamini. *quæst.* 48 *Optimus sanè dux, qui priùs militum oculis opera, quàm auribus verba proponebat, dicens, Quod me videtis facere, citò facite. Meritò celeritatem operis á se priùs facti à militibus suis postea faciendi, postulabat.*

1204 *Iud.* 9. Igitur certatim ramos de arboribus præscindentes seque-
Iud. 9. nu. 49. bantur ducem. *n.* 49. *Abul,* Videntes omnes quod fecerat rex eorum, faciebant & ipsi. Et dicitur certatim, idest per turmas, nam vna turma scindebat hìc ligna, & alia ibi: & sic omnes faciebant, simulque ferebant sequentes regem. *q.* 48. *Certatim. Nemo enim vltimus, sed quisque primus inter alios, & secundus post regem in cadendo, & ferendo lignum esse volebat.*

Iud. 9. Accedensque Abimelech 1205
iuxta turrem pugnabat fortiter: & appropinquans ostio, ignem sup- Iud. 9.
ponere nitebatur. *n.* 52. *Abul.* Quæ- nu. 52.
retur quomodò Abimelech accedebat primus ad supponendum ignem, cùm esset hoc periculosum? Respondendum quòd hoc faciebat ad incitandum suos. Nam, ut omnes promptiùs agerent, ipse præcedebat in agendo. Sic fecit in Sichem. Nam ipse primus abscidit ramum de monte Selmon, & imposuit humero suo, dicens, quod me vidistis facere, citò facite. *q.* 52.

Deinde aliam causam Abul apponit 1206
dicens, Alia causa erat, quia Abime- Iud. 9.
lech erat superbus nimis, & cupidus: nu. 52.
& volebat in omnibus magnificis gestis habere gloriam: non solùm rex glorians de his quæ ageret suus exercitus: sed ex propria actione laudem cupiebat, ideo ipse primus periculis se exponebat; ut sic totius sequentis facti gloriam ipse obtineret. *q.* 52. *Novæ gloriæ cupidus, semel victor per ignem de Sichem: iterum per ignem victor de oppido Thebes esse cupiebat, & ut illic primus lignum præscidit ad ignem applicandum, ita hìc ignem primus portæ voluit applicare, ut sicut in primo casu, sic & in secundo, exemplo suæ animositatis milites suos ad militaria obeunda munia, & pericula negligenda excitaret.*

Iud. 9. Qui vocavit citó armige- 1207
rum suum & ait ad eum; Evagina
gladium tuum, & percute me; ne Iud. 9.
fortè dicatur, quód á fæmina inter- nu. 54.
fectus sim. Qui iussa perficiens; interfecit eum. *num.* 54, *Abul.* Ex magna superbia dolebat nimis, quòd occideretur

cideretur à fæmina: ideo potiùs voluit quòd viri sui occiderent eum superaddentes plagas plagæ eius: quám quòd mors sua fæminæ ascriberetur. *q.* 52. *Et infrà.* In quo dupliciter erat infelix; primó quia suscipiebat quasi duplicem mortem: secundò quia à viris suis occidebatur: sed miserrimum est ab eo occidi, à quo quis iuvandus est. *q.* 13. *Digna plectitur pœna, ut qui super lapidem vnũ tot viros interfecerat, á fæmina una lapide vno occideretur: ut dum capiti suo lapidem sentiret illisum, alterius lapidis, in quo ipse fratrum suorum capita detruncaverat, non sine magno propriæ conscientiæ cruciatu recordatus, moreretur.*

1208 *Iud.* 9. *nu.* 56. *Iud.* 9. Et reddidit Deus malum, quod fecerat Abimelech contra patrem suum interfectis septuaginta fratribus suis. *n.* 56. *Abulens.* Quæretur vlteriús, an æternaliter perierit Abimelech? *Et respondet* Scriptura hoc videtur innuere, quia semper loquitur de Abimelech tam quam de malo. Nam sicut á principio, cúm occidit fratres suos, scriptura eum, ut malum increpat: ita & in morte; dicit enim, quia Deus reddidit malum in caput Abimelech secundùm maledictionem, quam imprecatus fuerat Ioathan: ergo credendum est satis verisimiliter quòd æternaliter damnatus sit. *q.* 55. Et reddidit &c. *Ac si Abimelech suorum fratrum interitu, quasi pretio necem, propriam ab alijs sibi inferendam, Deo deferente de hac redditione sententiam, compararet.*

1209 *Iud.* 9. *nu.* 56. *Iud.* 9. Et reddidit Deus malum quod fecerat Abimelech contra patrem suum, interfectis septuaginta fratribus suis. *nu.* 56. *Abulen.* Dicitur de malo quod fecit contra patrem suum, quia licet Abimelech directé malum egit contra fratres suos, quos occidit: tamen maius malum egit contra patrem suum, scilicet quia magis debebat respicere Abimelech ipsos filios Gedeonis in quantúm erant filii patris sui, & in quantũ erat aliquid illius, quàm in quantúm erant tot viri innocentes; nam committebat magnam irreverentiam erga patrem, & ingratitudinem occidendo filios illius, eò quòd sic faciebat eum manere sine nomine. *q.* 56.

Deinde sic progreditur Abul. Etiam videbatur occidere ipsum Gedeonem; nam filius est quædam pars patris decisa de patre 8. Ethi, ideo occidendo particulas patris ipsius, patrem occidere videbatur. Item filii; morientibus pater dicitur mori, & illis manentibus, licet pater sit mortuus, non vocatur mortuus, ut patet Eccle. 30. Mortuus est, & quasi non est mortuus pater eius: reliquit enim filium similem sibi; ergo qui occidit filios dicitur occidere patrem. *q.* 56. 1210 *Iud.* 9. *nu.* 56.

Et tandem sic concludit Abulen. Pater nihil habet, quod magis quàm filios diligat: sed cùm quis aufert alteri, quod maximè amat, infert ei gravissimam iniuriam: ergo Abimelech gravissimum malum infligit patri suo: & hoc Deus reddidit in caput eius tradendo eum in manus virorum vrbis Thebes, ut manu fæminea moreretur, *q.* 56. Malum quod fecit contra patrem suum. *At quodnam fuit hoc malum? Fortassis dicet aliquis fuisse regis vocabuli vsurpationem, quam nec sibi, nec alicui filio voluit Gedeon, dum viveret, à populo acceptare: & hanc regni ambitionem contra patrem, magis quàm occisionem contra fratres Deus voluit vindicare, dum illum per super impositum capiti lapidem, non coronavit, ut regem, sed ut regni vsurpatorem, pœna satis merita deturpavit.* 1211 *Iud.* 9. *nu.* 56.

Ex D.

Ex D. Dionysio Carthusiano.

1212 Iud. 9. num. 1. Iud. 9. Abiit autem Abimelech filius Ieroboal in Sichem ad fratres matris suæ. *n.* 1. *Carthus.* Opposita iuxta se posita clariùs innotescunt, idcircò inseritur hìc historia vnius impii præsidentis in Israel. Ex cuius malitiis aliorum iudicum bonitas evidentiùs innotescit, Alii etenim iudices filios Israel liberaverunt, reformaverunt, & conservaverunt in statu bono, iste é contrario eos corrupit, vastavit, destruxit. *art.* 16. *In domo paterna cum cæteris fratribus moribundo assistens patri, & pietatem erga patrem, & charitatem erga fratres ostendebat. Abiit ergo in Sichem, patrem mortuum, fratres autem vivos deserendo, ne patris defuncti respectus, vel fratrum vivorum conspectus eum à tyrannide, animo iam cogitata, revocaret.*

1213 Iud. 9. num. 2. *Iud.* 9. Quid vobis est melius, ut dominentur vestri septuaginta viri omnes filii Ieroboal, an ut dominetur vnus vir? *n.* 2. *Carth.* Quasi dicat, multó plûs expedit vobis, ut ego solus vobis præsim, quám tot viri. Nec dubium quin expedientiús sit vnum habere principem, quám multos, qui præsint, cùm & teste philosopho pluralitas principum mala sit. *ar.* 16.

Iud. 9. num. 2. *Deinde sic progreditur,* Propterea principatus monarchicus ampliús commendatur, nihilominus meliùs est multos bonos habere rectores, quám vnum malum, nec consequens fuit quód omnes illi septuaginta filii Gedeonis præfuissent simul post patrem suum, si vnus iste non præsideret. Ipse tamen sic loquebatur, quasi omnes illi optarent præesse. *ar.* 16.

Et tandem sic concludit Carthus.

1214 Denique iste Abimelech fuit apertè, & inverecundè ambitiosus non obstante quód fuit de concubina, immo & ancilla, ut infrá habetur, natus. Cùmque virtuosus pater eius offerentibus sibi dominium dixerit: Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus; Iste palam locutus est dominari se velle. *ar.* 16. *Sichemorum sententiam in favorem suum ab eisdem proferendam sine dubio sperabat: dum non tam sibi dignitatem, quàm illis vtilitatem desiderare ostendebat dicens,* Quid vobis est melius. *Non quod mihi, sed quod vobis est melius, hoc eligite.* Iud. 9. nu. 2.

Iud. 9. Simulque considerate, quòd os vestrum, & caro vestra sum *n.* 2. *Carth.* Persuasionem adiungit quòd ipsum potiùs debeant promovere; Simulque considerate, quia os vestrum, & caro vestra sum, idest frater, & consanguineus vester. Propter quod mihi favorabiliores esse debetis, & ego promotus vicem vobis rependam, & committam officia, cùm tamen principatus debeatur virtuti magis, quám carnali origini. Vnde nec alicui alteri iudici bono legitur in præsidentia suus filius successisse. *art.* 16. Caro vestra sum. *Ac si diceret, vestrorum quemlibet, ut meam diligo animam, dumque mea in vobis anima sit (est enim magis vbi amat, quám vbi animat) carnem meam vestrorum animabus sine propria anima informandam demittit, ut vnaquæque dum meam carnem animat, eam, ut suam ipsius carnem, amet.* 1215 Iud. 9. nu. 2.

Iud. 9. Et venit in domum patris sui in Ephra, & occidit fratres suos filios Ieroboal septuaginta viros, super lapidem vnum. *n.* 5. *Carth.* Ecce quám inhumana crudelitas. Ecce ad quanta facinora trahit ambitio. Timuit quippe Abimelech quód fratres sui resisterent suæ promotioni, aut ab alijs tribubus acceptarentur in iudices. *art.* 16. *Venit sub pietatis specie, ut fratres adhuc pro patris interitu domi clausos, & præ dolore* 1216 Iud. 9. nu. 5.

tristes

tristes consolaretur: sed vbi primùm domum intravit, speciem pietatis se posuit ex fratre in feram transformatus, fratres suos vno eodemque die omnes, (vno excepto, qui remansit absconditus,) ostensa crudelitatis natura trucidavit.

Iud. 9. Cœperunt eum detestari,
1217 & scelus interfectionis septuaginta
Iud. 9. filiorum Ieroboal, & effusionem san
nu. 24. guinis eorum conferre in Abimelech fratrem suum, & in cæteros Sichemorum principes, qui eum adiuverant. *n.* 24. *Carthus.* Superiús dictum est, quód Abimelech conduxit viros vagos, & inopes, qui eum iuverunt; quomodó ergo nunc dicũt. eum iuvisse principes Sichemorum? Ad quod dicendum videtur, quód Abimelech in regẽ promotus, illos auxiliatores suos in officiis magnis constituit. *art.* 16. *Rex effectus ancillæ filius, vagos, & inopes, quos ad se vocaverat in auxilium, principes effecit, ut regis dignitatem sibi ipsi ab illis datam, eisdem principum officia conferendo, ut sic gratũ se erga illos ostẽderet, cõpensaret.*

1218 *Iud.* 9. Qui vocavit citò armigerũ
Iud. 9. suum, & ait ad eum: Evagina gladiũ
nu. 54. tuum, & percute me: ne forté dicatur, quòd á fœmina interfectus sim. Qui iussa perficiens, interfecit eum. *n.* 54 *Carth.* Superbissimus ille humanum opprobrium magis, quám Dei iudicium formidavit, nec licuit ei mortẽ suam sic accelerare, quia hoc æquivalenter fuit, se ipsum occidere, idcirco peccavit in hoc, sicut & Saul in proprium gladiũ ruens; peccavit quoq;, quia ex causa tam vana fecit sibi mortem infligi celeriorem. *art.* 16. Vocavit citò. *Ne scilicet si iste horrendum quod iubebatur, facinus perpatrare, per aliquantulum temporis interval lum mente cogitaret, illud commitere recusaret; velletq; potiùs Deo prohibenti homicidiũ, quàm regi illud imperãti obedire.*

1219 *Iud.* 9. Illoque mortuo, omnes,
Iud. 9. qui cum eo erat de Israel, reversi
nu. 55. sunt in sedes suas. *n.* 55. *Carthusianus. Postquam detestatur ambitionem, crudelitatem, ingratitudinem, & alia vitia huius tyranni, sic ait.* Totis ergo præcordiis vitemus omnia vitia ista, & subesse optemus, ac obedire, non præsidere. Nempe quis est, qui ad prælationem afficitur, aut in ea manere lætatur, nisi qui divini rigorem iudicii non veretur, nec insufficientiam propriam, nec sua novissima intuetur. *art.* 7. *Digna certè spectaculo fuit fœmina, quæ hunc interfecit tyrannum, vnde meritò omnibus demonstratur à sacra scriptura dicente.* Ecce vna mulier fragmen molæ desuper iaciens, illisit capiti Abimelech, & confregit cerebrum eius. *n.* 53. *Quippe quæ recedentibus è propugnaculo posito super ostium turris hominibus, sola remanserit ingressũ impeditura, totumque hostium exercitum, occidendo tyrannum, debellaverit.*

Iud. 6. Reddidit Deus malũ, quod 1220
fecerat Abimelech cõtra patrẽ suum *Iud.* 9.
interfectis septuaginta fratribus suis *nu.* 56.
n. 56 *Carth.* Docemur in isto capite ex parentũ virtuositate, aut sãctitate nequaquã præsumere, aut inaniter nobis blãdiri, quasi sufficiat nobis progenitores, aut prædecessores sãctos habere. Ecce enim sãctus Gedeõ, cũ quo toties ore ad os loquutus est Angelus, vir præcipuè pius, & humilis, quàm sceleratissimũ, crudelissimũ & ambitiosissimũ habuit filiũ *ar.* 17. *Cõtra patrẽ suũ fecisse dicitur malũ, quod adversùs fratres suos cõmisisse refertur: ac si patrẽ in se ipso iã mortuũ, adhuc tamẽ in filiis suis viventem, simul cum illis, malus filius trucidaret.*


Ex Caietano Cardinali

Iud. 9. Cõgregati sũt autẽ omnes vi 1221
ri Sichẽ, & vniversæ familiæ vrbis
Mello: abierũtq; & cõstituerũt regẽ *Iud.* 9.
Abimelech iuxta quercũ, quæ stabat *num.* 6.
in Sichẽ. *n.* 6. *Caiet.* Adverte quòd nõ fuit ab vniverso Israele, nec etiã á tota una tribu, sed dũtaxat à Sichemitis, & Mellonitis cõstitutus rex Abimelech, & propterea nõ supputatur in catalogo regũ Israel, tanquã primus rex; sed honor iste attribuitur Sauli, qui ab vniverso populo electus fuit rex primus. *Ibi.*
Duæ ergo civitates ad cõstituẽdũ Abimelech 1222
regẽ

SONVS XIV.

Abinadab frater David.

Ex D. Ambrosio.

1228 rimo Regum. 16. Et vocavit Isai Abinadab, & adduxit eum coram Samuele. Qui dixit: Nec hunc elegit Dominus. n. 8. *Et infrà*, Adduxit itaque Isai septem filios suos coram Samuele, & ait Samuel ad Isai; non elegit Dominus ex istis. Dixitque Samuel ad Isai: Numquid iam completi sunt filii? Qui respondit: Adhuc reliquus est parvulus, & pascit oves. Et ait Samuel ad Isai. Mitte, & adduc eum: nec enim discumbemus priusquam huc ille veniat. n. 10. & 11.

1 Reg. 16. n. 8

1229 *D. Ambros. in Ps.* 118. *ad illum versum.* Iuvenis sũ ego, & despectus, iustificationes tuas non sum oblitus *sic ait*: Ipse David quoque iunior fratribus cùm patris oves pasceret, tãquam vili ablegatus obsequio, non oblatus est sacerdoti, quasi indignus, qui vngeretur in regnum, sed á sacerdote quæsitus, & accersitus á pascuis, prærogativam regiæ vnctionis accepit. *octo* 18. Et vocavit. *Abinadab non nisi á patre vocatus, & á patre adductus accessit. Certé in hoc dignus, qui ad dignitatem regiam eligeretur, utpote qui minimé ambitiosus esse videbatur, nisi regnum minimo fratrum à Domino reservaretur, qui licet minor esset ætate, maior omnibus erat animositate.*

Ps. 118

Ex D. Hieronymo.

1230 Primo Regum. 16. Et vocavit Isai Abinadab; & adduxit eum corã Samuele, qui dixit: Nec hunc elegit Dominus. n. 8. *Et infrà*. Adduxit itaque Isai septem filios suos coram Samuele: & ait Samuel ad Isai: Non elegit Dominus ex istis &c. n. 10. & 11. *D. Hieron.* Iesse filius, David non primus, aut secundus, sed omniũ vltimus vngitur à propheta, & despicabilior cunctis eligitur in regẽ. *Epist. 7. Abinadab non nisi vocatus accessit, ut qui vellet potiùs non regnare, quam regnandi cupidus reputari.*

1 Reg. 16. n. 8

Ex D. Chrysostomo.

Primo Reg. 16. Adduxit itaque Isai septem filios suos coram Samuele: & ait Samuel ad Isai: Non elegit Dominus ex istis. Dixitque Samuel ad Isai: Numquid iam completi sunt filii? Qui respondit: Adhuc reliquus est parvulus, & pascit oves. Et ait Samuel ad Isai: Mitte, & adduc eum: nec enim discumbemus priusquam huc ille veniat. n. 10. 11. 1231

1 Reg. 16. nu. 10. & 11.

D. Chrysostomus, tom. 1. in Ps. 50. Existimans ille primogenito aptã filio dignitatem, adducit eum in medium. Cui dicit Samuel: Transeat, non enim complacet Deo. Venit & secundus, nec ipse placuit, similiter & tertius, & quartus & quintus, & reliqui. Iamque complebatur numerus filiorum, & qui quærebatur, nõ inveniebatur. *hom.* 1.

Et paulò inferiùs sic ait. Considerate diligentiùs. Non dixit ei Deus, vade, & vnge mihi David: sed, vade, & vnge mihi vnũ 1232

1 Reg. 16. nu. 10. & 11.

mihi vnum de filiis Iesse. Et cur nō specialiter David nominavit? Ne sci licet pateretur David, quod passus est Ioseph. Sicut enim illi addiscentes futurū sibi regem, insidiati sunt ei, & post multas iniurias vendiderūt sic formidini erat, ne & isti hæc eadē perpetrarent. *hom. eadem. Ordinatam Iesse erga filios ostendebat habere pietatē, dum ignorans id, quod Deus decreverat circa electionem regis futuri, filios offerebat servando ordinem, iuxta filiorū ætatē.*

1233 *Primo Reg.* 17. Abierunt autē tres
1 Reg. filii eius maiores post Saul in prælīū;
17. nu. & nomina triū filiorum eius, qui per-
26. rexerunt ad bellum, Eliab primogenitus, & secūdus Abinadab, tertiusq; Samma. *n.* 13. *Et infrà.* Et ait David ad viros, qui astabant secum, dicens; Quid dabitur viro, qui percusserit Philisthæū hūc, & tulerit opprobriū de Israel? *n.* 26. *adhuc inferiùs*, Quod cùm audisset Eliab frater eius maior, loquēte eo cum aliis, iratus est cōtra David, & ait: Quare venisti, & quare dereliquisti pauculas oves illas in deserto? ego novi superbiam tuā, & nequitiā cordis tui: quia ut videres prælīū, descēdisti. *n.* 28 *D. Chrysost.* O zelus, ò invidia omni malitia cumulata. Invidia, ignis enextinguibilis est. Etenim sicut tinea comedit vestimentum, sic & invidia eum quidē, qui zelatur, consumit: eum autē cui invidet, clariorē reddit. Nā & Ioseph hoc est á fratribus passus. Et illi quidem, qui invidiæ facibus vrebātur, de libertate in servitutem adducti sunt; cui autē invisum est, rex constitutus est. *hom.* 1. *in Ps.* 50.

1234 *Deinde sic progreditur D. Chrys.* Iterū
1 Reg. æmuli, iterum fratres, nos, inquiunt,
17. nu. scimus superbiam, & malitiam cor-
13. dis tui. Quæ enim erat necessitas, aut quod desideriū tuum, nisi ut videres prælium, advenisti? *hom. eadē. Medius Abinadab inter primum, & tertium in ætate fratres ad bellū in acie procedebat: non tam, ut ex vtroque latere à fratribus defenderetur, quàm ut ipse à dextris, & à sinistris sibi assistentes ab omni belli discrimine tueretur.*

Primo Reg. 17. Quod cùm audisset 1235
Eliab frater eius maior, loquēte eo
cū aliis, iratus est cōtra David &c. *n.* 1 Reg.
28. *D. Chrys.* Fratres eius nō ferentes 17. nu.
fortitudinē spiritus, provocati sunt 28.
in invidiā, & dicunt ad eū: Non alia de causa venisti, quàm ut bellū videres. Nō venisti nostri causa, ut nos inviseres. *ho.* 46. *in c.* 21. *Gen. Nō arguebat Davidē fratrem frater Abinadab de superbia, quia cùm esset humilis suspicionē superbiæ de alio habere non audebat, utpote qui fratrē de se ipso iudicaret: humilēque eum esse arbitraretur, nec illum de superbia vitio voluisset damnare.*

Ex D. Augustino.

Primo Reg. 17. Dixit autē Isai ad 1236
David filiū suū: accipe fratribus
tuis ephi polētæ, & decē panes istos 1 Reg
& curre in castra ad fratres tuos, & 17. nu.
decē formellas casei, has deferes ad 17. & 18.
tribunū: & fratres tuos visitabis, si rectè agāt, & cū quibus ordinati sūt, disce. *n.* 17. & 18. *D. Aug.* Quādo Isai David filiū suū mittebat, ut requireret fratres suos, typū Dei Patris habuisse videtur. Isai misit David, ut requireret fratres suos, & Deus Pater Psal.
misit vnigenitū suum, ex cuius persona scriptū est, Narrabo nomen tuū Matth.
fratribus meis. Ad requirēdos enim 15.
fratres suos venerat Christus, quādo dicebat: Nō sum missus nisi ad oves perditas domus Israel. *tom.* 10 *ser.* 196.

Et paulò infrá sic ait D. Aug. Venit 1237
ergo David cū tribus mensuris, & decē formellis casei, ut fratres suos in prælio positos visitaret: quia venturus erat Christus cū Decalogo legis & mysterio Trinitatis, ut genus humanū de potestate Diaboli liberaret. *eodem serm. Tres isti fratres Isai filij, tres Apostolorum primates poterunt significare ad quos verus David Christus non semel, sed ter, quasi quemlibet illorum semel inviseret in nocte pugnæ satis periculosæ visendos advenit.* Ex

Ex D. Gregorio Mag.

1238 Primo Reg. 17. Et vocavit Isai Abinadab, & adduxit eum coram Samuele, Qui dixit: Nec hunc elegit Dominus. *nu.* 8. *D. Greg. Mag.* Abinadab intrepretatur vrbanus. Meritò igitur, Domino consulto repellitur: quia sancta Ecclesia ad regimen animarum non elegit negotiis secularibus strenuum, sed spirituali conversatione decorum. Vrbani quidem sunt, qui postposita intentione cælestiũ, exterioribus studiis se ostendere strenuos conantur. Nec hunc ergo elegit Dominus: quia pii pastores studio cælestia, non terrena providere fidelium gregibus debent, non infirma, & labentia, sed sublimia, & æterna. *lib. suo* 6. *cap.* 3. *Nec hunc, qui postquam primogenitus nõ electus recesserat, & patri, imò & Samueli videbatur eligendus, hoc enim significare videtur dicens* Nec hunc elegit Dominus; *Ac si diceret, Ego certè hũc eligerem propter suam satis amabilem vrbanitatem, sed regis electio ad divinam pertinet voluntatem.*

1 Reg. 17. n. 8

Ex Hugone Cardinali.

1239 Primo Regum 17. Dixit autem Isai ad David filium suum: Accipe fratribus tuis ephi polentæ, & decẽ panes istos, & curre ad castra ad fratres tuos. *n.* 17. *Hugo Card.* Hebræi dicunt quòd Isai præcepit David, ut afferret pignora fratrum, id est libellos repudii. Nam, ut dicit Hieronymus, mos erat euntibus ad prælium, ut libellos repudii darent vxoribus, ut si caperentur, & non redirent intra tres annos, liceret vxoribus nubere aliis. *Ibi. Prudens pater munera tribuno filiorum mittebat, decem scilicet formellas casei, dicens, Has deferes ad tribunum. n.* 18. *ut tribunum per munera sibi missa ad filios honorandos inclinaret.*

1 Reg. 17. nu. 17.

Ex Lyra.

Primo Regum 17. Quod cúm audisset Eliab frater eius maior, 1240
loquente eo cũ aliis, iratus est contra David &c. *n.* 28. *Lyra:* Quia timebat, ne fatuitate iuvenili exponeret se periculo, vel ut aliqui dicunt, quia credebat eum in superbiã erectum, eò quód fuerat inunctus in regem præ fratribus suis. *n suo.* 6. Quod cúm audisset Eliab *Cúm populus regis edictum enunciaret, non solus Eliab, qui erat primus inter fratres ætate, sed etiam Abinadab, qui secundus erat, & tertius, qui dicebatur Samma, sermonem Davidis ad populum audiebat. Quare ergo solus Eliab Davidem arguit? Credo equidem quia magis, si non solus invidus erat, ut qui propter primogenituram sibi regnum conferendum indicaret, & se digniorem præ cæteris censeret, qui cum filia regis matrimonio adiungeretur.*

1 Reg. 17. nu. 28.

Ex Abulensi.

Primo Regum 16. Veni, ut mittam te ad Isai Bethlehemitem: providi enim in filiis eius mihi regem. 1241
n. 1. *Abulen.* Quare Deus non detreminavit nunc Samueli, quem vncturus esset in regẽ: sed locutus fuit indistinctè? Respondendũ est quód hoc factum est ad tollendã suspicionem, & indicandũ quód à Deo hoc fieret. Si enim Deus dixisset Samueli quód vngeret David, & ipse nullo præmisso vngeret eum in regem, crederetur hoc factum fuisse affectione quadam humana, & non iussu Dei; & sic cognati David non multũ confiderent regno eius. *q.* 15.

1 Reg. 16. n. 1

Deinde sic progreditur Abul. Itẽ quia forté fratres David putantes hoc factũ affectione humana, & quin Deus elegisset specialiter David, æmularentur ei, & niterentur surripere, vel violenter auferre principatum, tanquam non iusté acquisitum. *q.* 15.

1 Reg. 16. n. 1

Cõfirmat hoc Abu. exẽplo dicẽs. Sic fuit de

Numer. de Israelitis contra Aaron: quia
16. quãquam Deus elegisset eum in
summum sacerdotem: quia tamen
non apparuit aliquod signum electionis
divinæ, putaverunt Israelitæ
quód Moyses fecisset hoc affectione
carnali tribuens principatũ cognatis
suis: ideo insurrexerunt aliqui de
populo contra Aaron, ut acciperent
summum Sacerdotium, ut patet
Num. 16. Ita erat de David
quantùm ad vnctionem suam: quia
si fratres eius putavissent illam vnctionem
factam humana affectione,
insurgerent contra eum, ut surriperent
regnum, quasi ad eos pertineret
eó quód maiores erant. Vt ergo
hoc non fieret, debuit manifestari
nimis quód Deus illum eligebat
per modum præcedentem, scilicet
quòd propheta nesciret quem vnctu
rus erat, & cúm per omnes discurreret,
reperiretur solus David electus
à Deo. *q.* 15.

1243 *Adhuc super eundem locum hanc
proponit Abulensis quæstionem.* Quæretur
1 Reg. vlteriùs, cúm Deus voluerit oc-
16. n. 1 cultari nimis istam vnctionem David,
ne perveniret ad notitiam Saulis,
vel aliquorum de populo: an occultata
fuerit patri, & fratribus David?
Aliquis respondebit quòd occultari
debuit, quia cùm hic David
ad magnam dignitatem extolleretur,
& esset minimus fratrum suorum,
alii inviderent ei: ut ergo non
inviderent, debuit occultari. *quæstione*
16.

1244 *Exemplo id probat Abul. dicens*
Sic patet de Ioseph, qui referebat
somnia fratribus suis, in quibus significabatur
eum futurum dominum
fratrum suorum: qui ob hoc inviderunt
ei vsque ad mortem, nec poterant
quicquam pacificé loqui: sed
decreverunt eum occidere, & ad
Ge. 37. vltimum vendiderunt eum Gen. 37.
si tamen tacuisset somnia, non fuisset
suscitata invidia: debuit ergo hîc
subticeri, vel occultari vnctio David
fratribus suis. *q.* 16.

Et infrà apponit Abul. aliud exem- 1245
plum dicens, Item patet hoc exemplo
Saulis, qui quando vnctus est in re- 1 Reg.
gem nulli voluit significari: & quan- 10.
quã cognati sui inquisivissent quid
ei accidisset, subticuit de sermone
regni suprá cap. 10. hoc autem fuit,
ne concitaret invidiam contribulium
suorum contra se, ut ait Iosephus 6.
Antiquit. quia in magnis prosperitatibus
nemo amicus, & vsquequaque
fidus est. *q.* 16.

Postea quæstioni sic ex propria men- 1246
te respondet Abul. Respondendum est
quód vnctio David notificata fuit 1 Reg.
fratribus eius, quia ipsi sciebant 16. n. 1
quód Samuel veniebat ad vngendũ
aliquem de eis in regem. Quód patet,
quia per ordinem applicuit eos
coram Domino. Et dixit de primo;
Num coram Domino est Christus
eius: ergo bene videret ibi Eliab
quód Samuel volebat vngere eum:
sed Deus abiiciebat illum. Sic etiam
de omnibus aliis fratribus eius factum
est: ergo quilibet illorum sciebat
quia veniebat Samuel ad vngendum
aliquem in regem. *q.* 16.

Deinde adhuc sic loquitur Abul. 1247
Item quia omnes fratres David viderũt
eum vngi ut patet infra, Tu- 1 Reg.
lit Samuel cornu olei, & vnxit eum 16. n. 1
in medio fratrum eius: ergo videbant
fratres sui. Quód autem pater
eius cognovisset hanc vnctionem apparet,
quia Samuel faciebat quód
Isai applicaret per ordinem filios suos
coram eo: & cúm applicuisset
Eliab dixit Samuel: Non elegit hũc
Dominus, & applicuit secundum:
& sic fecit de omnibus aliis filiis:
ergo Isai videbat quòd Samuel vellet
vngere aliquem de filiis eius in
regem. *q.* 18.

Postea sic ait idem Abulensis. Res- 1248
pondendum est ad rationem in con- 1 Reg.
trarium, quód, quanquam David 16. n. 1
vngeretur scientibus fratribus &
patre, non concitaretur invidia, cúm
scirent

ſcirent hunc electionem à Deo eſſe. Nec valet exemplum de Ioſeph: quia fratres ſui non putabant illa ſomnia eſſe à Deo: ſed per arrogantiam, & ſuperbiam Ioſeph, alioquin non tentâſſent eum occidere: cùm contra Dominũ ſcirent ſe non prævalituros. *q.* 16.

1249 *Progreditur Abul. ita.* Item, & fortiùs, quia fratres Ioſeph ei invidebat, eó quód ante hoc nemo erat eorum dominus: nunc autem minimus eorum dominari volebat illis. In David autem fuit ſecus. Primò quia iſta vnctio cognoſcebatur à fratribus ſuis eſſe à Deo: & ob hoc non inviderent. Secundó quia magis ex hoc lætari debebant, cùm ante hoc dominabatur eorum aliquis extraneus: nunc autem tranſiturus erat principatus in eos. Nam non ſolùm David futurus erat dominus fratrum ſuorum, ſed magis dominus totius populi, quod gratum erat fratribus ſuis, quia ex hoc magnus honor eis accreſcebat. In Ioſeph autem ſolùm ſignificabatur, quód eſſet dominaturus fratribus ſuis, & patri, in quo iugum erat, & non honor; ideo inviderunt ei. *q.* 16.

1250 *Adhuc ſic procedit idem Abulenſ.* Idem ex hoc quòd David vngebatur in regem, magnus honor, & vtilitas accreſcebat fratribus: quia non ſolùm ipſe principaturus erat, ſed etiam omnes de cognatione ſua extollerentur ad maiorem dignitatem. Sic enim cúm Samuel denunciaret Sauli quòd futurus eſſet rex, ait, cuius erunt optima quæque in Iſrael? Non ne tibi, & omni domui patris tui? Suprà cap. 9. Item fratres David habebant iam regem, & ſemper habituri erant aliquem, qui dominaretur eis: præeligerent ergo illum habere de genere ſuo, quám de extraneis, & ſic non inviderent. Sic autem factum eſt. Nam non inviderunt fratres David ei: ſed potiùs eum dilexerunt, & adiuverunt. Vnde cúm Saul inciperet perſequi David, & ipſe fugiſſet in ſpeluncam Odollam, dicitur: Quod cùm audiſſent fratres eius, & omnis domus patris eius, deſcenderunt ad eum illuc: & factus eſt princeps eorum. *Infrà cap.* 22. *q.* 16.

1 *Reg.* 9.

1 *Reg.* 22.

1251 *Tandem reſpondens Abulenſis ad illud, quod dictum fuerat de Saule ſuprà ſic ait.* Non erat ſimile de Saule, & de David; quia cúm Saul vnctus eſt in regem, nullus rex præceſſerat, ſed ibi fiebat noviter: ſolent autem novitates odia parere, & invidiam. Tempore autem vnctionis David iam erat rex in Iſrael, & ſemper aliquis futurus erat: ideo quòd vngeretur David in regem, non erat novitas, nec pareret odium, & ſic non fuit inconveniens vnctionem illam patri, & fratribus notam eſſe. *quæſtione* 16. Providi enim mihi regem. *num.* 1. *Optimus futurus rex inſinuatur, qui non tam ſibi, quàm Deo rex eligeretur: utpote, qui non tam ſuum commodum, quam Dei procuraret obſequium.*

1252 *Primo Reg.* 17. Abierunt autẽ tres filii eius maiores poſt Saulem in prælium: & nomina trium filiorum eius, qui perrexerunt ad bellum, Eliab primogenitus, & ſecundus Abinadab, tertiuſque Samma. *num.* 13. *Abulen.* Ob hoc iſti tres miſſi ſunt ad bellum, quia robuſtiores erant cæteris filiis Iſai. *Tres ergo fratres bello optiores, quia animo valentiores, & ætate maiores regem ſuum ad prælium ſequebantur: & inter primum, & tertium Abinadab medius incedebat, non ut periculum mortis propriæ meliùs evitaret, ſed ut diſcrimen vtriuſque fratris, quos ad dexteram, & ad ſiniſtram deducebat, poſſet propulſare.*

1 *Reg.* 17. *nu.* 13.

Ex D. Dionyſio Carthuſiano.

1253 P*rimo Reg.* 16. Sanctificavit ergo Iſai, & filios eius, & vocavit eos

1 Reg. 16. n. 1 eos ad sacrificium. *num.* 5. *Carthus.* Samuel Isai, & filios eius aspergendo eos aqua lustrationis, & orando pro ipsis, exhortando eos ad devotionem. *art.* 31. *Inter alios ergo fratres fuit Abinadab aqua sanctificatus lustrali, licet non fuerit oleo inunctus regali; nec aliquam, videns se in regem nō electum, quarimoniam efformavit: quia pluris faciebat sanctitatem, quàm dignitatem.*

1254 1 Reg. 17. nu. 18. *Primo Regum* 17. Et decem formellas casei, has deferes ad tribunū. *n.* 18. *Carthus.* Ad tribunum, sub quo militant fratres tui, ut se habeat favorabiliter circa ipsos, præcavendo pro posse eorum pericula. *art.* 32 *Prudens pater nullum ex filiis specialiter tribuno commendabat, ut sic aqualem erga singulos ostenderet affectionem; ne si alicui specialem significaret amorem, aliorum fratrum contra eum excitaret livorem.*

Ex Caietano Cardinali.

1255 1 Reg. 16. n. 8 **P**rimo Regum 16. Et vocavit Isai Abinadab, & adduxit eum coram Samuele. Qui dixit: Nec hunc elegit Dominus. *num.* 8. *Caietanus.* In aulam, in qua erat Samuel, ingressus est primùm Isai cum primogenito suo: & facta revelatione divina ad Samuelem, quòd non esset ille futurus rex, Isai vocabat alium filium & sic successivè introduxit omnes filios ad Samuelem. Talem autem ordinem Samuelē dispofuisse ex hoc insinuat litera, quòd non omnes simul introduxit pater, qui tamen omnes ingressi aulam Samuelis, non singillatim exibant, sed manebant in ea: quemadmodum testatur vocatio Davidis in medio fratrum subiuncta. *Ibi. Primus ergo vocatus, ut eligeretur in regem fuit Abinadab: Eliab enim non vocatus, sed statim cum patre simul ingressus aulam fuisse videtur, non solùm, ex eo, quòd esset post primogenitum primus inter cateros secundùm ætatē; sed quòd inter reliquos propter civiles mores, quibus & verè urbanus nomen suum implebat, regiam mereretur dignitatem.*

1256 *Primo Reg.* 17. Fratres tuos visitabis, si rectè agant, & cum quibus ordinati sunt, disce. *n.* 18. *Caietan.* 1 Reg. 17. nu. 18.
Iuxta Hebræum habetur. Et pignus eorum tolles. Hoc est redimes quicquid in pignus dederint pro debito aliquo. Subintelligitur enim quòd Isai dederit pecuniam David ad redimendum pignora fratrum suorū, si opus esset. *ibi,* Et pignus eorum tolles. *Vt David pignus à quolibet fratre alicui traditum pro cibo, & potu, per pecuniam, quam à patre acceperat, recuperaret, fratrique suo, cuius esset, iterum traderet: ut in casibus necessitatis, illo iterum deposito pignore, sibi remedium compararet.*

SONVS

SONVS XV.

Abiron.

Ex Philone Hebræo.

1257 Nume. 16 nu. 24.



Numer. 16. Præcipe vniverſo populo, ut ſeparetur á tabernaculis Core, & Dathan, & Abiron; *n.* 24. *Philo Heb.* Vbi operæ pretium eſt conſiderare, quomodo cælum, terraque pænas exigerunt ab impiis hominibus, ceu divisis muniis inter primarias mundi partes, vnde cæteræ ſumpſerunt originem. Nimirum quia ſceleſti malitiam ſuam radicatam in terra, in tantam altitudinem extulerunt, extenderuntque, ut cælum attingeret, ideo terra ſimul, & æther in eos ſæviit. *lib.* 3. *de vita Moyſis.*

1258 Numer. 16. nu. 31. & 32.

Et paulò infrà ad illud Num. 16. Dirupta eſt terra ſub pedibus eorũ: & aperiens os ſuum, devoravit illos cum tabernaculis ſuis. *num.* 31. & 32. *Et ſimul ad illud.* Sed, & ignis egreſſus à Domino interfecit ducentos quinquaginta viros. *n.* 35. *Sic progreditur Philo.* Altera deducens ſe, ut abſorberet inutilia pondera, alter exurens eos fulminibus, imbris in morem denſis, & crebrò micantibus. Finis autem & abſorptorum, & exuſtorum idem fuit. Nam vtrique diſparuerunt alteri operti ſolo reſtituto in priſtinam planiciem, alteri abſumpti fulmineis ignibus. *lib.* 3. *de vita Moyſis.* Præcipe &c. *n.* 24. *Ne, ſi in conſortio horum trium rebellantium adverſus Moyſem populus permaneret, malo ipſorum exemplo concitatus, contrà ipſum Moyſem populi moderatorem ſimul cum tribus ſeditionis capitibus rebellaret.*

Ex D. Ambroſio.

Num. 16. Et ait Dominus ad Moyſem: Præcipe vniverſo populo ut ſeparetur á tabernaculis Core, & Dathan & Abiron. *n.* 23. & 24. *Et infrà.* Dirupta eſt terra ſub pedibus eorum: & aperiens os ſuum, devoravit illos cum tabernaculis ſuis & vniverſa ſubſtantia eorum: deſcenderuntque vivi in infernũ operti humo, & perierunt de medio multitudinis. *n.* 31. 32. & 33. *D. Ambr. tractatu de Manſionibus, loquens de Manſione Rethma, ſic ait.* Sub hoc deſerto Dathan, Abiron, & Core, filii cum eorum familiis hiatu terræ ob ſeditionem ſorbentur. 1259 Numer. 16. nu. 23 24. Numer. 16 nu. 31. 32. & 33.

Et paulò infrà. Per Datham, & Abiron, quid aliud, quám qui hæreſes, & ſchiſmata in Eccleſiam introducunt, ſignificantur? Hi ſacerdotis authoritate contempta, ab eo, & Dei Eccleſia ſe ſegregantes, alias Eccleſias, aliud altare, alios mores, ut Apollinaris, Novatianus, & ſimiles, ſomniant; & Dei ordinatione rejecta, proprias conantur ſtatuere vanitates. *Manſ.* 15. *Non ſolùm tres rebellionis duces terra abſorbuit vivos, ſed etiam omnes illos, qui exemplo illorum excitati, electionem à Deo factam improbabant, ut qui fuerant in culpa complices, fuiſſent & in pœna conſortes.* 1260

Ex

Ex D. Chrysost.

1261 N*um.* 16. Confestim igitur, ut cessavit loqui, dirupta est terra sub pedibus eorum: & aperiens os suum, devoravit illos cum tabernaculis suis, & universa substantia eorum, descenderuntque vivi in infernum operti humo, & perierunt de medio multitudinis. *n.* 31. 32. *&* 33

Nume. 16. nu. 31. 32. 33.

D. Chrysostomus ad illud, quod Azarias sacerdos dixit regi Oziæ 2. Paralip. 26. Non est tui officii Ozia, ut adoleas incensum Domino, sed sacerdotum hoc est, filiorum Aaron. *n.* 18. *Sic ait.* Post multum temporis iam defuncto Aarone hoc accidit. Et quã ob rem non dixit sacerdotibus tantùm, sed & patris mentionem fecit? Accidit in illo tempore, ut tale quippiam fieret; Dathan enim Abiron, & Core insurrexerunt adversùs Aaron, aperta est terra, ac devoravit illos: venit ignis é cælo, & exussit eos. Volens igitur eum commonefacere illius historiæ, ait Nõ licet tibi adolere incensum, sed solis sacerdotibus filiis Aaron. Non dixit cogita quid passi sint, qui tunc illa patrarunt, sed nominato Aarone, cuius vicem ultus est Deus, eum ad historiæ recordationem adduxit. Noli audere quæ ausus est Dathan Abiron, & Core, ne patiaris, quæ tempore Aaron acciderunt. *hom.* 4. *de verbis Esaiæ.* Vidi Dominum.

2 Paral 26. nu. 18.

1262 *Et iterum exponens eundem textum 2. Paral* 26. *sic ait idem D. Chrysostô.* Non simpliciter dixit sacerdotibus: sed addidit Aaron. Is primus fuit pontifex, simileque facinus illius temporibus quidam ausi sunt. Dathan enim, & Core, & Abiron, coniurati adversùs illum, cum alijs aliquot voluerunt ipsi præripere sacerdotium: sed alios quidem terra dehiscens absorbuit: alios veró cælitùs emissus ignis exussit. Huius ergo historiæ volens illum commonefacere, mentionem fecit Aaron, qui tunc erat iniuria affectus, ut ad calamitatem eorum, qui fecerant iniuriam, huius cogitationem transmitteret. *ho.* 5.

2 Paral 26. nu. 18. Nume. 16. à n. 31.

Et iterum considerans Dei bonitatem 1263
erga Oziam, sic ait idem D. Chrysost. Quomodo igitur videbimus bonitatem? Si cognoverimus qua re dignus fuerit Ozias. Quibus igitur erat dignus? Ut simulatque intra sacrorum vestibulum tanta cum impudentia erupisset mille fulminis ictibus, extremo supplicio, cruciatuque afficeretur. Quandoquidem illi, qui hæc primùm sunt ausi hanc dedere pænam, videlicet Dathan, Core, & Abiron, multò magis hunc ad eum modum puniri oportuit, qui nec illorum quidem calamitatibus fuerit castigatus. *hom.* 5.

2 Paral 26. nu. 18. Nume. 16. à n. 31.

Confestim igitur, ut cessavit 1264
loqui, dirupta est terra &c. *nu.* 31. *Non, dum Moyses aperto ore suo inimicis suis mala imprecabatur, os terra suum, ut eos iubente Deo devoraret; aperuisse refertur. Non enim solet Deus nos de inimicis nostris vindicare, dum audit nos de illis ab eo vindictam postulare. At ubi primùm clauso ore Moyses à vindicta exposcenda cessavit; confestim, aperto terræ ore, Moysis inimicos horrendo illo supplicio Dominus multavit.*

Nume. 16. nu. 31.

Ex D. Augustino.

N*um.* 16. Misit ergo Moyses, ut 1265
vocaret Dathan, & Abiron filios Eliab. Qui responderunt: Non venimus; numquid parum est tibi quod eduxisti nos de terra, quæ lacte, & melle manabat, ut occideres in deserto, nisi & dominatus fueris nostri? Revera induxisti nos in terram, quæ fluit rivis lactis, & mellis. *à num.* 12. *& additur.* An & oculos nostros vis eruere? non venimus.

Nume. 16 à n. 12.

nimus. *n.* 24. *D. August.* Quid est quód Dathan, & Abiron eùm in seditionem consurrexissent, vocati á Moyse, ac superbè, & iniuriosé respondentes, Numquid pusillum hoc quoniam eduxisti nos á terra fluēte lac, & mel, interficere nos in eremo: quoniam præest nobis princeps: & tu in terrā fluentem lac, & mel induxisti nos, & dedisti nobis sortem agri, & vineas: post hæc addiderūt, Oculos hominum illorum abscidisses: non ascendimus. Quorum hominum oculos dixerunt? Vtrum populi Israel, tanquam dicentes, si ista præstitisses, oculos hominūm illorū abscidisses, idest, ita te diligerent, ut oculos suos eruerent, & darent tibi: Quod indicium magnum dilectionis & Apostolus dicit; Quoniam si fieri posset, oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi; Et deinde plenam contumaciam addiderunt, Non ascendimus,

Nume. 16 *nu.* 13. cendimus, idest non veniemus, quia vocaverat eos. *q.* 26. Nisi & dominatus fueris nostri. *nu.* 13. *En quod invidos valde torquebat, dominium scilicet Moysis, vellent enim potiùs oculis orbari, quàm Moysem super se constitutum principem intueri, quem non nisi obcæcati principem à se ipsis ferendum esse testarentur. Ac si dicerent, si princeps nostri es, oculos nostros erue, malumus enim excæcari, quàm te supra nos principem inspectare.*

1266 *Num.* 16. Loquutusque Dominus ad Moysem & Aaron, ait: Separamini de medio congregationis huius, ut eos repentè disperdam. *n.* 20. 21. *D. Augustinus.* Notandum est tunc iubere Dominum separationē fieri corporalem, cúm iam vindicta imminet malis. Sic Noè cum domo sua separatur á cæteris diluvio perituris. Loth separatur à Sodomis igne cælitus consumendis. Sic ipse populus ab Ægyptijs marinis fluctibus obruendis. Sic isti nunc á Synagoga, Chore, Abiron, & Dathan, qui se primitus per seditionē abrūpere voluerunt: cum quibus tamen sancti antea viventes, & conversantes, & cum cæteris, quos reprobat Deus secundúm verba, quæ in eos increpans dicit, contaminari tamen ab eis minimè potuerunt. *Quæstionum super Num. lib.* 4. *quæstione* 27.

Numer. 16. *nu.* 20. 21.

1267 *Deinde sic progreditur D. August.* Nec separari iussi sunt quando vindictam Dominus sive differebat, sive talem adhibebat, qua innocentes periclitari lædive non possent, sicut serpentum morsibus, sicut strage mortium, qua Deus quem volebat, sicut volebat, alio percutiebat intacto, non sicut aqua diluvij, aut ignea pluvia, aut aqua maris, aut hiatu terræ, quæ permixtos poterat pariter absumere: non quia & ibi Deus suos conservare non posset, sed quia opus erat tentatione miraculi, vbi separatio fieri poterat, ut vel aqua, vel ignis, vel hiatus terræ quos invenisset auferret. *q.* 27. Separamini &c. *Dum enim Moyses & Aaron in medio rebellantium starent; non eos Dominus disperderet, quia amor erga Moysem, & Aaronem, odium adversús rebelles conceptum; ne ad vindictam sumendam procederet, Dominum retardaret.*

Nume. 16. *nu.* 20. & 21.

1268 *Num.* 16. Dirupta est terra sub pedibus eorum: & aperiens os suum, devoravit illos cum tabernaculis suis, & vniversa substantia eorum. *n.* 31. 32. *D. Augustinus scribens ad Emeritū.* Neque vobis obiicimus, nisi schismatis crimen, quam etiam hæresim malè perseverando fecistis. Quanti autem divino iudicio pendatur hoc facinus, lege quod te legisse non ambigo. Invenias Dathan, & Abiron hiatu terræ devoratos, cæterosque omnes, qui eis consenserant, igne de medio eorum exiente consumptos. Illud ergo scelus ad exemplum devitandi, Dominus Deus præsenti supplicio denotavit, vt cúm talibus patientissimé parcit, quasi vltimo iudicio

Nume. 16. *nu.* 31. & 32.

iudicio reservet; ostenderet. *Epistol.* 164.

1269 *Et in libro primo de mirabilibus, sic ait idem D. Augustinus.* Eos qui se in excelsum elevantes Dei ordinationi resistere cæperunt, sub pedibus eorum terra dehiscens, aperto ore in infernum deglutiens, voravit. In quibus manifestè ostenditur, quòd tantundem sensibiles, & insensibiles creaturæ Dei dicto obediunt, dum quemadmodum viventes celeriter cum eius imperio veniunt, ita & quæ non vivunt, velut viventes, quæ præcipiuntur, peragunt. Sed quanvis quasi vivens terra illud vindictæ officium peragit, contra naturam tamen in illo nequaquam aliquid fit: vitam enim insensibilem terra habere indubitanter dignoscitur, per quam in se crescentia arborum, & olerum fructeta moveri videntur. Vnde quasi in vivente carne palpitantes venæ sanguinis discurrunt, ita etiam per terrã viventium aquarum rivi profluunt: per quam vitam insensibilem Deo imperante terra os suum aperuit, quando hominum peccatorum, quasi serviens in ministerio vindictæ, tabernacula peccatorum voravit. *cap.* 29. Cum tabernaculis &c. *n.* 32. *Ne postea Israelitarum aliquis, si in tabernaculis horum inhabitaret, illorumque substantia frueretur, ad simile perpatrandum facinus, animum inclinaret: nec contagium tanti criminis, quod tabernaculis, & substantiæ quodammodo inherens permaneret, declinaret.*

Nume. 16. *nu.* 31. & 32.

Ex Ruperto Abbate.

1270 N*um.* 16 Dirupta est terra sub pedibus eorum &c. *à nu.* 31. *Rupertus.* Aperta est terra, & deglutivit Dathan, statimque ora concludens aperuit super congregationem Abiron, qui principes seditionis extiterunt, promissionibus Dei detrahentes, & cum subsannatione dicentes. Revera induxisti nos in terram, quæ fluit rivis lactis, & mellis. *lib.* 8. *de divinis off. cap.* 4. Devoravit illos. *Ac si ita illius cibi avida terra foret, ut non illum priùs dentibus in ore divideret, sed integrum, impatiens moræ brevissimæ devoraret, ita peccatores suis in visceribus abscondere exoptabat, ut sic gehennam, quæ terræ instar stomachi est, posset desideratis ab ipsa gehenna epulis adimplere.*

Nume. 16. *à n.* 31.

Ex Hugone Cardinali.

Ecce autem (*ait textus sacer. Nu.* 16.) Core, & Dathan, atque Abiron surrexerunt cõtra Moysem. *n.* 1. & 2. *Hugo.* Core cùm vidisset fratrueles suos honoratos: alterũ sacerdotio: alterum ducatu populi, invidit: & habuit secum complices de levitis maioribus ducentos quinquaginta, quos indignos sacerdotio Moysi, & Aaroni præferebat. Habuit autem complices Dathan, & Abiron Rubenitas, quibus propter primogenituram principatum deberi dicebat: quia fuerant de Ruben primogenito. *Ibi. Invidus Core, solus in invidia esse noluit, socios in suo crimine quæsivit Dathan, & Abiron, qui in populo principes erant, ut illorum exemplo alios ad rebellionem, quam intentabat, facilè commoveret.* 1271

Nume. 16. *nu.* 1. 2.

Num. 16. An, & oculos nostros vis eruere? non venimus. *n.* 14. *Hugo.* Quasi dicerent, cæteris malis, quæ nobis intulisti, vis addere istud malum: ut eruas nobis oculos. Vel sic. Vis eruere nobis oculos, idest, credis tu, quòd simus cæci: nec intelligamus quòd nobis vis dominari *Ibi.* An oculos &c. *Invidi enim cùm essent, faciliùs ferrent oculis privari, quàm servatis oculis, & apertis Moysis, & Aaronis gloriam intueri. Invidus enim* 1272

Nume. 16. *nu.* 14.

enim quisque magis aliena felicitate à se visa, quàm propria cruciabitur cæcitate.

1273 *Num.* 26. Isti sunt Dathan, & Abiron principes populi, qui surrexerunt contra Moysem, & Aaron in seditione Core, quando adversùs Dominũ rebellaverunt: & aperiens terra os suum devoravit Core, morientibus plurimis, quando combussit ignis ducentos quinquaginta viros. *n.* 9. *&* 10. *Hugo.* Devoravit Core. Contrarium dicitur suprá cap. 16. Scilicet quód exustus est in igne egresso de thuribulis cum ducentis quinquaginta socijs suis. Solutio. Re vera incẽdio periit Core: sed dicitur absorptus à terra: quia subitò exustũ terra eius cadaver accepit. Vel attribuitur Core, quod cõplicibus suis accidit, scilicet Dathan, & Abiron. *Ibi. Non solùm Dathan, & Abiron terra deglutivit, sed etiam Core, qui fuit rebellionis caput cæleſti exuſtum igne devoravit, ut qui simile in vita commiserant seditionis flagitium, simile poſt vitam ferrent punitionis flagellum.*

Numer. 26. n. 8

1274 *Psal.* 105. Aperta est terra & deglutivit Dathan: & operuit super cõgregationẽ Abiron, & exarsit ignis in synagoga eorũ: flamma combussit peccatores. *v.* 17. *&* 18. *Hugo.* Aperta est terra, idest terrena vita, & deglutivit Dathan, & operuit super cõgregationẽ Abiron, &c. ut respirare non possent. Num. 13. Terrã, quam lustravimus devorat habitatores suos, idest terrena cura, quæ ut mola lustratur, & circuitur, quia in circuitu impii ambulant *Ps.* 11. Rectè ergo per Dathan, & Abiron intelliguntur illi, qui ambiunt prælationẽ: *Ibi.* Et operuit super congregationẽ Abiron. *Non solũ Abironem, sed totam simul eius congregationẽ terra devoravit; ut qui ad familiam suam ultra necessitatis terminos alendam, terram nimio terrena congregandi bona desiderio, periculo suffocationis contempto, devoraverat, simul cũ sua congregatione ab ipsa terra, quin illã suffocaret, devoraretur.*

Ps. 105 v. 17. 18.

Psa. 11.

Ex Lyra.

Num. 16. Ecce autem Core, & Dathan, atq; Abiron surrexerunt contra Moysem. *n.* 1. *Lyra.* Per Core, Dathan, & Abirõ, qui aggregaverũt sibi multitudinẽ ad movendum seditionẽ, ut per hoc obtinerẽt sacerdotij dignitatem, significantur illi, qui inter seculares, vel religiosos seminant contentiones, vel discordias. *in Mor. n. suo primo. Et infra sic ait.* Et sicut Core, Dathan, & Abiron descenderunt ad infernum: sic & isti descendent cũ ipsis, nisi debito modo pænituerint de peccatis. *Ibidem.* Ecce. *Sic tres iſti oſtenduntur seditionis duces: horrendum in se ipsis prodigiosæ punitionis spectaculum præbituri, quo viso homines invidiæ monſtrum exhorrescant, ipsumq; invidiæ monſtrum fugiant ne in terræ visceribus abscondantur utpote indigni, qui super terram ab aliis hominibus videantur.* 1275

Numer. 16. n. 1

Num. 16. Misit ergo Moyses, ut vocaret Dathan, & Abirõ filios Eliab. Qui responderũt: Non venimus. *n.* 12. *Lyra.* Vocavit Moyses istos ambitiosos coram alijs senibus, ut eos rationabiliter induceret ad desistendũ. *n suo 7. Sperabat enim Moyses fore, ut, si iſti duo, qui in populo principes erant, á seditione desiſterent, alii omnes ipsorũ principum exemplo electionẽ factam, & sui in principem, & Aaronis in summum sacerdotem approbarent, eique libenter, nobiliũ sequuti exemplum, obtemperarent.* 1276

Nume. 16. nu. 12.

Ex Abulensi.

Num. 16. Alijq; filiorũ Israel ducenti quinquaginta viri proceres synagogæ, & qui tempore concilii per nomina vocabantur. *n.* 2. *Abulensis.* Isti congregati sunt cum Core, Dathan, & Abiron. De qua 1277

Nume. 16. n. 2

Z autem

autem tribu isti fuerint, non exprimitur, quia forté erant de multis tribubus: & isti non movebantur principaliter tamquam vendicare volẽtes ius tribubus suis, sicut intendebant Dathan, & Abiron pro tribu Ruben vendicare ius sacerdotii, & primogenituræ: sed moti sunt isti, quia incitaverunt eos Dathan, & Abiron, ut non soli viderentur insurgeré in Moysem. *q.* 4. *Videntes enim quòd sine eorum consilio Moyses ad sacerdotii summam dignitatem Aaronem fratrem suum ex omnibus elegerat, facilè exemplo trium principum, cùm etiam nobiles essent, contra Moysem conspirarunt, neque enim electionem absque eorum consilio factam, voluntarié sed coactè approbaverant.*

1278 *Num.* 16. An, & oculos nostros vis eruere? Non venimus. *nu.* 14. *Abulensis.* Idest numquid vis excæcare nos, faciendo intelligere quòd bene in omnibus his feceris? Quasi dicerent, non consentiemus; nam malè in his fecisti. *q.* 9. An & oculos &c. *Ac si dicerent. Non solùm nos desideras excacare, ut nostra gaudeas cacitate, sed & oculos vis eradicare, ut nostra glorieris deformitate: eruens enim è vultibus nostris oculos, non solùm cacos nos, sed etiam deformes redderes inspectantibus.*

Nume. 16. nu. 14.

1279 *Num.* 16. Cùmque recessissent á tentorijs eorum per circuitum &c. *nu.* 27. *Abulensis sic legit.* Cúmque recessissent à tentorio eorum per circuitum. *Et sic ait.* Cùm Moyses ista protulit, credidit populus, & timuit faciens quod iusserat: & dicitur quód recessit à tentorio eorum: non quód haberent vnum tentorium omnes. Id ponitur hîc singulare pro plurali. *q.* 15. *Tanta enim erat horum trium ad malum conspiratio, ut quasi tres, vnus tantùm esset in tribus, quasi in vno tentorio viderentur simul habitare.*

Nume. 16. nu. 27.

1280 *Num.* 19 Dathan, & Abiron egressi stabant in introitu papilionũ suorum, cum vxoribus, & liberis, omniq; frequentia. *n.* 27. *Abul.* Egressi stabant ut viderẽtur à toto populo, & innuerunt se nihil timere eorũ, quæ dicebat Moyses, quod facerent, si abscõderentur in parte interiori tẽtoriorum. *Et infra.* Isti autem licet fortè aliquid timerent: tamen quia repugnaverãt Moysi contemnentes præceptũ eius, erubescebãt ad verba Moysis cedere de tabernaculis suis: manserunt ergo, & supervenit eis interitus. *q.* 15.

Nume. 16. nu. 27.

Et adhuc exponens eundẽ textũ sic ait idẽ Abul. Et adhuc dato quòd recessissent de tentorijs suis, miscẽtes se in mediã multitudinẽ, adhuc ibi inveniret eos manus Domini, & contereret de populo, alio genere mortis; sed cõvenientior modus fuit iste, ut totus populus videret, & timeret. *q.* 15. Stabant. *Ut corporũ situ, animorũ habitũ indicarent: atq; ita se in sua esse obstinatione constantes popularibus, ipso tũ exemplũ sequentibus ostenderent, ne à rebellione desistere, si duces suos absconditos fuisse scirent, cogitarent.*

Numer. 16. nu. 27.

Num. 16. Dathan, & Abirõ egressi stabãt in introitu papilionũ suorũ, cũ vxoribus, & liberis, omniq; frequẽtia. *n.* 27. *Abul.* Isti erant divites, & habebãt familiã magnã, quæ cũ eis mansit in ostiis tẽtoriorũ suorũ, nam aliqui de famulis contemnebãt verba Moysis, sicut domini eorum, alii veró verecundia dominorũ, vel timore non deseruerunt eos: & sic omnes perierũt. *q.* 15. Omniq; frequentia. *Nullus ex familiaribus fuit, qui tunc dominis suis suum non offerret comitatũ, ne, si eos in periculo positos desererẽt, ingrati, & beneficiorũ, quæ ipsis domini contulerant, obliti viderentur.* 1281

Numer. 16. nu. 27.

Num. 16. Et aperiẽs os suũ devoravit illos cũ tabernaculis suis, & vniversa substantia eorum. *n.* 32. *Quærit Abul.* Quare terra vxores Dathan, & Abirõ etiã devoraverit? *Et respondet sic.* Verisimile est enim vxores viris cõsentire suis: potissimé cùm ad honores tẽderent volentes principari, sicut Moyses. *quæst.* 19. *Ergo terra vxores etiam deglutivit, ut quæ virorum* 1282

Numer. 16. nu. 32.

fuerunt

fuerant consortes in ambitione, invidentes honori uxoris Moysis, sicut viri Moysis dignitati, fierent etiam participes in punitione.

1283 Nume. 16 nu. 34. *Num.* 16. At verò omnis Israel, qui stabat per gyrum, fugit ad clamorem pereuntium, dicens: Ne forté & nos terra deglutiat. *n.* 34. *Abul.* Quando Israelitæ, qui erant in circuitu tabernaculorum Dathan, & Abiron, & Core, audierunt vlulatū magnum eorum, quando devorabantur á terra: fugerunt timentes, ne absorberentur à terra. *q.* 21. Dicēs: Ne fortè, & nos terra deglutiat. *n.* 34. *Amens enim esset, qui viso aliorum adeo horrendo supplicio, quamvis nullius culpæ sibi conscius foret, non timeret; quòd terra, quæ alios ore aperto devorabat pro stomacho haberet gehennam, quæ nullas peccatorum epulas fastidiret, sed qualibet summa aviditate devoraret.*

1284 Nume. 16. nu. 34. *Num.* 16. Ne forté, & nos terra deglutiat. *n.* 34 *Abul.* Quia fuit aperta terra in tentorijs Dathan, & Abiron, & Core; timuerunt Israelitæ, qui erant in circuitu, quód etiā alia terra continuò aperiretur, & devoraret eos: Moyses tamē dixerat quòd solùm devoraret illos viros peccatores; quia tamen iusserat, ut recederent de circuitu tabernaculorum ipsorum, ipsi nescientes, an sufficienter recessissent, timuerunt devorari. *q.* 22. *Timebant enim, ne terra quæ sub pedibus eorum erat, exemplo terræ devorantis tres illos rebellionis duces, os etiam aperiret, ut illos similiter devoraret, ut sic pro Domino contra peccatores, non solùm una terræ pars, sed totius orbis terrarum pro eodem Domino contra insensatos pugnaret.*

Ex D. Dionysio Carthusiano.

1285 Numer. 16. à n. 1. Num. 16. Ecce autem Core, & Dathan, atque Abiron surrexerunt contra Moysem, alijq; filiorū Israel &c. à *n.* 1. *Cart.* Ecce: Per quod notatur, quám enorme piaculum, & quám dirum supplicium sint narrāda. *art.* 27. *Et infrá.* Attraxit etiam sibi Dathan, & Abiron, ac Hon, potētiores Rubenitarum, persuadens eis, quòd principatus spectaret ad eos de iure, eò quòd essent de stirpe Rubē primogeniti Iacob; Cui sanctus Iacob moriens dixit: Ruben, tu primogenitus meus, primus in donis, maior in imperio. Gen. 49. *art.* 27. *Core igitur tres de illa tribu, cui imperium promissum videbatur, socios sibi adiungere curavit, ut hi tres cum ad summum pontificatum, quod sibi superbus deberi cogitabat, adiuvarent.*

Num. 16. Non venimus. *n.* 12. 1286
Carth. Idest nolumus tibi obedire, sed tanquam seductorem, & mendacem, atque ambitiosum despicimus te. *art.* 27. *Certè si viri isti verum dicerent, non immeritò obedire Moysi recusarent, iure etenim non agnoscerent rectorem, quem cognoscerent seductorem.* (Nume. 16. nu. 12.)

Psalm. 105. Aperta est terra, & 1287
deglutivit Dathan; & operuit super congregationem Abiron. *vers.* 17. (Ps. 105 v. 17.) *Carthus.* Abiron similis Dathan in culpa, unde & similis est in pœna. *In expositione Psalm. Neque enim uno deglutito satiata est terra, sed alterum subitò devoravit. Uno eodemque ore humano obedientiam Moysi debitam denegaverant: dicentes Num.* 16. Non venimus. *n.* 13. *cùm à Moyse vocarentur: uno ergo eodemque ore terreno absorbentur, ne pœna disiungeret, quos culpa adeo sociaverat.* (Numer. 16. nu. 13.)

Ecclesiastici 45. Quia contra il- 1288
lum steterunt alieni, & propter invidiam circumdederunt illum homines in deserto, qui erant cum Dathan, & Abiron, & congregatio Core in iracundia. *n.* 22. *Carthus.* Porro Dathan, & Abiron, & Hon de tribu Ruben, inviderunt principaliter principatui Moysis, eó quód essēt de tribu primogeniti Iacob. Hìc tamē fit specialiter sermo de Aaron, quia de eius laudibus hìc tractatur. *Ibi. Aarō Moysis frater, eos, qui ipsū fratrē* (Eccl. 45 nu. 22.)

Moysem, invidentes ipsius Moysis principatui, circumdederant se ipsum circũdare, & sibi hostes, reputabat: neque enim se alium à fratre, sed vnum, & eundem per amorem esse, in eoque proinde circumdatũ ab hostibus existimabat.

Ex Caietano Cardinali.

1289 NUm. 16. Cùmque stetissent adversùm Moysem, & Aaron, dixerunt. Sufficiat vobis, quia omnis

Nume. multitudo sanctorum est, & in ipsis

16. *n.* 3 est Dominus. *n.* 3. *Caiet.* Iuxta Hebræum habetur, Et inter eos Iehovah, non solùm sumus omnes pares ex parte nostri, sed etiam ex parte Dei: quia inter omnes est Deus tanquam communis omnibus. Et hoc dicebant, quia tabernaculum diuinũ cum nube desuper, medium residebat commune omnibus: tanquam repræsentans Deum communẽ omnibus. *Ibi. His verbis superbiam dominationis humanæ, & in Moyse, & in Aarone à se ipsis cogitatam retundebant, dum exẽple ipsius Dei, qui cùm Dominus omnium esset, inter omnes tamen, & in eorum medio, quasi vnus foret illorum, inhabitabat; eis, ne super alios omnes elevarentur, suadebant.*

1290 *Num.* 16. Cur elevamini super

Nume. populum Domini? *n.* 3. *Caiet.* Iuxta

16. *n.* 31 Hebræum habetur Et quare elevatis vos super congregationem Iehovah? Ecce conclusio arrogati principatus super pares. Et ad exaggerationem iniuriæ torquetur iniuria in Deum, dicendo super congregationem Iehovah elevatis vos. Religionis speciem præ se fert hæc obiectio: & insinuat quód sub zeli religiosi specie conspiratio hæc facta est. *Ibi Non tam sui, quàm populi curam gerere ostendebãt; nec in Moyse, & Aarone tam supra se dominationem, quàm super populum electionem ægrè se ferre demonstrabant, ut sic populi sibi benevolentiam obtinerent, per quam honores sibi concupitos á Moyse, & Aarone ablatos, sibique ipsis oblatos, vendicarent. Velles enim populus sibi in principes eligere, quos sibi benevolos fore existimaret.*

Num. 16. An & oculos nostros vis eruere; non venimus. *n.* 14. *Caiet.* 1291

Iuxta Hebræum habetur. Num oculos virorum ipsorum erues? Hoc est, num etiam excæcabis viros istos, ut non videant ambitionem tuam, qua principatum super populum tibi védicasti, pollicendo tot, & tanta, sicut nos videmus illam? *Ibi. Apta hæc translatio est. Si enim Moyses principum oculos excæcaret, nullus de populo non cæcus remaneret: quilibet namque principum exemplo commotus demissis, si non omissis, oculis non auderet, in Moyse omnium principe superbiam intueri.*

Num. 16. Præcipe vniverso populo, ut separetur á tabernaculis 1292

Core, & Dathan, & Abiron. *n.* 24. *Caiet.* Iuxta Hebræum habetur: Ascendite ex circuitu tabernaculi Core, Dathan, & Abiron. Dicendo ascendite, monentur, ut ad superiores partes se transferant. *Ibi. Tabernaculum Domini in medio omnium tabernaculorum in altiori loco fixũ erat: ergo Moyses Dei iussu, non solùm è tabernaculis rebellantium recessum, sed & ad tabernaculum Dei accessum non perituris suadebat dum fugam ad superiorem locum præcipiebat. Notandum etiam quòd iuxta Hebr. ad vnum, & idem tabernaculum trium; scilicet Core, Dathan, & Abiron fuisse refertur, tanta enim illorum ad malum fuit conspiratio, ac si non tres seiuncti in tribus tabernaculis, sed vnus in vno, eodemque tabernaculo simul habitarent.*

SONVS

SONVS XVI.

Abiſag.

Ex D. Cyrillo Hieroſolymitano.



1293 T*ertio Reg.* 1. Quæramus domino noſtro regi adoleſcentulam virginẽ, & ſtet coram rege &c. *n.* 2. *& 3. Septuaginta.* Quæramus iuvenculam. *D. Cyrillus Hier. ad illud Iſaiæ.* Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. *n.* 14. *ſic ait.* Contradicunt his Iudæi: mos enim eſt illis antiquus, veritati malé refragari. Et dicunt: non eſt ſcriptum, Virgo, ſed Iuvencula. Ego dicenti hoc etiam concedens: nihilominus reperiam veritatem. Vt autẽ manifeſtiús diſcas, quód virgo in divina ſcriptura, iuvencula vocatur; audi librũ Reg. de Abiſag Sunamitide dicentem: Et iuvencula pulchra valde. *n.* 4. Quòd autem virginem illam elegerint, ut ad David adducerent, in confeſſo eſt *catecheſi.* 12.

3 Reg. 1. nu. 2. & 3. — Iſaiæ 7. nu. 14.

1294 Et invenerunt Abiſag Sunamitidem, & adduxerunt eam ad regem. *n.* 3. *Magnum ex his verbis colligitur huius puellæ præconium, cùm enim Abiſag adeo ſpecioſa foret, ut præ omnibus propter illius pulchritudinem ad regales nuptias eligeretur, adeo tamẽ abſcondita domi erat, & ignota principibus curiæ, ut non niſi poſt diligentem inquiſitionem inveniretur. Et cùm eſſet pulchra nimis, qualis à ſacro ſcriptore enunciatur, domi tamen parentum clauſa erat, nolens corã extraneis apparere, nõ quòd timeret decori, ſed pudori.*

3 Reg. 1. nu. 3.

Ex D. Ambroſio.

1295 T*ertio Reg.* 1. Et invenerũt Abiſag Sunamitidem, & adduxerũt eam ad regem. *n.* 3. *& Cant.* 6. Neſcivi: anima mea turbavit me propter quadrigas Aminadab. Revertere, revertere Sunamitis: revertere, rèvertere, ut intueamur te. *n.* 11. *&* 12. *Sic loquebantur, ſponſa Sunamitis, quæ ſecundùm aliquos doctores erat Abiſag Sunamitis, & ſponſus illius, qui dicitur poſt mortem David fuiſſe Salomon. D. Ambr. in Cant.* Poſuit me currus Aminadab eò quód anima noſtra coniungitur corpori, & velut quidam equorum frementium currus, rectorem ſibi quærit aurigam. *Ibi.*

3 Reg. 1. nu. 3. — Cant. 6 nu. 11. & 12.

1296 *Et infra exponens eundem textũ Can. ſic ait D. Amb.* Hunc *(currum)* bonus auriga demulcet, & in campũ veritatis mittit, fraudis declinat anfractum. Tutus ad ſuperiora curſus eſt, periculoſus ad inferiora deſcenſus. Inde quaſi emeriti, qui bene portaverint iugum Verbi, vſq; ad Domini præſepe ducuntur, in quo non fænũ eſt eſca, ſed panis, qui de cælo deſcendit. Huius currus rotæ ſunt, de quibus dixit propheta, Et ſpiritus vitæ erat in rotis: eó quòd currus animæ teres, atq; rotundus ſine vlla offenſione volvatur. *ibidem.*

Cant. 6. nu. 11. & 12. — Ezechi. 1.

1297 *Deinde ſic progreditur D. Am.* Si ergo currus eſt anima, habet equos, vel bonos, vel malos. Boni equi virtutes ſunt animæ: mali, corporis ſunt paſſiones: bonus ergo rector malos equos reſtringit, & revocat, bonos incitat. Boni equi ſunt quatuor: prudentia, temperantia, fortitudo, iuſtitia. Mali equi: iracundia, concupiſcentia, timor, iniquitas. *Et paulò infrà ſic ait.* Itaque licet intelligibili

spectaculo videre vnamquamq; animam cum summo certamine ad cælum rapi, festinantes equos, qui priores pervenerant ad bravium Christi, quorum priùs imponatur palma cervicibus. Isti equi sunt subiecti fidei iugo, adstricti vinculo charitatis, iustitiæ frænis, retinaculis sobrietatis. Pulchré ergo ait: Posuit me currus Aminadab. *ibidem.*

1298 *Et adhuc explanans eundem textum, ita procedit D. Ambr.* Idem Christus agitator. Hic ergo agitator dicit: Convertere Sunamitis, convertere. Bene, & quasi agitator, & quasi ad currum dicit, Convertere Sunamitis idest pacifica. Quæ enim pacifica est anima, citò se convertit, &
Abac. 1. corrigit, etiam si ante peccavit: & magis eam Christus ascendit, & regere dignatur, cui dicitur. Ascende equos tuos; & equitatus tuus sanitas. *ibi.*

1299 *Et tandem exponens illud.* Convertere Sunamitis &c. *Sic concludit D. Ambr.* Cùm fuerit anima nostra pacifica: ut dicatur ei, convertere, convertere Sunamitis, quod pacificam significat, tunc accipiet in se signaculum Christum, idest imaginē Dei, ut sit ad imaginem Dei: quoniam qualis cælestis, tales & cælestes: & oportet nos portare imaginem cælestis, idest pacem. *Hæc omnia pulchré D. Ambros. in Cant. Rectè sponsa, quæ currus sponsi sui nominatur, & quatuor affectibus, quasi equis vehitur, quater per verbum Revertere, quater repetitum ab sponso revocatur, ut omnibus simul affectibus ad sponsum eam ad se ipsum vocantē convertatur.*

1300 *Tertio Regum* 1. Et invenerūt Abisag Sunamitidem, & adduxerūt
3 Reg. eam ad regem. *n.* 3. *Et Cant.* 7. Quid
1. *nu.* 3 videbis in Sunamitide, nisi choros
Cant. 7. castrorum. *n.* 1. *D. Ambr.* Quid vi-
num. 1. debis in ea, quæ multúm, & adversús plurimos in corpore præliata est? Etenim pugnavit adversùs extraneos hostes, pugnavit adversùs lubricas seculi mutationes, pugnavit adversùs corporis fragilitates, adversús multiplices passiones. Audivit à Domino: Convertere Sunamitis. *Ibi. Tanta enim erat Abisag Sunamitidis fortitudo, ut una sola instar esset non vnius tantùm exercitus, sed multorū castrorum, quorum omnes milites ipsa sola in virtute anima adæquaret.*

3 Reg. 1. Et invenerunt Abisag Sunamitidem, & adduxerunt 1301
eam ad regem. *n.* 3. *& Cant.* 7 Quid *3 Reg.*
videbis in Sunamitide nisi choros 1. *nu.* 3
castrorum? Quam pulchri sunt gressus *Cant.* 7.
sus tui in calceamentis, filia princi- *num.* 1.
pis. *nu.* 1. *D. Ambr.* Speciosa es in processu, habitasti in corpore, tamquam calceamento eo vsa, non ut involucro, ut quasi superior, & eminentior eo, ut tuum circumferres sine vlla offensione vestigium. *ibi. & infra.* Speciosam hîc significat animæ pulchritudinem, quæ carne tāquam calceamento vtitur, & in ipso calceamento impedimentum non patitur, sed incessus decore præcellit. Calceat ergo se anima gratiam, ut cursum huius vitæ, & transitum cum decore prætereat. Quod fit si calceamentum suum non inquinet luto corporali, nec in vitiorum mergat voraginem. *ibi.*

Et adhuc inferiùs. Sic ait D. Amb. 1302
Ad Moysem dictum est, solve calcea-
mentum tuum, & ad Iesum Nave: ad *Exod.*
Christum non est dictum, sed magis scriptum, dicente Baptista, post me venit vir, cuius non sum dignus calceamenta portare: quia illi bene admonentur, ut solvant calceamentū suum, qui sine peccato esse non poterant: hic autem non solùm calceamentum, sed etiam calceamenta nō solvit: quia non solúm corpus suum á peccato immune servavit, sed etiā omnium dedit indulgentiam peccatorum: ergo Ecclesia ad imitationem Christi speciosa est, & in calceamentis omni abluta delicto. *Ibi,*

Rectè

1303 *Rectè ergo Abisag filiam principis nuncupat sponsus, dum eam de incessu, quo terrena omnia contemnendo calcabat, commendabat: nisi enim terram pedibus terendo contemneret, servi alicuius, non verò principis filia meruisset appellari.*

1304 *Tertio Reg.* 1. Et stet coram rege. *n.* 2. *& Cant.* 7. Statura tua as-
3 *Reg.* similata est palmæ. *n.* 7. *D. Ambr.*
1. *nu.* 2. Virorem & integritatem pectoris
Cant 7. eius ostendit. Nulla est arbor, quæ
num. 7. ita perpetuò viret, ut palma: Statura ergo sponsæ assimilata est palmæ, quód viriditatem pudicitiæ, & illius innocentiæ naturalis, quam á primordio accepit, semper conservarit incolumem. *Ibi. Iure equidem Abisag Sunamitidis statura palmæ assimilatur, quæ, ut staret semper virgo coram David electa fuisse perhibetur, stetisse enim palmæ instar indicatur, in qua suæ virginitatis trophæa suspendere posset: in quibus suæ victoriæ gloriam immarcescibilis coronæ memoriam conservaret.*

Ex D. Hieronymo.

1305 T*ertio Reg.* 1. Et rex David senuerat, habebatque ætatis plu-
3 *Reg.* rimos dies: cùmque operiretur ves-
1 *á n.* 1 tibus, non califiebat. Dixerunt ergo ei servi sui: Quæramus domino nostro regi adolescentulam virginem, & stet coram rege, & foveat eum, dormiatque in sinu suo, & calefaciat dominum nostrum regem. Quæsierunt igitur adolescentulam speciosam in omnibus finibus Israel, & invenerunt Abisag Sunamitidem, & adduxerunt eam ad regem. *n.* 1. 2. *&* 3. *D. Hieronymus.* David annos natus septuaginta, bellicosus quondam vir, senectute frigescente, non poterat calefieri: Quæritur itaq; puella de vniversis finibus Israel Abisag Sunamitis, quæ cum rege dormiret, & senile corpus calefaceret. *Epist.* 2. *ad Nepotianum.*

Deinde sic inquirit D. Hierony. 1306
Nonne tibi videtur, si occidentem sequaris literam, vel figmentum es- 3 *Reg.*
se de mimo, vel Atellanarum ludi- 1 *á n.* 1.
cra? Frigidus senex obvoluitur vestimentis, & nisi complexu adolescentulæ non tepescit? vivebat adhuc Bethsabee: supererat Abigail, & reliquæ vxores eius, & concubinæ, quas scriptura cōmemorat. Omnes quasi frigidæ repudiantur, & in vnius tantùm grandævus calescit amplexibus? *In eadem Epist.* 2.

Et sic respondet D. Hier. adhuc rogando. Quæ est igitur ista Sunamitis, vxor, & virgo tam fervens, ut frigidum calefaceret; tam sancta ut calentem ad libidinem nō provocaret? Exponat sapientissimus Salomon patris sui delicias, & pacificus bellatoris viri narret amplexus. Posside sapientiam, posside intelligentiam: ama illam, & servabit te: honora illam, & amplexabitur te. *in eadem epist,* 2.

Alii tamen Doctores etiam in sensu literali exponunt hunc textum, quibus libenter adhæreo. Post multam igitur inquisitionem Abisag, quasi abscondita antea foret, inventa fuisse refertur: neque enim tantus pudicitiæ thesaurus, in quo cum pulchritudine virginitatis gemma servabatur, intactus esse posset, nisi á libidinosis puritatis prædonibus abscōderetur. 1307

Ex Ruperto Abbate.

T*ertio Reg.* 1. Et rex David senuerat, habebatque ætatis plu- 1308
rimos dies: cúmque operiretur vesti- 3 *Reg.*
bus, non calefiebat. Dixerunt ergo 1. *á n.* 1
ei servi sui. Quæramus domino nos *Cant.* 6.
tro regi adolescentulam virginem, *nu.* 11.
& stet coram rege. Et invenerunt *&* 12.
Abisag Sunamitidem &c. *á n.* 1. *Cant.* 6. Anima mea turbavit me propter quadrigas Aminadab; Revertere, revertere Sunamitis, revertere, revertere,

vertere, ut intueamur te. *n.* 11. & 12.

1309 *Rupertus.* Voces eiusdem Aminadab currentis in quadrigis suis erant huiusmodi. Tu o Sunamitis, idest, captiva vel despecta, revertere, & iterum dico revertere, & tertio dico revertere, & quarto dico, revertere, videlicet secundùm istas quadrigas meas. Cùmque reverteris, tu mihi es Sunamitis, quæ vel me, vel patrē meum antiquum dierum calefacias, secundùm similitudinem hanc. Et Rex David senuerat &c. *in expositione Cant.* Et stet coram rege. *Rectè dicitur de puella, quæ suam debuisset virginitatem servare, quod quærenda erat, ut coram rege staret, sic enim statu corporis animi sui statum indicaret, & á neutro neutiquam casura, sed & corpore, & animo virgo permansura, demonstraret.*

Ex D. Bernardo.

1310 Tertio Reg. 1. Dixerunt ergo ei servi sui: Quæramus domino nostro regi adolescentulam virginē, & stet coram rege. *D. Bernardus exponens illud Cant.* 6. Revertere, revertere Sunamitis: revertere, revertere ut intueamur te. *Sic ait D. Bernard.* Quater revocat animam, quam respicit dicens Revertere &c. ut intueamur te: quo videlicet nec in peccandi consuetudine, nec in conscientia peccatorum: sed nec in tempore, & torpore ingratitudinis, aut in elationis cæcitate persistat. A quo nos quadripartito periculo revocare dignetur, qui factus est nobis á Deo sapientia, & iustitia, & sanctificatio & redemptio Iesus Christus. *serm.* 3. *in annunciatione Dom.* Vt stet coram rege. *Adeo enim gratum regi spectaculū exhibebit á nobis inventa, & adducta puella, ut nec per minimam temporis morulam, rex absentiam illius patiatur. Quā, si ipsa casu se retrahat, non semel, aut bis, vel ter, sed quater, ut iterum illius fruatur aspectu, revocabit.*

3 Reg. 1. Cant. 6. nu. 11. & 12.

Ex Hugone Cardinali.

Tertio Reg. 1. Et rex David senuerat &c. *num.* 1. 2. & 3. *Hugo Card.* Christus, cuius corpus est genus humanum, sanctus David est. Vestes David sunt Iudæi, qui sicut vestes adhæserunt per cognitionem sed non calefaciebant David, idest Christum per dilectionem. Ideo dixerunt servi David, idest, Apostoli, qui Christo fideliter servierunt, Quæramus domino regi adolescentulam virginem, idest, Ecclesiam de gentibus. *Ibi. Noster David effuso in prælio suæ passionis sanguine, sui amoris, seu caloris defectum erga sponsam suam Synagogam Iudæorum servis suis cœpit propalare. voluit enim eos, ut sibi Ecclesiam gentium novam sponsam quærerent, quæ erga se ipsam divinū illius excitaret amorem, provocare.* 1311

3 Reg. 1. nu. 1. 2 & 3.

Tertio Reg. 2. Precor vt dicas Salomoni regi (neque enim negare tibi quidquam potest) ut det mihi Abisag Sunamitidem vxorem. *n.* 17. *Hugo.* Adonias Abisag quærit habere vxorem, ut per eam fiat rex. *Ibi. Sperabat enim ut per Abisag, quæ erat prudentissima fœmina, & amorem populi erga se ipsam, dum rex David viveret conciliaverat, regnum obtineret. Neque enim populus Abisag dominæ suæ, cuius erga se senserat amorem, regnum sponso suo postulanti suffragia denegaret.* 1312

3 Reg. 2. n. 17

Tertio Reg. 2. Quare postulas Abisag Sunamitidem Adoniæ? postula ei & regnum: ipse est enim frater meus maior me, & habet Abiathar sacerdotem, & Ioab filium Sarviæ. *n.* 22. *Hugo.* Timens Salomon offendere matrem, ostendit petitionem eius non esse dignam exaudiri. Adonias enim maior natu erat: & Abisag quasi regina erat, & potens. Præte- 1313

3 Reg. 2. n. 22

Præterea Adonias secum habebat potentes scilicet Abiathar, & Ioab, & ita ipse potentior esset Salomone & de facili posset sibi regnum acquirere. Has rationes ostendit Salomon matri suæ, ne offenderetur repulsa. *Ibi Adonias virginem Abisag, quæ Davidis patri sui quasi sponsa fuerat, in sponsam sibi à fratre Salomone dandam matris Salomonis intercessione postulabat. Quam tamen Salomon denegavit dicens,* Quare postulas &c. *Ac si diceret, dum Adonia Abisag Sunamitidem sponsam dandam petis, regnum mihi videris ei postulare, habens enim secum duos populi principes, scilicet Abiathar, & Ioab, qui ecclesiastica, & secularis dignitatis primatum, & principatum tenent, populum sibi vendicabit per timorem: unde si sponsam habeat Abisag à populo dilectam, populum etiam sibi alliciet per amorem, & sic procul dubio rex effectus imperabit.*

Ex Lyra.

1315 *Tertio Reg.* 1. Dixerunt ergo ei servi sui: Quæramus domino
3 *Reg.* nostro regi adolescentulam virginē,
1 *nu.* 2 & stet coram rege, & foveat eū &c. *num.* 2. *Lyra.* Servi sui, scilicet medici, qui erant solliciti de eius vita prolonganda propter suam sanctitatem. *num. suo* 3. *Inventa ergo Abisag puella, quasi optimum anthidotum contra senectutis venenum à medicis regi datur, ut per dilectionis erga ipsam vitalem ardorem, mortalem excluderet frigiditatis torporem.*

1316 *Tertio Reg.* 2. Precor, ut dicas Salomoni regi (neque enim negare
3 *Reg.* tibi quidquam potest) ut det mihi
2. *n.* 17. Abisag Sunamitidem vxorem. *num.* 17. *Lyra.* Illa enim fuerat vxor David, & per consequens regina, & sic per eam habebat viam veniendi ad regnum per auxilium Ioab, & Abiathar, & aliorum sibi faventiū, quod advertens Salomon, qui erat perspicatioris ingenii, quàm mater sua, respondit: Postula ei, & regnum: quasi dicat, per hoc intendit venire ad regnum. *n suo* 10. & 11. *Hoc dicebat Salomon, quia sciebat matrem suam Adoniæ, regnum minimè desiderare, ac proinde ex intentione sua petendo Abisag in vxorem Adoniæ, ei regnum minimè postulare.*

Ex Abulensi.

Tertio Reg. 1. Quæsierunt igitur adolescentulam speciosam in 1317
omnibus finibus Israel, & invenerūt 3 *Reg.*
Abisag Sunamitidem, & adduxerūt 1. *nu.* 3
eam ad regem. *n* 3. *Abulensis.* Quare cum tanta diligentia ministri David inquisierunt puellam pulchram? *Et respondet:* Primò, quia volebant ministri regis lætificare eum, & ad hoc volebant quòd puella ministraret ei, si autem illa esset turpis, rex esset molestus ei. Ideo cúm ipsa deberet semper stare coram ille; oportebat, ut esset speciosissima, & in omnibus valde composita, ut decor illius moveret regem ad quandam lætitiam. *quæst.* 9.

Deinde sic progreditur Abul. Secundum erat, quia ista puella debe- 1318
bat esse vxor regis: oportebat autem 3 *Reg.*
regis vxorem cæteras pulchritudine 1. *nu.* 3
excellere. *quæstio.* 5. *Magna procerum multitudine comitata Abisag ad regem ad ducta fuisse insinuatur; sic enim addeci decebat, quæ electa ex omnibus, ut tanti regis foret sponsa, à servis ipsius regis in curiam ad regis palatium ducebatur.*

Tertio Reg. 1. Et invenerunt 1319
Abisag Sunamitidem, & adduxerūt
eam ad regem. Erat autem puella 3 *Reg.*
pulchra nimis &c. *n.* 3. & 4. *Abul.* 1. *nu.* 3.
Dicitur Sunamitis, idest, de vrbe no- & 4.
mine Suna. Ista vrbs erat in sorte Issachar, ut patet Iosue 19. *n.* 9. *quæst.* 5. *Merito à civitate Suna Abisag Sunamitis cognominatur, non tam, ut Abisag ab ea civitate, quasi à nobili patria laudaretur: quam*

quám ut civitas, à qua tanta fæmina cognomen acceperat, inter alias civitates de illa fæmina, quam sibi civem vendicaverat, gloriaretur.

1320 *Tertio Regum* 1. Erat autē puella pulchra nimis &c. *n.* 4. *Abulen.* 3 Reg. 1. nu. 4 Commendatur valde Abisag de pulchritudine, quia erat pulchrior omnibus puellis Israel. Nam cùm in toto Israel diligenter inquisita fuisset mulier pulchra, nulla inventa est pulchrior, quám Abisag. *quæst.* 5. *Nimis pulchra Abisag fuisse memoratur, quæ in certamine pulchritudinis de pulcherrimis fæminis totius regni Israel obtenta victoria, digna fuit, quæ præ aliis, ut regina pulcherrimis pulchrior coronaretur.*

1321 *Tertio Reg.* 1. Et ministrabat ei. *n.* 4. *Abul.* Idest, dabat ei cibos 3 Reg. 1. nu. 4. manu sua, ut delectabiliús comederet de manu illius, quàm de manu alicuius alterius, eó quòd illa ministraret ei omnes cibos mundissimè. *q.* 5. *Neque enim rex cibos à dilecta sibi sponsa oblatos, tædio licet nimis forte affectus, respueret, sed cum desiderio reciperet, non tam delectatus ciborum sapore, quám deferentis cibos amore.*

1322 *Tertio Reg.* 2. Precor, ut dicas Salomoni regi (neque enim negare 3 Reg. 2. n. 17. tibi quidquam potest) ut det mihi Abisag Sunamitidem vxorem. *n.* 17. *Abul.* Non peto á te, nisi quòd roges; Neque enim negare tibi quidquam potest. Istud interposuit Adonias ad excludendam responsionem Bersabee, quia fortè ipsa diceret, Non petas á me hoc, quia Salomon non concedet mihi: ideo dixit Adonias quòd non poterat ei quidquam Salomon negare, quia erat filius eius ideoque non se excusaret ex hoc. *quæst.* 22.

1323 *Postea sic progreditur Abul.* Potest introduci aliter, scilicet quòd forté 3 Reg. 2. n. 17 Bersabee diceret Adoniæ, ego orabo pro te: & tamen intenderet nō orare, vel intenderet orare remissé, ita ut non fieret: ideo dixit Adonias, Non potest tibi quidquam negare; idest, Salomon non negabit aliquid, quod tu petieris: ideo si hoc mihi non obtinueris, intelligā quòd non orasti pro me, vel quòd remissé orasti; & sic Adonias imponebat Bersabee magnum onus orandi pro se efficaciter, ne putaretur ipsa negligens. *q.* 22.

Et exponens illud. Vt det mihi 1324 Abisag Sunamitidem vxorem. *nu.* 17. *Sic ait.* Ista Abisag erat, quæ 3 Reg. mortuo David mansit puella virgo, 2. n. 17 quam voluit Adonias habere vxorem. *q.* 22. *Abisag in vxorem ducere sibi Adonias optabat, non solùm propter illius speciositatem, sed propter illius regiam dignitatem, sperabat enim fore, ut non solùm similes essent in pulchritudine, erat enim Adonias pulcher valde cap.* 1. *n.* 6. *Sed etiam rex effectus, in regia amplitudine.*

Tertio Reg. 2 Vt det mihi Abisag 1325 Sunamitidem vxorem. *n.* 17. *Abul.* Quæretur an Abisag fuerit vxor Da 3 Reg. vid? *q.* 25. *Et existimans non fuisse Da-* 2. n. 17 *vidis vxorem sic ait.* Si Abisag fuisset vxor David, Adonias egisset contra legem petendo eam in vxorem, & sic Salomon habuisset occasionem occidendi Adoniam ex hoc: & tamē non imposuit ei hoc crimen, nec accusavit eum de hoc: ideo videtur quòd non fuisset vxor David ipsa Abisag. *q.* 25. Vt det mihi &c. *Pulcher valde Adonias, ut dicitur 3. Reg. 1. n. 6. Abisag pulchram nimis puellam virginem ut constat ex 3. Reg. 2. n. 4. sibi in vxorem dari postulabat, quia scilicet in ea similitudinem suæ pulchritudinis adamabat.*

Ex D. Dionysio Carthusiano.

Tertio Reg. 1. Quæramus domino nostro regi adolescentulā 1326 virginem, & stet coram rege. *n.* 2. 3 Reg. *Carth.* Virgo pudicissima, atque pul- 1. nu. 2. cherrima David regi desponsata, fuit

manens

manens inviolata, fuit beatissimæ Christiferæ virginis Mariæ figura, quæ est singularis, & vnica Christi sponsa, sed virgo mundissima. *art.* 2. Et stet coram rege. *Stet quasi quædam columna triumphalis, in qua Abisag suæ virginitatis trophæa victrix suspendat, eò quod, licet fuerit desponsata, nulla, nec etiam minima impuritatis labe suam pudicitiam, semper immaculata permanens, maculaverit.*

1327 *Tertio Reg.* 2. Precor, ut dicas Salomoni regi (neque enim negare tibi quidquam potest,) ut det mihi Abisag Sunamitidem vxorem. *n.* 17. *Carthus.* Non decet, ut aliquid rationabiliter petitum deneget tibi, tum ratione maternitatis, tum quia promovisti eum tua petitione ad regnum. *art.* 3. *Non solùm nomine proprio, sed etiam cognomine, reginam, quam sibi vxorem deposcebat, appellavit dicens, Abisag Sunamitidem, ut ex vtroque vnicam illam esse, sed instar multorum militantium in castris, & in choris canentium, iuxta illud Canticorum* 7. Quid videbis in Sunamitide, nisi choros castrorum? n. 1. *indicaret.*

3 *Reg.* 2. *n.* 17. — *Cant.* 7. *num.* 1.

1328 *Tertio Regum* 2. Responditque Salomon, & dixit matri suæ: Quare postulas Abisag Sunamitidem Adoniæ? postula ei & regnum. *nu.* 22. *Carth.* Quasi dicat, irrationabiliter petis, quamvis tu ipsa non advertas hoc. Salomon quippe acuti sensus, & prudens, & pristinæ ambitionis Adoniæ memor, statim advertit quò tenderet eius petitio, utpote ad regnum adipiscendum, ideo subditur, Postula ei & regnum. *art.* 3. *Salomon ex se ipso facilè fratrem suum Adoniam indicabat, & cùm ipse ad regnum interventu Bersabee evectus fuisset, Adoniam eiusdem Bersabee interventu velle sibi regnum assequi reputabat.*

3 *Reg.* 2. *n.* 22

Ex Caietano Cardinali.

Tertio Reg. 1. Quæramus Domino nostro regi adolescentulam virginem, & stet coram rege. *n.* 7. *Caietan.* Nefas erat regi offerre nisi virginem. *Ibi. Verò namque Davidi, Christo Domino, non nisi virgo, quæ sola digna eius sponsa foret, poterat exhiberi.* 1329

3 *Reg.* 1. *nu.* 7

Tertio Reg. 2. Et respondit rex Salomon, & dixit matri suæ: Quare postulas Abisag Sunamitidem Adoniæ? postula ei, & regnum. *n.* 22 *Caietan.* Hoc est, Petere Abisag vxorem Adoniæ, perinde est, ac petere ei regnum *Ibi. Cùm enim Abisag regina sit, habeatque multos regni proceres, quibus tempore patris mei beneficia contulit, quibus eos sibi conciliavit, facilè eos, ut Adoniam regem facere vellent, excitabit, & illorum exemplo vniversum etiam populum ad acclamandum virum suum regem provocabit.* 1330

3. *Reg.* 2 *n.* 22

SONVS XVII.

Abisai.

Ex D. Ambrosio.



1331 *Primo Regum* 26. Dixitque Abisai ad David. Conclusit Deus inimicum tuũ hodie in manus tuas: nũc ergo perfodiam eum lancea in terra semel, & secundo opus non erit. Et dixit David ad Abisai: Ne interficias eum: quis enim extendet manũ suam

1 *Reg.* 26. *n.* 8 & 9.

suam ad Christum Domini, & innocens erit? *n.* 8. *&* 9. *D. Ambr. loquēs de David, sic ait.* Insidias patiebatur á rege, vitā eius quærebat extinguere: sed dispositione divina in eius rex potestatem traditus, cúm totus pateret ad vulnus, ferituris socijs David sanctus occurrit, & á corpore perituri vulnus lethale retorsit; dicens: Nolite tangere christū Domini. *Apolog.* 1. *cap.* 6.

1332 In manus tuas. *Si in manus David conclusum à Domino Saulem esse dicebat, quare non ipsum Davidem, ut manu propria inimicum transfigeret, excitabat; sed Saulem ipse manu sua lancinare volebat? Forsan, ut ostenderet manus suas esse Davidis manus, ad imperium ipsius Davidis solummodò movendas. Obedientissimus sané dux, qui nec ad interficiendū imperatoris sui inimicum, manum propriam absque iussu imperatoris, cuius obsequio manum dedicaverat, extendebat.*

1 *Reg.* 26. *nu.* 8. *&* 9.

1333 *Secundo Reg.* 16. Dixit autem Abisai filius Sarviæ, regi: Quare maledicit canis hic mortuus domino meo regi? Vadam, & amputabo caput eius. Et ait rex: Quid mihi & vobis est filii Sarviæ? dimittite eum ut maledicat; Dominus enim præcepit ei, ut malediceret David: & quis est qui audeat dicere, quare sic fecerit? *n.* 9. *&* 10. *D. Ambros. Apolog.* 1. *de David sic ait.*

2 *Reg.* 16. *n* 9 *&* 10.

1334 Maledicebat ei vir cui nomen Semei, cruentum appellans, & virū sanguinis, dignoque iudicio Domini deiectum esse de regno: sed ne talibus quidem movebatur convitiis, movebantur autem comites eius. Denique vnus ex socijs (Abessa nomen viro) minatus est quód in iuriæ pretium caput eius auferret; sed rex conversus ad Abessa: Quid mihi, ait, & tibi est filij Sarviæ? ideo maledicit mihi, quoniam Dominus dixit illi, ut maledicat. Quám moraliter docuit quòd iniuriarum, vel periculorum nostrorum tempora, tentationum certamina, & examina probationum sint, & ideo non sine divino ea irrogari solere iudicio. *cap.* 6.

Et paulò infrà ad illud. Ecce filius meus, qui egressus est de vtero meo, quærit animam meam: quantò magis nunc filius Iemini? *n.* 11. *sic ait D. Amb.* O altitudo prudentiæ? O insigne patientiæ! O devorandæ contumeliæ grande inventum? Moveris inquit, Abessa, quód mihi maledicat extraneus, quem parricidio petit filius? Dominus dixit ei, ut maledicat mihi. Sed non est maledicus Dominus, nec delectatur contumeliis. *eadem Apolog.* 1. *cap.* 6. 1335

2 *Reg.* 16. *nu.* 11.

Et in libro 1. *de offic. exponens eundem locum* 2. *Reg.* 16. Quid mihi, & vobis est filii Sarviæ &c. *à n.* 10. *Et simul illud Psalmi* 38. Obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis: & dolor meus renovatus est. *v.* 3. *sic ait D. Ambros.* An hoc dixit tantummodó, non etiam fecit David? Imó & fecit. Nam cúm ei convitiaretur Semei, filius Iemini, tacebat David: & quamvis septus armatis, nō retorquebat convitium, non vltionem quærebat, eò vsque, ut dicente sibi Sarviæ filio, quòd vindicare in eum vellet, non permiserit. Ibat ergo tanquam mutus, & humiliatus, ibat tacens, nec movebatur, cúm vir appellaretur sanguinis, qui erat conscius propriæ mansuetudinis. *cap.* 6. 1336

2 *Reg.* 16 *à n.* 10.

Quid mihi & vobis filii Sarviæ? *Quid ais O David? Vide quid dicas; vni tantùm, an pluribus faris! Vnus tantùm tibi se obtulit Abisai, ut caput inimici tibi insultantis amputaret. Quare ergo tu, nō vni tantùm, sed pluribus loqueris, dicens,* Quid mihi & vobis &c? *Forsan, quia vnum Abisai pro multis in fortitudine reputabat: vel certé, quia fratres Abisai scilicet Ioab, & Asael ituros simul cum Abisai fratre suo, ut sic tres non solùm hostem occiderent convitiantem, sed cæteros omnes, qui ipsum defendere vellent, trucidarent.* 1337

2 *Reg.* 16. *à n.* 10.

Ex D. Gregorio Nysseno.

1338 Primo Regum.26. Dixitque Abi-
sai ad David; Conclusit Deus
1 Reg. inimicum tuum hodie in manus
26.n.8 tuas:nunc ergo perfodiam eum lan-
& 9. cea in terra, semel, & secundó opus
non erit. Et dixit David ad Abisai:
Ne interficias eum: quis enim ex-
tendet manum suam in Christum
Ps. 15. Domini,& innocens erit. *n. 8. & 9.*
& 16. *D. Gregor. Nyss. exponens titulum Ps.*
& 57. *15. qui titulus etiam præponitur Psalmo*
& 58. *16. Psal. 57. & Ps. 58. & sic habet*, In
finem, ne corrumpas. *Ita habet.* Ti-
tuli, seu columnæ inscriptio consi-
lium continet sectandæ longanimi-
tatis: illud enim:Ne corrumpas. Da-
vidis vox est, prohibentis armige-
rum, ne trucidet Saulem. *In Psal. cap. 6.*

1339 *Et iterum exponens vtrumque locum*
Reg. & Psal. sic ait D. Greg. Tituli seu
1 Reg. columnæ inscriptio hortatur, huius-
26. n.8 modi vocem, (Ne corrumpas) in
& 9. memoria, velut in columna incidē-
dam esse, ut & in similibus rebus, si
Psa. 15. quis casus ad vltionem eius, qui nos
contristavit, excitet, cogitatione
mandatum illud cædem vetans rele-
gamus, eoque ad patientiam,& lon-
ganimitatem impetum animi deflec
tamus. *in psal. cap. 6.*

1340 *Et in expositione Ps 58. cui titulus est.*
Ps. 58. In finem, ne disperdas, *Sic ait idem*
1 Reg. *D. Greg. Nyss.* Inscriptio victorem co
26. n.8 rona insignitum prædicat; rursus
& 9. columna testatur suprá humanam
facultatem huiusmodi victoriam es
se, ait enim: In finem, ne disperdas.
Et exponens hanc victoriam ita loquitur;
Ingreditur tentorium hostis sui,quē
cúm somno sopitum in lecto quo-
dam deprehendisset, non solùm cō-
tinuit propriam manum, properan-
tem fortassis, ut iræ indulgeret, &
obsequeretur,sed & armigerum iam
iam ad trucidandum Saulem festi-
nantem (Percutiam eum, inquit,
& secunda vice opus non erit) ab-
ducit ab illo impetu, adiecta insigni
illa, & vbique decantata voce; Ne
disperdas eum, qui nos disperdere
tanto conatu molitur. *In Ps. cap. 16.*

Deinde sic concludit D. Gregor. 1341
Nyss. Neque hoc solum hac in re ad-
miratione dignum est, quòd vitam 1 Reg.
largiatur ei, qui nihil non contra vi- 26. n. 8
tam ipsius machinabatur, sed quòd & 9.
David iam vnctus in regem, & pro-
bé gnarus, se aliter dignitatis huius
compotem fieri non posse, nisi Saul
è medio tolleretur; satiùs tamen iu-
dicarit, patientia & æquitate cum
privatæ vitæ laboribus conflictari,
quám expleta in adversarium ira, re
gale solium conscendere. *In Psalmos cap. 16.*

Præclarum ex hoc loco ernitur Abi- 1342
sai præconium, quem ad interficiendum
Saulem observatio divinæ providentiæ, se- 1 Reg.
cundùm quam à Deo Saulem conclusum 26. n.8
fuisse in manus Davidis existimabat, ex- & 9.
citavit: & conservatio humanæ innocen-
tiæ, quam non posse á se servari, si Saulem
occideret, monente Davide addiscebat, à
cæde Saulis revocavit.

Ex D. Chrysostomo.

Secundo Regum 16. Dixit autem 1343
Abisai filius Sarviæ regi: Quare
maledicit canis hic mortuus domino 2 Reg.
meo regi? Vadam, & amputabo ca- 16. n.9
put eius. Et ait rex: Quid mihi, & & 10.
vobis est filij Sarviæ? dimittite eum,
ut maledicat; Dominus enim præ-
cepit ei, ut malediceret David: &
quis est, qui audeat dicere, quare sic
fecerit? *n.9. & 10. D. Chrysost. tom. 1.*
Vt perspicias eam animi modera-
tionē non fuisse impotentiæ, sed pa-
tientiæ, cúm id princeps exercitus
cuperet sibi cōmitti, ut ad cōvitiā-
tē trāsiret, eiusq; caput amputaret, nō

solùm non permisit David, verùm etiam indignatus est, dicens: Quid mihi tecum fili Sarviæ? sinite illum maledicere, ut videat Dominus humilitatem meam, & reddat mihi bona pro maledictis huius in die hoc. Quod quidem & evenit. Vides quòd iustus intellexit magno animo perpeti convitia, occasionem esse maioris probationis. *hom. de fide Annæ.*

1344 *Et eodem tomo 1. Exponens eundem locum idem D. Chrysost. sic ait.*
2 *Reg.* Erranti sibi, & vniversis nudato:
16. *n.* 9 Semei homo quidam malus, & con-
& 10. taminatus sese exposuit, virum sanguinum eum appellans, & impium, milleque malis infectum, neque sic irritatus est: quin imò imperatorem exercitus rogantem, ut descendere permitteret, & illius truncare caput, non modò non permisit, sed & insuper ira concitus, dixit, Quid mihi, & tibi fili Sarviæ? Demitte eum, ut maledicat, si fortè aspiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi bonum pro maledictione hac hodierna. *de patient Iob hom.* 5.

1345 *Deinde sic progreditur D. Chrysost.*
2 *Reg.* Vides quomodo novit iustùs, quo-
16. *n.* 9 niam generoso animo perferre ma-
& 10. ledicta, occasio maioris sit meriti? Etenim sic se res habebat. Nam maledicta, & mille perferentes adversa, eos, qui nobis improperant, si fortiter toleramus; maiorem in nobis Dei gratiam cumulamus. *eadem hom.* 5. *de patient. Iob.*

1346 *Et in eodem tom.* 1. *Exponens idem*
D. Chrysost. illud. Ps. 38. Posui ori
2 *Reg.* meo custodiam, cúm consisteret pec
16. *n.* 9 cator adversùm me: obmutui, & hu-
& 10. miliatus sum, & silui à bonis, & do
Ps. 38. lor meus renovatus est. *Sic ait.* Dum fugeret magnus David parricidæ filij tyrannidem, Semei ei obviam factus, cespites, & lapides in eum proiecit, & convitiatorijs eum verbis appetijt, virum iniquum, & virũ sanguinum appellans, sed solita Philosophia vtens divinus David, non solùm eum non vltus est, sed etiam vnum ex ducibus conantem in eum iaculari probibuit, dicens: Sinite eũ mihi maledicere &c. magnam habẽt convenientiam cum hac historia verba huius psalmi, Posui ori meo custodiam &c. *in ps.* 38.

Quare maledicit canis hic mortuus domino meo regi? &c. *nu.* 9. 1347
Mortuum canem Abisaicus hostem convitiantem, seu canem adhuc post mortem la- 2 *Reg.*
trantem appellabat, quem non iam vivũ, 16. *n.* 8
sed à se occisum aspiciebat; nulla enim interposita, etiam minima morula, nisi illius cursum patientissimus imperator prohiberet, ad malidicentem enecandum alis amoris erga suum principem, & rancoris adversus illius inimicum convolaret.

Ex D. Gregorio Magno.

Secundo Regum 16. Dixit autem 1348
Abisai filius Sarviæ regi: Quare
maledicit canis hic mortuus domi- 2 *Reg.*
no meo regi? Vadam, & amputabo 16. *n.* 9
caput eius. Et ait rex. Quid mihi, & & 10.
vobis est filij Sarviæ? dimittite eũ, ut maledicat: Dominus enim præcepit ei, ut malediceret David: & quis est, qui audeat dicere, quare sic fecerit. *n.* 9. & 10. *D. Gregor. Mag. lib.* 30 *mor.* Verborum contumelijs pressus, cúm virtutem patientiæ servare non sufficit, David factum ad memoriam reducit, qui cùm eum Semei convitijs vrgeret, & armati proceres vlcisci contenderent, ait: Quid mihi, & vobis filij Sarviæ &c. Quibus profectò verbis indicat, quia pro perpetrato Bersabee scelere exurgentem contra se filium fugiens, reduxit ad animum, malum, quod perpetravit, & æquanimiter pertulit, quod audivit: & contumeliosa verba, non tam convitia, quàm adiutoria credidit, quibus se purgari, sibique misereri posse iudicavit. *c. suo* 9.

Deinde

1349 2 Reg. 16. n.9 *Deinde sic progreditur D. Gregor. Mag.* Tunc enim illata convitia bene toleramus, cúm in secreto mentis ad mala perpetrata recurrimus. Leve quippe videbitur, quód iniuria percutimur, dum in actione nostra conspicimus, quia peius est, quod meremur: sicque fit, ut contumelijs gratia magis, quám ira debeatur, quarum interventu Deo iudice pæna gravior declinari posse confiditur. *eodem cap. 9.*

1350 2 Reg. 16. n.9 Vadam, & amputabo caput eius. *n. 9. Sed quodnam est hoc facinus, quod promittis? Si alicuius ferocientis leonis, qui rugitibus regem tuum insequens, eum post ingentes latratus, quæreret devorare, caput amputare promitteres, egregium opus te facturum testareris. At canis vilis, & iam mortui caput amputare, opus est, quod puerulus quisque posset summa facilitate gladiolo suo peragere? Fortis, sed & humilis erat Abisai, ideoque egregiam suæ fortitudinis actionem, qua sine timore totius exercitus regem suum insequentis, caput unius hostis amputaret, quin illum totus hostium exercitus posset è suis manibus liberare, adeo facilem iudicabat, ut eam amputationem capitis canis mortui appellaret.*

Ex Ruperto Abbate.

1351 2 Reg. 16. n. 9 & 10. *Secundo Regum* 16. Dixit autem Abisai filius Sarviæ, regi: Quare maledicit canis hic mortuus domino meo regi? Vadam, & amputabo caput eius. Et ait rex: Quid mihi, & vobis est filij Sarviæ? dimittite eum, ut maledicat: Dominus enim præcepit ei, ut malediceret David: & quis est, qui audeat dicere, quare sic fecerit? *n. 9. & 10. Qui tam insolenter regi suo insultavit, postea veniam de suo delicto petivit, quam pro tempore obtinuit, ut constat ex 2. Reg. 19. ubi sic habetur.*

1352 2 Reg. 19 à n. 18. Semei autem filius Gera prostratus coram rege, dixit ad eum: ne reputes mihi dominè in iniquitatem, neque memineris iniuriarum servi tui. *à n. 18. & infra.* Et ait rex Semei: Non morieris; Iuravitque ei. *n. 23. Sed tandem ipsius Davidis iussu meritas pro crimine dedit pœnas, ut constat ex 3. Regum 2. ubi sic loquitur David filio suo Salomoni.* Habes quoque apud te Semei filium Gera, qui maledixit mihi maledictione pessima &c. tu noli pati eum esse innoxium. *n. 8. & 9.*

Rupertus considerans hæc omnia sic ait. 1353 Non propter hæc iniustus invenitur in facto suo David, ad quem venit Semei, qui maledixerat ei, & prostratus dixit, Ne reputes mihi domine mi iniquitatem &c. Et tunc quidem dixit, Non morieris, iuravitq; ei, sed postea cùm appropinquassent, dies, ut moreretur, dixit inter cætera filio suo Salomoni: Habes quoque apud te Semei &c. Non (inquam) iniustus in hoc facto invenitur David, quia non vero corde reconciliationem quæsivit Semei, nō præ desiderio iustitiæ pœnituit, sed serviliter metu pœnæ concidit, quia regem quidem oderat in corde suo, cui fugienti maledixit. Mutavit vocem, non mutavit mentem. *lib. 4. de glori. & hon. filii hominis in fine.*

Cùm Abisai audiret Semei veniam à Davide petentē, sic dixisse fertur 2. Reg. 1354 2 Reg. 19. nu. 21. *19.* Numquid pro his verbis non occidetur Semei, qui maledixit christo Domini. *n. 21. Quia enim non ex corde sed ex ore tantū pœnitentiam Semei Abisaicus agnoscebat, ideo eum indignum venia iudicabat, dicens.* Numquid pro verbis istis &c. *Qui enim solis oris verbis, & non affectibus cordis indulgentiā tanti criminis exposcebat, se ipsum indignum cōmiseratione efficiebat.*

Primo Reg. 26. 1355 1 Reg. 26. à n. 8. Dixitque Abisai ad David: Conclusit Deus inimicum tuum hodie in manus tuas; nūc ergo perfodiam eum lancea in terra semel, & secūdó opus nō erit. Et dixit David ad Abisai: Ne interficias eū: quis enim extēdet manū suā in Christum Domini, & innocens erit? Et

dixit David: Vivit Dominus, quia nisi Dominus percusserit eum, aut dies eius venerit, ut moriatur, aut in prælium descendens perierit: propitius sit mihi Dominus, ne extendam manum meam in christum Domini. *à num.* 8. *Rupertus.* David maluit exulare, quàm vti permissione legis dicentis; Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Tradiderat Dominus in manu eius Saul odientem, & persequentem, & nunc (ait Abisai) perfodiam eum lancea. Ait ille; Vivit Dominus &c. *lib.* 1. *de glo. & hon. filii hom. Exemplo Dei in manus Davidis Saulem concludentis regem Abisaicus ad vindictam excitabat, ne è manibus suis illæsum abire pateretur, quem divina iustitia comprehensum demonstrabat.*

Levit. 19.

Ex D. Bernardo.

1356 *Secundo Reg.* 16. Dixit autem Abisai filius Sarviæ regi: Quare maledicit canis hic mortuus domino meo regi? Vadam & amputabo caput eius. Et ait rex: Quid mihi, & vobis est filii Sarviæ? dimittite eum ut maledicat &c. *n.* 9. *&* 10. *D. Bernar. in Cant.* Parum est cúm per se ipsum humiliat nos Deus, si tunc libenter accipimus, nisi quando, & per alium hoc facit, sapiamus similiter. Quamobrem accipite huius rei mirabile documentum de sancto David.

2 *Reg.* 16. *n.*9 *&* 10.

1357 *Et sic documentum proponit D Ber.* Aliquando maledictum est illi á servo. At ille nec cumulatam iniuriam sensit, quia præsensit gratiam. Quid mihi, ait, & vobis filij Sarviæ? O verè hominem secundúm cor Dei, qui se vlcisceti potiùs quám exprobrãti succensendum putavit. Vnde & secura conscientia loquebatur, si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam meritó ab inimicis meis inanis. *Ps.* 7.

2 *Reg.* 16. *n.*9 *&* 10.

Et tandem sic concludit D Ber. Vetuit ergo prohiberi maledicum conviciantem, quæstum æstimans maledicta. Et addit: Dominus misit illũ ad maledicendum David. Prorsus secundùm cor Dei, qui de corde Dei ferebat sententiam. Sæviebat lingua maledica, & ille intendebat quid in occulto ageret Deus. Vox maledicentis in auribus, & animus inclinabat se ad benedictionem. Numquid in ore blasphemi Deus? Absit Sed eo vsus est ad humiliandum David. *serm.* 24. 1358

2 *Reg.* 16. *n.*9 *&* 10.

Dominus enim præcepit ei ut malediceret David. *n.* 10 *Non solùm authoritatem regiam, sed & divinam ad desuadendum Abisaicum á vindicta sumenda interposuit, sciens Abisaicum adeo ad vindicandam iniuriam sibi, & regi à servo vili factam, accensum esse, ut solùm Dei authoritas posset eum à vindicta sumenda retardare.* 1359

2 *Reg.* 16. *nu.* 10.

Ex Hugone Cardinali.

Primo Paralip. 11. Abisai quoque frater Ioab ipse erat princeps trium, & ipse levavit hastam suam contra trecentos vulneratos, & ipse erat inter tres nominatissimus. *nu.* 20. *Hugo.* Princeps trium, id est primus inter tres. *Ibi. Quid mirum, si trium princeps diceretur, qui hastam suam contra trecentos hostes elevabat eosque omnes, quin ab aliquo vulnus acciperet, vulnerabat, idque tanta celeritate, ut qui eum contra illos, eisque ei repugnantes spectaret, non eos priùs contra Abisaicũ armatos, quàm ab illo vulneratos posset intueri.*

1 *Paral.* 11. *nu.* 20.

Ex Lyra.

Primo Reg. 26. Dixitque Abisai ad David: Cõclusit Deus inimicũ tuum 1361

1 Reg. 26. n. 8 tuum hodie in manus tuas; nunc ergo perfodiam eum lancea in terra semel, & secundò opus non erit. *n.* 8. *Lyra.* Accepit licentiam interficiendi Saul, quia sciebat quòd David non interficeret eum manu propria. *num. suo* 1. *Et ad illud,* Nunc ergo &c. *sic ait.* Ita vno ictu interficiam eum perfectè, quód non oportebit vltra manum apponere. *num. suo* 2. Nunc ergo perfodiam eum lancea: *Vt eum, qui antea Davidem non semel lancea percutere intentaverat, cùm in eum, illam, (Deo ipsius irritante conatum, lanceamque ad parietem divertente) evibraret; lancea nunc transverberaret, cuius ictum non paries, illaeso corpore, exciperet, sed terra: at postquam ipsum Saulem priùs lancinaret.*

1362 *Secundo Regum* 16. Dixit autem Abisai filius Sarviae regi: Quare maledicit canis hic mortuus Domino meo regi? Vadam, & amputabo caput eius. Et ait rex Quid mihi, & vobis est filij Sarviae? dimittite eum, ut maledicat; Dominus enim praecepit ei, ut malediceret David. *num.* 9. *&* 10. *Lyra.* Ex hoc patet quód Ioab similiter Semei occidere volebat, & fratrem suum Abisai ad hoc incitabat. *num. suo* 3. *Et ad ilud.* Dimittite, *Sic ait.* Quia eius maledictio est mihi materia ad exercitium patientiae. *num. suo* 4. Quid mihi & vobis est? *Erat certé maxima sanguinis coniunctio, siquidem Ioab, & Abisai, & Asael tres fratres filii Sarviae, Davidis nepotes erant quia Sarvia erat Davidis soror. Omnes tamen nepotes David, negabat: cùm enim eum ad vendicandam sibi illatam iniuriam excitabant, non eos propinquos amicos, sed verè domesticos hostes, verèque sibi inimicos, sua regiae patientiae repugnantes, reputabat.*

(2 Reg. 16. n. 9 & 10.)

1363 *Primo Paral* 18. Abisai verò filius Sarviae percussit Edon in valle Salinarum, decem, & octo millia: & constituit in Edom praesidium, ut serviret Idumaea David. *numer.* 12. *&* 13. *Lyra.* Secundo Regum 8. hoc attribuitur ipsi David. Dicendum quòd attribuitur David sicut regi: Abisai verò sicut duci vnius aciei, qui fecit quid notabile in illa victoria. *num. suo* 6. *Cùm haec victoria in secundo libro Reg. cap.* 8. *refertur, post eam fecisse sibi David nomen enunciatur: & merito. Tunc enim nominis sui famam David per orbem vniversum divulgabat, quando talem se ducem habere ostendebat, qui non sibi, sed regi suo gloriam victoriae à se obtentae deputaret.*

(1 Paral 18. nu. 12. & 13.) (2 Reg. 8.)

Ex Abulensi.

Primo Regum 26. Ait David ad Achimelech Hethaeum, & Abisai filium Sarviae, fratrem Ioab, dicens: Quis descendet mecum ad Saul in castra? Dixitque Abisai: Ego descendam tecum. *num.* 6. *Abulensis.* Iste Abisai erat filius Sarviae. Notificatur hic genus huius, quia fuit vir excellens robore. Vnde ipse connumeratus est inter tres viros fortissimos, qui iuerunt in Bethlem, ut ducerent inde aquam pro David: & soli non timuerunt totam stationem Philistinorum: sed irruperunt castra eorum 2. lib. Reg. cap. 23. Ego descendam tecum. *Ostendens & animositatem, qua periculum illud maximum contemnebat: & fidelitatem, qua se regi suo, casus in omnes fidelem socium, offerebat.* 1364

(1 Reg. 26. n. 6)

Primo Regum 26. Ait David ad Achimelech Hethaeum, & Abisai filium Sarviae fratrem Ioab dicens: Quis descendet mecum ad Saul in castra? Dixitque Abisai; Ego descendam tecum. *num.* 6. *Abulen.* Quaeret aliquis quare David non duxit secum vtrumque in castra, quia ambo erant viri fortissimi? 1365

(1 Reg. 26. n. 6)

 Aliquis

Aliquis respōdebit, quia istud, quod David aggrediebatur, erat aliquid valde durum, ad quod fortè non auderent descendere illi cum eo: ideo noluit iubere eis quód descenderēt: sed petivit per modum electionis, quis vellet descendere. Abisai autē voluit, & Achimelech non ausus est: ideo non descendit cum eo nisi Abisai. *q.* 6.

1366 *Non placet tamen hæc solutio Abulensi, vnde sic progreditur.* Sed hoc nō stat: quia isti duo egressi fuerant de loco aliorum cum David, ut ipsi irent quocunque iuberet David: nō erat ergo verisimile, quód aliquis eorum postea recularet exponere se periculo propter timorem; præsertim cúm David se exponeret huic periculo. Nam cognita certissima morte, vterque eorum dignum duceret mori, vbi moreretur David: quantò magis nunc cùm dubius esset eventus: non ergo recusasset aliquis eorum descendere. *q.* 6. Quis descendet mecum? *Primus ipse David se maximo illi periculo exponebat: & exemplo suo sibi socium aliquem fieri postulabat. Nullus namque strenuus miles periculum subire recusaret, in quo regem sibi comitem vendicaret.*

1367 *Primo Regum* 26. Dixitque Abisai ad David: Conclusit Deus inimicum tuum hodie in manus tuas: nunc ergo perfodiam eum lancea in terra semel, & secundò opus non erit. *n.* 8. *Abulensis.* Quæret aliquis cur Abisai dicebat David, Perfodiam eum lancea, quia sciebat quòd David hoc nollet, nam iterum Deus tradiderat Saulem in manus eius, & noluit percutere eum quin potiùs confregit viros suos sermonibus, ut non insurgerent in eum suprá cap. 24. nunc igitur non consentiret quòd Abisai percuteret eū? *sic respondet Abul.*

1 *Reg.* 26. *n.* 8

1 *Reg.* 24.

1368 Dicendum quód Abisai motus fuit ad dicendum hoc, quia vidit quód Dominus tradiderat Saulē in manus David; & hoc videbatur esse ad aliquem finem: non erat autem alius, nisi ut David occideret Saulem, cum esset hostis illius: ideo voluit occidere illum. *q.* 8. *deinde soluens obiectionem factam sic progreditur idem Abulensis.*

1 *Reg.* 26. *n.* 8

Cúm autem dicitur quòd David prohibuerat viros suos, ne insurgerent in Saulem suprà cap. 24. Dicendum quòd Abisai crederet rationabiliter debuisse mutari cor David. Ipse enim primò misertus fuerat Sauli: & proposuit Saul numquam persequi David, sed potiùs oravit, ut Deus redderet ei vicem pro bono opere, suprà cap. 24. nūc autem denuò persequebatur David, nihil faciente David: ideo rationabiliter debuisset David moveri ad occidendum eum: vnde forté Abisai credidit mutatum esse cor David. *quæstio.* 8. *Ergo Abisai cum divina Dei providentia ad occidendum Saulem excitabat, & humana sui regis clementia eum ab interficiendo Saulem retardabat, ideoq; dubius exposcebat, an eum lancea transverberare deberet.* 1369

1 *Reg.* 26. *n.* 8

1 *Reg.* 24.

Primo Regum 26. Et dixit David ad Abisai: Ne interficias eum: quis enim extendet manum suam in Christum Domini, & innocens erit? *n.* 9. *Abulen.* Vidit David Abisai promptum esse ad occidendum Saulem: ideo restitit ei iubendo, ne faceret, & iurando super hoc. Quis enim extendet &c. Id est quis poterit extendere manum ad occidendū regem? quasi diceret, nullus: quia Deus fecit eum superiorem omnibus, & nulli præstitit auctoritatem super ipsum: sed Deus solus est vltor iniquitatum eius. Vnde solum Deū David invocavit in iudicem, suprá cap. 24. dicens, Iudicet Deus inter me, & te. *quæst.* 9. *A Saule David vindictam sumere nolebat, sed à Deo sumendam committebat; Abisai cum docens non solùm considerare potentiam, qua posset facilè Saulem dormientem lanceare: sed* 1370

1 *Reg.* 26. *n.* 9

1 *Reg.* 24.

sed innocentiam, quam non posset, si illum occideret, conservare.

1371 *Primo Regum* 26. Vivit Dominus. *num.* 10. *Abulensis.* Hoc iurat David de non occidendo Saulem: & hoc fecit ad significandum intentionem suam Abisai, ne occideret Saulem: quia si fortè indicasset ei intentionem suam esse quasi indifferenter, vel verbis non efficacibus locutus fuisset, Abisai fortè occideret Saulem: ut ergo desisteret, expressit intentionem suam efficacioribus verbis, scilicet iurando, ideo tunc destitit Abisai. *q.* 9. Vivit Dominus. *David viventem Dominum inducebat Abisaico, qui de nece Saulis pertractabat; ut sic eum ab inferenda iniustè nece retardaret. Neque enim Abisaicus Saulem occidisset, si de illius occisione se apud viventem Deum, rationem redditurum mente cogitaret.*

1 *Reg.* 26. *nu.* 10.

1372 *Primo Regum* 26. Nunc igitur tolle hastam, quæ est ad caput eius, & scyphum aquæ, & abeamus. Tulit igitur David hastam, & scyphum aquæ, qui erat ad caput Saul, & abierunt. *num.* 11. & 12. *Abulen.* Quamquam dicatur quòd David tulerit, intelligendum est quód tulerit Abisai: quia Abisai erat minister Davidi: etiam quia David iusserat hoc Abisai dicens, Nunc tolle hastã, quæ ad caput eius est, & scyphum. Sed dicitur David tulisse, quia iussit illã deferri. *quæst.* 12. *Forsan primus David lanceam, & scyphum tulit, & postea dedit Abisaico, ut ipse ferret. ut sic militem suum rex consortem faceret gloriæ, & honoris, quem socium fecerat periculi, & laboris. Erant enim lancea, & scyphus spolia triumphalia, quæ rex suis erepta manibus, sui militis manibus ad suum regressus exercitum, victor de hostibus, vel si malueris, de se ipso, reportabat.*

1 *Reg.* 26. *nu.* 11. & 12.

1373 *Secundo Reg.* 2. Persequentibus autem Ioab, & Abisai fugientem Abner, sol occubuit. *num.* 24. *Abulensis.* Hic ponitur belli cessatio ad petitionem Abner: & dicitur. Persequentibus autem &c. Non solùm isti persequebantur Abner: sed etiam cæteri viri, qui erant cum Ioab, fit tamen mentio de illis duobus, quia ambo erant quasi principes. Nã Ioab erat princeps militiæ David: Abisai autem erat frater eius. Ideo cõputebantur ambo tamquam principes. *q.* 17.

2 *Reg.* 2. *n.* 24

Omnes, qui post Asaelem insequebantur Abner principem militiæ in exercitu Saulis, ubi primùm veniebant ad locum, in quo Asael ab Abner occisus iacebat, subsistebant: ut constat ex textu. 2. *Reg.* 2. *num.* 23. *Soli ergo Ioab, & Abisai, qui erant fratres Asaelis videntes eum occisum ab Abner, rancore illius pleni persequebantur occisorem, ut fratris sui occisi mortem morte occisoris vindicarent. Cùm tamen per id temporis occidisset sol, cessarunt à persequendo occisorẽ, ne ultra solis occasum, suum adversus hostem extenderent rancorem.* 1374

2 *Reg.* 2. *n.* 23.

Primo Paral. 11. Abisai quoq; frater Ioab ipse erat princeps trium, & ipse levavit hastam suam contra trecentos vulneratos, & ipse erat inter tres nominatissimus. *num.* 20. *Abulensis.* Erat iste Abisai interdùm dux in bellis David. Nã Ioab erat dux unius partis militum: & ipse alterius, ut fuit in bello contra Amonitas; ut patet 2. Reg. 10. Fuit etiam dux in bello contra Idumæos; & occidit decem, & octo millia virorum: ut patet 2. Reg. 8. *q.* 18. Ipse elevavit &c. *Unus enim erat, sed adeo fortis, ut trecentos in fortitudine, non solùm adæquaret, sed superaret; tamque certum erat eos ab ipso vulnerandos, ut illos, dum contra eos elevaret hastam, iam vulneratos esse reputaret.* 1375

1 *Paral* 11. *nu.* 20.

2 *Reg.* 10.

2 *Reg.* 8.

Primo Paral. 18. Abisai verò filius Sarviæ percussit Edom in valle salinarum decem, & octo millia, & constituit in Edom præsidium, ut serviret Idumæa David. *num.* 12. & 13. *Abulensis.* Iste Abisai erat frater Ioab principis militiæ David: habebat namque David duas sorores, scilicet 1376

1 *Paral* 18. *nu.* 12. & 13.

 licet

licet Abigail, & Sarviam: habuit Sarvia tres filios scilicet Ioab, Abisai, & Asael. Abisai frater Ioab fuit strenuus vir in bellis, & ipse erat prin-
2 Reg. ceps exercitus interdum cum Ioab,
10. sicut patet. 2. Reg. 10. Et sequenti
1 Paral cap. Et nunc fecit eum David prin-
19. cipem exercitus contra Idumæos,
2 Reg. ut patet in litera secundo Reg. 8.
8. Erat enim vir animosus: nam ipse solus descendit cum David in castra Saulis vbi erant tria millia virorum
1 Reg. & voluit percutere Saulem lancea:
26. 1. Reg. 26. Ipse quoque fuit primus
2 Reg. inter triginta viros fortes David 2.
23. Reg. 23. Et suprá 11. Et ipse fuit princeps inter illos viros, qui vene-
1 Paral runt ad David, quando erat in præ-
12. sidio: & dixit, Tui sumus ò David, & tecum filij Isai suprá 12. Ipse quo-
2 Reg. que liberavit semel David à morte,
21. quando quidam gigas Philisthinus nitebatur occidere David deficientẽ iam viribus 2 Reg. 21 *q.* 25.

1377 *Et ad illud.* Percussit Edom in valle salinarum. *Sic ait idem Abulensis*.
1 Paral Id est pugnavit contra Idumæos, &
18. *nu.* percussit eos in valle salinarum idest
12. in quadam valle vbi erat sal. Erat enim David intentus multis bellis simul, & non poterat ire ad omnia. Ideo misit Abisai principem belli contra Idumæos. Et constituit in Edom præsidiũ id est posuit milites in Idumæa ad custodiendum fortalitia eius, ut terra non rebellaret David, ut serviret ei sub tributo. *q.* 25. *In valle Salinarum, in quo David fecisse*
2 Reg. *sibi nomen enarratur.* 2. *Reg.* 8. *n.* 13.
8. *n.* 13. *Cùm enim Abisai victoriam de hostibus reportabat, non suum sed Davidis nomen celebrabat.*

Ex D. Dionysio Carthusiano.

1378 Secundo Regum 2. Persequentibus
2 Reg. autem Ioab, & Abisai fugientem
2. *n.* 24 Abner, sol occubuit. *num.* 24. *Carth.* Ad vlciscendum sanguinem fratris sui. Sol occubuit, ideo propter imminentem noctis caliginem oportebat cessare à prælio. *art.* 3. *Licet enim eos à persequendo Abner posset mors Asaelis fratris sui retardare, qui ex eo quòd persecutus fuerat eundem Abner ab eo occisus erat, tamen illos ipsa Asaelis mors ad persequendum occisorem excitabat; magis enim movebantur fratris amore, quã retrahebantur mortis timore.*

Secundo Reg. 3. Igitur Ioab, & Abisai frater eius interfecerunt Ab- 1379
ner, eó quód occidisset Asael fratrẽ
eorum in Gabaon, in prælio. *n.* 30. 2 *Reg.*
Carth. Videtur Iosephus velle quód 3. *n.* 30
ipso Ioab loquente cum Abner in dolo, Abisai occiderit eum lib. 7. Antiquit. cap. 1. sed potiús tenendum videtur, quòd Ioab propria manu hoc fecerit, sicut, & textus apertè iam recitavit; & si Abisai hoc fecisset, David maledixisset ei, sicut & ipsi Ioab. Infra quoque habetur, quód David in extremis agens, filio suo Salomoni præcepit, ut mortem Abner vindicaret in Ioab; quód si Abisai occidisset hunc Abner, David non dimisisset eum innoxium. *ar* 5.

Aliam præbet rationem contra opi- 1380
nionem Iosephi, & sic ait Carth. Abisai
fuit tam audax, & fortis, quód bene 2 *Reg.*
ausus fuisset apertè invadere Abner 3. *n.* 30
neque erat ita callidus, ac dolosus, ut Ioab. Cur ergo Ioab, & Abisai dicuntur occidisse Abner, nisi quia Ioab id egit, & Abisai consentiens astitit, & paratus erat iuvare, si necessarium esse vidisset. *art.* 5. *Solus Ioab principem militiæ Abner interfecisse refertur suprà n.* 27. *Quare ergo mors illius etiam Abisaico in hoc loco tribuitur? Forsan, quia licet Abisai illum non interfecerit in effectu; illum tamen occidit in affectu, qui, si non apud homines; apud Deum tamen prò homicidio iudicatur.*

Secundo Reg. 16. *Et ait rex*: Quid
mihi & vobis est filij Sarviæ; dimit- 1381
tite eum, ut maledicat &c. *num.* 10.
Carth.

1 Reg. 16. nu. *Carth* Et ait rex, Abisai volenti vlcisci tantam regis iniuriam. Quid mihi, & vobis, hoc est cur intromittitis vos de vindicta iniuriæ meæ nolente me, ex quo quidam eliciũt, quòd & Ioab nolebat occidere virũ illum iniquum. Vel loquitur ita David, quia Abisai, & Ioab fratres vterini, quasi in omnibus consenserũt. *art. 25. Mors Abneris à Ioab solùm illata, Abisaico fratri Ioab etiam deputatur; occisio Semei ab Abisaico intentata, etiam fratri Abisaici tribuitur, ut vtriusque fratris, & in animo, & in opere consensus demonstretur; ita enim eos fraternus amor copulaverat, ut in omnibus actis, & agendis, vnus, idemque in duobus animus, vna, eademque in ambobus manus esse videretur.*

1382 *Primo Paral* 11. Abisai quoque frater Ioab ipse erat princeps trium, & ipse levavit hastam suam contra trecentos vulneratos, & ipse erat inter tres nominatissimus; & inter tres secundus inclitus & princeps eorum. *num.* 20. *&* 21. *Carth.* Videtur in verbis his difficultas. Si etenim fuit inter tres nominatissimus, & princeps, seu primus eorum, quomodo fuit inter tres secundus? Nisi forté dicatur fuisse inter tres secundus, id est medius inter eos, tamquam sustentamentum quoddam aliorum duorum. *art. 11 Medius ergò Abisaicus inter duos fortissimos incedebat, dum bellum ingrederetur, ut duos illos sibi adhærentes defensaret, non autem, ut per illos ab hostibus defenderetur.*

1 Paral 11. nu. 20. & 21.

Ex Caietano Cardinali.

1383 *Secundo Regum* 3. Igitur Ioab, & Abisai frater eius interfecerunt Abner, eó quòd occidisset Asael fratrem eorum in Gabaon, in prælio. *n.* 30. *Caiet.* Conscium fuisse criminis Abisai manifestat scriptura. Eó quòd occidisset Asael fratrem eorũ in prælio. Ad accusationem Ioab, & Abisai spectat hæc prælii causa: iniusta siquidem censetur vltio adversùs eos, qui occiderunt in prælio: quoniam non odio personarum: sed belli iure occisio fit in prælio: & propterea David iniquam iudicavit huiusmodi vltionem. *Ibi. Qui enim iam olim persecuti fuerant Abnerem, ut eum occiderent, tamquam fratris sui occisorem, id, quod tunc efficere non potuerunt, postea præstiterunt: semper enim in eis fuit voluntas vltionis, solaque defuit occasio occisionis.*

2 Reg. 3. n. 30

Secundo Reg. 10. Reliquam autẽ partem populi tradidit Abisai fratri suo, qui duxerat aciẽ adversùs filios Ammon. *n.* 10. *Caiet.* Tradidit Abisai. Prudenter Ioab medium se videns inter duos exercitus inimicorum, divisit suum exercitum in duas partes é regione vtriusque exercitus: ut & neuter haberetur á tergo, & mutuó se se adiuvare possent ipse, & frater eius, utpote in medio existentes. *Ibi. Vterque frater exercitum sibi oppositum summa facilitate fugavit; vterque gloriosam de hostibus victoriam reportavit. Sed quanam fuit victoriarum causa? fraternus, ut credo, amor, qui eos auxilium sibi mutuò præstaturos, promittentes, ut pro se ipsis contra inimicos pugnarent, animavit.* 1384

2 Reg. 10. n. 10

Secundo Regum 16. Dixit autẽ Abisai filius Sarviæ regi: Quare maledicit canis hic mortuus domino meo regi? Vadam, & amputabo caput eius. Et ait rex. Quid mihi, & vobis est filij Sarviæ &c. *n.* 9. *&* 10. *Caiet.* Cur maledicit canis moriturus? Verba sunt parvi pensionis. *Ibi. Rectè calumniatorem Abisaicus cani conferebat, quippe qui ut canis, qui mordere non posset, contra regem suum actus in rabiem, oblatrabat.* 1385

2 Reg. 16. n. 9 & 10.

Primo paral 11. Abisai quoque frater Ioab, ipse erat princeps trium, & ipse levavit hastam suam contra trecentos vulneratos, & ipse erat inter tres nominatissimus. *num.* 20. *Caiet.* 1386

1 Paral 11. nu. 20.

Caiet. Abisai quoque frater Ioab, ipse fuit caput trium, & ipse levavit lanceam suam super trecentos interfectos: & ipse erat inter tres nominatissimus. Hebraicè habetur. Et ei nomen inter tres. Hoc est inter istos tres præcipuos erat nominatus nomine gloriæ. *Ibi.*


1387 *Et ad illud.* Et inter tres secundus inclitus, & princeps eorum. *nu.* 21. *sic ait idem Caietanus.* Hebraicé habetur. Ex tribus in duobus est honoratus, & fuit eis in principem. Explanatur gloria Abisai inter præcipuos: quod videlicet inter eos nõ erat secundus, aut tertius, sed inter ipsos tres honorabatur à duobus, & ad hoc magis explicandum subiungitur, quód fuit eis in principem. Ipse elevavit &c. *Licet enim dux foret generalis, non solùm suorum militum hastis contra hostes pugnabat: sed ipsemet hastam suam elevando contra adversarios decertabat; dumque illam dimicando elevaret, non tam contra vulnerandos instrumentum videbatur ferre dimicantis, quàm de hostibus interfectis trophæum erigere triumphantis.*

Primo Paral. 18. Abisai verò filius Sarviæ percussit Edon in valle Salinarum, decem, & octo millia, & constituit in Edon præsidium, ut serviret Idumæa David. *n.* 12 *&* 13. 1388 1 *Paral* 18. *nu.* 12. *&* 13. *Caiet.* Tamquam duci exercitus illius, qui pugnavit, attribuitur Abisai hæc victoria, quæ Davidi regi, ut summo capiti totius exercitus attribuitur. 2. Reg. 8. Et constituit in Edon præsidiũ. Parvi refert quòd Hebraicè habetur. Præfectos, & fuerunt omnes Idumæi servi David, Quoniam, & præfecti in Idumæa constituti sunt & militare præsidium ad servandum eam, ne deficeret à regno Davidis. *Ibi. In Idumæa præsidium ex militibus Israelitis Abisaicus constituit, ut qui sciret Idumæos Davidi regi extraneo, non amore, sed timore solummodò servituros.*

SONVS XVIII

Abiu.

Ex Philone Hebræo.

1389 *xod.* 24. Moysi quoque dixit: Ascende ad Dominum tu, & Aaron, Nadab & Abiu, & septuaginta senes ex Israel, & adorabitis procul. *num.* 1. *Philo.* Quisquis in tantam sublimitatem elevatus fuerit, nullam animæ suæ partem infra in rebus mortalibus immorari sinet, sed omnes tanquam é catena pendentes simul attrahet; ideo tale oraculum illi sapienti est redditum. Ascende ad Dominum tuum, tu & Aaron, & Nadab, & Abiu, & septuaginta seniores Israel, hoc est, ascende ò anima ad eius, qui est, contemplationem, compositè, rationaliter, spõte, intrepidè, amanter, in numeris sanctis perfectisque septenarij decuplicati, nam Aaron propheta dicitur Moysis, in lege, sonorus sermo, menti prophetalis. Nadab autem Voluntas-

Exod. 24. *n.* 1

luntarius interpretatur, qui non coactus colit Deum. Abiu veró Pater meus. Hic non propter imprudentiam Domino, sed propter prudentiam Patre opus habet Deo. *lib. de migratione Abrahami.*

1390 *In montem igitur, ad quem Dominus erat descensurus amoris quadrigæ,*
Exod. *quam hac duo fratrum paria trahere pos-*
24.n. 1 *sent, paratam voluit invenire: ut ex ea legem, quæ ex duplici amore Dei, & proximi tota pendere deberet, per orbem discurrens, promulgaret: quasi in amore Aaronis erga Moysem à Deo deum constitutū, amorem erga Deum, & in amore Abiu erga fratrem suum Nadab, amorem proximi significaret.*

Ex D. Ambrosio.

1391 Levit. 10. Arreptisque Nadab, &
Abiu, filij Aaron thuribulis, po-
Levit. suerunt ignem, & incensum desu-
10.n. 1 per, offerentes coram Domino ig-
& 2. nem alienum: quod eis præceptum non erat. *num.* 1. *D. Ambrosius.* Ignis alienus est libido. Ignis alienus est omne iniustæ incendium cupiditatis. Ignis est alienus omnis ardor avaritiæ. Hoc igne nemo mundatur, sed exuritur. Nam vbi iste ignis alienus est, si quis in conspectu se offerat Domini, ignis eum cælestis absumit, sicut Abiu, & Nadab, quos exussit ignis cælestis; qui ergo vult mundare peccatum suum, ignem à se removeat alienum. Illi soli igni se offerat, qui culpam, non hominem exurit. *in cap.* 10. *Levit.*

1392 *Et infra sic progreditur D. Am-*
bros. Qui sit iste ignis, audi dicentē:
Matt, 3 Quia Iesus baptizat in Spiritu Sanc
to, & igne. Hic est qui peccatum
Luc. 19 Zachæi abstulit dicentis quód dimi
Luc. 23 dium bonorum suorum daret pau-
Deut. 4 peribus, & si cui quidquam abstulit redderet quadruplum. Hic est ignis, qui abstersit culpam latronis. Ignis enim consumens est, qui dixit ei: Hodie mecum eris in paradiso. Illos itaque sanavit, in quibus simplicem & puram reperit confessionem, nihil malignum, nihil fraudulentum. *in eodem loco.*

Et tandem adhuc sic loquitur D. 1393
Ambrosius. Denique Iudas ad reme-
dium pervenire non potuit, cúm Matth.
diceret: Peccavi quód tradiderim 27.
sanguinem iustum: quia alienum ignem volvebat in pectore, qui eum inflammavit ad laqueum. Indignus enim remedio fuit, quia non intimo mentis conversus ingemuit, nec sedulò gessit pænitentiam. Tantæ enim pietatis est Dominus Iesus, ut & ipsi donaret veniam, si Christi expectasset misericordiam. *in cap.* 10. *Levit. Ignis alienus dicitur ille, qui ab his fratribus Domino fuit oblatus: proprius enim illorum ignis non profanus esse, debuit, sed sacratus. Non tamen dicitur illis alienus ignis, qui à Deo egressus ipsos devoravit, quia ex quo ignem alienum arripuerunt, hunc sibi proprium, quo exurerentur, vendicarunt.*

Ex D. Hieronymo.

Levit. 10. Arreptisque Nadab, & 1394
Abiu filij Aaron thuribulis posue-
runt ignem, & incensum desuper, Levit.
offerentes coram Domino ignem 10.n. 1
alienum, quod eis præceptum non 2. & 3
erat. Egressusque ignis á Domino, devoravit eos, & mortui sunt coram Domino. Dixitque Moyses ad Aaron: Hoc est, quod locutus est Dominus: Sanctificabor in ijs, qui appropinquant mihi, & in conspectu omnis populi glorificabor. *num.* Ezechi.
1. 2. & 3. *D. Hier. ad illud Ezechie-* 28.nu.
lis. cap. 28. Producam ergo ignem 18.
de medio tui, qui comedat te, & dabo te in cinerem super terram in conspectu omnium videntium te, *num.* 18. *sic ait.* Istum ignem in Tyri

regis

regis corde succenderat ille, cuius ignita sunt iacula, & de quo scriptũ est: Omnes adulterantes, quasi clibanus corda eorum. De igne loquitur, & Isaias: Ambulate in lumine ignis vestri, & in flãma, quam succendistis: ut foras egrediens devoret possidentem. *In com. Ezechielis.*

Osee 7. Isai. 50

1395 *Et infra sic progreditur idem D. Hier.* Hunc ignem, qui alienus appellatur, Nadab, & Abiu ad altare Domini obtulerant, & idcirco divino igne consumpti sunt. Vnde, & Moyses ait: Hoc est verbum, quod dixit Dominus: in his, qui appropinquant mihi, sanctificabor. Sanctificatio autem Dei, est pœna peccantium. *in eodem loco. Coram Domino ignem Deo alienum obtulerunt: & coram Domino igne Dei proprio perierunt; ut quos à culpa divina Dei præsentia, non retraxerat, à pœna Dei divina præsentia non extraheret.*

Levit. 10. n. 1 & 2.

Ex D. Augustino.

1396 Exod. 24. Ascenderuntque Moyses, & Aaron, Nadab, & Abiu, & septuaginta de senioribus Israel: & viderunt Deum Israel, & sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cælum, cùm serenum est. Nec super eos, qui procul recesserant de filijs Israel, misit manum suam, videruntque Deum, & comederunt, ac biberunt. *num. 9. 10. & 11. Septuaginta ad nu. 11. sic transferunt.* Et electorum Israel non dissonuit, neque vnus, & apparuerunt in loco Dei & manducaverunt, & biberũt. *D. August:* Quis dubitet illos, quos nominatim expressit, & septuaginta seniores, nunc appellatos electos Israel, qui proculdubio personam gerebant eorum, qui electi sunt de populo Dei. *quæst. 102. super Exodum. lib. 2.*

Exod. 24. n. 9 10. & 11.

1397 *Deinde sic progreditur. D. August.* Significatur autem in quaternario numero in Moyse, & Aaron, & Nadab, & Abiu propter quatuor Evangelistas, & totius orbis, qui in quatuor partes dividitur promissio &c. *quæst. 102. lib. 2. super Exodum. Non dissonuit, neque vnus. Illi namque quatuor viri per id temporis ita modulatè divinas laudes decantabant, ut nullus in aliquo, dum caneret, dissonaret sed ex his quasi ex cantoribus quatuor, chorus vnus modulatissimus constaret.*

Exod. 24. à n 9.

1398 *Levit. 10.* Arreptisque Nadab & Abiu filij Aaron thuribulis, posuerunt ignem, & incensum desuper, offerentes coram Domino ignem alienum: quod eis præceptum non erat. Egressusque ignis á Domino, devoravit eos, & mortui sunt coram Domino. Dixitque Moyses ad Aaron: Hoc est, quod locutus est Dominus; Sanctificabor in ijs, qui appropinquant mihi, & in conspectu omnis populi glorificabor. *num. 1. 2. & 3. D. August. lib. 3. super Levitic.* Postquam exeunte igne á Domino, incensi, & mortui sunt filij Aaron, qui ausi sunt in batillis suis adhibito igne alieno incensum imponere Domino: quod ideo non licebat, quia ex illo igne, qui divinitus ad altare venerat deinceps custodito, omnia erant accendenda, quæ in tabernaculo accendi oportebat. *quæstione 31.*

Levit. 10. n. 1 2. & 3.

1399 *Deinde sic pergit idem D. August.* Mortuis ergo illis, ait Moyses: Hoc est, quod dixit Dominus dicens, In eis, qui mihi appropinquant sanctificabor, & in omni synagoga glorificabor: eos appropinquare Domino volens intelligi, qui in tabernaculo sacerdotio fungebantur: Sanctificari autem in eis etiam vindicando, sicut factum est. Vtrum, ut hinc sciretur, quàm minùs alijs parcat, si illis non parcit: quo sensu dictum est, Si iustus vix salvus erit, peccator & impius vbi parebunt? An potiús secundùm illud: Cui plús datur, plús

Levit. 10. n. 3

1 Petr. 3. n. 18 plús exigitur ab eo? Et illud: servus, qui nō cognovit voluntatē Domini Lucæ 12 nu. 48. sui, & facit digna plagis, vapulabit paucis: servus autē, qui cognovit vo- Sap. 6. nu. 7. luntatē domini sui, & facit digna plagis, vapulabit multis? Et illud: Exiguo cōceditur misericordia, potētes autē potentiora tormēta patientur. *lib. 3. super Levit. q. 31.* Sanctificabor &c. *Qui enim dum punit impios ostendit odium adversus iniquitatem, indicat in se habere sanctitatem.*

1400 *Levit.* 10. Locutusq; est Moyses ad Aarō, & ad Eleazar, & Ithamar, filios Levit. 10. n. 6 eius: Capita vestra nolite nudare &c. Fratres vestri, & omnis domus Israel, plāgant incēdiū, quod Dominus suscitavit. *n. 6. D. Aug.* Quid est quòd Aarō, & reliquos filios eius mortē illorū duorū lugere prohibens dicit: Caput vestrū cidira nō denudabitis: vbi certé ostendit cidiras tegmina capitū fuisse, nisi quia illa faciebāt lugentes, quæ cōsuetudini ornatus essent cōtraria? Sicut enim in nostra consuetudine, qui caput apertū magis habemus, operitur in luctu: sic quia illi operimēto capitis ornabātur, nudandū erat lugentibus. Quod ideo prohibet, ne lugerent eos in quorū pæna sanctificatus est Dominus: idest, cōmēdatus est timor eius, *q. 22. in Levit. Qui enim in præsentia Domini intra tabernaculū per id tēporis Domino inservire debebāt; non planctu, sed cantu divinis auribus debebant resonare.*

Ex D. Petro Chrysolog.

1401 Levit. 10. n. 1. & 2. Levit. 10. Arreptisq; Nadab, & Abiu filij Aarō thuribulis, posuerunt ignē, & incensum desuper, offerentes corā Domino ignem alienum: Egressusque ignis à Domino, devoravit eos. *n. 1. & 2. D. P. Chrysol.* Nadab, & Abiu sacerdotes filij Aaro sacerdotis, dum contaminare externo igne altare præsumunt, ipsius altaris consumuntur incendio: ut sumerent de sacrificio pænam, qui fecerant de propitiatione peccatum, quod peccatū illis suscitarat ebrietas: nā vini pudor odorē fugarat incensi, & ebrietatis ignis flammam provocarat altaris: vnde quia alienati vino alienū portaverat ignē, mox divino igne restringuntur extincti. *ser. 26. Neque enim alienū coram Domino ignem per summam temeritatem offerre præsumeret sacerdos, nisi ipse à se ipso per altam ebrietatē foret alienus. Vnde post hoc commissū flagitium, & illatum suppliciū introducitur Deus loquens ad Aaron sic:* Vinum & omne, quod inebriare potest, non bibetis tu, & filij tui, quādo intratis in tabernaculū testimonij, ne moriamini. *n. 8. & 9. Si enim ex simili ebrietate duo adhuc viventes Aaronis filij simile auderent crimen committere, pæna non absimili plecterentur, qua fratres illorum extincti coram Domino mostrabantur.* Levit. 10. n. 8 & 9.

Ex Ruperto Abbate.

Exod. 24. Ascenderūtq; Moyses, & Aarō, & Nadab, & Abiu, & septuaginta de senioribus Israel: & viderūt Deum Israel: & sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cælū, cùm serenū est. Nec super eos qui procul recesserāt de filijs Israel, misit manū suā, videruntq; Deum, & comederūt, ac biberūt. *n. 9. 10. & 11. Rupert.* Ergo visio hæc, cælestis visionis, qua videbimus eū sicuti est, exēplar est. *Deinde sic progreditur.* Quod enim dicitur Sub pedibus eius, quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cælū, cùm serenū est, regni illius, in quo videndus promittitur, soliditatē, puritatē, atq; altitudinē mysticé innuit. *lib. 3. in Exodum cap. 43. post mediū.* 1402 Exod. 24. n. 9 10. & 11.

1403 *Et tandem sic concludit Rupertus ad illud.* Nec super eos, qui procul recesserant de filijs Israel, misit manum Exod. 24. n. 9 10. & 11. suam. Tamquam diceret: Antequam respersi essent sāguine fæderis, quod pepigit cū eis Dominus, miserat super eos manū suā, manū terribilē, ac tremendā, dicēdo. Omnis qui tetigerit mōtē, morte morietur, lapidi-

 bus

bus opprimetur, aut cōfodietur, iaculis: nūc autē, quia fœderati, quia sanguine fœderis erāt cōspersi, nō misit super eos manū suā, nō prohibuit eos á visione sua, qui præ timore superiús dicto procul recesserāt, terminosque cōstitutos ascēdere nō audebāt. Viderūtq; Deū, sicut iā dictū est, & comederūt ac biberūt, quòd totū illius fuit visionis exēplar, in qua comedemus ac bibemus, eadēq; visione saturabimur, & inebriabimur. Dicit enim Psalmista: satiabor cū apparuerit gloria tua. Itē; Inebriabūtur ab vbertate domus tuæ; & torrēte voluptatis tuæ potabis eos. *cap.* 43.

1404 *Quis Dei inscrutabilia iudicia nō timebit, ex quatuor vocatis, ut hoc glorioso spectaculo specialiter frueretur, in quo Deus se ipsū in cælesti gloria spectādū præmonstrabat, duo, nempe Nadab, & Abiu, igne pauló post egresso á Domino concremantur? Ne quis de divino sibi cōcesso præsumat beneficio, sed potiùs Dei iudicium perhorrescat, ut sic se cōtineat suo humilis in officio.*

Levit. 10. Arreptisq; Nadab, & Abiu filij Aarō thuribulis, posuerunt ignē, & incensū desuper offerētes corā Do-
Levi. 10. n. 1 & 2. mino ignē alienū: quod eis præceptū nō erat. Egressusq; ignis à Domino devoravit eos, & mortui sunt coram Domino. *n.* 1. & 2. *Ruper. lib.* 2. *in Le-*
Levit. 9. n. 24 *vit. cōsiderās etiā illud ex cap.* 9. *Levitici* Ecce egressus ignis á Domino: devoravit holocaustū, & adipes, qui erant super altare. Quod cùm vidisset turbæ, laudaverūt Dominū, ruētes in facies suas. *n.* 24. *sic ait.* Igitur vbi egressus ignis á Domino devoravit holocausta, arreptis Nadab, & Abiu thuribulis suis, posuerūt ignē, & incēsū desuper offerētes corā Domino ignem alienū, quod eis præceptū nō fuerat. Dū postquā verus ignis spiritus á Domino egressus, id est; á patre procedēs holocaustū verū Christi filij Dei acceptū esse ostēdit, veniēdo de super, id est, super discipulos eius in linguis igneis, adhuc Iudaicus populus cultum alienū, & cæremonias odibiles Deo, per prophetas reclamāti importuné nimis, & molestè ingerit. Quid proinde? Egressus ait, ignis á Domino devoravit eos; & mortui sunt corā Domino. Nihil verius. Siquidē & duplici igne devoratus est ille populus, quippe quorū & tēplū succēsum est vrgēte Romano exercitu, & animæ gehennæ incēdio cōcremātur. *c.* 7. *Vnus idemq; ignis, à Deo egressus, qui paulò antea holocausta devoraverat, paulò postea homines devoravit: erat enim non solū benefica instrumentū benevolētiæ sed etiā vindicativa potentia.*

Ex D. Bernardo.

Levit. 10. Arreptisq; Nadab, & Abiu 1405
filij Aarō thuribulis, posuerūt ignē Levit.
& incēsū desuper offerētes corā Do- 10. n. 1
mino ignē alienū: quod eis præceptū & 2.
nō erat. Egressusq; ignis á Domino, devoravit eos & mortui sunt coram Domino. *n* 1. & 2. *D. Bernard. asserens illud Christi Domini Lucæ* 12. Ignē veni mitere in terrā, & quid volo nisi, ut accēdatur *sic ait.* Hic planè sacer, & benedictus est ignis, quē Pater sanctificavit, & misit in mundū. Habet etiā adversarius noster, utpote perversus divinorū operū æmulator, habet inquā ignē suū & ipse, ignem cōcupiscentiæ carnalis, ignē invidiæ & ambitionis, quē salvator in nobis nō accēdere sed extinguere venit. Deniq; si quis alienū hunc ignē in divino offerre præsumpserit sacrificio, etiā si pater habeat Aarō, morietur in iniquitate sua. *ser.* 2. *de Purifi. Neque enim Domino placere potuit in holocausto alieni ignis oblatio, odiosa enim illi est in holocausto rapina: neq; enim ab alijs ablatā, sibi vnquam oblata esse gaudet.*

Ex Hugone Cardinali.

E*xod.* 24. Ascenderūtq; Moyses, 1406
& Aarō, Nadab, & Abiu, & sep-
tuaginta, de senioribus Israel: & vi- Exo. 24
derūt Deū Israel: & sub pedibus eius n. 9. &
quasi opus lapidis sapphirini, & quasi 10.
cælū, cū serenū est. *n.* 9. & 10. *Hug.* Viderūt Deū in specie humana in qua loquebatur. *ibi. Ergo inter alios Nadab & Abiu*

Abiu ad hoc spectaculum adeo gloriosum admissi sunt: qui paulò post igne divino erant exurendi: Dominus enim præsentē illorū bonum statum honorabat, ne ante commissum crimen eos privatione suæ divinæ visionis punire videretur.

1407 *Levit.* 10. Arreptisq; Nadab, & Abiu filij Aarō thuribulis posuerūt ignem, & incensum desuper, offerētes
Levit. 10. n. 1 coram Domino ignem alienū: quod
Levit. 6. eis præceptū non erat. *n.* 1. *Hug. Car.* Legimus suprà c. 6. Dominū præcepisse, ut ignis perpetuus servaretur in altari: vnde sumebatur ignis quoties pontifex super altare incēsi thus vel thimiama volebat adolere: aut etiā si aliquando thuribulorū vsum per manus sacerdotū cultus divinus exposcebat. Nā in Num. 16. legi-
Num. 16. tur Moysem præcepisse Aarō: Tolle thuribulū: & hausto igne de altari, mitte thus desuper: & pergens citò ad populū, ut roges pro eis. In Apocal etiam legitur: Angelus stetit iuxta altare, hābēs thuribulū aureū in manu, & implevit illud de igne altaris, qui sacer erat. Ignis veró, qui aliunde sumebatur, reputebatur alienus, & ministerijs divinis indignus.

1408 *Deinde sic pergit idē Hugo.* Vnde cre-
Levit. 10. *n.* 1 dēdū est forté filios Aarō: cúm vi subiti ignis sacrificia devorata conspicerēt: novitate miraculi turbatos: nec ausos fuisse accedere ad altare: sed aliunde festinātes rapto igne, & thuribulis imposito, pro gratiarū actione incēsum Domino voluisse offerre. Sed quia ignē alienū apposuerunt cōtra præceptū Domini, ideo perierūt. *Ibi. Nō alij duo minores filij Aaronis, sed hi duo maiores ausi sunt in alieno igne corā Domino ministrare; cùm enim se ipsos præ minoribus fratribus in ascensu ad montē Domini præscripto honoratos fuisse viderēt, nihil sibi non licere existimantes, in alieno igne incensum Deo offerre voluerunt.*

1409 *Levit.* 10. Egressusq; ignis à Domi
Levit. 10. *n.* 2 no devoravit eos, & mortui sunt corā Domino. *n.* 2. *Hugo.* Corā Domino idest omnibus vidētibus, ut omnibus esset in exēplū. *Ibi.* Egressus est ignis á Domino. *A Domino, á quo deberēt accipere ignē ad offerendū. Quasi iratus Dominus ostēderetur. & in eos, qui ab illo accipere noluerāt ignē, ut beneficiū, ignē emitteret, ut suppliciū. Munificus enim Deus ignē, quē non dabat, non suum esse, sed alienū esse existimabat: solū enim suū esse ducebat id, quod hominibus tribuebat.*

Levit. 10. Sanctificabor in ijs, qui ap *Levit.* 10. *n.* 3
propinquāt mihi, & in cōspectu omnis populi glorificabor. *n,* 3. *Hugo Car.* Dominus primó vindicat in ministris suis: ut nō sint alijs norma malé vivēdi, sed timēdi. Vnde Ezechiel 9. A Sāctuario meo incipite: ut sciatur ab omnibus, quod minùs alijs parcat, si suis ministris nō parcit. *Ibi. Sanctificatur enim Dominus etiam iniquitate peccantiū, dumq; illos punit iure gloriatur, quia dū illorū damnat pravitatē, suā indicat pravitati oppositam sanctitatem.*

Ex Lyra.

Exod. 24. Misitq; iuvenes de filijs Is- 1410
rael, & obtulerūt holocausta, immolaveruntq; victimas pacificas Domi- *Exod.* 24. *n.* 5
no, vitulos. *n.* 5. *Lyra.* Dicunt aliqui quòd isti fuerūt Nadab, & Abiu filij Aarō, qui futuri erāt sacerdotes. Alii autē dicunt quòd fuerunt primogeniti duodecim principū Israel. Et hoc videtur verius, quia vsq; ad sacerdotiū Aarō, quod non dū erat institutū, sacerdotiū pro tunc erat annexū primogenituræ, ut dictū fuit Gen. 13. & 27. *Magnū hinc eruitur horū fratrū præconiū: digni enim videbantur, qui ad sacerdotale munus eligerentur, si id muneris aliquibus esset conferendū: qui tamē postea infeliciter periere: ne quis de suæ vitæ initio præsumat, sed primā felicitatē, si ipse ex bono in malum trāsmutetur, in extremam infelicitatem, ad vitæ exitum, timeat commutandam.*

Exod. 24. Et viderunt Deum Is- 1411
rael: & sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini & quasi cælū, cùm *Exod.* 24. *nn.* 10.
serenū est. *n.* 10. *Lyra* Viderūt Deum; Nō in essentia sua sed in similitudine repræsentāte ipsum. & videtur quód

fuit humana, per hoc, quod subditus, sub pedibus eius, & per hoc designabatur, quòd erat assūpturus naturā humanā. *n.* 1. & 2. *Et exponens illud.* Quasi opus lapidis sapphirini. *sic ait Lyra.* In Hebræo habetur. Quasi opus lateris sapphirini, quòd figura lateris reducebat eos ad memoriam anxietatis, quā sustinuerāt faciendo lateres in Ægypto. Et color eius, qui erat quasi color cælestis, designat eorū libertatē, & iucūditatē divinæ apparitionis. *n. suo* 3. Quasi opus lateris. *Viles enim lateres in Ægypto magno labore cōfectos in preciosos lapides extra Ægyptū videbant transformatos: hanc enim metamorphosim patiētia his, qui patienter labores sustinuerant, ut eos lætificaret, demonstravit.*

Ex Abulensi.

1412 Exod. 24. Ascenderūtq; Moyses, & Aarō, Nadab, & Abiu & septuaginta de senioribus Israel; & viderūt Deū Israel: & sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cælū cùm serenū est. Nec super eos, qui procul recesserāt de filijs Israel misit manū suā, viderūtq; Deū, & comederunt, & biberūt. *n.* 9. 10. 11. *Abu.* Mittere manū signat tria. Vno modo idē est, quod occultare. Sicut cū aliquis ponit manum suā ante se, ne facies sua ab ullo videatur. Et sic dicitur Deus mittere manū suā super aliquē, quādo claudit ei oculos manu sua, ne cognoscat eum, vel ponit ante faciē suā. Sic patet infrá c. 33. Cùm dixit Dominus ad Moysē protegam te dextera mea donec transeā; tollamq; manum meam, & videbis posteriora mea. *q.* 14.

Exod. 24. n. 9

1413

Exo 33

1414 *Deinde sic pergit Abul.* Alio modo accipitur mittere manum pro occidere. Sic patet 1. Reg. c. 6. de Bethzamitis volētibus videre arcā Domini, qui manum Domini senserunt cúm multi ex eis mortui sint. Alio modo dicitur mittere manum super aliquē, idest dare ei spiritū prophetiæ: & isto modo est cōsuetū in prophetis, scilicet facta est manus Domini super talē, aut talē prophetā, idest cecidit super eū spiritus Domini propheticus movēs eū ad intelligē[illegible] secundúm ergo omnes istos modos potest exponi *q.* 14.

Exo. 24 à nu. 9

1 Reg. 6.

1415 *Et infrá sic progreditur Abul.* Nec super eos, qui erant maiores populi misit manum suā, poterit intelligi omnibus illis tribus modis. Primò modo quia Deus nō misit manum suā super maiores occultādo se ab eis: imò sicut ibi vidit Moyses gloriā Domini in nube: ita viderunt & alij maiores populi, scilicet Aaron, & Nadab, & Abiu, atq; septuaginta seniores. Nam non se occultavit ab eis. Alio modo quòd non misit Deus manum suam super maiores, scilicet quia nō occidit eos, licet viderunt eum. Nā putābant Iudæi quòd quicunq; videret Deū moreretur, sicut patet Deut. 5. Quia autē hic non mortui sunt, satis fuit eis mirabile: & in lætitiam huius comederunt, atq; biberunt. *q.* 14.

Exo. 24 à nu. 9.

Deu 9.

1416 *Adhuc sic procedit Abul.* Alio &c. tertio modo, scilicet quòd nō misit Deus manum suā super eos, qui lōgè erant idest super maiores dando eis spiritū prophetiæ. Quasi diceret, licet Aarō & filij eius Nadab, & Abiu, & alij septuaginta seniores erant magnæ auctoritatis, atq; dignitatis in populo: & licet Deū viderint, tamē nō dedit Deus super eos spiritum prophetiæ, sicut dedit super Moysem. *q.* 14.

Exo. 24 á nu. 9.

Exponēs autē specialiter illud. Viderūtque Deū, & comederunt, & biberūt. *n.* 11. *ita ait Abu.* Hoc refertur ad omnes tā ad populares quā ad seniores, Omnes namq; comederunt, atq; biberūt, quocunq; modo accipiatur comedere & bibere. Dicit namq; Rabbi Salomō quòd dicitur hic comederūt, atq; biberunt ad signandā culpā eorum. Nam cùm vidissent Deum in visione gloriæ eius, non multū de hoc curaverunt: sed tamquam magis delectati rebus temporalibus cōversi sunt ad epulas præponētes eas illi

Exo. 24 à n. 11.

illi magno bono, quod erat initium, vel imago perfecti boni, & ex hoc disperdi meruerint: [s.] Dominus distulit eorum mortem, ne dies lætitiæ quæ fuerat in confirmatione legis, mortuorum planctibus fœdaretur. Sicut dixit Saul rex, cùm vellent Israelitæ occidere eos, qui ātea spreverant Saulem; Non occidetur quisquā hodie, quia hodie fecit Dominus salutē in Israel. 1. Reg. 11. *q.* 15.

1 Reg. 11.

1417 *Postea sic procedit Abul.* Dicit tamen idē Rabbi Salomō, quòd postea Deus pùnivit pro isto crimine omnes istos, qui comederāt; & biberāt. Scilicet quia Nadab, & Abiu, qui fuerūt de illis mortui sunt in tabernaculo, cúm offerrēt ignē alienū Levit. 10. Seniores autem dicit mortuos fuisse in conflagratione ignis facta in sepulchris concupiscentiæ. *quest.* 15. *Non placet tamen hac expositio Abul. unde sic ait.* Litera non innuit aliquo modo quòd isti peccaverint, vel cōtempserint visionem Dei: sed magis videtur quòd fecerint ex gaudio divinæ visionis. *q.* 15.

Exod. 24. à n. 11. Levit. 10.

1418 *Vnde aliā referēs expositionē sic ait Abu.* Alij exponūt comederūt, atq; biberūt idest ita lætati sunt ex illa visione, ac si comedissent, & bibissent. Et hanc expositionē tenet litera Chaldaica; & satis cōcordat iste modus loquēdi frequenti locutioni sacræ scripturæ cōparātis magna bona ad ista delectabilia corporalia: ut homo, qui terrenus est manuducatur ad cælestia per istorum terrenorum cognitionē & experientiam. *q.* 19.

Exod. 24. à n. 11.

1419 *Et adhuc ad eundē locū sic ait Abu.* Aliā expositionē tenet Abrahā Abinazra, scilicet quòd comederūt, & biberūt seniores, & Aarō, Nadab, Abiu cum reliquo populo, idest quod licet isti viderint Deū; tamē illa visio nō fuit ita clara, & cōsolativa quòd auferret ab eis omnē ciborū, atq; potuū inopiā, sicut fuit in Moyse, qui tantùm fuit elevatus, & cōsolatus per illam divinam cōsolationē, quód nō eguit cibis, & potibus in quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, ut patet Deut. 9. Ideo populares immediatè post visionē Dei ad cibos, & potus redierunt. Et ista expositio satis cōveniens est *q.* 15.

Exod. 24. à n. 11.

Deut. 9 num. 9.

Propriā tamen expositionē ponit Abul. in hunc modū. Aliā tamē convenientior adhuc est, scilicet quód postquā isti seniores, & omnes de populo Deum viderūt, tantā conceperunt lætitiā, quòd ad demonstrandū eam fecerūt inter se magnā festivitatē in cibis, & potibus. *q.* 15. Videruntque Deū & comederūt, & biberūt *Quid viderint exprimitur, Viderūt, scilicet Deum. Sed quid comederint, quidve biberint, non exponitur. Quid igitur comederūt, & biberūt? Ipsum Deū scilicet Dei filiū, quē viderunt. Dum enim eis Dei filius in figura humana carne candidus, sanguine rubicundus apparebat: qui carnē in cibū, in potū sanguinē se hominibus dandum præmonstrabat, imò iā tunc desiderio conferebat, eam Israelitæ videntes, etiā desiderio carnem illius comedebant, & sanguinem bibebant.* 1420

Exod. 24. à n. 11.

Levit. 10. Arreptisq; Nadab, & Abiu filij Aarō thuribulis posuerūt ignem, & incensum desuper, offerētes coram Domino ignem alienū: quod eis præceptū non erat. Egressusque ignis á Domino devoravit eos, & mortui sunt corā Domino. *n.* 1. & 2. *Abul. Inquirens causam, ob quā ponatur in hoc loco casus istius divinæ punitionis, sic respondet.* Quoniam Deus volebat movere Israelitas ad cultū suū, & erāt movēdi per timorē, quia erant viri imperfecti: ideo cōveniens fuit enarrare hîc aliquē casum, & magnā pœnam inflictā peccantibus, ut sic audientes timerēt, & á similibus erroribus abstinerent. Enarratio autē istius horrendæ pænæ inflictæ sacerdotibus malé ministrātibus, omnes posteros ad custodiam diligētē cæremoniarū Dei excitaret. *q.* 2. 1421

Levit. 10. n. 1. & 2.

Et exponens textū sic ait Abu. Dicitur autem hîc Arreptis: quoniam arripere 1422

Gen 34 pere quandam impetuositatem significat. Sic habetur Gen. 34 Cúm dicitur; Arreptis duo Iacob filij Simeon, & Levi fratres Dinæ gladijs ingressi sunt vrbem. Ibi enim impetus irati hominis ad pugnam disignatur. Hìc autem dicuntur isti arripuisse, quoniam per quendam contēptum, sive passionem fecerunt: vnde in hoc fuit quædam pars culpæ eorum, ut comburi mererentur. *quæstione* 2.

1423 Levi. 10. n. 1 & 2. *Explanans autem illud.* Nadab, & Abiu filij Aaron, *sic ait Abul.* Præter hos erant alij duo filij Eleasar, & Ithamar: isti tamen non ministraverunt offerentes incensum: cuius causa est, quoniam ministerium istud erat magni honoris: ideo tribui debebat viris magis honoratis: sic autē Nadab, & Abiu cùm essent maiores filij Aaron. Item patet eos fuisse honorabiliores: quoniam cúm Deus iussisset ascendere Aaron, & septuaginta seniores cum Moyse ad mōtem Synai: mandavit quoque, ut ascenderent illuc Nadab, & Abiu: non tamen ascenderunt alij duo minores filij. Exod. 24. *quæst.* 2. *Quis non exhorrescat honorari, cùm videat honorem his duobus fratribus concessum, offerendi scilicet Domino incensum, occasionem fuisse delinquendi, ut tam horrendo supplicio punirentur. Non timeat honorari, qui non horrescit cremari.*

Exod. 24. n. 9

1424 Levit. 10. n. 1 *Levit.* 10. Posuerunt ignem, & incensum desuper offerentes coram Domino ignem alienum. *n.* 1. *Abul.* Nec intelligendum est quòd ipsi iam essent offerentes ignem alienum, quando à Domino combusti sunt. Nam ministratio ista fiebat in altari thymiamatum, quod erat intra tabernaculum: isti autem Sacerdotes combusti sunt coram altari holocaustorum, nam inde exivit ignis á Domino, qui combussit eos: sed dicuntur isti offerentes ignem alienum, non quòd eum actualiter offerrent, sed quòd iam in thuribulis posuerāt offerre parantes, nisi morte præoccuparentur. Fuerunt autem à Domino combusti antequam offerrēt. *quæst.* 2. *Celeritatem ad culpam committendam illis explicatam verbis, Arreptisque Nadab, & Abiu filii Aaron thuribulis: Deus pœna celeritate mulctavit, dum voluntatem offerendi ignem alienum, ante ipsam opere completam oblationem, punivit, ut sic ad pœnam accelerantes, accelaratos ad culpam condemnaret.*

Levit. 10. Posuerunt ignem, & incensum desuper ita. *n.* 1. Quæret, *(inquit, Abul.)* aliquis, quod fuit motivum istorum ad offerendum ignem alienum, cúm haberent ibi ignem altaris, de quo poterant offerre? *quæst.* 4. *Et respondet sic.* Poterat fortè fieri ex contemptu cæremoniarum divinarum non curātes, an de sacro, vel profano offerrent, nihil in hoc existimantes differre. *q.* 4. *Ignem, qui ad coquendas victimas oblatas pro peccato in sanctuario erat, acceperunt, ut in eo incensum offerrent Domino; Dominus verò ignem, qui erat in altari ad incensum offerendum accepit, ut illo offerentes concremaret, & sic vtriusque ignis officium fuit immutatum: ut qui vnius ignis ad culpam committendam officium transmutaverant, sentirent alterius ignis ad pœnam sibi inferendam officium à Domino commutatum. Ne facilior creatura videretur contra creatorem, ad arbitrium mutari peccatoris, quám contra peccatorem, ad libitum mutari creatoris.* 1425 Levit. 10. n. 1

Levit. 10. Arreptisque Nadab, & Abiu filij Aaron thuribulis, posuerunt ignem, & incensum desuper, offerentes coram Domino ignem alienum: quod eis præceptum non erat. Egressusque ignis à Domino, devoravit eos, & mortui sunt corā Domino. *num.* 1. & 2. *Abul.* Fuit autem iusté factum, ut isti cremarētur ab igne, qui erat in altari. Nam per quæ quis peccat in his torqueri debet: hi autem peccaverunt in igne altaris: ergo debebant puniri in igne altaris. Hoc autē patet quoniam 1426 Levit. 10. n. 1 & 2.

niam isti debebant suscipere de igne altaris ad cremandum incensum coram Domino: acceperunt autem de igne alieno; ideo debuit ignis altaris eos punire. Sic enim punivit: quoniam egressus est ab altari ignis, & cremavit sacerdotes. *q.* 4. Egressusque est ignis. *Ac si ignis, qui erat in altari naturæ opere, quod opus esse dicitur intelligentiæ, indignatus, eò quòd in divinum obsequium non assumeretur, ad se ipsum vindicandum de non accipientibus ipsum ab altari, ab altari egreditur. Dolet enim quælibet, etiam sensu carens creatura, si se videat à divino obsequio impeditam; in quo creatori suo serviens se agnoscit à Domino honoratam.*

1427 *Levit* 10. Arreptisque &c. *n.* 1. & 2. *Abul.* Quomodo isti alienũ ignem obtulerint multùm dubitãt. Dicit autem Rabbi Salomon, & Rabbi Moyses, & Rabbi Simeon quód isti erant ebrij: ideo nescierunt quid offerrent, sicut ebrius in luce titubat. Quod fundant per id, quod habetur in principio literæ; scilicet Arreptis &c. Arripere autem impetuositatem quandam, & passionem perturbatæ mentis notat: quod ebrietati satis convenit. Secundò probant quia infrá habetur præceptũ Domini, ne sacerdotes bibant vinũ, aut aliquid, quod inebriare potest eo tempore, quo ministrant, ut habeant scientiam discernendi: sed hoc immediatè ponitur post istorum interitum; videtur igitur ob hoc dictum, quasi isti inebriati fuerunt; & ob hoc non habuerint vim discernẽdi de bono, & malò; & igne sacro, & non sacro. *q.* 5.

Levit. 10. n. 1 & 2.

1428 *Non placet tamen hoc Abul, qui multas rationes apponit, quibus suadet Nadab, & Abiu non fuisse ebrios. Primam sic.* Quia tunc erat satis diluculo scilicet quando isti venerunt ad Sanctuarium ad ministrandum corã patre suo; quoniam necessarium est quód isti venissent ad cæremonias sacrificij matutini. Sacrificium autem istud fiebat in ortu solis; quia ergo diluculo venerunt, non videtur quòd iam ebrij essent, cùm homines alicuius honoris, etiam si aliquando inebrientur; non tamen diluculo inebriari soliti sunt. *q* 5.

Levit. 10. n. 1 & 2.

Secundam rationem sic ponit Abul. 1429
Quoniam ista erat prima dies, in qua ministraturi erant in Sanctuario; & hoc eis prædictum fuerat; non ergo conveniens erat dici istos esse ebrios. Nam dato quód isti viri vilissimi essent, cúm tamen scirent istam esse primam diem ministrationis suæ, & totum populum illuc congregandũ, saltem honoris quodam permoti desiderio, attentè se habere coram toto populo laborarent, ne derisum ab hominibus haberẽtur. *q.* 5.

Levit. 10. n. 1 & 2.

Tertiam sic assignat Abul. Item 1430
si isti propter ebrietatem fecissent; cúm istud vitium valde turpe sit, increpuisset Deus istorum pravitatem postquam mortui sũt; sed de hoc nihil habetur: ergo non est veri simile. *Quartam sic.* Si isti ita ebrij essent, ut nescirent quis esset ignis sacer, vel ignis profanus, aut de quo igne sibi sumendum erat, esset in eis magna mẽtis perturbatio; hanc autem exterioribus indicijs satis facilè colligi erat. Deprehendisset igitur Moyses, vel Aaron, aut Eleasar, vel Ithamar ebrietatem Nadab, & Abiu; & tunc vetarent eis ne ministrarent. Hoc tamen non factum est; ergo non videtur quód essent ebrij. *q.* 5.

Levit. 10. n. 1 & 2.

Arreptis &c. *n.* 1. *Cùm Domino* 1431
offerendum incensum scirent, eumque vel à se ipsis, vel à fratribus suis viderent ministrandum, quasi à passionibus, quibus honorem sibi appetebant arrepti. arripere thuribula festinarunt, ne id muneris à patre minoribus filiis, quibus honor ascendendi cum ipso patre ad montem concessus non fuerat, tribueretur. Invidi sanè fratres, qui omnes sibi occasiones honoris volebant vendicare, & quasi honoris fures, ut alienum ignem, sic & alienum honorẽ,

Levit. 10. n. 1 & 2.

qui fratribus, in alia occasione non honoratis, videbatur deberi, arripere cupiebant.

1432 *Levit.* 10. Egressusque ignis à Domino devoravit eos, & mortui sunt
Levit. 10. n. 2 coram Domino. *num.* 2. *Abul.* Inquirendum est de ista morte Nadab, & Abiu, an iustè inflicta sit? *quæst.* 6. *Et post multa sic respondet.* Peccatū istud morte dignum erat. Nam si ex superbia, & contemptu directé factum est: nulli dubium est, quin mortem, aut quodlibet aliud morte severius isti mererentur, Nam ut de Deo taceamus, etiam si quis principis mandata directè contempserit, secundùm leges humanas, & divinas extremo supplicio afficiendus est. Quantó magis autem in Deo hoc erit: cùm valde gravius sit æternam, quám temporalem lædere maiestatem, ut habetur extravag. de hæret. cap. Vergentis. *q.* 6.

1433 *Deinde sic progreditur Abul.* Si
Levit. 10. n. 2 autem ex negligentia magna hoc in Deum commissum fuisse dicatur, eodem modo morte puniēdum erat: quoniam magna negligentia industria quædam patrandi mali videtur: quia secundúm leges humanas, Lata culpa in quibusdam dolo comparatur: qui igitur sic circa ea, quæ Dei sunt contemnendum putaret satis morte dignus videbatur dicente propheta: Maledictus qui agit opus Domini negligenter. Nam & in principibus temporalibus hoc esse iustū videtur: ut si quis ministrorum suorum ex valde magna negligentia cōtra præcepta domini in ministratione eius erraverit; aut morte, aut quodā magno supplicio dignus sit. Quantó autem diffirentiùs ista in Deo reperiri debeant nulli dubium est. Mortem igitur isti non indignā passi sunt, si ex magna negligentia, in ministratione Domini contra eius præcepta erraverunt. *quæst.* 6. *Primum in divino ministerio cōmissum crimen puniri morte debuit, ne si primi sacerdotes illud committentes impuniti remanerent, alii simile posse crimen committere existimarent, & spe veniæ exemplo impunitorum provocati, illud facilè perpatrarent.*

Levit. 10. Egressusque ignis 1434
à Domino devoravit eos, & mortui *Levit.*
sunt coram Domino. *num.* 2. *Abul.* *10. n. 2*
Dato quòd Nadab & Abiu mererentur mortem, an conveniens fuit quód Deus sic illis illam infligeret? *quæst.* 7. *Et sic respondet.* Decuit, ut in principijs traditæ ministrationis sacerdotalis, magnæ delinquentium exercerentur vindictæ; & ampliùs puniendum erat parvum etiam peccatum in principijs ministrationis, quám magnum, cúm iam ministratio insolita sit; parvus namque in principio cōtemptus maioris mali occasio est, quám magnus in prosecutione rerum. *q.* 7.

Et infrá sic pergit Abul. Deus 1435
hoc semper observavit in cuiuslibet
rei principijs. Sic enim nascente *Levit.*
mundo factum est; quoniam cúm *10. n. 2*
in prima ætate homines ad malum vniversaliter declinassent: induxit Deus aquas diluvij super terram: quæ non solúm peccatores delerent, sed etiam omnia animantia tollerēt. Magnum enim hoc fuit severitatis indicium, quod posterorum memoriam numquam effugeret, in principio nascentis seculi inflictum supplicium, postea tamen alia æquè mala in orbe facta sunt, aut forté maiora, omnibus hominibus ad idololatriam declinantibus: nec tamen vniversale diluvium, aut aliqua generalis pœna inflicta est. *q.* 7.

Et præbens rationem sic ait Abul. 1436
Cuius causa est quoniam tunc orbis,
ut puer erat, & faciliùs corrigibilis: *Levit.*
nunc autem viro, & adhuc sene suc- *10. n. 2*
cessivé facto, & pene ad extremum senium deducto disciplina cōvenicēter suscipi non potest: ideo, nec decēs est vniversalem ei pro peccatis cladem infligi. *quæst.* 7. Sic quoque

in

in exordijs Ecclesiæ primitivæ factum est, ut in eis, qui ad fidem convertebantur, delicta nimis severiter punirentur, ut posteris exemplum esset. Nam Ananias, & Saphira vxor sua, cùm solùm beato petro mentiti sunt, coram ipso mortui corruerunt, occultantes quandam partem
Act. 5. precij, agri venditi Act. 5. Postea tamen quanquam multa mendacia in christianis sint, non tamen ita severiter vindicantur. *q. 7.*

1437 *Vnde sic concludit idem Abul.* Idem
Levit. 10. n. 2 modus in principio nascentis sacerdotij apud legem veterem esse debuit: ut qui in ministratione delinquerent graviús afficerentur pænis dilictorum suorum posteris magna exempla daturi: porcedente autem ministratione non ita graviter oportuit fieri punitionem: sed Nadab, & Abiu fuerunt, qui primó in ministratione deliquerunt: oportuit igitur, ut ipsi gravissimé punirentur. *q. 7.*

1438 *Exponens adhuc Abul. eundem*
Levit. 10. n. 2 *textum*, Egressusque ignis &c. *n. 2. sic ait.* Dicendum ergo quód ignis non devoravit eos ita, quòd ipsos consumeret in cineres reducendo: sed solùm occidit illos, quia forté penetravit vsque ad viscera eorum: sicut fulmina penetrant occidendo, nihil tamen comburendo. *quæst. 7. Ignis igitur à Domino egressus quasi integros duos hos fratres devoravit, & nihil de corporibus, nihil de vestibus extra vrens, intra ad animas concremandas in duo quasi divisus fulmina penetravit, ac si iam ignis infernalis vicem ageret, qui per hunc ignem, quasi per sui vicarium, animas illorum concremaret.*

Ex D. Dionysio Carthusiano.

1439 Exod. 24. Ascenderuntque Moyses, & Aaron, Nadab, & Abiu, & septuaginta de senioribus Israel: Exo. 24 n 9. 10.
& viderunt Deum Israel: & sub pedibus eius, quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cælum, cùm serenum & 11.
est. Nec super eos, qui procul recesserant de filijs Israel, misit manum suam, videruntque Deum & comederunt, ac biberunt. *num. 9. 10. 11. Carthus. ad illud* Sub pedibus &c. Ex quo elicitur quòd in forma humana apparuit, ad præfigurandum, quód homo futurus erat. *art. 42. Lateres enim, quos Dei filius in forma filij Virginis tunc apparens pedibus tangebat, in preciosos lapides transformabat: imò lateritiam viam lateribus extructam in viam lacteam stellis adornatam convertebat.*

Exod. 24. Videruntque Deum 1440
& comederunt ac biberunt: *nu. 11.* Exod. 24. nu. 11.
Carth. Comederunt & biberunt panem vitæ, & rivos sapientiæ; corpus, & sanguinem salvatoris. *art. 47.* Videruntque Deum, & comederunt & biberunt. *Ipsum nempe Deum, quem hi quatuor viri, quasi totius orbis, qui in quatuor dividitur partes, legationem agentes singuli pro singulis partibus ad verum cibum, Christi carnem, verumque potum, Christi sanguinem, magno edendi, bibendique desiderio inhiarent.*

Levit. 10. Arreptis Nadab, & 1441
Abiu filij Aaron thuribulis, posuerunt ignem, & incensum desuper, Levi. 10. n 1 & 2.
offerentes coram Domino ignem alienum: quod eis præceptum non erat. Egressusque ignis à Domino devoravit eos, & mortui sunt coram Domino. *num. 1. & 2. Carthus.* Prosperis frequenter miscentur adversa. Idcirco in die prosperitatis non est incauté neque inaniter gloriandum, iuxta quod in Ecclesiastico legitur: In die bonorum, ne Eccl. 11
immemor sis malorum. Sic accidit primis sacerdotibus istis, quia cùm fuissent vehementer honorati à Deo per descensum ignis divinitus dati, eorum sacrificia devorantis, mox ipsi incauté se habentes, aut etiam subitó aliquali

aliquali inani gloria tacti suam volentes coram populo potestatem, & excellentiam demonstrare, sacerdotali officio sunt abusi, ideoque plagati. *art.* 23.

1442 *Levit.* 10. *n.* 1. & 2. *Heu quam brevis est honoris, etiam à Deo dati, humana prosperitas. Vltimus consecrationis dies his duobus fratribus dies vltimus vitæ fuit. Octava nãque dies, qui illorum perfectam ostensurus videbatur felicitatem, antequam consumeretur, imò cùm vix inciperet, extremam eorum prodidit calamitatem. Extremum namque gaudium suscipiendum ex perfecta sacerdotii concessa dignitate, praoccupavit luctus de interposita infelicitate.*

Ex Caietano Cardinali.

1443 *Exod.* 24. *nu.* 10. Exod. 24. Videruntque Deum Israel:& sub pedibus eius, quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cælum cùm serenum est. *num.* 10. *Caietan.* Ex parte Elohe visi describuntur pedes ad insinuandum quód sub specie iudicis, quasi hominis visus est, & ex parte loci tanquam artis opus, pavimentum lateritium, non ex luto, sed ex sapphiris visum est.

1444 *Ibi. In specie ergo indicis Dei filius in hoc loco his duobus fratrum paribus voluit apparere, quorum par primum eligendos ab ipso indice, par secundum ab eo reprobandos præsignificaret; atque ita vtrumque simul, eiusdem iudicis misericordiam, & iustitiam simul, indicaret.*

Levit. 10. Et devoravit eos. *n.* 2. *Caietanus.* Significanter dicit eos quia (ut mihi iuncta testantur) ignis iste nec illorum tunicas lineas, neque eorum corpora consumpsit, sed eosdem quasi torrendo interfecit subitó. *Ibi. Neque enim corporum vestes, imò nec animarum vestimenta, corpora scilicet, ignis hic divinus voluit devorare, ne si in his detineretur edendis, ad animas saturatus quodammodo accedens ab illarum esu fastidiosus abstineret.* 1445 *Levit.* 10. *n.* 2

Levit. 10. Sanctificabor in his qui appropinquant mihi, & in conspectu omnis populi glorificabor. *n.* 3. *Caietan.* Deus in se ipso sanctus fieri nequit: sed in hominibus sanctificatur varijs effectibus, inter quos vnus est punitio offendentium ipsum. Fit enim sic Deus sanctus in punitis; eo ipso quòd punit sacrilegos. *Ibi. Qui enim non solùm coram Deo sed & in conspectu totius populi commiserant flagitium, non solùm in Dei præsentia, sed & in totius populi frequentia meruerant experiri supplicium; ut quos exemplo suo ad culpam similem committendam possent excitare, exemplo suo, ne similem paterentur pœnam, à culpa revocarent.* 1446 *Levit.* 10. *n.* 3

SONVS

SONVS XIX.

Abner.

Ex Gregorio Mag.

1447 PRimo Regum 14. Nomen principis militiæ eius Abner, filius Ner, patruelis Saul. Porro Cis fuit pater Saul & Ner pater Abner. *nu.* 50. *&* 51. *D. Greg. Mag.* Abner dicitur, Pater meus lucerna. Ner etiam Lucerna dicitur. *& infrà.* Merito igitur Abner Pater meus lucerna dicitur, ipse quoque pater eius lucerna nominatur: quia illi in sancta Ecclesia lucere per exempla alijs possunt, qui eruditione scripturarum, & claritatem acceperunt luminis, & oleum perfectæ charitatis. *ad húc locum lib.* 5. *Abner, qui patrem lucernam vendicabat ortus à lumine, lumen ipse erat, qui splendore militaris scientiæ milites, quorum princeps erat, illuminabat.*

1 *Reg.* 14. *nu.* 50. *&* 51.

1448 *Secundo Reg.* 2. Persequebatur autem Asael Abner, & non declinavit addexteram, neque ad sinistrã omittens persequi Abner. Respexit itaque Abner post tergum suum, & ait: Tu ne es Asael? Qui respondit: Ego sum. Dixitque ei Abner: Vade ad dexteram, sive ad sinistram, & apprehende vnum de adolescentibus, & tolle tibi spolia eius. Noluit autem Asael omittere quin vrgeret eum. Rursumq; locutus est Abner ad Asael: recede, noli me sequi, ne compellar confodere te in terram, & levare non potero faciem meam ad Ioab fratrem tuum. Qui audire contempsit, & noluit declinare: percussit ergo eum Abner aversa hasta in inguine, & transfodit, & mortuus est in eodem loco. *à num.* 19. *D. Gregor.* Cùm iracundi alios impetunt, ut declinari omnino non possint, non aperta exprobratione, sed subquadam sunt cautela reverentiæ parcendo feriendi. quod melius ostendimus, si Abner factum ad medium deducamus. *Parte* 3. *curæ pastoralis. Admonit.* 17.

2 *Reg.* 2. *à nn.* 19.

Deinde sic progreditur idem D. Gregorius. Cuius enim Asael typum tenuit nisi eorum, quos vehementer arripiens furor in præceps ducit? Qui in eodem furoris impetu tantò cauté declinandi sunt, quantó & insanè rapiuntur. Vnde & Abner, qui nostro sermone, Patris lucerna dicitur, fugit: quia doctorum lingua, quæ supernum Dei lumen indicat, cùm per abrupta furoris mentem cuiuspiam ferri conspicit, cùmque contra irascentem dissimulat verborum iacula reddere, quasi persequentem non vult ferire. Sed cùm iracundi nulla consideratione se mitigant, & quasi Asael persequi, & insanire non cessant, necesse est ut hi, qui furentes conantur reprimere, nequaquam in furore se erigant, sed quidquid est tranquillitatis ostendant; quædam veró subtiliter proferant, in quibus ex obliquo furentis animum pungant, *vbi suprá.* 1449

2 *Reg.* 2. *à nu.* 19.

Tandem sic concludit D. Gregorius. Vnde & Abner cùm contra persequentem substitit, non eum recta, sed adversa hasta transformavit. Ex mucrone quippe percutere est impetu apertæ increpationis obviare. Aversa verò hasta persequentem ferire, est furentem tranquillè ex quibus- 1450

2 *Reg.* 2. *à nu.* 19.

quibusdam tangere, & quasi parcendo superare. Asael autem protenus occubuit: quia commotæ mentes dum & parci sibi sentiunt, & tamen responsorum ratione in intimis sub tranquillitate tanguntur, ab eo ad quod se erexerãt, statim cadunt. Qui ergo á furoris sui impetu sub lenitatis percussione resiliunt, quasi ferro moriuntur. *Ibidem. Verè princeps Abner in hoc facto demonstratur, qui non semel, sed iterum atque iterum hostem monuit insequentem, ut desisteret; nolentemque desistere, non ut se despectum ab hoste vindicaret, sed ut se ab hoste petitum defenderet, lancinavit.*

Ex Ruperto Abbate.

1451 (2 *Reg.* 2. *nu.* 8 & 9.) Secundo Regum 2. Abner autem filius Ner, princeps exercitus Saul, tulit Isboseth filium Saul, & circunduxit eum per castra: regemque constituit super Galaad, & super Gessuri, & super Iezrael, & super Ephraím, & super Beniamin, & super Israel vniversum. *num.* 8. & 9. *Et secundo Reg.* 3. *sic habetur.* (2 *Reg.* 3 *nu.* 9 & 10.) Hæc faciat Deus Abner, & hæc addat ei, nisi quomodo iuravit Dominus David sic faciam cum eo, ut transferatur regnum de domo Saul, & elevetur thronus David super Israel, & super Iudam, à Dan vsque Bersabee. *n.* 9. & 10. *Rupert. considerans utrumque scripturæ locum. lib.* 2. *in lib. Reg. sic ait.*

1452 (2 *Reg.* 2. *nu.* 8. & 9.) Abner primó quidem David adversarius, & adversæ partis dux, postea veró transferens regnum de domo Saul, ut elevaretur thronus David super Israel, & super Iudam, quomodo iuravit ei Dominus, quem alium, nisi Paulum de tribu Beniamin significare arbitremur? Abner quippe Patris lucerna, Isboseth veró, Vir confusionis interpretatur. Patris autem lucerna proculdubio iam in præsentia Dei Paulus erat cùm adhuc circumduceret Isboseth, idest cùm adhuc confusionem Iudaicam defenderet, verumtamen in factis præsentibus cæcus, utpote persecutor, & blasphemus inimicus David erat. *cap.* 23. *Iratus nimis Abner contra illum, quem regem constituerat eò quòd eum de libidinoso crimine insimulaverat ad Davidem regem adversarium transfugere decrevit, et ne illius defectio vitio, sed virtuti verteretur, se id, ut Dei impleret voluntatem facere declaravit, dicens:* Hæc faciat &c. *Sic obedientiã, quam regi suo denegabat sub obedientia Deo debita palliabat.*

Ex Hugone Cardinali.

Primo Reg. 17. Eo autem tempore, quo viderat Saul David egredientem contra Philisthæum, ait ad Abner principem militiæ: De qua stirpe descendit hic adolescens, Abner? *num.* 55. *Hugo Card.* De hoc quæsivit Saul, qui volebat scire cui daturus erat filiam suam. *Ibi. Videns enim Davidem in egressu adeo animosum iã prævidebat eũ in regressu victoriosum, cui proinde filiam suam in vxorem promissam victori daret, & ideo de stirpe Davidis interrogabat quia eam dare adolescenti, qui clarus esset genere, cupiebat.* 1453 (1 *Reg.* 17. *nu.* 55.)

Primo Regum 17. Dixitque Abner; Vivit anima tua, rex, si novi. *n.* 55. *Hugo Card.* Hoc per contrarium dicitur, quasi diceret, Tu moriaris, si novi eum. Est sensus sicut verum est quód vivit anima tua: ita verum est quòd non novi eum. Vel sic Per vitam animæ tuæ non novi eum. *Ibi. Non pro sua ipsius vita, sed pro vita regis iuravit Abner, ac si pluris vitã regis, quám vitam suam faceret; ac proinde dum pro vita iuraret regis, maiorem verbis suis certitudinem inesse ostenderet, quàm si iurando pro vita sua, verborum certitudinem confirmaret.* 1454 (1 *Reg.* 17. *nu.* 55.)

Primo

1455 1 Reg. 20. nu. 25. *Primo Regum.* 20. Cùmque sedisset rex super cathedram suam: (secundùm consuetudinem) quæ erat iuxta parietem, surrexit Ionathas, & sedit Abner ex latere Saul, vacuúsque apparuit locus David. *nu.* 25. *Hugo.* Surrexit Ionathas cedens Abner principi militiæ. *Ibi. Maximus erat in domo regia honor Abneris, cui nō solùm alij regni proceres, sed & ipse princeps regis filius in regali mensa locum primum à latere regis deferebat: cui enim in bello, tanquam militiæ principi princeps regni miles illius factus cedebat, in pace cedere minimè recusabat.*

1456 1 Reg. 26. nu. 15. *Primo Reg.* 26. Et ait David ad Abner: Nūquid nō vir tu es? Et quis alius similis tui in Israel? quare ergo non custodisti dominū tuū regē? *n.* 15. *Hugo Card.* Nō vir. Idest virtuosus, & strenuus. Ioseph dicit: Cùm sis magnus, & apud regē honore præcipuus, corpus regis ita custodis? *Ibi. Numquid non vir? Ac si indignus nomine viri foret iudicandus, ille qui cùm regis custos esset maior, dum rex dormiret, non evigilaret, ut regem suum posset à quocūque periculo liberare.*

1457 2 Reg. 2. n. 21 *Secundo Reg.* 2. Dixitq; Abner Vade ad dextrā, sive ad sinistrā, & apprehen le vnū de adolescentibus, & tolle tibi spolia eius. *nu.* 21. *Hugo Card.* Quasi diceret. Si vis experiri virtutē tuā, accipe vnū de iuvenibus istis, & cùm eo luctare seorsùm: & cùm superaveris eum, tolle spolia eius: me autē desine persequi, per quod innuitur quòd Asael adolescens erat. *Ibi Fugiebat Abner, & licet in fuga se factū ludibrium fortunæ videret, adhuc insequētē Asaelem ut adolescentē despiciebat, quē ideo, ut puerū sibi similē insequeretur, monebat; quia indignum eum iudicabat, qui cum principe militiæ decertaret.*

1458 2 Reg. 3. n. 12 *Secundo Reg.* 3. Misit ergo Abner nūcios ad David pro se, dicētes: Cuius est terra? Et ut loquerētur: Fac mecū amicitias, & erit manus mea tecū, & reducā ad te vniversum Israel. *n.* 12. *Hugo.* Quasi diceret, Nō ne terra est in manu mea: & si voluero tradā eā tibi? Et hoc dixit ut libentiùs David cōponeret cū eo amicitias. *Ibi. Manū suā quinq; digitos habentem, quasi manū in numeros milites continentē in auxilium Davidi promittebat, ut universū Israel Davidis imperio subiugaret; vnus enim Abner ob peritiam belli cū exercitu magno posset æquiparari, qui proinde solus universū Israeliticū populū valeret, etiam sibi resistentem, superare.*

1459 2 Reg. 3 n. 17 18. & 19. *Secundò Reg.* 3. Sermonē quoq; intulit Abner ad seniores Israel, dicēs, Tā heri quàm nudius tertius quærebatis David, ut regnaret super vos Nūc ergo facite: quoniā Dominus locutus est ad David dicēs: In manu servi mei David salvabo populū meū Israel de manu Philisthijm & omniū inimicorū eius. Locutus est autem Abner etiā ad Beniamin. *n.* 17. 18. & 19. *Hugo Card.* Iosephus dicit quòd Beiamitæ custodes erāt capitis Isboseth: quia Saul de Beiamin fuit: propter quod Beniamin familiariùs adhærebat Isboseth filio Saul; & ideo per se loquitur ei. *Ibi. Speciali exhortatione voluit Abner Beniamitas ad defectionem cōmovere, ut qui sciret eos ob sanguinis propinquitatē cum rege, tāto ab ipsis recepto, difficiliùs ad aliū regem sibi non consanguineum accipiendū commovendos. Gaudebant enim Beniamitæ quòd vir de tribu sua, qui proinde eos, ut sibi coniunctos sanguine ad dignitates eveheret, regnaret.*

Ex Lyra.

1460 1 Reg. 17. nu. 55. PRimo Reg. 17. Dixitq; Abner: Vivit anima tua, rex, si novi. *n.* 55. Nec mirùm (inquit *Lyra*) si Abner non cognoscebat David: quia erat princeps militiæ, & sic erat occupatus contra adversarios in extremitatibus regni, rege in domo manente; & David adhuc cum Saule partim fuerat, itaq; forsitā Abner eum ibi de non viderat. *n. suo* 6. *Davidem autem Abner militiæ princeps minimè agnoscebat, quia ad solos milites in*

bello secum commorantes, non verò ad curiales in palatio degentes attēdere solebat.

1461 *Primo Reg.* 26. Clamavit David ad populū, & ad Abner filiū Ner, dicēs: Nō ne respōdebis Abner? *n.* 14. *Lyra.*
1 Reg. 26. nu. 14. Primó cōvincit Abner singulariter, quia erat princeps militiæ, & custos erat principalis personæ regiæ. *n. suo* 15. *& 16. Si ad populū clamasse dicitur, quare nō ad populū, sed ad Abner aliquid dixisse refertur? Populū voluit excitare, ut Abneris increpationē exaudiret, quò magis Abner cōfunderetur, cùm audiēte exercitu suo de negligētia sua argueretur, ne ipse posset milites de negligentia increpare.*

1462 *Secundo Reg.* 2. Rursumq; locutus est Abner ad Asael: Recede, noli me
2 Reg. 2. n. 22 sequi, ne cōpellar confodere te in terrā, & levare nō potero faciē meā ad Ioab fratrē tuū. *n.* 22. *Lyra.* Cogitabat enim Abner, quód David finaliter prævaleret, & tūc indigeret gratia ipsius Ioab, qui erat maior in domo David: propter quod reformidabat occidere fratrē eius. *n. suo* 12. *Eixistimabat enim Abner impossibile fore quòd Ioab frater Asaelis sibi aliquādo apud regē Davidem aliquem exhiberet favorē, sciens illum fratris sui fuisse occisorem.*

1463 *Secundo Reg.* 2. Et exclamavit Abner ad Ioab, & ait: Nū vsq; ad internecio-
2 Reg. 2. n. 26 nē tuus mucro desæviet? an ignoras quòd periculosa sit desperatio? vsq; quò nō dicis populo, ut omittat persequi fratres suos. *n.* 26. *Lyra.* Quia isti & illi erant cultores Dei, & de eadē lege, & ideo nō erat bonū destructionē huius partis, vel illius quærere. *n suo* 6. *Optimā ad belli cessationē Abner rationē proponebat, verbis enim suis, & desperationē fugientiū: & cognationē persequentiū explicabat, ut sic, vel timore, vel amore insequentes à persequendo retardaret.*

1464 *Secundo Reg.* 3. Dixitq; Isboseth ad
2 Reg. 3. nu. 7 & 8. Abner: Quare ingressus es ad cōcubinā patris mei? *n.* 7. *& 8 Lyra.* Dicūt aliqui quód Abner ingressus fuit ad eā concubitu matrimoniali, sperans per hoc obtinere regnū, sicut & Adonias petivit Abisai habere vxorem, ut habetur. 3. Reg. 2. Alij autē dicūt, quòd ingressus fuit ad eā fornicariè, quód redūdabat in verecūdiā Isboseth filij Saul: & ideo si primo modo fuerit, vel secūdo, merito displicuit ipsi Isboseth. *n. suo* 10. *Nimis iratus fuisse dicitur Abner propter verba Isboseth. n.* 8. *Raró namq; princeps aliquis invenietur, qui reprehēsus de crimine, furore non excandescat: quilibet enim nihil nō sibi licere arbitratur, proindeq; nihil á se fieri existimat, quod ab aliquo dignè insimuletur.* 3 Reg. 2.

Tertio Reg. 3. Et nō potuit respōdere ei quidquā, quia metuebat illū *n.* 11. 1465
Lyra. Tū quia Isboseth nō erat homo alicuius valoris: tū quia Abner regebat totā domū illam, & habebat in manu sua totā militiā. *n. suo* 5. *Audaciā nimiam ostendebat Abner, dum Isboseth quē regem constituerat, minabatur, & quia regis agnoscebat imbecilitatē, & suā in exercitu, quē regebat, noverat potestatem.* 3 Reg 3. n. 11

Secundo Reg. 3. Misit ergo Abner nuncios ad David pro se; dicentes: 1466
cuius est terra? Et ut loquerētur: Fac mecū amicitias, & erit manus mea tecū, & reducā ad te vniversum Israel. *n.* 12. *Lyra.* Quia David Christi figura fuit: ideo Abner in hoc gerit typū peccatoris pænitentis, & Christo recōciliari quærentis. Per nūcios autē eius intelligūtur viri boni, & religiosi, per quorū orationes pænitens sperat, & quærit Christo recōciliari exēplo Centurionis Lucæ 7. Qui misit Iudæos ad Christū, ut per eos servi sui sanationē impetraret. *In morali. n. suo* 6. *Qui enim tot adversus Davidē crimina commiserat, solùm per legatos, qui apud regē pro illo intercederēt, posset veniam ab offenso rege sperare.* Reducā ad te universum Israel. *Sic condignam cōmisso contra regē crimini satisfactionem offerebat, dum abductum à se populum ex obedientia regis, à se reducendum in regis obedientiam promittebat.* 2 Reg. 3. n. 12

Secundo

1467 *Secundo Reg.* 3. Nõ videbis faciẽ meã antequã adduxeris Michol filiã Saul: & sic venies & videbis me. *n.* 13. *& infrà.* Venitq; ad David in Hebrõ cũ viginti viris, & fecit David Abner, & viris eius, qui venerãt cũ eo, cõviviũ. *n.* 20. *Lyra.* Michol interpretatur Aqua ex omnibus, & ideo signat lachrymas veræ pænitẽtiæ, quæ de peccatis omnibus debet esse. Per hoc autẽ quód David Abner ad se veniẽtẽ, & Michol adducẽtẽ gratiosè recepit, & magnũ conviviũ ei fecit, significatur quód Christus verè pænitentẽ recepit gratiosé, & eũ refecit Eucharistiæ sacramento. *Lyra in morali. Sola enim Michol Davidi dilecta, si per Abner adduceretur, posset ipsi Abneri veniã iniuriarũ, quas Davidi intulerat, impetrare, ipsumque Davidem, licet adeo offensum, sibi reconciliare.*

2 Reg. 3. n. 13

1468 *Secundo Reg.* 3. Sermonẽ quoq; intulit Abner ad seniores Israel, dicẽs, Tã heri quám nudius tertiùs quærebatis David, ut regnaret super vos Nũc ergo facite. *n.* 17. *&* 18. *Lyra.* Ad seniores, ut adhærerẽt ipsi David, sciens quód alij vulgares istos de facili sequerentur. *n. suo* 14. *Exemplũ namq; seniorum adolescentes amplexarentur; senioribusq; deficientibus à fide data regi, facilè adolescentes adversùs regẽ iã ab ipsis accep tũ rebellarent: authoritas enim seniorum deficientium ad rebellionis crimen eos facilè commoveret.*

2 Reg. 3. n. 17. & 18.

1469 *Secundo Reg.* 3. Locutus est autẽ Abner etiã ad Beniamin. *n.* 19 *Lyra.* Id est ad illos de tribu Benjamin. Istos enim oportebat specialiùs, & efficaciùs inducere, eó quòd in promotione David transferebatur regnum de tribu eorum. *n. suo* 15. *Difficilem sanè provinciam assumebat Abner, dum Beniamitis defectionem à rege, qui ex illorum tribu erat, suadere intentabat. Posset enim Beniamitarum quilibet cogitare, posse fieri, ut rege ex sua tribu defuncto, ipse in regẽ constitueretur: ne aliquis extraneus, vel alterius tribus homo in Israelitico populo regnaret, qui proinde difficilé regiam dignitatẽ, quamvis solùm mente conceptã, ut sibi possibilẽ, nõ ita facilè abdicaret.*

2 Reg. 3. n. 19

Secundo Reg. 3. Cúm ergo deduxisset David Abner, & ille isset in pace, statim pueri David, & Ioab venerũt, cæsis latronibus, cum præda magna nimis. *n.* 21. *&* 22. *Lyra.* Ad ipsum honorandũ cõduxit eũ per aliquod viæ spatiũ. *n. suo* 2. *Ergo David Abnerẽ egredientẽ, ut populũ sibi regi conciliaret, extra palatiũ corã multis deducebat, ut Abner propter hunc honorẽ ad implẽdũ quidquid ad regis obsequium pertinebat, festinaret.* 1470

2 Reg. 3. n. 21 & 22.

Ex Abulensi.

Primo Reg. 14. Nomen principis militiæ eius Abner, filius Ner, patruelis Saul. Porrò Cis fuit pater Saul, & Ner pater Abner, filius Abiel. 50. *&* 51. *Abul.* Abner iste erat cognatus Saulis in secũdo gradu, & accepit eũ in principẽ militiæ; quia erat vir industrius, & bellicosus nimis Ita autẽ evadẽs de bello, in quo mortuus est Saul cõstituit filiũ eius Isboseth regẽ. *q.* 42. *Optimã fecit rex Saul electionẽ, dũ Abnerem militiæ principem præfecit, quem sciebat propter consanguinitatẽ regiã militibus regem deligentibus futurũ amori, & propter animositatẽ hostibus cõtra regẽ pugnãtibus futurũ terrori* 1471

1 Reg. 14. nu. 50. & 52.

Primo Reg. 17. Eo autẽ tẽpore, quo viderat Saul David egredientẽ cõtra Philisthæũ, ait ad Abner principẽ militiæ: De qua stirpe descẽdit hic adolescẽs, Abner? *n.* 55. *Abul.* Iste Abner erat princeps militiæ Saulis, & honorabilior in tota domo Saulis; & sibi familiarior, & ob hoc magis locutus est ei rex, quàm alteri quærens de iuvene illo. *q.* 39. *militiæ suæ principẽ de genere Davidis, quẽ adeo animosum videbat, interrogavit, quasi ad illũ omnes Israel iuvenes strenuos agnoscere pertineret, ut eos eligendo ad bellum posset militaribus officijs pro meritis post egregia facinora honorare.* 1472

1 Reg. 17. nu. 55.

Primo Reg. 17. Dixitq; Abner: Vivit anima tua, rex, si novi. *n.* 55. *Abul.* Quæret aliquis Quanquam Saul non cogno- 1473

1 Reg. 17. nu. 59.

cognovisset nunc David, quomodo nõ cognovit eũ Abner: quia ipse erat familiarissimus regi, & astabat illi; ideo debuisset cognoscere David, qui priús steterat corã Saule, ut patet præcedẽti cap? Respõdẽdũ est quòd Abner nõ agnovit quis esset David, quia David erat multùm immutatus secundùm faciem propter barbã, quæ noviter creverat. *q.* 41.

1474 *Aliam prebet responsionẽ, & sic ait.* Quia Abner numquã viderat David, quia
1 *Reg.* cúm esset princeps militiæ Saulis, &
17. *nu.* Israelitæ semper haberẽt hostes, cre-
55. dendũ est, quód ut plurimùm manebat Abner in cõfinibus regni Israel, & Philisthinorũ ad protectionẽ locorũ, quæ erãt in extremo; & licet venisset David ad Saul: forté nõ vidit eum Abner in prima vice; ideo nũc nõ cognovit. *q.* 41. *Iure equidem iuramentũ interposuit Abner, erat enim difficile creditu quòd adolescẽs, qui tantã in rebus bellicis ostendebat animi virtutẽ, á principe militiæ non agnosceretur.*

1475 *Primo Reg.* 17. Et ait rex: Interroga
1 *Reg.* tu, cuius filius sit iste puer. *n.* 56. *Abul.*
17. *nu.* Quia rex nolebat familiariter loqui
56. ad alios per se: sed per ministrũ suũ. Dicũt autẽ quidã Hebræi quód iussit quæri cuius filius esset, ad sciẽdũ, si erat fortis pater suus: quia per hoc poterat præsumi de robore filij *q.* 41. *Nõ ipse interrogavit, sed Abneri præcepit, ut inquireret, quis nã esset pueri pater? Veritus ne si ipse per se ipsum de patre pueri alios percontaretur: si puer de ignobili patre ortum duceret, veritatem quisque regi occultaret; ne ipsum regem, qui puero victori filiam vxorẽ promiserat, contristaret.*

1476 *Primo Reg.* 17. Cùmq; regressus esset David percusso Philisthæo, tulit eum
1 *Reg.* Abner, & introduxit corã Saule, ca-
17. *nu.* put Philisthæi habẽtem in manu. *n.*
57. 57. *Abul.* Istud fuit ad honorandũ David propter victoriã, quã habuerat. Nã percusso Philisthæo erat Saul in tentorio: David autẽ volebat introire ad eũ ferens caput Goliath, Et nõ licebat ei, nisi quis introduceret illũ: ideo Abner, qui erat regis familiarissimus, & potẽtissimus, ut honoraret David, introduxit eũ corã Saule. *q.* 41. *Magnũ ex hoc loco eruitur Abneris præconiũ, qui victorẽ puerũ, quasi in palmis manuũ suarũ ad regẽ tulit, ne sine palmis de tanta victoria reversus, ad regem gloriosus puer victor intraret.*

Primo Reg. 20. Cùmq; sedisset rex 1477
super cathedrã suã (secundúm con- 1 *Reg.*
suetudinẽ) quæ erat iuxta parietem, 20. *nu.*
surrexit Ionathas, & sedit Abner ex 25.
latere Saul, vacuusq; apparuit locus David. *n.* 25. *Abul.* Dicendũ videtur quòd Abner solitus erat sedere apud regẽ, eó quòd erat honorabilior in tota domo sua. In secũdo autẽ loco post eũ poterat dici quòd sedebat David; vel Ionathas, & cúm hìc dicitur quòd surrexit Ionathas, & sedit Abner in loco, in quo erat Ionathas: & ad hoc surrexit Ionathas: sed quód priús sederat Ionathas ad mensã quã Abner, quanquã in loco inferiori; Veniente autẽ Abner, Ionathas surrexit propter reverẽtiã Abner venientis: nec sedit quousq; sedit Abner. Nã scriptũ est; Corã capite cano cõ-
surge, & honora personã senis. Levit. *Levit.*
19. *q.* 28. *Obsequiosus miles extitit Iona-* 19.
thas, qui licet princeps regni foret, tamen militiæ principi primũ in mensa regia locũ concedebat, ut exẽplo suo milites omnes ad honorandum militiæ principem excitaret.

Primo Reg. 26. Clamavit David ad 1478
populũ, & ad Abner filiũ Ner, dicẽs:
Non ne respõdebis Abner? Et respõ 1 *Reg.*
dẽs Abner ait: Quis es tu, qui cla- 26. *nu.*
mas, & inquietas regem. *n.* 14. *Abul.* 14.
Cùm fuit in mõte cæpit clamare ad Abner, & ad populum: increpãdo eos quòd nõ custodierãt regẽ. Fuit autẽ locutus ad Abner, quia ipse erat præcipuus inter viros Saulis. *q.* 15. *Si nõ solum ad Abner, sed etiam ad populum clamasse refertur, quare ad solum Abner locutus fuisse memoratur? Solũ militiæ principem arguebat quia reliquum exercitum malo tanti principis exemplo somno deditum, regiæque oblitum custodiæ arbitrabatur,*

tur, quem proinde non tam acri dignum esse reprehensione indicabat.

1479 *Primo Reg.* 26. Non ne respõdebis Abner. *n.* 14. *Abul.* Quæret aliquis cur David increpuit magis Abner, quã reliquos? *& sic respõdet.* Primùm quia ipse erat minister principalis regis scilicet, quia erat princeps militiæ, & ob hoc magis attinebat ad eũ cura regis, quám ad reliquos. Et ob hoc dormiebat Abner apud Saulẽ tanquam præcipuus custos, ut patet supra in litera, scilicet; Cúmq; vidisset locũ in quo dormiebat Saul, & Abner filius Ner. *q.* 18. [1 Reg. 26. nu. 14.]

1480 *Aliã deinde prabet respõsionem sic.* Secundũ erat, quia Abner cognatus regis, scilicet patruelis eius, ut patet supra. c. 14. magis ergo propter cognationẽ tenebatur eũ diligere, quám reliquis & curare pro salute eius. Et cõsequenter reprehẽsibilior erat reliquis pro negligẽti custodia regis. *q.* 18. *Abnerẽ præcipuè increpavit, quia nõ solùm dormiens ipse saluti regis nõ evigilabat, sed & milites, quos regis custodes designaverat, nõ ad vigiliam, sed ad somnũ compellebat, magis enim hi exẽplo dormientis ad dormiendum, quàm verbo præcipientis ad evigilandum, movebantur.* [1 Reg. 26 nu. 14. 1 Reg. 14.]

1481 *Primo Reg.* 26. Et ait David ad Abner: Numquid nõ vir tu es: & quis alius similis tui in Israel: quare ergo, non custodisti dominũ tuum regẽ. *n.* 15. *Abul.* Hìc incipit eũ accusare, quasi diceret, tu es vir principalior reliquis Israelitis: & tu deliquisti, nec fecisti ut vir bonus, cúm non custodieris dominum tuum. Et quis alius similis tui in Israel? Quasi diceret nõ est alius tibi æqualis. Hoc dicebat quãtùm ad dignitatẽ: quia Abner erat princeps exercitus, & nullus maior principatus erat inter Israelitas. Secundó non erat ei aliquis similis in honore á rege præstito; magis enim illũ honorabat, quàm reliquos Israelitas: quia faciebat eũ sedere apud se in mensa; suprá c. 20. *q.* 18. [1 Reg. 26. nu. 15.]

1482 *Et exponens illud.* Quare ergo nõ custodisti dominũ tuũ regẽ? *n.* 55. *sic ait idẽ Abul.* Quasi diceret malè fecisti nõ custodiẽdo, & reus mortis es. Dixit autẽ dominũ tuũ regẽ: & non dixit dominũ regẽ, vel Dominũ meũ regẽ propter duo. Primó, ut signaret specialẽ honorẽ, & potestatẽ Abner in domo Saulis, per quæ videbatur esse magis rex ipsius, quám aliorũ. Sic etiam dicitur de Deo, qui quanquã sit Deus omniũ: si tamẽ est aliquis ad quẽ Deus specialiter se habeat, vocatur Deus illius. Sic dixit Saul ad Samuelẽ suprá c. 15. scilicet. Pepercit populus melioribus ovibus, & armẽtis, ut immolarẽtur Domino Deo tuo. Non tamen erat solùm Deus Samuelis, sed & Saulis. *q.* 18. [1 Reg. 20. 1 Reg. 26. nu. 15.]

1483 [1 Reg. 15.]

1484 *Deinde sic progreditur idẽ Abul.* Secũdò dictũ est, quia David noluit nũc vocare Saulẽ regẽ suũ: quia non se habebat ad eũ, ut rex, sed ut hostis. Postea autẽ vocavit eũ dominũ & regem ut patet infrà, quia Saul primò vocavit eum filiũ, ut patet ibidẽ. *q.* 18. *Ingratitudinẽ Abneris erga Saulem regẽ David insimulabat; qui tantis á rege acceptis beneficijs quasi omniũ esset oblitus in custodia sui benefactoris dormiebat.* [1 Reg. 15. 1 Reg. 26. nu. 17. 18. & 19.]

1485 *Secundo Reg* 2. Abner autẽ filius Ner princeps exercitus Saul, tulit Isboseth filiũ Saul, & circũduxit eũ per castra, regẽq; cõstituit super Galaad, & super Gessuri, & super Iezrael, & super Ephraim, & super Beniamin, & super Israel universum. *n.* 8. & 9. *Abul.* Abner constituit Isboseth in regẽ: nõ quód ipse ei regnũ traderet: quia totus populus illud tradidit: quia tamen Abner tanquã princeps militiæ induxit exercitũ, & totũ populũ ad cõsentiendũ in Isboseth ut in regẽ, dicitur cõstituisse eũ regẽ. *q.* 10. *Filiũ regis in regẽ constituendã per varias regni partes Abner circumducere voluit, ut præsentia filii in subditis memoriã patris excitaret, ut sic populus desiderãs beneficiũ à patre regẽ accepta in filio solvere, eũ in regem facilè acceptaret.* [2 Reg. 2 nu. 8. & 9.]

1486 *Secundo Reg.* 2. Dixitque Abner ad

 Ioab:

Ioab: Surgant pueri, & ludant coram nobis: & respondit Ioab: Surgant Surrexerunt ergo, & transierunt numero duodecim de Beniamin ex parte Isboseth filij Saul, & duodecim de pueris David. *n.* 14. 15. *Abul.* Quanquam Abner esset dux super 11. tribus, super quas regnabat Isboseth: tamen solùm accepit istos duodecim viros de tribu Beniamin: eò quód illi erant fortissimi, & animosi nimis. Nam semel pugnavit tribus Beniamin contra omnes tribus Israel, & obtinuit bis victoriam: occiditque de Israelitis multos,
Iud. 20 ut patet Iudic. 20. Accepit etiam Abner viros potiùs de Beniamin, quám de alijs tribubus, eó quòd isti maius disiderium pugnandi habebāt pro Isboseth, quám cæteri, quia rex erat de tribu eorum. *quæst.* 14. *Ex tribu ergo ex qua rex Isboseth erat, pueros ad hoc speciale certamen Abner eligere voluit, quia hi memores victoriarum quas eorum patres adversùs patres puerorum Israelitarum olim obtinuerant, pueros Israelitas à se nunc etiam vincendos sperarent, ac proinde spe concepta de victoria, exemplo patrum suorum animosiores facti adversùs hostes libentiùs decertarent.*

1487 *Secundo Regum* 2. Et exclamavit Abner ad Ioab, & ait: Num vsque ad internecionem tuus mucro desæviet? an ignoras quòd periculosa sit desperatio? vsque quò non dicis populo, ut omittat persequi fratres suos? *n.* 26. *Abul.* Quasi diceret. Non sumus hostes, sed fratres: ideo non debemus pugnare ad totalem deletionem sicut hostes: sed sufficit pugna præterita. *q.* 20. *Et paulò infrà.* Sciendum autem quód sicut Abner putabat quòd Ioab cessaret ipso loquente: ita ipse habebat animum, quòd si viri Ioab victi, & fugati fuissent à viris Abner, & petivisset Ioab cessationem pugnæ: ipse fecisset desistere viros suos. Quod patet, quia Abner nolebat facere totum malum, quod poterat. Nam

2 Reg. 2. nu. 26.

cúm Asael persequeretur eum à principio potuisset eum occidere faciliter, sicut postea fecit; admonendo ipsum ut desisteret, ne compelleretur eum occidere: & tamen noluit eum occidere qoousque sæpe eum admonuit. *q.* 20.

Et adhuc infrà Exponens illud. Vt omittat persequi fratres suos, *sic ait.* 1488
Abul. Omnes enim Israelitæ vocabantur inter se fratres, quia erant filij eiusdem viri scilicet Iacob. Et sic scriptura vocat omnes Hebræos inter se fratres, ut patet Levit. 35. Et Deut. 15. *q.* 20. Et clamavit Abner ad Ioab &c. *Id, quod ipse facere decreverat, cúm esset militiæ princeps, ab alio principe militiæ faciendum sperabat, quia de se ipso alium iudicabat.*

2 Reg. 2. nu. 26.

Secundo Regum 3. Numquid caput canis ego sum adversúm Iudam hodie, qui fecerim misericordiam super domum Saul patris tui, & super fratres, & proximos eius? *n.* 8. *Abul.* Abner erat caput canis, quia cæteri de Israel non movissent aliquod bellum contra David, nisi Abner incitasset eos. *q.* 5. *Et exponens illud:* Qui fecerim misericordiam &c. Magnam misericordiam fecit cum domo Saul: eò quód fecit manere regnum Israel in illa. Vocatur autem domus Saulis omnes de familia sua, ut filij & cæteri familiares. Cum his omnibus fecit misericordiam Abner; quia faciendo manere regnum Israel, in manu Isboseth, nō solúm exaltabatur ipse; sed etiam tota domus Saulis, quia perveniebat dignitas ad omnes, eó quòd participabant bonis regni. *q.* 5. 1489

2 Reg. 3. nu. 8

Deinde sic progreditur. E converso si Abner non fecisset manere regnum Israel in manu Isboseth, tota domus Saulis fuisset infelix nullā habens dignitatem, & timeret sibi mortem infligendam á David propter inimicitias, quas habuerat cum Saule. *quæst.* 5. *Et exponens illud eiusdem num.* 8. Et non tradidi te in 1490

2 Reg. 3. n. 8

manus

manus David. *sic ait idem Abul.* Feci misericordiam magnam tecum non tradendo te in manus David, quia ipse occidisset te, ne regnares: eò quód eras de stirpe Saulis; vel si fortè voluisset servare iuramentum, quod præstiterat Sauli de non delendo semen eius. 1. Reg. 24. Saltem tenuisset te incarceratum, ne insurgeres contra eum. *quæst.* 5. *Ingratus sanè Abner, qui solùm obsequia à se exhibita regi repetebat: non verò beneficia sibi à suo rege facta numerabat.*

1491 *Secundo Regum* 3. Et fecit David Abner, & viris eius qui venerãt cum eo convivium. *n.* 20. *Abul.* Istud fuit magnificum conviviũ, sicut decebat regiam celsitudinem; præcipuè quia Abner erat magnus princeps in Israel & afferebat Davidi bona, scilicet coniugem suam, & consensum totius Israel ad faciendum eum regem. *q.* 18. *Erat enim convivium à Davide exhibitum Abneri magnũ ab ipso rege Abneri argumentum concessi favoris, magnumque similiter signum erat amoris.*

1492 *Secundo Regum* 3. Ineam tecum fœdus & imperes omnibus, sicut desiderat anima tua. *num.* 21. *Abul.* Quod fœdus erat istud, quod nunc debebat Abner componere cum David? Et sic respondet. Dicendum quód istud fœdus fuit compositio inter populum, & David de modo regnandi. Nam cúm assumuntur reges novi; potissimè si non sunt de progenie illorum, qui regnare solebant; populus facit cum eis pacta, & leges de modo regnãdi. Sic enim fuit in Saule quando factus est rex super Israel: Nam dicitur quód Samuel locutus est ad populum legem regni, & scripsit in libro, & reposuit coram Domino 1. Reg. 10. David autem nunc noviter sumebatur in regem à toto Israel: ideo populus voluit convenire cum eo de modo regnandi. Nam si non convenirent, non acciperent illum: sic enim fuit de Roboam filio Salomonis; à quo in electione eius in regem populus petivit aliqualem relevationem in tributis: & quia non consensit, noluit eum populus assumere in regem 3. Reg. 12. *quæst.* 19. *Israelitici populi nomine novas leges à novo rege observandas proponebat Abner, quas rex denuò constitutus deberet observare, si ut rex legitimus, non autem ut tyrannus vellet imperare.*

(Margin: 1 Reg. 24. — 2 Reg. 3. n. 20. — 2 Reg. 3. n. 21. — 1 Reg. 10. — 3 Reg. 12.)

1493 *Secundo Regum* 3. Cùm ergo deduxisset David Abner & ille isset in pace, statim pueri David, & Ioab venerunt cæsis latronibus cum præda magna nimis. *num* 21. & 22. *Abul.* Dicitur quód David deduxit Abner idest comitatus est eum aliquantulum extra Hebron, Nam Abner steterat cum David, & dixit ei quód volebat ire ad congregandum totũ populum ad David: & tunc David exivit cum eo de Hebron, & venit usque ad aliquantum spatium, ut honoraret illum. *quæst.* 19. *Volebat enim David Abnerem coram multis honorare, ut alii sibi hostes agnoscentes quantum David hosti reconsiliato honorem exhiberet, vellent etiam se ipsos cum Davide adeo benefico reconsiliare.*

(Margin: 2 Reg. 3. n. 21 & 22.)

Ex D. Dionysio Carthusiano.

1494 Primo Regum 17. Eo autem tempore, quo viderat Saul David egredientem contra Philisthæum, ait ad Abner principem militiæ: De qua stirpe descendit hic adolescens, Abner? Dixitque Abner: Vivit anima tua, si novi. *num.* 55. *Carthus.* Probabile est quód propter bella vndique imminentia Abner rarò fuerit domi, & ita rarò, ut numquam viderit ipsum David in regis palatio. *art.* 32. *Cum enim Abner princeps esset militiæ, non in palatio regali, sed in tabernaculo militari habitare solebat nisi*

(Margin: 1 Reg. 17. nu. 55.)

ne si à loco pugnæ se retraheret, sinistrè quisque militum de robore sui ducis generalis, non immeritò, posset cogitare.

1495 *Primo Regum* 20. Cúmque sedisset rex super cathedram suam (secundúm consuetudinem) quæ erat iuxta parietem, surrexit Ionathas, & sedit Abner ex latere Saul, vacuusq; apparuit locus David. *n.* 25. *Carth.* Hoc á quibusdã ita exponitur, quòd completo coniugio inter David, & Michol, ipse David tanquam gener regis sedit in mensa primus post regem, Ionathas veró statim post David, & tertiò Abner. Absente ergo Davide videns Ionathas nullum esse sedentem inter patrem suum & se, surrexit de loco suo, & ipse Abner sedit in loco ipsius Ionathæ ex latere Saulis, ita quòd inter eos nullus consedit. Ionathas veró sedit post Abner, quoniam moris non est, ut filius regis sedeat proximus patri in mensa. Sicque locus David, qui erat inter regem, & Abner apparuit vacuus á suo sessore. *art.* 37. *Magnus ex hoc loco Abneris honor in convivio regio fuisse memoratur, dum absente Davide, qui ut regis gener primus post regem in mensa sedere consueverat, ipse primus & regi proximus consedit, ne rex quasi solitarius accumbere videretur, sed haberet proximum sibi aliquem sibi dilectum, cum quo posset familiariter sermocinari.*

1 *Reg.* 20. *nu.* 25.

1496 *Primo Reg.* 26. Et ait David ad Abner: Numquid non vir tu es? Et quis alius similis tui in Israel? quare ergo non custodisti dominum tuum regem. *num.* 15. *Carthus.* Idest strenuus & virilis, ita quod vir hic sumitur à vigore. Videtur David quasi ironicé loqui. Vel si seriosè aut interrogativè hoc protulit. Verum est quód Abner fuit vir valde præcipuus, sagax, fortis, & eminens. Quare ergo non custodisti dominum tuum regem. Et vtique reprehensibilis, & incautus fuisse videtur, quòd non ordinavit de vigilibus noctis, vel de efficaci custodia. *art.* 45. *At si non homo, sed bellua posset nominari, qui in bello imbellem ostendens animum, pro custodiendo rege suo non evigilaverat.*

1 *Reg.* 26. *nu.* 15.

Secundo Regum 2. Abner autem filius Ner princeps exercitus Saul tulit Isboseth filium Saul & circumduxit eum per castra, regemque cõstituit super Galaad &c. *num.* 8. & 9. *Carthus.* Abner non videtur excusari á culpa, procurando promotionem Isboseth huius in regem, quoniã scivit regnum fuisse promissum ipsi David à Deo, idcirco non debuit regi David resistere. *art.* 3. *Filium pro patre regem constituere curavit ipsius nepotem; non solùm, ut sic accepta à patre beneficia in filio compensaret, sed ut se ipsum in honore, quem apud Saulem adeptus fuerat, apud filium conservaret.* 1497

2 *Reg.* 2. *nu.* 8. & 9.

Secundo Regum 2. Rursumque locutus est Abner ad Asael: Recede, noli me sequi, ne compellar confodere te in terram, & levare non potero faciem meam ad Ioab fratrem tuum. Qui audire contempsit & noluit declinare: percussit ergo eum Abner aversa hastã &c. *num.* 22. & 23. *Carthus.* Ex his elicitur prudentia, patientia, mansuetudo, maturitas huius Abner, qui importunitatem illius iuvenis tam longanimiter toleravit, quem se posse faciliter superare non dubitavit. Et levare nõ potero faciem meam &c. Hoc est coram Ioab non potero apparere securus, nec eius gratiam invenire, si te fratrem ipsius occidero. Itaque Abner timuit ipsum Ioab potiús propter ipsius calliditatem, quàm vires. *art.* 3. 1498

2 *Reg.* 2. *n.* 22 & 23.

Et infrà sic progreditur Carthus. Insuper Abner vidit partem Isboseth deficere omni die, & partem David proficere. Scivit quoque quód regnum fuit promissum ipsi David à Deo, propterea coniiciebat quód David prævaleret, & regnaret in brevi, & quód tunc Ioab fieret vnus de potentioribus regis, quia & nunc fuit 1499

2 *Reg.* 2. *n* 22. & 23.

fuit quasi princeps exercitus, sicque indigeret favore, & gratia Ioab. *art.* 3. *Et ad illud* Percussit &c. *sic ait.* Abner totus peritus in bellicis rebus, quasi progrediendo repentè vertit hastam suam in proprijs manibus, sicque celerrimé vulneravit Asael cum ferro, seu mucrone lanceæ suæ. *art.* 3, Levare non potero &c. *Vere cundaretur enim militiæ princeps quando coram altero principe militiæ appareret, si cùm ipse esset dux veteranus fratrem illius ætate puerum & in militia tyronem lãtinaßet: hoc enim sibi non fortitudini, sed impatientiæ, qua non valuißet ferre puerum, verteretur.*

1500 *Secundo Regum* 3. Quare ingressus est ad concubinam patris mei? 2 *Reg.* 3. *n.* 8 Qui iratus nimis propter verba Isboseth, ait: Numquid caput canis ego sum &c. *num.* 8. *Carthus.* Dicunt nonnulli, quód accepit eam vxorẽ, ut prole ex ea suscepta, per adiutorium tribus, de qua fuit oriunda, vsurparet sibi regnum, ideo Isboseth indignatus est ei. *art.* 5. *Non tam facinus, quàm facinoris motivum arguebat, dicens Quare? ac si ita rogando ambitionẽ regni, quod Abner favore reginæ, quám sibi uxorem duxerat obtinere tentaverat, denotaret.*

1501 *Secundo Regum* 3. Et non potuit respondere ei quidquam, quia metuebat illum. *n.* 11. *Carth.* 2 *Reg.* 3. *n.* 11. Tamquã rectorem domus suæ, principemq; militiæ habentem in manu sua populum Israel. Timuit quoque quòd Abner traderet se manibus David regis, si contradiceret verbis ipsius. *art.* 5. *Formidolosus sanè, qui si strenuus foret, caput Abneris, ac si caput verè canis esset, amputare iuberet, quo abscisso non posset contra regem suum, dominumque suum, quasi adversùs extraneum oblatrare.*

1502 *Secundo Regum* 3. Misit ergo Abner nuntios ad David pro se &c. *num.* 12. *Carthus.* Noluit statim personaliter accedere ipsum David, sed per nuntios explorare, qualiter posset ei reconciliari, & benevolentiam eius captare. *art.* 5. Fac mecum amicitias, & erit manus mea tecum & reducam ad te vniversum Israel. *num.* 12. *Tanta enim virtutis erat vna Abneris manus, ut ea sola è manu regis, qui regnum per tyrannidem vsurpaverat, sceptrum auferre posset, ipsumque sceptrum in manu regis, cui ex promissione divina regnum debebatúr, collocare.*

Secundo Regum 3 Locutus est autem Abner etiam ad Beniamin. 1503 *num.* 19. *Carthus.* Idest tribum Beniamin, quæ magis zelabat pro Isboseth, 2 *Reg.* 3. *n.* 19. tanquam nato de sanguine suo & iam diu pugnavit pro eo, & illi de Beniamin erant domestici Isboseth, atque custodes capitis sui, & valde inviti permiserunt regiam dignitatẽ transferri de tribu sua ad aliam tribum. Ideo diligentiùs erant monendi, ut acquiescerent promotioni David in regem super eos *art.* 5. *Dum seniores Israel, Abner, ut David regem acceptarent, invitabat, sic loquebatur.* Tam heri, quàm nudiustertiùs quærebatis David, ut regnaret super vos: nunc ergo facite. *n.* 17. & 18 *Vt nõ tam suam ipsius, quàm seniorum voluntatem implere videretur, dum illis regem, quem illorum quilibet, paulò ante quærebat, regem faciendum ab ipsis offerebat, ut sic faciliùs eos ad regem constituendum inclinaret; qui nempe ab illis constitutus, eos super alios, gratus, erga constituentes se regem, honoraret.*

Secundo Reg. 3. Venitque ad 1504 David in Hebron cum viginti viris & fecit David Abner, & viris eius, 2 *Reg.* qui venerant cum eo convivium. *n.* 3. *nu.* 20. *Carth.* Certus de amicitia David 20. ideo paucos, & honorabiles viros secum adduxit. Et fecit David &c. Id est magnificé suscepit ipsum Abner, & solenne convivium exhibuit ei, ac viris suis in signum amicitiæ, & confœderationis, *art.* 5. *In mensa regali cibo potuque, veré regis Abnerem David voluit honorare, ne Abner de rebellione adversùs munificum regem cogitaret, sed potiùs illo regali convivio, quasi amoris*

amoris pignore de benevolentia regis satis securus, omnes alios ad amicitiam cum illo habendam rege excitaret.

Ex Caietano Cardinali.

1505 Primo Reg. 20. Cùmque sedisset rex super cathedram suam (secundùm consuetudinem) quæ erat
1 Reg. iuxta parietem, surrexit Ionathas,
20. nu. & sedit Abner ex latere Saul, vacu-
25. ùsque apparuit locus David. *nu.* 25. *Caietanus.* Et sedit Abner ad latus Saulis insinuatur quòd Ionathas surrexit, hoc est non perseveravit vsque ad finem convivij; & inde secutum est quód Abner remansit sedens ad latus Saulis: hoc est nullo sedente medio inter Saulem, & Abner. Surrexerat enim Ionathas medius, nec loca mutabantur: ut testatur locus Davidis apparens vacuus. Hoc enim est signum quód vnicuique eorum etiam absenti servabatur locus proprius. *Ibi. Ergo Ionathas non potuit absente amico suo Davide in convivio vsque ad finem permanere; regales namque dapes, licet preciosas fastidiebat, quas præsentia amici sui palato amoris sui sapidas non faciebat.*

1506 *Secundo Reg.* 2. Abner autem filius Ner, princeps exercitus Saul tu-
2 Reg. lit Isboseth filium Saul, & circum-
2. nu. 8. duxit eum per castra, regemque cō-
& 9. stituit super Galaad, & super Gessuri, & super Iezrael & super Ephraim, & super Beniamin, & super Israel vniversum. *num.* 8. & 9. *Caietanus.* Ex hoc enim quòd primò nominatur regio Galaad, insinuatur quòd de civitate Machanaim, quæ erat in Galaad, est sermo. Suffragatur quoque ratio, ut Abner securus de tribu Beniamin (utpote propria) quæ erat contermina tribui Iudæ, sollicitus fuerit de regione trans Iordanē, ne vniretur Davidi: præsertim cùm intellexisset Davidem misisse nuncios ad regionem illam. *Ibi. Vt ostendens omnibus his regionibus regis defuncti filium, per ipsius præsentiam omnes illarum habitatores commoveret, ut illum quem præsentem viderant, eos sua benevolentia ad sui amorem, allicientem, regē vellent, ne de Davide absente cogitarent.*

Secundo Reg. 2. Dixitque Abner ad Ioab: Surgant pueri, & ludant coram nobis. Et respondit Ioab: surgant. Surrexerunt ergo, & transierunt numero duodecim de Beniamin, ex parte Isboseth filij Saul, & duodecim de pueris David. *num.* 14. & 15. *Caietan.* Ex tribu Beniamin electi scribuntur duodecim: utpote cuius magis intererat, quia rex Israel de tribu erat Beniamin. *Ibi. Surgebant pueri, & ad bella, quasi ad bellaria festinabant. Ludebant: Ipsis namque, utpote animosis, non vera pugna, sed pugnæ vmbra videbatur illa, in qua quisque pro suo rege propugnando decertabat.* 1507 2 Reg. 2. n. 14 & 15.

Secundo Reg. 2. Percussit ergo eum Abner aversa hasta &c. *n.* 23. *Caietan.* Clarè significatur quòd percussio facta est non cum ferro lanceæ, sed cum posteriore parte lanceæ: ferro enim est anterior lanceæ pars. Et in hoc ostendit Abner quòd minùs vulnerare intendebat Asaelem. *Ibi & infrà.* Vide quantùm differt novus tyro á veterano milite. *Ibidem. Neque enim, ut hostem percuteret á fuga cessavit, sed dum fugeret retro brachium extendens temerarium iuvenem, in persecutione post vnam alterāque monitionem, adhuc in audacia persistentem, lancinavit.* 1508 2 Reg. 2. n. 23

Secundo Reg. 3. Qui iratus nimis propter verba Isboseth, ait: Nūquid caput canis ego sum &c. *nu.* 8. *Caietan.* Dicit autem se reputari, ut canem non ut principem exercitus: quia nō habebatur ratio eius propter ipsummet (dum reprehendebatur pro re muliebri) sed propter bonum ipsius regis duntaxat, sicut habetur ratio canis custodis propter bonum 1509 2 Reg. 3. nu 8.

bonum custodiæ duntaxat. Abner enim erat veré custos domus Saulis (ut & priùs gesta, & posteriora testãtur,) & volebat sibi multa licere tamquam principi, à quo pendebat tota salus regni. *Ibi. Cani se conferebat Abner, qui certé canis officium faciebat, dum regem, ut fidelis custos latratu suo sæpe excitabat, ne eum dormientem hostis occidere posset: aliquando tamen hoc canis officium non implevit, quando scilicet David non solùm Saulem, sed etiam ipsum Abnerem dormientes adinvenit, potuitque, si voluisset regem lancinare, aliquando ergo custos dormitavit fidelis.*

1510 *Secundo Reg.* 3. Hæc faciat Deus Abner, & hæc addat ei, nisi quomodó iuravit Dominus David, sic faciam cum eo, ut transferatur regnum de domo Saul, & elevetur thronus David super Israel, & super Iudam. *n.* 9. *&* 10. *Caietanus.* Nomen est Elohim. Disce qui accusas negligentiam principum, quanti mali regi Isboseth occasio fuerit reprehensio Abner. *Ibi. Iram suam adversùs regem sui reprehensorem sub zeli specie, quo impletianem promissionis divinæ vellet, palliabat Abner, significans se motum ad regnum ab Isboseth auferendum, & Davidi conferendum non ex propria passione, sed ex Dei de regno Davidi conferendo promissione.*

2 Reg. 3. nu. 9. & 10.

Secundo Reg. 3. Et dixit ad eum Abner: Vade, & revertere. *n.* 16. *Caietan.* Hinc insinuatur quòd Abner vniversum hoc negocium tractavit, qui etiam comes fuit Michol per aliquantum itineris spatium. *Ibi. Volebat enim Abner amicitiã inter se ipsum, & Davidem factam confirmare, ideo voluit Michol Saulis filiam, qua industria ipsius Abneris ad Davidem virum eius reducebatur, per se ipsum deducere, ut qui sciret obsequium dilectæ sponsæ Davidis exhibitum, quasi sibi præstitum ab ipso Davide computandum, & compensandum.* 1511

2 Reg. 3. nu. 16.

Secundo Reg. 3. Nunc ergo facite. Quoniam Dominus locutus est ad David dicens: In manu servi mei David salvabo populum meum Israel de manu Philisthim & omnium inimicorum eius. *n.* 18. *Caietanus.* Ne videretur proditor, vindictam in Isboseth exercet sub specie exequendi divinam revelationem. *Ibi. Dum Davidem futurum populi Salvatorem ex divina revelatione demonstrabat, populum ad accipiendum Davidem in regem commovebat; regem enim populus libenter deberet acceptare, á quo salutem suam, á Deo promißam, posset sperare.* 1512

2 Reg. 3. n. 18


SONVS

SONVS XX.

Abra.

Ex D. Augustino.

1513 *Iudi.* 8. *nu.* 32.



Iudith. 8. Stabitis vos ad portam nocte ista, & ego exeam cum Abra mea: & orate, ut sicut dixistis, in diebus quinque respiciat Dominus populum suum Israel. *n.* 32. *D. Augustin.* Ecce Iudith post precem, & saccum, post cinerem ad cultus puellares redit, spes omnium populorum procedit, sollicitos populos redditura securos sua sapientia consolatur, quae promittens victoriam, quam omnis natio miraretur, portam sibi paululum remotis obicibus postulabat aperiri. Prodiit secura vnius puellae comitatu contenta, & hostium securis gressibus properavit in castra. *serm.* 66. *qui fuit de tempore* 228. *Inter puellas, quas secum Iudith in secreto cubiculo semper habebat, vna erat Abra, quam prae omnibus diligebat; ideo illam relictis alijs solam ad patrandum prodigiosum facinus secum tulit. Hac enim sola posset dominae suae amore, non superari adversariorum timore.*

1514 *Iudith.* 10. *n.* 1 2. & 3.

Iudith. 10. Factum est autem cùm cessasset clamare ad Dominum surrexit de loco, in quo iacuerat prostrata ad Dominum. Vocavitq; Abrã suam, & descendens in domum suã, abstulit á se cilicium, & exuit se vestimentis viduitatis suae, & lavit corpus suum, & vnxit se myro optimo, & discriminavit crinem capitis sui, & imposuit mitram super caput suũ, & induit se vestimentis iucunditatis suae, induitque sandalia pedibus suis, assumpsitque dextraliola, & lilia, & inaures, & annulos, & omnibus ornamentis suis ornavit se. *n.* 1. 2. & 3. *D. Augustinus.* Exorata consurgens abluit aqua corpus suum, imponens sibi ornamentum pendulas aureas, divitias suspendit, & manibus lapillatos circulos splendentes induxit, fluentes sinus purpureae vestis gemmato collegit pectore, casto vultu priús dimicatura, quám ferro. Monilium tela pudori semper adversa hostem ferire didicerunt. Gentis suae vindex sumpsit ornamentorum arma, non de bello nuptias subitura, sed de civitate bellatrix procedit sponsa, nec fuit levitas ornatus, qui ad homicidium tanti capitis aptabatur. Pergit divino spiritu ducta, & singularis ancillae solatio contenta. *serm.* 67. *qui fuit de tempore* 229. *Abram suam inter alias puellas sibi fidelem secum ferre voluit, ut quae in cubiculo fuerat, dum oraret Deum, testis fervoris: foret & in publico sui, dum loqueretur ad Holofernem, testis pudoris.*

1515 *Iudith.* 12. *nu.* 19.

Iudith 12. Et accepit, & manducavit, & bibit coram ipso ea, quae paraverat illi ancilla eius. *num.* 19. *D. Augustin.* Paratur convivium regi, Iudith interesse iubetur: Illa consentit ut vincat: accedit ad convivium, nihil de cibis, aut de poculis hostium gustatura, quae suis vtensilibus voluit esse contenta. *serm.* 66. *qui fuit de tempore* 228. *Panem, & vinum, cibum potumque, ex quibus optimũ convivium Abra dominae suae paraverat, Iudith accipiebat: hoc enim convivio quo Eucharistiae convivium praesignificabatur, feminea formidine posita, viro quolibet robustior facta, femina hostium ducem animo-*

animosa truncavit.

1516 *Iudith.* 13. Abscidit caput eius, & abstulit conopæum eius á colum-
Iud. 13 *nn.* 10. 11. & 12. nis, & evoluit corpus eius truncum. Et post pusillum exivit, & tradidit caput Holofernis ancillæ suæ, & iussit, ut mitteret illud in peram suam, & exierunt duæ, secundùm consuetudinem suam, quasi ad orationem, & transierunt castra, & gyrantes vallem venerunt ad portam civitatis. *n.* 10. 11. 12. *D. Augustinus.* Exiēs foras, tradidit puellæ caput Holofernis, & misit illud in peram. Et post pusillum exivit foras, quasi ad orationem secundùm cõsuetudinē. Ecce castitas. Orationis favore castitas pudorem proprium servavit intactum & quietum, decepitque alienum. Iacet inclusum cadaver, etiam foris est caput; Cum palmifera castitate Iudith ad cives sollicité festinat: nec prohibetur regressu, cui quasi ad orationē ante ire fuerat concessū. *serm.* 66. *qui fuit de tempore* 228. *Non timuit Abra cùm caput ducis defuncti videret, at in peram illud, ut domina ei iusserat, misit; clausumque portavit civibus suis miraculosæ victoriæ á domina sua obtentæ ostensura trophaeum, comes ipsa triumphi, victrix simul cum domina sua regreditur de prælio castitatis.*

Ex Hugone Cardinali.

1517 *Iudith.* 10. Factum est autem, cùm cessasset clamare ad Dominum,
Iud. 10 *n.* 1. 2 & 3. surrexit de loco, in quo iacuerat prostrata ad Dominum; vocavitque Abram suam, & descendens in domum suam, abstulit á se cilicium, & exuit se vestimentis viduitatis suæ, & lavit corpus suum, & unxit se myro optimo, & discriminavit crinem capitis sui, & imposuit mitram super caput suum, & induit se vestimentis iucunditatis suæ, induitque sandalia pedibus suis, assumpsitque dextraliola, & lilia, & inaures, & annulos, & omnibus ornamentis suis ornavit se. *num.* 1. 2. & 3. *Hugo.* Vocavitque Abram suam, est nomen proprium ancillæ. *Ibi. Vocavit Abram ut ope illius vestimentis tristitiæ se exueret: & ornamentis lætitiæ se indueret. Videtur enim Abra inter alias Iudith puellas illa fuisse, quæ dominam suam, ut ei familiarissima, exuebat, ac induebat.*

Ex Lyrà.

Iudith. 8. Erat autem Iudith relicta eius vidua iam annis tribus, 1518
& mensibus sex. Et in superioribus domus suæ fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur. *numer.* 4. & 5. *Lyra.* *Iudi.* 8. *n.* 4. & 5.
Vt sic aspectus hominum, & colloquia meliùs declinaret, & liberiús orationi vacaret. *num. suo* 5. *Vna ex puellis, quas secum Iudith habebat, Abra erat, quæ dominæ suæ exemplo excitata in illo inclusa cubiculo, (quasi monialem vitam ageret) divinis tantùm placere oculis illius, qui in abscondito videt, desiderabat.*

Iudith. 10. Vocavitque Abram suam, & descendens in domum suam, abstulit à se cilicium, & exuit se vestimentis viduitatis suæ &c. *Iud.* 10 *n.* 2. & 3.
num. 2. & 3. *Lyra.* Vocavitque Abrā suam idest, ancillam liberam, & dicitur ab hac præpositione, ab, & ara aræ; nam antiquitús iuxta aram libertas servis donabatur. *num. suo* 3. *Abra ergo vocabulum suum adimplebat: dum simul cum domina sua per dies singulos aram frequentabat, ut pro se suisque civibus in periculo positis Dominum precaretur.*

Iudith. 10. Imposuit itaque Abræ 1519
suæ ascopeam vini, & vas olei, & po-

lentam, & palathas, & panes, & caseum, & profecta est. *n.* 5. *Lyra.* Ascopam vini idest vtrem, & polentam idest cibum de farina factum. *n. suo* 10. *&* 11. *Igitur Abra & panem, & vinum iussu dominæ suæ portabat, quæ iam tunc corpus Domini ex pane consecrandum, & sanguinem ex vino faciendū appetebat, ut posset per hunc c[illegible]. potumque omne inter hostes mortis [illegible] lum evadere, immo & de illis g[illegible] simé triumphare.*

Ex Dionysio Carthusiano.

1520 Iudith. 10. Vocavitque Abram suam, & descendens in domum suam, abstulit á se cilicium, & exuit se vestimentis viduitatis suæ. *n.* 2. *Carth.* Idest ancillam non qualemcunque, sed valde electam, quam noverat alijs ancillis prudentiorem, & constantiorem, ac multúm fidelem. *ar.* 10. Abram suam. *Non sic concluditur huius nobilissimæ, & ditissimæ fœminæ dominium, quasi hanc solam ancillam possideret, quam suam posset appellare, sed eius erga Abram amor explicatur; ita enim eam præ cæteris propter illius virtutes diligebat; ut eam solam, quasi suā adamaret, solamque suam gloriabunda, quòd talem possideret ancillam, nominaret.*

Ind. 10 *num.* 2.

1521 *Iudith.* 13. Eratque Iudith sola in cubiculo. Porro Holofernes iacebat in lecto, nimia ebrietate sopitus. Dixitque Iudith puellæ suæ, ut staret foris ante cubiculum, & observaret. *n.* 3. 4. *&* 5. *Carth.* Vt observaret an aliquis adveniret, quatenus sibi hoc insinuaret. *art.* 13. *Statim postquam Vagao cubiculum claudens egressus est, Iudith cubiculi ostium aperuit, ut [illegible]a vellet Abram suam testem sibi esse nō [s]olùm sui pudoris, sed valoris, quibus libidinosissimi pariter, ac robustissimi ducis caput duplicato ictu amputavit.*

Ind. 13 *n.* 3. 4. *&* 5.

1522 *Iudith.* 16. Et dimisit Abram suam liberam. *num* 28. *Carth.* Idest liberavit, immo & locupletavit eam abundè, quam dilexit, ut filiam, iuxta illud Ecclesiastici. Servus fidelis sit tibi dilectus quasi anima tua, & quasi filium tracta eum. *art* 16. *in fine.* Dimisit liberam. *Iure libertatem Abra vendicavit, quæ dominæ suæ Iudith singularis, fidelis, & individua comes fuerat, ut civitatem suam á duro crudelissimi tyranni iugo, & asperrima servitute liberaret.* Et dimisit Abram suam liberam. *Merito Abram suam Iudith grata eius obsequio libertate donavit; neque enim decens erat, ut Abra, quæ tantæ dominæ servierat, & in tanto facinore opem sibi tulerat, sub domino alterius dominæ servilem, & non liberam vitam ageret.*

Ind. 16 *nu.* 28. *Eccl* 33

SONVS

SONVS XXI.

Abraham.

Ex Philone Hebræo.

1523 *enes.* 11. Hæ ſunt autem generationes: Thare: Thare genuit Abram, Nachor, & Aran. *num.* 27. *Philo lib.* 1. *de nobilit.* Primus parens Iudæorum Chaldæus erat natione, patre prægnatus dedito ſiderali ſcientiæ; non ſine numine patriam, cognatos, familiam deſerit: Sciens, nì faciat, inſtare ſibi á multorum deorum ſuperſtitione periculum, impeditura vnius Dei quærendi ſtudium. & cognoſcendi veri Dei deſiderium magis accenſum eſt oraculo, á quo in impigerrimum quærendi ſtudium inductus eſt: nec priùs veſtigare deſtitit, quám manifeſtiùs conciperet animo quandam imaginem, non eſſentiæ (id enim non eſt poſſibile) ſed providentiæ, quatenus homini fas eſt concipere. *Sic ille, Alludit ad apparitionem Dei Abrahæ factam. Dignus ſanè, qui maximis præconiis ad cælum vſq; efferatur Abrahamus: quippe qui ex illaudatis ortus parentibus, exēplar ſanctitatis effectus, primitias laudis inter omnes generis ſui viros, ut qui primus laudabilis extitit, meruit vendicare.*

Gen. 11 nu. 27.

1524 *Gen.* 11. Tulit itaque Thare Abrā filium ſuum, & Lot filiū Aran filiū filij ſui, & Sarai nurum ſuam, vxorē Abram filij ſui, & eduxit eos de Vr Chaldæorum, ut irent in terram Chanaam: veneruntq; vſque Haran & habitaverunt. ibi. *n.* 31. *Philo.* Sepoſita igitur cura popularium, tribulium, familiarium, amicorum, cognatorum, paterno, maternoque ſanguine, ad hæc patriæ morum conſuetorū, ſimul educatorū, & vitæ ſociorū, quæ ſingula magnā vim habēt ad retrahendū á propoſito libero, ex peditoq; conatu; quāprimúm poteſt, demigrat, primúm é Chaldæa, regione illo tēpore admodū fortunata in Carrenſem agrū. *lib. de Abrah.*

Gen. 11 nu. 31.

1525 *Et paulò infrà.* Chaldæi mundum iſtū exiſtimabant eſſe Deū, profana opinione creaturā facientes creatori ſimilem. Huic enutritus dogmati, & per tempus longū Chaldaico imbutus delirio, tamquā poſt altum ſomnū; aperto mentis oculo, poſtquàm puram lucē pro denſis tenebris cæpit intueri, ſecutus eius ſplendorem, animadvertit quod priùs non viderat: præeſſe mundo quēdā aurigā, gubernatoremque, qui operis ſui ſaluti provideat, curator, tutorque partiū eius etiam, quæ divina cura dignæ ſunt. *lib. de Abramo.* Tulit itaq; Thare Abram filiū ſuū. *Optimus ſanè filius, qui etiam poſtquàm vxorem duxerat, adeo patri permanſerat obſequioſus, ut ad libitum ipſius é patria in terram exteram, ita facilé commigraret, ac ſi eſſet parvulus, quem pater ſinu tolleret, brachiorum vinculis colligatum.*

Gen. 12 nu. 31.

1526

1527 *Gen.* 12. Dixit autē Dominus ad Abrā: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terrā, quā monſtrabo tibi. *n.* 1. *Philo.* Oraculo perculſus, quo iubebatur migrare, deſerta patria, cognatione, paternaq; familia, haud ſecus, quám ſi è peregrinatione domū redire iuſſus eſſet, iter acceleravit in regionē exterā, rē factā ſe habere putans, ſi mandatum exequeretur celeriter. *lib. de Abrahamo.*

Gen. 12. num. 1.

1528 *Et paulò infrà ſic ait Philo.* Omnes ad

Gen. 12 num. 1 ad patrium solum properabundi, videre id, & salutare gestiunt, complecti familiares, frui gentilium, & amicorum mutuo conspectu lõgè iucundissimo: adeo ut aliquoties remorantibus se negotijs, propter quæ reliquerunt domesticos, abrũpant ea, non ferentes gratissimarum necessitudinum desiderium. At hic noster cùm exiguo, vel penè nullo comitatu quàmprimum iussus est, demigravit, animo priùs in novam coloniam profectus, quàm corpore, mortalium rerum desiderio cedente amori cælestium. *lib. de Abrahamo.*

1529 Gen. 12 num. 1. Egredere & veni. *Non dicit Dei Filius Abrahæ, & vade, sed & veni, ut se etiam peregrinum, & in peregrinatione Abrahæ socium indicaret, exemploque Filij Dei é cælo peregrinantis, Abrahamus è solo faciliús fieri vellet peregrinus. Adeo namque difficilis peregrinatio è terrena patria Filio Dei videbatur, ut non nisi exemplo sui é cælesti patria peregrinantis, é terrena patria vellet Abrahamus fieri peregrinus.*

1530 Gen. 12 num. 2. *Genes.* 12. Benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisque benedictus. *num.* 2. *Philo.* Eris, inquit, benedictione dignus, non solùm benedictus. Nam hoc posterius pendet é vulgi opinionibus, & rumoribus, illud veræ laudis est. Sicut enim laudabilis laudato est melior, & vituperabilis vituperato deterior: quód alterum de re, alterum de opinione dicatur, naturæ autem veritas opinione sit certior: ita benedici ab omnibus, id est laudibus eorum celebrari, minùs est, quàm illam benedictionem promereri etiã silentibus omnibus. *lib. de migratione Abrahæ. Aptè additur:* Erisque benedictus *de eo, cui Deus benedicere promittebat; solus enim ille, qui à Deo meretur benedici, benedictus potest appellari.*

1531 Gen. 12 num. 3. *Genes.* 12. Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, atque in te benedicentur vniversæ cognationes terræ. *n* 3, *Phil.* Quid & alij donet Deus propter sapientẽ deinceps videamus. Benedicam, inquit, benedicẽtibus tibi, & maledicã maledicẽtibus. Hæc in honoribus viri boni fieri liquet omnibus: sed nõ ideo tantúm cõmemorantur, verúm etiam propter aptam rerũ consequentiam. Nam bonũ, & qui laudat, est laudabilis. & qui vituperat, est vituperabilis. Laudi autem, & vituperio non tam loquẽtes, scribentesq; fidẽ astruunt, quám ipsa rei veritas. Itaq; nec laudare, nec vituperare videntur, qui in alterutro aliquid admentiũtur de suo, *lib. de migrat. Abrahami.* Benedicã benedicentibus &c. *Non solùm Abrahamo sed etiam Abrahami laudatoribus promittit Deus futurum se præconem, ac si amici sui laudes, proprias computaret & illas divinis laudibus compensaret: ut sic ad laudandum amicum suum omnes homines incitaret; quis enim non voluisset Abrahami præco fieri, ut sui Deum præconem vendicaret.*

Gen. 12. In te benedicentur vniversæ cognationes terræ. *n.* 3. *Philo.* Cõpertum enim est ad familias, civitates, regiones, nationes, atq; etiam tractus terrarũ longé, latéq; patẽtes ex vnius viri probitate nonnumquã magna pervenisse cõmoda, & felicitates amplissimas, præcipuè quando quis cũ bona mẽte accepit divinitus insusitatã potentiã: sicut cũ musico, cuiusq; artifici musica, vel cuiuscunque artis instrumẽta suppetũt. Nã re vera fulcrum generis humani iustus est, suas dotes communicans, & in publicũ vsum conferens. Idem quidquid apud se ipsum nõ invenit, à Deo solo ditissimo postulat. At ille aperto cælesti promptuario nivis, imbrisq; in morẽ bona depluit affatim, ut inde omnes terrenæ lacunæ restagnent. *lib. de Migra. Abrah. Ruinam proculdubio vniversus orbis pateretur, nisi Abrahamo generis humani fulcro fulciretur.* 1532 Gen. 12 num. 3.

Genes.

1533 Gen. 12 num. 7. *Genes.* 12. Apparuit autem Dominus Abrã, & dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc. *n.* 7. *Philo.* Memoratur quamprimùm profectus est ille sapiens, Deum apparuisse Abrahamo, cui videlicet priùs nõ fuerat conspicuus, quando more Chaldæorum intentus erat siderum cúrsibus. *Deinde sic progreditur.* Apparuit pro sua humanitate venientem ad se animam non adversatus, sed obviam progressus, ostendit suam naturam, quatenus videri poterat: quam ob rem non dicitur, Vidit sapiens Deum: sed Deus apparuit sapienti. Nõ enim erat possibile, ut aliquis per se ipsum comprehenderet eum, Qui veré est, ni ille se vltro videndum præbuisset. *Ita ille lib. de Abrah. Solitudinem ingredienti Abrahamo occurrit Dei Filius, eique húmana in forma voluit apparere, ut se in solitudine futurum Abrahamo comitem indicaret, quo socio nihil Abrahamus sinistrum timeret, sed totum dextrum posset sperare.*

1534 Gen. 12 num. 4. *Genes.* 12. Egressus est itaque Abram sicut præceperat ei Dominus, & ivit cum eo Lot. *n.* 4 *Philo.* Primus á vanitate se totum ad veritatem magno conatu contulit. *Et infrá.* Is primus omnium postquam á vanitate transivit ad veritatem, valere iussit disciplinis Chaldaicis, & præstigijs, ut perfectiore contemplatione frueretur, qua facilè captus est, non aliter quám ferrum magnete trahitur, ex sophista sapiens factus est. Gen. 12 num. 4. *Lib de præmiis & pœnis.* Egressus est itaque sicut præceperat. *Idem Philo.* Narratur, quòd profectus est Abraham, sicut locutus est ei Dominus. Hic autem est ille finis, qui á præstantissimis philosophis celebratur, videlicet iuxta naturam vivere, id fit, quando mens ingressa virtutis semitam, incedit per rectæ rationis vestigia, & Deum sequitur, memor eius præceptorum, habens ea rata dictis, factisque omnibus. Profectus enim est, sicut locutus est ei Dominus. Id verò idem est quòd sicut loquitur Deus. Loquitur pulcherrimé & laudabiliter. Nec aliter vir bonus facit singula, callem vitæ irreprehensibiliter dirigens, adeo, ut opera sapientis nihil differant á divinis eloquijs. *Lib. de migrat. Abrah. Sicut præceperat ei Dominus. Non enim solùm quod iussum sibi fuerat, faciebat, sed & modum ad mensuram voluntatis divinæ observabat, ac adeo perfectissimé impositum á Deo præceptum, adimplebat.*

1535 Gen. 12 n. 9. & 10. *Genes.* 12. Perrexitque Abram vadens & vltra progrediens ad meridiem. Facta est autem fames in terra: descendit Abram in Ægyptum, ut peregrinaretur. *Ibi. num.* 9. & 10. *Philo.* Quis alius tulisset æquo animo, si de relictis proprijs ædibus, insuper ab omni vrbe prohibitus protraheretur in loca inaccessa, & devia? Quis non verso itinere domum repetisset propere, neglecta spe proposita, cupiens præsentem egestatem effugere, & stultitiam reputans propter incerta bona involui malis certissimis? Solus hic afficiebatur aliter, iucundissimam vitam existimans secessum á multitudine. Sic enim natura comparatum est, ut qui Deum invenire cupiunt, amicam ei solitudinem diligant, hoc primùm modo imitati beatam illam, ac felicem essentiam. *lib. de Abraham.*

1536 Gen. 12 n. 9. & 10. Perrexit itaque Abram vadens, & vltra progrediens ad meridiem. *num.* 9. *Triplicato verbo profectus Abrahami à sacro scriptore enunciatur, vltimoque, vltra progrediens, dicitur, ut nemo in via perfectionis columnam, quasi terminum imponens titulo (Non plus vltra) inscriptam erigere præsumat, sed exemplo Abrahami semper vltra progrediens in via perfectionis nunquam pedem figat, & progrediendo curet ambulare: ut si non divino Patri in perfectione similis esse possit, saltem huic humano patri se valeat assimilare.*

1537 Gen. 13 num. 2 *Genes.* 13. Erat autem dives valde in possessione auri, & argenti *n. 2 & infrà.* Sed & Lot, qui erat cũ Abram, fuerunt greges ovium, & armenta, & tabernacula. Nec poterat eos capere terra, ut habitarent simul: erat quippe substantia eorum multa, & nequibant habitare communiter. Vnde facta est rixa inter pastores gregum Abram, & Lot. Dixit ergo Abram ad Lot: Ne quæso sit iurgium inter me, & te, & inter pastores meos, & pastores tuos: fratres enim sumus. *à n.* 5. *Philo.* Itaq; gravi rixa coorta, vir bonus, postquám partes concitatas cognovit, sciens suos prævalere numero ac viribus, non permisit rem ad manus devenire, ne fratris filium, cladem suorum ægrè laturum, contristaret: sed in medium progressus pacificis verbis finivit controversiam. *lib. de Abrah.*

1538 Gen. 13 num. 2. *Et infrà sic ait idem Philo.* Accersitoque fratris filio, liberam optionem ei proposuit agri melioris, pollicitus se libenter accepturum partem, quam ille fecerit reliquam, pacem enim sibi quovis lucro chariorem esse. Et quis alius potentior infirmiori concessisset, vel minimum de iure suo? Quis vinci mallet, quám vincere, & vti sua potentia? Solus hic non in viribus, aut opibus summam felicitatis collocabat, sed in tranquilla vita, & quantúm in ipso erat, quieta, atque ita existimationem sibi paravit mirificam. *lib. de Abrah.* Dixit ergo Abram ad Lot &c. *Vrbané loquitur solitudinis incola, rixæ se ponebat authorem, qui sciebat se pacis amatorem.* Ne quæso sit iurgium inter me, & te: *non dixit inter te, & me sed inter me & te.*

1539 Gen. 14 á n. 14. *Genes.* 14. Et ecce vnus, qui evaserat, nunciavit Abram Hebræo qui habitabat in convalle Mambræ Amorrhæi, fratris Escol, & fratris Aner: hi enim pepigerant fœdus cũ Abram. Quod cùm audisset Abrã, captum videlicet Lot fratrem suum numeravit expeditos vernaculos suos trecentos decem, & octo: & persecutus vsque Dan. Et divisis socijs, irruit super eos nocte: percussitque eos, & persecutus est eos vsque Hoba, quæ est ad lævam Damasci. Reduxitq; omnem substantiam, & Lot fratrem suum cum substantia illius, mulieres quoque, & populum. *à num.* 14.

Philo. Nec tantùm pacificus, & æquitatis cultor fuit hic vir bonus; sed fortis etiam, & bellicosus: non quód bellum appeteret á rixis alienissimus: sed ut certam pacem sibi pararet in posterum, quam turbabant adversarij: argumento sunt ipsius præclara facinora. *Et postquam describit captivitatem Lot, sic progreditur.* Collectis servis vernaculis, emptitijs vero domi manere iussis, quorum timebat transfugium, ex familiaribus confecit aliquot centurias, atque ita hostem innasit tribus agminibus: non his fretus, qui multùm cedebant regibus numero, sed Deo propugnatore, protectoreque iustitiæ. Itaque magna contentione properavit, numquam remittens celeritatem, donec potitus occasione de nocte supervenit hostibus iam sumpta cæna, ad somnum se componentibus, in quos irruens alios trucidavit in cubilibus, alios resistere conatos fudit, fugavitque: atque ita omnes devicit, non tam armorum apparatu, quám fortitudine animi. *lib. de Abrah.* 1540

Numeravit expeditos vernaculos ad prælium satis arduum. Vernaculos, non emptitios elegit optimus imperator; quia illi amore, hi timore domini decertarent. In emptitijs timor domini, hostium vinci posset timore. In vernaculis, timor hostium domini excluderetur amore. Ac proinde si cum emptitiis bellum ingrederetur, de eventu illius posset dubitare, cum vernaculis ingressus non posset non de hostibus triumphare. 1541 Gen. 14 nu. 14.

Genes.

1542 *Genes* 14. At vero Melechisedech rex Salem proferens panem, & vinum; erat enim sacerdos Dei altissimi, benedixit ei, & ait: Benedictus Abram Deo excelso, qui creavit cælum, & terram; & benedictus Deus excelsus, quo protegente hostes in manibus tuis sunt; & dedit ei decimas ex omnibus. *à n.* 18. *Philo.* Eũ redeuntem conspicatus ille magnus pontifex Dei maximi, reducentemque suos omnes ad vnum incolumes & victores, attonitus tanti facinoris magnitudine; & id, quod verum erat, cogitans, præsentem eis opem divinam adfuisse, manus ad cælum tendens fausta illi precatus est: mactatisque victimis, splendidum epulum socijs omnibus dedit gratulabundus, nec minús lætus, quám victoria propria. Nec enim aliena fuit, si rem veré æstimes; amicorum enim esse omnia communia proverbio credimus, præsertim bonorum virorum, quibus nihil magis cordi est, quàm ut Deo placeant. *lib. de Abrah. Victoribus militibus altissimi pontifex panis, & vini convivium exhibebat, quod Eucharisticum convivium præsignabat; hoc enim non nisi victoribus vitiorũ à nostro summo pontifice Christo Domino conceditur.*

Gen. 14 *à n.* 18.

1543 *Gen.* 14. Et dedit ei decimas. *num.* 20. *Philo.* Hîc pro tempestate tranquillitatem, sanitatem pro morbo, vitam, si verum fatendum est, pro morte, attulit, favente Deo, victoriam assecutus, ob quam gratus obtulit ei decimas. *lib. de congressu. Et infrà.* Dedit ei decimas omnium, de sensibus bene sentire, de verbis bene dicere, de mente bene cogitare. *Eodem lib Dum Deo decimas offerebat, ipsi Deo, qui iam tunc triumphator meritò appellari poterat, ut postea à Samuele fuit nuncupatus* 1. *Regum* 15. Triumphator Israel *n.* 29. *victoria de hostibus reportata gloriam, minimè de suis viribus iactabundus, referebat.*

Gen. 14 *nu.* 20.

1 *Reg.* 15. *nu.* 29.

1544 *Genes.* 14. Levo manum meam ad Dominum Deum excelsum possessorem cæli, & terræ, quòd à filo subtegminis vsque ad corrigiam caligæ non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt, ne dicas; Ego ditavi Abram. *n.* 22. *&* 23. *Philo.* Abraham cúm rex Sodomorum conaretur ei bruta pro rationalibus, equos pro viris dare, negat se quicquam accepturum ex rebus illius, sed extensurum animæ actionem, quam figuratè manum nominat, ad Deum altissimum, nec enim accepturum se quicquam suum à funiculo vsque ad corrigiam caligæ, ne ille diceret prophetam à se ditatum; & ne ipse videretur paupertatem cum virtute coniunctam posthabuisse divitijs. *lib. legis allegor.* Levo manum meam &c. *A terreno rege sui operis præmium, bellicique laboris donativum sumere renuebat, quia à cælesti rege solummodò mercedem accipere incipiebat.*

Gen. 14 *nu.* 22. *&* 23.

1545 *Genes.* 15. Dixitque Abram: Domine Deus quid dabis mihi? Ego vadam absque liberis: & filius procuratoris domus meæ iste Damascus Eliezer. *num.* 2. *Philo* Non tam dubitantis est verbum, quàm gratias agentis pro acceptorum beneficiorum magnitudine. Quid mihi dabis? Num est quod sperem præterea? Copiosæ sunt, o munificentissime, tuæ gratiæ, nullis circunscriptæ terminis, nec modum, nec finem habent, fontium more inexhaustæ, & subscatentes perpetuò, sed considerandus est non solùm torrens exundans tuæ beneficentiæ, verùm etiam arva nostra, quæ illo rigantur; nam si nimis perfundantur, stagna, & paludes erunt pro campis frugiferis. *Libro. Quis.*

Gen. 15 *num.* 2.

1546 *Deinde sic progreditur Philo.* An nõ & mihi certa mensura opus est? ideo percontor, Quid mihi daturus es, qui iam dedisti plurima, & penè omnia, quorum natura humana capax est. Quod enim adhuc cupio scire, hoc est, Quis nam possit esse dignus

Gen. 15 *num.* 2.

hæres tuorum operum. *lib. Quis rerum.* Domine quid dabis &c. & ego vadam &c. *Pro beneficijs acceptis gratũ se posse exhibere Deo iudicabat; pro accipiendis timebat se semper futurum debitorẽ, ideoque filium exposcebat, ut gratitudo filii successoris debitum gratitudinis officium solveret genitoris.*

1547 Gen. 15. num. 5. *Gen.* 15. Eduxitque eum foras, & ait illi, suspice cælum, & numera stellas si potes. Et dixit ei, sic erit semen tuum. *n.* 5. *Philo.* Suspice cælum, quoniam hic est divinorum bonorum thesaurus. Aperiet tibi, inquit, Dominus thesaurum suorum bonorum, cælum videlicet, ex hoc certè consũmatas lætitias largitor ille continué depluit. Suspice, ut arguas cæcum vulgus hominum, quod cùm sibi videatur cernere, orbatum est luminibus: nisi forté non est orbum, dum mala nobis antefert, iustis iniusta, perturbationes tranquillitati animi, immortalibus mortalia: repulsisque monitoribus, ac castigatoribus cum suis præceptis, ac monitis, adulatores admittit, & sermones invitantes ad voluptatem, otium, ignorantiam, atque dilitias. Ergo solus bonus videt: quamobrem, & prophetas prisci nominabant videntes. *lib. quis rerum. Cælum divinum thezaurum homini Deus donare volebat in quo thesauros ab homine poni desiderabat, quia in cælo habere cor hominis affectabat.*

1548 Gen. 15 num. 5. *Exponens eundem n. paulò infra sic ait idem Philo.* Producto autem foras, dixit: Suspice in cælum, & numera stellas; si potes. Sic erit semen tuum. Egregié dictum, sic erit semen tuum, non par stellarum numero, non enim solam multitudinem, sed & alia multa ad perfectam felicitatẽ conducentia vult indicare. Sic erit, inquit, sicut quod vides in æthere, sic cæleste, sic vmbra carens, plenum splendore purissimo (nam nec in cælo nox locum habet, nec in virtute tenebræ) dispositum ordinatissimè, immoto manens ordine, semper sui simile. *lib. Quis rerum.*

Stellam vnicam, in qua splendor sui generis rutilaret, Abrahamus affectabat; Deus tot ei promittebat, quot in sereno cælo, noctis tempore fulgurabant: suspice cælum, numera stellas, sic erit semen tuum: vnicum tamen filium Deus Abrahamo ex Sara Isaicum dedit, quem non cum vnica tantum stella, sed cum innumeris censuit comparandum, dicens, Sic erit semen tuum, quasi tantus esset in Isaico fulgor sanctitatis, ut in luce vnus posset cum omnibus sui generis hominibus æquiparari. 1549 Gen. 15 num. 5.

Genes. 15 Credidit Abram Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. *n.* 6. *Philo.* Extat huius viri elogium, testatum reddito Moysi oraculo, quo dicitur, quód Deo credidit. Id, ut dictũ est brevissimum, ita factu maximum. Cui enim præter Deum credendum est? Principatibus ne, an glorijs, honoribus, divitijs, nobilitati, sanitati, integritati sensuum, robori, pulchritudinive corporis? *lib. de Abrah.* Gen. 15 num. 6.

Et postquàm eloquentissimé ostendit his non esse fidendum, sic infert Philo: Solum igitur certum, firmumque bonum est fides, qua Deo creditur, vitæ solatium, bonæ spei supplemẽtum, depulsivum calamitatum, felicitatum conciliativum, superstitionis ablegatio, pietatis assertio, prosperitatis hæreditas, profectus in bonis omnibus, fultus vniversorum authore, qui potest omnia, vult tamen optima. *lib. de Abrah.* 1550

Et alibi exponens eundem textũ sic ait Philo. Ideo primus credidisse Deo dicitur, qui primus inconcussam fidem tenuit, esse vnum supremum rerum authorem, cuius providentia mundus regatur, & quæ mundo continentur omnia. *lib. de Nobilitate. Actus fidei, quo Abrahamus credidit Deo ad virtutem iustitiæ dicitur pertinere. Nec immerito, qui enim soli creatori, ut soli vero fidebat, creaturisque omnibus;* 1551

omnib. us, ut fallacibus diffidebat, fiduciam creatori, diffidentiam creaturis exhibendo, cuique suum reddens, plenum iustitiæ actũ exercebat.

1552 *Gen. cs.* 15. Dixitque ad eum: Ego Dominus, qui eduxi te de Vr Chaldæorum, ut darem tibi terram istam, & possideres eam. *num. 7. Phil.* Quod promittitur est acquisitio sapientiæ eius; quæ non sensu discitur sed mente sincerissima percipitur, & confirmat migrationem optimam, anima se conferente ab Astronomia ad Physiologiam; & ad certam cognitionem à coniectura: atque, ut propriè loquar, á genitis ad ingenitum, á mundo ad eius Patrem, conditoremque. Præclara sanè hæreditas, fortasse maior, quàm pro captu hæredis, sed digna largientis magnitudine. *lib. Quis rerum.* Ego Dominus qui eduxi &c. *Ita liberalis Deus est, ut dum beneficium confert, non ad indigentiam spectet hominis accipientis, sed ad munificentiam sui largientis.*

Gen. 15 num. 9. *Genes.* 15. Et respondens: Sume mihi vaccam triennem, & caprã trimam, & arietem annorum trium, turturem quoque, & columbam. *n. 9. Philo.* Sume mihi; Delectatus hominis prono ad discendum desiderio præceptor, incipit á primis elementis eum erudire, primũ docens quod est summé necessarium: Sume mihi. Breve verbum, sed magna vis eius, non pauca enim indicat. *lib. Quis rerum.*

1553 Gen. 15 num. 9. *Sic progreditur Philo.* Ante omnia, Proprium, inquit, nullum habes bonum, sed si quid habere putaris, aliunde habes: vnde colligitur, quòd accipimus á Deo quidquid habemus, non á post eum nata creatura, quæ ipsa manus ad eum tendit, ut accipiat. Secundò, inquit, Quidquid sumis, sume non tibi ipsi, sed quasi mutuum, aut depositum redde ei, qui deposuit, & quidem cum auctario, veterem gratiam nova pensans gratia, & decenter aliquid rependens bene merito. Nam multi sacris depositis malé vsi præ avaritia nimis verterunt ea tamquam sua in proprium commodum; Tu verò vir bone da operam pro viribus, ut non solùm integra, illæsaque serves, quæ accepisti, sed omni cura efficias, ut qui deposuit, non habeat quod queratur de tua custodia. *lib. Quis rerũ.* Sume mihi. *Sume à me tibi id, quod à te mihi præcipio offerendum. Ita munificus Dominus esse voluit, ut nemo in dando antecellere ipsum posset, quin imò ipse omnes in exhibendo voluit antecedere. Primus à se sumere iubet id, quod sibi præcipit offerendum, ut idem munus priùs sit à se nobis collatum, quàm à nobis ipsi sit oblatum.*

Genes. 15. Cùmque sol occumberet, sopor irruit super Abram, & horror magnus, & tenebrosus invasit eum. *num. 12. Philo.* Et cúm occidisset sol, ecstasis incubuit in Abrã correptum numine, afflatumque divino spiritu, quibus verbis ostenditur eum prophetam etiam fuisse. Nam propheta nihil ex se loquitur, sed omnia submovente alio. Malum autem virum non est fas esse interpretem numinis: ergo nemo malus proprié correptus furore divino dicitur, sed in solum sapientem hoc competit: quandoquidem is solúm est instrumentum Dei resonans, ab eo contactum, & pulsatum invisibiliter. *lib. Quis.* 1554 Gen. 15 nn. 12.

Et paulò infrà sic ait Philo. Sic enim propheta etiam cùm loquitur, videtur re vera quiescere. Alius autem eius vocalibus instrumentis ore, linguaque vtitur ad indicanda quæcumque vult: quæ pulsans arte musica invisibiliter, sonoram, concinnamque symphoniam efficit. *lib. Quis rerum. Sopore oppressus Abram dum somniabat, ut pulcherrimum instrumentum optimè temperatum, Dei pulsatũ digito resonabat.* 1555 Gen. 15 nn. 12.

Genes. 15. Tu autem ibis ad patres tuos in pace, sepultus in senectute 1556

tute bona. *num.* 15. *Philo.* Quosnam patres dicat considerandum existimo. Nam de illis, qui vixerunt in terra Chaldæorum, in quorum familia hæserat Abram, intelligi non potest, quando oraculo iussus est á cognatis secedere. Dixerat enim Dominus ad eum: Exi á terra tua, & è cognatione tua, & è domo patris tui &c. Hunc divino monitu profectum peregré, non est credibile reddi domesticis: quod ne fieri quidem poterat, ut futurus princeps novis generis contribueretur veteri. Nequaquam enim ei Deus daturus erat novam gentem, & novum genus; nisi priús in totum separato à veteri. *lib. Quis.*

1557 *Et infrà sic ait Philo.* Alij hoc dictum interpretantur de Ideis archetypis intelligibilibus, & invisibilibus, ad quarum exemplar hæc sensibilia, quæ videmus, facta sunt, & harum sapienti destinari contubernium. Rursum alij suspicantur patres dictos illas principales potẽtias quatuor, ex quibus mundus constat, terram, aquam, aerem, ignemque. In hæc enim res singulas, aiunt dissolvi necessarió. *lib. Quis rerum.* In pace. *Pace moritur, qui bello vivit; qui enim appetitus infestissimos hostes animæ, dum vivit, bellicosus expugnat, de illis, pace obtenta, dum moritur, pacatus triumphat.*

Gen. 15 nu. 15.

1558 *Genes.* 15. Sepultus in senectute bona. *num.* 15. *Philo.* Bona senectus promittitur, non longævitas, sed vita cum prudentia: nam felices dies multis annis meliores sunt, sicut brevis lux melior, quám æternæ tenebræ. Salubriter enim dixit vir propheta, malle se vnam diem cum virtute vivere, quám mille annos in vmbra mortis, per vmbram vitam malam subindicans. Idem nũc quoque re magis, quám verbis Moyses docet. Nam hunc, cui bonam senectutem pollicetur, brevioris ævi facit, quàm vllũ ex eius maioribus; philosophicè nos erudiens, quæ nã sit veré bona senectus, ne promissũ hoc intelligamus de senectute, quæ apparet in corpore plena probrosis fæditatibus: sed de prudentia, constantiaque animi dictum accipiẽdo, honestatem prædicemus de senectute, á qua seniores denominamus honoris gratia. *lib. Quis rerum.*

Gen. 15 nu. 15.

Deinde sic concludit Philo. Disce igitur hoc dogma nostri legislatoris, soli bono viro bonam senectutem, & longævitatem contingere. Malũ autem brevissimo tempore mortẽ meditari, vel potiùs virtuti iam esse mortuum. *lib. Quis rerum &c. In senectute bona dicitur sepultus, non quòd sepeliretur grandævus ætate, sed quòd brevi vitæ cursu, multa expleverit tempora bonitate.* 1559

Gen. 15 nu. 15.

Genes. 17. Non vltrà vocabitur nomen tuum Abram: sed appellaberis Abraham: quia patrem multarũ gentium constitui te *num.* 5. *Philo.* Cúm Abraham ex naturæ scrutatore factus sapiens, & amator Dei, nomine quoque mutato præ se fert Patrem electum soni: sic interpretatur. *lib. de Cherubin. Et alibi ita loquitur Philo.* Abraham quamdiu hærebat in Chaldæorum terra, opinioneque, non dum mutato nomine vocabatur Abram, homo cæli erat, sublimis ætheræque naturæ scrutator, in effectibus, eorumque caussis, & id genus alijs philosophando, ex quo studio, & appellationem præsentem sibi quæsivit; Abram enim interpretatur. Pater sublimis, nomẽ conveniens considerenti sublimia, cælestiaque. *lib. de Gigantibus.* 1560

Gen. 17 num. 5.

Exponens adhuc eundem textum sic progreditur Philo. Sed quando iam se ipso melior nomen mutaturus est, fit homo Dei, iuxta redditum sibi oraculum, Ego sum Deus tuus, da operam, vt mihi te approbes, & esto inculpabilis. Quòd si vnus totius mundi Deus ob privatum affectum dicitur vnius viri Deus, necessarió ipse 1561

Gen. 17 num. 5.

ipse quoque Dei est; interpretatur enim Abraham, Pater electus soni. Talis autem vni Deo dedicatur, cuius assecla factus totius suæ vitæ semitam dirigit, incedens per viam veré regiam, scilicet omnipotentis regis vnici, in neutrum latus declinans, & digrediens. *lib. de Gigantibus.*

1562 Gen. 17 num. 5. *Adhuc explanans eundem locum, sic ait idem Philo.* Priús enim Abram vocatus, mox cæpit appellari Abraham, vnius tantùm duplicatione literæ videlicet, A, sed quæ magnū quiddam significat. Abram enim interpretatur, Pater sublimis: Abraham veró, Pater electus vocis. Priùs indicat virum astrologium, & meteorologium, Chaldæorum placitis tanta cura deditum, quantam solent parentes impendere suis filijs: posteriús veró sapientem, nam per vocem sermo, qui profertur, subindicatur. *lib. de Abrahamo. Iure equidē qui vitam mutaverat, commutat & nomen ut alius á se ipso, & alter effectus, & vita, & nomine dignoscatur.*

1563 Gen. 18 nu. 2. & 3. *Genes.* 18. Cúmque elevásset oculos, apparuerunt ei tres viri stātes prope eum, quos cúm vidisset, cucurrit in occursum eorū de ostio tabernaculi, & adoravit in terram, & dixit: Domine, si inveni gratiam in oculis tuis, ne transeas servum tuum. *num.* 2. & 3. *Philo.* Libet admirari hospitalitatem Abrahæ, qui meridie conspicatus tres, quasi viatores quorum diviniorem naturam ignorabat, accurrens suppliciter petijt, ne transirent eius tabernaculum, sed introgressi paterentur se tractari civiliter. Hi cùm non magis ex verbis, quám ex mente intelligerent eum serió agere, incunctanter annuerunt: quo impetrato, præ lætitia gestiens, approperavit omnia, quæ postulabat extemporalis tractatio. *lib. de Abrahamo.*

1564 Gen. 18 nu. 2. & 3. *Et infrà sic ait Philo.* Cúm ille sapiens suppliciter orat tres viatoribus similes, ut suo velint vti hospitio, alloquitur non tamquam tres, sed tamquam vnum, dicens: Domine si inveni gratiam coram te, ne prætereas servum tuum. Nam hæc verba, Domine, similiaque ad vnum, non ad plures dici convenit. *eodem. lib. de Abrahamo.* Ne transeas servum tuum. *num* 3. Et postea transibitis. *num.* 5. Gen. 18 num. 3. & 5. *Vrbanus pariter, atque munificus ostenditur Abrahamus; dum de ingressu ad hospitium pertractabat, cùm tres videret hospites, vnum solummodò esse arbitrabatur, dicens,* Ne transeas, *dum verò de recessu ageret ab hospitio, cùm aspiceret vnum, tres abituros fore, reputabat, dicens,* Et postea transibitis.

1565 Gen. 18 nu. 16. *Genes.* 18. Cùm ergo surrexissent inde viri, direxerunt oculos cōtra Sodomam; & Abraham simul gradiebatur, deducens eos, *num.* 16. *Philo.* Qui Deum sequitur, necessarios habet comites eius sermones, qui nominari solent Angeli. Proinde legitur, quód Abraham vnà faciebat iter deducens eos. O societatem pulcherrimam, quà deducens, deducitur, reddens quod accipit, non aliud pro alio, sed ipsum solum, quod paratum erat ad referendam gratiam. *lib. de Migra. Abrah.*

1566 Gen. 18 nu. 16. Exod. 23. à n. 20. *Sic progreditur idem Philo.* Donec enim non perficitur, Dei Verbo vtitur duce itineris iuxta illud oraculum: Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam, ut custodiat te in via hac, & inducat te in terram, quam præparavi tibi: attende ei, & audi eum, cave sis inobediens: non deseret enim te, nam nomen meum est in eo. At postquam ad scientiæ cacumen pervenerit, cum contentione currens, æquiparabit quem paulò ante secutus fuerat. Iam enim ambo futuri sunt asseclæ omnipotentis Dei, nemine in comitatum eorum se ingerente, qui dissentiat; atque etiam Lot separato, qui flectebat hactenus animam, alioqui præstare in recto ingenio valentem. *lib. de Migra. Abrah. Quid mirum, si cum Angelis*

Angelis eadem via gradiebatur, comites habens Angelos, qui Angelos in Angelica vita, ut Angelorum socios æmulabatur.

1567 *Genes.* 22. Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Isaac, &
Gen. 22 num. 2. vade in terram visionis: atque ibi offeres eum in holocaustum super vnum montium, quem monstravero tibi. *n.* 2. *Philo.* Nascitur illi sapienti ex vxore filius legitimus, dilectus, vnicus, elegantissimo corpore, animo optimo: iam enim maturioris ætatis dabat specimen, ut à parente non tam ob naturalem affectum, quàm ob probatos mores vehementer diligeretur. Huic repenté oraculum redditur, ut mactaret filium in quodam editissimo tumulo, qui trium dierum itinere aberat. Ille quãvis maiore, quám dici potest tenen retur filij desiderio, nec colorem mutavit, nec animum flexit, sed constantissimé perstitit in eadem sententia; quippe qui amore Dei subactus fortiter vincebat omnes cognationis affectus, & omnia nomina, *lib. de Abrah.* Quem diligis. *Patris amorem erga filium, amor erga Deum in corde Abrahami, quasi in amplo amphitheatro ad singulare certamen provocavit; quamvis enim competitorem suum sciret natura viribus valde fortem, auxilio gratiæ triumphum de victoria minimé dubius speravit.*

1568 *Gen.* 22. Ipse verò portabat in manibus ignem, & gladium. *nu.* 6.
Gen. 22 num. 6. *Philo.* An non vides quòd & sapiens ille Abraham quando incepit iuxta Deum metiri omnia, nihil creaturæ tribuens, accepit ad ignei gladij similitudinem ignem, & gladium, resecare, ac exurere quidquid mortale habebat, cupiens, ut expedita cogitatione sublimis ad Deum evolaret. *lib. de Cherub. Cherubin certè Abrahamus ignem, & gladium secum ferebat, non ut paradisum intrare volentibus clauderet: sed ut aditum sequentibus aperiens, amoris igne, & mortificationis gladio, quasi duabus alis in cælum prævolaret.*

1569 *Genes.* 22. Cúmque duo pergerent simul, dixit Isaac patri suo: Gen. 22
Pater mi: at ille respondit: Quid vis num. 7.
filij? Ecce, inquit, ignis, & ligna: vbi & 8.
est victima holocausti? Dixit autem Abraham: Deus providebit sibi victimam holocausti, fili mi. Pergebãt ergo pariter. *num.* 7. *&* 8. *Philo.* Hîc alius arcani consilij sibi conscius, offusa menti caligine, ad hæc verba turbatus, & lachrymans aperuisset propositum, affectum continere non valens. At ille nihil mutatus, vel corpore, vel animo, constanti vultu, ratione constantiore ad interrogationem respondet: Fili, inquit, Deus sibi providebit de victima, & si nihil præsto sit, quod te fortasse facit anxium. Sed Deo possibilia sunt omnia etiam quæ non possunt expediri ab hominibus. *lib. de Abrah. Pro Isaaco Deus victimam providebat, qui in filio Abrahæ Filium suum, futurum sibi victimam prævidebat.*

Genes. 22. Cúmque alligasset 1570
Isaac filium suum, posuit eum in altare super struem lignorum. *num.* 9. Gen. 22 num. 9.
Philo. Isaac offert Deo, & reddit magna cum alacritate, quasi necessariam debitamque gratiam, vinctum pedibus, ut ait lex, & novi generis victimam: sive quia iam nihil mortale Deo destinatus calcare dignabatur: sive quia vidit creaturam esse instabilem, postquam cognovit firmitatem eius, Qui est, certissimam, cui credidisse dicitur. *lib. Quod Deus. De igne, de gladio, de lignis mentio facta est; de vinculis tamen nullam audio factam mentionem; & tamen pater filium dicitur alligasse. Certè non tam rigoris eũ adstrinxit vinculis, quàm amoris. Fortassis tamen eum vinculis à fasce lignorũ sublatis alligavit, ne mortis violenta dolore pedem aliquem, vel minùs decenter agitaret.*

Genes. 22. Extenditque manũ, 1571
& arripuit gladium, ut immolaret filium suum. *num.* 10. *Philo* Qui ad- Gen. 22
ducitur pro victima, Chaldaicé Isaac, nu. 10.
Latinè risus vocatur, qui risus non intel-

ligitur pro petulanti vultus habitu, sed pro mentis bene affectæ gaudiis hanc lætitiam vir sapiens merito sacrificare Deo dicitur, per istam figuram decens, quòd gaudium soli Deo sit proprium. Nam humanum genus mærori, timorique est obnoxium propter mala vel præsentia, vel imminentia, ut vel horum pæniteat, vel illa metu terreant, ac concutiant. Divina veró natura expers est mæroris, timoris, passionūque omnium; felicitatis, beatitatisque perfectæ sola particeps. *lib. de Abrah. Torpebat Abrahami dextra, cui motum natura negabat; gladium vaginā inclusum sinistra invita premebat; neutra ad sacrificium volebat, imò nec valebat cōcurrere, quousque Abrahami erga Deum prædator fortis amor vtramque movit manum, fecitque, ut dextra á sinistra arripuerit gladium, ut Abrahamus Deo filium immolaret.*

1572 Gen. 22 nu. 12. *Genes* 22. Non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quidquam; nunc cognovi quòd times Deum, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me. *num.* 12. *Philo.* Cúm dicto celeriter correptum filium aræ imponit, simul strictum librat gladium. Tum Deus, ex aere increpans, facinus impedit, jubens iniuriam abstinere à puero, & bis patrem inclamans nomine, ut aversus, & retractus cædem omitteret. Atque ita puer servatus est Deo remunerante pietatem, & certante cum amico mutuis officijs. Facinus autem hoc quamvis effectu caruit, nihilominus pro integro, absolutoque non modó à sacris refertur voluminibus, sed & in lectorum insculptum est mentibus. *lib. de Abrah.*

1573 Gen. 22 nu. 12. *Et paulò inferiùs, dum contra calumniatores, qui tantum opus non ita mirum existimabant, eò quòd & alij patres filios suos occidissent, dum probat eos, vel more, vel honore, vel timore actos id præstitisse, sic eloquentissimè effatur Philo.* Considerandum est, an ille (Abrahamus) aliqua modò dicta necessitate coactus sit mactare filium, vel more, vel honore, vel timore. Mos certé immolandi liberos, nec Babylone, ne in Mesopotamia, nec à Chaldæis receptus est, apud quos educatus magnam vitæ partem cum eis exegit, ne quis putet præ assuetudine leviorem vilam mali eius imaginationem. Sed neque metus vllus imminebat ab hominibus, neque oraculi iussum quisquam nerat alius. Nulla publica premebat calamitas, cui morte probatissimi filij remediū quæreret. At laudis apud vulgum parandæ cupidus ad hoc facinus cōcitatus est? At quæ laus captabatur in solitudine, vbi nemo erat applausurus, data opera longé à tergo relictis etiam duobus famulis, ne se coram testibus ostentare videretur. *lib. de Abrahamo.*

Et adhuc infrá. Cùm nulla consuetudo esset in ea regione, sicut fortasse apud quosdam immolandi liberos, ipse primus author futurus erat novi, & insoliti exempli, quod mihi videtur, nemo laturus fuisset, etiam si ferreum, aut adamantinum haberet animum. Cum natura enim ut quidam ait, pugnare est difficile. *lib. de Abrah.* 1574 Gen. 22 nu. 12.

Et expendens illud verbum, Vnicum, *sic progreditur idem Philo.* Pater erat factus vnici huius legitimi filij, quem mox singulari amore prosequebatur, supra modum vulgaris benevolentiæ: imó etiam famæ celebratæ. Aderat & aliud vehemens amoris incitamentum, quód in senecta ei puer natus fuerat. *lib. de Abrah.* 1575 Gen. 22 nu. 12.

Et prabens rationem huius incitamenti ad amorem, sic alt. Nam seró natos impotentiùs parentes adamant, vel quia diu desideratos, vel quia nullam prolem sperant postea, natura iam effœta, quippe 1576 Gen. 22 nu. 12.

Ee quæ

quæ extremum attigit terminum. Siquidem è numerosa sobole vnum quempiam offerre Deo, tamquam liberorum primitias, nihil mirandū fuerit, cúm præstó sit é superstitibus haud mediocre solatium, & doloris ob mactatum concepti remedium, cúm veró vnicus dilectus offertur, res est sermone nullo explicabilis, nullum respectum habens consuetudinis domesticæ, sed tota prona ad pietatis officium, eximia sané, & vix cuiquam alteri tentata. *ibi. de Abrah.*

1577 *Et adhuc inferiùs expendens illud:* Extenditque manum. *n.* 10. *sic ait* Gen.22 nu. 10. *idem Philo.* Nam alij tametsi pro salute patriarum, aut exercituum concedant suos mactandos filios, tamen aut domi manent interea, aut procul absistunt ab altaribus: aut si contingat eos sacris interesse, avertunt oculos, nec spectare quidē sustinentes, vel alienum necis ministerium. Hic veró tamquam sacerdos, ipse pater amantissimus aggreditur mactationem egregij filij, quem fortassis etiam sacrifico ritu membratim concisurus erat, adolendum altaris ignibus, adeo caverat, ne pietate erga filium distraheretur á pietate Deo debita; & totū, quantus erat, animum, sanctitati devoverat, parùm curans cognatum sanguinem. *lib. de Abrah*

1578 *Sic tandem concludit Philo.* Quid non eximium, quod nulla possit Gen. 22 nu. 10. æquari facundia? ut merito quodvis ingenium non malum, nec invidum obstupefaciat immensæ pietatis miraculo, vel vno ex multis, nedum confertis omnibus; satis enim est, vel vnius cuiuslibet reputatio ad exprimendam parvam quandam imaginem ingentis animi, quamvis nullum sapientis opus sit exiguum. *lib. de Abrah* Nec extendas manum tuam &c. *Ne extendas manum super puerum: sed subter extende, ut feras; non super, ut ferias.* Nec extendas, *ut mihi occisum offeras; sed extende ut tibi vivum deferas. Hæc enim iussi, non, ut quasi invidus vellem datum filium á te auferre, sed ut munificus tibi semel datum, iterum vellem vnicum conferre.*

Genes. 23. Vixit autem Sara centum viginti septem annis. Et 1579 mortua est &c. venitque Abraham, ut plangeret, & fleret eam. Gen. 23 n 1. & 2. *num.* 1. *&* 2. *Philo.* Amissa tali vitæ socia, dolori contra se insurgenti, & animam petenti, tamquam invictus athleta non succubuit. Narratur, eum modicis lacrymis profusis, celeriter se subduxisse á cadavere: quippe qui prolixiorem luctum alienum putabat à sapientia, à qua didicerat mortem existimare non extinctionem animæ, sed separationem, disiunctionemque á corpore, illa redeunte retro, vnde venerat. Venerat autem à Deo, sicut in opificio mundi declaratum est. Quemadmodum autem nemo sanus ægré fert á se reposci debitum, aut depositum, eodem modo natura, quod suum est repetente, non arbitratur indigné ferendum, sed necessitati cōsentiendū. *lib. de Abrah. alludens ad illud Genes.* 23. Cùmq; sur- Gen. 23 num. 3. rexisset ab officio funeris. *num.* 3. Venitque Abraham ut plangeret, & fleret eam. *n.* 2. *Duplicantur verba indicantia duplicem in Abrahamo mærorem, ut plangeret, & fleret eam, scilicet ut vxorem, & ut sororem, cui enim viventi duplum debebat amorem, duplum morienti solvebat dolorem.*

Genes. 23. Cúmque surrexisset 1580 ab officio funeris, locutus est ad filios Heth, dicens, Advena sum, & Gen. 23 à nu. 3. peregrinus apud vos: Date mihi ius sepulchri vobiscum, ut sepeliam mortuum meum. Responderunt filij Heth dicentes: Audi nos domine, princeps Dei es apud nos: in electis sepulchris nostris sepeli mortuū tuum. *à n.* 3. *Philo.* Vbi veró illius regionis optimates convenerūt officij gratia, cúm nihil viderent eorum,

quæ

quæ apud ipsos ex more fieri solebāt in funere, luctuque, non complorationes, non lamenta, non planctum virorum, ac mulierum, sed totam familiam sobriè, moderatèque manentem demirati sunt non mediocriter, sicut ante tota viri vita miraculo eis fuerat. Moxquè attoniti tantæ virtutis excellentia, in qua nihil inerat non eximium, accedentes virum, in hanc vocem eruperunt.

1581 Rex á Deo tu es inter nos, *Pergit Philo.* Verissima dicentes; nam alia regna homines sibi parant armis, expeditionibus, dictu miris vltro, citroque illatis cladibus, quas affert potentiæ cupiditas, dum se pedestribus, equestribus, navalibus copijs muniunt. Sapientis autē regnum à Deo porrigitur, quo assumpto vir bonus malè mulctat neminē, sed omnibus subditis vsum fructum bonarum rerum, & iura, pacemq; denunciat. *lib. de Abrah.*

Gen 23 à nu. 3.

1582 *Et alibi sic loquitur idem Philo* Adeptus autem scientiam Dei virtutem præstantissimā, simul acquisivit cūctas alias, ut apud hospites suos authoritatem haberet regiā: non propter apparatum (privatus enim erat) sed propter regiam magnitudinem animi. Itaque honorabant eum quasi suum principem suspicientes ingeniū augustius humano fastigio: nec enim sermonibus vtebatur vulgaribus: sed divinitatem quandam præ se ferentibus. Quoties enim arripiebatur numine, modis omnibus mutabatur in melius, vultu, colore, statura, motu, habitu, voce, denique spiritu divino supernè inspirāte animam, & addente decorem eximium corpori, sermoni efficaciam, intellectum verò auditoribus. Quis nunc negabit, hunc profugum, destitutū amicis, & familiaribus, esse nobilissimum postquam desiderio veræ nobilitatis, quæ ad Deum parentē refertur, toto conatu quæsivit eius amicitiam. Quo factū est, ut adsciseretur in præcipuum ordinē propheticū, quia posthabitis creaturis, maluit ingenito Patri omnipotenti credere. *lib. de Nobil.*

Gen.23 à nu.3.

Deinde sic progreditur idem Philo. 1583
Regiam verò authoritatem adeptus fuit (ut dixit) apud eos, quorum vtebatur hospitio, non armis fretus, neque copijs sicut quidā solent imperium sibi quærere, sed suffragio Dei optimi maximi pijs hominibus honoris causa dantis tantam potentiam ad vtilitatem eorum, quibuscum versantur. Hic vir est nobilitatis regula omnibus fugientibus ignobilitatem externorum profanorumque rituum marmori, lignoque, & in vniversum surdis materijs numen tribuentium, migrantibus veró ad vivam rempublicam, cui præest, prospicitque ipsa veritas. *in lib de Nobilit.* Princeps Dei es apud nos. *Adeo expressum virtutum coloribus in Abrahamo Dei simulachrum Hethei suspiciebant, ut non solùm eum Deum quemlibet reputarent; sed inter cæteros Deos supremi Dei filios filium principem nominarent.*

Gen.23 à nu. 3.

Genes. 24. Erat autem Abrahā senex dierumque multorum: & Dominus in cunctis benedixerat ei. *n.* 1584
1. *Philo.* Quis enim versatus in sacris litteris ignorat, quód ille sapientissimus Abraham brevioris ævi, quā vllus pene omnium maiorum suorū inducitur? Illorum tamen, qui diutissimé vixerunt, nemo, quod sciā, sed solus hic scribitur senior, dicūt igitur sacra oracula, quód Abraham erat senior ætatis provectæ, & Dominus benedixit Abrahamo, rebusque ipsius omnibus, quod mihi videtur subiunctum tamquam causa præcedentiū, cur senior dicatur ille sapiēs. Cùm enim à benigno Deo bene afficitur animæ pars rationalis, nec vnā modò, sed omnes benedictionis species accipit, similiter sapit, atq; ita fit senior. *lib. de his verbis Resipuit Noe*

Gen. 24 num. 1.

 senex

Senex erat, & cùm plures vixisset annos, per dies tamen solummodo vitam computabat, non quòd annos vitæ amore, quasi breves dies esse reputaret, sed quòd ad æternitatem longos etiam comparatos annos, quasi brevissimos, iamque transactos dies arbitraretur.

1585 Ecclesi. 44 nu. 20. *Ecclesiast.* 44. Abraham magnus pater multitudinis gentium, & non est inventus similis illi in gloria: qui conservavit legem excelsi, & fuit in testamento cum illo. *num.* 20. *Philo.* Vnum modò, ceu fastigium addam huius sapientis laudibus, sumptum ex divinis literis, quæ testantur eum Dei legem, & mandata fecisse omnia, non scripto vllo edoctum, sed absque scriptura secutum appetitus ingenij sui sanissimos. Quæ autem Deus pollicetur, quomodo possunt homines non credere? Hæc est vita primi cōditoris suæ gentis, quā aliquis diceret legitimam; Ego verò docui quòd ipsa lex sit, & ius nō scriptum. *lib de Abrah. Magnus profectò Abrahamus appellatur, qui futurus suis viva lex eis præcepta, & verbis, & operibus proponebat.*

Ex Tertulliano.

1586 Gen. 12 num. 1. Genes. 12. Dixit autem Dominus ad Abram: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quā monstrabo tibi. *n.* 1. *Tert. lib.* 3. *adversùs Marcion. de concord. patr. veter. & novi testam.*

Est Abraham, cuius gnatos vos esse negatis.
Qui primus genere, & patre, & genitore relicto,
Voce Dei suasus secessit in extera regna.
Tantos Dei meruit sublimis dignus honores,
Gentibus ut pater, & populis credentibus esset.

Veni in terram. *Non dixit, vade sed veni: Abrahamum Dei Filius ad peregrinationem inducebat, ut homines plurimos ad cælestem patriam industria Abrahami revocaret; ergo ut peregrinationis laborē levem faceret, peregrinus ipse, se peregrinationis socium Abrahamo offerebat; ideoque non vade, sed* Veni, *dicebat.*

Genes. 12. Apparuit autem Dominus Abram, & dixit ei. Semini tuo dabo terram hanc. Qui ædificavit ibi altare Domino, qui apparuerat ei. *num.* 7. *Tertul. lib.* 2. *adversùs Marcion, arguens adversùs eos, qui in Christo veram humanitatem denegabant. sic ait.* Colligitis Deum non potuisse humanos congressus inire, nisi humanos, & sensus, & affectus suscepisset; per quos vim maiestatis suæ intolerabilem vtique humanæ mediocritati, humilitate temperaret, sibi quidem indigna, homini autem necessaria, & ita iam Deo digna, quia nihil tam dignum Deo, quàm salus hominis. *cap.* 27. 1587 Gen. 12 num. 7.

Et sic progreditur Tert. Si enim Deus & quidem sublimior, tanta humilitate fastigium maiestatis suæ stravit, ut etiam morti subijceret, & morti Crucis, cur non putetis nostro quoque Deo aliquas pusillitates congruisse: tolerabiliores tamē Iudaicis contumelijs, & patibulis, & sepulchris. *cap.* 27. *Abrahamo Dei Filius iam tunc in hominis figura apparere minimé dedignabatur; veram enim hominis formam erat assumpturus, qui tunc solùm in hominis figura, quæ ab humanis oculis cerni posset, diversabatur.* 1588 Gen. 12 num. 7.

Genes. 12. Cùmque prope esset, ut ingrederetur Ægyptum, dixit Sarai vxori suæ: Novi quód pulchra sis mulier: & quód, cùm viderint te Ægyptij, dicturi sunt: Vxor ipsius est: & interficient me, & te reservabunt: dic ergo obsecro te, quód soror mea sis, ut bene sit, mihi propter te, & vivat anima mea ob gratiam tui. *à num.* 11 *Tertul. lib.* 1589 Gen. 12 à n. 11.

lib. de cultu famin. Et si accusandus decor non est, ut felicitas corporis, ut divinæ plasticæ accessio, ut animæ aliqua vestis vrbana, timendum tamen, est vel propter iniuriã, & violentiam spectatorum, quæ etiam pater fidei Abraham in vxoris suæ specie pertimuit, & sororem mentitus Saram, salutem contumelia redemit *cap.* 2. Interficient me, & te &c. *Servans enim mariti nomen, eligeret potius mortem ipse suam ferre, quàm vxoris iniuriam sustinere.*

1590 *Gen.* 12. Apparuit Dominus Abrã, & dixit ei: Semini tuo dabo terram

Gen. 12 *num.* 7. hanc. *n* 7. *& Genes.* 13. Omnem terram, quam conspicis, tibi dabo, & semini tuo vsque in sempiternum, *n.* 15. *& Gen.* 17. Statuam pactum meum, inter me, & te, & inter semen tuum post te, in generationibus suis fædere sempiterno: ut sim Deus tuus, & seminis tui post te; Daboq; tibi & semini tuo terram peregrinationis tuæ, omnem terram Chanaan in pos

Exo. 20 sessionẽ æternam, eroque Deus eorũ. *n.* 7. *&* 8. *Tertul. lib.* 2. *adversus Marc. alludens ad illud Exod.* 20. Ego sum Dominus Deus fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiã, & quartam generationem eorũ, qui oderunt me: & faciens misericordiam in millia his, qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea, *n.* 5. *&* 6. *sic ait.*

1591 Et si patrum debita ex filijs exigebat; duritia populi talia remedia cõ-

Gen 12 *num.* 7. pulerat, vt vel posteritatibus suis prospicientes, legi divinæ obedirẽt. Quis enim non magis filiorum salutem, quàm suam curet? Sed & si benedictio patrum semini quoq; eorũ destinabatur, sine vllo adhuc merito eius, cur non & reatus patrum in filios quoque redundaret? Sicut gratia, ita & offensa: ut per totum genus & gratia decurrerat, & offensa, salvo eo, quod postea decerni habebat. *cap.* 15.

1592 *Priùs Abrahæ parentis amore ductus Dei Filius in filium Abrahæ benedictionem promisit extendendam; & postea aliorum parentum contitatus odio iniquitatem ipsorum in filijs enuntiavit visitandam. Nec mirum, quem enim ad beneficia conferenda excitabat munificentia: ad supplicia inferenda retardabat: divina patientia;* Visitans iniquitatem &c. *Odientium se patrum filios vsque ad quartam generationem plectendos minabatur: diligentium autem se parentum liberos vsque ad mille generationes promisit præmiandos. Breves enim temporis iustitiæ terminos assignabat: longos misericordiæ temporis limites proponebat.*

1593 *Genes.* 13. Faciamque semen

tuum, sicut pulverem terræ: si quis *Gen.* 13 *nu.* 16.
potest hominum numerare pulverem terræ, semen quoque tuum numerare poterit, *num.* 16. Et Genes. 15. Suspice cælum, & numera stellas, si potes. Et dixit ei: sic erit, semen tuum, *num.* 5. *Tertul. lib.* 3. *adversus Marcion.* Quid tibi videtur, cùm Abrahæ semen eius post primam promissionem, quam in multitudine arenæ repromittitur: ad instar quoque stellarum destinatur, nonne, & terrenæ, & cælestis dispositionis auspicia sunt? *cap.* 24.

Et paulò infrà, intelligens per pulverem terrenam gloriam, & per stellas cæli cælestem; alludensque ad illud 1594
Pauli 1. *ad Thessalon.* 4. Et sic semper cum Domino erimus, *num.* 16. *sic ait Tertul. eodem libro* 3. Dum & in terra, & in cælo, qui ob vtriusque promissionis ingratos ipsa etiam elementa testatur: Audi cælum, & in aures percipe terra, Isaiæ 1. Et ego quidem etiam si nullam ipsi cælestis manum mihi toties scriptura porrigente, satis haberẽ huius quoque promissionis præiudiciũ, quod iam terrenam gratiam teneam, expectarem aliquid & de cælo, à Deo cæli, sicut & terræ: ita crederem Christum sublimiora pollicentem, eius esse, qui & humiliora promise-

rat, qui & experientia maiorum de parvulis fecerat, qui hoc inauditì si forté regni præconium soli Christo reservaverat, ut per famulos quidem terrena gloria, cælestis veró per ipsum Deum annunciaretur. *cap.* 24. *Apté equidem Abrahæ filij priùs pulveri, posterius cælo comparantur; qui enim meditatione mortis in minutissima pulveris grana rediguntur, in magna cæli sidera transferentur.*

1595 *Genes.* 14. At verò Melchisedech, Rex Salem, proferens panem,
Gen. 14 *à n.* 18. & vinum, erat enim sacerdos Dei altissimi, benedixit ei, & ait: Benedictus Abram Deo excelso, qui creavit cælum, & terram: & benedictus Deus excelsus, quo protegente, hostes in manibus tuis sunt. Et dedit ei decimas ex omnibus:, *à n.* 18. *Tertul. lib.* 5. *adversùs Marcion.* Melchisedech, non circumcisus Abrahamum circumcisum, accepta decimarum oblatione, benedixit. At in Christum conveniet ordo Melchisedech, quoniam quidem Christus proprius, & legitimus Dei Antistes, præpuciati sacerdotij Pontifex, tum in nationibus constitutus, á quibus magis suscipi habebat, cogniturã se quandoque circumcisionẽ, & Abrahæ gentem cúm vltimò venerit, acceptatione & benedictione dignabitur, *cap.* 9. *Post audita præconia, quibus victor Abrahamus à Melchisedech exceptus est, decimas ei obtulisse refertur, ne, si priùs eas offerret, muneribus laudes emere videretur.*

1596 *Genes.* 15. Credidit Abram Deo & reputatum est illi ad iustitiam.
Gen. 15 *num.* 6. *num.* 6. *Tertul. lib. de Patient.* Patientia est, quæ fidem, & subsequitur, & antecedit. Denique Abram Deo credidit, & iustitiæ deputatus est ab illo: sed fidem eius patientia probavit, cùm filium immolare iussus est, ad fidei, non tentationem dixerim, sed typicam contestationem. Cæterùm Deus, quem iustitiæ deputasset, sciebat. Tam grave præceptum, quod nec Domino perfici placebat, patienter, & audivit, & si Deus voluisset, implesset. Merito ergo benedictus, quia & fidelis; merito fidelis, quia & patiens. *cap.* 6.

Deinde sic Tertul. Nam olim, & 1597
oculum pro oculo, & dentem pro dente repetebant. Exod. 21. Et ma *Exod.* 21.
lum pro malo fænerabant, Deut. 19. *Deu.* 19
Necdum enim patientia in terris, quia nec fides: scilicet interim impatientia occasionibus legis fruebatur. Facilè erat absente Domino, patientiæ, & Magistro, qui postquã supervenit, & gratiam fidei patientia composuit, iam nec verbo quidem lacessere, nec fatue quidẽ dicere, sine iudicij periculo licet. *cap.* 6. *Abram Deo credens merito iustus nominatur; iustus enim erat, qui fidem habẽs ex fide vivebat.*

Genes. 17. Non vltrá vocabitur 1598
nomen tuum Abram: sed appellaberis Abraham: quia patrem multarũ *Gen.* 17 *num.* 5.
gentium constitui te, *n.* 5. *& infrà.* Dixit quoqueDeus ad Abraham: Sarai vxorem tuam, non vocabis Sarai, sed Saram, *n.* 15. *Tertul lib* 4. *advers. Marc.* Mutaret Petro nomen de Simone, quia & creator Abrahæ, & Saræ, & Auseæ nomina reformavit, hunc vocando Iesum, illis syllabas adijciendo. Sed & cur Petrum? Si ob vigorem fidei, mutæ materiæ, solidæque nomen de suo accommodarit. An quia & petra & lapis Christus? Si quidem & legitimus, positũ eum in lapidem offendiculi, & in petram scandali. Omitto cætera. Itaq; affectavit charissimo discipulorum, de figuris suis peculiariter nomen cõmunicare, puto propriùs, quàm de non suis. *cap.* 13. *Parvam sanguinis effusionem futuram in Abrahamo vna divini nominis littera satis muneravit; Petrũ verò totum per martyrium Deo sanguinẽ oblatum, ipse Deus quasi firmissimam, ac triumphalem columnam, martyrij gloriam Deo relaturam, integro Petra vocabulo coronavit.*

Genes.

1599 *Genes*. 17. Eadem die circumcisus est Abraham, & Ismael filius eius. Et omnes viri domus illius, tã vernaculi, quám emptitij, & alienigenæ, pariter circumcisi sunt. *n*. 26. & 27. *Tertul. lib. adversùs Iud.* Abraham circumcisus est. Sed ante Deo placuit, quám circumcideretur, nec tamen Sabbatizavit. Acceperat enim circumcisionem, sed quæ esset in signum temporis illius, non in salutis prærogativam. *cap.* 3. *Præceptũ satis durum circumcisionis non solùm Abrahami filius, sed etiam tota domus statim adimplevit. Sed nil mirum, omnes enim Abrahamus ipse omnibus senior primus circumcisus, exemplo suo ad sanguinis effusionem iussu Dei absque mora æquo animo perferendam concitavit.*

Gen. 17 nu. 26. & 27.

1600 *Genes*. 18. Apparuit autem ei Dominus in convalle Mambre sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso fervore diei, cùmque elevasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum: quos cùm vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi, & adoravit in terram. Et dixit: Domine si inveni gratiam in oculis tuis, ne transeas servum tuum: sed afferam pauxillum aquæ, & lavate pedes vestros, & requiescite sub arbore, Ponamque buccellam panis, & confortate cor vestrũ, postea transibitis. *á n.* 1. *Tertul. lib. de carne Christi.* Nullus vnquam Angelus ideo descendit, ut crucifigeretur, ut mortem experiretur, ut á morte resuscitaretur. Si numquam eiusmodi fuit causa Angelorum corporandorum, habes causam, cur non nascendo acceperint carnem. Non venerant mori, ideo nec nasci. At verò Christus mori missus, nasci quoque necessarió habuit, ut mori posset. Non enim mori solet, nisi quod nascitur. Mutuum debitum est inter se nativitati cum mortalitate. Forma moriendi, causa nascendi est. Si propter id, quod moritur, mortuus est Christus, id autem moritur, quod & nascitur, consequens item erat imò præcedens, ut æqué nasceretur, propter id, quod nascitur (quia propter id ipsum mori habebat) quod, quia id, quod nascitur moritur, non competebat non nasci pro quo mori competebat? At quin tunc quoque inter illos Angelos ipse Dominus apparuit Abrahæ sine nativitate, cum carne scilicet, pro eadem carne diversitate. Sed vos hoc non recipitis, non eum Christum recipientes, qui iam tunc & adloqui, & liberare, & iudicare humanum genus discebat in carnis habitu, non natæ adhuc, quia nondum moritura, nisi priús & nativitas eius, & mortalitas adnunciarentur, *cap.* 6.

Gen. 18 á nu. 1.

Et lib. 3. *adversùs Marc. sic ait Tert.* Solus Christus in carnem ex carne nasci habebat, ut nativitatem nostram nativitate sua reformaret: atque ita etiam mortem nostram morte sua dissolveret, resurgendo in carne, in qua natus est, ut & mori posset. Ideoque, & ipse cum Angelis tunc apud Abraham in veritate quidem carnis apparuit: sed nondum natæ, quia nondum moritura, sed & discentis iam inter homines conversari. *cap.* 9. 1601

Gen. 18 á nu. 1.

Et lib. adversùs Praxiam sic ait Tertul. Filius itaque est, qui ab initio iudicavit; turrim superbissimam elidens, linguasque disperdens; orbem totum aquarum violentia puniens; pluens super Sodomam, & Gomorram ignem, & sulphurem, Dominus á Domino. Ipse enim & ad humana semper colloquia descendit ab Adã vsque ad Patriarchas, & Prophetas, in visione, in somno, in speculo, in ænigmate, ordinem suum præstruens ab initio semper. Quæ erat persecuturus infinita, semper ediscebat, & Deus in terris cũ hominibus conversari non alius potuit, quám Sermo, qui caro erat futurus. Ediscebat autem, ut nobis 1602

Gen. 18 á nu. 1.

fidem sterneret, ut faciliús crederemus, Filium Dei descendisse in sæculum, si & retro tale quid gestum cognosceremus. Propter nos enim sicut scripta sunt, ita & gesta sunt, in quos ævorum fines decurrerunt. Sic etiam affectus humanos sciebat iam tunc, suscepturus etiã ipsas substantias hominis, carnem, & animã. *cap.* 16.

1603 *Et lib. de carne Christi ita loquitur Tertul.* Angelos creatoris conversos in effigiem humanam aliquando legisti, & credidisti; & tantam corporis gestasse veritatem, ut & pedes eis laverit Abraham, & manibus ipsorum ereptus sit Sodomitis Loth: conluctatus quoque homini Angelus toto corporis pondere demitti desideravit ab eo, á quo detinebatur. Quod ergo Angelis inferioribus Deo licuit, ut conversi in corpulentiam humanam, Angeli nihilominus permanerent, hoc tu potentiori Deo aufers, quasi non valuerit Christus veré hominem indutus, Deus perseverare? *cap.* 3.

Gen. 18 *à nu.* 1. *Gen.* 19 *nu.* 10. *Gen.* 32 *nu.* 24.

1604 *Et lib. de Resurrection. carnis, exponens illud Matth.* 22. Erunt tamquàm Angeli. *n.* 30. *Sic ait Tertul.* Si non nubendo, quia nec moriendo, vtique nec vlli simili necessitati succedendo corporis conditionis. Quia & Angeli aliquando tamquam homines fuerunt, edendo, & bibendo, & pedes lavacro porrigendo. Humanam enim induerant superficiem, salva intus substantia propria. Igitur si Angeli facti tanquam homines in eadem substantia spiritus carnalem tractationem susceperunt, cur non & homines facti tamquam Angeli in eadem substantia carnis spiritalem subeant dispositionem, non magis solemnibus carnis obnoxij sub Angelico indumento, quàm Angeli tunc solemnibus spiritibus sub humano? Nec ideo non permansuri in carne, quia non & in solemnibus carnis, cùm nec Angeli ideo non & in spiritu permanserint, quia non & in solemnibus spiritus. Denique non dixit. Erunt Angeli, ne homines negaret: Sed tamquam Angeli, ut homines conservaret. Nõ abstulit substantiam, cui similitudinem attribuit *cap.* 26.

Gen. 18 *à nu.* 1.

Afferam pauxillum aquæ, lavate pedes vestros. *n.* 4 *Non ait, & lavabo pedes vestros (quidquid Tertullianus suprà insinuet) sed;* lavate pedes vestros; *hoc enim amoris opus Dei Filio ab ipso ante omnes alios exercendum servabatur, qui præsens minimè consentiret, ut Abrahamus amoris prærogativam sibi soli ab amore reservatam præripere intentaret.* 1605

Genes. 22. Tentavit Deus Abraham, & dixit ad eum: Abrahã, Abraham. At ille respondit: Adsum. Ait illi: Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Isaac, & vade in terram visionis, atque ibi offeres eum in holocaustum super vnum montium, quem monstravero tibi, *n.* 1. & 2. *Tertul. lib. de Oratione.* Absit ut Dominus tentare videatur, quasi ante ignoret fidem cuiusque, aut deijcere sit consentiens. Nam & Abraham non tẽtandæ fidei gratia sacrificare de filio iusserat, sed probandæ, ut per eum faceret exemplum præcepto suo, quo mox præcepturus erat, neque pignora Deo chariora habenda. *cap.* 8. Tentavit. *Non quòd Abrahami constantiam ignoraret, sed quòd sibi cognitam, eadem, & Angelis, & hominibus vellet, quasi gloriabundus de constantia amici sui, ostentare; in eoque monte, qui terra visionis appellabatur, quasi in quodã theatro, constantiæ figuram omnibus oculis divinis, angelicis, & humanis indicaret.*

Gen. 22 *num.* 1. & 2.

Genes. 22. Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Isaac, & vade in terram visionis: atque ibi offeres eum in holocaustum super vnum montium, quem monstravero tibi. *n.* 2. & *infrà.* Tulit quoque ligna holocausti, & imposuit super 1606

Gen. 22 *n.* 1 & 2

Isaac

Isaac filium suum: ipse veró portabat in manibus ignem, & gladium. *n. 6. Tertul. lib. 2. adversus Marc. de concordia veter. & novo leg.*

Ne fidus pater, & vates, cui pignus & hæres
Charus erat, quem forté Deus donaverat illi
Hunc Deo mactaret, merito tentatus amore,
Supplicium magnum, sanctus pro sanguine sanguis
Connexus capite spinis ostenditur agnus,
1607 Hostia sancta Deo.

Et lib. adversus Iudaeos sic scribit Tertul. De exitu plané passionis eius ambigitis, negantes passionem Crucis in Christum prædicatam, & argumentantes insuper non esse credendum, ut ad id genus mortis exposuerit De- Deu. 21 nu. 23. us Filium suum, quód ipse dixit; Maledictus omnis homo, qui pependit in ligno Deut. 21. Sed huius maledictionis sensum antecedit rerum probatio. Dixit enim in Deuteron. Si autem fuerit in aliquo delicto, ita ut iudicium mortis sit, & morietur & suspendetis eum in ligno. Sed & sepultura sepilietis eū ipsa die: quoniam maledictus à Deo est omnis, qui suspensus fuerit in ligno, & non inquinabitis terram, quam Dominus Deus tuus dabit in sorte.

1608 *Ex quibus sic infert Tertul. eodem lib.* Igitur non in hanc passionem Deu. 21 nu. 23. Christum maledixit, sed distinctionem fecit, ut qui in aliquo delicto iudicium mortis habuisset, & moreretur, suspensus in ligno, hic maledictus á Deo esset, quia propter merita delictorum suorum suspenderetur in ligno. Alioquin Christus, qui dolum de ore suo locutus non est, quique omnem iustitiam, & humilitatem exhibuit, & non pro meritis suis in id genus mortis expositus est: sed ut ea, quæ prædicta sunt á Prophetis, per vos ei obventura, implerentur. Sacramentum passionis ipsius figurari in prædicationibus oportuerat: quantòque incredibile, tantò magis scandalum futurum, si nudé prædicaretur: quātóque magnificum, tantò magis obūbrandum, Gen. 22 num. 6. ut difficultas intellectus gratiam Dei quæreret. Itaque imprimis Isaac cúm á patre hostia duceretur & lignum ipse sibi portaret, Christi exitum iam tunc denotabat, in victimam concessi á Patre, lignum passionis suæ baiulantis. *cap. 10.*

1609 *Et lib. 3. adversus Marcion loquens de morte Christi Domini, eadem ferè refert in cap. 18. Mons, ad quem* Gen. 22 num. 6. *Isaac scandens lignum sibi à patre humeris superimpositum asportabat, montem, ad quem noster verus Isaac Crucem ferens ascendit, referebat, qui proinde mons, Dominus videbit, iure nuncupatur, in eo namq; quasi in augustissimo theatro Dominicæ passionis scena ludrica Divinos oculos alliciebat, dum in Abrahæ filio lignum ferente, Dei Filius optimam in vera passionis suæ tragædia figuram acturus, apparebat.*

1610 *Genes. 22.* Tulit quoque ligna holocausti, & imposuit super Isaac Gen 22 num. 6. filium suum &c. *num. 6. Tertul. lib. adversus Iudaeos locutus de ligno Crucis.* Hoc lignum sibi & Isaac filius Abrahæ ad sacrificium ipse portabat, cúm sibi eum Deus hostiam fieri præcepisset. Sed quoniam hæc fuerant sacramenta, quæ temporibus Christi perficienda servabantur; & Isaac cum ligno servatus est, ariete oblato in vepre cornibus hærente; & Christus suis temporibus lignum humeris suis portavit, inhærens cornibus Crucis, corona spinea in capite eius circundata. Hunc enim oportebat pro omnibus gentibus fieri sacrificium, qui tanquam ovis ad victimam ductus est, & velut agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os suum. Hic enim Pilato interrogante, nihil locutus est. *cap. 13. Non Isaac, sed pro Isaac agnus spinis coronatus videbatur: in agno enim, Christus*

Christus Dei agnus spinis coronandus iā tunc protendebatur: noluit Dei Filius, ut filius Abrahæ spinea redemitus corona appareret, ne homo aliquis spinoso serto coronatus in mūdi amphitheatro cerneretur, antequam filius hominis in passionis certamine victor, triumphantis in mortem, spinoso diademate insignitus compareret.

1611 *Luc.* 16. Factum est autem, ut moreretur mendicus, & portaretur in sinum Abrahæ. Mortuus est autē & dives, & sepultus est in inferno, n. 22. Dixerat Christus Dominus in eodem cap. Lex, & Prophetæ vsque ad Ioannem: ex eo Regnū Dei evāgelizatur, & omnis in illud vim facit. Faciliús est autem cælum, & terram præterire, quám de lege vnū apicem cadere. Omnis, qui demittit vxorem suam, & alteram ducit, mæchatur, & qui dimissam á viro ducit, mæchatur. Homo quidā erat dives, qui induebatur purpura, & bysso, & epulabatur quotidie splendidè. Et erat quidam mendicus, nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, vlceribus plenus, cupiens saturari de micis, quæ cædebant de mensa divitis, & nemo illi dabat: sed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius. *á n.* 16. *vsque ad* 21.

Luc. 16 *nu.* 22.

1612 *Tertul. lib.* 4. *adversus Marcion.* Debeo nunc & illud ostendere, vnde hanc sententiam deduxerit Dominus, quové direxerit, ita enim pleniùs constabit, eum non ad Moysem destruendum spectasse per repudij propositionem subitó interpositam: quia nec subito interposita est habens radicem ex eadem Ioannis mentione. Ioannes enim retundens Herodem, quòd adversùs legem vxorem fratris sui defuncti duxisset, habentis filiam ex illa; coniectus in carcerem fuerat, ab eodem Herode, postmodum, & occisus.

Luc. 16 *nu.* 22.

1613 *Deinde sic infert Tertul.* Facta igitur mentione Ioannis Dominus, & vtique successus exitus eius illicitorum matrimoniorum & adulterij figura iaculatus est in Herodem; adulterum pronuncians, etiam qui dimissam á viro duxerit: quò magis impietatem Herodis oneraret, qui non minús morte quám repudio demissam á viro duxerat: & hoc fratre habente ex illa filiam, & vel eo nomine illicité, ex libidinis, non ex legis instinctu: ac propterea Prophetam quoque assertorem legis occiderat.

Luc. 16 *nu.* 22.

Deinde sic progreditur. Hoc mihi disseruisse proficiet, etiam subsequens argumentum, divitis apud inferos dolentis, & pauperis in sinu Abrahæ requiescentis. Nam & illud quantúm ad scripturæ superficiem, subitó propositum est, quantúm ad intentionem sensus, & ipsum cohæret mentioni Ioannis malé tractati, & suggillati, Herodis malè maritati, vtriusque exitum deformans, Herodis tormenta, & Ioannis refrigeria. *cap.* 34. *Iure equidem in Lazaro Angelorum manibus excepto Ioannes Baptista defunctus figuratur, qui enim dum viveret, puritate Angelus esse meruit, Angelus etiam ab Angelorum Domino nuncupatus, defunctus ab Angelis in sinum Abrahæ afferri debuit, pompam ipsius honorātibus; non dicam funeralem, sed potiùs triumphalem.* 1614

Luc. 16. Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu veró cruciaris, *num.* 25. *Tertul. lib. de Idololatria.* Lazarus in sinu Abrahæ refrigerium consecutus, contra dives in tormento ignis constitutus, alternas malorum vices æmula retributione compensant. *cap.* 13. Recordare &c. *Non solùm privationem bonorum suorum, sed & Lazari malorum carentiam iubebatur in memoriam revocare, ut duplicato tormento afficeretur, adeo enim erat inhumanus, ut non magis suorum privatione bonorum, quàm Lazari carentia malorum torqueretur.* 1615

Luc. 16 *nu.* 25.

Ex

Ex Clemente Alexandrino.

1616 Genes. 12. Dixit autem Dominus ad Abram: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo
Gen. 12 num. 1. patris tui, & veni in terram, quam monstrabo tibi. *num. 1. Clem. Alex. lib. 3. Pædagogi.* Apertissimè ergo docet Dominus per Abram, & patriam, & cognatos, & possessiones, & omnes divitias contemnere eum, qui Deum sequitur, cùm eum fecit advenam. Et ideo eum appellavit amicum, ut qui suas facultates habuisset contemptui: erat enim honesto loco natus, & valde dives. *cap. 2. Dum Dei Filius à se ipso terram, in quam vocabat Abram ipsi Abræ monstrandam promittebat, se totius itineris futurum Abræ socium demonstrabat: ut Abram se in Dei societate securum fore intelligeret, nullumque in itinere periculum formidaret.*

1617 *Genes.* 12. Egressus est itaque
Gen. 12 num. 4. Abram sicut præceperat ei Dominus, & ivit cum eo Lot, *n.* 4. *Clem. Alex. ex Hesiodo.*

Optimus ille quidem est, qui percipit omnia per se.
Ipse est Abram, qui Deum quæsivit.
1618 Is bonus est rursús, qui paret recta monenti.

Lib. 3. Pædag. cap. 8. Pulchro amici titulo Abram est nominatus, non solúm quia á Deo invitatus, ipsius Dei amore ductus Deum in omnibus quæsivit, sed & quia à Deo tentatus in filij immolatione, Deo paruit; & plurimas propter Deum tribulationes æquo animo sustinuit. iuxta illud in lib. Iudith. cap. 8. Memores esse debent, quomodo pater noster Abram tentatus est, & per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus est, *n.*22. *Ex quo loco constat, non verè dixisse Gentianum commentatorem Clementis ad hunc locum, Abrahamũ non fuisse in scriptura, disertis verbis Dei amicum appellatum.*

Genes. 14. Quod cùm audisset Abram, captum videlicet Lot fratrem 1619
suum, numeravit expeditos vernaculos suos tercentos decem, & octo: Gen. 14 nu. 14.
& persecutus est vsque Dan, *n.* 14. *Clem. Alex.* Quemadmodum autẽ in Astronomia habemus exemplum Abraham, ita etiam in Arithmetica eundem Abraham. Cúm enim audisset abductum fuisse Lot captiuũ, tercentis decem, & octo vernaculis suis numeratis, hostes aggressus, vincit maximum eorum numerum. Dicunt ergo Dominici quidem signi typum, quod ad figuram attinet, esse elementum, quod significat tercentos: significare nomen, salutare. Significari ergo eos esse Abrahæ domesticos, & ei coniunctos, quòd ad salutem attinet, qui ad signum, & nomen Domini confugerunt, & superasse eos, qui ipsos abducebant in captivitatem, & plurimas gentes infideles, quæ eos sequebantur. *lib. 6. Stromatum, cap. 4. vbi multa scribit de numeris, Nil mirum, quòd parva militum manus tot regum victoriosa agmina superaverit quæ sub illo duce decertabat, qui signum Crucis, in quo scriptum erat Iesu nomen pro vexillo ferebat; militesque suos mysterioso numero deputabat; cùm enim Dei favore niteretur, eos victores futuros confidebat, atque spe certa etiam ante pugnam gloriosissimè de hostibus triumphabat.*

Genes. 15. Suspice cælum, & 1620
numera stellas, si potes. Et dixit ei:
sic erit semen tuum, *num.* 5 *Clem.* Gen. 15
Alex. lib. 6. Stromat. Ab Astrono- num. 5.
mia á terra elevatus, vná cum cælo mente in cælum extolletur, & simul cum eorum conversione circumagetur, semper considerans divina, & eam, quæ est inter se invicem consensionem, & convenientiam, á quibus abductus Abrahamus ascendit ad cognitionem eius, cui crediderat. *c. 4. Corporis oculos Abraham*

ham ad cælum Dei iussu elevabat sed mentis oculis cæli conditorem Deum aspiciebat; cælestem namque machinam pulcherrimam á Divino effectam artifice credebat, ipsiusque infinitæ potentiæ contemplatione animam mirificé recreabat.

1621 *Genes.* 15. Credidit Abram Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. *n.* 6, *Clem. Alex. lib.* 6. *stromat.* Est ergo, ut videtur, iustitia quadrata, omni ex parte æqualis, & similis in verbo, in facto, in abstinentia à malis, in beneficentia, & cogitationis perfectione, nusquam vllo modo claudicans, ne videatur iniustus, & inæqualis. Quatenus ergo est aliquis iustus, est omnino is quoque fidelis: quatenus autem est fidelis, non dum est etiam iustus. Iustitiam dico, quæ fit per profectum, & consummationem, per quam is, qui est cognitione præditus, iustus dicitur. Iam verò Abrahæ, qui factus fuerat fidelis, reputatum est ad iustitiam, ut qui processisset ad id, quod est fidei maximum, & perfectissimũ. Non enim qui solùm abstinet á mala actione, est iustus, nisi præterea profecerit, ut & benefaciat, & cognoscat propter quam causam ab his quidem sit abstinendum, illa veró sunt agenda. Per arma iustitiæ dextra, dicit Apostolus iustum transmitti ad summam hæreditatem, ab his quidem munitum, illis veró etiam agentem. Non enim solùm armaturæ tegumentum, & abstinentia á peccatis, sufficit ad perfectionem, nisi adsumpserit etiam opus iustitiæ, eam, quæ ad benefaciendum est, operationem. Tunc autem ambabus vtens manibus, is, qui est cognitione præditus, in iustitia revelatur. *cap* 5. *Iustus profectò Abraham neutro pede claudus, dextro, sinistroque pede rectè ambulabat, dum á sinistris, malisque omnibus deviabat: & in dextris, bonisque omnibus proficiebat. sinistra manu omnia declinabat mala, dextraque manu bona omnia apprehendebat.*

Gen. 15 num. 6.

1622

1623 *Genes.* 15. Ego Dominus, qui eduxi te de vr Chaldæorum, ut darem tibi terram istam, & possideres eam, *n.* 7. *Clem. Alex. lib* 2. *stromat.* Chaldæorũ terram habitabat Abraham, qui paulò post fuit Dei amicus, *cap.* 9. *Felix Abrahamus, qui amicos omnes, quos in patria possidebat, vno Deo amico, quem præ omnibus faceret, commutabat.*

Gen. 15 num. 7.

1624 *Genes.* 17. Postquam verò nonaginta, & novem annorum esse cœperat, apparuit ei Dominus: dixitq; ad eum. Ego Deus omnipotẽs: ambula coram me, & esto perfectus. *num.* 1. *Clem. Alex. Alludens etiam ad illud, & statuam pactum meum inter me, & te, & inter semen tuum post te in generationibus suis, fœdere sempiterno: ut sim Deus tuus, & seminis tui post te. n.* 7. *sic ait.* Noster pædagogus sanctus Deus Iesus. Is apparuit Abrahæ, & dixit: Ego sum Deus tuus, gratus esto coram me. Eum autem tamquã optimus pædagogus, ut sit fidelis puer, instituit, dicens: & sis irreprehensibilis, & ponam testamentum inter me, & te, & semen tuum. Amicitiæ, quæ præest, & curam gerit, hæc est societas, & communicatio, *lib.* 1. *Pædagogi. cap* 7.

Gen. 17 num. 1.

1625 *Apté, vbi D. Hieronymus vertit,* Ambula coram me, *legit Clemens,* Gratus esto coram me; *qui enim quãvis sit ætate provectus, ut Abrahamus, in via perfectionis sistit gradum, ingratus Deo est, Deoque displicet qui autem semper ambulat, gratus, Deo non potest non placere. Nec minus aptè vbi Hieronymus posuit* Et esto perfectus, *Clemens habet secundùm septuag.* Et sis irreprehensibilis; *solus enim irreprehensibilis habetur, qui est in omni virtutũ genere perfectus. Fidelissimum cum Abrahamo Dei Filius iniit pactum, quod Clemens societatem nuncupavit, dum enim se futurum Abrahami filium esse promisit, se etiam Hebræorum populi quasi vnius societatis ducem specialem fore indicavit.*

Gen 17 num. 1.

1626 *Genes.* 17. Non vltrá vocabitur

Gen. 17 num. 5. bitur nomen tuum Abram sed appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium constitui te. *n.* 5. *Clem. Alex.* Is, cúm sublimem eorũ, quæ aere eveniunt, & excelsam eorum, quæ in cælo moventur persequeretur philosophiam, Abram vocabatur, quod exponitur Pater sublimis. Postea autem cúm in cælum respexisset, sive viso, in spiritu Filio, ut quidam exponunt, sive glorioso Angelo, sive etiam aliás cognito Deo creatura præstantiore, & quolibet, qui est in ipso ordine, assumit alpha; nempe cognitionem vnius, & solius Dei, & dicitur Abraham, ut qui pro naturæ indagatore, sapiẽs piusque in Deum, & eius amicus factus est. Exponitur enim, Pater electus, *lib. 5. Stromat. cap. 1. Vnius litteræ ex nomine Dei desumptæ ad nomen Abram, breve videtur esse additamẽtum; sed quod magnum nomini Abraham honoris afferat incrementum.*

1627 *Gen.* 18. Quia semel cæpi, loquar ad Dominũ meum, cùm sim pulvis,

Gen. 18 nu. 27. & cinis, *n.* 27. *Clem Alex. lib.* 4. *Strom.* Abrahã, qui propter fidẽ, & hospitalitatẽ Dei amicus, pater autẽ Isaac est appellatus. *& infrà.* Qui enim Dei amicus propter fidẽ liberã vocatus est Abraham, nõ fuit gloria elatus, sed magna vtens modestia, dixit. Ego autem sum terra, & cinis. *cap.* 6. Cũ sim pulvis, & cinis. *Qualis ante vitam fuisset, qualis post vitam futurus esset Abrahamus considerabat; ideoque se pulverem, qualis fuerat ante animam insufflatam, & cinerem, qualis post animam efflatam foret, nominabat.*

1628 *Gen.* 22. Non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi

Gen. 22 nu. 12. quidquam: nunc cognovi, quód times Deum, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me. *nu.* 12. *Clem. Alex lib. 1. Pædag.* Ipse est Isaac qui est typus, & figura Domini. Puer quidem, ut filius: erat enim filius Abrahæ, quemadmodum Christus Dei: hostia autem sicut Dominus, sed nõ oblatus est, ut Dominus. Ligna solúm sacrificij portavit Isaac, ut lignum Dominus. Mysticé autem risit, prædicens, fore, ut Dominus nos risu impleret, qui sanguine Domini ab interitu, & corruptione redempti sumus. Solummodo autem iure Isaac non passus est, qui primas passionis partes Verbo cesserit. Quin etiam significat Domini divinitatẽ, dum non fuit occisus. Surrexit enim post iusta facta funeris Iesus; non passus, quemadmodũ Isaac dimissus est á sacrificio. *cap. 5. Dum Æternus Parens filium Abrahæ in sacrificium sibi offerre prohibebat, suum ipse Filium pro eo offerendum destinabat. Ne Isaac risus patris in luctum per mortem mutaretur, Christũ gaudium Æterni Parentis cum lacrymis sibi Pater voluit sacrificari, quasi gaudium suum vellet perdere, ut Abrahamus risum suum conservaret.*

Genes. 23. Audi nos domine prin 1629

ceps Dei es apud nos: in electis se- Gen. 23

pulchris nostris sepeli mortuum tuũ num. 6.

n. 6. *Clem. Alex. lib. 2. Strom.* Sapientem docens esse regem, eos, qui sunt diversi generis facit ei dicentes: Rex à Deo tu es in nobis, ijs, qui ab eo reguntur, propter zelum virtutis viro bono sua sponte parẽtibus. *cap.* 8. *Iure profectò hi homines Abrahamum sibi in regem deligebant, quẽ non imperiosum, sed obsequiosum potiùs suis subditis fore sperabant; quippe qui non à suis adorari, sed eos adorare voluisset. Quod & præstitit.* Et adoravit populum terræ. *n.* 7. *Sed nihil mirum adorabat illum, á quo beneficium, quod petebat; sperabat.*

Genes. 25. Abraham veró aliam 1630

duxit vxorem nomine Ceturam.

Deditque Abraham cuncta, quæ pos- Gen. 25

sederat, Isaac: filijs autem concubi- nu. 1. 5.

narum largitus est munera, & sepa- & 6.

ravit eos ab Isaac filio suo, dum adhuc ipse viveret, ad plagam orientalem. *num.* 1. 5, & 6. *Clem. Alex. lib. 2. Stromat.* Abrahæ, qui ex tribus

vxoris liberos susceperat, non ut frueretur voluptate, sed quód speraret, ut puto, in principio genus multiplicare, vnus solus hæres succedit in bonis paternis, alij autem divisi à cognatione. *cap.* 8. *Post obitum Sara aliam duxit vxorem Abrahamus nomine Ceturam; non quidem libidine ductus, ut voluptatibus indulgeret, sed Dei amore, ut genus suum divino cultui specialiter deputatum multiplicaret.*

Ex D. Zenone.

1631 Genes, 15. Credidit Abram Deo, & reputatum est illi ad iustiti-
Gen. 15 *num.* 6. am, *num.* 6. *D. Zeno.* Abraham contra spem in spem credidit Deo, ut fieret pater multarum gentium. Contra spem autem est, quod impossibile est, ac non videtur esse possibile: sed possibile hac spe fit, cùm Dei dicto indubitanter, ac fortiter creditur: dicit enim Dominus, Omnia possibilia credenti. Vnde Abraham credidit Deo, & reputatum est illi ad iustitiam: qui ideo iustus, quia fidelis: iustus enim ex fide vivit: ideo fidelis, quia credidit Deo: qui nisi credidisset, neque iustus, neque pater gentium esse potuisset. *Et infrà* Fides itaque donum Dei. Per hãc Abraham ad Dei pervenit amicitiam. *Sermone de spe, fide, & charitate.*

1632 *In lib.* Iudith *sic habetur cap.* 8. Pater noster Abraham tentatus
Iud. 8. est, & per multas tribulationes pro-
nu. 22, batus, Dei amicus effectus est. *num.* 22. *Ergo Abrahamus fide credens se ab omnibus tentationum periculis Dei auxilio liberandum, tentationum aquo animo ferebat laborem, illisque probatus suum erga Deum firmum probabat amorem.*

1633 *Genes.* 17. Eadem die circumcisus est Abraham, & Ismael filius
Gen. 17 eius, & omnes viri domus illius, *n.*
nu. 26. 26. & 27. *D. Zeno.* At fortasse quis-
& 27, piam dicat. Peccator ergo fuit Abraham, ut circumcideretur, an iustus, & circumcidi non debuit? Abraham fratres, & vir iustus fuit, & tamen necessariò circumcisus. Quid enim scriptum dicit? Abrahã credidit Deo, & deputatũ est illi ad iustitiam. Nũquidnam dixit, Abraham circumcisus est, & deputatum est illi ad iustitiam? Cúm igitur Abraham integer sit iustificatus, & postea circumcisus, manifestũ est circumcisionem non Abrahæ fuisse necessariam, sed in designationem Iudaici populi, qui carnalis futurus fuerat procuratam. *serm. de Circumcisione.*

Et sic progreditur. Deniq; nihil illi contulit: quia Deo ante, non postea 1634
quã circumcisus est, placuit: præmi- *Gen.* 17
umq; non circũcisionis, sed in hac *nu.* 26.
fide robusta merita repromissionis & 27.
accepit. Vnde manifestũ est Abrahã gemini populi typũ in semetipso portasse; ut circũcisionis nota exprimeret Iudæũ, credulitatis iustitia Christianum, *Ser. de circumcisione.* Eadẽ die circumcisus est Abrahã *n.* 26. *In illa videlicet die, in qua præceptum circumcisionis acceperat, ne si præcepti impletionem procrastinaret exemplo suo domesticis suis ab obedientia ad implendum illud præceptum, retardaret.*

Gen. 21. Crevit igitur puer, & ab- 1635
lactatus est: fecitq; Abrahã grãde cõ-
viviũ in die ablactationis eius *n.* 8. *D.* *Gen.* 21
Zeno. Ablactato Isaac accepimus A- *num.* 8.
brahã fecisse cænã, quòd ablactatus iã puerili ætate proximũ cibũ lactis excederet. Et Apostolus omnes rudes fidei, & infantiles adhuc in Dei rebus scientiæ lacte potat: ergo profectus maximus est iã lacte non indigere: ad fortiorẽ enim cibũ transisse filiũ suum, Abrahã etiam convivij lætitia testatus est. *Ser.* 2. *de Ps* 130. *Primus omnium grande conviviũ fecisse Abrahamus refertur, qui alioqui iustus erat; ne quis postea grandia convivia fieri condemnaret. suam enim erga convivas munificentiã, qui grande conviviũ faceret, tanti patris exemplo, posset commendare.*

Genes.

1636 *Genes.* 22. Tentavit Deus Abraham, & dixit ad eum: Abraham, Abraham. At ille respondit: Adsum *num.* 1. *Div. Zeno.* Inventa est causa, vbi Abrahæ fides tentatione fortior militaret. Carissimi membra, quæ osculis premere consueverat, armatus gladio iubetur occidere. Quid fecerat pietas? præceptum differri non potest, præstiterat mater cùm sterilis esset, ad gladium nascitur puer? Talem casum nemo doluit, nisi, quæ genuerat, mater. Nemo plangit vivas exequias: & innocentis hominis obsequium nemo ante fletibus rigat: ne pater dubitasse videretur, si flesset. Devotus sic stricto vultu puerum ducit ad aram, reprimit gladiū medium: pectus fidei militabat. Non pallescit vultus: non contremuit manus. *serm, 3. de Abrah.*

Gen 22 num. 1. & 2.

1637 *Et alibi sic loquitur D. Zeno.* Nūc mihi Abrahæ memoranda est mira illa tentatio, quæ eum aut sacrilegū fecerat, si contemneret Deum, aut crudelem, si occideret filium, nisi quadam singulari, ac veré divina patientia inter religionem, pietatemq; negotium temperaret, in spe non denegans Deo, quod contra spē acceperat á Deo. Igitur Isaac sibi dulcissimum filiū; Deo victimam dulciorē contemnit, ut servet: destinat iugulare, ne iugulet, securus illo se non posse displicere facinore, quod Deo gerebatur auctore. O novum spectaculum, ac veré Deo dignū: in quo definire difficile est, vtrum sit patientior sacerdos, an victima. Nō percussoris, non percutiendi claudicat color, non membra tremore vibrātur, non demissi, non torvi sunt oculi. *Serm. de patientia.*

Gen, 22 num. 1. & 2.

1638 *Sic progreditur idem D. Zeno.* Nemo rogat. Nemo trepidat. Nemo se excusat. Nemo turbatur, ne veré sit patricidium. Ille exerit gladium, ille cervicem vno voto, vna devotione: ne quid profanum sit, diligenter, ac patienter geritur, quòd ab altero celebratur. Ille lignum, quo imigatur, sibi præponit; ille aram struit. Sub tanto, non dicam, humanitatis, sed potiùs ipsius naturæ metu læti sunt. Soli cedit affectus pietati: pietas religioni: favet vtrisque religio. Medius stupet gladius nullo impedimēto suspensus, mactatione terribili gloriā se præstitisse, non crimen. *Serm. de patientia.*

Gen 22 à n. 1.

1639 *Tandem sic concludit idem D. Zeno.* Quid hoc est? Ecce immanitas in fidem, & scelus transit in sacramentū parricida incruētus redit: & qui immolatus est, vivit, ambo sibi gloriæ, ambo charitatis exemplum; ambo Dei cultus admirabile seculis testimoniū. Felix orbis fuerat, fratres, si omnes sic fierēt parricidæ. *Serm de patientia.* Abraham, Abraham. *Repetito bis nomine in hoc loco eum Damians compellavit, vt & externū, & internum hominem excitaret. At ille respondit: Adsum, ut & corpore, & animo se præsentem esse ad implendum quidquid Deus præciperet, indicaret.*

Gen. 22 num. 1.

1640 *Genes.* 22. Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Isaac, & vade in terram visionis: atque ibi offeres eum in holocaustum super vnū montium, quem monstravero tibi. *n.* 2. *D. Zeno.* Vnicus ille filius sollicitus senis, adhuc parvulus, cui pietas, & miseratio maior debetur, postulatur ad victimam; cui si per humanam fragilitatem aliquo in corpore infirmitas nasceretur, aut humanus exitus cōtingeret, vix in eius casibus pater vivere potuisset, si annis teneris moreretur. Hic igitur infans, é cuius vita paternus affectus, & maternus pendebat, ad explorationem fidei suæ divina voce postulatur ad victimā. *Serm. 1. de Abrahā.*

Gen. 22 num. 2.

1641 *Deinde sic pergit idem D. Zeno.* Volo, dixit Deus, mihi fieri sacrificium Abraham tuis manibus in mōte de filio tuo: hæc mihi victima placet: hoc me sanguine deplacabis: iste meis sacris debetur. Vnde immolari iā iubeo

Gen. 22 num. 2.

iubeo. Non contristat frontem devotissimus Abraham: nec dolor patri lachrymas persuasit: sed exultat, & gaudet. *serm. 1. de Abraham.*

1642 *Et alibi exponens eundem textum sic ait idem D. Zeno.* Progenitus in primis infantiæ rudimentis iubenti ac deposcenti Deo innocens martyr offertur: immaculata hostia: nec victima imparatus: qui testis divini timoris ad fidem à Domino poscitur, à parente perducitur: sed hostia nõ sanguinis, sed salutis. *Serm. 2. de Abraham.* Tolle filium tuum. *Vt dum mihi eum obtuleris, non iam tuus, sed meus incipiat esse filius. Felix qui cum divino humanum parentem meruit commutare, ne de inceps patrem hominem, sed Deum præsumeret sancta quadam iactantia nominare.*

Gen. 22 num. 2.

1643 *Genes.* 22. Igitur Abraham de nocte consurgens, stravit asinum suum: ducens secum duos iuvenes, & Isaac filium suum. Cùmque concidisset ligna in holocaustum, abijt ad locum, quem præceperat ei Deus. *num.* 3. *D. Zeno.* Nec timuit, ne parricidium ei imputaretur: sed magis, ut devotioni pareret, lætabatur hoc iussisse Deum. De filio hostia parabatur festina. Denique implere sacrificium, ne mora faciat peccatum, necessarijs sacramentis protinus præparatur. Ascenditur in montem. Omni mysterio, sacrificioque disposito, ductus filius gaudens, gaudente patre, patris dextera feriendus. *Serm. 1. de Abraham. Maluit Abrahamus crudelis in filium esse, quã Deo inobediens reputari.*

Gen. 22 num. 3.

1644 *Genes.* 22. Ipse verò portabat manibus ignem, & gladium, *num* 6. *D. Zeno.* Ecce, ut ait Apostolus, contra spem natum, Abraham ad aram, filium immolaturus Domino auctore perducit: nec deest ad ministerium gladius: ut pater esset pariter, & sacerdos. *Serm. 2. de Abraham. Cur filio non dedit ignem, & gladium, sibique lignorum portandum accepit fascem; ut sic filius levius, & ipse gravius pondus asportaret? Fortassis, ne dum in manibus filij ignem, & gladium intueretur, ipsum filium, non ut qui leviter ignem & gladium ferret, sed qui iam ignis flammas, gladijque plagas patienter sufferret, cogitaret.*

Gen. 22 num. 6.

Genes. 22. Cúmque duo pergerent simul, dixit Isaac patri suo: Pater mi: At ille respondit: Quid vis fili? Ecce, inquit, ignis & ligna: vbi est victima holocausti? Dixit autem Abraham: Deus providebit sibi victimam holocausti, fili mi. Pergebant ergo pariter. *n.* 7. & 8. *D. Zeno.* Securus de fide generis sui pater filio, de quo nõ dubitabat, patefecit, quia se Dominus postulasset: & quid ipse Domino promisisset, ostendit. Lætatus est puer patre fideli, ipse quoque fidelior: nec recusabat mortem, quam Deus, qui vitam dederat, imperabat. *serm.* 1. *de Abraham* Quid vis fili? *Non addit, mi. Cum Isaac Abrahamum patrem nominaverit suum, dicens,* Pater mi: *cur Abrahamus Isaicum filiũ, dum ei respondit, suum non appellat? Ne tenerum erga filium ostenderet amorem, adversùs quem pauló post summum decreverat manifestare rigorem.* 1645

Gen. 22 n. 7. & 8.

Genes. 22. Cúmque alligasset Isaac filium suum, posuit eum in altare super struem lignorum. *num.* 9. *Div. Zeno.* Lætatur pater filio quoque gaudente: & cum gaudio vnici pignoris alligat manus; quas ille vinciendas libentiús offert. Pedes quoque constringit, ne in exitu mortis concitata victima calcitraret: securus enim pater optimus timuit, ne dolori aliquid liceret in mortem. O fratres secura devotio! O pater spiritum captans; corpus veró mortemque contemnens, O qui servum Domini ita esse meminerat, ut patrem se esse nesciret. *serm.* 1. *de Abraham.* 1646

Gen. 22 num. 9.

Deinde sic progreditur Div. Zeno. explanans eundem textum. Quid est pater, ecce sub oculis iacet 1647

Gen. 22 num. 9.

oculis iacet filius vinculis astrictus.
Vbi sunt lachrymæ? Vbi dolor, qui
in humanis sensibus versari consue-
vit? In tantis filij casibus lætatur, &
gaudet: & se Dominum promeruis-
se triumphat. *serm.* 1. *de Abrah.*

1648 *Et alibi adhuc exponens eundem*
textum sic loquitur D. Zeno. Tradun-
Gen.22 tur teneræ adhuc vinculis manus:
num.9. & ne quid minùs ab hostia videre-
tur, pedem ligatura destringit: ne
incitata victima displiceret. Cesset
itaque hic carissimi impietatis abo-
minanda suspicio. Abraham Do-
minum filio: sacerdotem prætulit
patri: nec pium se credidit, nisi
probasset fidelem. *Serm.* 2. *de Abrahā.*
Cúmque alligasset &c. *Cùm antea de*
lignis, de igne, de gladio mentio facta
fuerit; nullam de vinculis factam inve-
nio mentionem, & tamen dicitur á patre
filius alligatus. Quibus ergo filium pater
vinculis alligavit? Fortassis factis ex
cingulo, quo puer antea cingebatur: neque
enim puer malé præcinctus erat, qui pro-
inde libenter cingulum, quo se puer præ-
cingebat, in vinculum, quo ipsum pater
cingeret, commutaret.

1649 *Genes.* 22. Extenditque ma-
num, & arripuit gladium, ut im-
Gen. 22 molaret filium suum. Et ecce An-
nu. 10. gelus Domini de cælo clamavit,
11. 12. dicens Abraham, Abraham. Qui res-
13. pondit: Adsum. Dixitque ei: Non
extendas manum tuam super pue-
rum, neque facias illi quidquam:
nunc cognovi quòd times Deum,
& non pepercisti vnigenito filio
tuo propter me. *numer.* 10. 11. 12.
13. *D. Zeno.* Accepit iam præmia,
quæ meretur, divina etenim explo-
rationis tentamina porriguntur:
exerit quidem ferrum, & armatà
dexterà sublevat manum: sed vox
eius, qui victimam postulaverat,
contradicit. Respice retro, dixit
Deus, & antequam respicias, parce.
Ecce, & meritum principale divi-
nam indulgentiam meruisse sub ca-
sibus: nam retro respiciens Abra-
ham invenit victimam, quam in-
nocens immolaret. *serm.* 1. *de Abra-*
ham.

Et alludens etiam ad illud eiusdem 1650
cap. 22. Levavit Abraham oculos
suos, viditque post tergum arietem Gen 22
inter vepres hærentem cornibus, nu. 13.
quem assumens obtulit holocaus-
tum pro filio. *num.* 13. *sic ait idem D.*
Zeno. Eo ferro mactavit arietem,
quo filium percutere iam parabat.
A filio ad agnum transtulit dexterā
semper lætatus, & gaudens. Nec
mutatus est vultus eius, cùm esset
victima commutata. Cum tanta læ-
titia arietem obtulit, cum quanta
obtulerat & filium: vbi enim fides
fuit, non erat dolor. In illo sacrificio
solus Deus doluit: quia aliam victi-
mam procuravit: ... num Abraham
cum filio sic probatus á Deo est, ut
non postulans misericordiam mere-
retur. *vbi suprá.*

Deinde sic concludit D. Zeno. 1651
Videamus fratres dilectissimi legis
arcana: & intellectum altiùs profe- Gen. 22
ramus. Abraham sub lege non erat, á n. 10.
sed legem solus implevit. Et qui
nullo iure legis tenebatur, omne ius
divinum præcipué custodivit; cu-
ius immolatione ille quoque gau-
deret, qui ad victimam parabatur.
Aries hærebat in ervo implicitus
spinis, capite obligatus. Hic est,
qui pro Isaac immolatus est Deo.
Hunc obtulit Abraham: hunc ius-
sus est immolare. *Serm.* 1. *de Abra-*
ham.

Et alibi exponens eundem locum 1652
sic ait Div. Zeno. Intrepidus ad mi-
nisterium immolationis armatur. Gen 22
Rimatur ad ictum vulneris secu- à n. 10.
rus animus; sed securior manus,
elatus in immolandum gladius li-
bratur; nec puerum mors vicina
contristat; ne trepidatio fidem
prodat infirmam. Sub hac denique
immolantis, immolandique cons-
tantia absolvi meruit, dum huma-
num ex se deponit timorem; &

& quantum ad fidem pertinet, pater promissa complevit; Dominus parricidium probata voluntate prohibuit. *serm.* 2. *de Abraham.*

1653 *Et iterum alibi adhuc super eundem textum sic ait D. Zeno.* Religiosus

Gen. 22 à n. 10. carnifex stringit gladium, patris erat quòd levavit: Dei fuit, quód pepercit. Nec qui feriebatur, timuit: nec qui feriebat, expavit. Sacrificium Domini non dimittitur, sed mutatur. Meliús servavit filium, dum nō pepercit. *serm.* 3. *de Abraham.*

1654 *Et tandem adhuc ad eundem locū sic ait D. Zeno.* Quapropter si pater

Gen. 22 à n. 10. bonus, si providus, si vtilis esse desideras, sicut ille Abraham, Deum plus debes amare, quám filios, ut habere merearis integros, incolumes, ac beatos. *Sermone de iustitia.* Non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quidquam *num.* 12. *Non solùm dixit,* Non extendas manum tuam super puerum, *sed addit.* Neque facias illi quidquam. *Ne videretur solùm gladij ictum, quo filium pater penitus interficeret, sed etiam plagas, quibus filium ferire posset, prohibere. Non enim solùm necis, sed & plagarum Dei filius sibi primatum voluit reservari.*

Ex D. Cyrillo Hierosol.

1655 Genes. 12 Dixit autem Dominus ad Abram: Egredere de terra

Gen. 12 num. 1. tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrabo tibi. *num.* 1. *D. Cyrillus Hier.* Neque priùs amicus Dei vocatus est, quám credidisset, & omne opus secundúm fidem perfecisset. Reliquit parentes per fidem; deseruit patriam, & regionem, & domum per fidem. Quemadmodum igitur ille iustificatus est, & tu iustificeris, *Catechesi* 5. *de fide.* Egredere de terra tua & veni in terram, quam monstrabo tibi, *num.* 1. *Possessionem terræ propriæ, cum visione terræ alienæ iubetur patriarcha commutare. Non aptam alius permutationem indicares. At non ita Abrahamus, qui & terram propriam, à qua egredi præcipiebatur, conculcabat, & alienam, quam sibi demonstrandam audiebat inspiciendam, sed despiciendam iam tunc animo destinabat.*

Genes. 18. Respondensque Abraham, ait: Quia semel cæpi, loquar 1656

ad Dominum meum, cúm sim pulvis & cinis. *nu.* 27. *D. Cyrillus Hie.* Gen. 18 nu. 27.

Magnus erat Abraham, & honorandus, sed magnus respectu hominum: cùm autem ad Deum respexit, tunc inquit, ingenué confitens, Ego sum terra & cinis. Non dixit, terram, & tacuit, ne se ipsum magnum elemētum terram appellare videretur: sed addit, cinerem se esse, ut vilitatem, fragilitatem, & imbecillitatem suam ostenderet. *Catechesi* 6. *Loquar cùm sim terra. Quid dicis o sapientissime philosophe, si terra es, quo loqueris ore? Si cinis es, qua lingua effaris? Certé dum Abrahamus se ita humiliabat, non ore terreno sed cælesti: non cineriva lingua, sed siderea sermonem Deo gratum proferebat.*

Genes. 22. Cúmque alligasset 1657

Isaac filium suum, posuit eum in altare super struem lignorum. Extenditque manum, & arripuit gladium, Gen. 22 à nu. 9

ut immolaret filium suum. *à nu.* 9. *D. Cyrillus Hier.* Cúm iussus esset offerre filium, quamvis iam audisset; In Isaac vocabitur tibi semen; offerebat filium suum vnigenitum Deo, credens quòdá mortuis poterit excitare Deus. Colligans filium suum, & lignis imponens, voluntate quidē immolavit, divina autem bonitate filium vivum recepit; agno, ipsi loco filij oblato. *Catechesi* 5. *de fide.* Posuit eum in altare. *Quid agis o pater? Ita ne tuus erga filium tuum amor te non solùm amantem reddidit, sed amentem, ut eum in ara ponas, quasi aliquod numen à te religiosé venerandum? non certè, sed ut sacrificium Deo soli vero á te, nisi Deus tuam iusserit dexteram tenere,* non

non sine sanguine offerendum.
1658 *Exod.* 4. Vt credant, inquit,
quód apparuerit tibi Dominus Deus
Exo. 4. patrum suorum, Deus Abraham,
num. 5. Deus Isaac, & Deus Iacob. *num.* 5.
D. Cyril. Certum quòd existentium,
& subsistentium. Si enim Abraham
mortuus est, vel non existit, & Isaac
& Iacob; numquid Deus ut non exis
tentium? num aliquando dixit rex,
se regem esse militum, quos non
habet? Quando aliquis ostentat di-
vitias, quas non possidet? Necesse
est itaque subsistere Abraham, &
Isaac, & Iacob, ut Deus sit existen-
tium Deus: neque enim dixit ipso-
rum eram Deus, sed sum. *Catechesi*
Exo. 3. 18. *Vbi alludit ad illud Exodi.* 3. *Ego*
à n. 14. *sum qui sum, Deus Abraham, Deus Isaac,*
& Deus Iacob. à n. 14. *Ergo Deus hos*
tres quasi veteranos milites habebat, quo-
rum auxilio quisque facilé posset tres ani-
mæ hostes superare, neque Deo duci deesse
poterat pecunia militaris, ut stipendia
solveret, cúm hos tres virtutis thesauros
omnibus virtutum divitijs plenos pos-
sideret.

Ex D. Ambrosio.

1659 Genes. 12. Dixit autem Dominus
ad Abram: Egredere de terra
Gen. 12 tua, & de cognatione tua, & de do-
num. 1. mo patris tui, & veni in terram, quã
monstrabo tibi. *num.* 1. *D. Ambros.*
lib. 1. *de Abrah.* Cùm Dominus De-
us noster hunc locupleti benedic-
tionis suæ dote donaverit, ut eius
gratia provocaret cæteros, institu-
tione corrigeret: Moyses quoque
imitandum eundem nobis descrip-
serit, ut corda hominum in vitium
labentia, huius viri contuitu, vel ut
é quodam terreno busto resuscitaret
non perfunctorium debet videri, si
nos quoque scrupulosiùs eiusdem
viri versemus vestigia, *cap.* 1.
1660 *Et postquam D. Ambrosius eodem*
lib. 1 *fictam à Platone rempublicam, &* Gen. 12
à Xenophante Sapientem principem adũ- num. 1.
bratum fuisse memorat, sic ait: Vt ex in-
timo philosophiæ sinu regis iusti, &
sapientis disciplina procederet: quã-
tò magis nos non compositam figu-
ram sapientis viri, sed expressam vir
tutem, & divino institutam magis-
terio recensere intentiús, & vias
eius debemus persequi, quem Moy-
ses ita descripserit, ut retro quodã-
modo se ipse respiceret. *cap.* 1. *Et in*
Ps. 1. *sic ait.* Abraham Chaldæus fuit,
sed fugit á Chaldæis, & ante legem:
tu sub lege natus es, fuge ab impij.
Ille hæreditatem patrum respuit, ut
fidei possideret: tu successionem cor-
poris derelinque, hæreditatem de-
votionis acquire. *In v.* 1.
Et iterum lib. 1. *de Abraham sic* 1661
ait idem D. Ambros. Magnus planè
vir, & multarum virtutum clarus Gen. 12
insignibus, quem votis suis philoso- num. 1.
phia non potuit æquare. Denique
minus est, quod illa finxit, quám
quod iste gessit: maiorque ambitio-
so eloquentiæ mendacio simplex ve
ritatis fides. Itaque cuiusmodi fue-
rit in eo viro devotio, consideremus.
Ea enim virtus ordine prima est,
quæ est fundamentum cæterarum:
meritoque hanc ab eo primam exi-
git Deus, dicens: Exi de terra tua
&c. *cap.* 2.
Et lib. primo de offic. sic ait idem 1662
D. Ambros. Abraham, qui ad magis-
terium futuræ successionis informa- Gen. 12
tus, & instructus est, iussus exire de num. 1.
terra sua, & de cognatione sua, &
de domo patris sui, nonne multi-
plicitate necessitudinis præstrictus,
affectus tamen appetitum rationi
obedientem præbuit? Quem enim
terræ suæ, cognationis, domus quo-
que propriæ gratia, non delectaret?
Et hunc ergo mulcebat suorum sua-
vitas, sed imperij cælestis, & remu-
nerationis æternæ consideratio mo-
vebat ampliús. Non ne considerabat
vxorem imbecillem ad labores, te-

neram ad iniurias, decoram ad incentiva insolentium, sine summo nō posse duci periculo? Et tamen subire omnia, quám excusare consultiùs deiudicavit. *cap.* 24. *Paternam domū multis refertam divitijs Abram emortuo paulò anteà patre inhabitabat; hanc Dominus relinquendam præcipiebat, ipsamque adhuc domūm patris, non verò domū Abrahæ nominabat. De domo patris tui, ut ex memoria paternæ mortis Abram ad memoriam mortis propriæ excitaret, & ad paternas divitias contemnendas provocaret.*

1663 *Genes.* 12. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo
Gen. 12 *num.* 1. & 2.
patris tui, & veni in terram, quam monstrabo tibi; Faciamque te in gētem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisque benedictus. *num.* 1. & 2. *D. Ambros. lib.* 1. *de Abraham.* Satis fuerat dixisse, de terra tua. Ibi enim erat exire de cognatione, exire de paterna domo. Sed ideo addidit singula, ut eius affectum probaret, ne fortè aut imprudenter cæpisse videretur, aut fraus aliqua mandatis cælestibus pararetur. Sed sicut coacervanda fuerunt præcepta, ne quid lateret: ita etiam proponenda præmia, ne fortè desperaret. Tentatur, ut fortis, incitatur, ut fidelis, provocatur, ut iustus. *cap.* 2. *Difficilia profectò Abrahæ Dominus imperabat, obtemperanti tamen magnam sui nominis gloriam promittebat, ut si præcepti onere gravaretur; desiderio levaretur honoris. Magnanimus enim vir ferendum magnum despicit laborem, dum magnum assequendum sibi aspicit honorem.*

1664 *Genes.* 12. Egressus est itaque
Gen. 12 *num.* 4.
Abram, sicut præceperat ei Dominus, & ivit cum eo Lot. *num* 4. *D. Ambros. lib.* 1. *de Abrah.* Hoc autem quod pro magno inter septem sapientum dicta celebratur (Sequere Deum) perfecit Abraham, factoque sapientum dicta prævenit, & secutus Deum, exivit de terra sua. *cap.* 2. & *lib.* 2. Exijt Abraham, quemadmodum locutus est Dominus. Hinc ferunt gentiles, septem sapientum sententiam: Sequere Deum, quasi inventum suum; cùm longè anterior nōn dico Abraham, sed Moyses fuerit, per quem lex data est, dicens. Post Dominum Deum tuum ambulabis. *cap.* 2.

Et infrà sic loquitur idem D. Ambros. Suprà habes, Exi, dixisse Deum; 1665
Gen. 12 *num.* 4.
in quo apertum imperium iubentis expressum: hîc habes, Quemadmodū locutus est illi Deus, quasi quidam confabulationis affectus comprehēditur: omnia enim fecit quæ statuta sunt. Antè factum igitur Deus dicit quasi obnoxio, post factum loquitur quasi amico. Amicus est enim Deo, qui facit quæ imperata sunt. Vnde, & in Evangelio suo dicit Dominus Iesus: Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis, iā enim non dicam vos servos. *cap* 2. *Abram solùm à Deo è patria è paterna domo, è cognatione exire iussum aliquis existimaret, sic enim dixit Dominus:* Egredere, & veni: *ab ipsoque præcepti modum non impletum, dum non solum sed cum vxore, nepote, & multis ex familia egressus describatur.* Tulitque Sarai vxorem suam, & Lot filium fratris sui, vniversamque substantiam, quam possederat, & animas, quas fecerat, in Haran. *num.* 5. *Vt igitur famæ consuleret obedientis, eum egressum, sicut Dominus ei præceperat, scribendū mandavit, ne aliquis Abram præcepti divini modum violasse putaret, qui si solus egredi iuberetur, solus profectò relictis omnibus commigraret, ne divini mandati modum sibi præscriptum violaret.*

Genes. 12. Et ivit cum eo Lot. 1666
n. 4. *D. Ambros. lib.* 2. *de offic.* Plurimùm itaque prodest vnicuique bonis iungi: *Gen.* 12 *num.* 4.
Adolescentibus quoque vtile, ut claros, & sapientes viros sequantur: quoniam qui congreditur sapientibus, sapiens est: qui autem cohæret imprudentibus, imprudens;

prudens agnoscitur. *Et paulò infrà.* Pulchra itaque copula seniorum, atque adolescentium. Alij testimonio, alij solatio sunt, alij magisterio, alij declarationi. Omitto quòd Abrahæ sit Lot adolescentulus etiam proficiscenti, ne fortè hoc propinquitatis magis fuisse existimetur, & necessariæ potiùs, quàm voluntariæ adiunctionis. *cap.* 20. *Priusquam dicatur, quòd Abraham Lot nepotem secum tulerit, Lot cum Abraham ivisse perhibetur: ne adolescens Lot invitus Abraham senem, deserta patria sequi videretur, sed ut qui voluntarius se peregrinationis socium ei, quem diligebat, ut patrem obtulisset; malens cum patruo patris sui fratre extra patriam divagari, quàm eo absente in patria deliciari.*

1667 *Genes.* 12. Tulitque Sarai vxorem suam, & Lot filium fratris sui
Gen. 12 num. 5. vniversamque substantiam, quam possederat, & animas, quas fecerat in Haran. *nu.* 5. *Septuaginta legunt* Et omnem animam, quam possederat in Charran. *D. Ambrosius lib.* 2. *de Abraham.* Scriptum est, quia possidebat animam suam tamquam liberam regens, & nulli servituti obnoxiam. Hoc ergo habet intentio Doctoris, eó quòd etiam in illis diverticulis, & anfractibus constitutus, est ita inflexus ad culpam, ut demigrare non posset. Denique mentem suam ab illa lubrica possessione defendit, & transtulit. *cap.* 2. *Chaldæus*, Et omnes animas quas legi subiecerat in Harā. *Qui igitur aliorum animas à regione impia asportabat, suam ipsius animam apud impios minimé dimittebat; neque enim alienas animas ab occasione impietatis deducere valeret, nisi exēplo sui propriam animam abducens, eas evocaret.*

1668 *Genes.* 12. Pertransivit Abrahā terram vsque ad locum Sichem, vsq;
Gen. 12 num. 6. ad convallem illustrem, *num.* 6. *D. Ambros. lib.* 1. *de Abraham.* Egressus perambulavit terram vsque ad locū Sichem; ad quercum excelsam. Sichem interpretatione latina dicitur numerus, vel cervix: per quæ executionem præcepti operis intelligimus; siquidē & infrá habemus scriptum. Supposuit humerum suum ad laborandum. Vnde per figuram locorum id expressum advertimus, quòd devotionem suam sanctus Abram non solúm studio, sed etiam efficacia probaverit fructuosa, qua ad quercum vsque pervenerit *cap.* 2.

Et lib. 2. *de Abrah. sic loquitur* 1669
idem D. Ambrosius. Et perambulavit, Gen. 12 num. 6.
Abraham vsque ad locum Sichem, ad quercum altam. Nonne videntur superflua esse, nisi rationem requiras, cùm & altitudinem quercus non prætermiserit? Sed vbi ratio est, nihil superfluum. Sichem enim, vel humerus, vel cervix significatur, quod est laboris, vel exercitationis indicium. Vnde & Iacob vir exercitatus filio suo Ioseph eam præcipuam dedit. Ergo quia neque sine dote naturæ, exercitatio ipsa per se perfectionem conferre potest, & naturæ gratia destituitur, si desit exercitatio; (est enim ingeniosi adminiculum diligentia) inducitur is vir, ad cuius imitationē formaris, ad naturæ gratiam adiuncta exercitatione, ita fundatus, & excelsior factus, ut vsq; ad quercum altam transiret. Quæ arbor ut alta, ita etiam robusta, indicio est, non facilé animam Abrahæ, sæculi huius procellis esse curvatam, sed mansisse sublimem, vt se æternis inquisitionibus ad altitudinem divinæ cognitionis elevaret. *cap.* 3.

Cæteris in terra Chanaan, quam 1670
attigerant, quiescentibus, solus Abrahamus terram pertransisse perhibetur, qui Gen. 12 num. 6.
enim ad cælum pervenire festinabat, terrā post terga dimittebat. Pertransivit. *Iure quidem iuxta nomen suum, pertransibat, transitus enim Abraham interpretatur. Igitur dum per viam virtutis ambulabat, nominis significatum adimplebat, seque in exemplū transire volentibus proponebat.*

Vnde

Vnde rectè D. Ambros. lib. 2. de Abrah. Abraham transitus dicitur. Ergo ut mens, quæ in Abram totam se delectationi, & Illecebris corporalibus dederat, in formam virtutis speciemque transiret, vir sapiens nobis ad imitandum propositus est. *ca. 1.*

1671 Gen. 12 num. 7. *Genes.* 12. Apparuit autem Dominus Abram, & dixit ei. Semini tuo dabo terram hanc. Qui ædificavit ibi altare Domino, qui apparuerat ei. *num. 7. D. Ambros. lib. 1. de Abraham,* Vidi quomodo promisso frequenti tamquam invalidum adhuc informet, atque instituat. & ipse immemor sui totum Deo deputet, nihil sibi vendicet. Et ideo aram ædificavit Domino, qui apparuit ei. *cap. 2. Et lib. 2. de Abram,* Nusquam superiús habes, quod visus esset illi Deus. Vnde liquet eò referendum, quia quamdiu Chaldæus fuit, hoc est non solúm in regione, sed etiam in opinione Chaldæorum, non poterat Deum videre, quem intra mūdum quærebat. *cap. 3.*

1672 Gen. 12 num. 7. *Et lib. de Fide contra Arrian. Ita loquitur D. Ambros.* Huc accedit, quód sic Filium Dei, ut iam dictum est, visum á patribus approbamus, ut non totum in illo, quód est Deus videretur: sed dispositiones rerum futurarum, quæ suis quibusque temporibus complenda erant, in illo per imaginem cernerentur. Nam quis Filium Dei videre potuit, antequam conspicabilem materiam, sicut ei placuit, assumpsit, vel ipsum hominē inducere dignatus est? Qui etsi Abrahæ visus est, sed in forma humani corporis visus est, quo scilicet postremis temporibus in homine venturus esse demonstraretur. *cap. 8.* Qui ædificavit ibi altare. *Terram suo promissam semini, non signat aratro, sed ara, ut qui filium non tam aratorem, quàm oratorem affectaret.*

1673 Gen. 12 num. 8. *Genes.* 12. Et inde transgrediens ad montem, qui erat contra Orientem Bethel, tetendit ibi tabernaculum suum, ab occidente habēs Bethel, & ab oriente Hai ædificavit quoque ibi altare Domino, & invocavit nomen eius, *num. 8. D. Ambros. lib. 1. de Abrah.* Surgentem adhuc solem iustitiæ cupiens videre, ideoque non in vallibus, sed in mōte tabernaculum sibi locavit, quia Deus montium est, & non vallium. Et invocavit ibi nomen Domini. Vbi Bethel, idest domus Dei, ibi & ara: vbi ara, ibi & invocatio Dei nostri, meritoque processus tantos habuit, quia Deum sperabat sibi auxilio fore. *cap. 2.*

Et lib. 2. de Abrah. Ita ait D. Ambros. Recessit inde ad montem contra orientem Bethel. Incrementum devotionis, montis significat eminentia: cuius ascensio, indicium est vberioris processus. Contra orientem ideo, quia prophetabat venturum iustitiæ solem. *cap. 3. Prius Deo aram in loco, in quo sibi primum Dominus apparuit, erexit; posteriús sibi in alio loco tabernaculum tetendit; priùs enim suo animo asylum, quám suo corpori refugium præparabat: Imò & in eo loco in quo sibi tabernaculum posuit; alteram aram Deo ædificavit, ut dum in tabernaculo somnum caperet, non tam in vtramque aurem corpore dormiret, quam inter vtramque aram corde ut bonus pastor evigilaret.* 1674 Gen. 12 num. 8.

Genes. 12. Perrexitque Abram vadens, & vltrà progrediens ad meridiem. Facta est autem fames in terra: descenditque Abram in Ægyptum, ut peregrinaretur ibi: prævaluerat enim fames in terra. *num. 9. & 10. D. Ambros. lib. 1. de Abrah.* Exercetur athleta Dei, & duratur adversis: in desertum abijt, famem incidit, in Ægyptum descendit, *cap. 2* Perrexit. &c. *Pergit fide, vadit spe; progreditur charitate, ad meridiem pervenire, non tam corporis, quàm animi gressibus festinabat, quasi iam tunc Dei Filiū in meridie amoris recumbentem prævideret, mensæque illius assistere, ut amoris epulo frueretur, affectaret.* 1675 Gen. 12 num. 9. & 10.

Genes.

1676 Gen. 12 nu. 11. 12, 13. *Genes.* 12. Cúmque prope esset, ut ingrederetur Ægyptum, dixit Sarai vxori suæ: Novi quòd pulchra sis mulier: & quód cùm viderint te Ægyptij, dicturi sunt: Vxor ipsius est & interficient me, & te reservabunt. Dic ergo obsecró, quòd soror mea sis: ut bene sit mihi propter te, & vivat anima mea ob gratiam tui, *nu.* 11. 12. *&* 13. *D. Ambros. lib.* 1. *de Abrah.* Quo docetur, non magnopere decorem quærendum cõiugis, qui viro necem plerumque gignere soleat. Non enim tam pulchritudo mulieris, quàm virtus eius, & gravitas delectat virum. *cap.* 2.

1677 Gen. 12 nu. 11. 12. 13. *Et lib.* 1. *de officijs.* Cúm descẽderet in Ægyptum monuit, vt diceret se sororem esse, non vxorem ipsius. Adverte quantis appetitus: timebat vxoris pudori, timebat propriæ saluti, suspectas habebat Ægyptiorum libidines, & tamen prævaluit apud eum ratio exequendæ devotionis. Consideravit enim quòd Dei favore vbique tutus esse posset: offenso autem Domino, etiam domi non posset illæsus manere. Vicit igitur appetitum ratio, & obedientẽ sibi præstitit. *cap.* 24. *Et lib.* 3. *de Spiritu Sancto.* Abraham quondam iussus adire peregrinam terram, nec vxoriæ periculo pudicitiæ, nec mortis propositæ terrore avocatus, & vitam suam, & castimoniam servavit vxoris: nullum itaque Deo credidisse pænituit, & castitas devotionem cumulavit in Sara, & devotio castitatem. *cap.* 8. Descenditque Abram in Ægyptum, ut peregrinaretur ibi. *Hoc à divina providentia factum reor, ut Abrahæ filij, qui futuri erant postea Ægypto peregrini, dum Abraham patrem suum peregrinum antea in Ægypto fuisse cogitarent, tanti parentis exemplo confortati, faciliùs suæ peregrinationis laborem sustinerent.*

1678 Gen. 12 nu. 20. & 29. *Genes.* 12. Nunc igitur ecce coniux tua, accipe eam, & vade. Præcepitque Pharao super Abram viris: & deduxerunt eum, & vxorem illius, & omnia, quæ habebat. *num.* 20. *&* 29. *Divus Ambros. lib.* 1. *de Abrah.* Statim ut alienam esse cognovit vxorem, non solùm marito reddidit, verúm etiam prosecutores dedit, qui deducerent eum, ne quis de populo barbaro irrogaret violentiam, vel peculio viri, vel vxoris pudori. Pulcherrimus est hic locus ad incitandum studium devotionis, quód is, qui Deum sequitur tutus semper est. Et ideò Deum præferre debemus omnibus, nec patriæ contuitu, nec parentum, filiorumque gratia, nec vxoris contemplatione revocari debemus ab executione præceptorũ cælestiũ, Quia Deus nobis omnia illa largitur, & potens est servare quæ donat. Itaque magnum exemplum devotionis Abrahæ, quòd cum vxore speciosa descendit in Ægyptum. Erat quidem iusto viro cura coniugalis pudicitiæ, sed maius erat studium maturandæ devotionis, ne prætulisse, custodiam tori mandatis videretur cælestibus. Itaque quoniam propter Deum contempsit omnia, recepit à Deo multiplicata omnia; sed primam Deus pudicitiæ tribuit remunerationem, quam gratam sciebat coniugi. Nam quia studio obeundi cælestis oraculi, uxorem quoque in periculum deduxit pudoris, etiam castimoniam coniugij defendit. *cap.* 2. Ecce coniux tua. *Pulcherrimum spectaculum ostenditur Abrahæ, vxor intacta, eam merito vxorem iubetur accipere, quæ debitam viro suo fidem minimè violaverat.*

Genes. 13. Erat autem dives 1679 valde in possessione auri, & argenti Gen. 13 *num.* 2. *D. Ambros. lib.* 2. *de Abrah.* num. 2. Erat dives valde, utpote cui nihil bonorum deerat, qui non alieni erat appetens, qui nullius indigebat quod suum dici vellet. Hoc est enim esse divitem, quód satis voluntati sit; Mensuram enim frugalitas habet, census non habet, cuius modus

dus in arbitrio quærentis est. *cap.* 5. *En Patriarcha mundialium divitiarum in contemptu exemplar clarissimum, primus in sacra pagina non solùm dives, sed & valde dives, in possessione auri, & argēti nominatur. Illud tamen adnotandum, quòd in possessione auri, & argenti dives appelletur, ut exemplo suo primus dives, cæteros futuros divites edoceret, ut tanquam domini aurum, & argentum possiderent; non autem, ut servi ab auro, & argento possiderentur.*

1680 Gen. 13 num. 3. *Genes.* 13. Reversusque est per iter, quò venerat, á meridie in Bethel vsque ad locum, vbi priús fixerat tabernaculum inter Bethel, & Hai. *num.* 3. *D. Ambros. lib.* 2. *de Abrah.* Servatur vbique persona sapientis viri. Denique eò inducitur redisse Abraham, hoc est in Bethel, vnde in Ægyptum descenderat. *cap.* 5. *Et infrà sic ait.* Vt scias, quia bonū est congruere principium & finem, ipse ait bonus Iesus, ego sum A & O, principium, & finis. Ita totus hic vitæ nostræ dies, & cursus diei á se sumat principium, & in se desinat. Sicut enim á principio vitæ credere, & imitari, salus est: ita perseverantia vsque in finem necessaria est. *cap.* 5. *Dives ab Ægypto ascendit, qui in Ægyptum descenderat pauper: eodem igitur itinere revertebatur, ut expensas, quas, dum descenderet, in hospitijs fecerat, nec (quia pauper) solvere plené potuerat, dives factus auro, & argento perfectissimé compensaret.*

1681 Gen. 13 num. 6. *Genes.* 13. Nec poterat eos capere terra, ut habitarent simul: erat quippe substantia eorum multa, & nequibant habitare communiter, *num.* 6. *D. Ambros. lib.* 1. *de Abrah.* Sæculare vitium est, ut divites terra non capiat. Nihil enim satis est divitum cupiditati. Quantó ditior quisque fuerit, tantó avidior ad possidendum est. Extendere agri terminos cupit, & vicinum excludere. Numquid huiusmodi Abrahā? Minimè. Quamvis in principio, & ipse imperfectior. Vnde enim perfectio ante adventum Christi? Nondum venerat, qui diceret, Si vis perfectus esse, vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni, sequere me. *cap.* 3.

Et lib. 2. *de Abrah, sic ait idem D. Ambros.* Quia studio iam deflecti cæperat á patruo, non capiebat eos terra. Nulla enim spatia possunt satis esse discordibus. Quietis, & pacificis, etiam angusta abundant, dissonis moribus etiam spatiosa arctantur. *cap.* 6. Non poterat eos capere terra. *Terra eos simul habitantes capere nequibat, quæ divisim commorantes capiebat? Maiorem, ni fallor, latitudinem, ut disiunctos, quám ut adiunctos caperet, postulabat: ergo eos non terra, sed cordis angustia seiungebat; quos enim antea in vno tabernaculo amor aggregabat: livor postea toto divisos orbe segregabat.* 1682 Gen. 13 num. 6.

Genes. 13. Vnde & facta est rixa inter pastores gregum Abram, & Lot, *n.* 7. & *n.* 8 Dixit ergo Abram ad Lot: Ne quæso sit iurgium inter me, & te, & inter pastores meos, & pastores tuos: fratres enim sumus. *D. Ambros. lib.* 1. *de Abrah.* Mulcebatur Sanctus Abraham nepotis præsentia, cui patrium affectum exhibebat. Incidit rixa inter servulos nepotis, & patrui. Advertit prudentior, servulorum dissentionibus dominorum concordiam solvi solere; amputavit fibram discordiæ, ne contagium serperet. Tolerabiliùs enim putavit, ut copula sequestraretur, quàm gratia dirimeretur. Quod te facere oportet, si forté huiusmodi aliquid incideris, ut seminarium dissentionis auferas. Neque enim tu fortior, quàm Abraham. Ille declinanda censuit, non dispicienda servulorum iurgia. Et si tu fortior, cave ne alter infirmior, qui aurem præbeat servulorum susurris. Frequenter indivisa servitia inter parentes discordiam serunt. Divide potiús, ut maneat amicitia. Indivisa 1683 Gen. 13 num. 7. & n. 8.

domus

domus duos non sustinet. Nõne meliús est emigrare cũ gratia, quám cohabitare cum discordia? *cap.* 3.

1684 *Gen. 13 n. 7. & num. 8.* *Et lib. 2. de Abrah. sic loquitur idem D. Amb.* Sapienti pacis est studiũ, imprudẽti amica iurgia. Non sit, inquit, rixa inter me, & inter te, & inter pastores meos, & pastores tuos, quia homines nos fratres sumus. Patruum legimus Abraham, & Lot eius nepotem: quomodo eum fratrem appellabat? Sed adverte, & quia causas cõcordiæ sapiens adhibet. Vnde præmisit, homines nos sumus. Omnes autem homines vnius naturæ partus sunt, intra eius concepti viscera, & vno foti, atque effusi vtero. Vnde nobis iure quodam germanitatis velut fratres connectimur, ab vno patre conditi, & ab vna matre tanquam fratres vterini editi. Et ideo cúm simus rationabilis naturæ soboles, tanquam vterini nos diligere debemus amore mutuo, non impugnare, ac persequi.

1685 *Gen. 13 n. 7. & num. 8.* *Et paulò infrá sic ait idem D. Amb.* Vir pacificus ait, primò; Non sit rixa inter me, & inter te. Inde ait, & inter pastores meos, & inter pastores tuos. Tertiũ posuit, ecce, inquit, tota terra ante te; hoc est, si nõ potes convenire, cedo omnibus, totum cape, si de loco, aut possessione dissensio est. Quòd si moribus non convenis, discede á me. Quanta autẽ præmisit, ne cogeretur discedere. Sed etiam hoc virtutis, ac disciplinæ est. *cap.* 6. *Inter pastores Abrahæ, & inter pastores Lot, non autem inter Abraham, & Lot, factá fuisse rixa memoratur: Abrahã enim, qui divitias contemnebat, super divitijs minimé contendebat.*

1686 *Gen. 13 num. 9.* *Gen.* 13. Ecce vniversa terra corã te est: Recede á me, obsecro: si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo: si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam, *num.* 9. *D. Ambrosius lib.* 1. *de Abraham.* Cuiusmodi esse debeat divisio, Patriarcha edocet. Firmior dividat, infirmior eligat, ne habeat quod queratur. Electionis enim suæ partem non poterit calumniari. Non residet occasio resiliendi, cui datur optio eligendi, nec divisor gravatur. Nam quó prudentior, eó cautior, ut nec in divisione circunscribatur, nec in electione fraudetur. *Et infrá:* Vt minimé avarus electionem offert, ut iustus dissensionem amputat. *cap.* 3.

Et lib. 2. de Abraham sic progreditur idem Div. Ambrosius. Rectè igitur Abraham cum bona venia voluit nepotem dimittere, quem deflectentem à se tenere non poterat. Si tu, inquit, ad sinistram, ego ad dexteram: vel si tu ad dexteram, ego in sinistram; hoc est, quæ tibi in dextera sunt, mihi in sinistra sunt: & quæ tibi in sinistra, mihi in dextera sunt. Viro enim imprudenti in dextera sunt, quæ sunt corporis, ea præfert, ea constituit in meliorem partem, divitias quoque, & honores præponit: at verò immortalitatis adipiscendæ gratiam in sinistra habet, quæ sapienti ad dexteram est. Longitudo enim vitæ in dextera eius. Omnesque animæ virtutes insipiens vir in sinistram eijcit, prudens autem vir has sibi ad dexteram locat: quæ autem corporis in sinistram. *cap.* 6. Ecce vniversa terra coram te est. *Non dixit, coram nobis est. Cùm enim Lot terram aspiceret, Abraham cælum inspiciebat, neque enim sapientis viri oculos terra, sed cælum rapiebat.* 1687 *Gen. 13 num. 9.*

Gen. 13. Elevatis itaq; Lot oculis vidit omnem circa regionẽ Iordanis, quæ vniversa irrigabatur, antequam subverteret Dominus Sodomã, & Gomorrhã, sicut paradisus Domini, & sicut Ægyptus venientibus in Segor. Elegitq; sibi Lot regionẽ circa Iordanẽ, & recessit ab Oriẽte: divisiq; sũt alterutrũ á fratre suo. *n.* 10. *&* 11. *D. Amb. lib.* 1. *de Abrah.* Diversa hominũ ingenia sũt; alios vtilia, alios amæna delectant. *Et infrà.* Hic tamen nihil 1688 *Gen. 13 nu. 10. & 11.*

dixit scriptura de eo, quód alia pars vtilior, alia amænior fuerit, ne studio Abraham cepisse oculos adolescentis videretur. Amænam partem vnam descripsit, non addidit aliam vtiliorem. Necesse erat, ut de tota regione duas partes faceret: deinde præsentia, non absentia dividebat. Vna regio capere vtrumque non poterat. Quod potuit summa esse iustitiæ, electionem obtulit. *cap.* 3. Elevatis itaque Lot oculis. *Oculos elevavit, non ut cælum, sed ut terram videret, qui ideo fortassis irriguam eligere maluit, ne, in cælum aspicere cogeretur, si pluvias, ad irrigationem speraret.*

1689 *Genes.* 13. Dixitque Dominus ad Abram, postquam divisus est ab eo Lot; leva oculos tuos, & vide à loco, in quo nunc es, ad Aquilonem & meridiem, ad Orientem, & Occidentem. Omnem terram, quam conspicis, tibi dabo, & semini tuo vsque in sempiternum, *n.* 14. *&* 15. *Div. Ambros. lib.* 2. *de Abraham.* Hinc tamquam à fonte hauserunt Stoici Philosophi dogmatis sententiam; Omnia sapientis esse, oriens enim, & occidens, septentrio, & meridies, portiones sunt vniversitatis. His enim totus mūdus includitur. Hæc cúm promisit Deus daturum se Abrahæ, quid aliud declarat, nisi sapienti, & fideli præsto omnia, deesse nihil. *cap.* 7. *Vide quantùm malus socius etiam viro sancto afferat detrimentum.* Dixitque Dominus ad Abraham, *inquit Moyses*, postquam divisus est ab eo Lot; *quasi verò dum Lot socius esset Abrahæ, eum redderet indignum, quem Deus alloqueretur.*

Gen. 13 *nu.* 14. *&* 15.

1690 *Genes.* 14. Quod cúm audisset Abram, captum videlicet Lot fratrē suum, numeravit expeditos vernaculos suos trecentos decem, & octo: & persecutus est vsque Dan, *num.* 14. *D. Ambros. lib.* 1. *de Abrah.* Probatur divisionis affectus, quando sic amabat nepotem, ut pro eo nec belli declinaret periculum. Quid est, numeravit? Hoc est, elegit. Vnde illud non solúm ad sciētiam Dei refertur, sed etiam ad gratiā iustorum, quod in Evangelio dixit Dominus Iesus; Et capilli vestri numerati sunt. Cognovit autem Dominus qui sunt ipsius: eos autem, qui non sunt ipsius, non dignatur cognoscere. *cap.* 3.

Gen. 14 *nu.* 14.

Deinde sic progreditur D. Amb. Numeravit autē trecētos decē, & octo, ut scias non quantitatē numeri; sed meritū electionis expressum. Eos enim adsciscit, quos dignos numero fideliū iudicavit, qui in Domini nostri Iesu Christi passionē crederent. Trecentos enim, T, Græca littera significat; decem, & octo autē summam H, exprimit. Fidei ergo merito Abraham vivit, non populoso exercitu. Deniq; eos, quibus quinq; Regū arma cesserunt, cum paucis egressus vernaculis triumphavit. Sed qui vincit, non debet arrogare sibi victoriam, sed deferre Deo. Hoc Abrahā docet, qui triumpho humilior factus est, non superbior: sacrificiū deniq; obtulit, decimas dedit: ideoque et Melchisedech (qui interpretatione latina dicitur Rex iustitiæ, Rex pacis) benedixit. *cap.* 3. 1691

Gen. 14 *nu.* 14.

Et lib 2. *de Abrah sic loquitur D. Amb.* Numeravit Abrahā trecentos decē, & octo vernaculos suos, & percussit eos, & persecutus est vsq; Chobal, quæ est ad dexterā Damasci. Hic numerus vitalis est. In ipso enim vita, si credamus in passione, in nomine Domini Iesu: nam hæc est nominis interpretatio huius, quod diximus Chobal, id est vita. Ipsa ad dexterā Damasci pulchré esse dicitur: Agni enim ad dexterā, hædi ad sinistram. Scit exercitata mens quos ad præliū consūmādū sibi adhiberet, quibus armis instrueret, quibus ducat vexillis. Non aquilarū præfert imagines, nec dracones, sed in Cruce Christi, & in Iesu nomine progreditur ad prælium: hoc signo fortis, hoc vexillo fidelis. *cap.* 7. 1692

Gen. 14 *nu.* 14.

Et tom.

1693 *Et tom. 4. in prologo ante lib. 1. de fide*
scribens ad Gratianũ imperatorẽ, qui ab eo
Gen. 14 *librum scriptum de fide postulaverat, sic*
nu. 14. *effatur, idem D. Ambros.* Petis à me
Fidei libellum, sancte Imperator
profecturus ad prælium. Nosti enim
fide magis imperatoris, quàm vir-
tute militum quæri solere victoriã.
Nam & Abraham trecentos decem,
& octo duxit in bellum, & ex in-
numeris trophæa hostibus reporta-
vit, signoque dominicæ Crucis, &
nominis, quinque regum victrici-
umque turmarum subacto robore,
& vltus est proximum, & filium
meruit, & triumphum.

1694 *Et infrà progreditur ita idem D. Am-*
bros. Ergo, & tu vincere paras, qui
Gen. 14 Christum adoras; vincere paras,
nu. 14. qui fidem vindicas, cuius à me li-
bellum petisti. Mallem quidem co-
hortandi ad fidem subire officium,
quàm de fide disceptandi. In altero
enim religiosa confessio est, in altero
incauta præsumptio. Sed quoniã ne
que tu cohortatione indiges, neque
ego excusandi liber, vbi pietatis of-
ficium est, audax negotium verecũ-
da occasione suscipiam, ut de fide
pauca disceptem, de testimonijs plu
ra contexam. De Concilijs id potis-
simum sequar, quod trecenti decem
& octo sacerdotes tanquam Abrahæ
electi iudicio, consona fidei virtu-
te victores, velut trophæum toto
orbe subactis perfidis extulerunt: ut
mihi videatur hoc esse divinũ, quód
eodem numero in Concilijs fidei ha-
bemus oraculum, quód in historia
pietatis exemplum.

1695 *Et lib. 2. de officijs sic ait D. Am-*
bros. Est enim duplex liberalitas,
Gen. 14 vna, quæ subsidio rei adiuvat, id
nu. 14 est, vsu pecuniæ: altera, quæ opera-
rum collatione impenditur, multò
frequenter splendidior, multóque
clarior. Quantó illustriús Abraham
captũ armis victricibus recepit ne-
potem, quám si redemisset? *cap. 5.*
Nullo accepto à regibus devictis legato,
nec à nepote capto, nuntio destinato, per
quem auxilium implorarent: vbi pri-
mùm audivit Loth in captivitatem fuisse
ductum, auxiliator voluntarius bello satis
dubio se commisit. Neque mirum, habebat
enim in corde opportunum, imò & impor-
tunum, ut auxiliaretur nepoti, deprecato-
rem: scilicet, nepotis amorem.

Genes. 14. At verò Melchisedech 1696
Rex Salem proferens panem, & vi-
num, erat enim sacerdos Dei altissi- Gen. 14
mi, benedixit ei &c. *n.* 18. & 19. *D.* nu. 18.
Ambros. lib. de his, qui mysterijs initi- & 19.
antur. Cúm potiretur victoria, tunc
illi occurrit Melchisedech, & protul
lit ea, quæ Abraham veneratus ac-
cepit, non Abraham pretulit, sed
Melchisedech, qui inducitur sine
patre, sine matre, neque initium die-
rum, neque finem habens, similis au-
tem Filio Dei: de quo ait Paulus ad
Hebræos: quia manet sacerdos in
perpetuum, qui interpretatione la-
tina dicitur rex iustitiæ, rex pacis?
Non agnoscis, quis iste sit? Potest
homo esse rex iustitiæ, cúm vix iusi
tus sit? Potest esse rex pacis, cùm vix
possit esse pacificus? Sine matre se-
cundùm divinitatem, quia ex patre
Deo genitus est, vnius substantiæ
cum Patre: Sine patre secundùm In-
carnationem, qui natus ex Virgine
est. Initium, & finem non habens,
quia ipse est initium, & finis omniũ,
primus, & novissimus. Non igitur
humani, sed divini est muneris sacra-
mentum, quod accepisti, ab eo pro-
latum, qui benedixit fidei patrem
Abrahã, illum, cuius gratiam, & ges-
ta miraris. *cap.* 8. Proferens panem,
& vinum, erat enim sacerdos Dei al-
tissimi. *Legitima sanè ratio: Panem, &*
vinum proferebat, quia cùm esset sacerdos
Dei altissimi, Filium Dei Pontificem Sũ-
mum, qui suum in pane corpus, & suum
in vino sanguinem, cuique vitiorum tri-
umphatori erat concessurus, referebat.

Genes. 14. Dixit autem rex So- 1697
domorum ad Abram: da mihi ani- Gen. 14
mas, cætera tolle tibi. Qui respon- à n. 21.

dit ei: Levo manum meam ad Dominum Deum excelsum possessorem cæli, & terræ, quòd á filo subtegminis vsque ad corrigiam caligæ non accipiã ex omnibus, quæ tua sunt, ne dicas: Ego ditavi Abram, *à n. 21. D. Ambros. lib. 1. de Abrah.* Quantùm autem illud, quod de præda victoriæ nihil voluit contingere, nec oblatum sumere? Minuit enim fructũ triumphi mercedis susceptio, & beneficij arrodit gratiam. Plurimùm enim refert, vtrum pecuniæ, an gloriæ dimicaveris. Alter mercenarij loco dicitur, alter dignus habetur conservatoris gloria. *cap. 3.*

1698 *Et lib. 2. de Abrah. sic D. Ambros.* Quid enim est, quod ait, Rex inquit Sodomorum exivit obviam Abrahæ, & dixit, Da mihi homines, equos autem sume tibi, nisi quòd post has mihi luxuriæ victorias, vis quædam libidinis potest rationabili menti subrepere, ut infundat ei irrationabiles passiones? Sed perfectæ mentis est, nihil de terrenis, nihil de corporalibus illecebris assumere, abstinere á terrenis. Ideo Abraham dicit, Nihil sumam de omnibus tuis, quasi contagium declinat intẽperantiæ, quasi labem refugit corporalium sensuũ, delectationes mundi reijcit, quærẽs quæ suprà mundum sunt, hoc est extendere manus ad Dominũ. Manus, operaria virtus est animæ. Hanc nõ ad terrenæ arboris pomum, sed ad Dominũ extendit: qui fecit, inquit, cælum, & terram, hoc est intelligibilem, & visibilem substantiam: ergo significat, quód virtute animæ suæ ad superiora extendat, ut ex illa intelligibili substantia theoreticæ vitæ induat altitudinem, spectans nõ illa, quæ videntur, sed quæ non videntur, hoc est, non terrena, non corporalia, non præsentia, sed incorporalia, æterna, cælestia. *cap. 8. Laudandus sanè in hoc Rex Sodomorum; qui homines sibi subditos pluris, quàm cætera bona faciebat, ideoque ad Abraham liberatos à captivitate homines, sibi dari petens, bona reliqua eidem victori spoliorum loco libenter donabat.*

Gen. 14 à n. 21.

1699 *Genes.* 14. Levo manum meam ad Dominum Deum excelsum possessorem cæli, & terræ, quòd á filo subtegminis, vsque ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt, ne dicas, Ego ditavi Abraham, *numer. 22. & 23. &c. Div. Ambros. lib. 1. de Abraham.* Iure sanctus de præda vsurpare aliquid, vel oblatum recusat, ne dicat, qui dedit, quia ego divitem feci eum: hoc solùm sibi satis esse testatur, quod pastui præliantium iuvenum profecisset. Dicat aliquis, cùm ipse vicerit, quomodo dicit ad regem Sodomorum, Nihil sumam abs te: cùm præda vtique in potestate victoris fuerit? Docet militarem disciplinam ut regi serventur omnia. Sane ijs, qui secum fuissent in adiumentum fortasse sociati, partem emolumenti tribuendam asserit, tanquam mercedem laboris. *cap. 3.* Exceptis his, quæ comederunt iuvenes, & partibus virorum, qui venerunt mecum Aner, Escol, & Mambre: isti accipient partes suas. *Genes.* 14. *n.* 24.

Gen. 14 nu. 22. & 23.

Gen. 14 n. 24.

1700 *Idem Div. Ambrosius tom.* 4. In quatuor Regibus, quis non intelligat, quód materialis elementa naturæ præfiguratò Dominicæ passionis indicio, & omnia sibi mundana subiecerit, fidelis in bello, abstinens in triumpho, qui bonis non hominum ditescere, sed Dei mallet. *lib. de fide Resurrec.* Levo manum meam: *Facilè quidem manum suam Abram ad Deum elevabat, quam nullo accepto spoliorum pondere, gravem fecerat.* Levo manum meam ad Deum. *Merito ad Deum, ut ab eo divina acciperet bona manum elevabat; qui à rege Sodomorum, ne ab eo humana acciperet bona, manum retrahebat. Sperabat enim divina, qui humana accipere contemnebat.*

Gen. 14 nu. 22. & 23.

1701 *Genes.* 15. His itaque translactis, factus est sermo Domini ad Abrā
Gen. 15 num. 1. per visionem, dicens. Noli timere Abram, ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis, *n.* 1. *D. Ambros. lib.* 1. *de Abrah.* Ideoq; quoniam sibi mercedem ab homine non quæsivit, à Deo accepit, sicut legimus scriptū, quia post hæc verba factum est verbum Domini ad Abrahā in visu, dicens, Noli timere Abrahā, ego protegam te, merces tua multa erit valde. Non est serus ad remunerandū Dominus; & citó promittit & multa largitur: ne infirmos animos per dilationē aliquā subeat pænitentia, contēpsisse præsentia: & velut quadā vsuraria largitate compensat, ut vberiora restituat ei, qui captus non fuerit oblatione præsentium. *cap.* 3.

1702 *Et lib.* 2. *de Abrah. exponens eundem textum idem D. Ambros. sic ait.*
Gen. 15 num. 1. Spondendæ mercedis locus nunc erat. Minus enim mirabile faceret, si secutus promissum Dei, esset hostē adorsus. Victoriæ securus processerat ad triumphum, magis invitatus, quàm promptus ad gloriam, vel ad vlciscendum pietatis dolorem paratus. Propositum piæ mentis mercedem non expetit, sed pro mercede habet boni facti conscientiam, & iusti operis effectum. Angustæ mentis invitentur promissis, erigantur speratis mercedibus: bona mens, quæ sine responsi cælestis syngrapha certamen arripuit, geminæ laudis fructum acquirit sibi: ut & confidentissimæ fortitudini, & plenissimæ devotioni gratiam locet. *cap.* 8.

1703 *Et postea sic concludit D. Ambros.* Quod de sancto Abraham æstimari
Gen. 15 num. 1. convenit, quia & divinum favorem non despici se iustis duxit erroribus, & hostem pertulit despectu periculi, quod gloriosé sibi pro vltione pietatis subeundum putavit. Dei quoque in eo prædicatur iustitia, qui remunerationem pijs mentibus nō ex necessitate promisit: sed ex æquitatis suæ contemplatione largitur: iudicans, dignum fore, quòd hi, qui militant sine aliqua mercedis humanæ remuneratione; repositum habeant præmium in eius bonitate, cui devovendas animas suas æstimaverint. *cap.* 8. Nolite timere. *Non post victoriam, sed ante pugnam tempus timendi videbatur. Quid igitur Abraham timuit post triumphum, qui ante bellum non dicitur timuisse? Victores reges quatuor paulò post victoriam de quinque regibus, partam à se victos fuisse cogitabat, dumque se victorem aspiceret, posse breve post temporis spatium ab alio victum fore, intelligebat, & ex aliena casu, casum sibi similem verebatur.*

Genes. 15. Dixitque Abram, Domine Deus quid dabis mihi? Ego vadam absque liberis &c. *n.* 2. *D. Am-* 1704 Gen. 15 num. 2.
bros. lib. 1. *de Abrah.* Ab ipso quoque Domino mercedem, quam postulet consideremus. Non divitias, ut avarus exposcit, non longævitatem vitæ istius, ut meticulosus mortis, non potentiam; sed dignum quærit sui hæredem laboris. *cap.* 3.

Et lib. 2. *de Abrah. sic fatur D. Am-* Gen. 15 num. 2.
bros. Sanctæ, & propheticæ menti cura maior posteritatis perpetuæ est. Partus enim sapientiæ, & fidei hæreditatē desiderat. Ideo ait, Quid mihi dabis? Ego autem dimittor sine filijs. Ecclesiæ sobolem desiderabat, eam successionem petebat, quæ non esset servilis, sed libera: non secundùm carnem, sed secundū gratiam. Ideoque huiusmodi responsum divinum resultavit, quo electus audivit, Respice in cælum, & numera stellas, si potes numerare, & dixit, Sic erit semen tuum. *cap.* 8. Quid dabis mihi, & ego vadam absque liberis. *Non plures, sed vnum legitimum sibi filium à Deo dari appetebat; dum ergo plures videbatur postulare, vnum sibi concedi desiderabat, qui cum vnus esset, plures virtutū meritis adequaret.*

1705 *Genes.* 15. Statimque sermo Domini factus est ad eum, dicens: Gen.15 num.4. Non erit hic hæres tuus: sed qui egredietur de vtero tuo, ipsum habebis hæredem, *n.* 4. *D. Ambros. lib.* 1. *de Abrah.* Si Abrahæ sententia ad corrigendum minùs profuit, accipe oraculum Dei huiusmodi condemnantis hæreditatem, Non erit, inquit, hæres tuus hic, sed alter, qui exierit de te, illo hæres tuus erit. Quem dicit alterum? Peperit enim & Agar filium Ismael: sed non ipsum dicit, sed dicit sanctum Isaac, & ideo addidit, Qui exierit de te, ille enim verè exivit ex Abraham, qui legitimo coniugio procreatus est. *cap.* 3.

1706 *Deinde sic progreditur D. Ambros.* Per Isaac legitimum filium, illum verum legitimum possumus intelligere Dominum Iesu Christum, quem in principio Evangelij secundùm Matthæum Abrahæ filium legimus, qui verum se Abrahæ gessit hæredē, auctoris illuminãs successionem, per quem Abraham respexit in cælum, & splendorem posteritatis suæ agnovit non minùs illustrem, quàm stellarum cælestium fulget claritas. Sicut enim stella differt á stella in claritate, ita & resurrectio mortuorum, Apostolus dicit; eó quòd resurrectionis suæ donans consortia, homines, quos mors solebat terris abscondere, regni cælestis fecit esse participes. Quomodo autem Abrahæ propago diffusa est, nisi per hæreditatem fidei, per quam cælo comparamur, conferimur Angelis, æquamur stellis? Ideo ait: sic erit semen tuum. *cap.* 3. Statimque. *Ita munificus Dominus est, statim ut Abrahamus desiderium habendi legitimum ex Sara filium indicavit, ad promissionim desiderati filij festinavit.*

1707 *Genes.* 15. Eduxitque eum forás, & ait illi: Suspice cælum, & numera stellas, si potes, & dixit ei: Sic Gen.15 num.5. erit semen tuum, *num.* 5. *D. Ambros. lib.* 2. *de Abrah.* Quid est autem quod ait, & duxit eum forás? Tamquam forás educitur Propheta, ut exeat fores corporis, & angustias carnis operientis, ac Spiritus Sancti infusionem, ut velut quandam descensionem videat. Oportet nos quoq; exire ex his diversorij nostri angustijs, mundare animæ nostræ lutum ab omni inquinamento, projcere sordes malevolentiæ, si volumus spiritum recipere sapientiæ, quia in malevolam animam non introibit sapientia. *cap.* 8. *Semen Abrahæ quòd stella ex Iacob nepote ipsius oriunda nominatur, merito cum omnibus stellis cæli à Domino confertur; hæc enim stella vna, quæ humanitatem Christi designabat, tantam ab Æterno Verbo, sole divino lucem erat acceptura, ut reliquas stellas omnes splendore luminis superaret.*

Genes. 15. Credidit Abram 1708 Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, *num.* 6. *lib.* 1. *de Abrah. sic Div.* Gen.15 num.6. *Ambros. loquitur,* Quid credidit? Christum sibi per susceptionem corporis hæredem futurum. Vt scias, quia hoc credidit, Dominus ait, Abrahã diem meum vidit, & gavisus est.

Et lib. 1. *de offic. Exponens idē Div. Ambros. eundem locum sic ait.* Sit igitur nobis vita maiorum, disciplinæ speculum, non calliditatis commentarium: imitandi reverentia, non disputandi astutia. Fuit igitur in sancto Abraham primo loco prudentia, de quo dicit scriptura: Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Nemo enim prudens, qui Deum nescit. *cap.* 25. *Et lib. de Fide Resurrectionis.* Credidit Abraham Deo, & nos credamus, ut qui sumus generis, etiam fidei simus hæredes. *Et tom.* 3. *Comment. in Luc. cap.* 6. *in lib.* 5. Connexæ igitur sibi sunt concatenatæque virtutes, ut qui vnam habeat, plures habere videatur: & sanctis una competit virtus, sed eius, quæ fuerit vberior, vberius est præmium Sic ille: *Credidit Abram Deo. Cui nisi vero Deo, qui nec*

nec falli, nec fallere potest, fidem debuit adhibere? Iure ergo iustitia fides Abrahæ dicitur deputata, dum enim Deo credidit, debitam Deo ex iustitia fidem, Deo reddidit.

1709 *Genes.* 15. Ego Dominus, qui eduxi te de Vr Chaldæorum, ut darem
Gen. 15 num. 7. tibi terram istam, & possideres eam, *num.* 7. *D. Ambros. lib.* 1. *de Abrah.* De regione Chaldæorum vocatus est, quos superstitioni vanæ intentos esse magis, quàm cæteros accepimus: & ideo maiorem invenit gratiam apud Deum, quia posterioribus renunciavit, ad priores se extendit, ut sequeretur Deum. Propositus enim ad imitandum tibi, ut & tu advertas, quód si peccatis renunties, possis emereri Domini misericordiam. *cap.* 4. Ego te eduxi &c. *Simili loquendi modo usus fuit postea Deus, dum ad universum populum Hebræo-*
Exod. 20. *rum alloqueretur, Exod.* 20. Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti: *num.* 2. *Nec mirum, tanti enim vnum Abraham, quanti universum populum faciebat; quasi dux scientissimus Dominus hunc vnum ducem, seu militem Israelitico exercitui sexcenta tria millia virorum quingentos quinquaginta continenti æquipararet.*

1710 *Genes.* 15. Domine Deus vnde scire possum, quòd possessurus sim
Gen. 15 num. 8. eam. *num.* 8. *Div. Ambros. lib.* 2. *de Abraham.* Quia deposuerat Abraham studium Chaldæorum, quærit nunc, quomodo, inquit, intelligam quia hæres eius sum? Hoc est iam divinationes Magorum repudiavi, doce quomodo sciam me futurum terræ eius hæredem, Qui quærit quomodo sciat, non dubitat, manifestante Deo cognoscere se posse, sed formã vult acquirendæ cognitionis advertere. *cap.* 8. *Qui apud Chaldæos magister prædivinandi scientiam alios edocuerat, apud Deum discipulus ignorantiam suam agnoscebat; dum enim humanam cũ divina scientia comparabat, inscitiam, non scientiam esse fatebatur.*

Genes. 15. Cùmque sol occumberet, sopor irruit super Abram, & 1711
horror magnus, & tenebrosus invasit eum. Dictumque est ad eum: scito præcognoscens, quòd peregrinũ futurum sit semen tuum in terra nõ sua, & subijcient eos servituti, & affligent quadringentis annis. *nu.* 12. Gen. 15 nu. 12 & 13.
& 13. *D. Ambros. lib.* 2. *de Abrah.* Excessus prophetis fieri solet, sicut habes Prophetam dixisse, Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax. Excedit enim mens Prophetæ velut fines quosdam humanæ prudentiæ, quando repletur Deo, & ante evacuat se cogitationibus, & disceptationibus sæculi huius, ut ad venienti gratiæ spiritali puram se, & exinanitam præbeat; superveniat in eã Spiritus Sanctus magna se vi infundens, ita vt mens hominis subitó turbetur. *cap.* 9. Ps. 115. vers. 2.

Et infrà sic progreditur D. Ambros. Desinit enim videre sæcularia, 1712
qui incipit audire divina. Vnde & timorem Abrahæ, & tenebras mirari non debes, quasi præter virtutem, aut meritum eius acciderint, cùm prophetarum consuetudini congruere advertas, quando cognoscunt futura. *cap.* 9. *Et tandem sic ait:* Peregrinum, inquit, erit semen tuum: sive quia omnes homines peregrini esse debeamus in hac vita (omnium enim pater est Abraham) sive quia verùm semen Abrahæ peregrinatur in hoc mundo. Illud enim verum semen est, de quo dictum est: In Isaac erit semen tuum. Denique qui se Abrahæ hæredem agnosceret, ait, Advena ego sum in hac terra, & peregrinus, sicut omnes patres mei. Qui enim peregrinus hîc fuerit, civis in cælo est: qui autem in hac terra omnem animæ suæ substantiam constituendam putaverit, hæreditatemque huius terræ acquirendã sibi exultaverit, á Dei regno excludetur. *eod. cap.* 9. *Christus semen Abrahæ futurus peregrinus oraculo divino prædi-* Gen. 15 nu. 12. & 13. Ps. 38. ver. 13

prædicitur, qui & in solo, ut Deus; & in cælo, ut homo, semel extra nativitatis divinæ, iterum extra nativitatis humanæ locum, semper amore hominum peregrinatur.

1713 *Genes.* 15. Tu autem ibis ad patres tuos in pace, sepultus in senec-
Gen. 15 tute bona, *num.* 15. *D. Ambros. lib.*
nu. 15. *2. de Abrah.* Nonnulli putaverunt, patres esse elementa, ex quibus constat caro nostra, dum vivimus, & in quæ resolvimur. Sed nos illos asserimus patres, qui vitæ merito, & ordine præcesserunt. Erat illic Abel pia victima, erat pius, & sanctus Enoch, erat Noe; ad eos promittitur Abraham transitus. Transit enim, qui ex hac vita recedens ad vitam demigrat alteram, quia vivit mens sapiētis, & iusti viri qui enutritus est in pace. Nam insipiens in bello nutritur, & in discordijs, iustus in senectute bona vivit. Non dixit longa, sed bona, quia iustus bene senescit. Iniustorum autem nemo quamvis cornicibus vivacibus diuturniore vita vixerit. Nam diu vivere cōmune sapientibus, atque insipientibus est, bene autem vivere speciale sapientis est, cuius senectus venerabilis, & ætas senectutis vita immaculata: Non diuturna, inquit, neque numero annorum computata, nec capillis canis, sed sensibus. Ille ergo bene senescit, qui bene senserit. *cap.* 9. Tu autem &c. *Bellum filijs, patri denunciat oraculum pacem: filijs peregrinatio, patri verò ad patriam reditus prænunciatur? Ita sanè, sed post vitæ finem. Neque enim pater optimus, dum viveret, præliantibus filijs, pace frueretur; nec filijs peregrinantibus vellet in patriam remeare, sed potiùs cum filijs pugnantibus adversùs hostes decertaret, & cum filijs peregrinis amore illorum peregrinaretur.*

1714 *Genes.* 16. Dixit marito suo: Ecce, conclusit me Dominus, ne pa-
Gen. 16 rerem: ingredere ad ancillam meam
num. 2. si forté saltem ex illa suscipiam filios, *num.* 2. *D. Ambros lib.* 1. *de Abrah.* Sed fortè dicet aliquis: Quomodo Abraham nobis imitandum proponis, cúm de ancilla susceperit filium? *Infrà sic respondet.* Nō abnuo, quód Abraham de ancilla susceperit filium, ut cognoscas, quòd non superioris cuiusdam naturæ, ac substantiæ fuit Abraham, sed vnus é numero, & fragilitate vniversorum hominum. *cap.* 4.

Et paulò infrà sic concludit. Nō 1715
ardore aliquo vagæ succensus libidi-
nis, non petulantis formæ captus Gen. 16
decore, ancillæ contubernio coniu- num. 2.
galem posthabuit torum, sed studio, quærendæ posteritatis, & propagandæ sobolis. *cap.* 4. *Pró dolor, quanta est humanæ conditionis fragilitas? Virtutis propugnaculum, si non libidinis ardore, prolis amore, ruinam patitur miserandam. Ad ancillam, quam ex Ægypto tulerat post decem ingreditur annos, ne quis de victoria libidinis glorietur quamvis per annos plures appetitum carnis viceris motti repugnantes, sed ex Abrahæ casu, sibi similem pertimescat.*

Genes. 16 Cui respondit Abrā: 1716
Ecce, ait, ancilla tua in manu tua
est, vtere ea, ut libet, *num.* 6. *Div.* Gen. 16
Ambros. lib. 1. *de Abrah.* Abraham vir num. 6.
moderatus, & prudens, Ecce, inquit, ancilla tua in manibus tuis, vtere ea quomodó tibi placuerit. Maluit enim vxorem tenere, quám famulam. *Et infrá.* Opto igitur, ut hoc vitium nullus incidat: sed si quis inciderit, discat, ancillam suam humiliare vxori suæ; ne dum vult ancillam vendicare, excludat vxorem. *cap.* 4. *Non dixit, ancilla mea, sed tua, ideo fortassis, dicet aliquis; quia amor Abrahæ erga illam dominium in obsequiū in ipso domino, obsequium in dominium, in ancilla transmutaverat Cæterum etiam Sara eam ancillam suam, & non Abrahæ nominaverat, antequam Abraham ad eam ingrederetur. Ingredere ad ancillam meam. num,* 2. *igitur Agar non Abræ, sed Saræ ancilla nominatur, vel quia á Rege Ægypti Saræ fuerat specialiter concessa; vel* quia

quia specialiter ad obsequiũ Saræ fuerat deputata.

1717 *Gen. 17 num. 1.* *Genes.* 17. Apparuit ei Dominus: dixitque ad eum: Ego Deus omnipotens ambula coram me, & esto perfectus. *num.* 1. *D. Ambros. lib.* 1. *de Abrah.* Ergo Abraham, & vnus de populo erat gentili, & causa posteritatis introierat ad ancillã, quia vxor eius sterilitatem suam obũbrare cupiens, auctor eius facti fuerat viro: & tamen non otiosum est, quod post hoc Deus statim, quia alia eius opera probaret, pro huius facti pænitentia dixit illi. Ego sum Deus tuus, emerère in conspectu meo, & esto sine querela: Quasi adhuc planè non emeruisset, qui desperaret sterilis partum vxoris, & de ancilla posteritatem quæreret, Esto, inquit, sine querela, hoc est, irreprehensibilis, ut de te vxor non queratur, nec quisquam tua facta reprehendat. *cap.* 4.

1718 *Gen. 17 num. 1.* *Et lib.* 2. *de Abraham sic ait D. Ambros.* Præterea dicitur Abrahæ, Esto sine querela, cui dabatur spiritus sapientiæ sanctus, integer, immaculatus. Oportet igitur viri sapientis animam diu, noctuque in exercitio iugi, specula prætendere, numquam somno indulgentem, perpetuis vigilijs intentam esse Deo ad comprehensionem rerum earum, quæ sunt, & singularum causarum cognitionem, sed etiam futurorum. Interpres sapientia est, scit præterita, & de futuris æstimat. Signa, & monstra scit, antequam fiant, & eventus temporum, & sæculorum. Non potest igitur bonus, atque perfectus non esse, qui hanc acquisierit, quia & omnem habet virtutem, & imago bonitatis est. Vnde & sæculi huius sophistæ traxerunt definitionem huiusmodi, quòd sapiens vir bonus est, & peritus. *cap.* 10. Emerère in conspectu meo, *seu ut habet nostra vulgata;* Ambula coram me. *Si enim præsentiam divinam cogitaret, ad ancillam minimè ingrederetur, maluissetque sine liberis permanere, quàm puritatis dispendio filios generare.*

Genes. 17. Nec vltra vocabitur nomen tuum Abram, sed appellaberis Abraham, quia pater multarum gentium constitui te, *num.* 5. *Div. Ambros. lib.* 2. *de Abrah.* Mutat ei nomen littera addita, ut Abram vocaretur Abraham; hoc est, de patre vano (sicut habet latina interpretatio) vocaretur pater sublimis, pater electus: vel de patre fieret pater filij. Vanus erat, cùm Deũ nesciret: electus factus est, postquam cognovit eum. Pater erat, cùm de ancilla prolem haberet: sed pater filij non erat, quia non erat ei filius, qui non erat legitimo susceptus coniugio. Peperit Sara, & factus est pater filij. *cap.* 4. *Pulchra nominis cum vita mutatione commutatio: sui nominis litteram A, Deus ipsius vocabulo inseruit, quæ etiam quoddam Dei nomen integrum reputatur, iuxta illud Apoc.* 1. Ego sum, A, & O, *num.* 8. *ut tanta accepta à Deo nomenclatura, non iam vanitatem iuxta prioris nominis significatum, sed deitatem iuxta posterioris nominis significationem indicaret.* 1719 *Gen. 17 num. 5.*

Genes. 17. Faciamque te crescere vehementissimé, & ponam te in gẽtibus, regesque ex te egredientur. *num.* 6. *D. Ambros. lib.* 2. *de Abrah.* Tanquam ei, cui promiserat plenitudinem perfectionis, ait, Augebo te valde, & ponam te in gentes, & reges de te erunt: quia qui huiumodi est, totus mundus divitiarum est, & augetur, non minuitur, ut stultus. Ponitur in gentes Abraham, hoc est, fides eius ad gentes transfertur, & reges sæculi, qui crediderunt, & se subijciunt Domino Iesu, cui dicitur, Tibi offerent reges munera. Nec illud absurdum, quia ex genere Abrahæ non solùm reges erunt dignitate, verùm etiam illi reges, qui peccato non serviant, nec vincat eos malitia, supra quos regnũ 1720 *Gen. 17 num. 6.*

mors

mors non habeat, &c. *cap.* 10. *Malogranato similis Abrahamus Dei favore, quasi rore irrigatus vehementissimé excrescens plurimis coronatis pomis ornabatur; tot enim coronata poma producebat, quot filios regijs diadematibus coronandos generabat.*

1721 Gen. 17 num. 7. *Genes.* 17. Cecidit Abraham in faciem suam, & risit, dicens in corde suo: Putas ne cẽtenario nascetur filius? Et Sara nonagenaria pariet? *num.* 7. *D. Ambros. lib.* 1. *de Abrah.* Quód autem promisso ex ea filio risit Abraham, non incredulitatis, sed exultationis indicium fuit. Denique procidit in faciem, qui adoravit, & credidit. *cap.* 4. *Et lib.* 2. *de Abrah.* Quid est autem quod ait. Et procidit in faciem Abraham, & risit? Et hîc reverentia significatur, quód timuit Deum velut libero risu lædere, quamvis risus lætitiam declararet viri iusti, qui tantis gratulabatur promissis, Non enim dubitantis hic risus, sed credentis fuit. Simulque cadunt ante Deum omnia, & mutantur, & transeunt, sola illa immutabilis stat semper substantia. *cap.* 11. Cecidit. *Tanti beneficij pondere pressus stare non valuit. Cecidit in faciem, ut venerandum, & similem vultum risu aliquantisper minùs gravem absc̃oderet prostratus, ne hac etiam minima immodestiæ specie divinos oculos offenderet.*

1722 Gen. 17 nu. 18. *Genes.* 17. Dixitque ad Deum, vtinam Ismael vivat corám te, *num.* 18. *D. Ambros. lib.* 1. *de Abraham.* Nõ est incredulus in promissis, nec avarus in votis. Hoc est, nõ dubito, quód facias, ut & centum annorum seni dones filium, & naturæ auctor, naturæ metas relaxes. Beatus, cui ista donantur: sed tamen etiam hic Ismael, quem habeo de vernacula si vivat in conspectu tuo, abundet mihi gratia. Denique Dominus & probavit eius affectum, & petitioni nõ abnuit, & sua promissa firmavit. *cap.* 4. *Et lib.* 2. *de Abrah.* Nec illud prætereundum, quód promissa sibi generatione legitima respondit Abraham Deo: Ismael vivat hic in conspectu tuo. Iusti est pro peccatoribus intervenire. Et ideo vel hoc credant Iudæi, quia pro ipsis intervenit: si tamen credant. Hoc est enim vivere in conspectu Dei, digna Dei Verbo negotia gerere. Oculi Domini super iustos. *cap.* 11. *Nato filio vitam petit à Deo, alium sibi filium nasciturum promittente, Dei enim munificentiam agnoscebat, qui ex vno collato beneficio ad aliud conferendum excitatur. Filium bonus pater ab omni volebat flagitio liberare, ideo in conspectu Dei vivere affectabat, dum enim Ismael Deum sibi præsentem esse crederet, à via vivendi recta minimé declinaret.*

Genes. 17. Eadem die circumcisus est Abraham, & Ismael filius eius, & omnes viri domus illius tam vernaculi, quám emptitij, & alienigenæ pariter circumcisi sunt, *num.* 26. & 27. *D. Ambros. lib.* 2. *de Abrah.* 1723 Gen. 17 nu. 26. & 27. Egregié autem infantiæ in primis vagitibus circumcidi mares lex iubet etiam vernaculos: quia sicut ab infantia morbus, ita & circumcisio. Nullum tempus vacuum debet esse tutelæ, quia nullum est culpæ vacuum. Et infans revocandus á peccato est, ne idololatriæ polluatur contagio, & ne adorare assuescat idolum & exosculari simulachrum, parentis violare nidum, pietatem lædere. Simul ne quisquám infletur, quòd sibi iustus videatur, ætatis maturioris processu Abraham circumcidi iubetur. Nec senex ergo proselytus, nec infans vernaculus excipitur, quia omnis ætas peccato obnoxia, & ideo omnis ætas sacramento idonea. *cap.* 11. *Primus Abrahamus circumciditur: deinde filius eius Ismael; tandem omnes domus suæ viri circumcisi memorantur. Nisi enim Abraham viros domus suæ exẽplo provocaret, nemo illorum durum circumcisionis præceptum adimpleret. Item nisi in filio suo circumcisionis legem primus*

mus observasset, nullum patrem, ut filium circumcideret, posset verbis, destitutus opere commovere.

1724 *Genes.* 18. Apparuit autem ei Dominus in convalle Mambre sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso fervore diei, *num.* 1. *D. Ambros. lib.* 1. *de Abrah.* Ante ostium sedebat Abraham, sedebat in meridie, quando alij requiescebant, iste hospitum explorabat adventus. Merito illi Deus apparuit ad quercum Mambre, quia fructum hospitalitatis studiosissimé requirebat, *cap.* 5.

Gen. 18 *num.* 1.

Et lib. 1. *de Abrah. & Cain.*

1725 Cúm visus esset Deus Abrahæ ad ilicem Mambre, respiciens, inquit, Abraham oculis suis vidit, & ecce tres viri stabant super eum, & vidẽs occurrit obviam illis ad ostium tabernaculi sui, & adoravit super terram, & dixit, Domine si inveni gratiam ante te. Tres vidit, vnum adoravit. Tres mensuras affert similaginis, nam, etsi immensus Deus, tamen mensuram omnium tenet, sicut scriptum est. Quis mensus est manu aquam, & cælum palmo, & vniversam terram clausa manu? Perfectæ igitur in personis singulis Trinitati, interiore mentis arcano, hoc est similaginis spiritualis Sanctus Patriarcha sacrificium offerebat. *cap.* 8.

1726 *Et lib.* 2. *de offic. sic ait D. Amb.* Commendat plerosque etiam hospitalitas. Est enim publica species humanitatis, vt peregrinus hospitio nõ egeat, suscipiatur officiosé, pateat advenienti ianua. Valde id decorum totius est orbis existimatione, peregrinos cum honore suscipere, non deesse mensæ hospitalitatis, gratiam occurrere officijs liberalitatis, explorare adventus hospitum. Quod Abrahæ laudi est datum, qui ante ianuam suam speculabatur, ne forté præteriret peregrinus aliquis, & diligenter prætendebat excubias, ut occurreret, ut præveniret, ut rogaret ne transiret hospes, dicẽs: Domine si inveni gratiam ante te, ne prætereris puerum tuum. Et ideo pro hospitalitatis mercede fructum posteritatis recepit. *cap.* 21. *Abrahamo Dei filius apparuit in ipso diei fervore, ut se erga homines accensum indicaret amore.*

Gen. 18 *num.* 1.

Genes. 18. Cùmque elevasset oculos apparuerunt ei tres viri stantes prope eum; quos cùm vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi, & adoravit in terram, *num.* 2. *Div. Ambros. lib.* 1. *de Abrah.* Vide primò fidei mysterium. Deus illi apparuit, & tres aspexit. Cui Deus refulget, Trinitatem videt, nec sine Filio Patrem suscipit, ne sine Spiritu sancto Filium confiteretur. Non otiosus sedet, qui longè aspicit: nec aspexisse contentus, cucurrit obviam. Festinavit occurrere, quia non satis est rectè facere, nisi etiam matures quod facias. Festinãter enim manducare pascha lex iubet Vberiores enim fructus habet celerata devotio. Disce ergo quám impiger esse debeas, ut possis prævenire hospitem, ne quis præveniat, & te boni muneris defraudet copia. Bona est hospitalitas: habet mercedẽ suam, primùm humanæ gratiæ, deinde, (quod maius est) remunerationis divinæ. 1727

Gen. 18 *num.* 2.

Et infrà pergit D. Ambros. Deinde etiam in hoc corpore positis plerumque oboritur peregrinandi necessitas. Quod ergo alijs negaveris, id in teipse decernis, & quod alijs detuleris, eo te facis dignum videri. Si omnes eamdem sententiam non suscipiendi hospites sequantur, vbi erit requies peregrinantibus? Relictis igitur humanis habitaculis, captabimus recessus ferarum, cubilia bestiarum: sed pauperiem prætendis. Non opes à te hospes requirit, sed gratiam: non ornatum convivium, sed cibum obvium, *cap.* 5. 1728

Gen. 18 *num.* 2.

Et in lib. de fide Resur. ita loquitur D. Ambros. Abraham paratus hospitibus, & fidelis Deo impiger minis- 1729

Gen. 18 *num.* 2.

ministerio promptus officio, Trinitatem in typo vidit, hospitalitatem religione cumulavit, tres suscipiens, vnum adorans, & Personarum distinctione servata, vnum tamen Dominum nominabat, tribus honorificentiam muneris deferens, & vnam significans potestatem. Loquebatur enim in eo non doctrina, sed gratia: & meliùs credebat ille, quod non didicerat, quàm nos, qui discimus. Nemo enim typum falsaverat veritatis, & ideo tres videt, sed vnitatē veneratur. Tres mensuras similaginis promit, vnum immolat vitulum, satis credens vnum esse sacrificium, trium munus: vna hostia, trium gratia. *sic ille. Vnum se ipsum tribus divinis Personis Abraham nunc in vno vitulo offerebat: postea tres vni Christo filias Abrahæ in vitulis tribus Anna gentilitatis figura dedicavit; ut ille vnitatem Dei trini, hac Trinitatem Dei vnius indicaret.*

1730 *Genes.* 18. Et dixit, Domine, si inveni gratiam in oculis tuis, ne transeas servum tuum. *num.* 3. *D. Ambros. lib.* 1. *de Abrah.* Non sola tamen facilitas susceptionis, sed etiam sedulitas suscipientis, & affectus quæritur. Vtrumque te Abraham docet, cucurrit obviam, rogavit prior, dicens, Domine, si vtique inveni gratiam ante te, ne præterieris servum tuum: sumatur aqua, & laventur pedes vestri, & refrigerate sub arbore, & sumam panem, & manducate, & post hæc transietis in viam vestram. Tres videt, & vnum Deum appellat, ipsius solius se seruū fatetur. Deinde conversus ad duos, quos ministros arbitrabatur, etiam ipsis deferre gestit obsequium, iam non iure debito servitutis adstrictus, sed blando sedulitatis nomine, vsuque famulatus. *cap.* 5.

Gen. 18 num. 3.

1731 *Et lib.* 2. *de fide sic ait D. Ambro.* Neque enim Pater visus est Abrahæ & Deo Patri pedes lavit, sed in eo futuri hominis est figura. *cap.* 4. Ne transeas. *Filium Dei alloquebatur, qui hic medius inter comites duos incedebat, & transire se velle ideo simulabat, ut Abrahami affectum omnibus notum faceret, dumque ad hospitium cogeretur, affectum, & effectum amicabili præsentia compensaret.*

1732 *Genes.* 18. Afferam pauxillum aquæ, & lavate pedes vestros, & requiescite sub arbore, *nu.* 4. *D. Ambros. lib.* 1. *de Spiritu Sancto.* Veni ergo, Domine Iesu, exue te vestimenta, quæ propter me induisti: esto nudus; vt nos misericordia tua vestias. Præcinge te propter nos linteo, ut nos tui muneris immortalitate præcingas; Mitte aquam in pelvim, lava non solúm pedes, sed etiam caput, nec solúm corporis nostri, sed etiam mentis vestigia. Volo exuere omnes nostræ sordes fragilitatis, ut ego dicam: Nocte exui tunicam meam, quomodo induam eam? Lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos?

Gen. 18 num. 4.

1733 *Pergit sic.* Quanta ista maiestas est? Quasi minister pedes famulorū tuorum lavas, quasi Deus rorem mittis é cælo. Nec solùm pedes lavas, sed etiam ut tecum recumbamus, invitas, & exemplo nos tuæ dignationis hortaris dicens: Vocatis me Dominum, & magistrum, & benefacitis, sum enim. Si ergo ego lavi pedes vestros Dominus, & magister, & vos invicem lavate pedes vestros. Volo ergo, & ego pedes lavare fratrum meorum, volo Domini implere mandatum. Voluit me non verecundari, non dedignari quod ipse priùs fecit. Bonum mysterium humilitatis, quia dum alienas sordes lavo, & meas abluo. Sed non hoc omnes haurire poterant mysterium. Lavare voluit quidem & Abraham pedes, sed hospitalitatis affectu. *In Prologo libri primi de Spiritu Sancto.* Lavate, *inquit, non dicit, lavabo pedes vestros: hoc enim humoris exemplum Dei Filio reservabatur, ne aliquis ante ipsum pedes aliorum lavaret, sed ipse primus hoc amoris officium exerceret, exemploque suo sibi*

Cant. 5 vers. 3. Io. 13 nu. 12.

sibi subditos, ut alter alterius pedes lavaret, commoneret.

1734 Gen. 18 num. 6. & 7. *Genes.* 18. Festinavit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitque ei accelera, tria sata similæ commisce, & fac succinericios panes. Ipse veró ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum, & optimum, deditque puero: qui festinavit, & coxit illum, *num.* 6. *&* 7. *D. Ambros. lib.* 1. *de Abraham.* Bonus maritus exsortem religiosi muneris esse non patitur vxorem, nec avarè sibi totum munus vsurpat. Recté igitur & pietatis, & verecundiæ causa servatur. Quod pietatis est, vult esse commune: quod pudoris est, integrum manet Saræ. Ante tabernaculum vir hospitum explorat adventus: intra tabernaculum Sara tuetur fæminæ verecundiam, & opera muliebria tuto exercet pudore. Foris maritus invitat: intus Sara convivium adornat. Non solùm ipse festinat Abraham, sed etiam festinandum dicit vxori, sociam deuotionis ostendens nec fide disparem. *cap.* 5. *Et lib. de Elia.* At non Abraham vina in suo convivio ministrabat, sed immolabat vitulum, butyrum, & lac etiam Angelis hospitibus exhibebat, cæli Dominum, mundi agnoscebat auctorem. Vinum tamen exhibere non poterat, sed recté illic deerat materia peccati, vbi erat remissio peccatorum. *cap.* 5. *Festinavit Abrahamus, & postea dixit Saræ,* Accelera. *Verbo iussit, postquam opere docuerat festinare. Non posset enim vxor mariti præceptum non implere, quod á marito priùs factum, quàm imperatum consideraret.*

1735 Gen. 18 num. 8. *Genes.* 18. Et posuit coram eis: ipse veró stabat iuxta eos sub arbore, *num.* 8. *Div. Ambros. lib.* 1. *de Abraham.* Meridies esse describitur, quando Abraham Domino offert hospitium. Sed ad cænam vitulus immolatur, & cum lacte manducatur, hoc est non in sanguine, sed cum fidei puritate. Bonus vitulus, utpote qui peccata dilueret. Tener, quia non dura cervice, sed molli iugum legis agnovit, crucis patibulum non recusavit. Et merito tener, de cuius capite, & de pedibus, & intestinis nihil relictum est, & os non est contritum ab eo, sed totus epulantium cibo cessit. Talem nobis legis figuravit vmbra, talem veritas Evãgelij demonstravit. Manducavérunt, inquit, illi: Abraham autem adstabat eis sub arbore. Advertimus officium commendare humilitatem. Abraham stabat, tũ primam accubitionis partem occupas? Denique ea humilitas invenit gratiam, ut promitteretur ei filius. *capitul.* 5. *Ergo dum tres hospites in convivio Abrahami vitulum comedebant, tres Divinas Personas indicabant, quæ Christum in eo vitulo præsignatum iam tunc avido edendi desiderio prægustabant; est enim Eucharisticum convivium non solùm humano, sed & divino gustui iucundissimum.*

Genes. 18. Cúm ergo surrexissent inde viri, direxerunt oculos contra Sodomam, & Abraham simul gradiebatur, deducens eos, *num.* 16. *Div. Ambrosius lib.* 1. *de Abraham.* Abraham deducebat hospites, ad humanitatis gratiam, addebat obsequia. *capitul.* 5. *Tres igitur Angeli non dedignabantur habere ducem hominem, ex quo tandem Dei Filium, humano indutum habitu, venturum agnoscebant, quem omnium Angelorum futurum Dominum prævidebant.* 1736 Gen. 18 nu. 16.

Genes. 18. Dixitque Dominus, Num celare potero Abraham, quæ gelturus sum? *num.* 17. *Div. Ambrosius lib.* 1. *de Abraham.* Non celabo, inquit, Abrahæ puero meo quæ ego facio. Senilis vtique æ[illegible]itis Abraham superiùs scriptura signi- 1737 Gen. 18 nu. 17.

ficavit, quia nonaginta, & novem processisset annos: quomodo nunc puerum dicit? Sed cúm immemorem senectutis, exploratorem indefessum, cursu impigrum standi patientissimum, deducendi, studiosissimum expresserit, non ne convenire nomen pueri videtur? Officij meritò puer dicitur, qui senile nesciebat fastidium, pueritiæ innocentiam, & obsequium deferebat. *cap.* 5. Non celare. *Quasi Divina non valeret celare potentia id quod Divina revelare volebat benevolentia. Non enim erubescit Deus fateri rigoris impotentiam, ut manifestet amoris benevolentiam.*

1738 *Genes.* 21. Vocavitque Abraham nomen filij sui, quem genuit
Gen. 21 num. 3. ei Sara, Isaac *num.* 8. *Div. Ambros. lib. de Isaac.* Itaque ipsó nomine figuram, & gratiam signat. Isaac etenim risus latiné significatur. Risus autem insigne lætitiæ est. Quis autem ignorat, quòd is vniversorum lætitiæ sit, qui mortis formidolosæ, vel pavore compresso, vel mærore sublato, factus omnibus est remissio peccatorum? Itaque ille nominabatur, & iste designabatur: ille exprimebatur. *capitul.* 1. *Gaudium, quod de filio legitimo nato Abraham habuit, nomine filij sui voluit significari, ut quoties filium suum compellaret, toties gaudium nativitatis illius renovaret.*

1739 *Genes.* 21, Crevit igitur puer, & ablactatus est: fecitque Abra-
Gen. 21 num. 8. ham grande convivium in die ablactationis eius. *num.* 8. *Div. Ambrosius lib.* 1. *de Abraham.* Non mediocre istud, nec usitatum. Non enim quia à nutricis lacte subductus est puer, magnum convivium exhibuit Abraham; sed quia idoneus habitus est Isaac fortioris gratiæ cibo, & virtutis alimento, non adhuc, ut Corinthij, lacte potandus, sed epulis solidioribus mandatorum cælestium mentis suæ lacertos firmans. *cap* 7. *Et in Psalm.* 118. *loquens de abdicatis ab uberibus, & de cibo iam habilibus fortiori.*

Sic ait Div. Ambros. Exem-
plo sit, quód ablactatus Isaac Pa- 1740
triarcha tantus evaserit, ut adhuc inter rudimenta primævæ positus ætatis, nequaquam tamen gladium ferituri parentis horruerit. Plures filios habuit Abraham, nullum ablactavit alium, sed in hoc solo fecisse legitur epulum magnum. Et bene magnum epulum, scriptura dixit, quia typus erat eius, quem semper epulantur corda sanctorum. *Oct.* 19. *vers.* Antecipavi; *Quibus hoc convivium exhibuerit, non exprimitur. Fortassis, ut soli ablactato filio oblatum intelligatur. Ac si loco lactis ablati á filio ablactato, eidem filio convivium varijs plenum epulis proponeret pater, ut ex multis aliquod degustaret, quo lactis dulcedinem fastidiret.*

Genes. 21. Eijce ancillam 1741
hanc, & filium eius: non enim erit
hæres filius ancillæ cum filio meo Gen. 21
Isaac. Durè accepit hoc Abraham nu. 10.
pro filio suo, cui dixit Deus: Non 11. 12.
tibi videatur asperum super pue- 13.
ro, & super ancilla tua: omnia, quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius: quia in Isaac vocabitur tibi semen. Sed & filium ancillæ faciam in gentem magnam, quia semen tuum est, *num.* 10. 11. 12. 13. *Div. Ambrosius, num.* 1. *de Abraham.* Durum valde hoc Abrahæ videretur, ut eijceret filium suum, licet eum, quem susceperat ex vernacula. Et tu noli te miscere ancillæ, ne suscipias ex ea filium, & vxor tua non patiatur cohæredem illum filio suo fieri. Vides enim hinc solvi gratiam matrimonij. Certé, si incidisti, & habes filium, eijce ancillam, & filium eius. Meliús est enim, ut ancilla, quàm vxor recedat, & filius ancillæ, quám legitimus eijciatur. *capitul. septimo.*

Cum

Cum filio meo. *Isaac Sara filium suum, ac si illius solius esset, & non Abrahæ filius, nominabat, quia illum, ut mater indulgentissima adamabat.*

1742 *Et infrà iterum sic loquitur D. Ambr.* Quòd si dubitaveris, si contempseris vxoris tuæ sententiam, & du-
Gen. 21 nu. 10. rum tibi visum fuerit, dicit tibi Deus, quod dixit Abrahæ (quod illi enim dixit, tibi dicit, & omnibus dicet) Non sit tibi durum, &c. Nusquam alibi dixit, Audi vocem vxoris tuæ, nisi hic: id est, fecisti iniuriam vxori tuæ, & non mitigasti affectum eius; suscepisti ex ancilla filium, & non honorasti vxoris filium. Numquid potest in ancillæ filio semen tuum vocari? Non vtique. In legitimo enim filio vera successio est. Sed vereris, quia fillus tuus est, ne fortè eiectus intereat, atque occidat. Non ei deerit mea gratia. Omnes alit Deus noster, suffulcit vniversos, & iustos, & iniustos. Denique, & pluit super iustos, & iniustos, sicut fecit Abraham, facito & tu. Eijce ancillam, ut secura vxor, & inoffensa maneat domi. Eijce & ancillæ filium, ut non habeat hæreditatis consortiũ, qui non habet originis privilegium. *cap.* 7. *Dum Isaacum Sara filium suum nominabat, nimium Abrahami amorem erga Ismaelem arguebat; quasi verò Abrahamus ita diligeret Ismaelem, ut non Isaacum, sed Ismaelem filium suum esse reputaret, quod videtur etiam Moyses indicare illis verbis.* Durè accepit hoc Abraham pro filio suo. *Solummodò enim suum filium existimabat, quem amabat.*

1743 *Genes.* 22. Tentavit Deus A-
Gen. 22 num. 1. braham, *num.* 1. *Div. Ambros. lib. de Paradiso.* Dominus etiam Abraham hac arte tentavit, vt immolari sibi filium ab eodem postularet, qua tentatione Abraham fidelis est Domino comprobatus, quód à devotionis obsequio nec dilecti filij miseratione revocatus fit. *cap.* 2. *Et lib.* 1. *de Abrah.* Aliter Deus tentat, aliter diabolus. Diabolus tentat, ut subruat, Deus tentat, ut coronet. Denique probatos sibi tentat. Vnde & David dicit, Proba me Deus, & tenta me. Et sanctum Abraham probavit ante, & sic tentavit. Ne si ante tentaret, quàm probasset, gravaret. Probavit eum cùm exire de Charra iussit, & obedientem reperit. Probavit, cúm fidei titulo fretus liberavit nepotem, cúm de præda nihil attigit, cùm promisit seni filium: & cúm esset centum annorum, quamvis Saræ genitalia considerarет emortua, tamen credidit, nec fide hæsitavit, qui posset hæsitare ratione sterilitatis, aut senectutis: probavit eum hospitij sedulitate. Probatum igitur, quasi fortiorem tentandum putavit, maioribus, & quibusdam imperijs durioribus. *cap.* 8

Et sic pregreditur Div. Ambros. 1744
Et hec quidem exemplo docemur, Gen. 22
quia veris probatur quis, tentatur num. 1.
autem compositis, & fictis. Non enim volebat Deus immolari á patre filium, nec impleri hoc munus volebat, qui arietem pro filio immolandum obtulit, sed tentabat affectum patris, si Dei præcepta præferret filio, si paternæ pietatis contemplatione, vim devotionis inflecteret. *cap.* 8. Tentavit &c. *At vbi est illud Divi Iacobi effatum in sua Epistol. cap.* 1. Nemo cúm tentatur, dicat, quoniam á Deo tentatur? *Deus ita hominem tentat, ut intentator malorum meritò appellethr: neque enim tentat ad malum culpæ, quod solùm malum verum dici debet, sed ad malum pœnæ, quod fictum malum potest nuncupari.*

Genes. 22. Tolle filium tuum 1745
vnigenitum, quem diligis Isaac, &
vade in terram visionis: atque ibi of- Gen. 22
feres eum in holocaustum super num. 2.

 vnum

vnum montium, quem monstravero tibi, *num.* 2. *D. Ambros. lib.* 1. *de Abraham*. Non finit otiosum esse affectum patris. A principio eum stimulat, & pungit pietatis aculeis, & filij nomen addit ad vim necessitudinis, & amoris. Non satis putavit dixisse filium; adiungit, dilectissimum, quem dilexisti, Isaac. Quid est, quod ait, Quem dilexisti, & non dicit, quem diligis? Possumus quidem vti ad defensionem scripturæ consuetudine divinæ, quia præterita plerumque ponit pro futuris, vel præsentibus, ut in Evangelio habes, Hic est Filius meus dilectissimus in quo complacui, cùm vtique semper in filio placeat Pater. Possumus tamen, & dilectissimum ad præsens accipere, & quem dilexisti ad id, ut non recenti quodam impulsu amoris, sed insolito diu, & probato amore significaret dilectum. Quod enim ad tempus augetur, ad tempus resolvitur: quod autem diu, aut semper placuit, citò aboleri non potest. *cap.* 8.

1746 *Deinde sic ait*. Potest & illud non absurdum videri, quia morituros
Gen. 22 plus diligimus, hoc est, quem an-
num. 2. te dilexisti: quasi iam non diligat immolandum. Nec otiosé addit nomen sancti Isaac, hoc est, eum, quem suscepisti de vxore vnicum, suscepisti in senectute, suscepisti tamquam fidei tuæ præmium, remunerationem operum tuorum, suscepisti ex promissione Dei, non coniugis fæcunditate, ex qua alium sperare non possis. Offeres mihi in holocaustum, sed priús vade in terram excelsam. Imponitur spatium, ne præcipitari subitò videatur affectus, ut illa dilatione obrepat pietatis gratia, desiderium patris. Adiecit, In vno montium, quem tibi dixero. Et hîc similiter, ut dū ascenderet senex, infringeretur impetus, laxaretur dextera, deficeret intentio: dum montem disceret, dedisceret apparatum. *cap.* 8. Vade, *inquit*, *Cùm Dei Filius è patria Abrahamum educere vellet, dixit ei, Genes.* 12. Egredere de tua, & veni in 1747
terram, quam monstrabo tibi, *num.* Gen. 12
1. *nunc autem non dicit, Veni, sed vade.* num. 1.
Cur igitur, qui se itineris socium promiserat è patria egressuro, socium itineris se non præbet Abrahamo filium immolaturo? Fortassis, ne Isaacum humeris ferentem ligna in montem intueretur, priusquam ipse Crucis lignum in montem baiularet.

Genes. 22. Tolle filium tuum &c. *numer.* 2. *Div. Ambros. lib.* 1748
1. *de offic.* Adverte hîc, omnes vir- Gen. 22
tutes quatuor in vno facto. Fuit num. 2.
sapientiæ, Deo credere, nec filij gratiam ante ferre authoris præcepto. Fuit iustitiæ acceptum reddere. Fuit fortitudinis appetitum ratione cohibere. Ducebat hostiam pater, interrogabat filius, tentabatur affectus patrius, sed non vincebatur. Repetebat filius appellationem paternam, compungebat paterna viscera, sed non minuebat devotionem. Accedit & quarta virtus temperantia. Tenebat iustus, & pietatis modum, & executionis ordinem. Denique dum sacrificio necessaria vehit, dum ignem adolet, dum filium ligat, dum gladium educit: hoc immolandi ordine meruit, ut filium reservaret. *capit.* 25. *Pulchrum in hoc opere Abraham iustitiæ se præbuit simulachrum, quatuor scilicet speciebus iustitiæ, quasi coloribus effigiatum.*

Genes. 22. Igitur Abraham de nocte consurgens, stravit asinum 1749
suum, ducens secum duos iuvenes, Gen. 22
& Isaac filium suum: cúmque con- num. 3.
cidisset ligna in holocaustum, abijt ad locum, quem præceperat ei Deus *nu.* 3. *D. Ambros. lib.* 1. *de Abraham*. Exurgens autem non solúm sequēti die

die, sed etiam diluculo, ut attulisse nox moras studio festinantis patris videretur, stravit asinum suum, & sumpsit secum duos pueros, & Isaac filium suum, & concidit ligna ad holocaustum. Docemur parata omnia ad Sacrificium Dei ferre; discimus etiam apparatum sacrificij, & ministerij munus ipsi nobis vendicare non delegare alijs. Senex Abraham, & dives pecoribus, atque abundans servitiorum, non quæsivit comitatus sui agmina: ipse quoque ligna concidit, & obsequia maiora viribus suis non intermisit. *cap.* 8.

1750 *Et lib.* 1. *de Abel sic pergit Div. Ambros.* Prima igitur voti gratia est celeritas solutionis. Namque Abraham filium suum ad holocaustum iussus offerre, non post dies, ut Cain, obtulit, sed exurgens mane, stravit asinum suum, &c. Surgens abijt, & venit ad locum, quem dixerat ei Deus, die tertia. Primò adverte immolaturi studium maturum, atque festinum, vt mora expectationis non esset, nisi donec audiretur oraculum. Denique, ut sterneret asinam suam, obsequium omne ipse susciperet, & sacrificio necessaria præpararet, duabus quoque, fide, & spe, virtutibus comitantibus, hostiam suam duceret: de potestate Dei certus, & de bonitate securus, *cap.* 8. *Ita properabat, ac si in montem filium tollere iuberetur, non ut illum iugularet, sed ut coronaret, utpote cui filij caput non minùs pulchrum videretur è corpore iussu Dei gladio separatum, quàm corpori unitum diademate coronatum.*

1751 *Genes.* 22. Die autem tertio, elevatis oculis, vidit locum pro-

Gen. 22 cul, *num.* 4. *Div. Ambros. lib.* 1. *de*

num. 4. *Abraham.* Surgens autem abijt, & venit in locum, quem dixit illi Deus, die tertia Cum duobus ipse tertius proficiscitur, hostiam suam secum ducens, & die tertia ad locum sacrificij venit. Salutaris hic numerus, & conveniens sacrificaturis. Denique & in posterioribus Moyses, dicit ad Pharaonem Regem Ægypti, Viam trium dierum ibimus, & immolabimus Deo nostro, sicut dixit nobis. Et rectè tertia die celebratur Trinitatis sacrificium. Et respiciens Abraham oculis suis, vidit locum à longè. Sollicitè explorat, qui properat implere. Quamvis senilem studio celeraret gradum, tamen hoc serum putans præcedebat oculis: vigebant singulorum officia membrorum, licet senilia membra non possent vigere. Solet hebescere visus senum, ut etiam propinqua non facilé conspiciant. Hic non solùm vidit locum, sed etiam longè positus aspexit. *cap.* 8.

Et lib. 1. *de Abraham, & Cain.* Quod autem ait, die tertia, significat vel quòd continua esse debeat, & perpetua devotio (Tripartitum est enim tempus: præteritum, præsens, & futurum. Quò admonemur, quód nec præteritorum beneficiorum Dei, vel præsentium, vel futurorum irrepere debet vlla oblivio, sed tenax gratiæ memoria perseverare, & obedientia non deesse.) Vel quia is, qui sacrificat, in vnum splendorem, in vnam lucem debeat credere Trinitatis, etenim illi qui fideliter sacrificat, dies lucet, nox nulla est. Sic & in Exod. Moyses ait, Viam trium dierum ibimus, & immolabimus Domino Deo nostro, *cap.* 8. *Tribus diebus meditabundus progrediebatur Abrahamus, & per singulos singulis divinis Personis immolandum filium offerebat, cúmque eum Patris potentiæ, Filij sapientiæ, Spiritus Sancti benevolentiæ commendaret, iterum à se filium reducendum vivum sperabat, credebat enim, quòd Pater posset, Filius sciret, Spiritus Sanctus vellet sibi iterùm filium vivum condonare.* 1752 *Gen* 22 *num.* 4.

Genes. 22. Dixitq; ad pueros suos: 1753

Gen. 22 num. 5. Expectate hîc cum asino: ego, & puer illuc vsque properantes, postquam adoraverimus, revertemur ad vos, *num.* 5. *D. Amb. lib.* 1. *de Abrah.* Quod autem ait: Ego, & puer pertransibimus vsque illuc, demonstrat, quód non deficeret in tanto apparatu pater, non cederet filius: aut quia pertransirent pietatis remedio tanti facinoris austeritatem. Addidit, Ad vos revertemur. Prophetavit, quod ignorabat: ipse solus disponebat redire immolato filio, sed Dominus per os eius locutus est quod parabat. Captiosè autem loquebatur cum servulis, ne cognito negotio, aut impediret aliquis, aut gemitu obstreperet, aut fletu. *cap.* 8. *A loco perpatrandi facinoris destinato famulos semovebat, ne qui in tanto opere Dei solummodo divinos oculos attendebat, á famulorum oculis mercedem captare videretur.*

1754 *Genes.* 22. Tulit quoque ligna holocausti, & imposuit super Isaac
Gen. 22 num. 6. filium suum: ipse verò portabat in manibus ignem, & gladium. *num.* 6. *D. Ambros. lib.* 1. *de Abrah.* Consecratur sacris hostia ministerijs, & commendatur futura. Quæ pietatis hostia, pij ante ministerij vectura est. Ligna Isaac sibi vexit; Christus sibi patibulum Crucis portavit. Abraham comitatur filium, Pater Christum. Nec Isaac solus, nec Iesus solus. Denique ait, Solum me relinquetis, & non sum solus, quia Pater mecum est. *cap.* 8. *Cæterum si ligna super Isaac filium imposuit pater, quo pacto dicitur, quòd ipse tulerit ligna pater,* Tulit quoque ligna holocausti? *An quòd cum filio simul ligna gestaret, vel quód per aliquod viæ spatium ipse pater priusquam ligna filio imponeret, ligna portaverit, ne filius lignorum fasce onustus valdè in ascensu ad montem fatigaretur. Vel quòd dum filius fascem ferret, pater fascem ferre diceretur, eó quòd dilectum filium sub lignorum pondere pressum inspectaret.*

1755 *Genes.* 22. Cúmque duo pergerent simul, dixit Isaac patri suo. Pater mi. At ille respondit: quid vis fili? Ecce, inquit, ignis, & ligna: vbi est victima holocausti? *num.* 7. *D. Ambros. lib.* 1. *de Abrah.* Pulsatur pietatis vocabulis patris affectus, & fluctibus quibusdam hinc, atque hinc detunditur. Filius vocat patrem, pater dicit, Fili, ut ipso verborum sono se recognoscat pater. Quám impossibile est, ut ferire possit, cuius se vulneri subijcere optaret. Hæc nomina vitæ solent operari gratiam non ministerium necis. Hæc vocabula incitare ad pietatem, non ad mortem solent. Addidit Isaac, dicēs, Ecce ignis, & ligna, vbi est ovis ad holocaustum. Et hic prophetat sermone, non scientia. Ovis enim à Domino ad sacrificium parabatur. *cap.* 8. *Victimam Isaac desiderabat videre, ligna monstrat, ostendit ignem, nullam de gladio facit mentionem. victimam etenim inquirebat, non quæ gladio esset iugulanda, sed quæ in Cruce lignorum fasce divini amoris igne foret exurenda.* Gen. 22 num. 7.

Genes. 22. Dixit autem Abraham: Deus providebit sibi victimā 1756
holocausti, fili mi. Pergebant ergo Gen. 22
pariter. *num.* 8. *D. Ambros. lib.* 1. *de Abraham.* Inflexibilis à studio devo- num 8.
tionis minister vocare filium frequenter non timet: ita erat intentionis sedulitate fundatus: & hoc se meliorem patrem putabat, hoc sibi in perenne mansurum indicabat filium, si eum immolaret Deo. Non solúm autem hoc prophetavit, quod statim accidit; quia Deus providit sibi pro Isaac hostiam, reddidit patri filium: verúm illud magis, quod non hæc hostia divinæ esset dispositionis, sed alia esset hostia, quam Deus sibi pararet, ut mundaret orbem terrarum: illa esset omnibus acceptior, per quam multi patres offerrent filios suos, & separati in hoc sæculo á filijs non timerent. Quotidie offerunt patres filios suos, ut moriantur in Christo, & cōsepeliantur

in

in Domino. Quanti patres occisis martyrio filijs lætiores ab eorum tumulo reverterunt? *cap.* 8.

1757 *Et alibi sic ait idem D. Ambros.*
Gen. 22 Ergo adducit ad sacrificium filium dilectissimum, & quem seró susceperat,
num. 8. citó obtulit: nec paterni nominis appellatione revocatur, cúm ille patrem vocaret, hic filium: Chara quidem nominum pignora, sed amabiliora præcepta. Itaquè licet cotererentur corda, vota durabant. *lib. de fide Resurrectionis. Deus providebit sibi; Ac si diceret, Non tam tibi, quám Deo curæ est victima immolanda. Hanc sibi Deus curam voluit reservare. Provisam sibi victimam habet á se in te pravisam. Hanc nunc in monte hoc in te quasi in speculo videbit, quam postea in eodem monte pro totius mundi delictis immolabit.*

1758 *Genes.* 22. Et venerunt ad locum
Gen. 22 quem ostenderat ei Deus, in quo
num. 9. ædificavit altare, & desuper ligna composuit: cùmque alligasset Isaac filium suum posuit eum in altare super struem lignorum, *num. 9. Div. Ambros. lib. 1. de Abrah.* Venit Abraham ad locum sacrificio prædestinatum; & ædificavit ibi Abraham altare, & imposuit ligna. Quanta molimina immolaturi, ne raptus subitò ad immolandum æstimaretur. Et colligatis manibus, ac pedibus Isaac filij sui, imposuit eum in altare super ligna. Nectit filio manibus suis vincula pater, ne refugiendo filius, & vi ignis exustus peccatum incurreret. *cap.* 8. *O patientiæ miraculum, spectaculum patientis, cùm se manibus, & pedibus videret ligatum, in ara positum super ligna, ut victimam gladio iugulandam, ignique urendam, quasi mutus nullum omnino verbum proferebat, qui Dei agnum, qui coram tondente se obmutesceret, præmonstrabat.*

1759 *Genes.* 22. Extenditque ma-
num, & arripuit gladium, ut immo-
Gen. 22 laret filium suum. *num.* 10. *D. Am-*
nu. 10. *bros. lib. de fide Resurrect.* Distrinxit super filium gladium paterna manu & patrio percussit affectu. Ne periret pæna trepidavit, ne ictus erraret dextera deficeret, sensit pietatis affectum, sed non omisit devotionis negotium, & properabat obsequium, etiam cúm audiret oraculum. Vnde nos quoque Deum omnibus, quos diligimus, præferamus, patri, matri, fratribus, ut possit nos servare dilectos, sicut in Abraham vberiorem remuneratorem, quám ministrum videmus. *Hæc ille.* Extendit manum, *Non ut á Deo acciperet beneficium, sed ut Deo exhiberet sacrificium.* Exemit gladium *quo olim contra exteros hostes dimicaverat, & nunc internos affectus detruncabat.* Vt immolaret, *non aliquem fœtum belluinum, sed Isaac filium suum genuinum.*

Genes. 22. Et ecce Angelus 1760
Domini de cælo clamavit, dicens;
Abraham, Abraham, qui respondit Gen. 22
Adsum, *num.* 11. *D. Ambros. lib. 1. de* nu. 11.
Abraham. Et dixit Angelus, Abrahã, Abraham, Tenuit quodammodò manum eius, divina vox, & ictum vibrantis occupavit dexteræ. Non semel vocavit, ne aut non plené audiret, aut fortuitam vocem putaret. Sic revocavit, quemadmodum imperavit. Repetivit vocem, tamquã veritus, ne præveniretur studio devotionis, & una vox impetum ferientis revocare non posset. *cap.* 8. *O pulcherrimum obedientiæ simulachrum.*
Repetito nomine invocatur, & cùm filium Gen. 22
immolare, & cùm non immolare præcipi- nu. 11.
tur: Ne ad filium non iugulandum, quàm ad immolandum paratior eius obedientia videretur.

Genes. 22. Dixitque ei: Non
extendas manum tuam super puerũ, 1761
neque facias illi quidquam: nunc
cognovi quód times Deum, & non Gen. 22
pepercisti vnigenito filio tuo prop- nu. 12.
ter me. *num.* 12. *D. Ambros. lib. 1 de Abrah.* Hoc est dicere, affectum tuũ inquisivi, non factum exegi. Tentavi mentem tuam, si etiam filio di-

lectissimo non parceres propter me. Non aufero quod donavi ipse, nec hæredem invideo, quem largitus sum non habenti. *cap.* 8.

1762 *Et lib.* 3. *de Virginibus sic Div. Ambr.* Denique ad Abraham dictũ est, nunc scio, quia amas Dominum Gen. 22 nu. 12. Deum tuum, quia non pepercisti vnico filio tuo. Verúm Deo parricidium non probari, in eadem asseritur lectione, cum pro filio ovis subijcitur, ut ipsa potiús, quàm filius feIud. 11 nu. 34. riretur. Habuit igitur Iephte quod sequeretur exemplum, quia Dominus sanguine non delectaretur humano. In vno enim oraculo ad Abraham prompto docuit filiorum salutem religionis obsequio posthabendam, offerri à parentibus Deo debere filios, non debere iugulari. Certé cúm hæc filia tã sollicita fuerit de patris voto, cur pater non dubitaverit de filiæ parricidio: & cùm illa paternum caveret mendacium, iste filiæ non caverit interitũ? Dicet aliquis: Qua ratione illic Deus non permiserit parricidium fieri, hîc sit passus impleri? Numquid acceptor personarum Deus? Non, sed meritorum, atque virtutum. Certè dum consilium esset ambiguum, signare debuit oraculum, quid ad præsens facto, & in reliquum conveniret exemplo. Vbi verò iam præcessisset exemplum, necessarium non iudicavit oraculum, cùm facti forma veteris, quid fieri oporteret, ostenderit.

1763 *Aliam præbet idem D. Ambros. in eodem loco discriminis rationem, sic enim ait.* Aut fortasse, quia non vna forGen. 22 nu. 12. ma meritorum, ideo non vna forma factorum. Pater doluit, flevit filia, Iud. 11 à n. 34. vterq; de Dei cõmiseratione dubitavit, Non doluit Abraham, nec consuluit parentis affectum. Vbi audivit divinitatis oraculum, non distulit sacrificium, sed maturavit obsequium. Non dubitavit Isaac: cúm imparibus sequeretur patrem passibus. Non flevit, cúm ligaretur, non dilationẽ poposcit, cùm offerretur. Et ideo misericordia largior, vbi fides promptior. Et bene non flevit factum patris, quia risus est matris. Pro qua devotionis exultatione ovis pro illo iussa est immolari, quia se ipsum non distulerat immolandum, nec de Dei miseratione ambiguus, nec de sui devotione sollicitus. *Hæc ille.* Non extendas. *Quid præcipis ò Angelus? Hoc priusquam Abraham extẽderet manum imperare debebas, non verò postquam* Abraham *extenderat manum, quam extendisse constat.* Extenditque manum. *num.* 10. *Sic fortassis* Angelus *imperare volebat, velocior tamen fuit* Abrahami *humana actio manum extendentis, quàm fuerit angelica locutio* Angeli, *ne manum extenderet, præcipientis. Ita obediens ad impletionem divini præcepti festinabat.*

Genes. 22. Levavit Abraham oculos suos, viditque post tergum arietem inter vepres hærentẽ cornibus, quem assumens obtulit holocaustũ pro filio. *num.* 13. *D. Ambr. lib.* 1. *de Abrah.* Et respiciens Abraham oculis suis, vidit, & ecce aries vnus suspensus cornibus in virgulto sabec. Qua ratione arietem? Quasi præstantem vtique cætero gregi. Qua ratione suspensum? Vt adverteres, hostiam illam non esse terrenam. Qua causa cornibus suspensum? nisi quòd carnem suam virtute superiore á terris levaret? Iuxta quod scriptum est, cuius principatũ super humeros eius. *Et paulò Infrá.* Solus elevatus, & exaltatus á terris quemadmodum ipse nos docet, cùm loquitur, Ego non sum de hoc mundo, Ego de supernis sum. Hunc vidit Abraham in isto sacrificio, huius passionem aspexit. Et ideo ipse Dominus ait de eo. Abraham diem meũ vidit, & gavisus est. *cap.* 8. 1764 Gen. 22 nu. 13.

Et alibi sic loquitur idem D. Amb. Obtulit quidem filium pater, sed Deus non sanguine, sed pietate placatur. 1765 Gen. 22 nu. 13.

catur. Ovem pro homine demonstravit in ligno, ut & filium patri redderet, nec periret hostia sacerdoti. Itaque nec Abraham parricidio cruentatus, nec Deus sacrificio defraudatus est. Vidit Propheta, nec affectavit instantiam, nec tenuit pertinaciam, ovem pro homine mutavit: quo magis ostenditur, quám religiosè obtulerit, quem tam libenter receperit. Et tu si Deo munus tuũ offeras, non amittes. Sed avari sumus, Deus vnicum Filium morti pro nobis obtulit, nos nostros negamus. Vidit hoc Abraham, & agnovit mysterium, salutem nobis in ligno futuram: nec latuit in vno, eodemque sacrificio, aliud esse quod videretur offerri, aliud, quod possit occidi. *lib. de fide Resurrectionis.*

1766 *Apté equidem iuxta 70. dicitur:* Et ecce aries unus suspensus in virgulta sabec. *Dum enim dicitur,* Ecce, *pulcherrimum spectaculum ostenditur, ad quòd videndum, & Divinus, & Angelicus, & humanus aspectus merito invitatur. Dei agnum aries hic in virgulto suspensus in Cruce amore hominum suspẽdendum, amoris spectaculum significabat, quem Divus Lucas spectaculum nuncupavit, cap.* 23. Et omnis turba eorũ, qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant percutientes pectora sua revertebãtur. *num.* 48. *Rectè quidem pectora percutiebant, ut excuterent ex lapideis cordibus flãmas amoris, quo amoris spectaculum redamarent.*

Gen. 22 nu. 13. — Luc. 23 nu. 48.

1767 *Genes.* 22. Appellavitque nomen loci illius, Dominus videt. Vnde vsque hodie dicitur. In monte Dominus videbit. *num.* 14. *D. Ambros. lib.* 1. *de Abraham.* Vocavit Abraham nomen loci illius Dominus videt: ut dicant hodie, in monte Dominus apparuit, hoc est, quòd apparuerit Abrahæ, revelans futurã sui passionem corporis, qua mundũ redemit: demonstrans etiam genus passionis, cúm suspensum ostendit cornibus arietem: virgultum illud patibulum Crucis est. Et in hoc ligno præstantissimus ductor gregis exaltatus omnia traxit ad se, ut ab omnibus cognosceretur, vnde & ipse ait: Cúm exaltaveritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum. *cap.* 8. *Quid dicis, O Moyses, vnde vsque hodie dicitur,* In monte Dominus videbit? *Dominus videt, Abrahamus locũ istum nominavit: ergo si ex nomine imposito per Abrahamum, locus adhuc nuncuparetur, non Dominus videbit, sed Dominus videt, diceretur. Cur ergo dicis ex tũc locum* (Dominus videbit) *appellari? Futurum Moyses tempus inspexit, in quo non iam solum Isaacum Christi typum Dominus videret, sed ipsum Christum in hoc eodem monte in ara Crucis impositam inspectaret.*

Gen. 22 nu. 14.

Genes. 22. Quia fecisti hanc rẽ, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me: benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum, sicut stellas cæli, & velut arenam, quæ est in littore maris: possidebit semen tuũ portas inimicorum suorum. *num.* 16. *&* 17. *D. Ambros, lib.* 1. *de Abraham.* Hæc est tertia benedictio. Tres enim plenarias accepit benedictiones. Vnam post victoriam, qua liberavit nepotem, & occurrit illi Melchisedech, quando dixit ei Dominus, Respice in cælum, & numera stellas, si poteris: sic erit semen tuum. Aliam quãdo iussus est Abraham nominari, & signaculum accepit circumcisionis. Tertiam hic, quando dilectissimum filium suum in holocaustum Deo non dubitavit offerre. *cap.* 8, *Cur Deus in hoc loco Isaacum à patre dilectum non vocavit: cùm in alijs locis priusquam Abrahamus eum Deo offerret, dilectum appellarit? In hoc loco, non in alijs, amoris, quo Abrahamus Deum diligebat, audio fieri mentionem.* Non pepercisti filio tuo vnigenito propter me, *num.* 16. *Ergo vbi nulla fit amoris erga Deum commemoratio, poterat ab amore patris Isaacus dilectum* 1768

Gen. 22 nu. 16. & 17.

tus nominari, at vbi exprimitur erga Deum amor; ita amor erga filium hebetatur, ut ab eo filius nequeat dilectus appellari.

1769 Gen. 23 nu. 1. 2. & 3. *Genes.* 23. Vixit autem Sara centum, viginti septem annis. Et mortua est in civitate Arbee, quæ est Hebron, in terra Chanaan: venitque Abraham, ut plangeret, & fleret eam. Cúmque surrexisset ab officio funeris locutus est ad filios Heth. *num.* 1. 2. & 3. *Et infrà.* Intercedite pro me apud Ephron filium Seor, ut det mihi speluncam duplicem, quam habet in extrema parte agri sui: pecunia digna tradat eam mihi coram vobis in possessionem sepulchri. *num.* 9. *D. Ambros. lib.* 1. *de Abrah.* Locus, qui legitur, habet mortem vxoris, fletum marito, sepulturæ officium, quibus maritalis affectus probatur. Et surrexit, inquit, Abraham á mortuo. Docemur, ut non diutiús inhæreamus mortuis; sed quantùm satis est officijs deferamus. Festinavit autem pro loco sepulchri pretium solvere, cùm gratis daretur, ut non in alienis locis, sed nostris potiús ædificemus tumulos parentum, vel proximorum. Sæpe enim cum alienationibus possessionum, venales fiunt, quæ in ijsdē locis sepulturæ sunt. Hoc autē ideo Abraham fecit, quia nondum erāt huiusmodi Dei templa, in quibus fidelium in Domino reliquiæ conderentur, *cap.* 9. Cùmque surrexisset. *Surrexit Abraham, qui cum mortua vxore per affectum etiam mortuus fuisse videbatur. Tantus enim erat Abrahami erga Saram vxorem amor, ut ea mortua, vivere non valeret; vnde & sepulturam duplicem emisse dicitur, ut dum in vna Saram vxorem conderet, in altera ipse conderetur.*

1770 Gen. 24 nu. 1, 2. 3. & 4. *Genes.* 24. Erat autem Abrahā senex, dierumque multorum: & Dominus in cunctis benedixerat ei. Dixitque ad servum seniorem domus suæ, qui præerat omnibus, quæ habebat: Pone manum tuam subter femur meum, ut adiurem te per Dominum Deum cæli, & terræ, ut non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos habito; sed ad terram, & cognationem meam proficiscaris, & inde accipias vxorem filio meo Isaac. *num.* 1. 2. 3. & 4. *D. Ambr. lib.* 1. *de Abraham.* Senuerat itaque Abrahā, quod boni est patris, debuit vxorem providere filio, sed propter oraculum Dei non poterat redire eó, vnde iussus erat exire. Habitabat autem in terris Chananæorum, ex quorum genere legitimam successionem sibi quærere fugiebat.

Et infrà sic pergit D. Ambros. Adverte nunc virtutem boni patris familias, & considera primum, quod mandat, & cui mandet, ut & tu ita instituas servulos, ut liberis tuis paternum affectum deferant, officia exequantur. Inventus de servulis senior, tamen qui ad vxorem providēdam domino iuniori eligeretur. 1771 *Et paulò infrà.* Constrinxit autem eū, ut non de semine Chananæorum vxorem accerseret domino suo, quorum generis auctor patrem non honoraverat, & ideó maledictionis hæreditatem transmisit in suos: ut cognoscámus fidem, & quandam hæreditatem de auctoris prosapia in his requirendam, quos nobis velimus adiungere.

1772 Gen 24 n. 1. 2. 3. & 4. *Et iterum sic Div. Ambros.* Primùm ergo in coniugio religio quæritur. Ideo Abraham proximā quæsivit dare vxorem filio suo, & tu proximam quære. Quis est proximus? Qui fecit, inquit, misericordiam. In Evangelio hoc dixit Dominus Iesus: Et tu proximam seminis Abrahæ require, & propinquam proximi tui. Semen Abrahæ Christus ipse est proximus omnium, qui super omnes fecit misericordiam, tollens peccatū mundi. Disce deinde, quid in vxore quæratur: non aurum, non argentum

tum quæsivit Abraham, non possessiones, sed gratiam bonæ indolis. *Hæc omnia cap.* 9. Erat autem &c. *Non per annos, sed per dies Abrahami vita computatur. An quòd Abrahamo amore vitæ anni dies esse viderentur? Non ita, sed quòd longos annos æternitati comparatos, breves esse dies candidatus æternitatis reputaret.*

1773 *Genes.* 24 Respondit servus: si noluerit mulier venire mecum in terram hanc, nunquid reducere debeo filium tuum ad locum, de quo tu egressus es? Dixitque Abraham. Cave ne quando reducas filium meum illuc. *num.* 5. *&* 6. *D Ambros. lib.* 1. *de Abraham.* Interrogatus, si nolet venire mulier, vtrùm nam eò filium domini sui duceret, ait: Attēde tibi ne revoces filium meum illuc: Abraham sequentem deduci admonuit, residentem non expeti, nec eò filium pergere. Sané Domini sui, qui se ab incolatu terræ, in qua habitabat, adduxerat, non de futuram misericordiam, ut præiret studio petitoris, & puellæ inclinaret animum; Quasi propheta hoc dixit in causa filij, & quasi moralis doctor docuit te sperare in Domino, quód iuvare dignetur incrementum fidei quærentem. *cap.* 9.

Gen. 24 *num.* 5. *&* 6.

1774 *Felix profectò Isaac, cui non tam Abrahami servus, quàm Dei Angelus condignam quæsivit vxorem iuxta prophetiam patris ipsius:* Ipse mittet Angelum suum coram te, & accipies inde vxorem filio meo. *num.* 7. *Nec immeritò Isaacus medius inter tres virtutis coriphæos solus Angelico ministerio copulatur, neque enim Abrahamo, neque Iacobo vxorem Angelus requisivit: vterque enim non vnam, sed plures, etiam nō legitimas vxores habuit: at Isaacus vnicam, & legitimam ducens vxorem, vnius vxoris vir Angelicam quodammodo puritatem observavit; castus etenim licet vxoratus inter Angelos debet supputari dignusque est, cui Angelus famuletur.*

1775 *Matth.* 1. Liber generationis Iesu Christi, filij David, filij Abraham. *num.* 1. *D. Ambros. in cap.* 3. *D. Lucæ.* Ergo vnus Princeps generis secundúm carnem, alter princeps generis populorum secundúm fidem. *Et infrà.* Vt alteri proprietas generationis, principatus alteri deferatur. Illi delatum est, ut Iesus eius filius diceretur: huic quasi principi familiæ gentium prærogativa servatur, ut ab Abraham generationis Dominicæ maneret exordium. Qui enim fidei auctor est, ipsum asserere scriptura quoque debuit divinæ generationis auctorem. *lib.* 3. *Abrahami filius Christus voluit appellari, ut quem fideles omnes haberent patrem sibi etiam patrem vendicaret, ut sic, & fideles omnes, ut frater amaret, & ab illis, ut à fratribus amaretur.*

Matth. 1. *nu.* 1.

Luc. 3. Facite ergo fructus dignos pænitentiæ, & ne cæperitis dicere: Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quòd potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ *num.* 8. *D. Ambros. in cap.* 3. *D. Lucæ.* Admonentur claritatem sibi magis operis, quàm nobilitatem generis vendicare, quòd nulla in successione prærogativa sit, nisi fidei adstipuletur hæreditas, quam Dei nutu ad populos gentiliū transferendam, sermone prophetico revelavit, dicens: Dico enim vobis, quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Nam licet Deus possit diversas convertere, & commutare naturas, tamen quia mihi plús mysterium, quàm miraculum prodest, in prænuntio Christi nihil magis, quàm ædificationem Ecclesiæ debeo surgentis agnoscere, quæ non rupeis saxis, sed vivis lapidibus extructa, in habitaculum Dei, & fastigium templi conversione postrorum surrexit animorum. 1776

Luc. 3. *num.* 1.

Et pergens exponere illud, Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ, *sic ait D. Ambros. loco suprà citato.* Etenim parabat Deus menti- 1777

1 *Petri* 4.

mentium nostrarum dura mollire, & de lapidibus offensionis excitare cultores religionis. Quid enim aliud, quám lapides habebantur, qui lapidibus serviebant, similes vtique ijs, qui facerent eos. Prophetatur igitur saxosis gentilium fides infundenda pectoribus, & futuros per fidem Abrahæ filios oracula pollicentur, quibus per duritiam mentis saxeus quidam insensibilis irrationabilisque naturæ vsus inoleverat. *in cap. 3. D. Lucæ.*

1778 *Et explanans ibidem illud* 1. *Petri.* 2. Et ipsi tamquam lapides vivi super ædificamini: *n. 3. sic ait D. Amb.* Nam si lapidibus vivis formatos viros fidei robore sententia Apostolica comparavit, iuxta quod scriptum est; Et vos tamquam lapides vivi ædificamini domos spiritales in sacerdotium sanctum, offerentes hostias spiritales: multó aptiús hìc videntur voce prophetica lapidibus homines comparari, qui ita humanæ sensum mentis amiserant, ut dũ lapidibus putant divinitatis alicuius inesse rationem, ipsi in naturam lapidum, non vsu corporis, sed mentis habitu verterentur. Denique ex Abrahæ secundúm carnem successione manantes, & principes sodomorum appellantur, & parietes dealbati: ita sibi prærogativam generis morum magis similitudo vendicat, quàm ordo maiorum. *lib.* 2. Ne cæperitis dicere; *Quisquis enim vanus orator à suis generis claritudine exordiũ sumit, nunquam in suis efferendis maioribus finem facit.* Ne cæperitis dicere in vobis ipsis *Qui enim etiam in corde suo de prosapia nobilitate gloriatur, incipit iam apud se sua claritatis gloriam ostentare.*

1 Petri 2. nu. 3

P. 113

1779 *Luc.* 20. Quia verò resurgant mortui, & Moyses ostendens secus rubum, sicut dicit, Dominum, Deũ Abraham, & Deum Isaac, & Deum Iacob, Deus autem non est mortuorum, sed vivorum: omnes enim vivunt ei. *num. 37. & 38. Div. Amb. lib. 1. de fide Resurrect.* Vivunt etiam Patriarchæ, neque enim aliter Deus Abraham, Deus Iacob, Deus Isaac, nisi mortui viverent, diceretur, Deus enim mortuorum non est, sed vivẽtium. Vivemus, & nos, si gesta, moresque maiorum voluerimus imitari. Miramur Patriarcharum præmia, imitemur obsequia, prædicemus gratiam. Non eleis inducti sæculi laqueos incidamus, arripiamus opportunitatem temporis, præscriptũ legis, clementiam vocationis, desiderium passionis. Exierunt de terra sua Patriarchæ, & nos exeamus, proposito de corporis potestate nos exeamus, illi exilio: sed exilium non putarunt, quod devotio obiret, nõ necessitas imperaret, illi terram solo mutarunt, nos cælo terram mutemus, illi habitatione, nos spiritu: illis illuminatum stellis cælum ostenderit, sapientia nostri cordis oculos illuminat. Sic typus veritati, & veritas concurrit typo. *Hac ille. Deus omnium hominum, trium tantùm virorũ Deus voluit nominari, ac si hos tres virtutis duces tanti, quanti reliquos faceret homines, æstimaret.*

Luc. 20 nu. 37. & 38. Exo. 3.

Ex D. Gregorio Nysseno.

Genes. 12. Egredere de terra tua & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrabo tibi, *num. 1. Div. Gregor. Nyss. contra Eunium.* Non mihi videtur localis demigratio eorũ, quæ intelligibiliter inveniuntur, consiliare comprehensionem, sed ipse ex se ipso, & propria terra, nẽpe ex terreno, & humili spiritu egressus, ut quoad fieri potest supra cõmunis naturæ terminos, suam ipsius intelligentiam extollat, animique cum sensibus cognationem relinquat. 1780

Gen. 12 num. 1.

Et paulò

1781 *Gen. 12 num. 1.* *Et paulò inferiùs sic pergit D. Greg. Nyss.* In tantùm subvectus fuit cognitionis magnitudine, & excellentia, ita ut humanæ perfectionis terminus existimaretur: in tantùm Dei cognitionem adeptus, quamtúm fas est brevem, & mortalem hanc potentiam extentam capere. Quamobrem omnis creaturæ Dominus, ac si aliquod inventum fuisset Patriarchæ, factus, proprié Deus Abraham nominatur. *Orat.* 12. Et veni in terram, quam monstrabo tibi. *In hac enim terra me thesaurum bonorum omnium adinvenies, qui ut á te inventus Deus tuus nominabor, & cùm sim omnium Dominus, sub tuo esse dominio, quasi tuus sim proprius, gloriabor.*

1782 *Gen. 12 num. 1.* *Genes.* 12. Egredere de terra tua &c. *num.* 1. *Divus Gregor. Nyss.* Deus iubet Abrahamum patria sua; cognatis, atque propinquis relictis, alibi quærere sedes; & erat ille Patriarcha in terra aliena durans in fide promissionis. Constantia fidei viri adversús Deum probabatur per diuturnam prorogationem earum rerum, quas sperabat. *Orat. de Deitate Filij. Et alibi loquens de Sancto Ephram.* Quando porro spiritus illũ commonefaciens, ad multorum ædificationem sic disponebat, ut loca mutaret, non resistebat, sed humiliter obsequebatur: erat enim iussis, mandatisque Dei, si quis alius, obtemperans. Vnde patriam, sicut magnus ille Abraham, relinquere iussus, Edessenorum vrbem petit: neque enim cõveniebat, ut sub terra diutiús sol occultaretur. *In vita S. Patris Ephram.* Egredere de terra. *E terra egredi à Divino oraculo imperatur; adeo enim tunc terrenus erat, ut in terræ visceribus quodammodo submersus esse videretur, á quibus proinde exire iuberetur.*

1783 *Gen. 12 nu. 15.* *Genes.* 12. Descenditque Abram in Ægyptum, ut peregrinaretur ibi, prævaluerat enim fames in terra. *Et infrà,* Et sublata est mulier in domũ Pharaonis. *num.* 15. *D. Gregor. Nyss.* Nõ solùm autem hos, qui acerbiore vitæ conditione digni fuerũt, alieno sceptro subijci nõ erat alienum: verũ etiam iustos nonnullos, quibus mundus dignus nõ erat, ut more Pauli loquar, ut illorũ pietas insignis vehementer eluceret, nõ imperantes, sed barbarorum, & impiorum hominum imperio subiectos Dei lenitas effecit. Atque id vel Abraham demonstrat, qui in Ægypto fuit, cui (ibidem versanti) vxor à Pharaone adempta est, qui in terra sibi promissa, tamquam inquilinus habitavit: itidemq; huius filius, & illius soboles, Isaacum dico, & Iacobũ, ac rursus illius castissimus, & integerrimus filius Ioseph, qui servus factus est, & ad carcerem condẽnatus fuit. *Orat. de Occursu Domini.* Vt peregrinaretur ibi. *Vt dum postea Hebrai, qui ab Abraham nomen acceperant, in Ægypto peregrinationis laborem sustinerent, exemplo sui parentis olim ibidem similem ferentis laborem, suum quisque faciliùs posset tolerare.*

1784 *Gen. 15 num. 5.* *Gen.* 15. Suspice cælũ, & numera stellas, si potes, Et dixit ei: Sic erit Semẽ tuũ. *n.* 5. *D. Greg. Nyss. loquẽs de sanctis, qui cũ Christo Domino resurrexerũt.* Quæris Abrahæ benedictionem? Præsentia cõtemplare, & habebis id, quod requiris. Cæli stellas nõ vides? Has, inquã, stellas, quæ nuper ex spiritu nobis exortæ, statim cælũ Ecclesiã reddiderũt: stellarũ enim radij præclara virorũ virtute, pietateque præstantiũ gratia significatur: quos, si quis Abrahæ filios ex promissione natos cæli sideribus similes dixerit, à veritate non aberrabit.

1785 *Gen. 15 num. 5.* *Et pauló infrá, cõferens sabbatũ Resurrectionis cũ sabbato creationis, cui benedixit Dominus, sic progreditur idẽ D Greg. Nyss.* Ex illo sabbato præsens hoc sabbatũ agnoscere, quietis hũc diẽ, cui supra dies alios Dominus benedixit. In hoc enim verè ab omnibus operibus suis Deus vnigenitus conquievit, qui divino salutis humanæ curau-

curandæ consilio, cúm per mortem carni quietem præbuisset, & in id, quod erat, per Resurrectionem revertisset, quidquid iacebat secum exsuscitans, vita, & resurrectio, & aurora, & mane, & dies in tenebris, & vmbra mortis degentibus factus est. *Orat. de Christi Resurrec. Non aspicere, sed suspicere cælum á Deo audivimus imperatum, & stellas, si posset numerare: ut splendorem stellæ matutinæ, in qua Christus, promissum Abrahæ semen significabatur, non simplici oculorum intuitione aspiciendum, sed magna animi veneratione suspiciendum, Abrahæ Dominus indicaret.*

1786 *Genes.* 17. Nec vltra vocabitur nomen tuum Abram, sed appellaberis Abraham; quia patrem multarum gentium constitui te. *n.* 5. *D. Gregor. Nyss. Locutus de mutatione nominis Divi Petri.* Vná cum nomine, & ipse à Domino diviniorem ad conditionem immutatur pro Simone Petrus, & appellatus, & factus. Abrahamo quidem, & Saræ post multas apparitiones divinam ex ipsis nominibus Dominus benedictionem impertit; cùm illum quidem patrem, hanc verò principem, nominum mutatione facta constituit. *Hom.* 15. *in Cantic. Beneficium maximũ Dominus Abrahæ conferebat, dum eum multarum gentium futurum patrem destinabat; vocabulum ergo, quo tantum significaretur beneficium ei imponebat, ut toties Deo grates pro accepto beneficio solveret; quoties aliquis eum novo vocabulo nominaret, & sic beneficij memoria eum ab ingratitudine cohiberet.*

Gen. 17 *num.* 5.

1787 *Genes.* 18. Apparuit autem ei Dominus in convalle Mambre, sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso fervore diei. Cúmque elevasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum: quos cúm vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi; & adoravit in terram. Et dixit: Domine, si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas servum tuum. *Et infrà.* Cùmque comedissent, dixerunt ad eum: Vbi est Sara vxor tua? Ille respondit: Ecce in tabernaculo est. Cui dixit: Revertens veniam ad te tempore isto, vita comite, & habebit filium Sara vxor tua, Quo audito, Sara risit post ostium tabernaculi. *nu.* 9. *&* 10. *D. Gregor. Nyss.* In pluribus veteris testamẽti locis seorsim, ac tacité indicãte sancta Trinitate, deprehẽdi, & animadverti potest eius hypostasis, id est, repræsẽtatio personarũ, & coessentialis, vel cõsubstantialis, id est, vnitas, & idẽtitas essentiæ, atque naturæ.

Gen. 18 *num.* 9. *&* 10.

Et paulò inferiús ita loquitur D. Gregor. Nyss. Ecce igitur dicit, quó: Deus quidem apparuisset ei, sed quód tres tamen viri essent, qui cõspecti fuissent: ipsum autẽ rursus nõ quasi tribus dixisse, Domini, si inveni gratiã coram vobis, ne prætereatis puerũ vestrum: sed Dominũ singulariter ternos nominasse, & tamquam vnũ invitasse ad divertendũ. Itẽ tãquam vnus loquitur, Veniã. Vide igitur, quód illi, qui apparuerũt, tres quidẽ erant, & in propriæ personæ constitutione subsistebant, sed ratione tamen eiusdẽ essentiæ, atque naturæ comprehẽsi erant: atq; etiam tamquam vnus colloquebantur. *Festiv. de adventu Dom. in carne Vbi Sara esset non vnus solus inquirit, sed omnes simul de Sara rogare memoratur Ne vnus solus velle Saram alloqui videretur, cùm nec de ea solus loqueretur.* 1788

Gen. 18 *n.* 9. *&* 10.

Gen. 18. Quia semel cæpi loquar ad Dominũ meũ, cúm sim pulvis, & cinis. *n.* 27. *D. Greg. Nyss. de Beatitud.* Quid est homo, si cum Divina natura cõparetur? Cuiusnã sanctorũ proferã vocẽ, per quã genus humanum extenuatur? Secũdùm Abrahamum terra, & cinis *Orat.* 17. *Non solùm se terram, sed cinerem appellavit, ut per cõpassionem sodomitarũ, quos per ignem in cinerẽ redigendos Dominus ipse revelaverat: tã se in cinerẽ redactũ demonstraret; ut sic Dominum exemplo sui ad cõmiserationem* 1789

Gen. 18 *nu.* 27.

tionem excitaret.

1790 *Genes.* 22. Tentavit Deus Abraham, & dixit ad eum: Abraham Abraham. At ille respondit, Adsum. Ait illi: Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Isaac, & vade in terram visionis: atque ibi offeres eum in holocaustum super vnum montium, quem monstravero tibi. *n.* 1. *&* 2. *D. Gregor. Nyss.* Infans grandis evadebat, & ad adolescentulorum tendebat ætatem, ac iam puer erat in flore ætatis, in summo pulchritudinis vigore, iucundũ parentibus spectaculum, pulchritudine proficiens, ad summũ progrediens ætatis vigorem, vna cum corporis pulchritudine virtutes augẽs. Interea exploratur atque periculũ fit, vtrum dilectioni erga Deum Patriarcha plus tribueret, an propẽsioni erga naturam? Horresco dum expono tentationis vehementiam, atque periculi atrocitatem. *Orat. de Deitate Filij.*

Gen. 22 *num.* 1. *&* 2.

1791 *Et explanans illud,* Abraham, Abraham, *n.* 1. *sic D.Greg. Nyss. pergit.* Deus rursus colloquitur cum illo, ac nominatim appellat eundẽ: atq; ille, haud cunctanter dicto audiẽs est vocanti, ex ijs, quæ iã consecutus erat, secundi doni additamentum prorsus expectans. Sed iubetur, quid? Accipe mihi, inquit, filiũ tuum: Nõ dum fortasse cor patris oratio percussit: planè enim eiusmodi quid suspicatur, nimirum quòd nuptijs filiũ copulare iussurus esset, & matrimoniũ accelerare, vt eventũ sortiretur benedictio suprà semine facta. Sed videamus quid adijciatur orationi: Accipe mihi, inquit, filiũ tuũ istum dilectum, istum vnigenitum; Vide stimulos orationis, quemadmodum pungant viscera patris? Vt eliciant flãmam naturæ? Vt excitet incẽdiũ amoris, & filium dilectum, & vnigenitum vocans; ut per eiusmodi nomina effervesceret erga eũ amoris vis. *Orat. de Deitate Filij.*

Gen. 22 *n.* 1. *&* 2.

Et considerans illud, Tolle filiũ. *sic ait D. Greg. Nyss.* Et vbi accepero, quid faciã? Offer mihi, inquit; An sacerdotẽ cõstituere iubes, quem efferre præcepisti? Non sacerdotẽ, sed hostiã & victimã, quæ per sacrificiũ igne tota absumatur. Offer mihi, inquit, in sacrificium holocausti in monte, quemcumq; tibi monstravero, Quomodo affecti estis narratione audiẽtes, quicumq; patres estis, & amoris erga liberos affectionẽ á natura acceptã habetis? Nostis planè, ut accipiant aures paternæ vnigeniti filij mactationẽ: Quis non obstupuisset; & attonitus fuisset ad hanc vocem? Quis aures nõ avertisset? Quis in iussu accipiẽdo potiùs emortuus non esset, quàm in cor admitteret orationẽ? An nõ meritò, ac iure cum eo expostulasset, ipsam naturã pro se patronã opponens? Ac dixisset. Cur hæc Domine, iubes? Idcirco ne patrẽ fecisti, ut filij percussorẽ redderes? Idcirco ne me huius doni dulcedinẽ gustare fecisti, ut mundo fabulam me efficeres? 1792

Gen. 22 *num.* 1. *&* 2.

Deinde sic progreditur idem D. Gregor. Nyss. locutus nomine Abrahami. Meis ipsius manibus filium trucidabo? Et cognatum sanguinem tibi libabo, & tu hæc iubes; & talibus victimis delectaris? Interficiam, á quo me sepultum iri speravi? Eiusmodi ne ei construam thalamum? Talem ne ei lætitiam nuptiarum præparabo? Et eius nomine accendam, non tædam nuptialem, sed rugum sepulchralem? Ergo super his etiam coronabor? Ita ne ero pater gentium, cui neque filij vnius esse patrem concessum sit? Numquid eiusmodi quippiam Abraham dixit aut cogitavit? Nihil minùs: sed vbi quò præceptum spectaret animadvertit; Dei respiciens dilectionem, statim naturæ oblitus est, & tamquam terrenum pondus vitiosos naturæ excutiens, & exuens affectus, totum Deo se se permisit, & id, quod iubebatur 1793

Gen. 22 *num.* 1. *&* 2.

batur exequi parabat. *Orat. de Deitat. Filij &c.*

1794 *Et alibi super eundem locum ita loquitur D. Gregor. Nyss.* Tolle filiũ: magnus ille quondam Abrahamus lubẽter, atque haud gravatim dilectum filium pro victima Deo offerebat, quód sciret, atque haud dubitaret, quin futurum esset, ut puer in meliorem, & augustiorem formam transmutaretur. *Et paulò infrà,* Nascitur puer Isaac: ac tempore iusto præterito, cùm veluti germẽ quoddam, in pulchritudinem, & magnitudinem excrevisset, iucundus erat oculis parentum, iuvenilis ætatis decore nitens, tunc Abraham animus, quasi tormentis adhibitis probatur, & exploratur, an plenè, atq; exactè discerneret in rerum natura quid prostaret: an non ad præsentẽ vitam spectaret?

Gen. 22 num. 1. & 2.

1795 *Exponens illud,* Et offer, *sic progreditur D. Gregor. Nyss.* Et ait ad eum Deus, offer filium tuum pro victima in holocaustum. Nostis omnino quicumque patres estis, & liberos habetis, & amorem erga liberos à natura didicistis, ut verisimile, atq; consentaneum sit Abrahamũ affectum, & animatum futurũ esse, si ad præsentem solam vitam respiceret, si servus naturæ esset, si in præsenti sæculo vitæ dulcedinem consistere existimaret. *Oratin. consolatoriâ in funere Pulcheriæ.* Adsum. *Præsentem se Deo sibi præsenti ostendebat, continuamq; ut diligens Dei Magistri discipulus, dicendo; adsum, in Dei aula frequentiam demonstrabat, ut nullam tanti Magistri lectionem non audiret, sed omnes summa animi attentione auscultaret.*

Gen. 22 n. 1. & 2.

1796 *Gen.* 22. Igitur Abraham de nocte consurgens, stravit asinum suum: ducens secum duos iuvenes, & Isaac filiũ suum: cúmque concidisset ligna in holocaustum, abijt ad locum, quẽ præceperat ei Deus. *n. 3. D. Gregor. Nyss.* Abijt, nec cum vxore quidem hac rẽ communicavit, rectè sanè, sibiq; vtiliter faciens, qui fœminã nõ idoneã iudicaret, quã in cõsiliũ adhiberet. *Orat. de Deitate Filij.* De nocte cõsurgens. *Qui nuntio de morte filij acceptô, mortuus affectu fuerat, à lecto quasi ex letho consurgebat, nec ad resurgendũ matutinum tempus sperabat, sed ut verus obediens ad implendum præceptum antelucanus resurgens, properabat.*

Gen. 22 num. 3.

Gen. 22. Tulit quoq; ligna holocausti, & imposuit super Isaac filiũ suum; ipse verò portabat in manibus ignem, & gladiũ. *n. 6. D. Greg. Nyss.* Solum filiũ secum ducit, qui iã ætate satis firmus erat ad opera graviora subeunda. Ab asina enim onere in filiũ translato, illum humeris subire onus lignorũ iussit. Relictis servis, ne, quod illi servili suæ conditioni conveniens sordidum consiliũ caperent, prohibituri filij immolationem. *Orat. de Deitate Filij. Pulchrè dictum,* Tulit, *dum enim super Isaac filium suum lignorum onera imponebat, ipse potius, quàm filius onera sustentabat.* 1797

Gen. 22 num 6.

Genes. 22. Cùmque duo pergerent simul, dixit Isaac patri suo: Pater mi. At ille respondit. Quid vis fili? Ecce, inquit, ignis, & ligna: vbi est victima holocausti? *num. 7. Div. Gregor. Nyssen.* Patris viscera filij vulnerat vox: alia hæc est tentatio, nihilo mitior priore. Appellat patrem Isaac dulci hac voce, & ait: Pater: at ille non suffocatur lacrymis, ut qui cogitaret fore, ut paulò post, talem non ampliùs vocem audiret, neque orationi inge-miscit; nec lamentabile, aut flebile verbum vllum profert, sed, sedato, constanti, atque tranquillo animo, cúm filij vocem accepit, tunc suam invicem reddit. Ait enim ad eum, Fili, quid est. *Orat. de Deitat. Filij. De victima sollicitus puer, locum, in quo victima esset, scire affectabat: forsam, ut ad talem locum ad victimam ex eo adducendam pergeret festinus; ne victima tardus adventus offerendum sacrificium retardaret.* 1798

Gen. 22 num 7.

1799 Gen.22 num.8. *Genes.* 22. Dixit autem Abraham: Deus providebit sibi victimam holocausti, fili mi. Pergebant ergo pariter. *num.* 8. *Div. Gregor. Nyssen.* Ille sive animum addere filio volens, sive tamquam vates id, quod futurum erat, spondens, Deus, inquit, fili, providebit sibi ovem in holocaustum. *Orat. de Deitat Filij,* Dominus providebit sibi. *Ac si diceret, Quia victima offerenda Deo, est curæ tibi, ostendet Deus victimam pro te offerendam, esse curæ sibi. Tuam erga divinum obsequium sollicitudinem compensabit, suam erga te sollicitudinem propalando.*

1800 Gen.22 num.8. & 9. *Genes.* 22. Pergebant ergo pariter. Et venerunt ad locum, quem ostenderat ei Deus, in quo ædificavit altare, & desuper ligna composuit: cúmque alligasset Isaac filium suum, posuit eum in altare super struem lignorum. *n.* 8. & 9. *D. Gregor. Nyss.* Nunc tentatio, atque exploratio animi Patriarchæ prorogabatur. Pervenit tandem ad locum sibi præmonstratum, ædificat Deo altare, filius iuxta patrem ligna ponebat, parabatur rogus: at nondum opus prohibebatur. Ne quis pusillanimis dicat, si hucusque tentationem consistere, ac permanere contigisset, nō sui similem in studio sacrificandi Abrahamum permansurum fuisse, si discrimini magis appropinquasset. *Orat. de Deitat Filij.*

1801 Gen.22 n.8. & 9. *Dumque exponit illud,* Cumq; alligasset. *sic ait D. Greg. Nyss.* Post hæc pater filiū tangit, nec rei gerendæ natura adversatur: tradit se se patri filius tractādum, quemadmodum ille vellet. Vtrum illorum duorum plus admirer? Hunc, qui propter dilectionē erga Deum filio manus iniecit, an illum, qui patri vsq; ad mortem parebat, & obediebat? Certant inter se se, hic quidem supra naturā se se tollens, ille verò morte graviús & atrociús esse ducēs adversari, atq; resistere patri: deinde priùs vinculis filium pater constringit. Sæpe numero miserabilis huius rei imaginē in pictura vidi, nec absque lacrymis spectaculum præterij, adeo perspicué, atque evidenter ars pingendi oculis rem gestā subiecit. *Orat. de Deitat Filij. Ita ad montem vterque festinabat, ut celeritate pares, neuter alterum præcurrere, intentaret, quia nec pater filio nec filius patri palmam assequendam invidebat, sed suum quisque à Deo conferendum bravium sperabat.*

Gen. 22. Extenditq; manū, & arripuit gladium, ut immolaret filium suū. *n.* 10. *D. Greg. Nyss.* Procūbit Isaac prope ipsum altare flexis genibus nixus, & manus retrorsum habēs adductas: ille verò post genuū curvaturā pedibus insistens, & sinistra manu capillū eius ad se se adducēs, inclinato capite intuetur vultū miserabiliter ad ipsum oculos attollētis, ac dexterā armatā gladio dirigit ad faciendū, ac iam gladij mucro corpus tangebat, & tunc demū divinitus ad eum editur vox, quæ rē agendam prohiberet. *lib. de Deitat Filij.* Extenditq; &c. *Quid agis ò Abraham. Non hæc patris erga filiū, sed in reū carnificis actio est. Maluit Dei servus, ut se Deo obedientem ostenderet, exercere carnificis officium, quàm patris vocabulum conservare.* 1802 Gen. 22 nu. 10.

Gen 22. Et ecce Angelus Domini de cælo clamavit, dicens; Abraham, Abrahā, qui respōdit, Adsum. *n.* 11. *D. Greg Nyss.* Ergo filius vnigenitus is erat, de quo Propheta dicit, vocabitur nomē eius magni consilij Angelus. *lib. de Deitat Filij. Non clamavit Deus, cùm Abrahamo, ut filiū sibi offerret, imperaret: clamat autē Angelus, dum Dei iussu filiū Deo afferri prohiberet; quasi Abrahamus verus obediens faciliùs durum præceptum de filio immolando, quàm blandum, de filio non immolando, foret auditurus.* 1803 Gen.22 nu. 11.

Genes. 24. Dixitque ad servum seniorem domus suæ, qui præerat omnibus, quæ habebat: Pone manū tuā subter femur 1804 Gen. 24 num. 2. & 3.

femur meum, ut adiurem te, per Dominum, Deum cæli, & terræ, ut non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos habito. *num.* 2. *& 3. D. Gregor. Nyss.* Est duplex iuramenti operatio: aut enim quispiam ei, qui audit, firmat fidẽ veritatis, aut alius per iuramentum affert necessitatem, ut minimè mentiatur: ut iuravit Dominus David veritatem, & non frustrabitur eam: hìc fides promissi confirmatur iureiurando. Quando autem curam gerens Abraham nobilis coniugij filij sui vnici, ne aliquam ex ijs, qui sunt ex genere Chanaam, qui damnati sunt ad servitutem, coniungat matrimonio cum filio suo Isaac, ne successionis generis nobilitas corrũpatur mixtione servilis generis: sed ex patria sua, terra, & cognatione filio suo accipiat coniugem, affert necessitatem, ne in iussu exequendo sit negligẽs, propterea quód eum adiuraverit, si eum mittat, propter ipsum esse facturum, quæ censuit de filio. Adiuratur ergo famulus ab Abrahamo, ut Isaac, quam par est, coniugem accipiat. *In Cantic. Hom.* 4. *Dispendium domus in absentia servi, qui omnibus praeerat, necessarió præferenda, minimè bonus pater attendebat, dum filio suo dignam sponsam per illum servum quærere, imperabat; sciebat enim ab sponsa ob bonos mores electa per illum servũ, in domum ab eodem deducenda posse facilé omnia ipsius domus dispendia reparari.*

1805 *Isaiæ* 51. Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Sarã,
Isai. 51 quæ peperit vos; quia vnum vocavi
num. 2. eum, & benedixi ei, & multiplicavi eum. *num.* 2. *D. Gregor. Nyss.* Hæc divinus sermo, non ijs, qui in virtute permanent, sed ijs, qui á virtute aberrant, præcipit. Vt quemadmodum qui tempestate, ac vi ventorum longe á recta navigationis suæ via in pelagus exacti sunt, si vel ignẽ vel cacumen montis prospexerint, facilè se ab errore in tutum reducunt: si quicumque huius vitæ fluctibus oppressi, à virtute aberrant, exemplo Abrahæ, & Saræ, quasi quodam gubernaculo, ad divinæ voluntatis portum revocantur. Ac ideo quoniam in masculum, & fæminam natura humana divisa est, & vtrique pariter libera tam ad virtutem, quám ad vitium proposita est electio: idcirco conveniens vtrique parti à divina voce propositum est exemplum, ad Abraham, & Saram respicere, ut viri á viro, & mulieres à muliere propria, idoneaque naturæ suscipientes exempla, faciliús suos ad virtutem dirigant gressus. *de vita Moys. sive de perfec. vitæ.* Vnum vocavi eum, & benedixi ei, & multiplicavi eum. *Numquid Deus dum vnum vocavit Abrahamum, vnique benedixit, ita vnum multiplicavit, ut plures Abrahamos productos à Deo fuisse, dicamus? Non ita, sed multiplicari à Deo eatenus dicebatur, quatenus in filijs eum imitantibus, ipsius probitatis effigies, quasi in quibusdam speculis multiplicata esse, videbatur.*

Luc. 16. Factum est autem, ut 1806
moreretur mendicus, & portaretur
ab Angelis in sinum Abrahæ. Mor- *Luc.* 16
tuus est autem, & dives, & sepultus *nu.* 22.
est in inferno. *num.* 22. *D. Gregor. Nyss.* Bonum animæ statum, in quo patientiæ athletam sermo requiescere facit, sinum Abrahæ nominasse mihi videtur. Primus enim hic Patriarcha ex ijs, qui olim fuerunt, cum spe futurorum, præsentium commodorum vsum, atque voluptatem commutasse memoratur, qui quidẽ omnibus nudatus, in quibus ei vita ab initio consistebat, inter alienos conversabatur, & domicilium habebat, per afflictiones, & incommoda, præsentis vitæ eam, quæ sperabatur beatitudinem quærens. Vt igitur certam aliquam pelagi partem circumscriptam, per abusum quemdam sinum nominamus, ita mihi sermo, nomine sinus, immensorum illorum nostro-

nostrorum bonorum demonstrationem significare videtur: in quo sinu bono omnes, qui per virtutem præsentis vitæ cursum conficiunt, cùm hinc solverint, tamquam in portu non obnoxio fluctuū procellis, animas appulsas, & quasi subductas statuunt. Reliquis autem eorum, quæ bona videntur, eis electio, privatioque, flamma animam perurens existit, guttam aliquā ex pelago bonorū, quibus sancti affluunt, & abundant, ad consolationem desiderans, & non adipiscens. *Dialog. de anima, & Resur. Nota Angelis hospitalitas erat Abrahami, qui olim tres simul Angelos hospitio amāter exceperat. Ideo ergo pauperem ad illius hospitium asportabant, quia latum Abrahami sinum excipiendis pauperibus agnoscebat.*

Ex D. Hieronymo.

1807 *Gen. 12 num. 1.* *Genes.* 12, Dixit autem Dominus ad Abram: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrabo tibi. *num. 1. Div. Hieronymus. Postquam multa præclara dixit de utilitate tribulationis, & de spe præmij, multa proponens exempla sanctorum, sic ait.* Sanctus quoque Abrahā quæ, vel quanta perpessus; dum fidē solus inter cunctos servat incredulos; dum patriam, & propinquos deserit: dum uxoris sterilitatem dolet, dum propter escæ inopiam modò in Ægypto, modò in terra Geraræ peregrinationis sensit iniurias: dum mori propter uxoris pulchritudinem timet, dum sibi ereptam mæret, dū proferre eam non metuit, quod æquissimi Iudicis Dei non est passa iustitia: dum corpori vulnus iubetur circumcisionis inferre: dum filium cum matre eijcit; dum in Isaac dilecto tentatur; dum religiosus parricida esse præcipitur. Sed facilè ad omnem iacturam consentit fidelis, cui magis, ac magna, ac maxima succrescunt, quandoquidem etiam in centuplum recepturus, promittitur. *Epist. 5. ad virginem in exilium missam.* Egredere de terra tua. *Tuus enim è terra tua ultimus egressus, erit tibi primus in via cæli, gressus.*

1809 *Gen. 12 num. 3.* *Genes.* 12. Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, atque in te benedicentur universæ cognationes terræ. *num 3. D. Hieronym. ad illud in Epist. ad Galat. ad cap.* 3. Providens autem scriptura, quia ex fide iustificat gentes Deus, prænunciavit Abrahæ, quia benedicentur in te omnes gentes: igitur qui ex fide sūt benedicentur cum fideli Abraham. *n.* 8. *&* 9. Nulli dubium, quód in Isaac, & Iacob, sive in duodecim Patriarchis, & cæteris, qui de Abraham stirpe descenderunt, non fuerint benedictæ universæ nationes, sed in Christo Iesu, per quem omnes gentes laudant Deum, & benedicitur novum nomen super terram.

1810 *Gen. 12 num. 3.* *Et paulò infrà.* Quicumque igitur credunt, benedicentur cum fideli Abraham; qui ob egregiam in Deum fidem, primus in eum credidisse narratur. *Ita ille in Comment. ad locum D. Pauli. Si ipse Deus benedicentibus Abra benedictionem à se conferendam promittebat; maledicentibus verò maledictionem inferendam enunciabat; quo pacto omnes nationes in Abram benedicerentur? Quia scilicet, cùm nemo in toto orbe futurus esset, qui Abram propter egregiam illius virtutis famam non laudaret: nemo foret, quem Deus quasi maledicentē amico suo divina maledictione condemnaret: Sic namque prænuntiabatur Abram futurus dignus, qui à nemine maledictis oneraretur, sed qui ab omnibus totius orbis nationibus, benedictionibus honoraretur.*

1811 *Gen. 12 num. 4.* *Genes.* 12. Septuaginta quinque annorum erat Abram, cùm egrederetur de Haran. *nu. 4. D. Hieronym. in*

Genes. Indissolubilis nascitur quæstio. Si enim Tharé pater Abrahæ, cúm adhuc esset in regione Chaldæa septuaginta annorum genuit Abraham; & postea in Charram ducentesimo quinto ætatis suæ anno mortuus est: quomodo nunc, post mortem Tharé, Abraham exiens de Charra septuaginta quinque annorum fuisse memoratur; cúm à nativitate Abrahæ vsque ad mortem patris eius, centum triginta quinque fuisse anni doceantur? Vera est igitur illa Hebræorum traditio, quam supra diximus, quòd egressus sit Tharè cum filijs suis de igne Chaldæorum, & quòd Abraham Babylonio vallatus incendio, quia illud adorare nolebat, Dei sit auxilio liberatus; & ex illo tempore ei dies vitæ, & tempus reputetur ætatis, ex quo confessus est Dominum, spernens idola Chaldæorum. *Ita in quæstionib. Hebraic. Famæ consulitur Abrahæ, dum illius ætas, quando egressus è terra sua fuit, explicatur. Ne scilicet iuvenili, videndi alienas terras cupidine motus, sed simili maturitate, cælum videndi studio excitatus, terram propriam dimisisse crederetur.*

1812 *Gen. 12 num. 7.* *Genes.* 12. Apparuit autem Dominus Abram, & dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc. Qui ædificavit ibi altare Domino, qui apparuerat ei, *num. 7. D. Hieronym. in Isaiam lib.* 3. Legimus quòd Abrahæ visus sit Dominus in hominis figura: & cum Iacob quasi homo luctatus sit, qui Deus erat: Vnde & appellatus est locus ipse Phanuel: hoc est, facies Dei: vidi enim, ait, Dominum facie ad faciem, & salva facta est anima mea. Et Ezechiel quoq; vidit Dominum in forma hominis sedentem super Cherubin: á lumbis eius, & deorsum erat quasi ignis: & superiora habebant speciem electri. Ergo Deus natura non cernitur, sed videtur hominibus, ut voluerit. *in cap. 6. Dei Filio sibi apparenti altare ædificavit, in quo tamen nullum ei obtulit sacrificium: sperabat enim, ut dum sibi iterum Dei Filius appareret, fore, ut idẽ Dei Filius se in illo altari collocaret, utpote qui se in altari iam poni Eucharistico concupisceret, nec aliud sacrificium, nisi sui esset simulachrum, quo suum desiderium deliniret, affectaret.*

Genes. 13. Ascendit ergo Abram de Ægypto, ipse, & vxor eius, & omnia, quæ habebat, & Lot cum eo, ad australem plagam. Erat autem dives valde in possessione auri, & argenti. *n. 1. & 2. D. Hieron.* Pulchré de Ægypto liberatus ascendisse dicitur. Sed occurrit huic sensui illud, quod sequitur, quomodo potuerit exiens de Ægypto fuisse dives valde? Quod solvitur ista Hebraica veritate: in qua scribitur: Abraham gravis vehementer. Ægypti enim pondere gravabatur. Et licet videantur esse divitiæ pecoris, auri, & argenti, tamen si Ægyptiæ sunt, viro sancto graves sunt. *In Genes. in quæst. Hebraicis.* 1813 *Gen. 13 num. 1. & 2.*

Et in Matth. cap. 19. ad illud. Iesus autem dixit discipulis suis; Amen dico vobis, quia dives difficilè intrabit in regnum cælorum. *n.* 23. *sic ait D. Hieronym.* Et quomodo Abraham, Isaac, & Iacob divites intrarunt in regnum cælorum, & in Evangelio Matthæus, & Zachæus divitijs derelictis, Domini testimonio prædicantur? Sed considerandũ, quód ex tempore, quo intraverunt, divites esse desierunt. Tamdiu ergo non intrabunt, quamdiu fuerint, quia tamen difficulter divitiæ contemnuntur, non dixit: Impossibile est, divites intrare in regnum cælorum, sed difficilé. Vbi difficile ponitur, non impossibilitas prætenditur, sed raritas demonstratur. *In Comment. ad hunc locum. Apté ascensus Abrahæ, & Saræ exeuntium ab Ægypto hìc exponitur, vterque enim magnum fecerat in Ægyptum descensum, dum ibi adulterij periculum vtroque consentiente, non penitus ab ijsdem creditur evitatum,* 1814 *Matth. 19. nu. 32.*

in quod

in quo miserabiliter inciderent, nisi Deus misericorditer, & Abrahæ honori, & Saræ pudori consuleret, & vtrumque tanto periculo liberaret

1815 *Genes.* 14. Et ecce vnus, qui evaserat, nuntiavit Abram Hebræo, qui habitabat in convalle Mambre Amorrhæi, fratris Escol. & fratris Aner: hi enim pepigerant fœdus cũ Abram. *num* 13. *D. Hieron.* Et qui fugerat, nuntiavit Abram transitori. Ipse veró sedebat ad quercum Mambre Amorrhæi, fratris Eschol, & fratris Aner, qui erant coniurati Abrahæ. Vt ostenderet Mambre, & Eschol, & Aner Amorrhæos, atq; germanos, socios fuisse Abrahæ. *In Genes. Quæstionib. Hebraic. Tres habuit Abraham ad bellum fratres cum eo coniuratos, quos militibus suis in tres partes divisis præfecit duces, ut sic eos honoraret, & quilibet illorum propter honorem sibi datum, pro præfecto militiæ honorem sibi conferente libentissimè decertaret.*

Gen. 14 nu 13.

1816 *Genes.* 14. At veró Melchisedech rex Salem proferens panem, & vinum; erat enim sacerdos Dei altissimi, benedixit ei, & ait: Benedictus Abram Deo excelso, qui creavit cælum, & terram: & benedictus Deus excelsus, quo protegente, hostes in manibus tuis sunt. Et dedit ei decimas ex omnibus. *n.* 18. 19. *&* 20. *D. Hieronym.* Nec esse mirum si Melchisedech victori Abraham obviam processerit, & in refectionem tam ipsius, quàm pugnatorum eius, panes vinumque protulerit, & benedixerit ei, cúm abnepoti suo hoc iure debuerit; & decimas prædæ, atque victoriæ acceperit ab eo: sive quód habetur ambiguum, ipse dederit ei substantiæ suæ decimas, & avitam largitatem ostenderit in nepotem.

Gen. 14 nu. 18. 19. & 20.

1817 *Inde sic progreditur idem D. Hieronym.* Vtrumque enim intelligi potest, & iuxta Hebraicum, & iuxta septuaginta interpretes, quód & ipse acceperit decimas spoliorum, & Abrahæ dederit decimas substantiæ suæ; quamquam Apostolus in Epist. sua ad Hebr. apertissimè definiat, non Abraham suscepisse à Melchisedec decimas divitiarum eius, sed de spolijs hostium, partem accepisse Pontificem. *Epist.* 126. *Primus Noe filius nomine Sem, idem, qui & Melchisedech fuisse dicitur, qui inter progenitores Abrahami decimus supputatur; ergo hic nepoti suo victori laudes gratulabundus decantavit; panem, vinumque & duci, & militibus largitus est in argumentum amoris; quo & ducem, & socios diligebat.*

Ad Hebr. 7.

1818 *Genes.* 15. Suspice cælum, & numera stellas, si potes: & dixit ei: sic erit semen tuum, *n.* 5. *D. Hieron. in Psalm.* 146. *ad illud:* Qui sanat contritos corde: & alligat contritiones eorum. Qui numerat multitudinem stellarum: & omnibus eis nomina vocat. Magnus Dominus noster, & magna virtus eius: & sapientiæ eius non est numerus. Suscipiens mansuetos Dominus: humilians autem peccatores vsque ad terram. Præcinite Domino in confessione. Psallite Deo nostro in cithara. *versic.* 3. *D. Hieron.* Quæ consequentia iuxta literam; & alligat contritiones eorũ qui numerat multitudinem stellarũ? Sed quando sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum: illos, qui ante contriti fuerant, & postea sanati, vertit in stellas. Qui numerat multitudinem stellarum. Non numerat vulneratos, sed eos numerat, qui iam in stellas versi sunt. Nõ numerat Deus, nisi qui numero eius digni sunt. Vt omnibus eis nomina vocans.

Gen. 15 num. 5.
Ps. 145 à v. 3.

1819 *Deinde sic inquirit D. Hieronym.* Vultis scire, quomodo de contritis stellæ fiant? Scriptum est in Genesi, quia eduxerit Deus Abraham, & ostenderit ei stellas, & dixerit ei: Sic erit semen tuum. Et omnibus eis nomina vocans. De Abram vocat Abrahã. Abram dicebatur in Chaldæa, & in cælo vocatur Abraham.

Gen. 15 num 5.

Eo

Eo tempore quādo factus stella est, vocatur Abrabam. Qui antea erat Saulus, postea vocatur in cælo Paulus. Ioannes, & Iacobus filij tonitrui. Tonitruum vtique in cælo est. Numerantur itaque stellæ; numerantur infiniti sancti, & Christus vnus non potest numerari. Magnus Dominus noster, & magna virtus eius, & sapientiæ eius non est numerus. vers. 8. Magna virtus, Christus Dei virtus, & Dei sapientia. Et sapientiæ eius non est numerus. Christus sapientia est. Et vna sapientia non potest numerari. *In Psal, 146. Pulchra admodum transformatio, per quam illi, qui in terra propter duritiam lapides nuncupabantur, post contritionem in stellas cæli convertuntur: hanc transformationem à se faciendam Dominus promittebat, dum se posse de lapidibus suscitare filios Abrahæ affirmabat.*

1820 *Genes.* 15. Credidit Abram Deo, & reputatū est illi ad iustitiam. *n.* 6. *D. Hieron. in Epist. ad Galat in cap. 3. ad illud:* Sicut scriptum est: Abrahā credidit Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. *n. 6. Et infert.* Cognoscite ergo, quia qui ex fide sunt, ij sunt filij Abrahæ, *n.* 7. Credidit, *inquit*, Abraham Deo exiens de patria sua in terram, quam nesciebat: Saram nonagenariam, & sterilem confidens esse parituram, & audita repromissione, quód in Isaac vocaretur semen eius, ipsum Isaac offerens victimam, & tamen de Domini promissione nōn dubitans, rectè tali reputatur fides ad iustitiam, qui legis opera supergressus, Deum non metu, sed dilectione promeruit.

Gen. 15 *num.* 6. *Gal.* 3. *num.* 6.

1821 *Et infrà ad illud* Cognoscites ergo, quia qui ex fide sunt, ij filij sūt Abrahæ. *sic ait D. Hieronym.* Vnde ad infidos Iudæos dicitur: si filij essetis Abrahæ, opera Abrahæ faceretis. Quæ autem alia ab eis opera Dominus expetebat, nisi credulitatem in Filium Dei, quem Pater miserat loquentem: Qui credit in me, non credit in me, sed in eum, qui me misit? Vnde & in alio loco de generis sui antiquitate, & nobilitate plaudētibus respondetur: Et ne dixeritis, quia patrem habemus Abraham. Potest enim Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ: lapides ibi nemo ambigit, dura significare corda gentilium, quæ mollita sunt postea, & fidei recepere signaculum. Virtutes Abram, in quibus ante circūcisionem Deo placuit, diligens lector enumera, & quoscumque in simili opere repereris, dicito filios esse Abraham, iustificati in præputio, qui circumcisionem non ob meritum operum, sed in signum fidei prioris accepit. *Hæc in Epist. ad Galat.*

Gal. 3. *num.* 7. *Gen.* 15 *num.* 6. *Mt.* 3. *num.* 9.

Et in Epist. ad Ephes. ad illud, Super omnia accipientes scutum fidei, in quo possitis omnia iacula maligni ignita extinguere. *cap.* 6. *n.* 16. *sic ait.* Quasi dixerit, In omni opere portate clypeum fidei, ut possitis tecti, atque muniti excipere venientes sagittas, & huc, atque illuc arte eas bellica declinare. Hæc est fides, super qua, & Abraham post multa opera, atque virtutes, vix potuit promereri, ut de eo scriptura diceret: Credidit autem Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Perspicua sunt autem iacula maligni, & quæ vult mittere in corda nostra, per cogitationes pessimas: de quibus vnum iecit in cor Iudæ, ut traderet salvatorem. Itaque vt principium quidem habere poterit inimicus animæ vulnerandæ; si tenuerimus scutum fidei: in quo non solùm venientia tela frāguntur, sed etiam telorum ipso ignis extinguitur. *Ita. D. Hieronym. Quòd Deo crediderit scribitur, non tamen quid Deo crediderit, exponitur; ut & se, & sua omnia Divinæ providentiæ commisisse, minimè sibi, vel suis rebus fidens, demonstretur.* 1822

Epist. ad Ephes. 16. *nu.* 16.

Genes. 15. Ego Dominus, qui eduxi te de Vr Chaldæorum, ut darem 1823

rem

Gen. 15 num. 7 Gen. 11 nu 28. rem tibi terram istam, & possideres eam. *n.* 7. *D Hieronym. ad illud Gen.* 11. Mortuusque est Aram ante Tharé patrem suum in terra nativitatis suæ in Vr Chaldæorum. *n.* 28. Pro eo, quod legimus, In regione Chaldæorum, in Hebræo habetur. Vr Chasdin, id est, in igne Chaldæorũ. Tradunt autem Hebræi ex hac occasione huiusmodi fabulam: quòd Abraham in ignem missus sit, quia ignem adorare noluerit, quem Chaldæi colunt, & Dei auxilio liberatus, de idololatriæ igne profugerit: quod in sequentibus scribitur, egressum esse Tharè cum sobole sua de regione Chaldæorum: pro eo, quod in Hebræo habetur De incēdio Chaldæorum. Et hoc esse, quòd nunc dicitur: Mortuus est Aram ante cōspectum Tharé patris sui in terra nativitatis suæ, in igne Chaldæorum: quòd videlicet ignem nolens adorare, igne consumptus sit. *In Genes. quæstionib. Hebraic. Apposité Dominus à se ipso Deus hic nominatur.* Ego Dominus, *ab occasione namque delinquendi, aliquem educere innocentem, non minùs, quám ab igne illæsum aliquem extrahere, dominicam indicat potestatem.*

1824 Gen. 15 nu. 10. & 11. *Genes.* 15. Qui tollens vniversa hæc: divisit ea per medium, & vtrasque partes contra se altrinsecus posuit: aves autem non divisit, Descenderuntque volucres super cadavera, & abigebat eas Abram. *num.* 10. *&* 11. *D. Hieron.* Abigebat eas Abraham: illius merito sæpe de angustijs liberatus est Israel. *In Genes. quæst. Hebr. Aves iacentes filios Abrahami in afflictione positos exprimebant; volucres descendentes illorum persecutores denotabant: has ergo ab illarum contactu Abrahamus abigebat, quia fusis ad Deum pro filijs suis precibus, eos ab unguibus & rostris rapacibus persequentium illæsos conservabat.*

1825 Gen. 17 num 5. *Genes.* 17. Nec vltra vocabitur nomen tuum Abram; sed appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium constitui te, *nu.* 5. *Et infrà.* Dixit quoque Deus ad Abraham: Sarai vxorem tuam non vocabis Sarai, sed Saram. *n.* 15. *D. Hier.* Dicunt autē Hebræi, quòd de nomine suo, Deus, quod apud illos Tetragrammaton est, He, literam Abrahæ, & Saræ addiderit: dicebatur enim primúm Abram: quod interpretatur, Pater exelsus: & postea vocatus est Abraham, quod trāsfertur, Pater multarum: nam quod sequitur, Gentium, non habetur in nomine, sed subauditur. Nec mirādum, quare, cúm apud Græcos, & nos, A, litera videatur addita; nos, He, literam Hebræam additam diximus: idioma enim linguæ illius est, per, He, quidem scribere, sed per, A, legere.

1826 Gen. 17 num. 5. *Et paulò infrà pergit sic D. Hiero.* Sarai igitur primúm vocata est per sin, res, eod; sublata igitur eod, id est, i, elemento, addita est, he, litera, quæ per, A, legitur, & vocata est Saraa. Causa autem ita nominis immutati hæc est, quód antea dicebatur princeps mea, vnius tantúm domus materfamilias: postea verò dicitur absolutè, princeps. *Hæc ille in Genes. quæst.*

1827 *Et in Epistola ad Gal. ad illud,* Lætare sterilis, quæ non paris: erūpe, & clama, quæ non parturis ex *cap.* 4. *num.* 27. *Intelligens in Sara Ecclesiam, sic ait D. Hieron.* Hæc diu, non peperit antequam Christus de Virgine nasceretur, & sterilis fuit; necdum risu mundi Isaac de electo patre, cum voce sublimium dogmatū resonante: siquidem & Abraham in nostra lingua, Pater electus cum sonitu refertur. *Hæc ille.*

1828 Ps. 16. ver. 8. *Et in Psalmum* 16. *ad illud.* Nec memor ero nominum eorum per labia mea. *v.* 8. *sic D. Hieronym. loquitur.* Mutamur quippe in lavacro: & ex filijs hominum vocamur filij Dei. Nec memor ero nominum eorum per labia mea. Vox Christi; Nec memor

memor ero istorum Apostolorum nominum, quæ priùs ante fidem habuerunt; quando infidelitatem habuerunt. Illa non recordabor: quia
Gen. 17 num. 5. crescentibus meritis, nomina addita sunt nova, sicut Abraham, sicut & Sara, sicut Petro, & reliquis, qui antea servi peccati, sed postea amici: sicut Dominus dixit: Iam non dicā vos servos, sed amicos, *Ita ibi.* Nec vltra &c. *Ergo Dominus vnam eandēque litteram sui nominis, & viro, & vxori communicavit, ut aqualem vtrique tribueret honorem. Ne si solum virum, aut solam fæminam nomine mutato honoraret, aut vir vxori, aut vxor viro, mutati nominis gloriam invideret; sed parem vtrique á Deo concessi honoris excellenciam adamaret.*

1829 *Genes.* 17. Hoc est pactum meum, quod observabitis inter me &
Gen. 17 nu. 10. & 11. vos, & semen tuum post te; Circūcidetur ex vobis omne masculinū; & circumcidetis carnem præputij vestri, ut sit in signum fæderis inter me, & vos. *n.* 10. & 11. *D. Hieron. In Epist. ad Gal. cap.* 3. *alludens ad hūc locum sic ait.* Quia ex semine eius erat Christus oriundus, (in quo vniversarum gentium fuerat benedictio repromissa, & ad Abraham, vsque ad Christum multa erant sæcula trāsitura) providens Deus, ne soboles dilecti Abrahæ cæteris nationibus miscerentur, & paulatim familia eius fieret incerta; gregem Israeliticum, quodam circuncisionis cauterio denotavit, ut viventes inter Ægyptios, & Assyrios, Babylonios, atque Chaldæos, hoc signaculo distinguerentur. *Ita ille. Pactum, non vnius, sed multorum fædus est: & ex vtraque parte inducit obligationem, ne contractus dicatur claudicare. Quare ergo Deus pactum suum dixit, & non à se, sed ab alijs observandum? Vt circumcisionis pactum á se etiam invitis Hebrais aliquando solvendum, observantiamque eius, inducto Sacramento Baptismi, abolendam, indicaret.*

Genes. 17. Cecidit Abraham in faciem suam, & risit dicens in 1830
corde suo: Putas ne centenario nascetur filius, & Sara nonagenaria pariet? *n.* 17. *D. Hieron. in Ezechielem cap.* 2. *ad illud.* Et vidi, & cecidi in faciem meam. *n.* 1. Non est elatus visionum magnitudine, sed conscientia fragilitatis humanæ procidit in faciem suam. Vnde, & Apostolus Paulus post ascensionem Cæli; & Paradisi, & auditionem verborum ineffabilium, datum sibi dicit Angelum Satanæ, qui se colaphizaret, ne extolleretur; Et Abraham cecidit in faciem, postquam audivit sermones Dei. Et tamen quia non peccato, sed humilitate corruerat, à Domino sublevatur, & verba eius iubetur audire, sciendum quoque, quòd aliud sit in faciem cadere, aliud retrorsum. Abraham postquam audivit de nativitate Isaac, cecidit in faciem, & risit. Heli autem, qui peccaverat, retrorsum cecidit. *Ita ille. Corde conceptam latitiam index animi vultus risu prodit. Dum enim Patriarcha gignendum á se filium, ex quo reges futuri essent, à divino oraculo audivit, non potuit magnam ex tanto sibi honore promisso iucunditatem in cordis arcano continere, & ideo illam oris risu (præ modestia licet invitus) propalavit.* Gen. 17 nu. 17.

Genes. 18. Apparuit autem ei 1831
Dominus in convalle Mābre sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso fervore diei. *n.* 1. *Septuaginta* In meridie. *D. Hieron. in Habacuc. cap.* 3. *Ad illud.* Deus ab austro veniet. *n.* 3. Deus ergo ab austro veniet, id est à meridie, idest á clara luce, & ab ijs, qui appellantur filij dierum. Vnde in Cantico canticorum aquilonem sponsus abigit, & austrum vocat, dicens: Exurge Aquilo, & veni Auster: perfla hortum meum, & fluent aromata mea. Deus semper, in meridie est. Vbi, inquit, pascis, vbi cubas in meridie? Et ad Abraham quādo erat sub quercu, non venit Deus Gen. 18 num. 1. Habacu. 3. nu. 3

nisi

nisi in meridie. Et Ioseph, qui in typo præcessit Salvatoris, convivium fratribus facit meridie. *Ita ille.*

1832 *Et in Psalm.* 91. *ad illud*, A dæmonio meridiano. *v.* 10. *sic ait idem D. Hiero,* Quid ergo dicit á dæmonio meridiano? Quoniam Abraham angelos susceperat in meridie, & Ioseph fratres suos ad prandium inuitaverat in meridie: Sancti enim erant, & Abraham, & Ioseph, & propterea convivium eorum in clara luce erat & sole perfecto; propterea pascunt in meridie. Deniq; & sponsa in Cantico canticorum dicit, Vbi pascas, inquit, vbi cubas? In meridie. Videtis quoniam sponsus, non pascitur, non recumbit in hora tertia, sed in meridie. *Et infrá.* Quoniam ergo habemus nos meridiem: propterea etiam diabolus transformatur in angelum lucis, & ipse simulat habere se lucem, habere se meridiem. *Hæc ille. Qui ad Adamum post meridiem venerat, ad Abrahamum in meridie dicitur apparere, ut ex temporis differentia diversum vtriusque statum indicaret: Adamo enim, qui meridiani, diviniq; solis calorem, seu amorem perdiderat, á dæmonio meridiano superatus, culpæ suæ ostendebat torporem; Abrahamo autem, qui divinæ dilectionis servarat ardorem, per tres Angelos in meridie apparens divinæ servatæ gratiæ prodebat fervorem.*

Psal. 91 ver. 10

Gen. 18 num. 1.

1833 *Genes.* 18. Cúmque elevasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum: quos cùm vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi, & adoravit in terram. *num.* 2. *Div. Hierony. in Danielem. cap.* 8. *ad illud.* Et ecce stetit in conspectu meo quasi species viri *numer.* 15. Non enim viri sunt angeli, sed sub specie videntur virorum: sicut Abraham ad quercum Mambre tres visi sunt viri, (qui vtique viri non erant,) è quibus vnus adoratur ut Dominus: Vnde & Salvator loquitur in Evangelio: Abraham vidit diem meum: vidit, & lætatus est. *Ioan.* 8. Cúmque elevasset, &c. *Modestia Abrahæ significatur, qui & si in ostio sui tabernaculi sederet, demissos, ut plurimū, habebat oculos, quos ad hoc solūmodo elevabat, ut si pauperes transeuntes videret, eos ad hospitium invitaret.*

Gen. 18 num. 2.

Genes. 18. Num celare potero Abraham, quæ gesturus sum: cùm futurus sit in gentem magnam ac robustissimam. *nu.* 17. *&* 18. *D. Hieronym. in Amos. cap.* 3. *ad illud,* Visitabo super vos omnes iniquitates vestras, *num.* 2. Revelavit Abraham quòd atsurus esset Sodomam, & Gomorrham, Adamam, & Seboim. Revelavit Ioseph interpretationē somnij septem annorum famis in Ægypto, & Ionæ prophetæ subversionem Ninive: ut qui audirēt, ventū ad supplicia; aut agerent pœnitentiam, & tormenta vitarent: aut contemnentes, iustius punirentur: ita, & hunc Dominus revelat per Amos servū suum, & prophetam, quid facturus sit decem tribubus: ut si fuerint ad meliora conversæ, & idola deseruerint, de imminenti periculo liberentur. Et nota quod clemens, & benignus Deus semper futura prænuntiat, ne cogatur inferre supplicia. *Ita ille. Abrahamo Deus supplicium inferendum pessimis hominibus revelavit, ut ei occasionem praberet pro ipsis deprecandis quod & fecit: Et si inter eos, vel decem invenirentur iusti, illorum merito, additis Abrahami precibus, reliqui veniam impetrarent. Tanta enim est Dei erga homines clementia, ut vnicuique civitati propter duos iustos, & civitatibus quinque propter decem iustos, ut orationi Abrahami postulantis annueret, plenissimam indulgentiam condonaret.* 1834

Gen. 18 nu. 17. & 18.

Genes. 21. Eijce ancillam hanc, & filium eius: non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac. Duré accepit hoc Abraham pro filio suo. *n.* 10. *&* 11. *D. Hieron. in Epist. ad Gal. cap.* 5 *ad illud.* Eijce ancillam 1835

Gen. 21 nu. 10. & 11.

KK &c.

&c. *num.* 30. Quod cùm durum visum fuisset Abrahæ (semper enim primogenitis maiora debentur) nō solúm Ismaelem priorem esse desinere, sed nec æqualem quidem cum minore fratre accipere portionem: Deus, qui liberam intus esse, & foras expelli volebat ancillam, Saræ verba confirmat, & loquitur ad Abraham: Non durum sit coram te de puero & ancilla. Omnia, quæ dixit tibi Sara audi vocem eius: quoniam in Isaac vocabitur tibi semen. *Sic ille. Nec Ismaelem proprio nomine, nec filium Abrahæ Sara nuncupavit. Prudens fæmina; sciebat enim à se rem difficilem à viro postulari, scilicet Ismaelis filij sui expulsionem: quam difficiliorem redderet, si eum vocabulo proprio, & titulo filij Abrahæ nominaret.*

1836 Gen.22 num. 1. & 2. *Genes.* 22. Tentavit Deus Abraham, & dixit ad eum: Abraham, Abraham. At ille respondit: Adsum. Ait illi: Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Isaac, & vade in terram visionis: atque ibi offeres eum in holocaustum super vnum montium, quem monstravero tibi. *num.* 1. & 2. *Div. Hieron.* Dominus in novissima mundi senescentis ætate per figuram beati Abrahæ longævi patris offertur ad victimam, quo tempore dum novo sacrificio in vnici filij sui iugulum pius parricida consurgit, ex improviso aries oculis eius apparuit: sicut eloquitur sermo divinus. Et vidit Abraham arietem inter vepres hærentem cornibus. Inter vepres, inquit. Requiramus quæ ista sit novitas, id est, in multitudine circūstantium peccatorum hærentē cornibus, id est, ad crucis cornua clavorum confixione pendentem, sicut in alio loco legimus, Cornua in manibus eius sunt. Hoc ideo quia venerandas manus eius patibuli brachia susceperunt. Inter spinas autem deputatus est, quando spineo serto innocentiæ, & iustitiæ auctor illusus est. Sed aliud introspicere debemus quid novi sit, quòd Isaac à patre altaribus admovetur, ac subitò aries pro eo non mutata, sed duplicata oblatione supponitur? Gemina hîc adoranda substantia redemptoris ostenditur. Dei enim vnigenitus offertur, & virginis primogenitus immolatur. *In sermone de resurrectione. Aliquando suum Dominus non tentaret, nisi illius agnosceret fortitudinem; velletque illius affectum, ut effectum coronare.*

Genes. 22. Nunc cognovi quòd 1837
times Deum, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me. *nu.* Gen.22
12. *Div. Hieronym.* Cognoscere Dei, nu. 12.
est cognoscentes facere, sicut ait ad Abraham: Nunc cognovi, quòd timeas Deum. Neque enim in tempore novit, qui scit omnia antequā fiant, sed cognoscere dicitur Deus cognoscentes facere, ut qui priùs de se quales essent, incogniti erant, per eius interrogationem, & probationem quales essent sibi metipsis cogniti fierent. *in Epist.* 15. *Dominum Deum Abrahamus & timebat, & diligebat; vtramque affectum timoris scilicet, & amoris Dominus Deus in ipso voluit propalare. Dum enim dixit,* Nunc cognovi quód timeas Deum, *ostendit timorem; dum autem addidit,* & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me, *indicavit amorem.*

Genes. 22. Appellavitque no- 1838
men loci illius, Dominus videt. Vn- Gen. 22
de vsque hodie dicitur: In monte nu. 14.
Dominus videbit. *num.* 14. *Div. Hieronym.* Et vocavit Abraham nomen loci illius, Dominus videt: ut dicatur hodie in monte Dominus videt. Pro eo, quod hîc habet, videt: in Hebræo scriptum est, Videbit. Hoc autem apud Hebræos exivit in proverbium; ut si quando in angustia constituti sunt, & Domini optant auxilio sublevari, dicant, In monte Dominus videbit, hoc est, sicut Abrahæ misertus est, misere-

miserebitur & nostri. *In quæstionibus Hebra. in Genes. Montem illum quasi quoddam trophaũ Divina sacratum providentia Abrahamus pulcherrimo nomine insignivit, Dominus videt, ut nemo, dum tentatur, se á Deo existimet despectum, sed credat potiùs, se tunc esse á divinis oculis inspectum.*

1839 *Genes.* 23. Audi nos domine, princeps Dei es apud nos; in electis sepulcbris nostris sepeli mortuum tuum, nullusque te prohibere poterit, quin in monumento eius sepelias mortuum tuum. Surrexit Abraham, & adoravit populum terræ, filios videlicet Heth. *num.* 6. & 7. *Div. Hieron. in Esaiam cap.* 49. *ad illud,* Et erunt reges nutricij tui, & reginæ nutrices tuæ. *num.* 23. Reges autem nutricij, & reginæ principesque nutrices, manifestè Apostolos, & apostolicos ostendunt viros. Qualis fuit hæc Sara, & Abraham, ad quem dicitur: Rex à Deo tuo in nobis es: & quorum cor in manu Dei est, qui dicunt credentibus. Quasi modò nati parvuli:rationabiles, & absque dolo lac desiderate, princeps quoque, quod Saræ nomen sonat: & reginæ, sive regina, de qua in 44. Psalmo canitur; Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato: quotidie Christi nutrit parvulos, & ad perfectam ducit ætatẽ. *Ita ille.* Princeps Dei &c. *Tanta enim erat Abrahæ virtus, ut non solùm princeps aliquis hominis regis filius appareret, sed princeps Dei seu primogenitus Dei Filius videretur.*

Gen. 23 n. 6. & 7.

Cap. 49 nu. 23.

1840 *Genes.* 23. Quod cúm audisset Abraham, appendit pecuniam, quã Ephron postulaverat, audientibus filijs Heth, quadringentos siclos argenti probatæ monetæ publicæ. *nu.* 16. *D. Hiero. sic legit,* Et audivit Abraham Ephron, & appendit Abrahã Ephrã argentũ, quod locutus est in auribus filiorum Heth. *Et sic addit.* In Hebræo, sicut hìc posuimus, primum nomen eius scribitur Ephron, secundum Ephran, postquam enim pretio victus est, ut sepulchrum venderet argento; licet cogente Abraham, Vau littera, quæ apud illos pro, O, legitur, ablata de eius nomine est: & pro Ephron appellatus est Ephran: significante scriptura, non eum fuisse consummatæ perfectæq; virtutis, qui potuerit memorias vẽdere mortuorum. Sciant igitur, qui sepulchra venditant, & non coguntur, ut accipiant pretium, sed à nolentibus quoque extorquent, immutari nomen suum, & perire quid de merito eorum: cúm etiam ille reprehendatur occulté, qui invitus acceperit. *In quæst. in Genes. Nullis Abrahamus precibus adduci potuit, ut gratis locum sepulturæ duplicis vxori mortuæ, & sibi morituro acceptaret: iure quidem; est enim memoria mortis digna, quæ non gratuito, sed magno pretio compararetur.*

Gen. 23 nu. 16.

Genes. 25. Abraham verò aliam duxit vxorem nomine Ceturam: quæ peperit ei Tamran, Iecsan, & Madan, & Madian, & Iesboc, & Sue, *num.* 1. & 2. *D. Hieron.* Cetura Hebræo sermone copulata interpretatur, aut coniuncta. Quam ob causam suspicantur Hebræi mutato nomine eandem esse Agar, quæ Sara mortua, ex concubina transierit in vxorem. Et videtur decrepiti iam Abrahæ excusari ætas; ne senex, post mortem vxoris suæ vetulæ, novis arguatur nuptijs lascivisse. *In quæstion. in Genes. Aliam duxit Abrahamus vxorem; non ut libidini vacaret, sed, ut amore legitimo novæ vxoris, & procreatione filiorum, dolorem, quem ex morte Saræ acceperat, ex qua vnum tantummodo genuerat filium, temperaret.* 1841

Gen. 25 num. 1. & 2.

Genes. 25. Fuerunt autem dies vitæ Abrahæ centum septuaginta quinq; anni, & deficiens mortuus est in senectute bona, provectæque ætatis, & plenus dierũ: cõgregatusq; est ad populum suum. *nu.* 7. & 8. *D. Hieron.* 1842

Gen. 25 num. 7. & 8.

Hieron. Plenus dierum in græcis codicibus ponitur, quód eum sensum videatur exponere, eò quòd luce & diei operibus plenus occubuerit; tamen magis ad anagogen facit, si simpliciter ponatur, Plenus. *In q. in Gen.*

1843 *Et in Sophoniam ad cap. 1. ad illud secundùm septuaginta,* Defectione deficiat à facie terræ dicit Dominus, deficiat. *n. 2. sic ait idem D. Hieron.* Quód si voluerimus & altiùs aliquid intelligere (propter hoc quod dicitur à septuaginta Defectione deficiat á facie terræ) & defectionem in bonam partem accipere (iuxta illud: Et deficiens mortuus est Abraham in senectute bona, senex, & plenus dierum: & appositus est ad populum suum, & de his, quæ de Isaac, & Iacob scriptura refert) videbimus quomodo defectione deficiant á facie terræ: & hoc eos implere præceptum, qui habentes cõversationem in cælis, & in carne nõ secundúm carnem militantes, (eó quòd sciant illos, qui in carne vivunt Deo placere non posse) quantum in se est omnia agunt, ne sint in carne, sed in spiritu, & à terra
Rom. 8. recedentes aiunt: Consuscitavit & consedere nos fecit in cælestibus in Christo. *sic ille in Comment, Sophonia.*

1844 *Et in Ps. 91. ad illud,* Et senectus mea in misericordia vberi. *v. 12. sic ait D. Hieron.* Primus Abraham senex dicitur. Et certè multó minoris ætatis fuit, quám Mathusalẽ. Sed propterea dicitur senex: quoniam senectus ipsius inuncta est oleo vberi. Denique scriptum est ibi: Et mortuus est Abraham, nutritus in senectute bona, plenùs dierum. Propterea in senectute bona, quoniam plenus dierum, Omne enim tempus vitæ ipsius dies fuerũt, & non nox. Hoc ipsum quod, dictũ est de Abrahã, dictum est, & de Isaac, & de Iacob. Qui enim simul servierũt Domino rectè simul senes Domini nuncupantur. *Ita ibi. Dies non noctes in vita Abrahami supputantur.* Plenus dierũ, *non noctium mortuus fuisse describitur. Neq, enim eum, odio lucem minimè habentem, obscuritas noctis vnquam obtenebravit, quem ut amatorem lucis sol divinus semper suæ fulgore præsentiæ illuminavit.*

Iob. 32. Et iratus, indignatusque est Heliu filius Barachel Busites, de cognatione Ram; iratus est autẽ adversúm Iob, eó quòd iustum se esse diceret coram Deo. *n. 2. D. Hieron.* 1845 *Iob 32. num 2.*
Ram Abraham esse intelligamus, de cuius cognatione, & familia Heliu fuerit procreatus. Hinc vtiq; fratris sui Nachor posteritas procul dubio Abrahæ cognatio erit: vbi qui hunc librum scribit, (quem Hebræi Moysem autumant) in generationis Heliu nominibus nobilitatẽ nativitatis eius voluit demonstrare. Quód autẽ in hoc libro Ram, quasi partito sive diviso nomine sanctus Abrahã dicitur, ita & in diversis locis scriptura Dei secundùm incremẽta in eo divinæ gratiæ nominat. Vnde quãdo Ram dicitur, habeatur excellus. Quãdo Abrã, proficiẽs in virtutibus pater excelsus sit. Item cum fides eius gentibus ad dominationem præponitur, Abraham, idest pater multarum gentium appelletur. *in com. Iob. Tribus ergo nominibus Ram, Abrã, Abraham sanctum patriarcham invenimus appellatum, quia non vnum solummodo nomen sufficiens erat, ut tergeminum illius virtutis ostenderet incrementum. Ideo triplex ei datum fuit vocabulum, quod per multiplicitatẽ litterarum, virtutum multitudinem significaret.*

Isaia cap. 41. Quis suscitavit ab Oriente iustũ, vocavit eum, ut sequeretur se? Dabit in cõspectu eius gẽtes, & reges obtinebit: dabit quasi pulverẽ gladio eius, sicut stipulã vẽto raptã arcui eius. Persequetur eos, trãsibit in pace, semita in pedibus eius non apparebit. Quis hæc operatus est, & fecit, vocans generationes ab exordio? Ego Dominus primus & novissimus, ego sum. Viderunt 1846 *Isai. cap. 41. à n. 2. vsque 7.*

Viderunt insulæ, & timuerunt, extrema terræ obstupuerunt, appropinquaverunt,& accesserunt. Vnusquisque proximo suo auxiliabitur, & fratri suo dicet: Confortare. Cōfortavit faber ærarius percutiens malleo eum, qui ludebat, tunc temporis, dicens Glutino, bonum est: & confortavit eum clavis, ut non moveretur. *á n. 2. vsque ad 7.*

1847 *D. Hieron in Isaiam.* Nonnulli Hebræorum de Abraham dictū putāt, qui vocatus sit iustus ab Oriente, id est de Chaldæis, eò quód solus iustus inventus est.& secutus est Deū, egrediens de patria sua in terram, quam nesciebat, & tradiderit reges in manu eius, qui adversús Sodomā, & Gomorrham venerant, & ante gladium eius, & arcum fecerit eos esse quasi stipulam & pulverem, & prosecutus sit illos,& reversus in pace,& longi itineris cursum non senserit, & hoc non suis viribus, sed Domini fecerit misericordia,qui ab initio hæc futura cognoverit. Viderunt, ait, insulæ, idest,gentes in circuitu, & illius virtute perterritæ sunt: & extrema terræ: Sem videlicet filius Noe,qui tempore extremo terrarum cum patre, & cum fratribus de diluvio evaserat, & vsque ad tempus illud fuerat reservatus: quē Melchisedec intelligi volunt, & venisse obviam Abraham de prælio revertenti, & accessisse, & benedixisse ei, & eum Dei benedictionibus corroborasse, ipsumque esse fabrū ærarium, qui Abraham conflaverit, & malleo suæ artis ad meliora produxerit: & dixisse ei:Bonum est, ut timore Domini glutineris, & iungaris ei, & confortavit eum, sive solidavit in clavis præceptorum Domini, ut non moveretur, sed in timore illius permaneret. *in lib. 12. Iure equidem Abrahamus iusti titulo, quod est Dei cognomen, decoratur, qui enim opere sui progenitoris Melchisedech Dei simulachrum in moribus referebat, merito Dei iusti nomenclaturam vendicabat.*

Isaia 63. Tu enim pater noster, & Abraham nescivit nos, & Israel ignoravit nos: tu Domine pater noster, redemptor noster à seculo nomen tuum. *n. 16. iuxta septuaginta.* Tu enim es pater noster; quia Abrahā non cognovit nos, & Israel non cognovit nos. Sed tu Domine pater noster libera nos; á principio nomē tuum super est. *D. Hieron.* Tu enim inquit, es pater noster, qui creator es omnium. Nescit nos Abraham,& ignorat Israel quia te offēdimus: nec cognoscunt filios, quos à Deo intelligunt non amari. Subita nascitur quæstio: quare Abrahā,& Israel hoc est, Iacob posuerit, Isaac nomen tacitum sit? Ad quod respondebimus principio, & fine posito, etiam media nominari. 1848 Isaiæ. 63. nu. 16.

Aliam prabens solutionem sic ait Div. Hieron. Sive ita: Abraham de gentibus vocatus ad fidem est; & pro qualitate prioris, & consequentis conditionis mutationē sortitus est nominis: Iacob quoq; ut appellaretur Israel, multo ad id labore pervenit. Vnde & Abraham tres habuit vxores, & Iacob quatuor: Isaac veró ab initio vsque ad finem nomen possedit antiquum, & Ecclesiæ indicans castitatem, vna fuit vxore cōtentus. Isti igitur, qui precantur de peioribus commutationem in meliorem statum eorum assumunt similitudinē, quibus læta post tristia successerunt. Hoc autem est omne quod postulant; ut, quia pater eorum est, & hoc eos dignatus est nominé, non obliviscatur filiorum suorum, ne per ipsos nomē Dei blasphemetur in gētibus. *in com.* Tu enim &c. *Quid sic loqueris ò propheta? An quos Abrahamus ab ipso Hebræos nominatos, & quos Israel ab ipso Israelitas appellatos indignos filiorū suorū nominibus iudicarunt, Deus in suorū filiorum numero, ut super quos nomen ipsius fuerit invocatum, recensebit? Ita sanè. Divinam Isaias clementiā* 1849

humana maiorem dignoscebat, qua futuri saeculi pater Dei Filius filios à parentibus humanis inhumanitatis specie derelictos, in filios sibi, in forma hominis inventus, assumebat.

1850 *Isaiæ 65.* Hæc dixit Dominus. Quomodo si inveniatur granum in botro, & dicatur: Ne dissipes illud, quoniam benedictio est: sic faciam propter servos meos, ut non disperdam totum. *n.* 8. *D. Hieron.* Sic, inquit, de Iudæorum innumerabili multitudine, quæ offendit Deum, si paucos iustos invenero, liberabo eos de interitu plurimorum. Et hoc faciam propter servos meos Abrahã, Isaac, & Iacob, ad quos facta est repromissio: sive propter eos, qui inter plurimos peccatores serviunt mihi. *In com. Amore trium sibi complacentium, odium in reliquos populi sibi displicentes deponebat: cuius enim iustitiam totius populi culpa ad vindictam inferendam concitabat, eiusdem misericordiam trium virorum gratia ad conferendam veniam commovebat.*

Isai. 65 num. 8.

1851 *Hieremiæ.* 31. Hæc dicit Dominus: Invenit gratiam in deserto populus, qui remanserat à gladio: vadet ad requiem suam Israel. *nu.* 2. *Iuxta septuaginta;* Sic dicit Dominus: Inveni calidum in deserto, cum his qui perierant gladio. Ite & nolite interficere Israel. *D. Hieron. In Isaiã ad cap. 65.* Quasi calidum in deserto inveni Israel cum occisis gladio. Cùm enim, inquit, omnis mundus idololatriæ gladijs vulneratus iaceret exanimis, inveni Israel in Abraham habere calorem fidei. Quasi medicus, qui post prælium inter cadavera mortuorum, vbi quem senserit pulsantibus venis aliquid habere vitale, adhibet curam vulneribus, ut restituat sanitatem. *Ita in com. Isaiæ ad locum citatum. Vbi græca lectio habet,* calorem: *habet hebræca,* Gratiam. Quòd scilicet (*ait idem D. Hieron.* gratia Dei, & non merito operum suorum salvatus sit Israel.

Hiere. 31. n. 2

Ibidem. Instar ægroti de sanitate desperati Hebræorum populus peccatorum vulneribus sanciatus moribundus iacebat, qui, ut omnino mortuus, á Iesu seu quod idẽ est à medico Dei Filio dimitteretur, nisi in eo quasi totius populi cor Abrahamus calore retento fidei ab ipso medico pulsum tentante populi deprehenderetur; ex quo paulatim in filios, quasi in membra vitalis calor fidei dimanaret, ut eos communicatis spiritibus vitæ suscitaret.

Ex D. Chrysost.

Genes. 11. Tulit itaque Tharè Abram filium suum, & Lot filium Aram, filium filij sui, & Sarai nurum suam, vxorem Abram filij sui, & eduxit eos de Vr Chaldæorũ, ut irent in terram Chanaan; veneruntque vsque Haran, & habitaverunt ibi. *n.* 31. *D. Chrysost. iuxta septuaginta sic legit.* Et accepit Thara Abram, & Nachor filios suos, & Lot filium filij sui, & Saram nurum suam, vxorem autem Abræ filij sui, & eduxit eos ex terra Chaldæorum, ut proficiscerentur in terram Chanaan, & venerunt vsque ad Charran, & habitavit illuc. *sic ait.* Ecce mox in principio videtur esse quæstio. Nam cùm beatus ille propheta, Moyses inquam, dixisset; Accepit Thara Abram &c. Beatus autem Stephanus Iudæos laudans, inquit: Deus gloriæ visus est patri nostro, cùm esset in Mesopotamia, priusquam habitaret in Charran, & illic postquam mortuus est pater eius, migrare eum fecit. Quid igitur? dissident ne ab ipsis divinæ scripturæ? Absit: sed ex hoc animadvertere licet, quod cùm patriarcha Deo acceptus esset, visus ei Deus imperavit, ut inde migraret. Quod ut agnovit Thara pater eius, licet infidelis esset, attamen ob amorem in filium, socius illi peregrinationis esse voluit. *hom. in Gen.* 1852

Gen. 11 nu 31.

Et expo-

1853 *Et exponens idem Div. Chrysost. illud Actorum 7.* Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ cúm esset in Mesopotamia, priusquam moraretur in Charran, *n. 2. sic ait.* Verisimile enim, quód cum sedula in Deum pietate eximiam quoque parentibus reverentiam exhibuerit: tantoque amore parentes sibi conciliaverit, ut inde ad relinquendum amore filij suam patriam, & ad quærendum alienam moti sint. At diligenter vide obsecro, quomodo, & hæc, quæ à Deo fuit ob priorem virtutem eius visitatio, iterum clariorem ipsum reddidit. Elegit enim paternam regionem relinquere, & alienam inhabitare, ut præceptum Dei perficeret: & paratus erat, etiam absque familiaribus, ut mihi videtur, peregrinus fieri: sed ut dixi, viri virtus, & insignis erga parentes pietas effecit, ut pater comes fieret itineris. *hom. 36. in Genesim. Tharè Lot filium filij sui Aran secum ferre voluit, ut eo viso filij sui Aran iam vita functi; quasi inspecto filij sui vivo simulachro desideriũ aliquantulum deleniret.*

Act. 7. num 2.

1854 *Genes.* 12. Dixit autem Dominus ad Abram; Egredere de terra tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrabo tibi, *n. 1. D. Chrysost.* Singula dicta perscrutemur, ut religiosam, & piam patriarchæ mentem videamus. Ne prætereamus obiter dicta, sed animadvertamus quãtum imperij pondus. Egredere inquit &c. Quasi diceret: Relinq; certa, & omnibus confessa, & elige magis incerta, & non apparentia. Considera quomodo ab initio exercetur iustus, ut præeligat nõ apparentia præ apparentibus, & futura præ ijs, quæ in manibus sunt. Neque enim vulgare & parvum aliquid erat id, quod ei, ut faceret, præcipiebat Deus: nempe ut terram relinqueret, quam inhabitarat tãto tempore, & omnem cognationem, & totam patris domum: iretque nesciens, & ignorans quorsum. *hom. 31. in Gen.*

Gen. 12 num. 1

1855 *Deinde sic progreditur idem D. v. Chrysost.* Non enim dixit ei, in quam regionem transferre eum velit, sed mandato indefinito pium patriarchã exercuit. Veni enim, inquit, in terram, quam monstravero tibi. Considera quæso dilecte, quantam mentẽ requirebat hoc mandatum, quæ planè nulla vel affectione, vel familiaritate impediri potuerit. Si enim nũc post tanta religionis incrementa, multi adeo sunt consuetudini suæ alligati, ut potiùs multa, & si necessitas vrgeat, omnia ferre velint, quám loca mutare, in quibus priùs habebant domicilium. Id quod non solúm á vulgaribus hominibus fieri videmus, sed etiam ab ijs, qui é medio tumultu fugere, & monasticam vitam delegerunt; quantó magis verisimile erat, iustum illum ad hoc mandatum tardiorem, & difficiliorem potuisse fieri. *hom. 31. in Gene.*

Gen. 12 num. 1

1856 *Et infrà exponens eundem textum idem D. Chrysost. sic ait.* Nam si quis è vulgo fuisset, dixisset vtique: Age, iubes relinquam terram, quam inhabito, cognationem, domum paternam: quare non, imperando, ut locum hunc relinquam, certiorem me reddis quantum sit iter? Vnde enim mihi illud innotesceret, quód hac, quam relinquo, vberior & præstantior sit illa? At iustus nihil horũ vel dixit, vel cogitavit: sed respiciens ad magnitudinem eorum, quæ imperata erant, ijs, quæ in manibus habebat, incerta præferebat. *homil. 31. in Genes.*

Gen. 12 num. 1.

1857 *Et considerans hæc post mortem patris fuisse patriarchæ à Deo imperata sic ait idem D. Chrysost.* Si non tam generosum spiritum, nec tam philosophicam mentem habuisset, utpote eruditam, per omnia Deo parendũ esse: fuisset ei & aliud etiam non parvum impedimentum; nempe mors patris. Scitis enim quód sæpe numero

Gen. 12 num. 1.

Eo tempore quãdo factus stella est, vocatur Abraham. Qui antea erat Saulus, postea vocatur in cælo Paulus. Ioannes, & Iacobus filij tonitrui. Tonitruum utique in cælo est. Numerantur itaque stellæ; numerantur infiniti sancti, & Christus vnus non potest numerari. Magnus Dominus noster, & magna virtus eius, & sapientiæ eius non est numerus. vers. 8. Magna virtus, Christus Dei virtus, & Dei sapientia. Et sapientiæ eius non est numerus. Christus sapientia est. Et vna sapientia non potest numerari. *In Psal, 146. Pulchra admodum transformatio, per quam illi, qui in terra propter duritiam lapides nuncupabantur, post contritionem in stellas cæli convertuntur: hanc transformationem à se faciendam Dominus promittebat, dum se posse de lapidibus suscitare filios Abrahæ affirmabat.*

1820 *Genes.* 15. Credidit Abram Deo, & reputatũ est illi ad iustitiam. *n.* 6. *D. Hieron. in Epist. ad Galat in cap.* 3. *ad illud:* Sicut scriptum est: Abrahã credidit Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. *n.* 6. *Et infert.* Cognoscite ergo, quia qui ex fide sunt, ij sunt filij Abrahæ, *n.* 7. Credidit, *inquit,* Abraham Deo exiens de patria sua in terram, quam nesciebat: Saram nonagenariam, & sterilem confidens esse parituram, & audita repromissione, quód in Isaac vocaretur semen eius, ipsum Isaac offerens victimam, & tamen de Domini promissione non dubitans: rectè tali reputatur fides ad iustitiam, qui legis opera supergressus, Deum non metu, sed dilectione promeruit.

Gen. 15 *num.* 6. *Gal.* 3. *num.* 6.

1821 *Et infrà ad illud* Cognoscites ergo, quia qui ex fide sunt, ij filij sũt Abrahæ. *sic ait D. Hieronym.* Vnde ad infidos Iudæos dicitur: si filij essetis Abrahæ, opera Abrahæ faceretis. Quæ autem alia ab eis opera Dominus expetebat, nisi credulitatem in Filium Dei, quem Pater miserat loquentem: Qui credit in me, non credit in me, sed in eum, qui me misit? Vnde & in alio loco de generis sui antiquitate, & nobilitate plaudẽtibus respondetur: Et ne dixeritis, quia patrem habemus Abraham. Potest enim Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ: lapides ibi nemo ambigit, dura significare corda gentilium, quæ mollita sunt postea, & fidei recepere signaculum. Virtutes Abram, in quibus ante circũcisionem Deo placuit, diligens lector enumera, & quoscumque in simili opere repereris, dicito filios esse Abraham, iustificati in præputio, qui circumcisionem non ob meritum operum, sed in signum fidei prioris accepit. *Hæc in Epist. ad Galat.*

Gal. 3. *num.* 7. *Gen.* 15 *num.* 6. *Mat.* 3. *num.* 9.

Et in Epist. ad Ephes. ad illud, Super omnia accipientes scutum fidei, in quo possitis omnia iacula maligni ignita extinguere. *cap.* 6. *n.* 16. *sic ait.* Quasi dixerit, In omni opere portate clypeum fidei, ut possitis tecti, atque muniti excipere venientes sagittas, & huc, atque illuc arte eas bellica declinare. Hæc est fides, super qua, & Abraham post multa opera, atque virtutes, vix potuit promereri, ut de eo scriptura diceret: Credidit autem Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Perspicua sunt autem iacula maligni, & quæ vult mittere in corda nostra, per cogitationes pessimas: de quibus vnum iecit in cor Iudæ, ut traderet salvatorem. Itaque, ut principium quidem habere poterit inimicus animæ vulnerandæ; si tenuerimus scutum fidei: in quo non solùm venientia tela frãguntur, sed etiam telorum ipso ignis extinguitur. *Ita D. Hieronym. Quòd Deo crediderit scribitur, non tamen quid Deo crediderit, exponitur; ut & se, & sua omnia Divinæ providentiæ commisisse, minimè sibi, vel suis rebus fidens, demonstretur.* 1822

Epist. ad Ephes. 6. *nu.* 16.

Genes. 15. Ego Dominus, qui eduxi te de Vr Chaldæorum, ut darem 1823

Gen. 15 num. 7 rem tibi terram istam, & possideres eam. *n. 7. D Hieronym. ad illud Gen.* Gen. 11 nu. 28. 11. Mortuusque est Aram ante Tharé patrem suum in terra nativitatis suæ in Vr Chaldæorum. *n.* 28. Pro eo, quod legimus, In regione Chaldæorum, in Hebræo habetur. Vr Chasdin, id est, in igne Chaldæorũ. Tradunt autem Hebræi ex hac occasione huiusmodi fabulam: quòd Abraham in ignem missus sit, quia ignem adorare noluerit, quem Chaldæi colunt, & Dei auxilio liberatus, de idololatriæ igne profugerit: quod in sequentibus scribitur, egressum esse Tharè cum sobole sua de regione Chaldæorum: pro eo, quod in Hebræo habetur De incẽdio Chaldæorum. Et hoc esse, quòd nunc dicitur: Mortuus est Aram ante cõspectum Tharé patris sui in terra nativitatis suæ, in igne Chaldæorum: quòd videlicet ignem nolens adorare, igne consumptus sit. *In Genes. quæstionib. Hebraic. Appositè Dominus à se ipso Deus hic nominatur.* Ego Dominus, *ab occasione namque delinquendi, aliquem educere innocentem, non minùs, quàm ab igne illæsum aliquem extrahere, dominicam indicat potestatem.*

1824 *Genes.* 15. Qui tollens vniversa hæc: divisit ea per medium, & Gen. 15 nu. 10. & 11. vtrasque partes contra se altrinsecus posuit: aves autem non divisit, Descenderuntque volucres super cadavera, & abigebat eas Abram. *num.* 10. *&* 11. *D. Hieron.* Abigebat eas Abraham: illius merito sæpe de angustijs liberatus est Israel. *In Genes. quæst. Hebr. Aves iacentes filios Abrahami in afflictione positos exprimebant; volucres descendentes illorum persecutores denotabant: has ergo ab illarum contactu Abrahamus abigebat, quia fusis ad Deum pro filijs suis precibus, eos ab unguibus & rostris rapacibus persequentium illæsos conservabat.*

1825 *Genes.* 17. Nec vltra vocabitur nomen tuum Abram; sed appel- Gen. 17 num 5. laberis Abraham, quia patrem multarum gentium constitui te, *nu.* 5. *Et infrà.* Dixit quoque Deus ad Abraham: Sarai vxorem tuam non vocabis Sarai, sed Saram. *n.* 15. *D. Hier.* Dicunt autẽ Hebræi, quòd de nomine suo, Deus, quod apud illos Tetragrammaton est, He, literam Abrahæ, & Saræ addiderit: dicebatur enim primùm Abram: quod interpretatur, Pater excelsus: & postea vocatus est Abraham, quod trãsfertur, Pater multarum: nam quod sequitur, Gentium, non habetur in nomine, sed subauditur. Nec mirãdum, quare, cùm apud Græcos, & nos, A, litera videatur addita; nos, He, literam Hebræam additam dixerimus: idioma enim linguæ illius est, per, He, quidem scribere, sed per, A, legere.

Et paulò infrà pergit sic D. Hiero. 1826
Sarai igitur primùm vocata est per sin, res, eod; sublata igitur eod, id Gen. 17 num. 5.
est, 1, elemento, addita est, he, litera, quæ per, A, legitur, & vocata est Saraa. Causa autem ita nominis immutati hæc est, quòd antea dicebatur princeps mea, vnius tantùm domus materfamilias: postea verò dicitur absolutè, princeps. *Hæc ille in Genes. quæst.*

Et in Epistola ad Gal. ad illud, Læ- 1827
tare sterilis, quæ non paris: erũpe, & clama, quæ non parturis ex *cap.* 4. *num.* 27. *Intelligens in Sara Ecclesiam, sic ait D. Hieron.* Hæc diu, non peperit antequam Christus de Virgine nasceretur, & sterilis fuit; necdum risu mundi Isaac de electo patre, cum voce sublimium dogmatũ resonante: siquidem & Abraham in nostra lingua, Pater electus cum sonitu refertur. *Hæc ille.*

Et in Psalmum 16. *ad illud.* Nec 1828
memor ero nominum eorum per labia mea. *v.* 8. *sic D. Hieronym. lo-* Ps. 16. ver. 8.
quitur. Mutamur quippe in lavacro: & ex filijs hominum vocamur filij Dei. Nec memor ero nominum eorum per labia mea. Vox Christi: Nec memor

memor ero istorum Apostolorum nominum, quæ priùs ante fidem habuerunt; quando infidelitatem habuerunt. Illa non recordabor: quia crescentibus meritis, nomina addita sunt nova, sicut Abraham, sicut & Sara, sicut Petro, & reliquis, qui antea servi peccati, sed postea amici: sicut Dominus dixit: Iam non dicã vos servos, sed amicos, *Ita ibi.* Nec vltra &c. *Ergo Dominus vnam eandẽque litteram sui nominis, & viro, & vxori communicavit, ut aqualem vtrique tribueret honorem. Ne si solum virum, aut solam fœminam nomine mutato honoraret, aut vir vxori, aut vxor viro, mutati nominis gloriam invideret; sed parem vtrique á Deo concessi honoris excellenciam adamaret.*

Gen. 17 num. 5.

1829 *Genes.* 17. Hoc est pactum meum, quod observabitis inter me & vos, & semen tuum post te; Circũcidetur ex vobis omne masculinũ; & circumcidetis carnem præputij vestri, ut sit in signum fæderis inter me, & vos. *n.* 10. *&* 11. *D. Hieron. In Epist. ad Gal. cap.* 3. *alludens ad hũc locum sic ait.* Quia ex semine eius erat Christus oriundus, (in quo vniversarum gentium fuerat benedictio repromissa, & ad Abraham, vsque ad Christum multa erant sæcula trãsitura) providens Deus, ne soboles dilecti Abrahæ cæteris nationibus miscerentur, & paulatim familia eius fieret incerta; gregem Israeliticum, quodam circuncisionis cauterio denotavit, ut viventes inter Ægyptios, & Assyrios, Babylonios, atque Chaldæos, hoc signaculo distinguerentur. *Ita ille. Pactum, non vnius, sed multorum fœdus est: & ex vtraque parte inducit obligationem, ne contractus dicatur claudicare. Quare ergo Deus pactum suum dixit, & non à se, sed ab alijs observandum? Vt circumcisionis pactum á se etiam invitis Hebræis aliquando solvendum, observantiamque eius, inducto Sacramento Baptismi, abolendam, indicaret.*

Gen. 17 nu. 10. & 11.

1830 *Genes.* 17. Cecidit Abraham in faciem suam, & risit dicens in corde suo: Putas ne centenario nascetur filius, & Sara nonagenaria pariet? *n.* 17. *D. Hieron. in Ezechielem cap.* 2. *ad illud.* Et vidi, & cecidi in faciem meam. *n.* 1. Non est elatus visionum magnitudine, sed conscientia fragilitatis humanæ procidit in faciem suam. Vnde, & Apostolus Paulus post ascensionem Cæli; & Paradisi, & auditionem verborum ineffabilium, datum sibi dicit Angelum Satanæ, qui se colaphizaret, ne extolleretur; Et Abraham cecidit in faciem, postquam audivit sermones Dei. Et tamen quia non peccato, sed humilitate corruerat, à Domino sublevatur, & verba eius iubetur audire, sciendum quoque, quòd aliud sit in faciem cadere, aliud retrorsum. Abraham postquam audivit de nativitate Isaac, cecidit in faciem, & risit. Heli autem, qui peccaverat, retrorsum cecidit. *Ita ille. Corde conceptam lætitiam index animi vultus risu prodit. Dum enim Patriarcha gignendum á se filium, ex quo reges futuri essent, à divino oraculo audivit, non potuit magnam ex tanto sibi honore promisso iucunditatem in cordis arcano continere, & ideo illam oris risu (præ modestia licet invitus) propalavit.*

Gen. 17 nu. 17.

1831 *Genes.* 18. Apparuit autem ei Dominus in convalle Mãbre sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso fervore diei. *n.* 1. *Septuaginta* In meridie. *D. Hieron. in Habacuc. cap.* 3. *Ad illud.* Deus ab austro veniet. *n.* 3. Deus ergo ab austro veniet, id est à meridie, idest á clara luce, & ab ijs, qui appellantur filij dierum. Vnde in Cantico canticorum aquilonem sponsus abigit, & austrum vocat, dicens: Exurge Aquilo, & veni Auster: perfla hortum meum, & fluent aromata mea. Deus semper, in meridie est. Vbi, inquit, pascis, vbi cubas in meridie? Et ad Abraham quãdo erat sub quercu, non venit Deus nisi

Gen. 18 num. 1. Habacu. 3. nu. 3

nisi in meridie. Et Ioseph, qui in typo præcessit Salvatoris, convivium fratribus facit meridie. *Ita ille.*

1832 *Et in Psalm.* 91. *ad illud*, A dæmonio meridiano. *v.* 10. *sic ait idem D. Hiero.* Quid ergo dicit á dæmonio meridiano? Quoniam Abraham angelos susceperat in meridie, & Ioseph fratres suos ad prandium inuitaverat in meridie: Sancti enim erant, & Abraham, & Ioseph, & propterea convivium eorum in clara luce erat & sole perfecto; propterea pascunt in meridie. Denique & sponsa in Cantico canticorum dicit, Vbi pascas, inquit, vbi cubas? In meridie. Videtis quoniam sponsus non pascitur, non recumbit in hora tertia, sed in meridie. *Et infrá.* Quoniam ergo habemus nos meridiem: propter ea etiam diabolus transformatur in angelum lucis, & ipse simulat habere se lucem, habere se meridiem. *Hæc ille. Qui ad Adamum post meridiem venerat, ad Abrahamum in meridie dicitur apparere, ut ex temporis differentia diversum vtriusque statum indicaret: Adamo enim, qui meridiani, divinique solis calorem, seu amorem perdiderat, á dæmonio meridiano superatus, culpæ suæ ostendebat torporem; Abrahamo autem, qui divinæ dilectionis servarat ardorem, per tres Angelos in meridie apparens divitiæ servatæ gratiæ prodebat fervorem.*

Psal. 91 ver. 10

Gen. 18 nu. 1.

1833 *Genes.* 18. Cúmque elevasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum: quos cùm vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi, & adoravit in terram. *num.* 2. *Div. Hierony. in Danielem. cap.* 8. *ad illud.* Et ecce stetit in conspectu meo quasi species viri *numer.* 15. Non enim viri sunt angeli, sed sub specie videntur virorum: sicut Abraham ad quercum Mambre tres visi sunt viri, (qui vtique viri non erant,) è quibus vnus adoratur ut Dominus: Vnde & Salvator loquitur in Evangelio: Abraham vidit diem meum: vidit, & lætatus est. *Ioan.* 8. Cúmque elevasset, &c. *Modestia Abrahæ significatur, qui & si in ostio sui tabernaculi sederet, demissos, ut plurimú habebat oculos, quos ad hoc solúmodo eievabat, ut si pauperes transeuntes videret, eos ad hospitium invitaret.*

Gen. 18 num. 2.

Genes. 18. Num celare potero Abraham, quæ gesturus sum: cùm futurus sit in gentem magnam ac robustissimam. *nu.* 17. & 18. *D. Hieronym. in Amos. cap.* 3. *ad illud*, Visitabo super vos omnes iniquitates vestras, *num.* 2. Revelavit Abraham quòd æsurus esset Sodomam, & Gomorrham, Adamam, & Seboim. Revelavit Ioseph interpretatione somnij septem annorum famis in Ægypto, & Ionæ prophetæ subversionem Niniveæ ut qui audirēt ventū ad supplicia, aut agerent pænitentiam, & tormenta vitarent: aut contemnentes, iustiùs punirentur: ita, & nunc Dominus revelat per Amos servū suum, & prophetam, quid facturus sit decem tribubus: ut si fuerint ad meliora conversæ, & idola deseruerint, de imminenti periculo liberentur. Et nota quod clemens, & benignus Deus semper futura prænuntiat: ne cogatur inferre supplicia. *Ita ille. Abrahamo Deus supplicium inferendum pessimis hominibus revelavit; ut ei occasionem præberet pro ipsis deprecandis quod & fecit: Et si inter eos, vel decem invenirentur iusti, illorum merito, additis Abrahami precibus, reliqui veniam impetrarent. Tanta enim est Dei erga homines clementia, ut vnicuique civitati propter duos iustos; & civitatibus quinque propter decem iustos, ut orationi Abrahami postulantis annueret, plenissimam indulgentiam condonaret.* 1834

Gen. 18 nu. 17. & 18.

Genes. 21. Eijce ancillam hanc, & filium eius: non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac. Duré accepit hoc Abraham pro filio suo. *n.* 10. & 11. *D. Hieron. in Epist. ad Gal. cap.* 5 *ad illud.* Eijce ancillam 1835

Gen. 21 nu. 10. & 11.

KK &c.

&c. *num.* 30. Quod cùm durum visum fuisset Abrahæ (semper enim primogenitis maiora debentur) nō solúm Ismaelem priorem esse desinere, sed nec æqualem quidem cum minore fratre accipere portionem: Deus, qui liberam intus esse, & foras expelli volebat ancillam, Saræ verba confirmat, & loquitur ad Abraham: Non durum sit coram te de puero & ancilla. Omnia, quæ dixit tibi Sara audi vocem eius: quoniam in Isaac vocabitur tibi semen. *Sic ille. Nec Ismaelem proprio nomine, nec filium Abraha Sara nuncupavit. Prudens fœmina; sciebat enim à se rem difficilem à viro postulari, scilicet Ismaelis filij sui expulsionem: quam difficiliorem redderet, si eum vocabulo proprio, & titulo filij Abraha nominaret.*

1836 Gen. 22 num. 1. & 2. *Genes.* 22. Tentavit Deus Abraham, & dixit ad eum: Abraham, Abraham. At ille respondit: Adsum. Ait illi: Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Isaac, & vade in terram visionis: atque ibi offeres eum in holocaustum super vnum montium, quem monstravero tibi. *num.* 1. & 2. *Div. Hieron.* Dominus in novissima mundi senescentis ætate per figuram beati Abrahæ longævi patris offertur ad victimam, quo tempore dum novo sacrificio in vnici filij sui iugulum pius parricida consurgit, ex improviso aries oculis eius apparuit: sicut eloquitur sermo divinus. Et vidit Abraham arietem inter vepres hærentem cornibus. Inter vepres, inquit. Requiramus quæ ista sit novitas, id est, in multitudine circūstantium peccatorum hærentē cornibus, id est, ad crucis cornua clavorum confixione pendentem, sicut in alio loco legimus, Cornua in manibus eius sunt. Hoc ideò quia venerandas manus eius patibuli brachia susceperunt. Inter spinas autem deputatus est, quando spineo serto innocentiæ, & iustitiæ auctor illusus est. Sed aliud introspicere debemus quid nam sit, quod Isaac à patre altaribus admovetur, ac subitò aries pro eo non mutata, sed duplicata oblatione supponitur. Gemina hîc adoranda substantia redemptoris ostenditur. Dei enim vnigenitus offertur, & virginis primogenitus immolatur. *In sermone de resurrectione. Amicum suum Dominus non tentaret, nisi illius agnosceret fortitudinem, velletque illius affectum, ut effectum coronare.*

Genes. 22. Nunc cognovi quòd times Deum, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me. *nu.* 12. *Div. Hieronym.* Cognoscere Dei, est cognoscentes facere, sicut ait ad Abraham: Nunc cognovi, quòd timeas Deum. Neque enim in tempore novit, qui scit omnia antequā fiant, sed cognoscere dicitur Deus cognoscentes facere, ut qui priùs de se quales essent, incogniti erant, per eius interrogationem, & probationem quales essent sibi metipsis cogniti fierent. *in Epist.* 15. *Dominum Deum Abrahamus & timebat, & diligebat; vtrumque affectum timoris scilicet, & amoris Dominus Deus in ipso voluit propalare. Dum enim dixit,* Nunc cognovi quód timeas Deum, *ostendit timorem; dum autem addidit,* & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me, *indicavit amorem.* 1837 Gen. 22 nu. 12.

Genes. 22. Appellavitque nomen loci illius, Dominus videt. Vnde vsque hodie dicitur: In monte Dominus videbit. *num.* 14. *Div. Hieronym.* Et vocavit Abraham nomen loci illius, Dominus videt. ut dicatur hodie in monte Dominus videt. Pro eo, quod hîc habet, videt: in Hebræo scriptum est, Videbit. Hoc autem apud Hebræos exivit in proverbium; ut si quando in angustia constituti sunt, & Domini optant auxilio sublevari, dicant, In monte Dominus videbit, hoc est, sicut Abrahæ misertus est, misere- 1838 Gen. 22 nu. 14.

misereb itur & nostri. *In quæstionibus Hebra. in Genes. Montem illum quasi quoddam trophæũ Divinæ sacratum providentiæ Abrahamus pulcherrimo nomine insignivit, Dominus videt, ut nemo, dum tentatur, se á Deo existimet despectum, sed credat potiùs, se tunc esse á divinis oculis inspectum.*

1839 *Genes.* 23. Audi nos domine, princeps Dei es apud nos; in electis sepulchris nostris sepeli mortuum
Gen.23 v.6. & 7. tuum, nullusque te prohibere poterit, quin in monumento eius sepelias mortuum tuum. Surrexit Abraham, & adoravit populum terræ, filios videlicet Heth. *num. 6. & 7. Div. Hieron. in Esaiam cap. 49. ad*
Cap.49 nu.23. *illud*, Et erunt reges nutricij tui, & reginæ nutrices tuæ. *num.* 23. Reges autem nutricij, & reginæ principesque nutrices, manifestè Apostolos, & apostolicos ostendunt viros. Qualis fuit hæc Sara, & Abraham, ad quem dicitur: Rex à Deo tuo in nobis es: & quorum cor in manu Dei est, qui dicunt credentibus. Quasi modò nati parvuli:rationabiles, & absque dolo lac desiderate, princeps quoque, quod Saræ nomen sonat: & reginæ, sive regina, de qua in 44. Psalmo canitur; Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato: quotidie.Christi nutrit parvulos, & ad perfectam ducit ætatẽ. *Ita ille.* Princeps Dei &c. *Tanta enim erat Abrahæ virtus, ut non solùm princeps aliquis hominis regis filius appareret, sed princeps Dei, seu primogenitus Dei Filius videretur.*

1840 *Genes.* 23. Quod cúm audisset Abraham, appendit pecuniam, quã
Gen.23 nu. 16. Ephron postulaverat, audientibus filijs Heth, quadringentos siclos argenti probatæ monetæ publicæ. *nu.* 16. *D. Hiero. sic legit,* Et audivit Abraham Ephron, & appendit Abrahã Ephrã argentũ, quod locutus est in auribus filiorum Heth. *Et sic addit.* In Hebræo, sicut hìc posuimus, primum nomen eius scribitur Ephron, secundum Ephran, postquam enim pretio victus est, ut sepulchrum venderet argento; licet cogente Abraham, Vau littera, quæ apud illos pro, O, legitur, ablata de eius nomine est: & pro Ephron appellatus est Ephran: significante scriptura, non eum fuisse consummatæ perfectæq; virtutis, qui potuerit memorias vẽdere mortuorum. Sciant igitur, qui sepulchra venditant, & non coguntur, ut accipiant pretium, sed à nolentibus quoque extorquent, immutari nomen suum, & perire quid de merito eorum: cúm etiam ille reprehendatur occulté, qui invitus acceperit. *In quæst. in Genes. Nullis Abrahamus precibus adduci potuit, ut gratis locum sepulturæ duplicis vxori mortuæ, & sibi morituro acceptaret: iure quidem; est enim memoria mortis digna, quæ non gratuito, sed magno pretio comparetur.*

Genes. 25. Abraham verò aliam duxit vxorem nomine Ceturam: 1841
quæ peperit ei Tamran, Iecsan, & *Gen.25*
Madan, & Madian, & Iesboc, & *num.* 1.
Sue, *num.* 1. & 2. *D. Hieron.* Cetu- *& 2.*
ra Hebræo sermone copulata interpretatur, aut coniuncta. Quam ob causam suspicantur Hebræi mutato nomine eandem esse Agar, quæ Sara mortua, ex concubina transierit in vxorem. Et videtur decrepiti iam Abrahæ excusari ætas; ne senex, post mortem vxoris suæ vetulæ, novis arguatur nuptijs lascivisse. *In quæstion. in Genes. Aliam duxit Abrahamus vxorem; non ut libidini vacaret, sed, ut amore legitimo novæ vxoris, & procreatione filiorum, dolorem, quem ex morte Saræ acceperat, ex qua vnum tantummodo genuerat filium, temperaret.*

Genes. 25. Fuerunt autem di- 1842
es vitæ Abrahæ centum septuagin-
ta quinq; anni, & deficiens mortuus *Gen.25*
est in senectute bona, provectæque *num.7.*
ætatis, & plenus dierũ: cõgregatusq; *& 8.*
est ad populum suum. *nu.* 7. & 8. *D.*

Hieron. Plenus dierum in græcis co-
dicibus ponitur, quód eum ſenſum
videatur exponere, eò quòd luce &
diei operibus plenus occubuerit; ta-
men magis ad anagogen facit, ſi ſim-
pliciter ponatur, Plenus. *In q. in Gen.*
1843 *Et in Sophoniam ad cap.* 1. *ad illud*
ſecundùm ſeptuaginta, Defectione de-
ficiat à facie terræ dicit Dominus,
deficiat. *n.* 2. *ſic ait idem D. Hieron.*
Quód ſi voluerimus & altiùs aliquid
intelligere (propter hoc quod di-
citur à ſeptuaginta Defectione de-
ficiat á facie terræ) & defectionem
in bonam partem accipere (iuxta
illud: Et deficiens mortuus eſt Abra-
ham in ſenectute bona, ſenex, &
plenus dierum: & appoſitus eſt ad
populum ſuum, & de his, quæ de
Iſaac, & Iacob ſcriptura refert) vi-
debimus quomodo defectione defi-
ciant á facie terræ: & hoc eos im-
plere præceptum, qui habentes cō-
verſationem in cælis, & in carne nō
ſecundúm carnem militantes, (eó
quòd ſciant illos, qui in carne vi-
vunt Deo placere non poſſe) quan-
tum in ſe eſt omnia agunt, ne ſint
in carne, ſed in ſpiritu, & à terra
Rom. 8. recedentes aiunt: Conſuſcitavit &
conſedere nos fecit in cæleſtibus in
Chriſto: *ſic ille in Comment, Sophonia.*
1844 *Et in Pſ.* 91. *ad illud,* Et ſenectus
mea in miſericordia vberi. *v.* 12. *ſic*
ait D. Hieron. Primus Abraham ſenex
dicitur. Et certè multó minoris æta-
tis fuit, quám Mathuſalē. Sed prop-
terea dicitur ſenex: quoniam ſenec-
tus ipſius inuncta eſt oleo vberi. De-
nique ſcriptum eſt ibi: Et mortuus
eſt Abraham, nutritus in ſenectute
bona, plenùs dierum. Propterea in
ſenectute bona, quoniam plenus die-
rum, Omne enim tempus vitæ ipſi-
us dies fuerūt, & non nox. Hoc ip-
ſum quod, dictū eſt de Abrahā, dic-
tum eſt, & de Iſaac, & de Iacob. Qui
enim ſimul ſervierūt Domino rectè
ſimul ſenes Domini nuncupantur.
Ita ibi. Dies non noctes in vita Abraha-
mi ſupputantur. Plenus dierū, *non noc-*
tium mortuus fuiſſe deſcribitur. Neq, enim
eum, odio lucem minimè habentem, obſcu-
ritas noctis vnquam obtenebravit, quem
ut amatorem lucis ſol divinus ſemper ſuæ
fulgore præſentiæ illuminavit.
Iob. 32. Et iratus, indignatuſque
eſt Heliu filius Barachel Buſites, de 1845
cognatione Ram; iratus eſt autē ad-
verſúm Iob, eó quòd iuſtum ſe eſſe Iob 32.
diceret coram Deo. *n.* 2. *D. Hieron.* num 2.
Ram Abraham eſſe intelligamus, de
cuius cognatione, & familia Heliu
fuerit procreatus. Hinc vtiq; fratris
ſui Nachor poſteritas procul dubio
Abrahæ cognatio erit: vbi qui hunc
librum ſcribit, (quem Hebræi Moy-
ſem autumant) in generationis He-
liu nominibus nobilitatē nativitatis
eius voluit demonſtrare. Quód autē
in hoc libro Ram, quaſi partito ſive
diviſo nomine ſanctus Abrahâ dici-
tur, ita & in diverſis locis ſcriptura
Dei ſecundùm incremēta in eo di-
vinæ gratiæ nominat. Vnde quādo
Ram dicitur, habeatur excelſus. Quā-
do Abrā, proficiēs in virtutibus pa-
ter excelſus ſit. Item cum fides eius
gentibus ad dominationem præpo-
nitur, Abraham, ideſt pater multa-
rum gentium appelletur. *in com. Iob.*
Tribus ergo nominibus Ram, Abrā, Abra-
ham ſanctum patriarcham invenimus ap-
pellatum, quia non vnum ſolummodo no-
men ſufficiens erat, ut tergeminum illius
virtutis oſtenderet incrementum. Ideo
triplex ei datum fuit vocabulum, quod per
multiplicitatē litterarum, virtutum mul
titudinem ſignificaret.
Iſaia cap. 41. Quis ſuſcitavit ab Ori- 1846
ente iuſtū, vocavit eum, ut ſequere-
tur ſe? Dabit in cōſpectu eius gētes, Iſai. cap.
& reges obtinebit: dabit quaſi pulve- 41. à n.
rē gladio eius, ſicut ſtipulā vēto rap- 2. vſque
tā arcui eius. Perſequetur eos, trāſi- 7.
bit in pace, ſemita in pedibus eius
non apparebit. Quis hæc operatus
eſt, & fecit, vocans generationes
ab exordio? Ego Dominus pri-
mus & noviſſimus, ego ſum. Vi-
derunt

Viderunt insulæ, & timuerunt, extrema terræ obstupuerunt, appropinquaverunt, & accesserunt. Vnusquisque proximo suo auxiliabitur, & fratri suo dicet: Confortare. Cõfortavit faber ærarius percutiens malleo eum, qui ludebat, tunc temporis, dicens Glutino, bonum est: & confortavit eum clavis, ut non moveretur. *á n. 2. vsque ad 7.*

1847 *D. Hieron in Isaiam.* Nonnulli Hebræorum de Abraham dictũ putãt, qui vocatus sit iustus ab Oriente, id est de Chaldæis, eò quód solus iustus inventus est. & secutus est Deũ, egrediens de patria sua in terram, quam nesciebat, & tradiderit reges in manu eius, qui adversús Sodomã, & Gomorrham venerant, & ante gladium eius, & arcum fecerit eos esse quasi stipulam & pulverem, & prosecutus sit illos, & reversus in pace, & longi itineris cursum non senserit, & hoc non suis viribus, sed Domini fecerit misericordia, qui ab initio hæc futura cognoverit. Viderunt, ait, insulæ, idest, gentes in circuitu, & illius virtute perterritæ sunt: & extrema terræ: Sem videlicet filius Noe, qui tempore extremo terrarum cum patre, & cum fratribus de diluvio evaserat, & vsque ad tempus illud fuerat reservatus: quẽ Melchisedec intelligi volunt, & venisse obviam Abraham de prælio revertenti, & accessisse, & benedixisse ei, & eum Dei benedictionibus corroborasse; ipsumque esse fabrũ ærarium, qui Abraham conflaverit, & malleo suæ artis ad meliora produxerit: & dixisse ei: Bonum est, ut timore Domini glutineris, & iungaris ei, & confortavit eum, sive solidavit in clavis præceptorum Domini, ut non moveretur, sed in timore illius permaneret. *in lib. 12. Iure equidem Abrahamus iusti titulo, quod est Dei cognomen, decoratur, qui enim operë sui progenitoris Melchisedech Dei simulachrum in moribus referebat, merito Dei iusti nomenclaturam vendicabat.*

Isaia 63. Tu enim pater noster, & Abraham nescivit nos, & Israel ignoravit nos: tu Domine pater noster, redemptor noster à seculo nomen tuum. *n. 16. iuxta septuaginta.* Tu enim es pater noster; quia Abrahã non cognovit nos, & Israel non cognovit nos. Sed tu Domine pater noster libera nos; á principio nomẽ tuum super est. *D. Hieron.* Tu enim inquit, es pater noster, qui creator es omnium. Nescit nos Abraham, & ignorat Israel quia te offẽdimus: nec cognoscunt filios, quos à Deo intelligunt non amari. Subita nascitur quæstio: quare Abrahã, & Israel hoc est, Iacob posuerit, Isaac nomen tacitum sit? Ad quod respondebimus principio, & fine posito, etiam media nominari. 1848 *Isaie. 63. nu. 16.*

Aliam prabens solutionen sic ait Div. Hieron. Sive ita: Abraham de gentibus vocatus ad fidem est; & pro qualitate prioris, & consequentis conditionis mutationẽ sortitus est nominis: Iacob quoq; ut appellaretur Israel, multo ad id labore pervenit. Vnde & Abraham tres habuit vxores, & Iacob quatuor: Isaac veró ab initio vsque ad finem nomen possedit antiquum, & Ecclesiæ indicans castitatem, vna fuit vxore cõtentus. Isti igitur, qui precantur de peioribus commutationem in meliorem statum eorum assumunt similitudinẽ, quibus læta post tristia successerunt. Hoc autem est omne quod postulant; ut, quia pater eorum est, & hoc eos dignatus est nomine, non obliviscatur filiorum suorum, ne per ipsos nomẽ Dei blasphemetur in gẽtibus. *in com.* Tu enim &c. *Quid sic loqueris ò propheta? An quos Abrahamus ab ipso Hebræos nominatos, & quos Israel ab ipso Israelitas appellatos indignos filiorũ suorũ nominibus indicarunt, Deus in suorũ filiorum numero, ut super quos nomen ipsius fuerit invocatum, recensebit? Ita sanè. Divinam Isaias clementiã humana* 1849

humana maiorem dignoscebat, qua futuri saeculi pater Dei Filius filios à parentibus humanis inhumanitatis specie derelictos, in filios sibi, in forma hominis inventus, assumebat.

1850 *Isaiæ* 65. Hæc dixit Dominus. Quomodo si inveniatur granum in
Isai. 65 botro, & dicatur: Ne dissipes illud,
num. 8. quoniam benedictio est: sic faciam propter servos meos, ut non disperdam totum. *n.* 8. *D. Hieron.* Sic, inquit, de Iudæorum innumerabili multitudine, quæ offendit Deum, si paucos iustos invenero, liberabo eos de interitu plurimorum. Et hoc faciam propter servos meos Abrahã, Isaac, & Iacob, ad quos facta est repromissio: sive propter eos, qui inter plurimos peccatores serviunt mihi. *In com. Amore trium sibi complacentium, odium in reliquos populi sibi displicentes deponebat: cuius enim iustitiam totius populi culpa ad vindictam inferendam concitabat, eiusdem misericordiam trium virorum gratia ad conferendam veniam commovebat.*

1851 *Hieremiæ.* 31. Hæc dicit Dominus: Invenit gratiam in deserto
Hiere. populus, qui remanserat à gladio:
31. *n.* 2 vadet ad requiem suam Israel. *nu.* 2. *Iuxta septuaginta:* Sic dicit Dominus: Inveni calidum in deserto, cum his qui perierant gladio. Ite & nolite interficere Israel. *D. Hieron. In Isaiã ad cap.* 65. Quasi calidum in deserto inveni Israel cum occisis gladio. Cùm enim, inquit, omnis mundus idololatriæ gladijs vulneratus iaceret exanimis, inveni Israel in Abraham habere calorem fidei. Quasi medicus, qui post prælium inter cadavera mortuorum, ubi quem senserit pulsantibus venis aliquid habere vitale, adhibet curam vulneribus, ut restituat sanitatem. *Ita in com. Isaiæ ad locum citatum. Ubi græca lectio habet,* calorem: *habet hebraica,* Gratiam. Quòd scilicet (*ait idem D. Hieron.* gratia Dei, & non merito operum suorum salvatus sit Israel.

Ibidem. Instar ægroti de sanitate desperati Hebræorum populus peccatorum vulneribus sanciatus moribundus iacebat, qui, ut omnino mortuus, á Iesu seu quod idẽ est à medico Dei Filio dimitteretur, nisi in eo quasi totius populi cor Abrahamus calore retento fidei ab ipso medico pulsum tentante populi deprehenderetur; ex quo paulatim in filios, quasi in membra vitalis calor fidei dimanaret, ut eos communicatis spiritibus vitæ suscitaret.

Ex D. Chrysost.

Genes. 11. Tulit itaque Tharè 1852
Abram filium suum, & Lot
filium Aram, filium filij sui, & Sarai *Gen.* 11
nurum suam, uxorem Abram filij *nu.* 31.
sui, & eduxit eos de Ur Chaldæorũ, ut irent in terram Chanaan; veneruntque usque Haran, & habitaverunt ibi. *n.* 31. *D. Chrysost. iuxta septuaginta sic legit.* Et accepit Thara Abram, & Nachor filios suos, & Lot filium filij sui, & Saram nurum suam, uxorem autem Abræ filij sui, & eduxit eos ex terra Chaldæorum, ut proficiscerentur in terram Chanaan, & venerunt usque ad Charran, & habitavit illuc. *sic ait.* Ecce mox in principio videtur esse quæstio. Nam cùm beatus ille propheta, Moyses inquam, dixisset; Accepit Thara Abram &c. Beatus autem Stephanus Iudæos laudans, inquit: Deus gloriæ visus est patri nostro, cùm esset in Mesopotamia, priusquam habitaret in Charran, & illic postquam mortuus est pater eius, migrare eum fecit. Quid igitur? dissidentne ab ipsis divinæ scripturæ? Absit: sed ex hoc animadvertere licet, quod cùm patriarcha Deo acceptus esset, visus ei Deus imperavit, ut inde migraret. Quod ut agnovit Thara pater eius, licet infidelis esset, attamen ob amorem in filium, socius illi peregrinationis esse voluit. *hom.* ; *in Gen.*

Et expo-

1853 *Act. 7. num 2.* *Et exponens idem Div. Chrysost. illud Actorum* 7. Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ cúm esset in Mesopotamia, priusquam moraretur in Charran, *n.* 2. *sic ait.* Verisimile enim, quód cum sedula in Deum pietate eximiam quoque parentibus reverentiam exhibuerit: tantoque amore parentes sibi conciliaverit, ut inde ad relinquendum amore filij suam patriam, & ad quærendum alienam moti sint. At diligenter vide obsecro, quomodo, & hæc, quæ à Deo fuit ob priorem virtutem eius visitatio, iterum clariorem ipsum reddidit. Elegit enim paternam regionem relinquere, & alienam inhabitare, ut præceptum Dei perficeret: & paratus erat, etiam absque familiaribus, ut mihi videtur, peregrinus fieri: sed ut dixi, viri virtus, & insignis erga parentes pietas effecit, ut pater comes fieret itineris. *hom.* 36. *in Genesim. Tharè Lot filium filij sui Aran secum ferre voluit, ut eo viso filij sui Aran iam vita functi; quasi inspecto filij sui vivo simulachro desideriũ aliquantulum deleniret.*

1854 *Gen. 12 num. 1* *Genes.* 12. Dixit autem Dominus ad Abram; Egredere de terra tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrabo tibi, *n.* 1. *D. Chrysost.* Singula dicta perscrutemur, ut religiosam, & piam patriarchæ mentem videamus. Ne prætereamus obiter dicta, sed animadvertamus quãtum imperij pondus. Egredere inquit &c. Quasi diceret: Relinq; certa, & omnibus confessa, & elige magis incerta, & non apparentia. Considera quomodo ab initio exercetur iustus, ut præeligat nõ apparentia præ apparentibus, & futura præ ijs, quæ in manibus sunt. Neque enim vulgare & parvum aliquid erat id, quod ei, ut faceret, præcipiebat Deus: nempe ut terram relinqueret, quam inhabitarat tãto tempore, & omnem cognationem, & totam patris domum t iretque nesciens, & ignorans quorsum. *hom.* 31. *in Gen.*

Deinde sic progreditur idem D.v. Chrysost. Non enim dixit ei, in quam regionem transferre eum velit, sed mandato indefinito pium patriarchã exercuit. Veni enim, inquit, in terram, quam monstravero tibi. Considera quæso dilecte, quantam mentẽ requirebat hoc mandatum, quæ plané nulla vel affectione, vel familiaritate impediri potuerit. Si enim nũc post tanta religionis incrementa, multi adeo sunt consuetudini suæ alligati, ut potiùs multa, & si necessitas vrgeat, omnia ferre velint, quám loca mutare, in quibus priùs habebant domicilium. Id quod non solúm á vulgaribus hominibus fieri videmus, sed etiam ab ijs, qui é medio tumultu fugere, & monasticam vitam delegerunt; quantó magis verisimile erat, iustum illum ad hoc mandatum tardiorem, & difficiliorem potuisse fieri. *hom.* 31. *in Gene.* 1855 *Gen. 12 num. 1*

Et infrà exponens eundem textum idem D. Chrysost. sic ait. Nam si quis è vulgo fuisset, dixisset vtique: Age, iubes relinquam terram, quam inhabito, cognationem, domum paternam: quare non, imperando, ut locum hunc relinquam, certiorem me reddis quantum sit iter? Vnde enim mihi illud innotesceret, quód hac, quam relinquo, vberior & præstantior sit illa? At iustus nihil horũ vel dixit, vel cogitavit: sed respiciens ad magnitudinem eorum, quæ imperata erant, ijs, quæ in manibus habebat, incerta præferebat. *homil.* 31. *in Genes.* 1856 *Gen. 12 num. 1.*

Et considerans hæc post mortem patris fuisse patriarchæ à Deo imperata sic ait idem D. Chrysost. Si non tam generosum spiritum, nec tam philosophicam mentem habuisset, utpote eruditam, per omnia Deo parendũ esse: fuisset ei & aliud etiam non parvum impedimentum, nempe mors patris. Scitis enim quòd sæpe 1857 *Gen. 12 num. 1.*

numero propter sepulchra cognatorum in illis locis mori deligunt, vbi parentes eorum mortui, sepulti sũt. *hom. 31. in Gen.*

1858 *Adhuc sic progreditur D. Chrysost.* Verisimile igitur erat, & iustum huc, *Gen. 12 num. 1.* nisi Deum plurimum amasset, talia potuisse cogitare. Ecce pater propter suum in me amorem, è domo sua profectus, pristinas consuetudines despexit, & contemptis omnibus hucusque venit: & quasi diceret, propter me in aliena terra vita defunctus est: ego autem non daturus sum operam, ut post mortem par ei reddam, sed relicto cum cognatione patris sepulchro, hinc abeam? Atqui nihil horum promptitudinem eius remorari potuit: sed omnia levia, & facilia ei apparere faciebat suus in Deum amor. *hom. 31. in Genes.*

1859 *Explanans adhuc eundem locum idem D. Chrysost. sic ait.* De terra autẽ *Gen. 12 num. 1.* tua dicebat, quia non parvo tempore ibi habitarat, & quasi in propria patria illic habebat domicilium. Et cúm in lugendo parente maximé foret occupatus, tunc præceptum peregrinandi magna perfecit alacritate, idque ignorans, vbinam futurus errandi finis. Veni enim, inquit non in hanc vel illam terram, sed in eam, quam monstravero tibi. Nihilominus licét indefinitum esset mãdatum, omissa curiosiore percontatione imperatum faciebat. *hom. 36. in Genes.*

1860 *Et exponens illud Pauli ad Hebraos.* 11. Fide qui vocatur Abraham obe- *Gen. 12 num. 1.* divit in locum exire, quem accepturus erat in hæreditatem: & exijt, nesciens, quó iret. *n. 8. sic ait.* Nobis insinuans, quòd á Deo dictum est: Egredere de terra tua, & veni in terram, quam monstravero tibi. Vidisti fidem firmam? Vidisti mentem sinceram? Hunc & nos imitemur, & egrediamur mente, & alacritate á præsentis vitæ negocijs & eamus in cælum. Possibile enim est, si voluerimus, & hic versantes eó pergere, quando digna cælis operamur, quãdo non spectamus ad ea, quæ sunt huius mundi, quando non gloriam vanam huius vitæ inquirimus: sed hac contempta, illam desiderare studemus, veram illam dico, & semper manentem. *hom 37. in Gen.*

Et alibi sic ait D. Chrysost. Considera quoniam iustus ille prompté 1861 præcepto Domini obedivit, & re- *Gen. 12 num. 1.* licta domo paterna prætulit alienã natali: quomodò paulatim multam præseferens patientiam, in fastigiũ virtutis progressus, ita illustris, & spectabilis factus est, vt ex eo nati multitudine astris cæli adæquẽtur. Fortasse si quis bene velit intueri nõ solùm centuplum accepit hìc iustus ille, sed decies millies millies millecupla. Quòd si hìc tanta consequutus est, quis sermo narrare posset, quibus post hæc fruiturus sit ille? *hom. 40. in Gen.*

Et alibi exponens illud. Et veni in terram, quam monstrabo tibi, 1862 *sic ait idem D. Chrysost.* Nam tametsi *Gen. 12 num. 1.* vtræque illæ regiones Chaldæa, & Palæstina erant corporales, illa tamen sua erat, hæc aliena: illa certa, hæc incerta: illa in manibus, hæc in spe: ipse autem relictis certis, manifestis, & his, quæ in manu erant, festinavit, & transijt ad incerta, incognita, & ad ea, in quibus sibi non licebat dominari, ut persuadeat erudiatque neque contradicendum, neque cunctandum, quando Deus certa relinquere iubet. *hom. de nomine Abram.*

Et iterum sic pergit idem D. Chrysost. Non enim tam certa quæ in ma- 1863 nibus, atque ea, quæ in spe. Non sic *Gen. 12 num. 1.* manifesta est præsens hæc vita, ut futura illa. Hanc enim videmus nostris oculis, illam videmus oculis fidei: hanc videmus in manibus nostris positam, illam videmus in manibus Dei custoditam: promissiones autem Dei multò certiores sunt, quám

quàm quæ in nostris sunt manibus. *hom. de nomine Abraham.*

1864 *Et statim sic rogat D. Chrysost.* Vis discere quomodo hæc quidem vita in incerto sit semper, futura autem illa, quæ videtur incerta esse, hac præsenti certior sit, & solidior? Inquiramus, si placet, quæ sunt illa præsentis vitæ præclara. Divitiæ? Gloria? Potentia? Magnum existimari ab hominibus? Sed videbis nihil illis esse incertius, Quid enim infidelius divitijs, quæ sæpe nec vsque ad vesperam nobis permanent, sed sicut ingratus transfuga ab hoc ad illum, & ab illo ad alium subinde transeunt? Quid & gloria est minus fidele? Sæpe numero, qui clarus erat, & nobilis, repente contemptibilis fit, & ignobilis, & é diverso quoque sæpe obscuri subitò clarescunt. Et sicut videri nequit in rota, quæ continuò versatur, aliqua pars eius, eò quód crebra circumferencia semper summa fiunt ima, & ima summa: ita & nostrarum rerum impetus, dum continuó vertuntur, summa facit infima: ut videre licet in divitijs, potentijs, & alijs. Numquam enim in eodem statu manent, sed semper instabiles, fluminum fluxus imitantur. *hom. de nomine Abram.*

Gen. 12 num. 1.

1865 *Deinde sic adhuc pergit idem D. Chrysost.* Quid igitur his incertius, quæ tam crebro transferuntur, & priusquam rectè appareant, avolant: priusquam adveniant, resiliunt? Vnde & propheta de delicijs & divitijs talibus disserens, & spectans vacantes talibus, quasi permaneant, dicit: Reputarunt quasi stantia, & non quasi fugientia. Non dixit, quasi prætereuntia, sed quod multó minus, quasi fugientia. Non enim paulatim recedunt, sed mira celeritate. At patriarcha ille non sic egit, sed relictis omnibus illis, tantùm ad promissiones Dei spectavit, viam nobis parãs ad futurorum fidem: ut cùm promiserit tibi Deus futura, & quæ non videntur, ne dicas quod hæc incerta sint, & obscura. Incerta enim illa certiora sunt his, quæ videntur, modò oculos fidei habeamus. *homil. de nomine Abram.*

Gen. 12 num. 1.

Explanans adhuc eundem locum. 1866 *Genes. 12. Egredere &c. num. 1. sic ait idem D. Chrysost.* Considera igitur quanta sit virtus iusti. Promiserat ei Deus corporalia, & ipse spiritualia quærebat. Vbi, dices, promisit ei Deus corporalia, & ipse spiritualia quæsivit? Egredere, inquit, de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstravero tibi. Corporalis erat terra prior, sed & futura, quæ illi danda erat. Quid ergo ille? Imó non illum, sed Paulum audiamus de illo dicentem. Nam licet hanc promiserat Deus, relictis tamen præsentibus, festinabat ad futura. Quid igitúr Paulus dicit? Iuxta fidem mortui sunt hi omnes, cúm non accepissent promissiones, sed procul eas vidissent. *hom. de nomine Abram.*

Gen. 12 num. 1.

Heb. 11

Et sic progreditur D. Chrysost. 1867 Quid dicis? Non obtinuit Abram promissiones? Non venit in Palæstinam? Falsa ergo ea quæ dicta sunt. Venit quidem in Palæstinam, non hanc autẽ spectavit, sed aliam, quam in cælis, desideravit. Cuius rei, & Paulus testis, cùm adijcit: Et confessi sunt se hospites, & peregrinos in terra. Hospes ne est, qui tantam accepit patriam, & tantam regionem? Dic obsecro. Non enim hanc, sed cælum spectavit. Nam qui hæc dicunt, inquit, declarant quód aliã inquirant patriam, cuius artifex & opifex est Deus; illam, inquam, Hierusalem cælestem, & quæ supra est. Vidisti quomodo promiserit illi Deus corporalem, & ipse quæsiverit supernam Hierusalem? Itaque corporalis est promissio, spirituale autem iusti desiderium. At nos planè diversa facimus. Deus illi promiserat Palæstinam, sed ille spectabat cælum,

Gen. 12 num. 1.

cælum. Nobis promissum est cælũ, & ad terram tendimus. *hom. de nomine Abram.*

1868 *Et alibi exponens eundem locum Gen.* 12. Egredere de terra tua &c. *num.* 1. *sic ait D. Chrysost.* Abraham pater fidelium, quem Deus voluit exemplum esse sanctorum, dicens ad eum: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram, quã tibi demonstrabo, ut sciant omnes homines, quicunque voluerint esse filij Abrahæ, & terram illam vivam promissionis accipere, de qua scriptum est: Credo videre bona Domini, in terra viventium: quoniam bona sua debent contemnere, sicut Abraham terram suam contempsit, & parentes suos carnales dimittere, sicut ille cognationem suam dimisit. Qui autem Abraham imitari noluerint, non possunt esse filij Abrahæ. *hom.* 1. *in Matthæum*

Gen. 12 *num.* 1.

1869 *Explanans adhuc eundem textum ad illud.* Et veni in terram, quam monstrabo tibi. *n.* 1. *sic loquitur idem D. Chrysost.* Si exploratum ille habuisset, quando hic error finẽ fuisset habiturus, non adeo graves illæ curæ fuisse viderentur: nunc veró cùm simpliciter, atque indefinité audisset, in terram non istam, vel istã, sed quam monstravero tibi: omnia mente circumibat, ac perlustrabat, ingentesque tumultus animo accipiebat, cùm nunquã sistere cogitationẽ posset, sed suspicari plurima, curisq; angi cogeretur. Credi enim potest ad orbis terræ fines, Oceanumque ipsum se profecturum expectasse. *lib.* 2. *de Providentia Dei.*

Gen. 12 *num.* 1.

1870 *Deinde sic pergit D. Chrysost.* Itaque & si non omnem perlustravit terram, curam tamen huiusce sibi perficiendi itineris sustinuit. Neque enim animo ita paratus erat, quasi solã vsque Palæstinam profecturus; sed quasi vsque iubentem secuturus, etiam si orbem totum pervagari iuberetur, etiam si ad eas, quæ extra orbem sunt insulas accedere. *lib.* 2. *de Providentia Dei.*

Gen. 12 *num.* 1.

1871 *Iterumque sic loquitur D. Chrysost.* Quod si sperare contrarium præceptum indefinitum suaderet, id rursus erat molestissimum. Is enim qui grave aliquid, ac onerosum toleraturus est, multò feret leviùs, si apertè sciat quid sibi sustinendum sit, & ad quid se se præparare debeat, quàm si per omnia cogitationibus iactetur ambiguis, & nunc læta, modó tristia expectet: nec possit cuiquam horum firmiter hærere, cùm vtrumque pariter sperari, aut credi possit; & ista quidem antequam in repromissam terram perveniret. *lib.* 2. *de Providentia Dei.*

Gen. 12 *num.* 1.

1872 *Et alibi sic D. Chrysost.* Sicut est, dilectissimi, nunc quidem nox nunc autem dies: & interdum quidem æstas, interdum autem hyems: sic & in nobis, nunc quidem tristitia, nunc autem voluptas. *Et sic pergit.* Nam & sanctis illis hoc accidisse quispiam viderit. Et ut hoc discas, eã quam maximæ voluptatis plenam esse vitam existimas, & á molestijs absolutam, hanc in medium agamus. Vis Abrahæ vitam ab exordijs inquiramus. Quid igitur hic statim audivit?

Gen. 12 *num.* 1.

1873 Exi de terra tua, & de cognatione tua. *Adhuc pergit D. Chrysost.* Vides rem molestam imperari, verũ & lætam vide subsequentem; Et veni in terram, quam monstravero tibi, & faciam te in gentem magnã. Quid ergo, postquam venit in terrã, & portum attigit, infesta desierunt? Nequaquam, sed & rursum alia prioribus graviora sunt subsecuta, fames & peregrinatio, vxorisque rapina, & post hæc alia bona successerunt ei: Pharaonis plaga, & dimissio, honor, & illa multa dona, & ad priora reditus, & omnia sequentia talẽ habent seriem ex lætis, & tristibus textam. *hom.* 63. *ad Popul.* Egredere de terra tua, & veni in terram, quã monf-

Gen. 12 *num.* 1.

monstrabo tibi. *n.* 1. *Vt qui mihi in tua iam acceptus terra es, & hominibus etiam exteris acceptus sis in aliena.*

1874 Gen. 12 num. 2. *Genes.* 12. Faciamque te in gẽtem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum eri\sque benedictus. *n.* 2. *D. Chrysost.* Ne putes dilecte, tautologiam esse, & idẽ bis dici, cúm dicitur: Benedicam te, & eris benedictus. Tanta enim te, inquit, benedictione dignabor, ut illa in omne seculum sit duratura. Eris enim benedictus, ita ut omnes summi honoris loco habituri sint, si eis cúm Abram familiaritas contingat. *hom.* 31. *in Genes. Quis hoc in dubium vertat? A Deo benedicendus, certè benedictus erat nominandus. Non ergo Deus vnam eandemque hic benedictionẽ bis promittit Abrahæ, sed duas pollicetur, divinam, qua à Deo benediceretur, & humanam, qua etiam propter egregias animi dotes benedictus ab hominibus diceretur.*

1875 Gen. 12 num. 3. *Genes.* 12. Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, atque in te benedicentur vniversæ cognationes terræ. *n.* 3. *D. Chrysost.* Vide quomodo attemperat sermonem Deus, & quãtæ amicitiæ monstrat argumenta. Illos, inquit, amicos faciam, qui permanè erga te sunt affecti: & illos inimicos habebo, qui erga te diverso modo se habent: id, quod vix filij patrum nomine faciendum putarẽt, ut fiant inimici, & amici. Maxima dilecti in patriarcham Dei est hæc benevolentia, *hom.* 31. *in Genes.*

1876 Gen. 12 num. 3. *Et expendens illud.* Atque in te benedicentur vniversæ cognationes terræ. *num.* 3. *sic ait idem D. Chrysost.* Ecce & alterius liberalitatis argumentum. Omnes enim tribus terræ enitentur ut in tuo nomine benedicantur, & res suas tua annominatione honestiores faciant. *hom.* 31. *in Genes. Priùs benedictionẽ benedicentibus Abrahæ ponit conferendam: & posteriùs maledictionem maledicentibus Abrahæ apponit inferendam, ut sic omnes, vel benedictionis divinæ amore, vel maledictionis divinæ terrore ad suum laudandum amicũ commoveret.*

Genes. 12. Egressus est itaque Abram sicut præceperat ei Domi- 1877 Gen. 12 num. 3.
nus, & ivit cum eo Lot. *nu.* 4. *D. Chrysost.* Quare cùm Dominus dixerit: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui: hunc assumpsit? Non fuit inobediens Domino, sed fortè quia iuveni erat patris loco præfectus: & ille ob singularem amorem, morumq; suavitatem à iusto divelli noluit. Et hac de causa Abraham eum assumpsit, & filij loco postea habuit. *hom.* 31. *in Gen.* Et ivit cum eo Lot. *Non dicitur quòd Abraham tulerit eum; sed quòd ipse cum Abrahamo iverit, exponitur; ut non per violentiam, sed per benevolentiam Lot in peregrinatione socius Abrahæ factus declaretur.*

Genes. 12. Septuaginta quin- 1878 Gen. 12 num. 3.
que annorum erat Abram cúm egrederetur de Haran. *n.* 4. D. *Chrysost.* Vidisti quomodo nec ætas ei fuit obstaculo, neque aliud quiddã quod potuit eum detinere ut domi resideret: sed vicit omnia ipsius in Deũ ambr. Anima enim vigilans, & sobria, cuncta dissecat impedimenta totaque fit eius, quod amat, & á nullo, quod in medio apparet difficile, remorari se patitur, sed omnia præterit, nec subsistit priusquam de desiderata potiatur. Propterea & iustus iste neque senectute, neque alijs maioribus causis prohiberi potuit, quin omnibus disruptis vinculis, quasi iuvenis & ætate florens, ac à nullo prohibitus, festinabat, & anhelabat Domini præceptum perficere. *hom.* 31. *in Gen.*

Et infrà: Omnibus impedi- 1879
mentis, quasi araneæ telæ essent, disruptis, mentéque fide roborata, bene fidens dignitati promittentis, iter agressus est. *homil.* 31. *in Genes. Egrediebatur, ut senex, sed gradiebatur ut*

ut iuvenis, quem proinde Lot cùm iuvenis esset, non praire, sed postire diceretur. Et ivit cum eo Lot.

1880 *Genes.* 12. Tulit quoque Sarai vxorem suam, & Lot filium fratris

Gen. 12 *num.* 5. sui, vniversamque substantiam, quã possederant, & animas, quas fecerant in Haran. *n.* 5. *D. Chrysost. sic legit iuxta septuaginta.* Vniversamque substantiam, quam possederant in Charran, & exivit, ut proficisceretur in terram Chanaan. *Et addit.* Vide scripturæ diligentiam, quomodo nobis omnia narrat, ut per omnia discamus iusti pietatem, ac religionem. Accepit, inquit, Sara vxorem suam, & Lot, vniversamque substãtiam, quam possederant in Charrã. Non simpliciter dixit: Omnia quæcumque possederant in Charran: sed ut discamus quòd nihil ex bonis Chaldaicis accipiebat patriarcha, sed paternis illis omnibus relictis fratri exijt, ea solúm secum ferens, quæ & in Charran possidebat. Et hoc faciebat, non quòd vsque adeo illa magnifaceret, sed ut ex facultatibus illis posset omnibus testari quanta Dei erga se fuisset providentia. Qui enim ex terra Chaldæorum eum evocavit, & iterum inde migrare iussit, ipse & substantiam illius quotidie augebat, & omnem molestiam auferebat. *hom.* 31. *in Genes.*

1881 *Deinde sic progreditur D. Chry-*

Gen. 12 *num.* 5. *sost.* Itaque hæc secum ferebat, & per omnem viam sic procedebat; specimen erat piæ religiosæque mẽtis. Quicumque enim videbat, merito causam requirebat, quare iustus ille peregrinus esset. Dein intelligens, quód iussu Dei in alienam terram relictis proprijs transiret, per opera ipsa docebatur, & discebat, quám pia esset iusti obedientia, & quàm excellens Dei erga illum cura. *hom.* 31. *in Genes. Secum igitur Abraham bona aliqua ferebat; non tam ut in peregrinatione indigentium sublevaret, quàm ut Dei erga se beneficentiam, paupertatis ignorantibus divitias, indicaret.*

Genes. 12. Et egressi sunt ut irent in terram Chanaan. *num.* 5. *Iuxta septuaginta.* Et exivit ut proficisceretur in terram Chanaan. *D. Chrysost.* Vnde sciebat quód in terra Chananæa futurus esset suæ peregrinationis exitus? Quamvis præceptum ita cõtinebat: Veni in terram, quam monstravero tibi: attamen fortasse Deus ei & hoc significavit, indicans mẽti eius terram, in qua ipsum constituere volebat. Propterea enim cúm præciperet ei, indefinité dicebat: Veni in terram, quam monstravero tibi, ut nobis iusti virtutem detegeret. Deinde postquam ille quod suũ erat magna largitate attulit, mox Deus ei significavit, in qua terra vellet eum domicilium habere. *hom.* 31. *in Genes.* 1882 *Gen.* 12 *num.* 5.

Et tandem sic concludit idem Div. 1883

Chrysost. Quia enim eximias iusti *Gen.* 12 *num.* 5.

virtutes prævidebat, idcirco eum ex domo evocavit, & neque fratrẽ ut accipere iussit: quoniam volebat hunc doctorem fieri, nunc ijs quidẽ omnibus Palæstinis, pauló post autem etiam Ægyptijs. Ecce natura quidem fratres erant ipse patriarcha, & Nachor, voluntate autem non item. Sed ille, licét frater ad tantas virtutes pervenerat, adhuc errore præoccupatus fuit: hic autem omnibus quotidie per opera ipsa monstrabat virtutis suæ erga Deum incrementa, *hom.* 31. *in Gene. Fortassis Deus curam agens Chananæorum Abrahamo inter somnia ostendit hominẽ Chananaeum, significans, velle ut plures illius nationis homines, doctor illarum factus, ab idololatriæ errore liberaret, ideoque in terram Chananaeorum ire festinavit, ut verus obediens, qui voluntatem Dei per somnium significatam implere affectaret.*

Genes. 12. Cùmque venissent 1884

in eam, pertransivit Abram terram *Gen.* 12

vsque ad locum Sichem vsque ad *num.* 5.

convallem illustrem. *numer.* 5. & 6. & 6.

Septua-

Septuaginta legunt. Ad quercũ excelsam. *D. Chrys.* Docet nos scriptura locũ regionis, in quo nũc iustus habitaculũ facit. *ho.* 31. *in Gen.* Pertrãsivit. *Abrã iuxta nominis significationẽ pertrãsibat, & per dies singulos ad alium, atq; aliũ virtutis pervenire gradũ festinabat, ut perveniẽs ad excelsam quercũ in ea, ut in arbore trophais dicata, vita perfecta spolia suspendere posset.*

1885 *Genes.* 12. Chananæus autẽ tunc erat in terra. *n.* 6. *D. Chrys.* Neq; hoc simpliciter & absque causa beatus Moyses assignavit, sed ut discamus etiã illius mentẽ philosophicã & bene institutã. Quia cúm loca illa præoccupata essent à Chananæis, cogebatur quasi vagus, & peregrinus, & quasi abiectus, & vilis aliquis diversari, ut fortè obtingebat. Et fortè neq; diversoriũ facilé inveniebat: attamẽ neq; sic ægrè ferebat, neq; impatiẽs intra se ipsum dicebat: Quid hoc? Ipse ego qui tanto cũ honore, & tãta cũ observatione agebam in Charrã, nunc cogor sicut civitate carens, & peregrinus, & advena obãbulare, idq; gratiæ loco ducere, & quietẽ in vili quærere diversorio, & neq; hoc invenire possũ, sed in tabernaculis, & tuguriolis versari, aliasque miserias ferre cogit me necessitas.

Gen. 12 *num.* 6.

1886 *Pergit adhuc in persona Abraha dicens sic D. Chrys.* Hoccine est, quod dicebat: Veni, & faciã te in gentẽ magnam? Pulchra scilicet præludia, quid suave posthac expectãdũ? At nihil tale dicebat iustus, neq; fluctuabat, sed integra mẽte, & perfecta fide, bene fidẽs Dei promissis, immoto perstitit animo, unde statim, & supernã consolationẽ accipere meruit. *hom.* 31. *in Gen.* Chananæus autẽ tũc erat in terra. *n.* 6. *Tunc erat in terra, quia post adventũ Abraha ab ipso edoctus colere capit Deũ cali, & nõ iã in terra, sed in calo habitare videbatur, ex terreno in caelestem commutatus.*

Gen. 12 *num.* 6.

1887 *Gen* 12. Apparuit autẽ Dominus, & dixit ei: Semini tuo dabo terrã hãc, Qui ædificavit ibi altare Domino, qui apparuerat ei. *n.* 7. *D. Chrysost.* Et visus est, inquit, Dominus Abræ. Nũc primùm invenimus in scriptura dictũ, quód visus sit. Nõ ne bene dicebam, latere in paucis illis verbis magnũ thesaurũ? Ecce enim statim rarũ, & admirabile proœmiũ. Et visus est, inquit, Dominus Deus Abræ. Neque enim scriptura divina verbo hoc vsa est, cùm de Adã, vel de Abel, vel de Noe, vel de alio quopiã loquuta est. Quid igitur est quod dicit: Et visus est?

Gen. 12 *num.* 7.

1888 *Deinde sic progreditur D. Chry* Et quomodo alibi dicit: Nullus videbit Deum, & vivet? Quid igitur dicemus, nũc scriptura dicente: Et visus est? Quomodo visus est iusto? Num ipsã substãtiã vidit? Nõ, absit. Sed quid? Sic visus est, ut ipse solus scit, & ut illi possibile erat videre. Sapiẽs enim & misericors Dominus noster multas scit vias, quibus se humanæ attẽperat naturæ, & semetipsũ his, qui se antea præparaverũt, dignè manifestat. Idq; demõstrat per prophetã dicẽs: Ego visiones multiplicavi, & in manibus prophetarũ assimilatus fui. Hoc est vnicuiq; apparui pro sua dignitate. Et nũc quoque, quia iustũ à domo eius evocarat, & imperaverat, ut in alienã iret terrã, in quã cúm venisset tamquã vagus agebat, & peregrinus, inquirẽs vbi domiciliũ haberet; bonus Dominus cõsolare eũ volens visus est ei. *hom.* 32. *in Gen.*

Gen. 12 *num.* 7. *Exod.* 33.

1889 *Et pauló infrà exponẽs illud.* Et semini tuo. *sic ait D. Chrys.* Cùm præsciret iusti virtutem, vult eũ omnibus manifestũ facere, & ita elaborare, ut quasi margarita aliqua clarescat. Vnde cùm promissionẽ promissionibus adiunxisset, iterũ parvã morã facit, & differt, ut hac potissimũ ratione patriarchæ pietas mõstretur: quia res secus quám promittebãtur evenire vidẽs, nõ inquietus erat, nec impatiẽs nec turbabatur, sed immotũ habebat animũ, certus ea, quæ semel á Deo sibi promissa, rata, & firma fore.

Gen. 12 *num.* 7.

1890 *Et adhuc inferiùs. Exponens illud.* Qui ædificavit ibi altare Domino, qui
Gen. 12 apparuerat ei. *n. 7. sic loquitur D. Chry.*
num. 7. Vide piæ mẽtis specimẽ. Et locũ ipsum ob suã cũ Deo cõsuetudinẽ ibi habitãs cõsecravit, & gratiarũ actionẽ pro viribus declaravit. Hoc enim quòd dicit, Extruxit altare: idẽ est quód gratias pro promissis egit. Et sicut homines nonnunquã amicitia movẽtur, ut domos ædificẽt ijs, qui sinceriter, & amicè sibi afficiũtur, & nõnunquã etiã civitates cõdiderũt, quibus familiariũ nomina indidére: ita & iustus ille, vbi visionẽ Dei assecutus est, altare illi consecravit. *ho. 32. in Gen.*

1891 *Et alibi exponens eundẽ locũ sic ait Div.*
Chrys. Attendite itaq; obsecro, quo-
Gen. 12 modo ab initio nullũ externũ sorti-
num. 7. tus doctorẽ, sed ab infidelibus parẽtibus educatus, divinã illustrationẽ accepit. Quia nõ prima ætate sequutus est errorẽ paternũ, sed pietatẽ divini cultus servavit, ideo supernã visionem statim obtinuit. *ho 36. in Gen.*

1892 *Et pauló infrà, sic ait D Chrys.* Postquã
autẽ in Palæstinã venit, & Chana-
Gen. 12 næorũ fines intravit, apparuit ei De-
num. 7. us, volẽs eius alacritatẽ cõfirmare, & manũ porrigere, dicit ei, Semini tuo dabo terram hãc, eó quód filios sibi succedere valde optabat, ac desiderabat: istud etiã statim promittit, retribuẽs tãtis laboribus mercedẽ. *hom. 36. in Gen.* Ædificavit ibi altare, *Futurũ ad posteros caca à se non antea viso Deo præstita obedientiæ monumentũ; divinæque erga se Dei tunc sibi primùm apparentis, benevolentiæ exhibitæ argumẽtũ.*

1893 *Gen. 12.* Et inde trãsgrediens ad
mõtem, qui erat cõtra Orientẽ Be-
Gen 12 thel, tetendit ibi tabernaculũ suum,
num. 8. ab occidẽte habens Bethel, & ab Oriente Hai: ædificavit quoq; ibi altare Domino, & invocavit nomen eius. *n. 8. D. Chrys.* Vide quomodo erat frugalis, & luxũ fugiebat, quomodo tã expeditus, ut cũ vxore, & famulis tã facilè migraret. *Et infrà.* Vidè quomodo per omnia religiosã mentem præ se fert. Illic enim ob promissionẽ sibi à Deo factã, aram extruxit, & á loco consecrato discessit: hîc autem quia tabernaculũ fixerat, iterum ædificavit altare Domino, & invocavit in nomine Domini.

Et adhuc inferiùs sic concludit D. Chrys. 1894
Vidisti mentẽ bene institutã, & sa-
pientiæ deditã? Vidisti quomodo, Gen. 12
quod scribens admonuit admirabi- num. 8.
lis orbis doctor beatus Paulus, dicẽs: In omni loco levãtes sãctas manus id patriarcha primus opere cõplevit, in singulis locis altaria cõdẽs, & Domino gratias agẽs? Sciebat enim, sciebat manifesté, quód nihil aliud requirat ab humano genere Dominus vniversis; post innumera, & ineffabilia beneficia sua, quàm animã gratiarũ actioni studentẽ, & scientẽ habere gratiã pro ijs, quæ accepit. *ho. 32. in Gen. In primo loco altare ædificavit: in secundo nõ solùm altare ædificavit, sed & nomẽ Domini invocavit, quod in primo loco non dicitur invocasse, In primo loco Deũ sibi apparentẽ intuebatur, ideoq; non eũ quasi absentẽ cõpellabat. In secundo non ei Dominus apparebat, ideoq; divinæ memor apparitionis, desiderio vidẽdi iterum Deũ, sæpe repetito Dei nomine eum, ut sibi iterũ appareret, modicã Dei absentiã ægreferens invocabat: ut qui semper præsentem habere optaret, quem amabat.*

Gen. 12. Perrexitq; Abrã vadens, & 1895
vltra progrediẽs ad meridiẽ. *n. 9. D.*
Chrys. Videamus quomodo, & hîc ius Gen. 12
tus migrat, Et discessit, inquit, Abrã, num. 9.
& profectus castrametatus est in solitudine. Vide iterũ religiosam eius mentẽ, & sapientiæ studiosam. Quare illinc discessit? Forté videbat quibusdã incolis nõ placere suũ advẽtũ, proinde eximiã suã mãsuetudinẽ declarãs, & quomodo trãquillitatẽ magnifaceret, & ne cũ vllo aliquid haberet negocij, solitudinẽ apprehendit. *ho. 32. in Gen Numquã satis iustus se á tenebris Occidẽtis semotũ indicabat: & ideo pergens, & vadẽs, & progrediens ad Orien-*

tem

tem accedere cupiebat, ut quemadmodum, à caligine corpus, sic & animam separaret.

1896 *Gen.* 12. Facta est autē fames in terra: descenditq; Abrā in Ægyptū, ut peregrinaretur ibi: prævaluerat enim fames in terra. *n.* 10. *D.Chrys.* Attēde quomodo ampliora fiūt iusto cæpta, & remotior fit meta. Dispensabat enim Dominus, ut nō solùm Palæstinā incolētibus esset doctor, sed & ijs qui in Ægypto erāt, & lux suæ virtutis manifestaretur omnibus: quasi enim luminare quoddā, eū, qui in Chaldæorū delituerat terra, illinc evocarat, ut eos, qui in tenebris errorū sedebant, ad veritatis viā introduceret. *hom.* 32. *in Genes.*

Gen. 12 nu. 10.

1897 *Et iterū sic ait D.Chrys.* Et quare nō potiùs eos, qui in Chaldæa erant, ut ad religionē venirent, per ipsū effecit? Verisimile quidē est, illorū salutē per aliorū providētiā procuratam. Attamen audi Christū dicentē: Nō est propheta absq; honore, nisi in sua patria. Vt igitur opere impleret promissionē, quā illi fecerat dicens: Et magnificabo nomen tuū, propterea, & famē oriri permittit, & cogente necessitate in Ægyptū eū ire facit, ut discerēt & qui illic erāt, quanta viri virtus. Nā fames quasi lictor, ceu vinculis iniectis, ita vi è deserto in Ægyptū eū abstraxit, *hom.* 32. *in Genes.*

Gen. 12 nu. 10. Math. 13. Mar. 6.

1898 *Et alibi sic loquitur D.Chrys.* Cùm veró tandē Palæstinā venisset, & quasi iactis anchoris se iā quieturū speraret, tūc veró maior illū in portu tēpestas excepit. Est autē ea non minima doloris pars, cúm quis adversis se ereptū putās, atq; ad finē ipsū pervenisse, cura iā omni, & cogitatione solutus, rursus initiū aliud malorum cōgredi cōpellitur. *lib.* 2. *de Provi. Dei.*

Gen. 12 nu. 10.

1899 *Et optimā apponit rationē sic D.Chrysos.* Nā qui ad serēda fortiter adversa adhuc paratus est, æquiore animo ista cúm sibi inferētur, excipiet. At verò si positis curarū cogitationibus, dum se quieturū sperat, aliquid huiusmodi cōtingat, duabus ex partibus turbatur, ac facilé dolore capitur, quippe dū præter spē, & expectationē vritur curis, & animo iam solicitudine vacuo, se se præparare desijt, *lib.* 2. *de Providētia Dei.* Descēdit. *Non ut in Ægypto quasi incola habitaret, sed ut per diversa illius regionis loca ambulās patriarcha Deicola omnibus divinū cultum sicut à Deo illis missus prædicator suaderet.*

Gen. 12 nu. 10.

Gen. 12. Novi quód pulchra sis mulier: & quód cúm viderint te Ægyptij, dicturi sunt: Vxor ipsius est: & interficient me, & te reservabunt, *n.* 11. & 12. *D.Chrys.* Quia nōdū mortis erat soluta tyrannis, propterea in adulteriū vxoris cōsentit iustus, & quasi servit adulterio, in mulieris cōtumeliā, ut mortē effugiat. Erat adhuc terribilis facies mortis, nōdum erāt æreæ portæ cōfractæ, nōdum erat aculeus eius hebetatus. *ho.* 32. *in Genes.* 1900

Gen 12 nu. 11. & 12.

Et alibi sic ait D.Chrysos. Vxoris enim venustas, & pulchritudo mortē ei, quasi ante oculos mōstrabat. Ideo cū iā in confinijs esset Ægypti, ingressurus dixit vxori. Scio quód mulier formosa sis, scio tuæ pulchritudinis speciē, & timeo Ægyptiorū intēperātiā: Nā si te viderint, & cognoverint, quód uti vxorē te mecū ducā: te quidē in vita asservabunt, ut sui furoris impetū opere cōpleāt: me autē occident, quò liceat eis impavidé suā libidinem explere, ut nemo sit, qui adulterium eorum prodat, *ho.* 36. *in Genes.* 1901

Gen. 12 nu. 11. & 12.

Et alibi sic ait idem D. Chrysost. Non ne propter mortis timorē, patriarcha ille Abrahā, & qui humanā vicisset naturā, vxorem propriā maluit voluptatibus donare barbaricis, & Ægyptiæ tyrannidi: Nam fabulam ipse componebat iniuriæ, & rogabat vxorem, ut cum eo tam horrendam tragædiam simularet. Nonne erubescit huiusmodi scenæ proferens causam? Erit enim, inquit, ut cúm viderint te facie clarā, & speciosam vultu, occidēt me, te verò reserva- 1902

Gen. 12 nu. 11. & 12.

servabũt. Dic ergo quòd Soror mea sis, ut bene mihi sit, & vivat anima mea propter te. Vides timorẽ? Vides tremorem exagitantem excelsam, & philosophicam illam animam? Vides adamantẽ formidine solutũ? Mẽtitũ genus, & aliã pro alia persona infe- rebat. *Epist. 7. ad Olympiam.*

1903 *Et adhuc alibi exponẽs eundẽ textum sic ait D. Chrys.* Eò timoris deductus est, ut quod humana existimatione gravissimũ est omniũ, vxorẽ scilicet alienæ libidini exponere, metu coactus eligeret. *Et paulò infrà sic ait.* His verbis vsus est, qui propter Deum, & patriã, & domũ, & amicos, & cognatos, aliaq; omnia dimiserat, qui huiusmodi ærumnã, tantũq; laboris, tã prolixo tẽpore in itinere perpessus fuerat. *lib. 2. de providentia Dei. Mortis timore perculsus, periculo cõsentiendi in adulteriũ se exposuit; atque ita peccavit. Quod ex permissione Dei factũ reor, ne si á delicto alienus semper, nobis dũ viveret proponeretur, propter omnes alias illius actiones, non humana, sed divinæ conditionis formam habere videretur.*

Gen. 12 nu. 11 & 12.

1904 *Gen.* 12. Nunc igitur ecce coniux tua, accipe eã, & vade. Præcepitque Pharao super Abrã viris: & deduxerunt eũ, & vxorẽ illius, & omnia, quæ habebat. *n. 19. & 20. D. Chrysost. loquens de Pharaone rege tũc Ægypti.* Vnũ hoc curat, ut in iustũ officiosus sit. Rescivit enim tandem, quòd nõ esset possibile eũ vulgarẽ quempiam esse, qui tãta superna gratia fruebatur. *hom. 32. in Gen. Et infrà ad illud,* Accipe eã & vade. *sic ait.* Terribilis postea erat eis iustus, & propterea magnis officijs eũ prosequi contendũt, placãtes ipsius Dominũ propter ea, quæ in illũ cõmiserant. *ho. 32. in Gen.* Ecce cõiux tua. *Pulchra visa fuerat antea Sara Abrahæ, sed nũc multò pulchrior videbatur, cũ intacta à tyrãno, qui eã respuerat, ei ostẽderetur;* Ecce cõiux tua.

Gen. 12 nu. 19 & 20.

1905 *Gen.* 13. Ascẽdit ergo Abram de Ægypto ipse, & vxor eius, & omnia quæ habebat, & Lot cũ eo, ad Australẽ plagã. *n. 1. D. Chrysost.* Magna cũ claritate, & gloria, locupletatusq; divitijs redit iustus: & fit doctor per ea, quæ cõtigerũt, nõ solùm Ægyptijs, sed etiã omnibus, qui in itinere erant, & qui in Palæstina habitabãt. Nã quotquot viderãt eũ, quãdo descendit fame coactus, cũ timore, & tremore, nũc veró redeuntẽ cũ tanta claritate, & facultatibus, & divitijs, discebant virtutem providẽtiæ Dei erga illũ. *hom. 32. in Gen.*

Gen. 13 num. 1.

Et infrà sic pergit D. Chrys. Talis enim est sapiẽtissimus, & optimus Deus noster, quãdo permittit augeri, & coacervari molestias, tũc iterũ discussa tẽpestate, serenitatẽ, rerumq; mirã vicissitudinẽ facit, docens nos suæ potentiæ magnitudinẽ. *Deindè sic progreditur.* Omnibus posthac venerabilis erat iustus ille, tam his, qui in Ægypto, quã his qui in Palæstinã. Quis enim nõ reveritus fuisset eum, qui sic á Deo custoditus sit, & tantã benevolentiã assecutus? Neminem enim fortè latebãt ea, quæ regi, & domui eius acciderãt. Omnia enim Deus propterea permisit, & eò vsq; duraverũt tentationes iusti, ut eius patientia clarior fieret, & facta eius in totũ orbẽ divulgarentur, ita ut nullus esset, qui iusti virtutẽ ignoraret. Vidistis dilecti, quantũ ex tentationibus lucrũ? Vidistis quantũ patientiæ præmium? *hom. 32. in Gen.* 1906

Gen 13 num. 1.

Et iterũ ad eundẽ locum sic ait D. Chrys. Ne existimemus esse signũ, quòd nos dereliquerit, & despiciat Dominus, si tẽtationes nobis inferãtur: sed hoc maximũ sit nobis iudiciũ, quòd Deus nostri curam gerat. Quia enim Deus noster liberalis est, & nostræ salutis curã gerit: ea de causa quasi luctam, & exercendi materiam nobis proponit, & pro theatro tẽtationes inferuntur: ut si quod nostrum est declaremus, largiore dignetur nos cura. *hom. 32. in Genes.* Ascendit. *Quasi victor ex Ægypto sicut à theatro pugnæ ad tabernaculum suum, quasi ad* 1907

Gen. 13 num. 1.

ad capitolium triumphator ascendit, ducẽs secum Saram, quæ etiam de rege tyranno fidem servando marito, voluptates despiciens carnis, regiosque contemnens honores, gloriosissimè triumpharat.

Gen. 13. Reversusq; est per iter,
1908 quo venerat, á Meridie in Bethel, vsq;
ad locum vbi priús fixerat taberna-
Gen. 13 culum inter Bethel, & Hai: in loco
num. 3. altaris, quod fecerat priús, & invo-
& 4. cavit ibi nomen Domini. *n.* 3. *&* 4. *D. Chrysost.* Vide quomodo hic neq; prosperitate, neque divitiarũ affluentia remissior, vel negligentior factus est: sed iterum contendit ad eum locum vbi priùs fuerat, priusquam in Ægyptum concederet. Cogita obsecro, quantus erat quietis, & tranquillitatis amator, & in divino cultu quám sedulus. Ad eum enim locũ inquit, accessit, quem priùs ædificaverat, & in quo nomen Domini invocaverat. *hom.* 33. *in Gen.*

Sic progreditur D. Chrys. Ecce iã mul-
1909 tis antea seculis implevit hoc, quod
postea á David dictũ est: Elegi abiec-
Gen. 13 tus esse in domo Dei mei, magis quã
num. 3. habitare in tabernaculis peccatorũ.
& 4 Solitudo enim propter invocationẽ nominis Domini Dei gratior ei erat, quám civitates. Sciebat enim, sciebatq; claré quód civitatis magnitudinẽ non facit ædificiorũ pulchritudo, neq; inquilinorũ multitudo: sed inhabitantiũ virtus, propter quam; & solitudo civitatibus dignior est, quæ virtute iusti ornatur, & orbe toto fit fulgidior. *ho.* 33. *in Gen.* Per iter, quo venerat. *Vt qui eũ videntes pauperẽ in Ægyptũ descendere, Dei erga cultorẽ suũ, providentiam incusaverant, aspicientes nunc eundem ex Ægypto divitem ascendere, Dei erga illum providentiam collaudarent.*

Gen. 13. Dixit ergo Abrã ad Lot:
1910 Ne quælo sit iurgium inter me, & te,
Gen. 13 & inter pastores meos, & pastores
num. 8. tuos: fratres enim sumus. *D. Chryso.* Vide insignẽ modestiã. Vide sublimẽ philosophiã, ætate, & dignitate senior iuvenẽ, fratris filiũ, fratrẽ appellat, & in eandẽ, in qua ipse erat, dignitatẽ evehit, nihilq; minús illi, quám sibi tribuit: sed dicit, Ne sit rixa inter me, & te, inter pastores meos, & tuos. Indigné enim hoc fieret, quoniam fratres sumus. *hom.* 33. *in Genes.*

Et infrà pergit D. Chrys. Debebat 1911
enim ipse, utpote missus omnibus Pa-
læstinæ cultoribus sapiẽtiæ doctor, Gen. 13
nullã scandali dari occasionẽ, vel an- num. 8.
sam concedere: Sed morũ lenitate, tuba clariús omnes erudire, & suæ virtutis facere imitatores. Ne sit, inquit, rixa &c. Multa verborũ lenitas, inter me, & te. Cõsidera quomodo ei loquitur ceu honore pari, quãvis opiner nõ aliunde rixas fuisse exortas, quàm quód pastores patriarchæ nõ permiserũt illis eadẽ copia frui, qua ipsi. Sed iustus æquabiliter omnia facit, specimẽ præbẽs eminẽtis suæ sapiẽtiæ, ac docẽs non tantúm præsentes, sed posteros etiã omnes, numquã cũ proximis esse litigandũ, etiã ijs, qui nobis præstãtiores non sunt, *hom.* 33. *in Genes.*

Deinde sic progreditur D. Chrys. Nã eo- 1912
rũ cõtẽtio magnã nobis affert igno-
miniã, & nõ illis imputantur quæ fi- Gen. 13
unt, sed in nos trãsfertur quod re- num. 8.
prehẽdendũ. Quomodo enim rationi consentaneũ, quòd homines, qui fratres sũt, qui eandẽ naturã sortiti, qui eiusdẽ sunt familiæ, qui eodem loco habitaturi sunt, quos mansuetudinis, lenitatis, & omnis philosophiæ doctores esse oportebat, inter se cõtendãt, & digladiẽtur? *hom.* 33. *in Gen.*

Et alibi appellans superbiã belluã sic ait
D. Chrysost. Quonã igitur patriarcha 1913
modo belluã superavit, quo pacto do- Gen. 13
muit quando orta inter se, & fratris num. 8.
filiũ cõtentione licet posteriores tulisset, primis excidisset, nihil cõmoveretur, nihil doleret? Noverat beatus ille quantó in rebus huiusmodi, impatientibus animis molestior dãno cõtumelia esset, præsertim si quis

dominus omnium, quemadmodum hic erat, cúm honorem exhibuerit prior, viciſſim non honoraretur, tamen horum nihil quicquam virum momordit, nec poſteriores iniqué tulit, iniuriam á iuvene paſſus ſenex, avunculus á filio fratris: nihil ſuccenſuit, nihil eſt indignatus, ſed æquè amavit, æque coluit. *hom.* 35. *in cap.* 14. *Epiſt.* 1. *ad Corint.* Ne ſit &c. *Si enim familiares inter nos illorum dominos pacem viderint, exemplo á nobis præſtito, pacem inter ſe ipſos conſervabũt; ideo priùs obſecro, ne inter nos ſit iurgiũ, ut & ſic, nec inter illos eſſe poſſit.*

1914 *Gen.* 13 *num.* 9. *Geneſ.* 13. Ecce univerſa terra coram te eſt: recede á me obſecro: ſi ad ſiniſtram ieris, ego dexteram tenebo: ſi tu dexteram elegeris, ego ad ſiniſtram pergam. *n.* 9. *D. Chryſoſt.* Vides manſuetudinem iuſti? Operibus enim monſtrabat, quód non facit hoc ſua ſponte, neque ſeparari vult: ſed ob contentionis neceſſitatem, ut ne in domo ſit perpetuum bellum. Vide quomodo verbis illius bilem manſuefaciat, & ei electionis poteſtatem dat, & proponit omnem terram. Magna eſt iuſti huius philoſophia. *hom.* 33. *in Gen.*

1915 *Gen.* 13 *num.* 9. *Et infrà pergit D. Chryſoſt.* Si ipſe electionem retinuiſſet, & primum locum ſibi ſervaſſet, conceſſiſſetque illi reliqua, nonne & hoc magnum quiddam fuiſſet? At excellentis virtutis ſuæ exhibens ſpecimen, deſiderium iuvenis explere volebat, ita ut nulla ex ſeparatione naſceretur mærendi occaſio. *hom.* 33. *in Gen.*

1916 *Gen.* 13 *num.* 9. *Et alibi ſic ait D. Chryſoſt. ſuper eundem locum.* Cùm is, qui ſervatus ab eo fuerat, tantiſque per illum potitus commodis, quem ſibi cedere per omnia, paſtoreſque ſuos increpare decuerat: hic optione propoſita, fertiliorem ſibi regionem elegit, incultam illi relinquens; quis oro, facilé ferret, non dico detrimentum, ſed iniuriam, cùm videret ſe, qui honoraſſet, parùm gratè atq; honorificè tractari? Id quidem omni detrimento gravius cenſetur. *lib.* 2. *de providentia Dei.* Ecce coram te. *Non coram ſe, ſed coram Lot univerſam terram patriarcha eſſe dicebat, ille enim cælum, non autem terram aſpiciebat; ſed hanc univerſam deſpiciebat.*

Geneſ. 13. Elegitque ſibi Lot regionem circa Iordanem, & receſſit ab Oriente: diviſique ſunt alterutrum á fratre ſuo. *n.* 11. *D. Chryſoſt.* Ne quis condemnet iuſtum, quaſi ingratum circa Lot, & quòd quem é domo ſua eduxerat, in terra aliena nunc à cohabitatione eijceret, neve putet ipſum inimicitiarum gratia hæc facere: ſed ut diſcamus omnes, quòd pacis ſtudioſus hæc faciat, ideo & electionem ei conceſſit: neque moleſtè tulit quód prima ferret: ut omnibus notum foret, quomodo mens ſua ad pacis, charitatiſque ſcopum ſpectaret potiſſimùm. *hom.* 33. *in Geneſ.* 1917 *Gen.* 13 *nu.* 11.

Deinde exponens adhuc eundem textum ſic ait Div. Chryſoſt. Iſta vera eſt humilitas, quam eximius ille vir declaravit erga eum, qui multò ſe fuit inferior, non ſolùm ob virtutis rationem, ſed & propter ætatem, & alia omnia. *Et infrá.* Hæc eſt humilitas, quando quis occaſiones habet, ut extollatur, & ſe ipſum humiliat & ſupprimit, & modeſté ſe gerit: tunc enim ad verum ſubuehetur faſtigium, iuxta promiſſionem Domini, qui dicit; Qui ſe humiliat, exaltabitur. *hom.* 33. *in Geneſ. Ergo Lot elegit terram, quam ante oculos ſibi, dum cum Abram loqueretur, propoſitam habebat; quam proinde Abram poſt terga ſibi poſitam non videbat, ut ipſo etiam corporis habitu Sodomorum terram poſt terga habendam fore indicaret, indignam certé, quam vir caſtitatis amator inſpectaret.* 1918 *Gen.* 13 *nu.* 11.

Geneſ. 13. Dixitque Dominus ad Abram, poſtquam diviſus eſt ab eo Lot: Leva oculos tuos, & vide á loco, in quo nunc es ad Aquilonem & Meridiem, ad Orientem, & Occidentem, 1919 *Gen.* 13 *nu* 14. & 15.

dentem, omnem terram, quam cõspicis, tibi dabo, & semini tuo vsque in sempiternum. *nu.* 14. *&* 15. *Div. Chrysost.* Talis enim est Dominus noster, ut si quando vel parvũ quid attulisse nos viderit, largissimas suas nobis remunerationes suppeditet, tantamque præ se ferat liberalitatẽ, ut ea, quæ à nobis sunt facta, multis numeris à novis suis beneficijs vincantur. *hom.* 34. *in Genes.* Postquam divisus est ab eo Lot, *Non Abram à Lot: sed Lot ab Abram divisus fuisse enũciatur; neque enim Abramà Lot loci distantia dividebat, quem amoris benevolentia etiam absenti coniungebat.*

1920 *Genes.* 13. Omnem terram, quam conspicis, tibi dabo, & semini tuo vsque in sempiternum. *n:* 15. *D. Chrysost.* Parte terræ, inquit, cessisti. Ecce ego totam tibi terram polliceor, neque hoc solùm, sed semini tuo polliceor eam vsque in seculum, hoc est, perpetuò. Vidisti quomodo certat beneficijs? Sciens enim Deus quòd hoc maximé cuperet patriarcha, & nihil eius alacritatem ita roboraret, inquit. Et hoc tibi concedam, ut qui ex te nascẽtur, tibi succedant, & similiter terra fruentur, habebuntque perpetuam illã potestatem. *hom.* 34. *in Gen.* [Gen. 13 nu. 15.]

1921 *Et infrà sic loquitur D. Chrysost.* Magna divinæ promissionis magnitudo, magna nostri omnium Domini, ut vincat beneficijs, liberalitas. *hom.* 34. *in Genes. Vniversum semini Abræ conferendum vsque in sempiternum Dominus prædicebat; Christum enim Abræ futurum filium prænunciabat; neque enim alius Abræ filius universi posset machinam in quatuor protensam partes solus possidere, & in illius dominio vsque in sempiternum perdurare.* [Gen. 13 nu 15.]

1922 *Genes.* 13. Movens igitur tabernaculum suum Abram venit, & habitavit iuxta convallem Mambre, quæ est in Hebron: ædificavitque ibi altare Domino. *num.* 18. *D. Chrys.* Vide mẽtem optimis moribus præditam, vide spiritus sublimitatem, quomodo facilé inde migrat, nec gravatur de locis in loca transire. Invenias enim eum nulla familiaritate præventum, & alligatum. *hom.* 34. *in Genes. Et infrà.* Iam tunc, nondũ fulgente Evangelij luce philosophũ agebat: & quasi peregrinus, & hospes, ita nunc hinc illuc, & nunc illinc huc transmigrabat, & per omnia religiosam suam mentem operibus ipsis declarare studebat. *homil,* 34. *in Genes* [Gen. 13 nu. 18.]

1923 *Et sic progreditur D. Chrysost.* Nam postquam tabernaculum fixit apud quercum Mambre, statim ibi extruxit altare Domino. Vidisti mẽtem gratam? Quia mox, ut tabernaculum fixit, statim pro facta sibi promissione, gratiarum actiones obtulit Domino. Et in singulis locis, vbi tabernaculũ fixit, invenies hoc præ omnibus ei fuisse curæ, ut extructo altari preces offerret, & Apostoli præceptum impleret, iubentis, ut in omni loco oretur. Vidisti animam divino amore succensam, & ad divina promptam, perque omnia gratias agentem? Non enim expectavit donec promissa complerentur: sed & mox pro promissione gratias egit, & faciebat quod in se erat, ut de prævijs dignam, & sinceram gratitudinẽ præ se ferens, Dominum suum provocaret ad promissiones suas implẽdas. *hom.* 34 *in Gen.* [Gen. 13 nu. 18.]

1924 *Militis instar, qui iam tunc violentiam, Deo cæli regi gratam, inferebat cælo, ideoque mutato militari tabernaculo, altaribus quasi propugnaculis extructis, cælum ipsum, immo & ipsum Dominum cæli regem, tormentis, quibus Dominus illius patientiæ probabat firmitatem, igne divini amoris succensis, flammigerisque lacrymis quasi globis, repletis, impetebat: & hac pugnandi arte plurimas de ipso Deo victorias reportabat.* [Gen. 13 nu. 18.]

1925 *Genes.* 14. Et ecce vnus, qui evaserat, nunciavit Abram Hebræo qui habitabat in convalle Mambre [Gen. 14 nu. 13.]

Amorrhæi, fratris Escol, & fratris Aner: hi enim pepigerant fædus cū Abram. *num.* 13. *Iuxta septuaginta.* Et nunciavit Abræ transitori. *D. Chrysost.* Nam quia trans Euphratem domicilium habuerat, dictus est transfluvialis, vel transitor. Et antea etiam ab initio parentes ei hoc nomen indiderant, iam antea significantes eum inde migraturum. Vocatus enim est Abram, quia migraturus erat trans Euphratem, & in Palæstinam venturus. *hom.* 35. *in Gen. Nomen suum Abram dictus transitor adimplebat, non solùm quia à loco in locum migrabat, sed quia sciens mundi omnia facilè instar aquarum fluminis effluere, ipse quasi, qui mundi dulcedinem in via degustaret, mundi omnia, cuius figura brevi præterit, ut verus transitor pertransibat.*

1926 *Genes.* 14. Quod cùm audisset
Gen. 14 Abram, captum videlicet Lot fra-
nu. 14. trem suum, numeravit expeditos vernaculos suos trecentos decem, & octo: & persecutus est vsque Dan. *n.* 14. *D. Chrysost.* Considera hîc, dilecte, magnanimitatem, & fortitudinem iusti, quomodo bene fisus misericordiæ Dei non perculsus est animo, cúm audisset virorum fortitudinem, & stragem, quam fecerant, primúm in omnes gentes irruptione facta, debellatisque Amalechitis, & cæteris omnibus. Deinde quód irruerint in Sodomos, & in fugam ipsos verterint, omnemque eorum diripuerint substantiam. *hom.* 35. *in Genes.*

1927 *Et sic progreditur D. Chrysost.* Id-
Gen. 14 circo superiùs hæc omnia narravit
nu. 14. nobis scriptura, & qualia sua virtute strenuè gesserunt, ut scias quód non corporali robore eos devicerit patriarcha, sed sua in Deum fide, & superno præsidio adiutus omnia illa gesserit, non arma moverit, nec tela, nec lanceas, nec arcus intenderit, nec scuta obiecerit, sed solùm cum vernaculis. *hom.* 35. *in Genes.*

Deinde sic ait idem D. Chrysost: 1928
Dixerit aliquis, Et quare numeravit
trecentos decem, & octo vernacu- Gen. 14
los? Vt scias quòd non vniversos as- nu. 14.
sumpsit, sed vernaculos, & qui cum Lot educati erant, ut vltionem spontè, & benevolè facerent, utpote servi pro suo domino certantes. Et vide obsecro miram Dei potentiam, quanta velocitate contigit victoria. Irruit enim, inquit, super illos nocte, ipse & servi eius, & percussit eos, & persequutus est eos. Erat enim manus superna, quæ adiuvabat, & commilitabat: Et ideo neque armis, neque machinis opus habebat: sed tantúm, ut comparuit cum famulis, & alios quidem perculsit, alios autē fugam inire fecit, & vtrunque impavidè, cúm nullus esset, qui obturbaret. *hom.* 35. *in Genes.*

Et adhuc exponens eundem textū 1929
sic ait D. Chrysost. Rediit autem mag-
no, & præclaro triumpho insignis, Gen. 14
cum Lot, equos, & mulieres & cæ- nu. 14.
teras substantias reducens, & clara, ac plena voce prædicans, tubaque vocaliùs clamans, quód non humana virtute, neque corporali robore & illos fugarit, & victor evaserit: sed
superna manu faciente omnia. *Ibidē* 1930
Et alibi sic D. Chrysost. Vide ingentem Dei providentiam. Volens enim simul, & Lot à captivitate liberum reddere, & patriarchæ gloriam magis illustrare, excitat iustum, ut fratris filio succurrat: nam ut didicit quæ erant facta cum vernaculis suis impetu facto in reges illos, eos parvo labore perculit, & Lot, & vxores, & omnem equitatum regis reduxit. Quibus tam claris triumphis, omnibus patefacta est ingens Dei erga illum benevolentia, & quòd ille non sua virtute tantam stragem confecisset, sed superna virtute munitus. *hom.* 36. *in Genes.*

Et adhuc alibi sic loquitur Div. 1931
Chrysost. Bello victor ingenti, & hor-
ribili, barbaris per vim eiectis, vic- Gen. 14
toria nu. 14.

toria non effertur, nec statuit trophæum: liberare enim voluit solùm, non triumphare etiam. *hom. 35. in Epist. ad Cor. 1. cap. 14. in tom. 4. Et alibi sic ait idem D. Chrysost.* Successit fami Persicum bellum, cogiturq; adversùs hostes victoria elatos militem ducere is, qui principio non assuerat bello, integris adhuc vtrisque partibus: sed victoria iam potitis hostibus, cùm eos nemo ferre potuisset, sed alij quidem passim interfecti essent, alij se latebris, & fugæ dedissent, & reliqui in servitutem abducti fuissent. *lib. 2. de providentia Dei in tom. 5.*

1932 Gen. 14 nu. 14. *Deinde sic pergit idem D. Chrysost.* Sed tamen cùm tantæ vndique difficultates premerent: num illi ut domi maneret, quietemve ageret, persuaderi poterat? Minimè verò, immo rei gestæ nuncio perculsus profectus est, ipse quoque eiusdem calamitatis particeps futurus, sèque ipsum haud dubiæ neci expositurus, Nam velle cum trecentis servis suis, vel modicè pluribus, adversùm hostem numerosissimum, ac victoria ferocem dimicare: nihil aliud profectò erat, quàm se & captivitati, & supplicio, & morti acerbissimæ exponere. *lib. 2. de providentia Dei.*

1933 Gen. 14 nu. 14. *Et tandem sic concludit D. Chrysost.* Profectus itaque est, ut ipse quoque barbaricam immanitatem experiretur. Verùm Dei clementia servatus, confusis hostibus, prædæ, ac nepotis compos cùm remeasset, sua rursus incommoda flere cogebatur, cùm ob defectū liberorum, nullum reliquerit hæreditatis successorem. Domine quid dabis mihi? Ego autem sine liberis pereo. *lib. 2. de providentia Dei Audiens autem Abram fratrem sibi dilectum captivitate detentū, amore succensus, ut eum è manibus tyrannorum liberaret, festinavit; credens fore, ut Deus divina extensa manu, exiguæ, quam ducebat militum manui ob amorem fratris militanti, commilitaret; sicque divino sibi opitulante numine, facilè tyrannos victorijs superbos superaret.*

1934 Gen. 14 nu. 17. *Genes.* 14. Egressus est autem rex Sodomorum in occursum eius, postquam reversus est à cæde Chodorlahomor, & regum, qui cum eo erant in valle Save, quæ est vallis regis. *num. 17. D. Chrysost.* Rex peregrino, & seni in occursum egreditur, & omnem honorem impendit. Iam enim didicerat quòd nihil prosit regnum ei, qui superno auxilio destitutus: & quòd nihil potentiùs sit eo, qui manu Dei adiuvatur. *hom. 35. in Genes. Triumphatori peregrino occurrit rex, ut regij occursus honore hostium suorum expugnatori gratam animi significationem exhiberet.*

1935 Gen. 14 nu. 18. & 19. *Genes.* 14. At verò Melchisedech rex Salem proferens panem & vinum, erat enim sacerdos Dei altissimi, benedixit ei, & ait: Benedictus Abram Deo excelso, qui creavit cælum & terram, *numer. 18. & 19. Div. Chrysost.* Et vide propter honorem in patriarcham collatum, quomodò sacramentum insinuatur. Obtulit enim illi panem & vinum. Videns typum, cogita oro & veritatē, & admirare divinarum scripturarum accuratam diligentiam, quomodó superioribus seculis, & ab initio futura præsignata sint. *hom. 35. in Gen.* Erat enim sacerdos Dei altissimi. *Sed quanam hac ratio oblationis est? Optima sanè. Dei sacerdos esse nunc exprimitur, ut qui quasi Dei minister iussu Dei amicum volentis honorare, panem & vinum ei ex divina mensa Dei sui nomine afferre, & offerre videretur.*

1936 Gen. 14 nu. 20. *Genes.* 14. Benedictus Deus excelsus, quo protegente hostes in manibus tuis sunt. Et dedit ei decimas ex omnibus. *num. 20. D. Chrys.* Ex spolijs, quæ adduxit, remuneravit Melchisedecum, & decimas ei segregavit de omnibus, quæ attulit. Per hoc doctor factus omnibus, ut declarantes gratitudinem, primitias eorum, quæ sibi á Deo conceduntur,

duntur, offerant. *hom.* 35. *in Genes. Dum Abraham adversùs reges superbos belligerabat, Dei manus extensa super eum, illum ab hostium telis, ac si illius esset scutum, protegebat, ideoque ipsos hostes, quasi victis post terga manibus in Abraha manibus, Dei manus victrix tradebat. Primus Abraham Deo decimas dedisse refertur, quin tunc de conferendis decimis preceptum extaret; ut postea fidelis quisque Abraha filius, tanti patris exemplo excitatus preceptum, de solvendis decimis imponendum, faciliùs observaret.*

1937 Gen.14 nu. 20. 22. & 23. *Genes.* 14. Dixit autem rex Sodomorum ad Abram: Da mihi animas, cætera tolle tibi. Qui respondit ei: Levo manum meam ad Dominum Deum excelsum possessorem cæli, & terræ, quód á filo subtegminis vsque ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt, ne dicas: Ego ditavi Abram. *nu.* 20. 22 & 23. *D. Chrysost.* Magna patriarchæ in contemnendis divitijs virtus, & cuius gratia abiurat, & dicit: Extendam manum meam ad Deum altissimum, qui fecit cælum, & terram? Duo simul docere vult Sodomorum regem, & id, quod præstantius erat ijs, quæ ei offerebantur.

1938 Gen. 14 nu. 20. 22. & 23. *Et hanc apponit rationem D. Chrysost.* Nam & vitæ honestæ formam indicavit, & pietatis doctor ei fieri studet, quasi docens eum: Illum tibi testem adhibeo, quòd nihil tuarum rerum accipiam, illum, qui omnium est conditor, ut scire possis Deum omnium, & ne credas esse deos, ea quæ ab hominum manibus fabricãtur. Ille enim cæli, & terræ conditor, ille & nobis in hoc bello victoriæ, & triumphi autor. *hom.* 33. *in Genes.*

1939 Gen. 14 nu. 20. 22. & 23. *Et paulò infrà ad illud*, Levo manum meam &c. *sic ait Div. Chrysost.* Despiciamus igitur præsentes divitias, ut veras divitias invenire valeamus: despiciamus vanam hanc gloriam, ut vera illa & solida fruamur: despiciamus præsentem prosperitatẽ ut præ ineffabilibus illis nihil faciamus præsentia, ut ad futura præmia excitari valeamus. Neque enim possibile est, ut qui præsentibus est mãcipatus, ineffabilium bonorum desiderium concipiat vnquam. Sicut enim lemæ quædam oculos opplentes, ita præsentium cupiditas intellectum obscurat, & non permittit videre quid oporteat facere. *hom.* 35. *in Genes.*

Adhuc sic progreditur D. Chrysost. exponens eundem textum. Contrá nõ est possibile, ut qui solida, & immobilia illa bona amant, momentanea ista, & quæ antequam appareant marcescunt, concupiscant. Nam saucius amore divino, & qui futurorũ desiderio tenetur, alijs oculis videt præsentium statum, & videt quód omnis præsens vita figura est, & deceptio, & a somnijs nihil differt. *ho.* 35. *in Genes.* 1940 Gen. 14 nu. 20. 22. & 23.

Et afferens illud Pauli prima ad Cor. 7. Præterit figura huius mundi, *n.* 31. *sic ait D. Chrysost.* Idcirco, & beatus Paulus dicebat: Præterit figura mundi huius: monstrans quód omnia humana in figura tantúm sũt, & sicut vmbra, & somnium transeunt, nihil solidum, nihil verum habentia: quomodo igitur non fuerit mens puerilis, ad vmbras spectans, & de somnijs superbiens, & alligata ijs, quæ pauló post præteribunt? Præterit enim, inquit, figura huius mundi. Itaque cúm audieris quòd præterit, quid posthac amplius quæris? Quando audis, figura solúm sunt humana omnia veritate destituta: quare voluntarius imposturam fers, & non cogitas, quám sunt instabilia & mutabilia, & ea præteris? ad illa autem, quæ semper durant, semper immobilia, semper stabilia, nullius vicissitudinis capacia, quare desiderium non transfers? *hom.* 33. *in Gen.* 1941 1 Ad Cor. 7. nu. 31.

Et alibi exponens adhuc eundem textum. Levo manum meam &c. 1942

sic

sic D. Chrysost. Ipse quoque patriarcha enitebatur, ut Sodomitis doctor divini cultus fieret; verbis illis, quæ regi loquebatur. Quia cùm occurrisset rex, & pro exhibitis gratias egisset, ac omnem equitatum ei se daturum dixisset, hominesque duntaxat accepturum: vide iterum iusti magnanimitatem, quomodo optimè suæ vitæ specimen exhibet, quód melior sit ijs, quæ ab illo dabantur, eumque ad veræ religionis notitiam inducit. Non enim simpliciter dicit: Non patiar, ut aliquid tuorum munerum ad me redeat, nõ mihi tali mercede opus est: sed quid? *hom.* 36. *in Gen. & sic respondet D. Chrysost.*

1943 Gen. 14 nu. 22. Extendo manum meam ad Deum altissimum (quasi docens eum: Non sunt dij, qui à te coluntur, sed ligna, & lapides: sed vnus est Deus super omnia, qui creavit cælum, & terram) quòd non accipiam de funiculo vsque ad sphærοterem: ut ne existimes me illorum gratia vltionem sumpsisse, & ne dicere possis quòd mihi abundantiæ factus sis author. Nam qui me triumphare, & vincere fecit, idem & divitias abundè mihi suppeditat. Vidisti quomodo, si quidem lucrum facere voluisset rex, authorem agnoscere victoriæ ex patriarchæ verbis potuisset? Docebat enim post hac non fidendum propria sua virtute, sed agnoscendum authorem omnium, ridendosque manu factos deos, & colendum Deum, qui est super omnia. *hom*, 36. *in Gen.*

1944 Gen. 14 nu. 22. *Et ad illud.* Ne dicas: Ego ditavi Abram. *sic ait D. Chrysost.* Exin & caussam, quare accipere detrectet, dicit: Vt ne dicas, Ego locupletavi Abram, habeo Deum, qui innumera mihi suppeditet bona, supernæ gratiæ innitor: non opus mihi divitijs tuis, non indigeo humanis facultatibus, contentus sum Dei in me beneficentia. Scio illius largitatem. Paucis & vilibus cessi meo Lot, magnas & ineffabiles promissiones assequutus sum, & nunc maiorum divitiarum negociatio mihi est, & maiorem eius gratiam mihi cõcilio, quare opes tuas non accipio *hom.* 35. *in Genes.*

Sic progreditur explanans adhuc eundem textum D. Chrysost. Ideo autem opinor, & iuramentum adhibuit, & dixit: Extendam manum meam ad Deum altissimum, ut ne putet eum ita simulare, ut probabile est sæpe contingere, sed ut sciat hoc ita planè decretum apud Abram ut ne vel minimum quid inde sibi seligeret. Atque ita implebat mandatum illud, quòd à Christo discipulis dictum: Gratis accepistis, gratis date. Non enim ego, inquit, aliud quid ad belli rem attuli, præterquam voluntatem, & promptitudinem. Victoriam autem, & triumphum, ac cætera operatus est ille ineffabili virtute. *hom.* 35. *in Genes.* 1945 Gen. 14 nu. 22. Matth. 10.

Et iterum loquutus in persona Abræ ad regem Sodomorum. Ne igitur exspectes me permissurum, ut mihi des quippiam. Neque enim mercedis gratia vindictã feci, sed primùm ob amoris affectum, quem erga fratris mei filium gero: deinde & propter ipsius iustitiæ officium, ut è barbarorum manibus eriperem iniustè abductos. *hom.* 35. *in Gen*: Levo manum meam, *Extensam, hæc dicens, manum ad Deum cæli levabat, ipsamque ut verè palmam in digitos quasi in ramos protensam Deo, ut palmare trophæum erigebat, nihil sibi de victoria arrogabat, sed prosperum belli eventum Deo referebat.* 1946 Gen 14 nu. 22.

Genes. 14. Exceptis his, quæ comederunt iuvenes, & partibus virorum, qui venerunt mecum, Aner, Escol & Mambre: isti accipient partes suas, *n.* 24. *D. Chrysost.* Vidisti evidentem patriarchæ virtutem, quomodo & philosophiam exercuerit: opes contemnendo, & modestiam præ se ferendo, ut nihil per arrogan- 1947 Gen. 14 nu. 24.

rogantiam, & contemptum facere videatur, neque è victoria superbiat. *hom. 35. in Gen.*

1948 *Et alibi exponens eundem numerum sic ait D. Chrysost.* Nam ne existi-
Gen. 14 met quód per arrogantiam, & fastū
nu. 24 data contemneret, idcirco dicit ei: Ego quidem nihil sumam. Neque enim opus habeo, neque indigeo, ut meæ facultates augeantur ab alijs: eis autem, qui periculorum meorum fuerunt socij, permitto, ut suas portiones accipiant, quo parvam aliquā suorum laborum consolationem habeant. Ita Sodomorum regi respondit iustus. *hom. 36. in Gen. Oblitus ergo sui, & de tribus sollicitus amicis erga illos, qui ipsius amore bellico se obtulerant periculo, suum ostendens amorem eisdem aliqua de spolijs conferenda postulabat, ut sic amore compensaret amorem, & munere gratularetur laborem.*

1949 *Genes.* 15. His itaque transactis, factus est sermo Domini ad Abrā
Gen. 15 per visionem, dicens: Noli timere
num. 1. Abram, ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. *n. 1. Div. Chrysost* Thesauro cuipiam assimilatur iustorum virtus in quo plurimæ & ineffabiles divitiæ continentur. Nam sicut qui ex illo vel parvam quādam partem capere potest, brevi sibi copiā reū quanta satis est parat: ita evenire, & in virtutibus patriarchæ, videre quis potest. *Et paulò infrà.* Narrationem enim de illo in divina scriptura, quasi catenam auream, invenimus contextam. Et omni tempore prinúm quidē ipse præ se fert optimé moratam vitam, statim autem subsequitur divina remuneratio. *hom. 36. in Genes. Merito patriarcha thesaurus nuncupatur, in quo tot cordis actiones, quot uniones; quot gemitus oris, tot gemmæ: quot denique operis munia, tot margaritæ asservantur.*

1950 *Genes.* 15. His itaque trans-
Gen 15 actis &c. *n. 1. D Chrysost.* Vt discatis quāta denuo ei rependatur mer-
num. 1. ces, có quòd contempserat donata sibi á Sodomorum rege. Quid igitur, inquit, Post hæc autem verba factum est verbum Domini ad Abrā. Quare sic incipit, Post hæc autem verba? Num indicat verba, quæ cū Sodomorum rege colloquutus? Post contemptum illum, inquit, postquā ea, quæ ab illo oblata sunt repulit, post doctrinam illam, quam reiectis donis pronunciavit, ut pietate & agnitione conditoris omnium regem initiaret: post hæc autem verba, factum est verbum Domini ad Abram in visione noctis, dicens: ne timeas Abram, ego protego te, merces tua multa valde erit. *homil. 36. in Genes.*

Deinde sic progreditur D. Chrysost. 1951
Vide misericordiam Domini, quam statim, & é vestigio sequens, bene- Gen. 15
ficijs suum athletam remunerat, & ad num. 1.
vlteriora certamina iterum instruens, vigore novo roborat. Factum est verbum Domini in visione noctis. Quare in nocte? Vt in silentio & quiete meliùs, quæ dicuntur accipiat. Et dicit ei: ne timeas Abram. Attende immensam Dei curam. Quare dixit, ne timeas? quia tantas opes contempserat, non curatis his, quæ rex dabat: hoc est, Ne timueris quód despexisti tanta dona, neque anxius sis, quasi imminutiores sint tuæ facultates. Ne timeas. Deinde ut animum magis excitet, adiecit verbo, & appellationem, &, inquit; Ne timeas Abram. Non enim parum ad expergefaciendum facit, cúm quempiā proprio nomine cōpellamus. *hom. 36. in Gen.*

Et exponens illud. Ego protec- 1952
tor tuus sum. *n. 1. iuxta septuaginta.*
Ego protego te, *sic ait Div. Chrysost.* Gen. 15
Multam habet & hoc verbum em- num. 1.
phasin. Ego, qui á Chaldæis te evocavi, ego, qui te huc duxi, ego, qui te á periculis Ægypti liberavi, ego, qui semel atque iterum promisi tibi, atque semini tuo daturum me terram hanc, ego te protegam: ego qui

in

in dies magis, ac magis omnibus te clarum ostendo, ego protego te: hoc est, ego scuti vice tibi ero, ego pro te certo, ego propugnator fio, ego curam gero, ego omnia difficilia facilia tibi reddo, ego protego te. *ho.* 36. *in Gen.* Ego protector tuus sum. *Alia litera iuxta Hebraicā veritatem sic habet;* Ego scutum tuum, *quo scilicet pugnādo, dum illud manu teneres, superasti, ipsumque fecisti parmam non ingloriā, quo superando, dum illud in capite poneres, diadematis instar triumphasti.*

1953 *Gen.* 15. Domine Deus quid dabis
Gen. 15 mihi? Ego vadā absq; liberis: & filius
num. 2. procuratoris domus meæ iste Damascus Elizer. *n.* 2. *D. Chrys.* Vide quomodo priscis illis seculis iustus ille philosophatur. Dimissionem sive absolutionem vocans ex hoc mundo discessum. Nam qui vitam honestè, & in virtutibus egerunt, quādo ex hac vita emigrant, verè liberantur, & quasi soluūtur á certaminibus, & á vinculis relaxātur. Est enim mors his, qui bene vivūt, translatio quædā ad meliora: à momentanea vita ad perpetuam. *hom.* 36. *in Gen.*

1954 *Et exponens illud.* Ego vadam absq;
Gen. 15 liberis. *sic ait D. Chrys.* Ingentē dolo-
num. 2. rē animæ eius declarant hæc verba, quasi diceret Deo: Neq; ea sū assequutus, quæ ancilla mea vernacula: sed ego quidē abibo sine filio, hic autem vernaculus meus hæreditatē accipiet. *Et infrá.* Magna fiducia Dominū alloquitur, manifestamq; facit internā cogitationē, ostendens animæ suæ vlcus, unde & acceleratū accepit medicamentū: Statimq; sermo Domini factus est a d eū dicēs: Non erit hic hæres tuus: sed qui egredietur de vtero tuo. *ho.* 36. *in Gen.*

1955 *Et alibi sic ait D. Chrys.* Liberorū de-
Gen. 15 sideratio lætis rebus admota, cūctam
num. 2. illā prosperitatē obūbrae, ac deijcere sola potuisset. Nā promissio illa divina ad extremā senectutē, quādo maximè desperabatur impleri posse, facta est. Priori autē toto tēpore á luctu, & mærore nunquā vacaverat: quātòq; ampliùs augeri divitias videbat, tātò lugebat vehemētiùs, cùm hæres illi non esset, qui his omnibus succederet. *tom.* 5. *lib.* 2. *de providentia Dei.* Quid dabis mihi. *Ita legitimū filium appetebat, ut quidquid aliud á Deo acciperet, indignū nomine reputaret,* Quid dabis mihi?

Gen. 15. Eduxitq; eū foras, & ait 1956
illi: Suspice cælū, & numera stellas, si
potes. Et dixit ei: Sic erit semen tu- Gen. 15
um. Credidit Abrā Deo, & reputa- num. 5.
tū est illi ad iustitiā *n.* 5. *&* 6. *D. Chrys.* & 6.
Fidei Abrahā ducamus exordiū, qui cúm in occidua cōstitutus ætate, filiū á Deo promissum se crederet acceptorū, & fidei præmiū in filio conspexit, & in stellarū suā sobolem numerū redundantē, fide cōparavit eadē. Deniq; vnus filius Abrahæ exoptatur, & immensa ei multitudo promittitur: solatiū vnius hæredis conquiritur, & innumerabilis soboles destinatur. Nescis, inquit, Dominus, nescis Abrahā, quid destinatū sit tibi: sed idcirco nescis, quia quid merearis nō respicis. Tantúm enim de me tua meruit fides, tantùm tua obsequia valuerūt, ut & quid desideres noverim, & facere quod mereris decreverim. Namq; tibi nascetur filius, cuius semē diffundetur in millia, ut & similitudini siderū coæquetur, & arenæ immensitatibus comparetur. *tom.* 1. *ser. de fide Abrā.* Sic erit semē tuū. *Licet enim vnus futurus sit tibi filius á me conferēdus, innumeris tamen, qui cū stellis in splendore virtutis possit comparari; adæquabitur, meū scilicet referens filium unicū, qui mihi instar omnium est, unde tibi instar multorum tuus vnicus iste filius reputabitur.*

Genes. 15. Statimque sermo Do- 1957
mini factus est ad eum dicens: Non
erit hic hæres tuus: sed qui egre- Gen. 15
dietur de vtero tuo, ipsum habebis num. 4.
hæredem. *n.* 4. *D. Chrys.* Quia supra naturam erat promissio, & vincebat

huma-

rogantiam, & contemptum facere videatur, neque è victoria superbiat. *hom. 35. in Gen.*

1948 Gen. 14 nu. 24. *Et alibi exponens eundem numerum sic ait D. Chrysost.* Nam ne existimet quód per arrogantiam, & fastũ data contemneret, idcirco dicit ei: Ego quidem nihil sumam. Neque enim opus habeo, neque indigeo, ut meæ facultates augeantur ab alijs: eis autem, qui periculorum meorum fuerunt socij, permitto, ut suas portiones accipiant, quo parvam aliquã suorum laborum consolationem habeant. Ita Sodomorum regi respondit iustus. *hom. 36. in Gen. Oblitus ergo sui, & de tribus sollicitus amicis erga illos, qui ipsius amore bellico se obtulerant periculo, suum ostendens amorem eisdem aliqua de spolijs conferenda postulabat, ut sic amore compensaret amorem, & munere gratularetur laborem.*

1949 Gen. 15 num. 1. *Genes.* 15. His itaque transactis, factus est sermo Domini ad Abrã per visionem, dicens: Noli timere Abram, ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. *n. 1. Div. Chrysost* Thesauro cuipiam assimilatur iustorum virtus in quo plurimæ & ineffabiles divitiæ continentur. Nam sicut qui ex illo vel parvam quãdam partem capere potest, brevi sibi copiã rerũ quanta satis est parat: ita evenire, & in virtutibus patriarchæ, videre quis potest. *Et paulò infrà.* Narrationem enim de illo in divina scriptura, quasi catenam auream, invenimus contextam. Et omni tempore prin úm quidẽ ipse præ se fert optimé moratam vitam, statim autem subsequitur divina remuneratio. *hom. 36. in Genes. Merito patriarcha thesaurus nuncupatur, in quo tot cordis actiones, quot uniones; quot gemitus oris, tot gemmæ: quot denique operis munia, tot margaritæ asservantur.*

1950 Gen 15 num. 1. *Genes.* 15. His itaque transactis &c. *n. 1. D Chrysost.* Vt discatis quãta denuo ei rependatur merces, eó quód contempserat donata sibi á Sodomorum rege. Quid igitur, inquit, Post hæc autem verba factum est verbum Domini ad Abrã. Quare sic incipit, Post hæc autem verba? Num indicat verba, quæ cũ Sodomorum rege colloquutus? Post contemptum illum, inquit, postquã ea, quæ ab illo oblata sunt repulit, post doctrinam illam, quam reiectis donis pronunciavit, ut pietate & agnitione conditoris omnium regem initiaret: post hæc autem verba, factum est verbum Domini ad Abram in visione noctis, dicens: ne timeas Abram, ego protego te, merces tua multa valde erit. *homil. 36. in Genes.*

Deinde sic progreditur D. Chrysost. Vide misericordiam Domini, quam 1951 Gen. 15 num. 1.
statim, & é vestigio sequens, beneficijs suum athletam remunerat, & ad vlteriora certamina iterum instruens, vigore novo roborat. Factum est verbum Domini in visione noctis. Quare in nocte? Vt in silentio & quiete meliùs, quæ dicuntur accipiat. Et dicit ei: ne timeas Abram. Attende immensam Dei curam. Quare dixit, ne timeas? quia tantas opes contempserat, non curatis his, quæ rex dabat: hoc est, Ne timueris quód despexisti tanta dona, neque anxius sis, quasi imminutiores sint tuæ facultates. Ne timeas. Deinde ut animum magis excitet, adiecit verbo, & appellationem, &, inquit; Ne timeas Abram. Non enim parum ad expergefaciendum facit, cúm quempiã proprio nomine cõpellamus. *hom. 36. in Gen.*

Et exponens illud. Ego protec- 1952 Gen. 15 num. 1.
tor tuus sum. *n. 1. iuxta septuaginta.* Ego protego te, *sic ait Div. Chrysost.* Multam habet & hoc verbum emphasin. Ego, qui á Chaldæis te evocavi, ego, qui te huc duxi, ego, qui te á periculis Ægypti liberavi, ego, qui semel atque iterum promisi tibi, atque semini tuo daturum me terram hanc, ego te protegam: ego qui

in

in dies magis, ac magis omnibus te clarum ostendo, ego protego te: hoc est, ego scuti vice tibi ero, ego pro te certo, ego propugnator fio, ego curam gero, ego omnia difficilia facilia tibi reddo, ego protego te. *ho.* 36. *in Gen.* Ego protector tuus sum. *Alia litera iuxta Hebraicā veritatem sic habet;* Ego scutum tuum, *quo scilicet pugnādo, dum illud manu teneres, superasti, ipsumque fecisti parmam non ingloriā, quo superando, dum illud in capite poneres, diadematis instar triumphasti.*

1953 *Gen.* 15. Domine Deus quid dabis mihi? Ego vadā absq; liberis: & filius procuratoris domus meæ iste Damascus Eliezer. *n.* 2. *D. Chrys.* Vide quomodo priscis illis seculis iustus ille philosophatur. Dimissionem sive absolutionem vocans ex hoc mundo discessum. Nam qui vitam honestè, & in virtutibus egerunt, quādo ex hac vita emigrant, verè liberantur, & quasi soluūtur á certaminibus, & á vinculis relaxātur. Est enim mors his, qui bene vivūt, translatio quædā ad meliora: à momentanea vita ad perpetuam. *hom.* 36. *in Gen.*

Gen. 15 *num.* 2.

1954 *Et exponens illud.* Ego vadam absq; liberis. *sic ait D. Chrys.* Ingentē dolorē animæ eius declarant hæc verba, quasi diceret Deo: Neq; ea sū assequutus, quæ ancilla mea vernacula: sed ego quidē abibo sine filio, hic autem vernaculus meus hæreditatē accipiet. *Et infrá.* Magna fiducia Dominū alloquitur, manifestamq; facit internā cogitationē, ostendens animæ suæ vlcus, unde & acceleratū accepit medicamentū: Statimq; sermo Domini factus est a d eū dicēs: Non erit hic hæres tuus: sed qui egredietur de vtero tuo, *ho.* 36. *in Gen.*

Gen. 15 *num,* 2.

1955 *Et alibi sic ait D. Chrys.* Liberorū desideratio lætis rebus admota, cūctam illā prosperitatē obūbrare, ac deijcere sola potuisset. Nā promissio illa divina ad extremā senectutē, quādo maximè desperabatur impleri posse, facta est. Priori autē toto tēpore á luctu, & mærore nunquā vacaverat: quātòq; ampliús augeri divitias videbat, tātò lugebat vehemētiùs, cùm hæres illi non esset, qui his omnibus succederet. *tom.* 5. *lib.* 2. *de providētia Dei.* Quid dabis mihi. *Ita legitimū filium appetebat, ut quidquid aliud á Deo acciperet, indignū nomine reputaret,* Quid dabis mihi?

Gen. 15 *num.* 2.

Gen. 15. Eduxitq; eū foras, & ait illi: Suspice cælū, & numera stellas, si potes. Et dixit ei; Sic erit semen tuum. Credidit Abrā Deo, & reputatū est illi ad iustitiā *n.* 5. *&* 6. *D. Chrys.* Fidei Abrahā ducamus exordiū, qui cúm in occidua cōstitutus ætate, filiū á Deo promissum se crederet accepturū, & fidei præmiū in filio conspexit, & in stellarū suā sobolem numerū redundantē, fide cōparavit eadē. Deniq; vnus filius Abrahæ exoptatur, & immensa ei multitudo promittitur: solatiū vnius hæredis conquiritur, & innumerabilis soboles destinatur. Nescis, inquit, Dominus, nescis Abrahā, quid destinatū sit tibi: sed idcirco nescis, quia quid mereris nō respicis. Tantúm enim de me tua meruit fides, tantùm tua obsequia valuerūt, ut & quid desideres noverim, & facere quod mereris decreverim. Namq; tibi nascetur filius, cuius semē diffundetur in millia, ut & similitudini siderū coæquetur, & arenæ immensitatibus comparetur. *tom.* 1. *ser. de fide. Abrā.* Sic erit semē tuū. *Licet enim vnus futurus sit tibi filius á me conferēdus, innumeris tamen, qui cū stellis in splendore virtutis possit comparari; adæquabitur, meū scilicet referens filium unicū, qui mihi instar omnium est, unde tibi instar multorum tuus vnicus ille filius reputabitur.* 1956 *Gen.* 15 *num.* 5. *&* 6.

Genes. 15. Statimque sermo Domini factus est ad eum dicens: Non erit hic hæres tuus: sed qui egredietur de vtero tuo, ipsum habebis hæredem. *n.* 4. *D. Chrys.* Quia supra naturam erat promissio, & vincebat 1957 *Gen.* 15 *num.* 4.

humanã rationem (magnam enim in eo turbationem excitabãt tot naturæ impedimenta, senectus eius, & quód Sara sterilis, ac vtero emortuo erat) auget Dominus promissorum magnitudinem, ut iustus ad promittentis liberalitatem respiciens, bene speraret, consideretque sic eventurum. *ho.* 36. *in Gen. Munificus Dominus promisit Abra plura, quàm ab eo ipsi Abram ausus fuerit postulare; voluit enim liberalitate sua desiderium petentis, transcendere.*

1958 *Genes.* 15. Scito prænoscens quód peregrinũ futurũ sit semen tuum in terra non sua, & subijcient eos servituti, & affligent quadringẽtis annis. Verumtamen gentem, cui servituri sunt, ego iudicabo: & post hæc egredientur cũ magna substantia. *n.* 13. *&* 14. *D. Chrysost.* Verúm hîc merito quis addubitet, quomodo quadringentis annis dicit servire eos, quamvis neq; dimidium eorũ fuerint ipsi in Ægypto? Propterea non dicit, quòd in Ægypto futuri sint annis quadringẽtis, sed in terra nõ sua: ita ut possit connumerari cũ annis in Ægypto, & tempus patriarchæ, ex quo ei imperatũ est, ut ex Charran egrederetur. Ab illo enim tẽpore, tẽpus annorũ nobis manifestũ fecit scriptura, quæ dixit, quòd septuaginta quinq; annorum fuerit Abrã, quando exivit ex Charran: ex eo igitur tẽpore vsq; ad exitum de Ægypto, inveniet quis numerũ salvũ, & integrum. *hom.* 37. *in Gen.*

Gen. 15 nu. 13. & 14.

1959 *Aliam adhibet huic quæstioni solutionẽ D. Chrys. dicens;* Dici potest etiã aliter, quòd cùm Dominus sit misericors, & imbecillitati nostræ respondentes faciat pænas, quia vidit eos ita labore pressos, & Ægyptios magnã in eos crudelitatẽ exercere, ante definitum tempus, vltionẽ fecit, & ad libertatem eos reduxit. Dei enim mos est, quoniam in omnibus salutẽ nostram operatur, ut etiã si minetur se punitutũ, si nos voluerimus conversionis exhibere specimina, possimus eius revocare sententias. *hom.* 37. *in Gen.* Scito &c. *Ergo tempus captivitatis Israelitarum à tempore, in quo Deus captivitatem Abræ prænunciavit, supputatur. Nec immeritò, pœna enim à Deo prænunciata, ac proinde certo certiùs eventura, non minùs Israelitas affligebat per tẽpus, in quo ab illis timebatur, quàm per tempus, in quo ab eisdem ferebatur.*

Gen. 15 nu. 13. & 14.

Genes. 15. Tu autẽ ibis ad patres tuos in pace, sepultus in senectute bona. Generatione autẽ quarta revertentur huc: necdũ enim cõpletæ sunt iniquitates Amorrhæorum vsq; ad præsens tempus. *n.* 15 *&* 16. *D. Chrys.* Tu autẽ, inquit, abibis ad patres tuos conversus (in pace) in senectute bona. Nõ dixit, morieris: sed abibis: quasi peregrinaturo eo, & migraturo à patria in patriã. Abibis, inquit, ad patres tuos. Non carnales dicit: qui enim poterat? Incredulus enim erat pater eius, & non erat possibile, ut eundem locũ caperet, quẽ ille. Chaos enim, inquit, magnũ est nos inter & inter vos. Quare dixit ad patres tuos? iustos insinuans, ut Abel, & Noe, & Enoch. *ho.* 37 *in Gen.* 1960

Gen. 15 nu. 15. & 16.

Et exponens illud, Sepultus &c. *sic ait D. Chrysost.* Qualis hæc senectus bona, fortasse dicet aliquis, ad quam tantis molestijs per omnẽ vitam venit? Verúm ne hoc attendas homo, sed specta, quæ illi omni tẽpore fuerit gloria, & quomodo gloriosus vixerit peregrinus, qui civitate focoq; carebat, & quanto frui ei datũ est omni tẽpore Dei subsidio. Nõ igitur iuxta præsentẽ opinionẽ iudica res, neq; senectutẽ esse bonã cense, versari in luxu, delicijs, & crapula, & possessione divitiarũ. *ho.* 39. 1961

Gen. 15 nu. 15. & 16.

Deinde sic progreditur D. Chrysost. Sané qui in via virtutis ambulavit, hic veré conversus in senectute bona, vita defungitur, & laborum præsentium invenit mercedes, & retributiones. *hom.* 37. *in Gen. Felix admodum patriarcha, cui ipse Deus* 1962

Gen. 15 nu. 15. & 16.

iuxta

iuxta sepulturam posito responsum, quo in pace requiesceret, decantavit: dicens. Tu autem ibis ad patres tuos in pace.

1963 *Genes.* 15. Generatione autem
quarta revertentur huc : necdum
Gen. 15 enim completæ sunt iniquitates A-
nu. 16. morrhæorum vsque ad præsens tem
& 17. pus. Cùm ergo occubuisset sol, facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis transiens inter divisiones illas. *num.* 16. & 17. *D. Chrysost.* Tunc, inquit, erit tempus, ut & illi reducantur in libertatem, & ij pœnam luentes pro multitudine peccatorum é terra expellantur. Ambo itaque fient tēpore opportuno, & illorum instauratio, & horum excidium. *hom.* 37. *Quis non timeat aliquod de novo delictum perpatrare. Quare non horrescis, ò peccator insane? Forsan unum tibi solum deest committendum flagitium, ut tuam impleas mensuram peccatorum, quo proinde commisso in profundum mittaris inferorum.*

1964 *Genes.* 16. Tulit Agar Ægyp-
tiam ancillam suam post annos de-
Gen. 16 cem, quàm habitare cœperant in
nu. 3. terra Chanaan: & dedit eam viro suo vxorem. *n.* 3. *D. Chrysost.* Vt evidenter scias patriarchæ continentiam, & eximiam temperantiam, dicit: Postquam decem annos cohabitasset viro suo in terra Chanaan. Nō absque causa tempus assignavit, sed ut scire possimus quot annis iustus fortiter infœcunditatem tulerit & affectionibus superior magnam declaraverit continentiam. *hom.* 38. *in Gen. Non Abrahæ, sed Saræ ancilla Agar hic nuncupatur: ut quæ per annos decem in speciali obsequio Saræ, non autem in dominium Abrahæ occuparetur.*

1965 *Genes.* 16. Octoginta, & sex
annorum erat Abram, quando pe-
Gen. 16 perit ei Agar Ismaelem. *num.* 16. *D.*
nu. 16. *Chrysost. colligens ex hoc loco quo pacto Abraham transactis decem annis post factam sibi á Deo promissionem de conferenda terra posteris ipsius, pluribus tentationibus probatus, acceperit tandem Ismaelem ex ancilla, sic ait.* Probans Deus suum famulum & piam eius mentē detegens. Ipse enim claré præsciebat famuli sui gratitudinem, & animæ eius pulchritudinem sciebat, margaritamque hanc evidenter agnoscebat. Sed quia voluit omnibus tunc præsentibus eum manifestare, ut & posterioribus seculis ipsa iusti virtus ad imitationem, ac zelum, eos qui æmulari volunt provocaret: idcirco paulatim mentē iusti tam opulentā nobis detegit, ut discamus, & nos divinis promissionibus non diffide-
re, neq; dilationē gravatim ferre. 1966

Et pauló infrà sic ait D. Chrys. Et
post decimum annū suscepit Isma- Gen. 16
elē ex ancilla, & in illo putat quòd nu. 16.
reliquū erat promissionis ad implendum, & iterū tredecim annis exercetur à misericorde Deo in patientia, donec eius promissio impleatur. Nam quemadmodū vidisti aurū in conflatoria fornacula purgari, ita temporis accessione iusti virtus clarior fit, & illustrior. *hom.* 39. *in Gen. Per tot tentatus annos patriarcha longanimitatem, ut vir patientissimus conservabat, quia, licet spectata rerum natura, sibi penitus diffideret, de potentia promittentis minimé desperabat.*

Gen. 17. Apparuit ei Dominus: di- 1967
xitq; ad eū: Ego Deus omnipotens:
ambula corā me, & esto perfectus. *n.* Gen. 17
1. *Septuaginta sic legunt.* Dicit enim num. 1.
ad eum: Ego sum Deus tuus, esto probatus corā me, & esto irreprehēsibilis. *D. Chrys.* Ego sum, inquit, Deus tuus: quasi diceret, Ego sum, qui vsq; ad præsens res tuas varijs modis dispenso. Ego sum, qui te é domo tua evocavi, & huc duxi, qui omni tēpore propugnator tuus sum, & qui te inimicis prævalere feci.

Et infrà sic progreditur D. Chrysost. 1968
Nō dixit simpliciter, Ego sum Deus:
sed, Ego sum Deus tuus: Vide mirā Gen. 17
bonitatem quomodo hoc etiam ad- num. 1.
ditamento amorem suū erga iustum declaravit. Nam, qui totius mundi

est Deus, & vniversi opifex, creator cæli & terræ, dicit: Ego sum Deus tuus. Ingens profectó honor, qui iusto tribuitur. *hom.* 36. *in Gen.*

1969 *Et adhuc inferiús ait D. Chrysost.* Sicut ipse nunc, cúm sit Dominus
Gen. 17 num. 1. communis omnium, á servo, ut peculiaris vocari voluit, & inveniemus eum post hæc dicentem. Ego
Exo. 3. Psa. 62. sum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob; ita & prophetæ dicere consueverunt: Deus Deus meus: nō concludentes eius dominium, sed amorem immensum declarantes. Non igitur mirum si homines hoc faciūt, cúm & ipse idē faciat. *ho.* 39.

1970 *Pergit adhuc Div. Chrysosto.*
Gen. 17 num. 1. Cæterum ne miremur dilecti, sed audiamus prophetam dicentem: Melior est vnus faciens volunta-
Ecli. 16 tem Domini, quàm decies mille peccatores. Et iterum audiamus Pau-
Heb. 11 lum dicentem: Obambulaverunt in melotis, in pellibus caprinis, egētes, angustiati, quibus non erat dignus hic mundus. Sic propheta quidem pronunciat vnum, qui facit voluntatem Domini, impijs decem millibus meliorem. Beatus verò Paulus doctor orbis, memorans bonos omnes in afflictionibus hîc agētes, inquit, Quibus non erat dignus hic mundus, Ita cùm dixisset totū mundum, mundo opposuit eos, qui hîc vexantur, & affliguntur, ut discas quanta sit virtutis magnitudo. Atq; ob hoc Dominus Deus inquit ad patriarcham: Ego sum Deus tuus *hom.* 39. *in Gen. Tanti vnum Abrahamum Dominus faciebat, ut se Deum verè etiā affirmaret, eò quòd eum, ut servum, cuius denominaretur Deus, sub divino dominio contineret.*

1971 *Genes.* 17. Ego Deus omnipotens: ambula coram me & esto per-
Gen. 17 nu. 1.2 fectus. Ponamque fœdus meum inter me, & te, & multiplicabo te vehementer nimis. *num.* 1. 2. *Div. Chrysost. secundùm septuaginta*; Ego sum Deus tuus, sis probatus coram me, & esto irreprehensibilis. Neque enim contemnam tuæ virtutis sudores, sed ponam testamentum meum inter me, & inter te, & multiplicabo te valde. *hom.* 39. *in Gene.* Ambula coram me. *Nullum enim medium efficacius est, ut quisque, quin á recto deviet itinere, in via perfectionis semper totis curet viribus ambulare, quám Deum sibi præsentem gressus illius, & progressus dinumerantem cogitare.*

Genes. 17. Cecidit Abram pronus in faciem. *num.* 3. *D. Chrysost.* 1972
Gratus, & religiosus famulus, videns tantam erga se misericordiam, Gen. 17 num. 3.
& obsequium, atque curam, obstupefactus, animoque versans, & naturam suam, & bonitatem, immensamque misericordiam Dei, cecidit in faciem suam. Qua figura suam indicavit gratitudinem. Non solùm enim tunc non fuit factus arrogantior, neque superbiebat propter favorem Dei, quem experiebatur, sed & multó magis humiliabatur. Cecidit in faciem suam, quia post tantam fiduciam iustus se ipsum, & naturæ suæ imbecillitatem considerans, neque oculos attollere ausus fuit, sed in faciem pronus multam declaravit reverentiam. *hom.* 39. *in Genes.* Cecidit. *Ac si tanti beneficij pondere gravatus, audiens Deum omnium Deum suum appellari, stare non posset.*

Genes. 17. Dixitque ei Deus: 1973
Ego sum, & pactum meum tecum, Gen 17
erisque pater multarum gentium. nu. 4 5.
Nec vltra vocabitur nomen tuum Abram: sed appellaberis Abraham: quia patrem multarum gentium cōstitui te. *n.* 4. 5. *D. Chrysost.* Considera, dilecte, quomodo prædicit iusto, & nunc manifesté omnia, & ut maioribus eum argumentis certum reddat, etiam literam addit nomini eius. Nam sicut prius nomen eius transitum indicabat iuxta Hebræorum linguam; & parentes eius nomen hoc indiderant, eó quòd à patria ... in Chananæam transi-

transiturus erat, *hom.* 39. *in Gen.*

1974 *Et infrà sic ait D. Chrysost.* Patriarchæ nomen parentes indiderant, Gen. 17 statim ab initio declarantes quód nu. 4.5 peregrinus erat futurus, & transiturus flumen in terram alienam veniret. *vbi suprà. Et statim ad illud.* Nec vltra vocabitur nomen tuum Abram: sed appellaberis Abraham. *num.* 5, *sic pergit.* Quoniam nomen à parentibus tibi inditum illud præsignavit: accipe & vnius elementi additionem, ut scias quód hoc tibi declarat, te multarum gentium fore patrem. Sciens, inquit, tuæ virtutis magnitudinem, multarum gentium doctorem te faciam. *hom.* 39.

1975 *Et alibi exponens eundem textum sic ait D. Chrysost.* Etenim Abram vocabatur priùs: Gen. 17 sed hoc nomen non nu. 4.5 est Græcum, neque nostra, sed Hebræorum lingua sic vocatur. Quid igitur sonat nomen hoc, cùm interpretatur? Transitor. Nam Abrā Syrorum voce idem est quód trans, vel vltra: & sciunt, qui linguæ eius periti sunt. Sed dicis, quare transitor vocatur? Iudæa regio, hoc est Palæstina omnis, quæ ab Ægypto vsque ad Euphratem é regione iacet Babyloniæ, vnde erat Abraham: & fluvius communis terminus vtriusque terræ, medius vtramque secat. Et quia Abraham non Palæstinus erat, sed ab vlteriori ripa fluminis venerat, nempe á Babylonia: ideo à loco & facto nomen accepit, & dictus est Transitor: quia à loco vlteriori fluminis venit. Quare autem fluvium transijt? Quia Deus iusserat. Et quare Deus iussit? Vt ostenderetur obedientia iusti: Et quomodo ostensa fuit obedientia iusti? Quia propter præceptum Dei domum suam, quam reliquit, pro aliena commutavit. *hom. Quare Abram vocatus sit Abraham.*

1976 *Deinde sic sibi obijcit Div. Chrysost.* Sed fortè statim dixerit aliquis: Gen. 17 Mendacium hoc est, & confictum, nu. 4.5 Parentes enim Abrahæ iniusti fuerunt, & neque placuerunt Deo, neque sciverunt futura, neque pollicitationem á Domino dandam præcognoverunt. Certè impij erant & idololatræ, & barbaris magis barbari. *hom. citata de nomine Abram.*

Sic respondet Div. Chrysost. Scio 1977 & ego, & propterea laudo iustum, Gen. 17 quòd tales parentes habens, talis nu. 4.5 ipse factus sit. Etenim valde rarum, & admirabile est, ex agresti radice dulcem fructum produci. At non accusandi sunt ob parentum malitiam filij piè viventes, sed & ut admirabiles habendi, eó quód cùm pietatem á parentibus non acceperunt nec habuerunt, qui manu ducerent, quasi in eremo, & invio euntes, viam, quæ in cælum fert, invenire potuerunt. Non igitur crimem est, habere patrem impium, sed imitari patris impietatem. *homil. de nomine Abram.*

Sed adhuc sic quærit D. Chrysost. Verùm cùm parentes Abrahæ, ut dixi, 1978 fuerint impij, quomodo ei hoc no- Gen. 17 men indiderunt? Fuit hoc opus di- nu. 4.5 vinæ sapientiæ per incredulam linguam dispensantis, ut puero nomen imponeretur habens in se futurorū historiam, *homil. de nomine Abraha.*

Et alibi exponens eundem textum 1979 *Genes.* 17. Nec vltra vocabitur no- Gen. 17 men tuum Abram: sed appellabe- nu. 4.5 ris Abraham. *sic ait D. Chrysost.* Disce quantum valeat vnius tantùm literulæ adiectio, ac desine tota contemnere nomina. Patriarcha noster Abrahā priùs dictus est Abrā, quod interpretatum sonat Transitorem: post hæc veró nomine commutato dictus, Abraham, pater factus omniū gentiū: & vnicum elementū adiectū tantum principatum vendicavit iusto. Quemadmodum enim reges præfectis suis aureas porrigunt tabellas, principatus signū, sic & Deus iusto illi honoris signum dedit literam. *hom.* 2, *de verbis Isaiæ.*

1980 *Tandem sic idem D. Chrysost. ad eundem textum.* Vides quanta catena Gen 17 nu. 5. rerum in appellatione iusti nectatur? Vides quám ingens historiarum pelagus nomen hoc nobis aperiat? Disce igitur eius nomen primum, ut cúm videris eum Palæstinam incolentem, appellatione nominis in memoriam patriæ eius, & causæ, propter quam eam reliquit, manuducaris, & ita ad imitandum eum admoneare. *hom. De nomine Abram.* Nec ultra vocabitur nomen tuum Abram, *n.* 5. *Vt omnium infidelium parentum, hoc tibi imponentium nomen obliviscaris: sed appellaberis Abraham, ut mei semper tibi hoc novum vocabulum imponentis, recorderis.*

1981 *Genes.* 17. Faciamque te crescere vehementissimé, & ponam te Gen. 17 num. 6. in gentibus, regesque ex te egredientur. *n.* 6. *D. Chrysost.* In nomine, quasi in columna quadam indelebili, promissionem ei inscripsit. *hom.* 39. *in Gen. Non magnam aliquam divinæ promissionis chartam sed literam unam iusti vocabulo additam, Abrahæ datam videmus, ut de impletione promissionis sibi factæ securus redderetur: litera enim illa assumpta ex nomine Dei, addita iusti vocabulo, fidem omnium, quæ scribi possent chartæ, multùm excedebat.*

1982 *Genes.* 17. Et statuam pactum meum inter me & te, & inter semẽ Gen. 17 num. 7. tuum post te in generationibus suis fædere sempiterno: ut sim Deus tuus, & seminis tui post te. *n.* 7. *Div. Chrysost.* Vt sim Deus tuus, inquit, & seminis tui post te. Hoc enim erit tibi & semini tuo summa & caput bonorum. *Et infrà ad illud.* Et ero eorum Deus. *n.* 8. *sic ait*, Propter tuam, inquit, virtutem, & posteri tui erunt mihi commendatiores, & ero eorum Deus. Quid est, Et ero eorum Deus? Hoc est, multam me eorum curam habere ostendam, & meum subsidium illis præstabo. *hom.* 39, *in Gen. Neque enim Abrahamus filios post se relinquendos, suos esse putaret, nisi Deus se Deum eorum futurum esse promitteret, quem proinde quisque illorum Deũ suum posset appellare.*

Genes. 17. Circuncidetur ex vobis omne masculinum, *n.* 10. *Div. Chrysost.* Nunc demum accipit mandatum circuncisionis, & in tali ætate circunciditur, ut posteris omnibus lex quædam, & regula fierent ea, quæ patriarcha prior fecerat. *hom.* 39. *in Gen. Circuncisionis præceptum patriarcha implevit, ut exprimitur infrá* Circuncisus est Abraham. *nu.* 26. *Vt exemplo suo alios ad impletionem præcepti excitaret, sic enim ipse alijs lex erat animata, quæ facilius ad observantiã legis à Deo datæ omnes obligaret.* 1983 Gen. 17 nu. 10.

Genes. 17. Et benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus sum, eritque in nationes, & reges populorum orientur ex eo. *n.* 16. *D. Chrysost.* Vniversorũ Deus nostri curam agens non semper in adversis nos manere relinquit, ut non opprimatur nostra infirmitas, sed celeriter & ipse opitulatur, firmans nostram alacritatem, & mentẽ excitans. *hom.* 4. *in Gen. & infrà sic pergit.* Quoniam & medicus, quando infirmum curat, neque semper in fame detinet, neque semper larga mensa frui finit, ut non voracitas febrim parens, augeat morbum; fames verò infirmiorem eum efficiat: sed coniectans apud se quantæ sint ægrotantis vires, & diligenter vtẽs arte, omnia sua in medium affert. *vbi suprà.* 1984 Gen. 17 nu. 16.

Vnde sic progreditur D. Chrysost. Similiter & misericors Deus, sciens quid cuivis expediat, aliquando cõcedit nobis prosperitate frui, aliquãdo autem exercitationis gratia tentationibus nos circundat. Ideo obsecro, cùm sciamus potentiam, & sapientiam medici animarum nostrarum, nunquam curiosè eius dispensationes inquiramus. *hom.* 4. *in Gen.* 1985 Gen 17 nu. 16.

Adhuc pergit in eadem similitudine & sic ait D. Chrysost. Cúm videt nihil pro- 1986

prodesse nobis prosperitatem, tunc sicut bonus medicus, qui animadvertit hebetiores fieri eos, quorum curam gerit, propter crapulam, ad sanitatem per sobrietatem reducit. Ita & eximius animarum nostrarum medicus demittit paulisper nos tentari, ut sentiamus quantùm damni ex prosperitate acceperimus; & quando scit profutura remedia, tũc celeri nobis subsidio concedit, ut à tentationibus liberemur, & suæ pro videntiæ curam vbertim declarat. *homil.* 4. *in Gen.* Dabo tibi filium. *num.* 16. *Non solùm ex Sara promittit Deus Abrahamo filium, sed & illum regũ progenitorem futurum esse declarat, ut suorum nepotum nobilitatẽ regiam fore præsignificaret, & sic senem exhilararet.*

1987 *Genes.* 17. Abraham nonaginta, & novem erat annorum quando
Gen. 17 circuncidit carnem præputij sui. *n.*
nu. 24. 24. *D. Chrysost.* Cùm esset iam iustus ob suam in Deum fidem, in signum circuncisionẽ accepit. Et priùs quidem nomine eius litera additur, deinde autem circuncisio imperatur: quo ostendit Deus, quód ob multã virtutem iustum iam peculiariter possederit, & propter illum etiã eos, qui illi nasciturí erant.

1988 *Deinde sic pergit D. Chrysost.* Et
Gen. 17 quemadmodum si quis servum pos-
nu. 24. sidet, nomen eius, & figuram sæpe immutat, omniaque facit, ut sciatur suus esse, & dominium suum innotescat: ita nimirùm, & omnium Dominus, quasi posthac separare eum volens ab alijs hominibus, adiecta litera declaravit, quód multorum populorum esset pater: circuncisione autem quòd electus eius populus futurus esset, & ab alijs gentibus sequestratum semen ex eo nasciturũ *hom.* 39. *in Gen.*

1989 *Et alibi sic ait D. Chrysost.* Ne
Gen. 17 putes absque causa scripturam pro-
nu. 24. ponere nobis numerum annorum. Nam ut ex hoc discas iusti magnam obedientiam, quòd cùm iam in decrepita esset ætate, leniter tulerit dolorem propter præceptum Dei, & propterea facit illam enumerationem. *hom.* 40. *in Gen.*

Et paulò infrà sic progreditur Div. 1990
Chrysost. Hic autem senex, & decre-
pitus (centum enim annorum erat) *Gen.* 17
cruciatum leniter tulit, simul & *nu.* 24.
præceptum Dei implere volens, & filium, & vernaculos omnes promptiores reddens, ut ne cunctarentur, sed magna alacritate Dei præceptũ implerent. Vidisti quanta res sit vir præstans virtute, quomodo ministros omnes docet, ut sua vestigia sequantur. *hom.* 40. *Gloriabatur merito Deus, quòd Abraham servum sibi vendicaret, ideoque & nomine mutato, & signo imposito servum suum esse propalabat.*

Genes. 18. Apparuit autem ei 1991
Dominus in convalle Mambre sedẽ-
ti in ostio tabernaculi sui in ipso fer- *Gen.* 18
vore diei. *n.* 1. *D. Chrysost.* Qua de *num.* 1.
causa sic dixit beatus Moyses: Apparuit autem ei Deus apud quercum Mambre, sedente eo ad ianuam tabernaculi sui meridie? Considera, oro, hîc virtutem iusti. Tantopere curabat hospitalitatem, ut nollet hospitum venationem cuipiam familiarium committere: sed trecentos decem, octo habens vernaculos, homo senex, & nunc decrepitæ ætatis (centenarius enim erat) apud ianuã sedebat. *hom.* 41. *in Gen.*

Pergit D. Chrysost. Et hic quidem 1992
hoc opus faciebat, & neque senec-
tus illi obstaculó erat, neque suæ *Gen.* 18
quietis cura, neque intus super lec- *num.* 1.
tum recumbebat, sed ad ostium sedebat: alij autem sæpe non solùm tantum studium non faciunt, sed & planè diversum, & horum congressus fugiunt & evitant, ut ne inviti cogantur excipere. Verùm non iustus ille ita agebat, sed sedebat ad ianuam meridie. Hoc valde auget hospitalitatem, & virtutem iusti. *hom.* 41.

Et iterum sic ait D. Chrysost. In me- 1993

Gen. 18 num. 1. ridie, inquit, hoc faciebat. Merito, quoniam sciebat, quòd quibus est itineris necessitas, eo tempore maximé indigent cura: proinde tempus hoc, ut idoneum elegit, & sedens eos, qui præteribant venabatur, pro sua quiete ducens ministrare viatoribus: & eos qui calore æstuabant sub tectum introducere studebat, nō curiosè explorans eos, qui præteribant: neque requirens an noti, vel ignoti essent. Neque enim hospitalitatis fuerit diligenter singula perscrutari, sed omnibus simpliciter suā communicare benignitatē. Et quia hospitalitatis sagenam extenderat, meruit & vniversitatis Dominum cum suis Angelis suscipere *hom.* 41. *in Genes.*

1994 *Et alibi sic ait idem D. Chrysost.* Totum namq; diem consumebat in
Gen. 18 num. 1. hoc, bonam expectans venationem: & si quando quempiam videbat, insiliebat, occurrebat, ad terram supplicando procidebat dicens: Si inveni gratiam in conspectu tuo, ne trāseas servum tuum. *hom.* 21. *in Epistol. ad Romanos in tom.* 4.

1995 *Et iterum ad eundem textum sic ait D. Chrysost.* Inquire, quomodo
Gen. 18 num. 1. Abraham hospitalitatem circa omnes transeuntes ostendebat. Si scrutator fuisset circa refugientes ad se, nusquā Angelos hospitio recepisset. Fortassis enim non putans eos Angelos esse, cum reliquis repulisset: sed quoniam omnes suscipiebat, suscepit & Angelos. Non enim ex vita accipientium á te mercedem tibi retributurus est Deus; sed ex voluntate tua, ex liberalitate multa, ex misericordia, ex bonitate. *hom.* 11. *in Epist. ad Hebræos.* In ipso fervore diei. *In fervore diei hospites explorabat; sua enim charitatis fervore æstatis calorē vincebat: ideoque extra tabernaculum sedens solis ardorem minimè formidabat.*

1996 *Genes.* 18. Cúmque elevasset
Gen. 18 num. 2. oculos, apparuerunt ei tres viri stātes prope eum, quos cùm vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi, & adoravit in terrā. *n.* 2. *D. Chrysost.* Currit, & volat senex. Vidit enim prædam, quam venabatur, & nulla infirmitatis suæ ratione habita, ad venationem cucurrit, & non vocavit famulos, neq; imperavit puero, nihilque rusticitatis, neque desidiæ præ se tulit, sed ipse cucurrit: quasi diceret, Magnus thesaurus est, magna negociatio: per me metipsum hanc mercedem inferre debeo, ne elabatur tantum lucrū. *hom.* 41. *in Gen. Non solùm occurrit, sed cucurrit, ut sic maiorem suam ad hospites accipiendos promptitudinem, quam hospitum ad hospitium suscipiendum voluptatem declararet; cúm ipse curreret, & hospites solùm ambularent.*

Genes. 18. Et dixit: Domine, si 1997
inveni gratiam in oculis tuis, ne transeas servum tuum. *num.* 3. *Div.* Gen. 18 num. 3.
Chrysost. Dicere, Domine, est captantium benevolentiam: dicere autem, si inveni gratiam in oculis tuis, hoc est admirabile. Beneficium, inquit, das, non accipis. Veré enim eiusmodi res hospitalitas est, qua magis accipit, quám dat, qui illam prōptè, & alacriter exercet. *hom.* 41. *in Genes.*

Et alibi sic D. Chrysost. Hospites 1998
cúm recepisset, nihil ab ea re gloriatur, prior occurrit, geniculatur, be- Gen. 18 num. 3.
neficium non dare, sed accipere ratus, vnde & Dominos vocat, licet qui, aut vnde essent ignoraret, ancillæ operam interea præstare coniugem iubens. *hom.* 35. *in Epist.* 1. *ad Cor. Cùm tres aspiceret hospites, quasi vnus tantùm esset, eos ad hospitium invitabat, ac si vnius tantùm esse voluntatis agnosceret, & ita per amorem societatis ad invicem vnitos, ut non eos tres, sed vnum esse merito posset reputare.*

Genes. 18. Afferam pauxillum 1999
aquæ, & lavate pedes vestros, & requiescite sub arbore. Ponamq; buc- Gen. 18
cellam panis, & confortate cor ve- num. 4.
strum, postea trāsibitis: idcirco enim & 5.
decli-

declinastis ad servum vestrum. Qui dixerunt: Fac ut locutus es. *n.* 4. *&* 5. *D. Chrysost.* Scio quantum fertis laborem, conicctor quantus sit caloris æstus, & propterea paulum vos refrigerare volo. Qualem pater filios suos tenerè diligens, filijs exhibet benignitatem, talem ille ignotis, & peregrinis, & nunquam sibi cognitis. Verùm quia magna alacritate processit, ac contentione, assequutus est venationem, & prædam intra retia concludere potuit. *hom.* 41. *in Genes.* Lavate pedes vestros. *Modestos considerans iuvenes: non, ut famuli illorum lavarent pedes existimat consensuros; ideo non famulos ad hoc ministeriū illis offerebat; sed eos ut vnusquisque suos lavaret pedes, quin famulis illos nudos ostenderet, invitabat.*

2000 Gen. 18 nu. 6. *Genes.* 18. Festinavit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitq; ei: Accelera, tria sata similæ commisce, & fac subcinericios panes. *n.* 6. *D. Chrysost.* Senis excitatus est iuvenilis vigor. In manibus, inquit, habeo thesaurum, divitias hinc sumam, senectutis obliviscar. Et vide eum exultantem in opere, & quasi præ gaudio saltantem, perinde atque multa bona in manibus afferret, ita se oblectantem. *hom.* 41.

2001 Gen. 18 num. 6. *Et iterum sic ait. Div. Chrysost.* Festinavit, inquit, Abraham in tabernaculum. Sicut quando ad venationem contendebat, significavit eius alacritatem, & laborem divina scriptura, dicens: Accurrit autem in occursum eorū. Ita & nunc, quia adduxit viros, & id, quod optabat, perfecit, neque sic ab alacritate desistit, sed magis ferventem declarat amorem, neque quia securus fuit, ideo fit negligentior. *homil.* 41. *in Genes.*

2002 Gen. 18 num 6. *Et expendens illud,* Dixitque ei, accelera, *sic ait D. Chrysost.* Considera quomodo & Saram venationis sociam facit, & quomodo eam erudit, ut suam imitetur virtutem. Etenim & illam incitat, ne officio suo negligenter fungatur, sed acceleret. Magnam, inquit, negociationem assequuti sumus, ne perdamus thesaurum. Accelera, & misce tres mensuras similæ. Quoniam sciebat boni operis magnitudinem, volebat vitæ suæ sociam etiam retribuendarum mercedum esse participem. *hom.* 41. *in Genes.* Festinavit. *Vt felicia de aduētu hospitum nuncia præberet uxori, quā sciebat sui esse imitatricem, & non minùs quàm ipse erat affectus ad hospites, hospitalem.*

2003 Gen. 18 num. 7. *Genes.* 18. Ipse veró ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum, & optimum, deditque puero: qui festinavit, & coxit illum. *n.* 7. *D. Chrysost.* O senis iuventutē, ò animæ constantiam, currit ad boves, & non permittit aliquem famulorum eò transire: per omnia monstrans his, qui advenerant, quanta voluptate perfusus sit, & quanti faciat eorum præsentiam, & quòd hunc pro thesauro haberet honorē. *hom.* 41. *in Genes.* *Demissis ad ostium tabernaculi sui hospitibus iuvenibus, ad armentum cucurrit; ut qui de uxore posset esse (quamvis illa pulcherrima foret) securus; & qui de iuvenibus adeò modestis Angelicam puritatem, vel ipsis vultibus, demonstrantibus, nihil mali posset suspicari.*

2004 Gen. 18 num. 8. *Genes.* 18. Tulit quoque butyrū, & lac, & vitulum, quem coxerat, & posuit coram eis; ipse veró stabat iuxta eos sub arbore. *n.* 8. *D. Chrys.* Sic per semetipsum omnia facit, & apponit. Et neque dignum semetipsum censuit qui cōsederet eis, sed illis comedentibus adstabat ipse sub arbore. O magnitudinem hospitalitatis, ó humilitatis excellentiam, ó mentem oppidò piam.

2005 Gen. 18 num. 8. *Deinde sic progreditur D. Chrys.* Astabat centenarius comedentibus illis. Mihi videtur tunc præ gaudio alacritateque, multa imbecillitate sua factus superior, & robur quod-

dam

dam accepisse. Sæpe enim consuevit alacritas animæ, si quando roborata fuerit, vincere corporis imbecillitatem. Astitit igitur patriarcha quasi famulus, summum honorem existimās, quód præsentibus ministraret, & solaretur itineris eorum laborem. *hom. 41. in Gen.* Stabat: *non ad mensam cum Angelis sedebat: se enim propter humilitatem indignum iudicabat, qui pane eodem, quem Angeli edebant, vesceretur.*

2006 *Genes.* 18. Cúm ergo surrexissent inde viri direxerunt oculos cōtra Sodomā: & Abraham simul
Gen. 18 nu. 16. gradiebatur, deducens eos. *num.* 16. *D. Chrysost.* De Angelis dixit. Nam hìc quidem in tabernaculo Abrahæ, & Angeli, & eorum Dominus per idem tempus visi sunt: postea verò illi quidem, ut ministri missi sunt ad subversionem illarum civitatum, ipse autem Dominus mansit, & quasi amicus amico iusto communicabat quænam facturus esset. Vnde cúm illi profecti essent, dixit, inquit, Dominus: Nū cælabo puero meo, quæ ego faciam. *homil. 42. in Genes. De Angelis dicitur quòd respexerint ad Sodomam: non autem id de Abrahamo refertur. Ac si, ut qui posset, cùm non esset Angelus, sed homo, libidinem timere, oculis demissis ambularet, ne Sodomam libidine plenam intueretur.*

2007 *Genes.* 18. Dixitque Dominus: Num celare potero Abraham quæ
Gen. 18 nu. 17. gesturus sum, cúm futurus sit in gentem magnam, ac robustissimam &c. *num.* 17. *D. Chrysost.: sic legit secundúm septuaginta.* Num celabo ab Abraham puero meo quæ ego faciam? *Et sic ait.* Mirum in modum Deus obsequitur iusto, & plurimo eum honore dignatur. Nam quasi homo homini loquens, monstrat nobis quanto honore dignos duxit virtute præditos. Et ut ne putes honorem tantum iusto concessum solius divinæ esse bonitatis, vide quomodo divina scriptura docet nos, quòd ipse sibi ipsi honoris sibi fuerit autor, obediendo mandatis divinis magna sedulitate. *hom. 42. in Gen.*

Et infrà sic ait D. Chrysost. Quātæ enim dignitatis esse putas, quód 2008
dicit Abraham puerum suum? Quātæ affectionis? Quanti amoris? Hoc Gen. 18 nu. 17.
enim potissimum monstrat eximiā dignitatem, & honorem in iustum. *hom. 42. in Gen.* Num celare potero? *Non utique. Deest enim celandi secreta potentia illi, cui non deest benevolentia. Nihil valet amans dilecto celare, cui desiderat omnia sui cordis arcana revelare.*

Genes. 18. Numquid perdes iustum cum impio? *n.* 23. *D. Chrysost.* 2009
O quanta iusti fiducia, immo ó quāta animi compassio? Quodammodo cōpassionis ebrietate gravatus, nescit quid dicat. Et monstrans divina scriptura, quód magno timore, & tremore preces faciat: Vt appropinquavit, inquit, Abraham, dixit: Numquid perdes simul iustum cū impio? Quid facis ó beate patriarcha? Quid opus habet tua exhortatione Dominus, ut ne hoc faciat? Verùm ne hoc cogitemus: non enim quasi Domino hoc facturo dicit, sed quia manifestè propter fratris filiū dicere non audebat, communes pro omnibus facit preces, volens cum alijs & hunc servare, & cum hoc etiam alios eripere. *hom. 42. in Genes.* Iustum, *Non nomine personæ nepotem Loth, sed virtutis vocabulo iustum, apud Deum patronus effectus, appellabat: ut qui sciret nepotem suum Loth, non tam alieno patrocinio, quàm proprio iustitiæ suæ merito ab incendio liberandum.*

Genes. 18. Si fuerint quinquaginta iusti in civitate, peribūt simul; 2010
& non parcès loco illi propter quinquaginta iustos, si fuerint in eo? Absit à te, ut rem hanc facias, & occidas iustum cum impio, fiatque iustus sicut impius, non est hoc tuum: qui iudicas omnem terram, nequaquam facies iudicium hoc. *n.* 24. *&* 25. *Div. Chrysost.* Bonorum enim virorum

rorum animæ magnam compassionem habere solent, si quando vidēt puniri homines, etiam si mali sint, qui pereunt. Et inveniens omnes prophetas, & iustos pro illis Deo supplicare, sicut patriarcha pro Sodomitis faciebat. *hom.* 25. *in Genes. Vide quibus modis loquendi Deum ad misericordiam provocabat.* Absit à te: Non est hoc tuum. Nequaquam facies hoc iudicium. *Abesse enim á te debet, etiam erga impios affectus rigoris; cui semper adest erga pios affectus amoris.*

2011 *Gen.* 20 *num.* 1. *Genes.* 20. Profectus inde Abraham in terram australem, habitavit inter Cades, & Sur; & peregrinatus est in Geraris. *n.* 1. *D. Chrysost.* Videns se in tantis versari difficultatibus, & in diversas, ac multiiugas tentationes incidere, quasi adamas immotus persistit: piumque suam mentem ostendens, nullis obstaculis fiebat negligentior. *hom.* 45. *in Genes.* Peregrinatus est in Geraris. *Vt postea Isaacus filius Abrahami, ibi peregrinus, faciliùs patris sui exemplo cōmotus, peregrinationis laborem sustineret.*

2012 *Gen.* 20 *num.* 2. *Genes.* 20. Dixitque de Sara vxore sua, soror mea est. Misit ergo Abimelech rex Geraræ, & tulit eam. *n.* 2. *D. Chrysost.* Vide & nunc qualis tentatio eum in Geraris invadit; & admirare fortitudinem, & virtutē iusti, quomodo, quod omnibus intolerabile, & quod neque auribus suscipere quis vellet, hoc ipse sustinuit. *hom.* 45. *in Genes. & infrà.* Animadverte, quomodo etiā per illas tentationes, iusti virtus magis emicuit, Deo clarum illum semper ostendente, *eadem hom.*

2013 *Gen.* 20 *num.* 2. *Et sic progreditur D. Chrysost.* Nam sicut quando in Ægyptū descendit, ut ignotus & peregrinus, & nulli agnitus, subitó magno cum honore inde rediit: Ita & nunc, cùm peregrinus esset in Geraris, in ipsis quidem initijs, quod suum erat, fecit: postea verò tanto Dei subsidio munitus est, ut & rex, & omnes, qui in ea regione habitabāt omni studio ministrare iusto studerent. *ho.* 35. *in Gen.* Soror mea est. *Noluit enim tentatus Deum ipsum tentare, quod faceret, si totum negotium Deo committeret: voluit ergo se ipsum per magnam sapientis viri prudentiam humanam; Saram verò per magnam sapientissimi numinis divinam providentiam conservare.*

Genes. 20. Respondit Abraham; 2014 *Gen.* 20 *nu.* 11.
Cogitavi mecum, dicens: Forsitan non est timor Dei in loco isto: & interficient me propter vxorē meā. *n.* 11. *D. Chrys.* Considera hic iusti prudentiam, quomodo satisfactionis loco, in agnitionem Dei illos introducit, cogitavi &c. Quasi diceret, valde mecum anxius fui, ne fortè, eò quód adhuc erroribus teneminí, nulla vobis iustitiæ cura sit, propter hoc simulavi, vobis parcens: ut ne, si intelligeretis eam vxorem meam fuisse, capti eius amore, occidere me tentaretis. *homil.* 45. *in Genes.*

Postea sic progreditur. Vide quomodo per pauca illa verba docet, quòd 2015 *Gen.* 20 *nu.* 11.
oportet eum, qui Deum in mente habet, nihil iniquum agere, sed timere iudicem illū, qui falli nequit: & ob pœnam, quæ alibi infligetur, omnis iustitiæ facere rationem. *hom.* 45. *in Genes.* Forsitan non est timor Dei. *Arbitrabatur enim Abrahamus solùm per Dei timorem posse in regē & in regis subditis; cohiberi libidinis ardorem.*

Genes. 20. vere soror mea est, 2016 *Gen.* 20 *nu.* 12.
filia patris mei, & non filia matris meæ, & duxi eam in vxorem. *n.* 12. *D. Chrys.* Et si metus mortis in hanc me necessitatem coegerit: attamen nec sic est mendacium, quod á me dictum. Vide quàm diligenter agit iustus, ut monstret quód nec in hoc sit mentitus. *hom.* 45. *in Genes. Adeo enim diligebat Abrahamus veritatem, mēdacium adeo abhorrebat, ut nec etiam timore mortis mentiretur, unde si non posset verè Saram sororem suam appellare,*

mori

mori eligeret potiùs, quàm illam per mendacium sororem nominare.

2017 *Gen. 20 nn. 13.* *Genes.* 20. Postquam autem eduxit me Deus de domo patris mei, dixi ad eam. Hanc misericordiam facies mecum: in omni loco ad quem ingrediemur, dices, quód frater tuus sim. *n.* 13. *D. Chrysost.* Quia enim superiùs dixerat: Forsitan non est timor Dei in loco isto: & videbatur eos nimium carpere, volens mitigare asperitatem verbi, hîc dicit, Ne putetis me hoc solùm vestri gratia fecisse. Statim enim quando eduxit me Dominus de domo patris mei, dicebam ad eam, Hanc iustitiam facias mihi in omni loco, in quem venturi sumus. *hom.* 45. *in Genes.*

2018 *Gen. 20 nn. 13.* *Et infrá sic progreditur D. Chrys.* Hæc ut dixit iustus, & iram eorum demulsit, suamque detexit virtutē, & sufficientem religionis veræ cultum eis tradidit: reveritus rex magnam iusti mansuetudinem, magna liberalitate remunerat patriarcham. *hom.* 45. *in Genes. Dum Abrahamus Deum è paterna domo dicebat sui fuisse ductorem: Deum etiam sui in aliena domo insinuabat protectorem. Non poterat enim non defendere Deus illius honorem, cuius comes effectus fuerat per amorem.*

2019 *Gen. 20 nn. 17.* *Genes.* 20. Orante autem Abraham, sanavit Deus Abimelech, & uxorem, ancillasque eius, & pepererunt. *n.* 17. *D. Chrysost.* Vide quomodo Dominus volens iustum per omnia reddere illustriorem, precibus patriarchæ salutem regis, & omnium, quæ in domo illius, donat. *ho.* 45. *in Genes. & Deinde sic ait.* Propterea quamvis alienus esset à peccato rex, plagam hanc induxit Dominus, ut precibus iusti annuens eam solvat, & iustum clariorem & illustriorem efficiat. Nam semper omnia ita facit, & tractat, & singula dispēsat, ut qui sibi serviunt, quasi luminaria reluceant, & eorum virtutem ubique manifestam faciat. Et vide obsecro, postquam iustum ita liberavit à molestijs, quomodo iterum corona bonorum iusto traditur *hom.* 45. *in Gen. Isaacus Abrahamo filius á Deo datur, quo quasi diademate pulcherrimo post tot victorias, qui optimé certaverat, coronatur, unde sequitur,* Visitavit Dominus Saram. *cap.* 21. *nn.* 1.

2020 *Gen. 21 nn. 14.* *Genes.* 21. Surrexit itaque Abraham mane, & tollens panem, & utrem aquæ, imposuit scapulæ eius, tradiditque puerum, & dimisit eam. *n.* 14 *Chrysost.* Vide obsecro hìc iterum religiosam iusti mentem: nam quando audivit Saram dicentem, Eijce ancillam, & filium eius: durum ei videbatur, eó quód bene afficiebatur erga Ismaelem: verùm ubi Dominus præcepit, statim fecit quod imperatum est, genuini amoris oblitus, quasi diceret: Ubi quid præcipit Dominus, facessant omnes affectiones, quia naturæ Dominus est, qui præcipit. *hom.* 46. *in Gen.*

2021 *Gen. 21 nn. 14.* *Et alibi sic loquitur idem D. Chrysost.* An non tibi videntur iusti huius clades, æquoreos, perpetuosque fluctus imitari? Sicut enim in mari antequam fluctus alij quieverint, alij rursus montis instar intumescūt: ita & per totam viri vitam contigisse perspicies. *lib.* 2. *de providentia Dei. Et inter alios afflictiones, quæ undarum instar Abrahamum, ut navigium impetebant, meritò enumeratur Ismaelis expulsio.*

2022 *Gen. 21 nn. 14.* *Unde sic progreditur D. Chrysost.* Cùm autem in partu illius (id est Saræ) & uxor simul, & filius, ac tota familia lætaretur, solus ille in tanto omnium gaudio tristis esse, ac mœrore cogebatur, ancillam cum filio eijcere vi cælestis oraculi cōpulsus. Et si enim nothus erat, atque ex ancilla natus Ismael, naturalis tamen vis amoris ex ea indignitate nihilo minor erat, neque imbecilliorem paternorum viscerum dolorem fecerat ignobilitas matris. *eodem lib.* 2. *de providentia Dei.*

2023 *Adhuc sic pergit D. Chrysost. probat*

dolorē

Gen. 21 nu. 14. *dolorem Abrahami in expulsione Ismaelis.* Ille fortis, ille severissimus, & qui vnigenitum proprijs manibus postea mactandum suscepit, vxore sibi hoc præcipiente ægré ferebat: nunquãque illi cessisset, numquã obtemperasset (& si tunc maior accessisse videretur autoritas, iustaq; ab eo postularet) nisi illum timor Dei vehementer impulisset. *eodem lib. 2. de providentia Dei.*

2024 *Tandem sic loquitur D. Chrys.* Itaq; cùm audis illum Deo iubente ancillam emisisse cum filio, cave putes Gen. 21 nu. 14. doloris sensu caruisse. Hoc enim erat impossibile, verùm illius potiús singularem admirare obedientiam, qui cùm etiam miserationis affectu retraheretur, emisit tamen cum filio matrem, quorsum profectura esset, nesciens. Tolerabat autem, atque sustinebat mærens: neq; enim ille natura superior evaserat. *eodem lib. 2. de providentia Dei. Voluit igitur Deus, ut Abrahamus perfectus obediens Ismaelis dilecti filij expulsionem ferret, quasi ludicram quandam Isaaci dilectissimi filij immolationem; ut futuram levius sustineret, erat enim Ismaelis expulsio, velut quædam eiusdem Ismaelis immolatio, qua pater filium dum in exilium emandabat, immolabat.*

2025 *Genes.* 22. Tentavit Deus Abraham. *num.* 1. *Div. Chrysost.* Gen. 22 num. 1. Aliquamdiu bona spe alebatur iustus, & vicissim affligebatur, ac tentabatur, & afflictionum præmia recipiebat: nunc autem præ oculis videbat successurum hæredem, magnamque inde voluptatem percipiens, impavidé & securè agebat. Verùm qui abscondita cordium novit, volens nobis iusti huius detegere virtutem & magnum amorem, quem erga se gerebat, post tot promissiones, cúm iam adolesceret Isaac, & in ipso ætatis flore esset, cresceretque patris erga illum dilectio, tentabat Deus Abraham. *hom.* 47. *in Genes.*

2026 *Deinde sic pergit Div. Chrysost.* Quid est tentabat? Non quòd ipse ignoraret, tentatione illum probavit, Gen. 22 num. 1. sed ut & hi qui tunc erant, & qui ab eo tempore vsque ad præsens, istud ipsum patriarchæ desiderium, & obedientiam in præceptis dominicis præferre discant. *Et explicans eundem numerum, ad illud.* Et dixit ad eum: Abraham, Abraham, *sic ait.* Quid vult verbi duplicatio? Magnæ benevolentiæ erga patriarcham argumentum est, & monstrat ei vocatione ipsa, quòd magnum aliquid ostensurus esset. Vt igitur attentiorem redderet, vocationem geminabat, Abraham Abraham. *hom.* 47. *in Genes. Dúm Deus eum bis nominaret, respondit Semel,* Adsum, *ut ostenderet se esse quasi constantia duplum, & ad prospera, & adversa esse præparatum.* Adsum, *Quasi de geminatione nominis querulus, utpote qui ut divinam audiret vocem, non ut absens bina vocatione indigeret, sed ut præsens etiam sine vlla vocatione quidquid Deus iuberet auscultaret.*

Genes. 22. Tolle filium tuum 2027 vnigenitum, quem diligis, Isaac, & vade in terram visionis: atque ibi Gen. 22 num. 2. offeres eum in holocaustum super vnum montium, quem monstravero tibi. *num.* 2. *Div. Chrysost.* Magnum præcepti pondus, & res humanam transcendens naturam. Accipe filium tuum dilectum, quem dilexisti, Isaac. Vide quomodo per verba ista maius incendium succendit: & fornacem amoris, quo iustus in Isaac affectus erat, valentiùs excitat. Accipe filium tuum dilectũ, quem dilexisti, Isaac.

Deinde sic pergit Div. Chrysost. 2028 Vnumquodque verbum per se sufficeret ad sauciandam animam iusti. Gen. 22 num. 2. Non enim simpliciter dixit, Isaac: sed addidit; filium tuum, quẽ præter omnem expectationem genuisti, & in ipsa senectute habere potuisti: Dilectum, desiderabilẽ tuũ, quem tam immodicé diligis: Isaacũ,

Nn quem

quem successurum tibi expectas; ex quo, & semen tuum multiplicandum promisi: & in tantùm multiplicandum, ut stellarum multitudini, & arenæ, quæ est iuxta littus maris, adæquaretur.

2029 *Adhuc sic pergit idem Div. Chrysost.*
Gen.22 num.2. Quid igitur iustus? Non turbatus est animo, non confusus est mente, non consilio destitutus est: in tam gravi præcepto non cogitabat, non ratiocinabatur secum, Cur hoc? Qui mihi præter omnem expectationem beneficium exhibuit, nunc postquā ablactatus est, & crevit, & in flore ætatis est, occidere, & in holocaustum offerri præcipit, qui paulò antea dixit, In ipso vocabitur tibi semen: nunc diversa præcipit? Quo pacto enim fieri potest, ut radice execta rami pullulent, vel succisa arbore fructus proveniant?

2030 *Et tandem sic concludit Div. Chrys.*
Gen.22 num.2. Iuxta hominis rationem talia fieri non est possibile, Deo autem volente fieri possunt omnia. Gratus famulus omissa omni ratione humana, vnam tantúm rem curabat, ut imperata opere impleret: & quasi factus ab humana natura alienus, & postponendam ducens, divinis præceptis omnem affectionem, & dilectionem, ad implenda bona festinavit. *omnia in hom.* 47. *in Gen.*

2031 *Et alibi sic ait idem Div. Chrysost.*
Gen.22 num.2. Quidquid ordinaverit Deus, id omne admittamus: nihil anxié indagātes, nihil curiosè perscrutantes, ut etiam in humani animi rationem non cadat, quod ille mandaverit. Quid enim, quæso, absurdius fuerit, quām parentem iugulare vnigenitum suum filium, eundemque legitimum: sed tamen iustus ille id facere iussus, non curiosè de mandato sciscitatus est, sed iubentis dignitate perpensa, mandatum dumtaxat admisit. *hom.* 2. *in Epist. ad Romanos.*

2032 *Et alibi sic D. Chrysost.* Certaminum consummatio, vnigeniti, & legitimi filij iugulatio tristis & irreparabilis illa. Non enim quoniam promptè paruit, æstimare debes eum sine dolore talia sustinuisse. Licet enim millies iustus fuisset, sicut & erat, erat tamen homo, & naturæ iura gerebat. Verumtamen horum nihil eum prostravit, sed tanquam generosus, & corona nobilis athleta, in his singulis prædicatus. *hom.* 25. *ad populum Antiochenum.* Tolle. *Dum sic divinus Parens imperabat hoc solo verbo* (Tolle,) *ut filius Abrahæ é medio tolleretur præcipiebat; sed & aliud,* Tolle, *quo vnigenitus ipsius Patris filius, ut è medio tolleretur, erat expetendus, cogitabat, Ioan.* 19. Tolle Tolle crucifige eum. *n* 15. Gen.22 num.2.

2033 *Genes.* 22. Igitur Abraham de nocte consurgens, stravit asinum suum: ducens secum duos iuvenes, & Isaac filium suum: Cúmque concidisset ligna in holocaustum, abijt ad locum, quem præceperat ei Deus. *num.* 3. *D Chrysost.* Mox Abraham tam celeriter decernit iussis cælestibus esse parendum, quám fuerat divinitus imperatum. Verebatur, ne votum mora offenderet, aut iussionem tarditas impediret. Denique properat quod iussum est perficere, festinat quod præceptum est adimplere. Fuit enim lætus cúm eū acciperet, lætior cúm eum immolandum Dominus postularet. *serm. de fide Abraham in tom.* 1. Gen.22 num.3.

2034 *Deinde sic progreditur Div. Chrysost.* Ostendit Abraham charissimum quidem sibi esse filium, sed multó chariorem filio existere Dominum: nec dulcedinem, aut affectus pignoris respiciebat, qui iussionem, ut perficeret, cogitabat. Totos affectus convertit in Deum, cui iam se noverat mancipatum. Denique illam fidem servabat in se se, cúm filium iuberetur offerre, qua Deum promeruerat, cùm eum mereretur accipere, *eadem homil. de fide Abraham*. De nocte consurgens. Gen.22 num.3.

gens. *Non somnium esse putavit, quod audierat; sed somnium, seu somniatū fuisse gaudium sibi à Deo datum filium, (qui gaudium interpretatur) existimabat; nullumque esse in hac vita censebat verum gaudium; vnde cùm surgeret gaudium suum sibi quasi per somnium datum, à se ablatum esse iudicabat.*

2035 *Genes.* 22. Die autem tertio elevatis oculis, vidit locum procul: dixitque ad pueros suos; Expectate hic: ego, & puer illuc vsque properantes, postquam adoraverimus, revertemur ad vos. *num.* 4. *& 5. D. Chrysost.* Vide misericordem Dominum, quomodo, & intervallo loci, iusti probavit virtutem. Cogita autem, quid probabile fuerit triduo illo sustinuisse iustum. Reputabat enim secum, sibi præceptum esse quód suis manibus tam dilectum filium occidere debeat, & nec rem illi communicare, & detegere audeat. *hom.* 47. *in Genes.*

Gen. 22 *num.* 4. *& 5.*

2036 *Postea sic progreditur Div. Chrysost.* Obstupesce pium religiosumque & prudentem animum. Quia enim sciebat magnitudinem præcepti, prorsus neq; pueris, neque ipsi Isaac hoc significavit: sed solus secum agonem illum decertabat, & quasi adamas manebat invictus, robur cogitationum tantum declarans, & non multa causatus obtemperabat magno cum desiderio nutui divino. *hom.* 47. *in Genes. Per dies illos tres Abrahamus Trinitati Personarum divinarum Isaacum filium offerebat: ut qui crederet quòd Pater posset, Filius sciret, Spiritus Sanctus vellet Isaacum vel à morte liberare, vel mortuum post alios tres dies ad vitam revocare.*

Gen. 22 *num.* 4. *& 5.*

2037 *Genes.* 22. Tulit quoque ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum: ipse veró portabat in manibus ignem, & gladium. *num.* 6. *D. Chrysost.* Qualibus oculis spectabat puerum ligna afferentem, super quæ non multó post illum imposi-turus erat? Quomodo manus quidem ferre potuit ignem, & gladium? Et manus quidem ferebat ignem, qui sensibilis erat, intus autem accendebat ipsius mentem, & rationem absumebat, & persuadebat, ut vinceret amor in Deum. *hom.* 47. *in Genes.*

Gen. 22 *num.* 4. *& 5.*

Et alibi sic loquitur Div. Chrysost. 2038
Nullus eum non doluisse dicat, neque paternis affectibus fuisse commotum: ne dum vltra modum illius ostendere nitatur philosophiam, illum summa laudum omnium privet. Nam si in flagitijs teterrimis quoque deprehensos, ac longissimo tempore vita potitos, ignotosque, & quos nunquam antea vidimus, cúm repente conspicimus ad mortem duci, misericordia, ac dolore conficimur, sæpe autem etiam illachrymamur: is, qui vnigenitum, atque charissimum filium iam adultum suis manibus mactare & incendere iussus, nihil humanum passus existimetur? *lib.* 2. *de providentia Dei.*

Gen. 22 *num.* 4. *& 5.*

Tulit quoque ligna &c. *n.* 6. *Nō ligna ut ferres, sed ut puerum tolleres tibi à Domino iussum est. Quid ergo non puerum, sed ligna tollis? Imó nec ligna tollis, sed super puerum ab illo ferenda imponis? Et puerum & ligna Abrahamus tollebat; dum enim puerum ligna ferentem aspiciebat, duplicatum & amoris, & laboris pondus asportabat.* 2039

Gen. 22 *num.* 4. *& 5.*

Genes. 22. Dixit Isaac patri suo: Pater mi. At ille respondit: Quid vis fili? Ecce, inquit, ignis, & ligna, vbi est victima holocausti? *num.* 7. *Div. Chrysost.* Sufficiebat hoc verbum ad lancinanda iusti huius viscera. *hom.* 47. *in Gen. Cúm Isaacus Abrahamum, patrem suum in hoc loco appellaverit, dicens, Pater mi; cur Abrahamus Isaacum, non filium suum nuncupavit? Solùm enim dixit, Quid vis fili, nec addidit, mi. Quem enim Deo in holocaustum offerendum aspiciebat, non iam suum, sed* 2040

Gen. 22 *num.* 7.

totum Dei esse cogitabat.

Genes. 22. Dixitque Abrahā: Deus
2041 providebit sibi victimam holocausti,
fili mi. *numer.* 8. *D. Chrysost.* Quan-
Gen. 22 ta miseratione verba ista plena fuis-
num. 8. se arbitraris? Continebat se tamen, ac premebat acerrimi doloris vim: atque ista omnia ea devotione, & alacritate patrabat, qua facerent, qui nullo istiusmodi impedimento continerentur, *lib.* 2. *de Providentia Dei.* Providebit sibi. *Non te victimam Deus quarit sibi immolandam, quem præsentem videt; aliam sibi victimam concupiscit, quam sibi Dominus providebit. Non te filium meum à me amore sui Deus sibi vult offerri; sed suum mihi filium amore omnium moriturum à se desiderat conferri.*

2042 *Genes.* 22. Extenditque manum, & arripuit gladium, ut immolaret filium suum. *numer.* 10. *Div. Chrysost.* O religiosam animam, ò fortem mentem, ò ingens desiderium, ò rationem vincentem humanam naturam. Accepit, inquit, gladium, ut occideret filium suum, *homil.* 47. *in Genes. Ea devotione vir obediens manum extendebat, ut filium feriret, qua illam extenderet, ut illæsum acciperet.*

2043 *Genes.* 22. Et ecce Angelus Domini de cælo clamavit, dicens: Abraham Abraham. Qui respondit: Adsum. *numer.* 11. *Div. Chrysost.* Vbi illa pia mens sua omnia consummavit, & nihil intermisit: monstrans bonus Dominus, quód non occidere puerum, sed potiús iusti detegere virtutem volens, hæc imperaverit: coronato iusto ob voluntatem suam, accepta consummata hostia ex mente patriarchæ, nunc & suam declarat misericordiā. *hom.* 47. *in Gen.*

2044 *Deinde sic progreditur Div. Chrysost.* Nam quia videbat iustum iam accinctum, & paratum ad immolationem, & volentem implere mandatum Domini, idcirco vocat eum de cælo, & dicit: Abraham Abraham. Bene & hic geminatione vsus est, ut superetur impetus iusti, & quasi per vocem detineatur iusti dextera, iam tendens ad pueri cædem. *homil.* 47. *in Genes. Vocabulum, quod quando eum ad immolandum filium vocaverat, geminavit: nunc quando illum, ab immolando filio revocabat, voluit duplicare, ne obedientem servum magis promptum ad non immolandum, quàm ad immolandum filium demonstraret.*

Genes. 22. Non extendas ma- 2045
num tuam super puerum. *num.* 12.
Div. Chrysost. Non hoc præcepit, Gen. 22
ut opus perficiatur, neque volo, nu. 12.
ut occidatur puer tuus: sed ut obedientia tua manifesta fiat omnibus. Contentus sum voluntate tua, & ex hac te corono, & prædico. *homil.* 47. *in Genes. & pauló infrà sic ait loquens in persona Dei.* Redemitus ergo obedientiæ tuæ corona, abi. Ego enim voluntatem coronare soleo, & propter mentem præmia præsto. *hom* 47. *in Gen.*

Et alibi sic ait Div. Chrysost. Gen. 22
Pater extensa manu gladium sumit, nu. 12.
dexteram erigit, iugulare filium, sacrificium perficere, iussa Domini voluit devotus implere, & pendente iam atque imminente mucrone: Parce, inquit, Dominus, parce, fidem tuam quæsivi, non filium, ut iugulares, optavi: nec amabile pignus tibi subtrahere, sed devotionem tuam volui pertentare. *homil. de immolatione Isaac in tom.* 1.

Adhuc sic progreditur Div. Chry- 2046
sost. Neque enim fas erat ut Isaac,
qui typum Christi portabat, á pa- Gen. 22
tre hoc in tempore mactaretur: nu. 12.
quia perfecta sacrificij hostia Christo Domino servabatur. Procurabatur aries, qui pro Isaac mereretur occidi, ut & promissum patris de hostia compleretur, & perfecto sacri-

ſacrificio patri Iſaac incolumis redderetur. *hom ſeu ſerm. de immolatione Iſaac.*

2047 Gen. 22 nu. 12. *Et adhuc alibi in tom, 4. exponens eundem textum ſic ait Div. Chryſoſt.* Quid hoc ſplendidius? Imò potiùs quid huic trophæo conferri poteſt? Etenim ſi poſteaquám vicit athleta, non præco ex humili loco, ſed imperator ipſe ſurgens é ſublimi, Olympiaci certaminis victorem pronuntiaret, an non hoc victori videatur coronis magnificentiùs, totumque theatrum ad ſe converterit? Proinde cúm imperator, non homo, ſed ipſe Deus, non in hoc theatro, ſed in theatro totius orbis, in Angelorum, & Archangelorum populo, clara voce victorem eum pronunciet, clamans è cælis: Age dic mihi, vbi ponemus virum hunc ſanctum? Quod ſi videtur, audiamus etiam ipſam vocem. Quænam eſt igitur vox? Abraham Abraham: Non extendas manum tuam &c. Nunc cognovi quód times Deum, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me. *hom. 3. in Epiſt. 2. ad Cor.*

2048 Gen. 22 nu. 12. *Deinde exponens adhuc eundem textum.* Nunc cognovi quód times Deum &c. *num. 12. ſic ait Div. Chryſoſt.* Quid hoc? Qui cuncta priuſquam fiant, novit, dicit, Nunc cognovi? At qui vel homini liquere potuit viri pietas, tot documentis præbuerat ſpecimen ſuæ erga Deum benevolentiæ; quum illi diceret, Exi de terra tua; quum propter Deum, & illius honoris gratia ius primogenituræ ceſſit patrueli ſuo; quum eundem á tantis exemit periculis, quum illum Deus iuſſit in Ægyptum proficiſci, atque ibi ſpoliatus vxore, non acerbè tulit. Ab his, quemadmodum modó dicebam, vel homo diſcere poterat, viri pietatem, non ſolúm Deus, qui non expectat, ut ab ipſis rebus cognoſcat finem. *hom. citata.*

Adhuc pergit ſic Div. Chryſoſt. 2049 Quid eſt igitur quod dicit, Nunc cognovi? Quoniam Syrus ita loquitur, Cognoviſti, pro eo quod eras notificatti, nimirum hominibus, Gen. 22 nu. 12. nam ipſe noveram, etiam antequam illa omnia præciperem. Sed cur nunc patefacere voluit hominibus? An illa non ſatis erant ad declarandum Abrahæ erga Deum benevolentiam? Erant quidem, ſed hoc facinus tantó præſtantius erat cæteris omnibus, ut illa cum hoc collata, nihil eſſe viderētur. *hom. 3. in Epiſt. 2. ad Cor.*

Progreditur adhuc Div. Chryſoſt. 2050 Vt igitur hoc inſigne facinus attolleret, demonſtraretque cunctis eſſe ſublimius, ita locutus eſt. Gen. 22 nu. 12. Siquidem & hominum vulgus de factis eximijs, ac ſuperiora vincentibus, hunc ad modum loqui conſuevit. Exempli cauſa, vbi quis ab aliquo munus aliquod accipit maius, quám prius acceperat, frequenter ait, Nunc cognovi quód ille me diligit, haud quaquám hoc ſentiens quód ignorarit antea, ſed illud declarare volens, præſens beneficium ſuperare ſuperiora. Itidem Deus humano more loquens, dicit, Nunc cognovi, videlicet ſignificans hoc factum eſſe ſuperioribus omnibus præſtantius. *homil. citata.*

Iterum progreditur Div. Chryſoſt. exponens eundem textum. 2051 Quis eximiam illius animi fortitudinem verbis poſſit aſſequi? Gen. 22 nu. 12. Hoc certamen innumerabilibus diadematibus, & infinitis coronis erat ſplendidius. Etenim qui illa redimitus eſt corona, eum frequenter & mors irruens invadit, & ante mortem innumerabiles moleſtæque inſidiæ. Huic contra nec poſt mortem quidem diadema capiti circumpoſitum quiſquam detrahere poterit, nec cognatus, nec alienus. *homil. 3. in Epiſt. 2. ad Cor.*

2052 *Et exponens illud* Propter me *sic ait D. Chrysost.* Iam mihi specta preciosissimum huius diadematis lapidem. Velut enim lapis preciosus sic cingit illum vsque ad finẽ. Sed quid est hoc, quod ait, Propter me? Neq; hoc mirandum est, quòd non pepercit filio, sed quòd propter Deum. O dextram beatam, quali machæra digna est habita. O machæram admirabilem, quali dextra digna est habita, O machæram admirabilem, in quem vsum parata est, & quale peregit ministerium, & cui typo subservijt, quomodo cruentata est, & quomodo non cruentata est? Nescio enim quid dicam, adeo venerandũ tremendumque mysterium erat. Nõ attigit filij collum, neque perscidit sancti illius iugulum, neque rubuit iusti sanguine: quin potiús attigit, ac penetravit, & rubuit, & immersa est, & non immersa est. *hom. citata.*

Gen. 22 nu. 12.

2053 *Sic adhuc pergit eloquentissimum Os aureum* Fortassis videor vobis insanire, qui tam pugnantia loquar. Certé mente excidi, mecum reputans iusti illius miraculum: Quamquam non loquor pugnantia. Nam manus quidem iusti gladium infixit in iugulum filij, sed Dei manus non passa est, & iam impactam pollui sãguine pueri. Neque enim Abraham tantúm tenebat ensem, sed & Deus. Atque ille quidem impellebat ex animi sui sententia, hic verò cohibuit. Eadem enim vox dextram illam armavit, & cohibuit: dixit, Occide, protenus armata est: dixit, Ne occidas, protenus exarmata est. *hom. 3. in Epist. 2. ad Cor.*

Gen. 22 nu. 12.

2054 *Eundem textum adhuc exponens sic loquitur D. Chrysost.* Post hæc Deus ostendit militem, ac ducem suum orbi, illum coronatum Angelorum theatro: illum sacerdotem, ac regẽ, ense magis, quàm diademate coronatum, illum trophæa gestantem, illum optimatem, illum sine conflictu victorem. Etenim non aliter, quàm si quis imperator egregium habens militem, ipso armorum gestatu, ipso statu, ipso impetu, obstupefaciat adversarium: ita Deus solo animo iusti, sola specie, solo statu communem omnium nostrûm hostem diabolum reddidit attonitum, & in fugam vertit. *homil. 3. in Epist. 2. ad Cor.*

Gen. 22 nu. 12.

Considerans etiam egressum Abrahæ à patria, de quo. Gen. 12 n. 1. sic ait D. Chrysost., Primùm quidem Abraham egressus est è terra, nunc verò ab ipsa cessit natura; unde & sortem recepit cum vsura. Præoptavit enim non appellari pater, vt servus benevolus appareret, vnde non solùm pater, verúm etiam sacerdos factus est. Et quoniam reliquit sua propter Deum, ideo Deus cum illis largitus est & ea, quæ sunt ipsius. *hom. citata. vbi multa alia in laudem Abrahami. Nó extendas, ut ferias ad necem, sed ut feras ad vitam. Non extendas manum tuam super puerum, ut eum mihi offeras, super quem ego manum extendo meam, ut eum tibi conferam.* 2055

Gen. 22 nu. 1.

Genes. 22. Levavit Abraham oculos suos, viditque post tergum arietem inter vepres hærentem cornibus, quem assumens obtulit holocaustum pro filio. *n 13. D. Chrys.* Vidisti Dei misericordiam? Et sacrificium consummatum est, & patriarcha religiosam suam mentem declaravit, & à voluntate coronam reportavit: & Isaac accepto redijt cum innumeris coronis. Hæc autẽ omnia figura fuerunt crucis: propterea & Christus Iudæis dicebat: Abraham pater vester exultavit ut videret diem meum: & vidit, & gavisus est. Quomodo vidit, qui temporibus præcessit? Per figuram, per vmbram. Sicut enim hic ovis oblata est pro Isaac, ita & rationalis agnus oblatus est pro mundo. *hom. 47. in Gen. Oculos elevasse refertur, qui dum filium immolare parabat, non solùm demissos, sed & clausos oculos, ut cæcus obediens,* 2056

Gen. 22 nu. 13.

diens, videbatur habere: ut ictu caci filiũ iugularet.

2057 Gen. 22 nu. 14. *Genes.* 22. Appellavitque nomen loci illius, Dominus videt. Vnde vsque hodie dicitur: In monte Dominus videbit. *n.* 14. *D. Chrysost.* Vide iusti religiosam mentem, quomodo vndequaque ex his, quæ acciderant appellationes locis imponit. Visitationem enim á Deo factam, volens quasi in columna ærea insculpere loco per appellationem, vocavit nomen loci, Dominus videt. *hom.* 47. *in Genes. Montem illum Abrahamus quasi quoddam sua victoria monumentum esse voluit, in quo Deo inspectatore, divinus erga Deum amor cum humano erga filium amore in Abrahami pectore decertavit, Deique amor de amore filij gloriosam, licet incruentam victoriam, reportavit.*

2058 Gen. 22 nu. 16. & 17. *Genes.* 22. Quia fecisti hanc rẽ, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me: benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & velut arenam, quæ est in littore maris: possidebit semen tuum portas inimicorum suorum. *n.* 16. & 17. *D. Chrysost.* Quantum enim ad voluntatem attinet, cruentaverat dextram patriarcha, perfectumque obtulerat sacrificium: idcirco & Dominus, quasi sacrificio re ipsa consummato, laudat iustum & dicit, Tu quidem non pepercisti propter meum mandatum, ego autem peperci propter tuam obedientiam. Propter hanc tuam obedientiam remunerans te. Hic, qui per voluntatem tuam occisus est, in tantam multitudinem propagabit semen tuum, ut stellis & arenæ adæquetur. *hom,* 47. *in Genes.*

2059 *Et alibi sic ait D. Chrysost.* Vidistis patriarchæ fortitudinem? Vidistis animam adamante solidiorem, quam ille habuit ob magnam in Deũ charitatem? Sacerdos pueri factus est, & proposito quidem cruentavit dextram, sacrificiumque obtulit; per ineffabilem autem misericordiam Dei, salvo, & sano filio suo recepto rediјt: & propter voluntatem prædicatur, coronaque fulgida redimitur, & summum agonem certavit, & per omnia pietatem mentis suæ declaravit. *hom* 48. *in Genes.* Multiplicabo semen tuum. *Non solùm ait Dominus vnicum tibi filium Isaacum servabo, sed ipsum in tuis nepotibus ita multiplicabo, ut non vnus, sed multiplex esse videatur, ut dum illum quilibet ipsorum moribus tulerit, illorum quisque alter Isaacus esse reputetur.*

Genes. 23. Advena sum, & peregrinus apud vos: date mihi ius sepulchri vobiscum, & sepeliã mortuum meum. *n.* 4. *D. Chrys.* Vt discamus quòd tanto superno præsidio fruens, & sic illustris factus, & in tantam multitudinem diffusus, proprium sepulchrum non possedit. Habebat enim sufficientes divitias mentis, & de alijs non erat anxius. Audiant, qui vbique suæ avaritiæ concupiscentiã extendunt; imitenturq; patriarcham, qui nullibi habuit locũ, quo Saræ collocaret reliquias: tunc primúm, quando ab ipsa necessitate compulsus est, emit agrum, & speluncam á filijs Heth. *homil.* 48. *in Genes.* 2060 Gen. 23 num. 4.

Et paulò infrà sic ait Div. Chrysost. Qui tam clarus & spectabilis, & tantam apud Deum habens fiduciam, & apud omnes, qui ibi agebant in tanto honore erat, ut à filijs Heth rex nominaretur, neque gradum pedis possidebat. *hom.* 48. *in Gen.* Peregrinus apud vos. *Neque enim peregrini vocabulum erubescebat, qui é calesti patria peregrinus, totum terrarũ orbem in exiliũ homini assignatum à Deo iudice firma fide credebat, quique Dei filium, in forma filij hominis, peregrinum in orbe futurum pravidebat.* 2061 Gen. 23 num. 4.

Genes. 24. Vt adiurem te per Dominum Deum cæli, & terræ, ut non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos 2062 Gen. 24 num. 3. & 4.

habito: sed ad terram, & cognationem meam proficiscaris, & inde accipias vxorem filio meo Isaac, *n.* 3. & 4. *D. Chrysost.* Adiuro, inquit, te per Dominum, Deum cæli, & Deum terræ. Vide quomodo & famulum docet, ut sciat vniversorum conditorem. Nam qui dixit Deum cæli, & Deum terræ, omnem creaturam comprehendit. *homil.* 46. *in Genes.*

2063 *Et infrà pergit D. Chrysost.* Attende quomodo veteres non quærebant substantiam multam, non divitias, non servos, & iugera agri tot, & tot, non externæ venustatis formam, sed animæ pulchritudinē, & morum nobilitatem. Nam quoniam videbat malitiam eorum, qui in Chananæa habitabāt, sciens quātum bonum sit sortiri coniugem iisdem moribus viventem, præcipit servo, & iuramentum adhibet, ut ex sua cognatione vxorē adducat Isaac. *hom.* 48. *in Gen. De nuptijs filij sollicitus ostenditur pater, ne si diu nuptias differat, ipse filius sibi aliquam de alienigenis puellam adamaret, & absque patris consensu eam sibi in vxorem ducere intentaret.*

Gen. 24 num. 3. & 4.

2064 *Genes.* 25. Fuerunt autem dies vitæ Abrahæ, centum septuaginta quinque anni. *nu.* 7. *Div. Chrysost. Postquam multoties Abraham in exemplum virtutis proponit, sic ait.* Ne quis fortasse cavilletur, quód eandem rē sæpius inculcemus, & vbique ferè huius inferamus mentionem; istud esse, quód virum planè mirandum arguat, norit, & quos huius exemplum non movet, nulla venia dignos. Nam si alios alia, & alia in re præstantes ostenderemus, videri virtus executu difficilis posset, nec vlli mortalium vni possibilis vniversa, cuius vix partem quandam singuli præstantissimorum hominum absolvissent. *hom.* 35. *in Epist.* 1. *ad Cor.*

Gen. 25 num. 7.

2065 *Deinde sic progreditur D. Chrys.* Cùm veró vnus virtutem omnem animo suo complexus inveniatur, quam obsecro prætendent excusationem, qui post legem, post gratiā, cum his, qui ante legem, ante gratiam fuère, respondere virtutibus nō potuerunt? *hom.* 35. *in Epist.* 1. *ad Cor. Dies vitæ Abrahæ Moyses annos appellavit, quia videlicet Abrahamus quēlibet vitæ suæ brevem diem præ tædio vitæ temporalis & præ desiderio vitæ æternæ longum annum esse reputabat.* *Gen 25 num. 7.*

Genes. 25. Fuerunt autem dies vitæ Abrahæ, centum septuaginta quinque anni. Et deficiens mortuus est in senectute bona, provectæque ætatis, & plenus dierum, *num* 7. & 8. *D. Chrysost.* Age adducamus ipsum in medium, aggrediamurque, & ostendamus vobis qualis fuerit philosophus. Primùm patriam suam parvi pendit. Nam egredere, inquit, ex terra tua: & mox egressus est: non alligatus fuit domui, alioqui non exivisset: non consuetudinis amicitiæ. Sed quid? Gloriam omniū potissimùm & pecunias ille contempsit. Nam fugatis etiam hostibus, cùm oblata essent spolia, accipere respuit. *hom.* 21. *in Epist. ad Ephes.* Fueruntque dies &c. *Non per noctes, sed per dies vita Abrahæ supputatur, nihil enim egit per totam, quam duxit vitam, quod in tenebris foret occultandum, sed quidquid operatus fuit, dignum extitit, quod meridiana luce ostenderetur, ut exēplar virtutis ab hominibus exprimendū.* 2066 *Gen. 25 num. 7. & 8.*

Matthæi 1. Liber generationis Iesu Christi filij David, filij Abrahā. *n.* 1. *D. Chrysost.* Matthæus quidē, vtpote Iudæis scribens, nihil amplius studuit ostendére, quám quia ex Abrahæ, & David Christus stirpe descēderat. Et statim ab ipsa generatione Christi sumit exordium. Nihil enim magis delectare Iudæum poterat, quàm si Christum Abrahæ, & Davidis nepotem esse diceret. *ho.* 1. *in caput* 1. *Matth.* 2067 *Matt. 1 num. 1.*

De patre Abrahamo Iudæi homines maximè gloriabantur: ergo Matthæus dum 2068 *Matt. 1*

dum Christum Abrahami filium esse propalabat, filios Abrahami ad illum in regẽ accipiendum commovebat; utpote qui non extraneum aliquem, sed sibi consanguineũ & qui frater esset ipsorum, regem sibi constituere ex præcepto legis tenebantur, iuxta illud Deut. 17. Eum constitues, quẽ
Deu. 17 nu. 15. Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non sit frater tuus. *n.* 15.

2069 Matt. 3, num. 9. *Matthæi* 3. Et ne velitis dicere intra vos: Patrem habemus Abraham: dico enim vobis, quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. *n.9. D.Chrys.* Quia ergo eos superbum sapere de parentum nobilitate cognoverat: & hanc illis perditionis esse causam, atque hinc in vltimam eos sciebat præcipitatos esse desidiam, satis necessariò radicem arrogantiæ huius incidit. *hom. 11. in caput. 3. Matthæi.*

2070 Matt. 3 num. 9 *Et infra.* Nolite ergo in eisdẽ vitijs permanere, nec solito prætextu velare culpas vestras, Abrahã, Isaac, & Iacob superba voce resonãtes, ac de sanctorum vobis parẽtum nobilitate plaudentes. Hæc verò dicit, non quò prohibeat eos sese ex illis genitos confiteri: sed quó proculdubio moneat, ne præclaræ illi iustitiæ confidant parentum, cùm tanta illi squalleant viciositatis incuria. *eadem hom.* 11.

2071 Matt. 3 num. 9. *Et iterum sic ait D. Chrys.* Considera veró quemadmodum patriarchæ honore servato, istos ad studium correctionis hortetur. Dicendo enim, Ne velitis dicere, quoniam patrem habemus Abraham: non ait, nihil vobis prodesse potest patriarcha: sed mitiùs quodammodo id locutus, ac leniús, potest, inquit, Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. *hom. 11. in cap. 3. Matthæi.*

2072 Matt. 3 num. 9. *Et postea exponens illud:* Quoniam potens est Deus: *sic ait D Chrysost.* Ne, inquit, putetis, quoniam si pereatis ipsi, absque filijs, orbumque patriarcham Deus esse patiatur. Nõ erit istud, omnino non erit. Deó enim possibile est etiam de lapidibus filios ei suscitare, atque ad nobilitatem propinquitatis eius adducere. Siquidem & ante sic factum est. Homines quidem ex lapidibus fieri tale est, quale fuit puerum de sterili matre procedere, Quod etiam propheta significans, Aspicite, inquit, in solidam petram, de qua excisi estis: & in foveam lacus, de quo effossi estis. Aspicite ad Abraham patrem vestrum, & in Saram, quæ genuit vos.

Deinde sic progreditur Div. Chrysost. 2073 Esai. 51 Matt. 3 num. 9.
Huius igitur illos prophetiæ admonens: & ostendens quoniam priús quoque tam admirabili modo eum fecisset parentem, ut quodammodo ex lapidibus ei filium dedisse videatur, nunc quoque istud dici esse possibile. *hom. 11. in cap 3. Matt* Ne velitis dicere intra vos. *Adeo enim vana est de parentum nobilitate gloriatio, ut nec etiam superbus homo audeat se externis oris sermonibus de parentum gloria sublimare, sed solis internis cordis dictis se velit gloriari.*

Ioannes 8. Abraham pater vester exultavit, ut videret diem meũ: vidit, & gavisus est. *n. 56. D. Chrys.* 2074 Ioan. 8. nu. 56.
Iterum illos Abrahæ alienos probat, siquidem ex his, quibus ille gavisus est, tristantur. *hom. 54. in cap. 8 Ioannis.* Vt videret diem meum: *Diẽ suum vltimum vitæ suæ diem Christus nuncupavit, ac si illum præsertim diem suum esse existimaret, in quo totam humani hominum sanguinem effuderit; animamque ad redimendos homines exhalarit.*

Act. 7. Deus gloriæ apparuit patri nostro Abraham, cùm esset in Mesopotamia, priusquam moraretur in Charran. *n. 2. D. Chrysost.* Dei conspectum assequutus fuit Abraham, licet etiam progenitores haberet Persas, & in aliena terra esset. Et quare in principio vocat Deum, gloriæ Deum? Quoniam ignobiles glorio- 2075 Act. 7. num. 2.

gloriosos fecit, & ut doceat, quòd si illos glorificavit, multò magis ipsos. *hom. 15. in Acta Apost. Cùm D. Stephanus à Deo Abrahamum toto orbe gloriosum factum prædicaret, ipsum Deum, Deum gloriæ nominauit; ac si Deus hominem reddere gloriosum sibi pro gloria vendicaret.*

2076 AdGal. cap. 3. n. 7. & à nu. 26. *Epist. ad Gal. cap.* 3. Cognoscite ergo quia qui ex fide sunt, ij sunt filij Abrahæ. *n.* 7. *& infrà.* Omnes enim filij Dei estis per fidem, quæ est in Christo Iesu. Quicunq; enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Iudæus, neque Græcus, non est servus, neque liber: non est masculus, neque fæmina. Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu. Si autē vos estis Christi: ergo semen Abrahæ estis, secundùm promissionem hæredes. *á n.* 26. *D. Chrysost.* Priùs ostendit quòd fides redderet filios patriarchæ: Scitote, inquiens, qui ex fide sunt, hos esse filios Abrahæ. Nunc veró demonstrat eosdem esse filios Dei. Omnes enim, inquit, estis filij Dei per fidē, quæ est in Christo Iesu: per fidem, non per legem. *in cap. 3. Epist. ad Gal.*

2077 AdGal. cap. 3. n. 7. & á nu, 26. *Deinde sic progreditur Div. Chrysost.* Quoniam rem magnam dixit, & admirabilem, explicat modum, quo fiunt filij Dei: Quicunque enim in Christum baptizati estis, Christum induistis. Etenim si Christus est Filius Dei, tu verò illum induisti, cùm habes Filium in te, & in illum per similitudinem transformatus es, in eandem cognationem, vnamque speciem perductus es. *ad hunc locum.*

2078 AdGal. cap. 3. n, 7. & á nu 26. *Et ad illud*: Non est Iudæus, neque Græcus &c. *sic ait.* Cùm enim dixisset, Omnes facti sumus filij Dei per fidem, non hactenus constitit, sed quærit etiam ampliús aliquid invenire, quod evidentiús approbare queat propiorem erga Christū societatem. Cúmque dixisset, Christum induistis, ne hoc quidem dicto contentus est, sed explanans illud vltra talem coniunctionem progreditur, & ait: Omnes vnum estis in Christo, hoc est, eandem formam, eandem figuram habetis omnes, videlicet Christi. *ad locum citatum cap.* 3.

Tandem sic concludit D. Chrysost. 2079 AdGal. 3. nn. 7. & à nu. 26.
Quid his verbis esse possit magis stupendum, aut reverendum? Qui priùs erat Ethnicus, aut Iudæus, aut servus, nunc obambulat formam gestans, non Angeli, neque Archangeli, sed vniversorum Domini, atq; in se se Christum repræsentat. *ad finē cap.* 3. Vnum estis in Christo Iesu. *Ergo omnes filij Abrahæ, qui & filij Dei sunt, ita vnanimes esse debent per mutuū, quo se diligant amorem, ut ex omnibus non magna hominum multitudo, sed vnus solùm homo, qui Deum hominem referat, ipsius Abrahæ filium exsurgere videatur.*

Epist. ad Hebræos cap. 2. Nusquam enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. *nu.* 16. *D. Chrysost.* Multam Dei benignitatem volens Paulus demonstrare, & charitatem, quam circa genus humanum habuit. Ille, inquit, non apprehendit naturam Angelorū, sed nostram. Quare non dixit, suscepit, sed isto verbo vsus est, Apprehendit? Ex metaphora insequentium eos, qui aversi sunt, & omnia facientium, ut fugientes occupent, & ut resilientes apprehendere valeant. *hom. 5. ex cap. 2.* 2080 Epist. ad Heb. 2. á n. 16.

Deinde sic progreditur D. Chrysost. 2081 Heb 2. à n. 16.
Aufugientem quippe ab ipso naturam humanam, & procul aufugientem (eramus autem longè profugi) insecutus apprehendit: ostendit quoniam misericordia sola, & gratia, & cura, quam de nobis habuit, hoc fecit. *hom. citata. Non dixit nusquam Angelum apprehendit, sed Angelos, ac si vnum hominem Abrahæ filium Angelis omnibus in amore præferret: velletque potiùs se vni hominum, quàm omnibus Angelis amoris vinculis colligare: non Angelorū, sed amore hominū factus homo.*

Epistola

2082 AdHeb. 11. nu. 17. 18. 19. *Epist. ad Hebræos, cap.* 11. Fide obtulit Abraham Isaac, cum tentaretur, & vnigenitum offerebat, qui susceperat repromissiones, ad quem dictum est: quia in Isaac vocabitur tibi semen: arbitrans quia & á mortuis suscitare potens est Deus: vnde eum, & in parabolam accepit. *n.* 17. 18. 19. *D. Chrysost.* Quid ergo? Ignorabat Deus, quia fortis erat ille vir, & animo generoso? Quare ergo eum tentabat? Non ut ipse cognosceret, sed ut alijs demonstraret, & manifestam eius fortitudinem constitueret vniversis. *hom.* 25 *in cap.* 11.

2083 AdHeb. 11. nu. 17. 18. 19. *Postea sic progreditur*: Deinde ne quis putet, quód desperans hoc fecerit, & per hoc præceptum, fidem illius promissionis amiserit, sed cognoscat, quòd re vera, & hoc fidei fuerit, atque etiam illam habuerit fidē, licet videretur huic repugnare, cúm tamen non repugnarit. Non enim humanis ratiocinationibus virtutē Dei pensabat, sed fide cuncta gerebat. *eadem hom.*

AdHeb. 11. nu. 19. *Et exponens illud.* Vnde eum in parabolam accepit, *nu.* 19. *sic ait D. Chrysost.* Hoc est in exemplo, in ariete inquit, Quomodò hoc? Ariete quippe occiso iste salvatus est. Proinde per arietem eum accepit, illum pro isto occidens. Hæc autem typi quidam erant: hic enim Filius Dei est, qui occisus est. *hom. item* 25.

2084 AdHeb. 11. nu. 17. 18. 19. *Et tandem sic pergit D. Chrysost.* Contemplare mihi clementiam Dei quanta sit. Quoniam enim magna quædam danda erat hominibus gratia: volens non quasi ex gratia, sed velut ex debito illud facere, persuasit primúm homini, ut filium suum traderet pro præcepto Dei: ut nihil magnum ipse videatur facere, Filiū suum tradendo. Siquidem homo ante ipsum hoc fecerit, ut hoc non ex gratia facere existimaretur, sed debito recompensaret. Quos enim diligimus, & hoc eis donare volumus ut putemur ab eis primúm aliquid accepisse: & si illis nos cuncta donaverimus, & gloriamur ex illo magis, quod accepimus, quám ex illo, quod donamus: & non dicimus, quia hoc ei donavimus, sed hoc ab eo accepimus. Vnde eum in parabola, inquit, recepit, hoc est velut in similitudine. Velut enim in parabola erat aries Isaac, aut velut typus. Quoniam enim absolutum erat sacrificium & occisus Isaac, quantum attinebat ad voluntatem illius, propterea illū redonavit Patriarchæ. *hom. cit. Quid est: Eum in parabolam accepit? Hoc est in typum filij alterius accipiendi, quem Æternus Parens patri fidelium pro Isaaco sibi oblato dare decreverat. Qui amore suorū ad ludibrium inimicorum sibi irridentiū parabola erat futurus, & amore suorum tandem moriturus.*

Ex D. Augustino.

Genes. 11. Tulit itaque Tharè Abram filium suum, & Lot filium Aran, filium filij sui, & Sarai nurum suam, vxorem Abram filij sui, & eduxit eos de Vr Chaldæorum, ut irent in terram Chanaan: veneruntque vsque Haran, & habitaverunt ibi. *num.* 31. *D. August. lib.* 16. *de Civit. Dei.* Sicut ergo scriptura sancta indicante didicimus: In regione Chaldæorum natus est Abraham, quæ terra ad regnum pertinebat Assyriorum. Apud Chaldæos autem iam etiā tunc superstitiones impiæ prævalebant, quemadmodum per cæteras gentes. Vna igitur Tharæ domus erat, de quo natus est Abraham, in qua vnius veri Dei cultus, & quantum credibile est, in qua iā sola etiam hebræa lingua remanserat: quamvis & ipse, sicut iam manifestior Dei populus in Ægypto, ita in Mesopotamia servisse Dijs alienis Iesu Nave narrante referatur. *cap.* 12. 2085 Gen. 11 nu. 31.

Et infrà sic pergit D. Augustin. 2086

Proin-

Gen. 11 nu. 31. Proinde sicut per aquarum diluviũ vna domus Noe remanserat ad reparandum genus humanum: sic in diluvio multarum superstitionum per vniversum mundum vna remanserat domus Tharæ, in qua custodita est plantatio Civitatis Dei *cap.* 12. Tulit itaque. *Non sine vxore maritum ferre voluit, ne Abram filius eius fœminam aliam adamaret: vel amore Saræ ductus iterum in Chaldæam non sine periculo idololatriæ, remearet.*

2087 *Genes.* 12. Dixit autem Dominus ad Abram: Egredere de terra tua, &
Gen. 12 num. 1. de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrabo tibi. *n.* 1. *Div. August. lib.* 2. *retrac.* Quod dixi ex Abraham cœpisse gentem Hebræorum, est quidem & hoc credibile, ut Hebræi velut Habraei dicti esse videantur: sed ex illo veriùs intelliguntur appellari qui vocabatur Heber, tanquam Hebræi, de qua re lib. 16. de Civitate Dei satis disserui, *cap.* 16.

2088 *Et alibi in tom.* 10. *sic ait D. Aug.* Abraham pater noster radicem fidei
Gen. 12 num. 1. nominisque Christiani habebat, qui cùm ex proprietate genuina ad incerta, atque peregrina iuberetur exire, tota devotione complerit, cui in re tam dura, nulla dubitatio fuit, sed sententiam Dei tanquã qui optare videretur, accepit. Egredere, inquit. Erat novum probationis genus habenti propria, exilia indicere peregrina, ingerere laborem itineris quiescenti, imperare penuriã possidenti, & tantarum facultatum domino necessitatem imponere peregrinandi. Libenter tamen fides accepit, quicquid arduum videbatur incredulis. *Serm.* 68. *de temp.*

2089 *Deinde sic progreditur D. August.* Cui non est magis dulce proprium
Gen. 12 num. 1. tugurium, quàm palatia peregrina, & voluntaria casa, quam digesta prætoria? Leve cuiquam non est, dimittere propria, & sectari aliena incerta, dimittere quod scias, quærere quod ignoras. Quis enim propria sine dolore deseruit, aut sine lachrymis dereliquit? Cui non est durum illos conscios natalium parietes, dulcia illa limina, atque amabilem larem, quem, & parentum memoria, & ipsius infantiæ rudimẽta commendant: vbi cunabula illa novi, & mox orientis hominis famulabantur, vbi secura ludens infantia inter lucis primordia aut pueriles annos simplicitate felices, quos sibi inter lascivos, atque ipsius ætatis lusus vernaculo genuina solo necessitas exhibebat? Inter hæc ergo tam blanda, tam dulcia, quæ omni fuerant difficultate relinquenda, Exi, ait de terra tua. *Serm. citato.*

Et iterum D. Chrysost. Quis hoc sine fidei viribus libenter audiret? 2090
Levius probaretur, si vel nomen loci, quò perrexisset, audiret. Proficis- Gen. 12 num. 1.
citur, pergit, socia scilicet credulitate, coniuge comite it securus, it fretus, promissum sibi fidei laboribus exacturus, plùs sperans de incerto, quàm fuerat securus de proprio. It ergo per deserta solitudines, per invias sedes, per naturæ secreta, vbi hominis vestigium necdum rudis terra cognoverat: & inter illa omnia quæ Dei imperio dereliquerat, non tugurium, non casam, sed inter ipsa camporum silescentium formidolosa secreta, hospes tantummodo cæli, terræque, nullum suffugium, quò diverteret, inveniebat. *Sermon. de tempore* 68. Egredere. *Quasi frugiferam arborem è terra nativitatis suæ alieno in solo transplantandam dominus Abraham eradicavit, voluit enim plures alienigenarum nationum populos dulcissimis tantæ arboris fructibus satiari.*

Genes. 12. Dixit autem Dominus ad Abram: Egredere de ter- 2091
ra tua, &c. *nu.* 1. *D. August. lib.* 16. Gen. 12 num. 1.
de Civi. Dei. Quod autem iam in Mesopotamia constituto, hoc est, iam egresso de terra Chaldæorum, dixit Deus, Exi de terra tua, & de cogna-

cognatione tua, & de domo patris tui. nõ ut corpus inde eijceret, quod iã fecerat; sed ut animã evelleret, dicitur. Nõ enim exierat inde animo, sed spe redeũdi, & desiderio tenebatur, quæ spes, & desideriũ, Deo iubẽte, ac iuvante, & illo obediente, fuerat amputandum. *cap.* 15.

2092 *Et tom.6. lib.* 12. *contra Faustũ ait D. Aug.* Quis alius in Abraham exijt de
Gen. 12 num. 1. terra sua, & de cognatione sua, ut apud exteros ditetur, & locupletetur, nisi qui, relicta terra, & cognatione Iudæorũ, unde secũdùm carnẽ natus est, apud gẽtes ita præpollet, & prævalet, ut videmus. *ca.* 25. De terra tua. *Tuã tibi iubeo dimittere terrã, & in terrã non tuã impero cõmigrare: non enim soli, sed cæli esse te desidero possessorem.*

2093 *Gen.* 12. Dixit autẽ Dominus ad Abrã, Egredere &c. *n.* 1. *D. Aug. tom.*
Gen. 12 num. 1. 10. Audivimus Dominũ beato Abrahæ dicẽtẽ, Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Omnia enim, quæ in veteri testamẽto conscripta sunt, novi testamenti typũ, & imaginẽ prætulerũt, sicut Apostolus dicit, Omnia enim in figura contingebant illis. Quod tũc in Abrahã corporaliter legimus factũ, spiritaliter in nobis videmus impletũ. Terra nostra caro nostra est. Et bene de terra nostra egredimur, quãdo carnales cõsuetudines deserẽtes, Christi vestigijs inhæremus. *serm.* 34. *in Appendice.*

2094 *Deinde sic pergit D. Aug.* Nõ tibi videtur feliciter de terra sua, idest, de
Gen. 12 num. 1. se ipso egredi, qui de superbo efficitur humilis, patiẽs ex iracũdo, castus ex luxurioso, largus ex cupido, benignus ex invido, placidus ex cruẽto? Veré fratres, feliciter de terra sua egreditur, qui pro Dei amore taliter cõmutatur. *eodẽ ser.* 34. *in append.*

2095 *Adhuc sic progreditur D. Aug.* Deniq; etiam in collocutione privata ita
Gen. 12 num. 1. loqui consuevimus, ut si aliquis malus homo subitó bona opera cæperit exercere, dicamus de illo, exijt iste de se. Et verè bene de se exijsse dicitur, qui, repudiatis vitijs, virtutibus delectatur. *serm* 34. *in app.* Egredere de terra tua, *Futurus, non terrenus, sed cælestis; de terra ergo ut cælum ingrediaris, egredere.*

Gen. 12. Egressus est itaque Abram, sicut præceperat ei Dominus, 2096
& ivit cũ eo Lot: septuaginta quinque annorum erat Abram, cùm egrederetur de Haran. *n.* 4. *D. Aug.* Procedat in medio sanctus ille Abrahã, & suo nos doceat exemplo possidere virtutem charitatis, quæ omnia credit: qui non est cunctatus ad vnã vocationem relinquere patriam sedem, domum, familiam. Omnia relinquũtur, ut Domino præcipienti pareatur. Exi, inquit ei Deus, de cognatione tua, &c. *n.* 1. Nec apud se iste sanctus cogitavit, aut dixit, Quò eam, cui me committam, in quam terram vadam? Sed statim, atque audivit, surgit, currit, festinat, accelerat. *serm.* 46. *de temp.* Gen. 12 num. 4.

Deinde sic progreditur D. Aug. Terram promissam non videt, sed credẽ- 2097
do eam firmiter retinet, ambulat recto itinere, nec oberrantibus vestigijs alibi, quàm debuit, declinavit: quia qui eum ad ignotam terram mittebat, non dimittebat. Nec eum ipse fefellit. Redditur merces credenti, ad terram pervenit, dilatatur, multiplicatur: ex paupere efficitur dives, ex ignobili potens, ditatur omnibus bonis. Et in illo impletur quod Dominus in Evangelio suis discipulis promisit, dicens: Si quis dimiserit domum, aut agrum, aut parentes causa nominis mei, in hac vita centuplum accipiet, & in futuro sæculo vitam consequetur æternam *cap.* 4. *in serm. citato.* Gen. 12 num. 4. Gen. 12 num. 1.

Et alibi in tom 5. *lib.* 16. *de Civit. Dei sic ait D. Aug.* Quomodo potest 2098
hoc verum esse, si post mortem patris sui exijt de Charra? Cùm enim esset Thara septuaginta annorum, sicut supra intimatum est, genuit Abraham: cui numero additis sep- Gen 12 num. 4.

Oo tuagin-

tuaginta quinque anni, quos agebat Abraham, quando egressus est de Charra, fiunt anni centum, & quadraginta quinque. Tot igitur annorum erat Thara, quando exijt Abra-
Gen. 12 num. 1. ham de illa Mesopotamiæ civitate. Agebat enim annum ætatis suæ, septuagesimum quintum, ac per hoc pater eius, qui eum septuagesimo vitæ suæ anno genuerat, agebat, ut dictum est, centesimum, & quadragesimum quintum annum. Non ergo inde post mortem patris, idest, post ducentos quinque annos, quibus pater eius vixit, egressus est, sed annus de illo loco profectionis eius, quoniã ipsius septuagesimus quintus erat, procul dubio patris eius, qui septuagesimo vitæ suæ anno genuerat, centesimus, quadragesimus quintus fuisse colligitur. *cap.* 15.

2099 *Postquam D. Augustin. literalem solutionem apposuit, sic proponit moralem:*
Gen. 12 num. 4. Soluta est autem quæstio ista, & aliter, ut septuaginta quinque anni Abrahæ, quando egressus est de Charra, ex illo computarentur, ex quo de igne Chaldæorum liberatus, non ex quo natus est, tanquam tunc potiùs natus habendus sit *cap.* 15. *Ergo Abrahæ ex eo solùm tempore anni computantur ætatis, ex quo per Dei amorem ferre voluit ignis ardorem, ac si septuaginta anni, quos egit priusquam incendium pro cultu Dei veri sustineret, digni non essent, qui pro annis vitæ suæ possent computari.*

2100 *Genes.* 12. Dic ergo obsecro te, quód soror mea sis: ut bene sit
Gen. 12 nu. 13. mihi propter te, & vivat anima mea ob gratiam tui. *num.* 13. *D. August. lib.* 16. *de Civit. Dei.* Vbi vxorem suam dixit sororem, nihil mentitus, vxorem tacuit, tacuit, non negavit, coniugis tuendam pudicitiam committens Deo, & humanas insidias cavens, ut homo: quoniam si periculum, quantũ caveri poterat, non caveret, magis tentaret Deum, quã speraret in Deo. *cap.* 19.

2101 *Et alibi in tom.* 6. *lib.* 22. *contra Faustum sic ait D. Aug.* Hoc Abrahæ factũ lenocinio simile videtur; sed non Gen. 12 nu. 13.
valentibus ex illius æternæ legis lumine á peccatis rectè facta discernere: quibus & constantia pertinacia videri potest, & virtus fiduciæ vitiũ putatur audaciæ: & quæcumq; similiter objiciũtur, quasi non rectè agẽtibus, á non rectè cernẽtibus. Neq; enim Abrahã flagitio consensit vxoris, eiúsque vendidit adulteriũ. *c.* 33.

Et infra sic iterum loquitur D. Aug. 2102
Ipse coniugẽ castam, & casto corde sibi cohærentem, de cuius animo, Gen. 12 nu. 13.
vbi pudicitiæ virtus habitabat, nullo modo dubitabat, tacuit vxorẽ, dixit sororẽ: ne se occiso, ab alienigenis, atq; impijs captiva possideretur. certus de Deo suo, quòd nihil eam turpe, ac flagitiosum perpeti sineret. Nec eum fides, ac spes fefellit: Nãq; Pharao territus monstris, multisque propter eam malis afflictus, vbi eius esse vxorem divinitus didicit, illæsam cum honore restituit. *cap.* 33.

Adhuc iterum in eodem lib. sic quærit 2103
D. Aug. Dicet aliquis; Cur nõ potiús ista de Deo suo præsumpsit Abrahã, ut fateri non timeret vxorem? Gen. 12 nu. 13.
Nũquid enim Deus ab illo mortem nõ poterat repellere, quã timebat, eumq; cũ coniuge sua ab omni pernicie in illa peregrinatione tutari, ut nec vxor eius, quãvis esset pulcherrima, appeteretur ab aliquo, nec propter illã ipse necaretur? Poterat sanè hoc efficere Deus, quis ita sit demens, ut hoc negent? Sed si interrogatus Abrahã, illam fœminam suam esse indicaret vxorem, duas res tuẽdas committeret Deo, & suam vitã, Deut 6 nu. 16.
& coniugis pudicitiã. Pertinet autẽ ad sanã doctrinã, quando habet quod faciat homo, non tentare Dominũ Deum suum. *cap.* 36.

Idq; probat D. Aug. exẽplo Christi Domini, & sic ait; Neq; enim & ipse Salvator nõ poterat tueri discipulos suos, 2104
quibus tamẽ ait: Si vos persecuti fuerint in vna civitate, fugite in aliã Cu-

ius rei

Matt. 4 num. 7. Matth. 10. nu. 10. Luc. 10 nu. 10. Matt. 2 nu. 14. Ioan. 7. nu. 10.

rei prior exemplum præbuit, nam cúm potestatem haberet ponendi animam suam, nec eam poneret, nisi cùm vellet; in Ægyptum tamen infans portantibus parentibus, fugit: & ad diem festum non evidenter, sed latenter ascendit, cúm aliás palam loqueretur Iudæis irascentibus, & inimicissimo animo audientibus, nō tamen volentibus in eum mittere manus, quia nondum venerat hora eius: non cuius horæ necessitate cogeretur mori, sed cuius horæ opportunitate dignaretur occidi. Qui ergo palam docendo & arguendo, & tamen inimicorum rabiem valere in se aliquid non sinendo, Dei demonstrabat potestatem: idem tamen fugiendo, & latendo, hominis instruebat infirmitatem, ne Deum tentare audeat, quando habeat quod faciat, ut quod cavere oportet, evadat. c. 36.

2105 *Exemplum deinde apponit D. Pauli sic.* Neq; enim & Apostolus Paulus desperaverat adiutorium, protectionē que divinam, fidemue perdiderat, quando per murum in sporta submissus est, ut inimicorum manus effugeret. Non ergo in Deum non credendo sic fugit, sed Deum tentando fugere noluisset, cúm sic fugere potuisset. *eodem cap.* 36.

Act. 9. nu 25. 2 Cor. 11. nu. 33.

2106 *Tandem sic concludit D. Aug.* Proinde cū inter ignotos propter excellentissimam pulchritudinem Saræ, & eius pudicitia, & mariti vita esset in dubio, nec vtrumque tueri posset Abraham, veruntamen vnum horū posset, idest, vitam: ne Deum suum tentaret; fecit quod potuit: quod autem non potuit, illi commisit. Qui ergo se hominem occultare non valuit, maritum se occultavit, ne occideretur: vxorem Dĕo credidit, ne pollueretur. *cap.* 36. Dic ergo obsecro te. *Optimus sané maritus, qui vxori suæ, non ut ancillæ imperabat; sed ut sibi æqualem obsecrabat.*

Gen. 12 nu. 13.

2107 *Gen.* 13. Ascendit ergo Abram de Ægypto, ipse, & vxor eius, & omnia, quæ habebat, & Lot cum eo ad Australē plagā. Erat autē dives valde in possessione auri, & argēti, *n.* 1. *&* 2. *D. Aug. exponens etiam illud Luc. cap.* 16. Factū est autem, ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinu Abrahæ. Mortuus est autē & dives, & sepultus est in inferno, *nu.* 22. *sic ait.* Nunquid veré ille pauper meritó illius inopiæ ablatus est ab Angelis, dives autem ille peccato divitiarum suarum ad tormēta missus est? In illo paupere humilitas intelligitur honorificata. Breviter probo, quia non divitiæ, sed superbia in illo divite cruciabatur. Certè illē pauper in sinu Abrahæ sublatus est.

Gen. 13 num. 1. & 2.

Luc. 16 nu. 22.

De ipso Abraham dicit scriptura quia habebat hic plurimum auri, & argenti, & dives fuit in terra. Si qui dives est ad tormenta rapitur, quomodo Abraham præcesserat pauperem, ut ablatum in sinum suum susciperet? Sed erat Abraham in divitijs pauper, humilis, tremens omnia præcepta, & obaudiens. Vsque adeo autem pro nihilo habebat illas divitias, ut iussus à Domino filium suum immolaret, cui servabat divitias. *In Psalm.* 85. *Iure præmittitur, quòd Abraham dives ab Ægypto ascenderit in terram promissionis, auri enim, & argenti metallis, quasi alis auratis, & argentatis, quarum pennis, seu pecunijs pœnas pauperum sublevabat, se ipsum cælestem alitem in cælum potuit ascendendo levare.* 2108

Gen. 22 num. 1.

Genes. 13. Erat autem dives valde in possessione auri, & argenti, *num.* 2. *Div. August.* Abraham, Isaac, & Iacob habebant non paucas divitias, sicut fidelissima scriptura testatur: multos tamen venturos ab Oriente, & Occidente, & non suprá ipsos, vel extra ipsos, sed cum ipsis recubituros in regno cælorum, ille ipse, qui propter nos factus est pauper, cum veré dives esset, verissima promissione prædixit. Et quāvis superbus dives, qui induebatur 2109

Gen. 13 num. 2.

Matt. 8 nu. 12. Luc. 16 nu. 22.

tur purpura, & bysso, & epulabatur quotidie splendidé, mortuus apud inferos torqueretur: tamen, si pauperis vlcerosi, qui ante ianuam eius contemptus iacebat, misertus fuisset, mereretur & ipse misericordiam. Et si pauperi illi meritum esset inopia, non iustitia, non vtique ab Angelis in Abrahæ gremium, qui dives hìc fuerat, tolleretur. *Epist.* 89.

2110 *Deinde sic progreditur D. Aug.* Sed
ut nobis ostēderetur, nec in isto pau-
Gen. 13 pertatem per se ipsam divinitus ho-
num. 2. noratam, nec in illo divitias fuisse
Luc. 16 damnatas: sed in isto pietatem, in illo
nu. 22. impietatem suos exitus habuisse: sic
suscepit impium divitem cruciatus ignis, ut tamen pium pauperem susciperet sinus divitis. Qui sanè cúm hìc dives viveret, divitias sic habebat, & eas præ Dei præceptis tam parvi pendebat, ut etiam cùm ipsius filij immolatione nollet offendere Deum iubentem, quem suarum divitiarum, & sperabat, & optabat hæredem. *eadem Epist.* 89.

2111 *Et tandem ex aliorum sententia, quā*
tamen approbat, sic concludit D. August.
Gen. 13 Dicunt, ideo Patres antiquos non
num. 2. vendidisse omnia, quæ habebant, &
dedisse pauperibus, quia hoc eis non præceperat Dominus. Nondū enim revelato testamento novo, quod nō fieri, nisi plenitudine tēporis oportebat, nec eorum virtus fuerat revelanda, qua virtute hoc eos facillimé posse, Deus in eorum cordibus noverat, qui testimonium illis tam insigne perhibebat, ut cùm sit omnium sanctorum Deus, tanquam de præcipuis amicis suis dicere dignaretur: Ego sum Deus Abrahā, Deus Isaac, Deus Iacob, hoc mihi nomen est in æternum. *Epist.* 89. Erat autē
dives valde. *Rectè sacer scriptor præmi-*
Gen. 13 *sit*, Ascendit ergo Abraham. *n* 1. *Ne*
num. 1. *quis Abraham pondere divitiarum adeo oneratum crederet, ut ipsum in ascensu ab Ægypto ad Palæstinam, hoc est à solo in cælum posse impediri, arbitraretur.*

Gen. 13. Ecce vniversa terra 2112
coram te est: Recede à me obsecro.
Si ad sinistram ieris, ego dexteram *Gen.* 13
tenebo: si tu dexteram elegeris, ego
ad sinistram pergam. *n.* 9. *D. August.* *num.* 9.
Hinc fortassis effecta est inter homines pacifica consuetudo, ut quando terrenorum aliquid partiendum est, maior dividat, minor eligat. *lib.* 16. *de Civit. Dei, cap.* 20. *Vniversam terram in oculis Lot merito Abram esse dicebat, quia in oculis ipsius Abræ nihil de vniversa terra, sed cælum, in quo stellas suorum filiorū imagines inspecturus erat, apparebat.*

Genes. 15. Credidit Abram Deo, 2113
& reputatum est illi ad iustitiam.
nu. 6. *D. August in quæstionib. ex ve-* *Gen.* 15
teri testamento. De Abraham, & eius *num.* 6.
fide, qua meruit cæterorum fidelium pater appellari. Huius Patriarchæ fides tam præcipua, & admirabilis fuit, ut cæteri iusti patrem hūc credulitatis Dei iudicio fateantur. Nec sit aliquis Deo dignus, & charus, nisi eius filius fuerit appellatus. Prærogativa enim honoris eius, ac meriti fides est, quam cùm rebus incredibilibus dare non ambigit. inter cætera etiam Salvatorem videre dignus extitit in specie tunc futuræ incarnationis, dicente, & probante
Domino ad Iudæos: Abraham pater *Ioan.* 8
vester cupivit, ut videret diem meū, *nu.* 56
vidit, & gavisus est *quæst.* 117.

Sic progreditur D. August. Qui 2114
enim merito fidei pater factus est,
dignum fuit, ut futurorum filiorum *Gen.* 15
suorum spem prævideret, quiæ pro- *num.* 6.
pitio, & provido Deo hæreditatis gratia ab humano, & pio patre in filios obsequentes redundaret. Videamus nunc quid credidit fides hæc, ut ad tantum honorem, & gloriam divino iudicio perveniret. Fidem laudavimus, sed quid credidit, nondum diximus. Educens etenim hunc Dominus, ostēdit ei stellas cæli, & dixit, si potes numerare eas? Sic erit semē tuū: & credidit Abra-

Abraham Deo, & reputatum est, i ad iustitiam. Non magnum est credidisse Deo, nisi quòd credidit, mundus non credendum, & stultum iudicet, quia istud in spe rerum naturæ non est. Vnde Abraham vnus è mundo, quia hoc credidit, segregatus á mundanis, iustificatus est. *eadē quæst.* 117.

2115 *Et iterum sic ait D. Aug.* Fortior námque, & plenior fides est, cùm se incredibilibus magis committit. Vnde Abrahã, & admirabilis fidei est, & cordis peritissimũ & illud credit, quod incredibile est, & huic se cõmittit, cui nõ credere, & stultũ est, & periculosum. Fidẽ enim nostrã hoc probat rationabilẽ, quia nõ de alio, quã de Deo credit, posse ipsum, quod promittit. Hoc ergo fidei propugnaculũ est, hic triũphus. *eadẽ. q.* 117.

Gen. 15 *num.* 6.

2116 *Et adhuc inferiùs pergit D. Aug.* Cur non laudanda fides est, quæ tantum dat creatori, quantũ creatura posse negatur? Magnus ergo, & admirabilis Abrahã, qui contra mundi sentẽtiam Deo credere nõ dubitavit, quia facere potest, quod promittit. Natura Chaldæus, magister credulitatis apparuit: quãvis Astrologiæ peritus, Deũ tamen præposuit humano consilio, dignũ æstimans, si hoc credatur de Deo, quod quomodo fiat, investigari nõ possit. Infirmitatẽ enim suã Dei potentia confirmavit, quia ad maiestatis suæ vnicã magnitudinem protestandã Deus facere disponeret quæ impossibilia, & inaudita sunt mũdo, quo facto ostenderet se Dominũ creaturæ, ut creatura subijceret se ei: cúm hoc cæteris omnibus impossibile videtur, quorũ incredulitate plus sublimatur fidelissimus Abraham. *eadem q.* 117.

Gen. 15 *num.* 6.

2117 *Pulchrè iterũ D. Aug. loco citato.* Fides enim eius, incredulorũ pœna est: incredulorũ perfidia, gloria eius est. Nã fideliũ est pater, & infideliũ est iudex. Huius enim exẽplo, & boni æterna vita donãtur, & malis æterna dabũtur supplicia. Illo enim tẽpore; quo mũdus adhuc scientiã parvulus erat, nec signis, ac prodigiis, quæ ad fidẽ attraherẽt, illustratus, Deo cõtra sciẽtiam suam, fidẽ non negavit, *q.* 117.

Gen. 15 *num.* 6.

Et tom. 10. *exponens eundẽ textũ,* Credidit Abrahã Deo, & deputatũ est illi ad iustitiã. *sic ait D. Aug.* Ecce sine opere iustificatur ex fide, & quidquid illi legali posset observatione cõferri, totũ credulitas sola donavit. Ipse sibi fuerat lex, qui legẽ nõ acceperat, natura tamen quidquid legis fuerat, observabat. *ser.* 37. *de temp.* 68. Et reputatũ &c. ad iustitiam *Vt iustè incredulos filios condemnaret, qui nec tanti patris exẽplo Deo crederent, sed iã datum Abrahæ filium, in salutẽ omnium ei olim promissum, in sua obstinati perfidia denegarent.* 2118

Gen. 15 *num.* 6.

Gen. 15. Et respõdens Dominus, sume, inquit, mihi vaccã trienẽẽ, & capram trimam, & arietẽ annorum triũ, turturẽ quoq; & columbã. Qui tollens vniversa hæc, divisit ea per mediũ, & vtrasq; partes cõtra se altrinsecus posuit; aves autẽ nõ divisit. Descẽderuntq; volucres super cadavera, & abigebat eas Abrã. *n* 9. 10. & 11. *D. Aug.* Aves autẽ nõ divisit: quoniã carnales inter se dividuntur, spiritales autẽ nullo modo: sive á negotiosis conversationibus hominũ se removeant, sicut turtur: sive inter illas degant, sicut colũba. Vtraq; tamen avis est simplex, & innoxia significans & in illo Israelitico populo, cui terra illa danda erat, futuros individuos filios promissionis, & hæredes regni in æterna felicitate mansuros. *lib.* 16. *de Civit. Dei, cap.* 24. 2119

Gen. 15 *num.* 9. 10. 11.

Et ad illud. Descẽderuntq; &c. *nu.* 11. *Sic ait D. Aug eodem lib.* 16. *de Civ. Dei.* Aves autẽ descendentes super corpora, quæ divisa erant; non boni aliquid, sed spiritus indicant aeris huius, pastum quemdam suũ de carnaliũ divisione quærentes. *cap.* 24. 2120

Gen. 15 *num.* 9. 10. 11.

Et iterum ad illud, Et abigebat eas

Gen. 15 nu. 11. Abram. Quód autem illis consedit Abraham, significat, etiam inter illas carnalium divisiones, veros vsque ad finem sæculi, perseveraturos fideles. *eodem cap.* 24. Et abigebat eas Abram. *Perseverantia Abra in abigendo designatur; non enim semel rapaces abigere volucres sufficere existimavit, sed vsque ad solis occasum, quando iam volucres à descensu cessaverant in illo abigendi actu perseveravit.*

2121 *Genes.* 15. Sume, inquit, mihi vaccam triennem &c. *nu.* 9. 10. & 11. *D. August.* Aves, scriptura inquit, non divisit. Quare hoc, fratres? Quia in Ecclesia Catholica carnales dividuntur, spiritales omnino nō dividuntur: & sicut dicit scriptura, contra se invicē præparantur. Quare carnales, & divisi, & contra se positi sunt? Quia omnes luxuriosi, & amatores mundi contra se invicē divisiones, & scandala habere non desinunt. Isti ergo dividuntur, quia sibi invicem adversantur. *Serm.* 54. *de tempore.*

Gen. 15 num. 9. 10. 11.

2122 *Deinde sic progreditur.* Aves autem, id est, spiritales non dividuntur. Quare spiritales non dividuntur? Quia est illis cor vnum, & anima vna in Deum. Est in illis vnum velle, ac nolle: illis enim avibus similes sunt, turturi scilicet, vel columbæ. In turture castitas, in columba simplicitas designatur. Omnes enim in Ecclesia Catholica Deū timentes, & casti, simplicesqué esse designantur, & cum Psalmista dicere possūt, Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescā? Et iterum, Turtur invenit sibi nidū, vbi reponat pullos suos. *serm.* 54. *de tempore.*

Gen. 15 num. 9. 10. 11.

Psal. 83

2123 *Adhuc sic progreditur D. August.* Et quando carnales, qui dividi possunt, gravibus vitiorum compedibus premuntur in mundo, spiritales diversarum virtutum pennis elevantur in altum, & duabus velut alis, duobus scilicet præceptis, diligendo Deum, & proximum, erigūtur in cælum. Et cum Apostolo dicere possunt, nostra autem conversatio in cælis est. *Eod. serm.* 54. *de tempore.* Phil. 3.

2124 *Et tandem sic concludit D. Aug.* Ideo ergo aves Abraham non divisit, quia spiritales, quibus est cor vnum, & anima vna, dividi, & á Dei, vel à proximi amore separari non possunt, sed cum Apostolo clamant, Quis nos separabit á charitate Christi, &c. Spiritales ergo nec tormentis separantur á Christō, carnales verò interdum etiam otiosis fabulis separantur. Illos non separat nec crudelis gladius, istos veró separat carnalis affectus. *Serm.* 54. *de temp.* Abigebat eas Abram, *num.* 11. *Avis erat Abrahamus, quam Deus ab oriente vocaverat, iuxta illud Isaiæ* 46 Vocans ab Oriente avem, & de terra longinqua virum voluntatis meæ *n.* 11. *Ergo merito avis hæc orientalis verè phœnix in virtute meritorum volucres importunas dæmones abigebat; quælibet enim harum, viso Abrahamo, ne tanti iusti spectaculo per invidiam torqueretur, ne eius aspiceret gloriam, ignominiam fugæ eligens, fugiebat.* Isai. 46 nu. 11.

2125 *Genes.* 15. Cúm ergo occubuisset sol, facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis transiens inter divisiones illas. *n.* 17. *D. August.* Clibanus ille ardens, & fumans, & lampas ignis diem iudicij figuravit. Et ideo super beatum Abram timor, & horror tenebrosus incubuit. Vnde intelligimus, quód si in die iudicij iustus vix salvabitur, peccator, & impius vbi parebunt? *eodem serm.* 54. *de tempore.* Gen. 15 nu. 17.

2126 *Et infrà.* Expergiscamur, dū corrigendi tempus est, & voluntatē Domini nostri, tanquam boni servi, & vtiles requiramus: ut cúm dies ille iudicij, quem clibanus ille ardēs, & fumans significavit, tremendus, & nimium etiam bonis expavescendus aduenerit, non cum carnalibus, Gen. 15 nu. 17.

quos

quos illa animalia figurabant, qui per diversas voluptatum contentiones dividi possunt, flammis vltricibus cruciemur in inferno: sed simplicitatem columbæ, & castitatem turturis præferentes, spiritalibus virtutum pennis elevemur in cælũ, secundúm illud, quod ait Apostolus: Simul rapiemur in nubibus obviam Christo in aera, & sic semper cum
1 Thes. 4. Domino erimus. *eodem sermone* 54. *Clibanus fumigans reprobos excæcabit; lampas ignea electos illuminabit.*

2127 *Genes.* 16. Ecce conclusit me Dominus, ne parerem; ingredere ad
Gen. 16 num. 2. ancillam meam, si forté saltem ex illa suscipiam filios, *num.* 2. *D. Aug. lib.* 16. *de Civ.* Nulla est hic cupido lasciviæ, nulla nequitiæ turpitudo. Ab vxore causa prolis ancilla marito traditur, á marito causa prolis accipitur, ab vtroque non culpæ luxus, sed naturæ fructus exquiritur. Denique cùm ancilla gravida dominæ sterili superbiret, & hoc Sara suspicioni muliebri viro potiús imputaret, etiam ibi demonstravit Abraham non se amatorem servum, sed liberum fuisse genitorem, ait enim: Ecce ancilla tua in manibus tuis, vtere ea quomodo tibi placuerit. *cap.* 25. Respondens Abram, Ecce ait
Gen. 16 num. 6. ancilla tua. *num.* 6. *Non dixit, ancilla mea; quamvis enim non illam tanquam dominam suam quasi servus veneraretur, tamen non iam illam ancillam suam appellabat; amor enim eam domino suo fecerat iam æqualem, quam enim imparem invenit amor, fecit parem.*

2128 *Genes.* 17. Cecidit Abraham in faciem suam, & risit in corde suo
Gen. 17 nu. 17. dicens, Putas ne centenario nascetur filius? Et Sara nonagenaria pariet? *num.* 17. *D. Augusti. lib.* 16 *de Civit. Dei.* Risus Abrahæ, exultatio est gratulantis, non irrisio diffidentis. Verba quoque eius illa in animo suo: Si mihi centum annos habenti nascetur filius, & si Sara annorum nonaginta pariet: non sunt dubitantis, sed admirantis. *cap.* 26. *Cecidit absconsens sic faciem suam, ne per eam quasi per speculum cordis, id, quod in corde habebat, ostenderet.*

Genes. 17. Eadem die circuncisus est Abraham, & Ismael filius 2129
eius. *num.* 26. *D. August. in quæst. ex vet. testat.* Quare Abraham fidei suæ Gen. 17 nu. 26.
signum, circuncisionis accepit sacramentum? Si velis advertere, non incongruum videbis, quod putas diversum esse á ratione. Credens enim se filium habiturum, in quo omnes gentes benedicerentur, & á quo sanctimonium exoriẽdum erat, illa in parte signum accepit, per quã generatio fit filiorum, & cessat, ut sanctior sit. Sed si aliquibus deformatio videtur, animadvertant, Abraham in eo gavisum, & filios eius hoc testimonio fuisse gloriosos. *quæstione* 12.

Id probat D. August. exemplo sacra pagina, & sic progreditur. Nã Achi- 2130
or vtique vnus ex principibus gentilium videns tantam virtutem esse Iudith. 13. nu. 27. 14. num. 6.
in Deo Abrahæ, ut Holofernem ducem exercitus Assyriorum, cuius potentiam tota terra tremebat, proprio gladio manu fæminæ decollaret, sponte se circuncidit, arbitratus ex eo ipso dignitatem sibi esse quæsitam. Nonne prælefert, si aliquis pro nomine Christi oculum, aut aliquod membrum amiserit? Nonne partem ipsam humanis vultibus ingerit, ut appareat gloriosus? Pro fide enim aliquid ad tempus amittere, lucrum est facere. Ita & Abraham fidei suæ signum accipiens, non deformatus est, sed melioratus. *quæst.* 12. Eadem die, &c. *Ne filius videns patrem suum vulneratum, vulnus, quo Dei præcepto obediens proprium effunderet sanguinem, recusaret: sed potiùs tanti patris motus exemplo mutilationem illam non ignominiosam, sed gloriosam sibi futuram iudicaret.*

Genes. 18. Apparuit autem ei 2131
Dominus in convalle Manbre se- Gen. 18 n. 1. & 2

denti in ostio tabernaculi sui in ipso fervore diei. Cúmque elevasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum: quos cùm vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui, & adoravit in terrã. *n.* 1. *&* 2. *D. Aug.* Excepit Abrahã peregrinum quercus arbor humana, quæ venientem Abraham, atque æstivo sole decoctũ amænitatis suæ vmbraculo refoveret; cuius syluescentis nemoris comata luxuries, in æstivum tempus diem, & vrentis solis vaporiferos radios, ramorum frequentia suspendebat, ut quidquid iniuria temporis irrogabat, omne auferret, & ramorum, & foliorum densitas. Ingreditur ergo lucum arboris Abraham, sub qua construitur qualecumque suffugium, angustum quidem homini, sed sufficiens maiestati. Dignum tamen Deo palatium fides devota pingebat, in quo fuisset maiestas superna prausura. *serm.* 68. *de tempore.*

2132 *Deinde exponens verba. num.* 2. *sic ait* Cúm ergo illic positus curiosis
Gen. 18 oculis cælum intentaret, ecce subitó in trium virorum persona maies-
num. 2. tas incorporea descendit. Accurrit, properat, manus supplices tendit, & transeuntium genua osculatur: Domine, ait, si inveni gratiam coram te, ne transieris puerum tuum. Videtis Abraham, tribus occurrit, & vnum adorat. Trina vnitas, & vna Trinitas. *sermone de tempore* 68.

2133 *Et alibi, exponens adhuc eundem*
Gen. 18 *num.* 2. *sic ait.* Venerunt ergo tres
num. 2. viri ad Abram, & steterunt super eum. Hoc ipsum videte, quare sit quòd super eum veniunt, non contra eum. Subiecerat se voluntati Dei, & ideo super eum stare dicitur Deus. Astiterunt, inquit, super eũ, non contra eum ad repellendum, sed super ad protegendum. Tres viros suscepit, tribus mensuris panes apponit. Quare hoc, fratres, nisi quia mysterium Trinitatis intelligit? Apponit & vitulum, qui vitulus non est durus, sed tener. Et quid tam tenerum, quid tam bonum, quàm est ille, qui se pro nobis humiliavit vsque ad mortem? Ipse est ille vitulus saginatus, quem pro recepto pænitenti filio iugulat pater. Sic enim Ioan 3.
dilexit Deus mundum, ut filium suũ vnigenitum daret. *serm.* 70. *de temp.*

Adhuc sic procedit, exponens il- 2134
lud, Cucurrit &c. *n.* 2. Tribus occurrit Abraham, & vnum adorat. In Gen. 18
eo autem quòd tres vidit, Trinita- num. 2.
tis mysterium intellexit. Quód autẽ quasi vnum adoravit, in tribus personis vnum Deum esse cognovit, ad vnum loquitur dicens, declina ad puerum tuum. Addit etiam, quasi ad homines loquens: Accipiam, inquit, aquam, & laventur pedes vestri. *serm.* 70. *de temp.*

Deinde sic adhortatur D. August. 2135
auditores. Dilecte fratres, á beato A-
braham, hospites libenter excipere, Gen. 18
& pedes eorum cum humilitate, & num. 2.
pietate lavare. Lavate, inquam, sanctorum peregrinantium pedes, ne forté in illis remaneat pulvis, quem ad iudicium vestrum possint de pedibus suis excutere, Sic enim in Evangelio dixit: Qui non susceperit vos, exeuntes excutite pulverẽ de pedibus vestris. Amen dico vobis, tolerabiliús erit terra Sodomorum in die iudicij, quám illi civitati. *eodem serm.*

Adhuc sic procedit D. Augustin. 2136
Hoc ergo prævidebat in spiritu A-
braham, & ideo volebat prævenire, Gen. 18
& lavare pedes, ne quid fortè pulve- num. 2.
ris resideret, quod ad testimonium incredulitatis excussum posset in diem iudicij reservari. Propterea ergo dicit sapiens Abraham, Accipiam aquam, & laventur pedes vestri. Diligenter hæc audite fratres, qui hospitalitatem exercere non vultis; qui hospitem, velut hostem excipitis. Ecce beatus Abraham, dùm homines ferventer exciperet, ipsum Deũ susci-

suscipere hospitalitatis contemplatione promeruit. Hoc etiam in Evãgelio Christus confirmavit, dicens:
Matth. 26. Hospes fui, & suscepistis me. Nolite ergo negligere peregrinos, ne forte quem non excepistis, ipse sit Christus. *serm. 70. de temp.*

2137 *Et tandem exponens verba n. 1, iuxta Septuag.* Visus est Deus Abrahæ
Gen. 18 num. 1. cùm sederet ad ostium tabernaculi sui ad ilicem Mambre. *n. 1. Sic ait D. Aug.* Ad ilicem Mambre, quod in latina lingua interpretatur, Visio, sive, Perspicacia. Vides qualis sit locus, in quo Dominus potest haberet convivium? Delectavit enim eũ visio, & perspicacia Abrahæ. Erat enim mundus corde, ut posset Deũ videre. In tali ergo loco, & in tali corde potest Dominus habere convivium. De ista visione Dominus
Ioan. 8. in Evangelio loquutus est ad Iudæos, dicens: Abraham exultavit, ut videret diem meum, vidit, & gavisus est. Diem, inquit, meum vidit, quia mysterium Trinitatis agnovit. Vidit Patrem diem, Filium diem, Spiritum Sanctum diem, & in his tribus vnum diem: Sicut & Pater Deus, & Filius Deus, & Spiritus Sanctus Deus, & hi tres unus Deus. *eodem serm. 70. de temp. Ad Abram ergo Dei Filius duobus comitatus Angelis in hominis forma voluit pervenire: ut quercum, sub cuius vmbra Abrahamus degebat, quasi peregrinus visitaret, in illa namque arbore crucem suam Dei Filius prævidebat, ipsamque ascendere, ut amore hominum vltimum obiret diem, affectabat.*

2138 *Genes. 18.* Domine, si inveni gratiam in oculis tuis, ne transeas
Gen. 18 nu. 3. 4 & 5. servum tuum: Sed afferam pauxillũ aquæ, & laventur pedes vestri, & requiescite sub arbore. Ponamque buccellam panis, & confortetur cor vestrum, postea transibitis: idcirco enim declinastis ad servum vestrum. Qui dixerunt, Fac ut locutus es. *n. 3. 4. & 5. D. August.* Servat semper in bonis tenorem sui perfecta iustitia, offert peregrinis hospitium, qui non habet tectum: & cùm sit omni domicilio viduatus, domiciliũ quale necessitas procurabat, exhibuit trãseuntibus: Et licet illa minora fuerint, quæ offerebantur, locorum angustijs magnitudinem dederat fides, quæ contemni non meruit á Deo. Divertunt ad arboris hospitiũ, quod Abraham Deo iam fecerat dignum. *sermo. 68. de tempore. Qui est 37. in Append.* Requiescite sub arbore. *Inquietum enim prævidebat Abrahamus Filij Dei, filij sui futuri erga arborem crucis amorem, sub vmbra ergo illius, quæ in quercu præfigurabatur, Dei, & sui Filium requiescere desiderabat, ut tanti amoris calorem aliquantulum refrigeraret.*

Genes. 18. Festinavit Abrahã 2139
in tabernaculum ad Saram, dixitque *Gen. 18*
ei, Accelera, tria sata similæ commisce, & fac subcineri ceos panes. *num. 6.*
num. 6. D. August. exponens illam parabolam à Christo Domino positam apud D. Lucam cap. 11. Quis vestrùm habebit amicum, & ibit ad illum *Luc. 11 num. 5.* media nocte, & dicet illi, Amice commoda mihi tres panes &c. *à n. 5. sic ait.* Apponit ergo parabolam cuiusdam hominis, cuius hospes improvisus advenit, & hospes hospitem excepit: passus est verecundiam, abijt continuo ad domum divitis magnam, non sine sacramento tres petit panes: quia vnus hospes erat gratia pietatis, sed substantia Trinitatis. *serm. 171. de tempore.*

Vnde sic progreditur D. August. 2140
Nonne vnus hospes erat in tribus,
qui venit ad patrem Abram? Hos- *Gen. 18*
pes, & amicus, prandor, & mansor; *num. 6.*
& omnia illi in Trinitate sunt exhibita humanitatis obsequia, quia Trinitatis gloria refulget. Trinum attulit vitulum pater, tres mensuras similaginis conspersit, futura mater paritura filium, pro quo pater mactaret agnum, & ipsa corpus Christi in Trinitate iam fecerat sacramentum. *serm. 171. de tem.* Festinavit ad Saram.

Saram. *Voluit vir optimus vxorem suam sibi sociam facere in opere pietatis, ut sociã efficeret in præmio obtinendo in remunerationem hospitalitatis.*

2141 *Genes.* 18. Posuit coram eis:
Gen. 18 ipse verò stabat iuxta eos sub arbo-
num. 6. re. Cúmque comedissent, dixerunt ad eum: vbi est Sara vxor tua? Ille respondit, Ecce in tabernaculo est. *D. August.* Ecce ad humanam mensam cælestis sublimitas recumbebat, cibus capitur, pransitatur, contubernali colloquio inter hominem, & Deum familiaria verba miscentur. *serm. 68. de temp. qui est 37. in Appen.* Ipse veró stabat. *Anticipato obsequio voluit Abrahamus præstandum sibi in cælo beneficium, in solo compensare: Domino in solo ad mensam sedenti transiens ministrabat, prævidens, fore, ut sibi in cælo ad mensam sedenti transiens Dominus sibi compensans honorem, ministraret.*

2142 *Genes.* 18. Revertens veniam
Gen. 18 ad te tempore isto, vita comite, &
nu. 10. habebit filium Sara vxor tua. *n.* 10. *D. August.* Quia apud Deum infructuosa hospitalitas esse non potuit, statim pretium mercedis accepit. Datur filius seni, datur posteritas desperanti, accepit senectus quod minimè potuit habere iuventus. *serm. 68. qui 37. in Appen.* Ad te. *Non ad Saram fæminam, sed ad Abraham virum, se reversurum Dei Filius in forma hominis apparens, promittebat, ut quemlibet verum hominem edoceret, ne gratia visendi fæminam aliquam, sed videndi virum in domum, in qua hospitium exceperat, remearet.*

2143 *Genes.* 18. Descendam, & vi-
Gen. 18 debo, vtrum clamorem, qui venit
nu. 21. ad me opere compleverint: an non est ita, ut sciam. *nu.* 21. *D. August.* Quando ad Abraham responsa redduntur, non dicitur descendere Deus, sed supra ipsum adstare; nunc autem quia peccatorũ causa agitur, descendere dicitur Deus. Vide ne ascensionem, & descensionem localem sentias. Indignum est hoc de incorporea, & vbique tota sentire substantia. Sed descendere dicitur Deus, quando curam humanæ fragilitatis habere dignatur. Quod specialiùs de Domino, ac Salvatore nostro sentire debemus, qui semetipsum exinanivit, servi formam accipiens. *Serm. 70. de temp. Ad peccatores descendere dicitur Deus, eò quòd non illi, quorum quilibet peccatorum pondere pressus ad Deum ascendere, non valebat, sed illorum crimina, quæ iustitiam divinam contra peccatores inclamantia, ad Dei tribunal ascendebant. Prope iustum stare perhibetur, eò quòd iustus ex virtutibus magnam scalam faciens ad Deum ascendere, priusquam Deus ad ipsum descenderat, festinaverat.*

Genes. 20. Dixitque de Sara vxo 2144
re sua, soror mea est, misit ergo Abi-
melech rex Geraræ, & tulit eam. *n.* Gen. 20
2. *D. August. lib. contra Mendacium.* num. 2.
Qui asserunt, aliquando esse menti- & 12.
endũ, non convenienter commemorant Abraham hoc fecisse de Sara, quam sororem suam dixit. Non enim dixit, Non est vxor mea: sed dixit, soror mea est: quod erat re vera tam propinqua genere, ut soror non mẽdaciter diceretur. Quod & postea iam sibi ab illo, qui abduxerat, eã reddita, confirmavit, respondens illi, & dicens: Est verè soror mea de patre, non de matre: hoc est, de paterno genere, non de materno. Aliquid ergo veri tacuit, non falsi aliquid dixit, quando tacuit vxorem, dixit sororem. *cap.* 10. *Noluit Abrahamus mendax reputari, vnde & dixit infrà:* Aliás autem, & verè soror mea est filia patris mei, & non filia matris meæ. *num.* 12. *Ne aliquis, si tantum virum mendacem fuisse intelligeret, illius authoritate nixus, sibi etiam mẽdacium non ignominiæ, sed gloriæ fore, si illud etiam proferret, reputaret.*

Genes. 22. Tentavit Deus A- 2145
braham, & dixit ad eum: Abraham,
Abraham. At ille respondit, Adsum. Gen. 22
n. 1. *D. August. lib.* 16. *de Civit. Dei.* num, 1.
Ten-

Tentatur Abraham de immolando dilectissimo filio suo Isaac, ut pia eius obedientia probaretur, seculis in notitiam proferenda, non Deo. Neque enim omnis est culpanda tẽtatio; quia & gratulanda est, quæ fit probatio. Et plerumque aliter animus humanus sibi ipsi innotescere non potest, nisi vires suas sibi non verbo, sed experimento tentatione quodammodo interrogante, respondeat: vbi, si Dei munus agnoverit, tunc pius est, tunc solidatur firmitate gratiæ, non inflatur in vanitate iactantiæ. *cap.* 32.

2146 *Deinde sic progreditur.* Nusquã sane crederet Abram, quód victimis Deus delectaretur humanis, quamvis divino intonãte præcepto, obediendum sit, non disputandum. Veruntamen Abraham confestim, filiũ cúm fuisset immolaturus, resurrecturum credidisse, laudandus est. *cap.* 32.

Gen. 22 *num.* 1.

2147 *Et alibi sic ait D.* August. Ergo noverit charitas vestra, tentatione Dei non id agere, ut ipse aliquid cognoscat, quod ante nesciebat: sed ut illo tentante, idest, interrogante, quod est in homine, occultum prodatur. Non enim sibi homo ita notus est, ut creatori: nec sic æger sibi notus est, ut medico. Ægrotat homo, ipse patitur, medicus non patitur: & ab illo qui non patitur, expectat audire quod patitur. *serm.* 72. *de tempore.*

Gen. 22 *num.* 1.

2148 *Et infrà sic pergit D.* Aug. Quid ergo dicimus, fratres? Et si sciebat se Abraham, nos non noveramus Abraham. Aut sibi, aut certé nobis prodendus erat: sibi, ut sciret vnde gratias ageret: nobis, ut sciremus vel quid á Domino deprecaremur, vel quid in homine imitaremur. *eodem serm.* 172. Tentavit. *Quomodo ergo verum est quod dicitur á D. Iacobo Epistola sua, cap.* 1. Deus intentator malorum est: ipse autem neminem tentat. *num.* 13. *Neminem ergo tentat Deus, ea scilicet intentione, ut tentatus victus superetur, sed ut victor coronetur. Tentavit igitur Deus Abraham, quem præsciebat, non superandum, sed coronandum.*

Gen. 22 *num.* 1.

Iaco 1. *nu.* 14.

Genes. 22. Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Isaac, & vade in terram visionis: atque ibi offeres eum in holocaustum super vnum montium, quem monstravero tibi. *n.* 2. *D. August.* De Abraham quod dixi, Ex hac obedientia pater ille Abraham, qui sine vxore non fuit, esse sine vnico filio, & á se occiso paratus fuit: non satis approbo. Magis enim filium, si esset occisus, resuscitatione sibi mox fuisse reddendum, credidisse, credendus est: sicut in Epistola legitur, quæ est ad Hebræos. *lib.* 2. *Retractat. cap.* 22. 2149

Gen. 22 *num.* 2.

Heb. 11

Et alibi, scilicet lib. 1. *de mirabil. sacræ scripturæ.* Vt appareret etiam hominibus, quàm fidelis in Dei amicitia permaneret Araham, filium suum Isaac, cùm esset iam adultus, offerre sibi in holocaustum super vnum montium, quem ei monstraverat, Deus præcepit. *cap.* 14. 2150

Gen 22 *num.* 2.

Et adhuc iterum in quæstionib. ex veteri test. sic ait D Aug. Abrahæ itaque præceptum est, ut filium suũ Deo offerret, ut ostenderetur hominibus, quantum Deo crederet Abraham, qui nec filium suum iubente Deo, dubitavit occidere. Qui enim contra mundi spem nasci eum potuit facere de sterili, & anicula, non fuit ambiguum, quòd contra mundi rationem posset eum suscitare à mortuis. Hoc facto cumulatus est iustitia Abraham. Ostendit enim Deus, quia non sanguinem pueri poposcerat, sed ut fidulus suus Abraham hoc facto auctior fieret: diligentes eum se aliquid pati vult, ut iusté illos promovere videatur. *quæst.* 44. Tolle: *Dum enim illum mihi obtuleris iam non terræ inhærentem pulveri suspectabis, sed inter sydera elevatum intueberis.* 2151

Gen. 22 *num.* 2.

Gen.

2152 *Genes.* 22. Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Isaac &c.
Gen.22 *num.* 2. *D. August. in quaest. ex veteri*
num. 2. *testat.* Sanctus ergo Abraham exemplum generi humano datus est fidelissimus: in ipso enim praefiguratae sunt omnes gentes ad salutem venire per fidem: cuius ut superabundans incrementum fidei nosceretur, tentatur, ac iubetur filium suũ Deo immolare, quod factum non erat vnquam. Et nec rei novitate turbatur, nec disputat, an fieri deberet, Deo iubente parricidium, qui homicidium ne fieret, comminatus est. *quaestione* 117.

2153 *Deinde ita progreditur:* Sic de Dei voluntate intrepidus, & securus, nõ
Gen. 22 cunctatur providum esse quod iubet
num.2. Deus: & hunc filium, quem duo senes ex promissione susceperant, praemium fidei, meritorum indicem, & in quo omnis spes ex premissione futuri seminis habebatur. Quod ut omni devotione impleret, matri eius non indicavit, ne quod dictioni eius impedimentum afferret, sciens circa affectum filiorum procliviores in amore esse mulieres: ideoque celavit eam, non ambigens impleri debere quod iubet Deus, ut hoc exemplo doceremur omni cura Dei facere mandatũ. Si enim fidelissimus Abraham in re tam gravi, & aspera obediens invenitur, quantò magis nos, quibus illa praecipiuntur quae possunt portari. *ead. q.* 117.

2154 *Et tandem sic exclamat D. August.*
O fides Deo dicata, & spes in Do-
Gen 22 mino firma, quae tam chara, & sua-
num. 2. vis est, ut parentum, ac filiorum affectibus praeponatur. Patriarcha autem noster fidelissimus Abraham, quia propheta erat, sciret quid sequi deberet. Ideo secundùm quòd Dominus nunc dixit, tunc ille fecit, ut
Matth. filio quamvis charissimo Deum in
10. nu. dilectione praeferret, dicente Domi-
37. no: Siquis diligit patrem, & matrem, aut filios supra me, non est me dignus. Vnde Patriarcha ut Domino prae caeteris dignus existeret, etiam occidere filium, non recusavit. *quaestione.* 117.

Et iterum exponens eundem textũ 2155
n. 2. *sic ait D. August.* Novum prae-
cepti genus est homini, legem sceleris dare, & religiosum habere, si im- Gen 22 num.2.
pium voluerit perpatrare. Abraham si parricidium fecerit, iustus est; si non fecerit, indevotus est. Quid sit ergo, quòd nunquam Deum, nisi pietate placamus? Cupit sibi vota efferri, non crudeliter coli. Ecce inter pietatem patris, & devotionem Dei, filium est quidem scelus occidere, sed Deum scelestius non audire. In angusto posita est perfecta iustitia, parricidium iuberis ut facias, tuis te manibus orbaturus. Quid hoc est? Imperat parricidium, qui prohibet homicidium. Iubetur, inquit, filium victimare, solatium paternae senectutis, & vnicum pignus posteritatis. Qui quantò serior, tantó dulcior: quantó solus, aut vnicus, tantó charior, & dilectus. *serm.* 73. *de temp.*

Et infrá sic pergit D. August. Hilaris 2156
accingebatur, qui nec timorem fa-
cinoris formidavit, nec implere Gen.22
quod iussus est, degener animus du- num.2.
bitavit. Spes illa futura tot gentium paterna manu iubetur occidi. Devotus pater eo voto suscepit parricidium, quo susceperat filium: nec refert, vtrum impendat, aut perdat, dum quoquo modo quod acceperat, reddat. *serm* 73. *de temp.*

Deinde sic Deum alloquitur. O 2157
Domine pijssime, quem seis patri
dilectum, quid imperas victimandũ, Gen.22
& tam citó, quod donaveras, repe- num.2.
tisti? Ergo iratus potes laedere, sicut propitius imperas orbitatem? Absit á nobis ista incredulitas. Deus pro nobis filium suum poscit occidi, non nostros mactari. Ideo iubetur filium occidere, ut manifestetur mundo, qui iam notus fuerat Deo.

Nam

Nam quomodo innocentis deliderat sanguinem, qui reum damnat pro sanguine? Demonstrare cunctis hominibus devotionem voluit, qui parricidium, ut fieret, imperavit. *serm.* 73. *de temp.*

2158 *Et alibi exponens eundem textum sic ait D. August.* Eum charitas probat, probatumque commendat, &
Gen. 22 *num.* 2. quemadmodum nihil Deo præferat posteris monstrat. Vocat eum Dominus de cælo dicens, Abraham, Abraham. Et ille tanquam servus obediens, ecce adsum, ait. Et Dominus, Accipe filium tuum, &c. Ne hac quidem iussione turbatur, aut frangitur servus fidelis, adest ei virtus charitatis, quæ omnia credit. *serm.* 46. *de temp.*

2159 *Et alibi sic D. August.* Audistis qualiter Dominus præcepit servo
Gen 22 *num.* 2. suo Abrahæ, ut tolleret filium suum, quem super cuncta terrena diligebat Isaac, & offerret eum super vnum montium, quem monstraverit sibi Dominus, quem dicunt nonnulli illum esse montem Calvariæ, in quo crucifixus fuit ille Deus, & homo. *Et infrà.* De modo, & virtute obedientiæ aliquid nobis nunc dicendum est. Nam sicut obediendum est libenter, sic hilariter, sic & velociter. Obedientia enim sine mora esse debet. Non placet Deo morosa, & disceptatrix obedientia: quæ quidem cùm præcipitur, quærit, cur, quare, quamobrē præcipiatur. Istius obedientiæ exquisitum nobis hodierna die exemplum proponitur Abraham pater noster, sic enim dicitur fidelis, & prima credendi via. Sanctus igitur pater Abraham, & prima obedientiæ norma, & forma veræ obedientiæ apud omnes esse credatur. *ser.* 40. *ad fratres in eremo.*

2160 *Et iterum sic loquitur Div. August.* Non contra dixit Abraham, sed nec murmuravit, nec hæsitavit, nec faciem conturbavit: imò tanquam pater exurgens pia crudelitate in filium se amavit, ut mox obediret. *Eodem Sermon.* 40. *ad fratres in eremo. Non dixit: Tolle, & veni, sed.* Tolle, & vade. *Ne Deum sibi in itinere futurum comitem cogitaret, sed se ipsum quasi à Deo derelictum in tanto positum conflictu arbitraretur, quò maior esset pugna, ut sic gloriosior foret corona, qua post victoriam eum Dominus triumphantem coronaret.* *Gen.* 22 *num.* 2.

Genes. 22. Die autem tertio, elevatis oculis, vidit locum procul. *num.* 4 *D. August.* Quòd autem ad locum immolationis die tertia pervenitur: mysterium Trinitatis intelligitur. Nam quòd dies tertius in sacramento, vel mysterio accipi debeat Trinitatis, frequenter in voluminibus sacris invenitur, sicut in Exodo: Viam, inquit trium dierum ibimus in desertum. Et iterum quando ad montem Siná ventum est, dictum est populo: Sanctificamini, & estote parati in diem tertium. Et Iosuè transiturus Iordanem, ut in die tertia populus paratus sit, admonuit. Et Dominus die tertio resurrexit, hoc ideo diximus, quia beatus Abraham die tertio venit ad locum, quem ei ostenderat Dominus. *ser.* 71. *de temp.* 2161 *Gen.* 22 *num.* 2. *Exod.* 5 *Exo.* 19

Et infrà sic progreditur Div. Augustin. Ab eo loco vnde beatus Abraham iussus est proficisci, tertio die ad locum vbi Christus crucifixus est, pervenitur. Etiam sibi antiquorum relatione refertur, quòd & Adam primus homo in ipso loco vbi Crux fixa est, fuerit aliquando sepultus, & ideo Calvariæ locum dictum esse, quia caput humani generis ibi dicitur esse sepultum. Et verè, fratres, non incongruè creditur, quia ibi erectus sit medicus, vbi iacebat ægrotus. Et dignum erat, ut 2162 *Gen.* 22 *num.* 2.

ut vbi occiderat humana superbia, ibi se inclinaret divina misericordia: & sanguis ille pretiosus etiam corporaliter pulverem antiqui peccatoris dum dignatur stillando contingere, redemisse credatur. *sermon. 71. de tempore. Tribus diebus iter illud confecit Abrahamus, ut in illis filium suum tribus Personis duceret offerendum, ipsumque primo die Patri; secundo die Filio; tertio die Spiritui Sancto commendaret; certissimè credens quòd Pater posset, Filius sciret: Spiritus Sanctus vellet filium suum vel à morte liberare, vel occisum ad vitam revocare.*

2163 *Genes.* 22. Ego autem, & puer illucusque properantes, post-
Gen. 22 quam adoraverimus, revertemur
num. 5. ad vos. *numer. 5. Div. Augustin.* O sancte Abraham, quid est, quod dicis, cùm aliud tibi de puero agendum sit? Nunquid aut te, aut tuos fallis? Non, inquit; sed quod propheticè vel dico, vel gero, virtus charitatis in me manens, quæ omnia credit, & facit, hæc dicit. Audio enim eam sine strepitu vocis intus ad cor loquentem, & dicentem mihi, Tu quidem licet resurrecturum credens, pleno, & perfecto voto puerum ducas immolandum, filius tuus in isto sacrificio non crematur, quia resurrectio Filio Dei reservatur. *Sermon. 46. de tempore cap. 4.*

2164 *Deinde sic pergit Div. Augustin.* Meritò Abrahæ huius viri fidem
Gen. 22 commemorans Iacobus Apostolus
num. 5. ait capit. 2. Credidit Abraham Deo, & deputatum est illi ad iustitiam, & amicus Dei appellatus est. Amicos ut novimus, coniunctio animorum est. Vnde quidam sapiens huius mundi ait, Idem velle, atque idem nolle, ea demum firma amicitia est. *sermon. 46. de tempore cap. 4.*

2165 *Et tandem sic concludit Div. Augustin.* Ergo amicos, ut novimus coniunctio animorum facit. Quemadmodum iste sanctus animum coniunxerit Deo, ut eius amicus appellaretur, vultis nosse? Sicut enim Deus Pater vnico suo filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: ita & iste vnico filio non pepercit, sed iubente ut immolaretur, ei, qui dederat eum, devoto corde obtulit eum. *Sermon. 46. de tempore.*

Gen 22 num. 5.

Et alibi exponens eundem textum sic ait Div. Augustin. Quid est, quod dicis, beate Abraham? Ad immolandum filium vadis, & dicis, quod cum filio reverteris? Si eum in holocaustum obtuleris, vtique tecum redire non poterit. Potuit respondere beatus Abraham: Verum dico, & offero filium, & cum filio revertar ad vos. Tanta est fides mea, ut credam, quòd ille, qui mihi eum de matris sterilis vtero dignatus est dare, possit etiam eum mortuum suscitare: & ideo verum dico, quia cùm adoraverimus, revertemur ad vos. *sermon. 71. de tempore. Ad locum sacrificij non solus pater, sed etiam filius properabat, exemplo enim patris festinantis puer senis vestigia secutus festinabat.* 2166

Gen. 22 num. 5.

Genes. 22. Ædificavit altare, & desuper ligna composuit, cúmque alligasset Isaac filium suum, posuit eum in altare super struem lignorum. *num. 9. Div. August.* Non trepidavit Abraham credere, quando promittebatur: non trepidavit offerre, quando exigebatur: nec fuit religio credentis contraria devotioni obtemperantis. *Seamon. 72. de tempore cap. 1. Quem crediderat ex se emortuo vivum nasciturum, credebat à se vivo occisum ad vitam iterum, Deo volente, rediturum.* 2167

Gen. 22 num. 9.

Gen. 22. Cùmq; alligasset Isaac filium suum &c. *num. 9. D. Aug.* Vincitur innocens hostia, ne offerentis devotio putaret se minus aliquid exhi- 2168

Gen. 22 num. 9.

exhibere, si impatientia doloris victima calcitraret. Ecce spirituali præsagio meum prævenisti consilium. Quod enim paravi pro toto mundo, tu iam deliberasti in filio tuo. Quod in vnigenito meo disposui, tu in tuo vnico perfecisti. *sermo. 73. de tempore. Non dicitur, cùmque ligasset, sed, ut alij legunt, cùmque colligasset, ut etiam ipse filius manibus suis ad struem lignorum se ligasse, intelligatur, & sic se voluntariam esse victimam, declararet.*

2169 *Gen. 22 nu. 10.* *Genes.* 22. Extenditque manum, & arripuit gladium, ut immolaret filium suum. *num.* 10. *Div. August.* Deponit humana paternæ pietatis indicia, induit sacerdotis diram constantiam, eduxit gladium, ut perimat filium. Quid videtis, fratres? Nihil hic sentimus humanum, quia totum cognoscimus divinum. *Sermone* 46. *de tempore cap.* 5. *Cùm Æternus Parens Abrahamum patrem sic ad filium immolandum paratum videret, immolationē interdicere festinavit, dicens per Angelum,* Non extendas manum tuam super puerum. *Voluit enim esse primus parens, qui amore ductus filium sibi dilectum in gratiam hominis, quem amabat, immolaret: ne si Abrahamus primus Deo Isaacum sibi charum offerret, in gratiam Dei, quem diligebat, ipsum in bello amoris Deum vincere videretur, cui filium suum priusquam homini Deus Filium suum occidendum traderet, sacrificaret.*

2170 *Gen. 22 nu. 10. 11. & 12.* *Genes.* 22. Extenditque manum, & arripuit gladium, ut immolaret filium suum. Et ecce Angelus Domini de cælo clamavit dicens: Abraham, Abraham Qui respondit: Adsum. Dixitque ei. Non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quidquā: nunc cognovi quòd timeas Dominum, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me, *num.* 10. 11 & 12. *Div August.* Videte fratres, Abraham patientia fortem, devotione constantem, non cum aliqua fera luctantem, cum natura pugnantem. Devotio dicebat; Percute: Pietas clamabat; Parce. Ista revocabat, illa provocabat. Filius tūc moriturus iacebat, erigit dexteram feriturus, & locum quò libens percutiebat, accupat. *sermon.* 73. *de tempore.*

Deinde sic progreditur Div. August. loquens in persona Dei: Parce, 2171 *Gen. 22 nu. 10. 11. & 12.* inquit, Abraham. Qui iusserat, ut feriret, modò vociferatur, ut parceret. Sciebat enim probatum patrem, & in devotione ferventem gladium temperare, & filium non perimere, sed nec cremare. Parce; inquit, devotè pater, parricida sine crimine parce. Tuum sacrificium, quod paraveras, intendi, ego quod iusseram, ut obtulisses, accepi. In voto probavi quod in facto renui. Acceptavi votum, nec repuli sacrificium. Laudo fidem, nec reprobo pietatem, nec tibi patior inferri orbitatem. *serm.* 73. *de temp. Cùm Angelus Abraham paratum videret ad immolandum, ne manum extenderet, bis clamavit, ut immolationem impediret; quam perficere Abrahamus adeo festinabat, ut minor fuerit celeritas Angeli extensionem manus prohibentis, quam Abrahami manum ad gladium arripiendum extendentis, iuxta illud,* Extenditque manum &c. *n.* 10.

Genes. 22. Nunc cognovi quòd 2172 *Gen. 22 nu. 12.* timeas Dominum, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me. *num.* 12. *Div. August.* Ergo nec illud, quod tibi pro magno præstitit Deus, præponas illi, qui præstitit. Et cùm voluerit tibi subtrahere, non tibi vilescat, quia gratis amandus est Deus. Quod enim dulcius à Deo præmium; quàm ipse Deus? Ergo implet Abraham devotionis obedientiā audit à Deo, Nunc cognovi, quoniam tu times De-

Deum. *serm. 42. de temp.*

2173 *Et alibi in tom. 8. sic ait Div. August.* Iussus est immolare Deo filium, nec dubitavit, nec discep-
Gen. 22 nu. 12. tavit, nec de iussu Dei disputavit, nec malum putavit, quod iubere optimus potuit. Duxit filium suum ad immolandum, imposuit ei ligna sacrificij, pervenit ad locum, erexit dexteram ut percuteret, eo prohibente, deposuit, quo iubente, levaverat. Qui obtemperaverat, ut feriret; obtemperavit, ut parceret: vbique obediens, nusquam timidus. *Concione 2. in Psalm. 30.* Non extendas &c. *Non extendas manum tuam ad puerum feriendum, super quem ego manum extendo meam ad protegendum. Neque enim homo illum, quem Deus vult defendere, valet offendere.*

2174 *Genes.* 22. Quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo
Gen. 12 nu. 16. & 17. vnigenito propter me. Benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum, sicut stellas cæli, & velut arenam, quæ est in littore maris: possidebit semen tuum portas inimicorum suorum. *num. 16. & 17. Div. Augustin. lib. 1. de Civitate Dei.* Abraham non solùm non est culpatus crudelitatis crimine, verùm etiam laudatus est nomine pietatis, quòd voluit filium nequaquam scelerate, sed obedienter occidere. *cap. 21.* Multiplicabo semen tuum. *numer. 17. Isaac enim multiplicabatur, quia dum quilibet ex suis descendentibus per imitationem virtutis illius, ac si alter Isaacus esset, apparebat, in illis multiplicatus Isaacus reputabatur.*

2175 *Genes.* 25. Abraham verò aliam duxit vxorem nomine Cetu-
Gen. 25 num. 1. & 2. ram: quæ peperit ei Zamran, & Iecsan, & Madnan, & Madian, & Iesboc, & Sue. *numer. 1. & 2. Div. August. lib. 16. de Civitate Dei.* Absit ut incontinentiam suspicemur, præsertim in illa iam ætate, in illa fidei sanctitate. *cap. 34. Et infrà.* Provisum est contra hæreticos futuros secundarum adversarios nuptiarum, ut in ipso patre multarum gentium post obitum conjugis, iterum coniugari, demonstraretur non esse peccatum. *cap. 34. Aliam duxit, ut defunctæ dilectæ absentiam leviùs ferre posset.*

Psalm. 46. Principes populorum congregati sunt cum Deo A- 2176
braham: quoniam dij fortes terræ Ps. 46. ver. 10
vehementer elevati sunt. *vers. 10, Div. Augustin.* Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Verum est, dixit hoc Deus, & superbierunt inde Iudæi: & dixerunt, Nos filij Abrahæ sumus. Superbientes de nomine paterno, gerentes eius carnem, non tenentes eius fidem: Semini adhærentes, moribus degenerantes. Denique Dominus quid ait eis ita superbientibus? Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Item quid dixit illis Ioannes venientibus, & contremiscentibus Ioan 8.
quibusdam ipsorum, qui se pænitendo corrigere voluerunt? Progenies viperarum. Erant enim iniqui, erant perditi, erant peccatores, erant impij: venerunt ad baptismum Ioannis. *Ennarratione in Psalm. 46. His per invidiam in viperas mutatis Ioannes vox clamantis in deserto prædicabat, quæ ne divinam audirent voce m in cavernis deserti clausæ erant, ideo ut ad illarũ aures vox divina perveniret, magna contentione clamabat.*

Et ad eundem locum iterum sic 2177
loquitur Div. August. Et quid eis di- Matt. 3
cit? Progenies viperarum. Illi se dicebant filios Abrahæ, & ipse illos dicebat filios viperarum. Numquid Abraham vipera erat? Sed quia male vivendo Dæmones imitati erant, & eorum filij facti erant, quos imitando male vivebant: Progenies, inquit, viperarum, quis vobis ostendit fugere ab ira ventura? Facite ergo fructum dignum pænitentiæ;

tiæ; & nolite dicere apud vos met-
ipsos, patrem habemus Abraham,
& quasi superbire de genere Abrahæ.
in loco citato.
2178 *Et adhuc iterum referens illud*
Matthæi 3. Potens est enim Deus
Matt. 3 de lapidibus istis suscitare filios A-
num. 9. brahæ. *numer. 9. sic progreditur Div.*
August. loquens in persona Baptistæ:
Non enim remansurus est Abraham
sine filijs, si vos damnaverit Deus:
potens est enim & damnare quos
odit, & illi reddere quod promisit.
Et unde illi redditurus est filios, si
damnaret Hebræos de carne eius
progenitos? De lapidibus istis. Of-
tendebat illis lapides in eremo. Qui
erant lapides, nisi gentes, quæ la-
pides adorabant? Lapides, quare?
Adorando lapides, dicti erant la-
pides: quia Psalmus prædixerat:
Similes illis fiant qui faciunt ea, &
omnes, qui confidunt in eis. Ta-
men de ipsis lapidibus reddidit fili-
os Abrahæ. Modò omnes, qui lapi-
Ps. 46. des adorabamus, conversi ad Do-
ver. 10. minum, filij Abrahæ facti sumus:
non ducendo ab illo carnem, sed
imitando fidem. Principes ergo po
pulorum convenerunt cum Deo
Abraham. *in Psalm. 46. Principes po-*
pulorum. Ac si unius Abrahami, qui
princeps Dei apud Ethæos appellabatur:
Genes. 23. Princeps Dei es apud nos:
num. 6. Exemplo commoti principes to-
tius mundi omnes, abiectis idolis, ut
Deum verum adorarent, convenirent,
qui amore Abrahami, cùm esset omnium
Deus, Abrahami Deus gaudebat nuncu-
pari.
2179 *Luc.* 19. In sinum Abrahæ. *num.*
Luc. 16 23. *Div. August. exponens etiam illud*
nu. 23. *Christi Domini ad bonum latronem. Luc.*
Luc. 23 23. Hodie mecum eris in paradi-
nu. 43. so, *num. 43. sic infert.* Restat igitur,
ut si secundùm hominem dictum
est, Hodie mecum eris in paradiso,
in inferno intelligatur esse paradi-
sus, vbi erat eo die futurus secun-
dùm humanam animam Christus.
Vtrum autem sinus ille Abrahæ,
vbi dives impius cùm in tormentis
esset inferni, requiescentem pau-
perem vidit, vel paradisi censendus
vocabulo, vel ad inferos pertinere
existimandus sit, non facilé dixe-
rim. *tom. 2. Epist. 57. Et loquens de*
sinu Abrahæ, sic ait Vbi si fuit Chris-
tus, ipse est intelligendus paradi-
sus, quem latronis animæ illo die
dignatus est polliceri. Quæ si ita
sunt, generale paradisi nomen est,
vbi feliciter vivitur. *Eadem Epis-*
tol. 57.
Et alibi sic ait Div. August. La- 2180
zarus pauper fuit, Abraham, in cu-
ius sinum levatus est, dives fuit. Luc. 16
Contingit, inquit, mori inopem nu. 23.
illum, & auferri ab Angelis. Quò?
In sinum Abrahæ, id est, in secre-
tum, vbi erat Abraham. Nolite
enim carnaliter intelligere, quòd
velut in sinu tunicæ Abrahæ leva-
tus sit pauper. Sinus erat, quia se-
cretum erat. *Et infrà.* Vide Abra-
ham opulentissimum fuisse in ter-
ra, auro, argento, familia, pecore,
possessione: & tamen dives ille pau- Gen. 15
per fuit, quia humilis fuit. Humi-
lis autem fuit. Credidit Abraham
Deo, & deputatum est illi ad iusti-
tiam. Iustificatus est gratia Dei, nō
propria præsumptione. Fidelis erat,
bene operabatur. *Sermon. 110. de*
tempore.
Et iterum sic progreditur Div. 2181
August. Filium iussus est immola-
re: neque cunctatus est ei offerre Luc. 16
quod acceperat á quo acceperat. nu. 23.
Probatus est Deo, constitutus est
exemplum fidei. Iam Deo notus
erat; sed nobis monstrandus erat.
Non est inflatus quasi in operibus
bonis suis, quia pauper erat dives
iste. Sciebat enim quia quidquid
habebat, á Deo habebat, & non in
semetipso, sed in domino gloriaba-
tur. *serm. 110. de temp. Dicitur ergo A-*
brahæ sinus paradisus, ac si nullus locus esse
posset, in quo Christus Abrahæ filius velut
in para-

paradiso requiesceret, nisi sinus Abrahæ, in quo proinde ille, qui ut Dei filius unigenitus in sinu Dei Patris erat, ut filius hominis, molliter cubaret.

2182 *Ioan. 8. nu. 37.* *Ioan.* 8. Scio quia filij Abrahæ estis: sed quæritis me interficere, quia sermo meus non capit in vobis. *n.* 37. *D. August.* Agnosco vos, inquit, filij Abrahæ estis, sed quæritis me interficere. Agnosco carnis originem, non cordis fidem. Filij Abrahæ estis, sed secundùm carnē. Ideo, inquit, quæritis me occidere, sermo enim meus non capit in vobis. Si sermo meus caperetur, caperet: si caperemini, intra retia fidei tanquā pisces concluderemini. Quid est ergo non capit in vobis? Non capit cor vestrum, quia non recipitur á corde vestro. Sic enim est sermo Dei, & sic esse debet fidelibus tanquam pisci hamus. Tunc capit, quando capitur, nec fit iniuria illis, qui capiuntur: ad salutem quippe, non ad perniciem capiuntur. Vnde Dominus discipulis suis ait: Venite post me, & faciam vos piscatores hominum. Non ergo isti erant tales; & tamen filij Abrahæ erant, filij hominis Dei, homines iniqui. Trahebant enim carnis genus, sed degeneres facti erant, non imitando fidem illius, cuius filij erant, *tractat.* 42. *in cap.* 8. *Ioan. Nobilitatem generis Dominus in adversarijs publicabat, ut illorum malitiam potiori iure posset condemnare, qui sua prosapia claritatem per sua vita deturpabant obscuritatem.*

2183 *Ioan. 8. nu. 39.* *Ioan.* 8. Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. *n.* 39. *D. Aug. lib.* 2. *contra adversarium legis.* Vbicumque Abraham nominatur in libris testamenti novi, cum honore debito nominatur, ita ut Iudæis diceret ipse Dominus: Si filij Abrahæ estis, facta Abrahæ facite. Ac per hoc iste qui blasphemat Abraham, Christum profectó blasphemat, qui tale testimonium perhibet Abrahæ. *cap.* 9.

Et alibi sic ait D. Aug. Quisquis imitatus fuerit Abraham, filius est Abrahæ. Quisquis degeneraverit à fide Abraham, perdidit progeniem Abrahæ. Iudæi degeneraverunt, perdiderunt. Imitati sumus nos, invenimus. Audi quia illi perdiderunt. Quid illis dicit Dominus dicentibus, Filij sumus Abrahæ? Ausi sunt ostentare se, & erigere cervicem de nobilitate generis iusti. Et quid illis Dominus? Si filij Abrahæ essetis, facta vtique Abrahæ fecissetis. Si ergo perdiderunt ipsi, quòd filij sunt Abrahæ, invenimus nos, ut filij simus Abrahæ. Credendo quippe invenimus, quod illi non credendo amiserunt. *in exposit Ps.* 148. 2184 *Ioan. 8. nu. 39.*

Et alibi exponens eundem locum pergit D. August. Superius ait; scio quia filij Abrahæ estis. Non negat eorum originem, sed facta condemnat: caro eorum ex illo erat, sed vita non erat. *tractat.* 42. *in cap.* 8. *Ioan. Et paulò infrá* Ideo cùm venirent ad Ioannem baptizandi Iudæi, erupit in illos, & ait illis: Generatio viperarum. Maximé quippe de altitudine originis gloriabantur, ille autem generationem eos dixit viperarum: non saltem hominum, sed viperarum. Hominum formam videbat, sed venenum agnoscebat. Si fructus dignos pænitentiæ non feceritis, nolite vobis de illa stirpe blādiri: potens est Deus & vos damnare, & Abraham filijs non fraudare. *tractat. citato.* 2185 *Ioan. 8. nu. 39.* *Matt. 3*

Et iterum sic progreditur D. Aug. Habet enim vnde excitet filius Abrahæ. Fient filij qui fidem fuerint imitati; potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Nos sumus. In parentibus nostris lapides eramus, quando pro Deo lapides colebamus, de talibus lapidibus familiam Deus fecit Abrahæ. Quid se ergo extollit inanis, & vana iactatio? Filij Abrahæ gloriari iā desināt: audierunt quod audire debuerunt. 2186 *Ioan. 8. nu. 39.*

Si

Si filij Abrahæ estis, factis probate, non verbis, *tract.* 42. *in cap.* 8. *Ioan. Solus enim ille filius de nobilitate patris merito poterit gloriari, qui suis in operibus virtutem patris voluerit imitari,*

2187 *Ioan.* 8. Abraham pater vester exultavit, vt videret diem meum: vidit, & gavisus est. *n.* 56. *D. Aug.* Magnum testimonium perhibet Abrahæ semen Abrahæ, creator Abrahæ: Abraham exultavit, inquit, ut videret diem meum. Non timuit sed exultavit, ut videret. Erat enim in illo charitas, quæ foras mittit timorem. Non ait, Exultavit, quia vidit: sed exultavit, ut videret. Credens vtique exultavit sperando, ut videret intelligendo. Et vidit, inquit, & gavisus est. Quis explicat hoc gaudium, fratres mei? Si gavisi sũt, illi, quibus Dominus oculos carnis aperuit, quale gaudium fuit videntibus cordis oculis lucem ineffabilẽ, Verbum manens, splendorem pijs mentibus refulgentem, sapientiam indeficientem, apud Patrem manentem Deum, & aliquando in carne venturum, nec de Patris gremio recessurum. Totum hoc vidit Abraham. Nam quod ait, Diem meum, incertum potest esse vnde dixerit: vtrum diem Domini temporalem, quo erat venturus in carne, an diem Domini, qui nescit ortum, nescit occasum. Sed ego non dubito, patrem Abraham totum scisse. *tract.* 43. *in cap.* 8. *Ioan.*

Ioan 8. *nu.* 56.

1 *Ioan.* 4. *n.* 18

2188 *Et alibi, lib. scilicet* 4. *de consensu Evangelist. ad illud Ierem.* 17. Ego autem non laboravi subsequens te, Domine, & diem hominis non concupivi, tu scis. *num.* 16. *sic ait D. Aug.* Hoc est volare ad lucem verbi, & concupiscere illum diem, quem videre concupivit Abraham, & vidit, & gavisus est. *cap.* 10. *Diem Domini, terribilem iudicij finalis diem possumus nuncupare. Magnum igitur est Abrahami praconium, quippe qui non Dei iudicis sui tremore, sed Dei filij sui amore horrendum Angelis diem magno delibutus gaudio consideraverit.*

Iere. 17 *nu.* 16.

Epistol. ad Rom, cap. 4. Si enim Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum. *num.* 2. *D. August. in tom* 4. *lib. vnico.* Quod autem ait, Si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum: hoc est, quia Abraham sine lege dum non ex operibus legis gloriam conquirit, quasi suis viribus legem impleat. Cùm adhuc lex ista data non esset, Dei illa glòria, non sua est. Nõ enim merito sui tanquam ex operibus, sed Dei gratia fide iustificatus est. *cap.* 20. 2189

Epis. ad Rom c 4. *n.* 2.

Et infrà: Quod autem ait, Ei autem, qui operatur, merces non imputatur, secundùm gratiam, sed secundùm debitum, *num.* 4. *sic exponit August.* Dixit, quemadmodum homines hominibus reddant mercedẽ. Nam Deus per gratiam dedit, quia peccatoribus dedit, ut per fidem iustè viverent, id est, bene operarentur. Quod ergo bene operamur, iam accepta gratia, nõ nobis, sed illi tribuendum est, qui per gratiam nos iustificavit. Nam si debitam mercedem vellet reddere, & pœnam redderet debitam peccatoribus. *cap.* 21. 2190

Ad Ro capt. 4 *num.* 4

Et tandem ad illud. Dans gloriam Deo. *num.* 20. *sic ait D. August.* Quod autem ait de Abraham, Dans gloriam Deo: adversùs illos positum est, qui gloriam suam de operibus legis coram hominibus quærebant. *cap.* 25. *Fidelis Abraham extitit Dei servus, utpote qui gloriam non sibi ex operibus bonis vendicabat, sed cùm semper ad maiorem Dei gloriam operari, pura animi affectione intenderet, totam gloriam Deo tribuebat.* 2191

Ex D. Leone Papa.

Genes. 15. Eduxitque eum foras, & ait illi: suspice cælum, & numera 2192

mera

mera stellas, si potes. Et dixit ei: Sic erit semen tuum. *num.* 5. *D. Leo Papa citans illud Genes.* 49. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium *sic loquitur.* De quibus quondam beatissimo Patriarchæ Abrahæ innumerabilis fuerat promissa successio, non carnis semine, sed fidei fæcunditate generanda: & ideo stellarum multitudini comparata, ut ab omnium gentium patre, non terrena, sed cælestis progenies speraretur. *serm.* 3. *de Epiphania.*

2193 *Deinde sic progreditur.* Ad creandam ergo promissam posteritatem, hæredes in syderibus designati, ortu novi syderis excitantur, ut in quo cæli adhibitum fuerat testimonium, cæli famularetur obsequium. Commovet Magos remotioris Orientis habitatores, stellis cæteris stella fulgentior, & demirandi luminis claritate viri ad hæc spectanda non insitij magnitudinem significationis intelligunt, agente hoc sine dubio in eorum cordibus inspiratione divina, ut eos tantæ visionis mysterium non lateret, & quod oculis ostendebatur insolitum, animis non esset obscurū. *Eodem serm.* 3 *de Epiphan.*

2194 *Et tandem sic ait D. Leo:* Veritas illuminat Magos, infidelitas cæcat magistros. Carnalis Israel non intelligit quod legit, non videt quod ostendit, vtitur paginis, quarum nō credit eloquijs. Vbi est, Iudæa, gloriatio tua? Vbi de Abraham patre ducta nobilitas? Nonne circumcisio tua præputium facta est? Ecce maior servis minori, & alienigenis in sortē hæreditatis tuæ intrantibus, eius testamenti, quod in sola litera tenes, recitatione famularis. Intret, intret in Patriarcharum familiam gentiū plenitudo, & benedictionem in semine Abrahæ, qua se filij carnis abdicant, filij promissionis accipiant. *Eodem serm.* 3. *de Epiphan, Stella Christus matutina per stellam Magis demonstratur, & cum omnibus cæteris cæli syderibus confertur:* Numera stellas, si potes, sic erit semen tuum: *Tantus enim istius matutinæ stellæ fulgor futurus erat sanctitatis, ut in luce, non solùm omnium aliarum stellarum splendores adæquaret, sed infinitò intervallo superaret.*

Rom. 1. *Gen.* 25 *Rom.* 9.

2195 *Genes.* 18. Apparuit autem Dominus in convalle Mambre sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso fervore diei. Cúmque elevasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum: quos cùm vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi, & adoravit in terram. *num.* 1. & 2. *D. Leo Papa in Decretalib. loquens contra Eutychem, qui Christum non verū hominem esse impiè asseruit, sic ait:* Quātúm Nestorius a veritate excidit, dū Christum de matre solum hominem asserit natum, tantùm etiam hic à catholico tramite deviat, qui de eadem Virgine non nostram credit editam esse substantiam, volens vtique eam solius Deitatis intelligi, ut quod formam servi gessit, & quód nostris similis fuit, atque conformis, quædam nostræ naturæ fuerit imago, non veritas. Nihil autem prodest, Dominum nostrum beatæ Mariæ Virginis filium, verum, perfectumque hominem dicere, si non illius generis homo creditur, cuius in Evangelio prædicatur. Dicit enim Matthæus: Liber generationis Iesu Christi filij David, filij Abraham. *Epist.* 13.

Gen 18 *num.* 1. & 2.

Matt 1 *num.* 1.

2196 *Et infrà pergit D. Leo Papa.* Poterat quippe omnipotentia Filij Dei, sic ad docendos, iustificandosque homines apparere, quemodo & Patriarchis, & Prophetis in specie carnis apparuit, cùm officia hospitalitatis non abnuit, vel etiam appositum cibum sumpsit. Sed illæ imagines huius hominis erant indices, cuius veritatem ex præcedentium patrum stirpe sumendā significationes mysticæ nunciabant. *Epist.* 13. *ex decretal.*

Gen. 18 *num.* 1.

Et

2197 *Et iterum sic loquitur D. Leo:* Nisi enim novus homo, factus in similitudinem carnis peccati nostram susciperet vetustatem: & consubstantialis Patri, consubstantialis esse dignaretur, & Matri, naturamque sibi nostram, solus à peccato liber, vniret: sub iugo diaboli generaliter teneretur humana captivitas, nec aliter vti possemus triumphantis victoria, si extra nostram esset confecta naturam. *in eadem Epist.* 13. Cúmque elevasset oculos. *n.* 2. *Dum non elevavit oculos, vnus ei Dominus apparuit; at postquam oculos elevavit, Apparuerunt ei tres viri stantes prope eum: lumine enim naturali intellectus non elevatus Deum vnũ in natura esse, potuit deprehendere; at eundem Deum trinum esse in Personis per viros illos tres significatis, non nisi oculis mentis fidei lumine elevatis potuit contemplari.*

Gen. 18 num. 1. & 2.

2198 *Genes.* 22. Benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum, sicut stellas cæli, & velut arenam, quæ est in littore maris: possidebit semen tuum portas inimicorum tuorum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ *n.* 17. & 18. *D. Leo. Papa.* Semper quidem diversis modis, multisque mensuris humano generi bonitas divina consuluit, & plurima providẽtiæ suæ munera omnibus retro sæculis clementer impertit. Sed in novissimis temporibus omnem abundantiam solitæ benignitatis excessit, quando in Christo ipsa ad peccatores misericordia, ipsa ad errantes veritas, ipsa ad mortuos vita descendit, ut Verbum illud coæternũ, & coæquale genitori in vnitatem Deitatis suæ, naturam nostræ humilitatis adsumeret, & Deus de Deo natus, idem etiam homo de homine nasceretur.

Gen. 22 nu. 17. & 18.

2199 *Et infrá.* Promissum quidem hoc á constitutione mundi, & multis significationibus rerum, atque verborum fuerat prophetatum, sed quantam hominum portionem figuræ illæ, & mysteria obumbrata salvarent, nisi longa, & occulta promissa adventu suo Christus impleret? Et quod tunc paucis credentibus profuit faciendum, innumeris iam fidelibus prodesset effectum? Hinc enim est, quòd Dominus Abrahæ ait: In semine tuo benedicentur omnes gentes. *serm.* 4. *de Nativitate.*

Gen. 22 nu. 17. & 18.

Et alibi sic ait D. Leo: Sacramẽtum dominicæ passionis in Salutem generis humani ante tempora æterna dispositum, & per multas significationes omnibus retro sæculis nunciatum, non adhuc expectamus manifestandum, sed iam adoramus impletum, concurrentibus ad eruditionem nostram, & novis testimonijs, & antiquis, dum quod prophetica cecinit tuba, Evangelica pàdit historia. Nunc Abraham gentium pater, promissos acquirit hæredes, & in semine eius, non germen carnis, sed fidei propago benedicitur. *serm.* 9. *de pass.* 2200

Gen. 22 nu. 17. & 18.

Et alibi, Omnia igitur, quæ Dei Filius ad reconciliationem mundi & fecit, & docuit, non in historia tantùm præteritarum actionum novimus, sed etiam in præsentiarum operum virtute sentimus. Ipse est, in quo semen Abrahæ totius mundi adoptione benedicitur, & fit Patriarcha gentium pater, dum promissionis filij fide, non carne nascuntur. *Serm.* 14. *de passion.* Quia obedisti voci meæ. *Magnum hoc obedientiæ præconium est, Christus promittitur Abrahamo obedientiæ præmium, Quia obedisti voci meæ: ut qui futurus erat pro inobedientia Adamo ad Deum satisfactio, Factus obediens vsque ad mortem, nascens fieret Abrahamo pro obedientia á Deo remuneratio.* 2201

Gen. 22 nu 17. & 18.

Ioan. 8. Abraham pater vester exultavit, ut videret diem meum vidit, & gavisus est. *n.* 56. *Div. Leo Papa.* His igitur divinæ gratiæ mysterijs 2202

Ioan. 8. nu. 56.

terijs eruditi, diem primitiarum, & vocationis gentium inchoationem rationabili gaudio celebremus, gratias agentes misericordi Deo, qui dignos nos fecit, sicut ait Apostolus in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ. Quoniam sicut prophetavit Esaias: Gentium populus, qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam: & qui habitabant in regione umbræ mortis, lux orta est eis. De quibus idem dicit ad Dominum: Gentes, quæ te non noverunt, invocabunt te: & populi, qui te nesciebant, ad te confugient. *ser. 3. de Epiphania.*

2203 *Deinde sic progreditur Div. Leo:* Hunc diem Abraham vidit, & gavisus est, cùm benedicendos fidei suæ filios in semine suo, quod est Christus, agnovit, & omnium se futurum gentium patrem credendo prospexit, dans gloriam Deo, & plenissimè sciens, quoniam quod promisit, potens est & facere. Quod utique exinde fieri novimus, ex quo tres Magos de longinquitate suæ regionis excitatos ad cognoscendum, & adorandum Regem cæli, & terræ stella perduxit, & rectè intuentibus quotidie apparere non desinit. *eodem serm. 3. de Epiphania.*

Ioan.8. nu. 56.

2204 *Tres à Deo olim Abrahamus Angelos accepit legatos, quos suo in tabernaculo hospitio quasi à longè adventantes recreavit, ergo tres postea reges ipse ad puerum natum suo in tugurio reclinatum misit nuncios sibi ex Ecclesia gentium per fidem filios natos, ut honorem, quem à Deo per Angelicam legationem acceperat, regia legatione quodammodo cõpensaret.*

Gen.18 num.2.

Ex D. Petro Chrysologo.

2205 Genes. 12. Dixit autem Dominus ad Abram: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terrã, quam monstrabo tibi. *num. 1. D. P. Chrysol.* Videns Deus mundum labefactari timore cõtinuò, agit, ut eum amore revocet, invitet gratia, charitate teneat, constringat affectu. Hinc est, quód Abraham vocat de gentibus, auget nomine, patrem fidei facit, comitatur via, inter exteros servat, ditat rebus, honorat triumphis, promissis oppignorat, eripit iniurijs, hospitalitate blanditur, mirificat germine desperato, ut tot repletus bonis, tanta divinæ illectus dulcedine charitatis, Deum diligere disceret, non timere: amando colere, non pavendo. *serm. 147.*

Gen.12 num.1.

Dixit autem Dominus ad Abram. *Dum præcipit Abræ, ut propriam relinquat terram, solùmque dicit à se illi aliam demonstrandam; loquitur Abræ Deus, at non illi apparet: apparet autem cùm terram aliam demonstrans, promittit dare Abræ semini conferendam. Genes. 12.* Apparuit autem Dominus Abrã & dixit ei: semini tuo dabo terrã hãc *n. 7. Verecundabatur enim apparere munificus Dominus, dum terram propriam Abræ dimittere imperabat, nec aliam dimissa meliorem Abræ semini conferebat.* 2206

Gen.12 num.1.

Genes. 12. Descenditque Abram in Ægyptum, ut peregrinaretur ibi: prævaluerat enim fames in terra, *n. 10. D. P. Chrysol.* Nam peregrinus ipse iugiter laboravit, sicque ne peregrinum se esse sentiret, sub tentorio manens ipse sine tecto advenam manere non passus est: & hospitem hospes semper ipse suscepit extorris patriæ, domicilij nescius, ipse & domus omnium fuit, & patria: sciens se non incubatorem, sed dispensatorem divinæ positum largitatis. *serm. 121. Primus inter mortales à sacra Pagina Abram inducitur peregrinus, ut peregrinaretur ibi: cui postea Deus dicturus erat: Genes. 15.* Scito prænoscens quód peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua. *n. 13.* 2207

Gen 12 nu. 10.

Gen.18 num.3.

Vt

Vt qui filios ad patientiam laborum in peregrinatione ferendorum verbo exhortaturus erat: exemplo patientiæ suæ faciliùs patientiam similem filijs suaderet.

2208 Gen. 13 num. 2. & Gen. 14. nu. 22. & 23. *Genes.* 13. Erat autem dives valde in possessione auri, & argenti, *num.* 2. *Et Genes.* 14. Levo manum meam ad Dominum Deum excelsũ possessorem cæli, & terræ, quod à filo subtegminis vsque ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt, ne dicas: Ego ditavi Abram. *n*,22. *&* 23. *D. P.Chrysol.* Abraham dives, & quid Abraham beatius? Nam & Abraham post terrenos mærores pias animas, & revolantes ad cælum in gremium suæ consolationis includit. *serm.* 28.

2209 Gen. 14 nu. 22. & 23. *Et iterum;* Abraham sic possedit divitias, ut eas sæpe & oblatas contemneret, & calcaret indultas: & sic diligeret possidere divitias, nõ á divitijs possideri: habere eas ad largitatis materiam, non ad cupiditatis incendium. *Eodem serm.* 28. *Qui Deum possessorem cæli, & terræ fatebatur, oblatas sibi à Rege Sodomorum solius terræ possessore divitias respuebat, quià à Deo nõ terræ solius, sed etiam cæli possessore, cælestes consequi divitias sperabat, præ quibus meritò terrestres contemnebat.*

2210 Gen. 14 nu. 14. *Genes.* 14. Quod cúm audisset Abram captum videlicet Lot fratrẽ suum, numeravit expeditos vernaculos suos trecentos decem, & octo: & persecutus est vsque Dan. *nu.* 14. *D.P.Chrysol.* Vt vendicaret oppressos, absolveret captivos, eriperet iam iamque morituros, ipsum se morti novus bellator addicit, apud quem pietas in alterũ vita sua charior fuit. *serm.* 121. *Nulla interposita mora, accepto de captivitate fratris nuntio, vernaculos numeravit: optimo sané consilio, dum enim præ festinatione hostes ex improviso aggressus est, gloriosam victoriam, paucis comitatus militibus, de victoriosis quatuor regum copijs celerem adventum Abræ penitus ignorantibus, reportavit.*

2211 Gen. 17 num. 5. *Genes.* 17. Nec vltra vocabitur nomen tuum Abram: sed appellaberis, Abraham: quia patrem multarũ gentium constitui te. *num.* 5. *D. P. Chrysol.* Sicut Dominum prædiorũ limitibus affixi tituli proloquuntur, ita nomina ipsa sæpe sanctorum merita indicant, testantur insignia. Ita Abraham, quód fide credidit, nominis adiectione monstravit: quando ex Abram Abraham divinitus nuncupatur; ut dilatandus genere, nomine ante dilataretur; dicente Domino, Et non vocabitur amplius nomen tuum Abram, sed Abraham erit nomen tuum: quia patrem multarum gentium posui te. *Sermon.* 154.

2212 Gen. 17 num. 5. *Notandum divinæ locutionis discrimen est.* Nec vltra, *inquit Dominus,* vocabitur nomen tuum Abram, sed appellaberis Abraham: *Non dixit, sed appellabitur nomen tuum, Abraham: quod tamen videbatur dicendum, ut verborum compositio appareret? Postquam enim Abraham nomine vnam divini nominis literam includente capit appellari, non vltra suo nomine, sed Dei nomine debuit nominari; ac si vna ex Dei nomine litera addita antiquo Abræ nomini, totum nomen antea humanum in divinum vocabulum commutaret.*

2213 Gen. 18 num. 1. *Genes.* 18. Apparuit autem ei Dominus in convalle Mambre sedẽti in ostio tabernaculi sui in ipso fervore diei. *n.* 1. *D.P.Chrysol.* Putas ne mortale pectus Dominicæ charitatis erga nos magnitudinem capit? Putas ne terreni corporis pondere mẽs depressa erga nos divinum intelligat, ac sentiat affectum? Nam quidquid cæli micat, radiat, & splendet ornatus, quidquid terra flagrat in floribus, sapit in fructibus, in animantibus gaudet, nostro amore factum, nostræ additum est servituti: Sed quamvis magna, parva tamen sunt ad supernæ in nos dilectionis indicium. *serm.* 69.

2214 Gen. 18 num. 1. *Pergit adhuc sic Div. P. Chrysol.* Nobis principatus cælorum, nobis æthe-

æthereæ poteſtates, nobis ſupernæ dominationes, nobis Angelorum officia excubijs militāt indefeſſis. Sed iſta adhuc aſſerendæ in nos divinæ neceſſitudinis parva ſunt, & minora tantùmque infima, quantúm creatori ſuo minor eſt creatura. Deus vultu incontemplabilis, viſu imperſpicabilis, nullo ſenſu æſtimabilis, inacceſſus mente, ne ipſo quidem ad plenum notus auditu, quoties, qualiter, quàm varié, quám diverſè, ſe humanis aptavit obtutibus? Quā ſe communioni, quám ſe familiaritati præſtitit, & conceſſit humanæ. *eodem Serm.*

2215 *Et hæc omnia probat exemplo Abrahæ ſic pergens.* Cùm ad Abraham velut

Gen. 18 num. 1. hoſpes adveniret, invitatus tota dignatione ſuccedit, oblata non reſpuit, appoſita velut eſuriens, & laſſus aſſumit, & divina collatione, velut egens ſuſcipit, & acceptat humana. *Serm. 69.*

2216 *Et alibi ſic ait D. P. Chryſol.* Crebró Deus hominibus formam hominis

Gen. 18 num. 1. demonſtrat, & magnitudinem ſuam tantam brevem noſtri corporis colligit in figuram, ut præſentiam divinam poſſit infirmus noſter oculus intueri, anguſtus noſter recipere poſſit aſpectus. Sic ad Abraham Deus venit in hominis forma, & ſuccedit hoſpitis in figura, & laſſi viatoris in morem accipit pedibus ſuis aquam: ſed & invitatus ad menſam vituli, & panis appoſitione ſaturatur: & ita ſe totum humano credit, & committit obſequio. ut ipſo tactu, viſu, verum hominem videatur explere. *ſerm. 131.*

2217 Apparuit autem ei Dominus,

Gen. 18 num. 1. &c. in ipſo fervore diei. *n. 1. Humana indutus Dei Filius forma Abrahamo in meridie voluit apparere: neque enim ſervilem hominis habitum, quamvis Dominus eſſet, contemnebat: imó quia hominem diligebat, non quaſi verecundus obſcuritate mediæ noctis humanum tegumentum occultabat, ſed quaſi gloriabundus palludamentum hominis in claritate meridianæ lucis apparens oſtentabat; acſi de humano habitu non confunderetur, ſed potiùs amore hominum gloriaretur.*

Geneſ. 18. Et dixit: Domine, 2218
ſi inveni gratiam in oculis tuis, ne

tranſeas ſervum tuum. *nu. 3. D. P.* Gen. 18
Chryſol. Huius humanitas ſic ſancta num. 3.
ſanctis eſt ſemper manibus præparata, ut invitaret apud illum ipſum Deum, & compelleret hoſpitari. Ille ad Abraham, ille ad requiem pauperum, ille ad hoſpitum receptaculum venit, qui ſe in hoſpite, & paupere receptum fatebitur in futuro, cùm dicit, Eſurivi, & dediſtis mihi manducare; ſitivi, & dediſtis mihi bibere: hoſpes fui, & ſuſcepiſtis me. *Sermon. 121.*

Et paulò infra ſic progreditur; A- 2219
braham venientibus longè ſemper

occurrit, prætereuntes etiam prece Matth.
revocat: nolentes magna cum ſup- 25.
plicatione ſuam compellit ad menſam: prima, & ſaginata de gregibus hoſpitibus ſemper apponit ſuis, & coniugis ſuæ manibus factos calentes ſemper offert panes, quos frigidos, & heſternos eſſe utique iugis humanitas non ſinebat. *ſer. cit.* Si inveni gratiam &c. *nu. 3. Non gratiam præbere hoſpitibus, ſed potiùs ab hoſpitibus gratiam recipere exiſtimabat liberalis Abrahamus, dum eos ad hoſpitium invitabat.*

Geneſ. 18. Ponamque buccellam 2220
panis, & confortate cor veſtrum, poſtea tranſibitis: idcirco enim declinaſtis ad ſervum veſtrum, qui dixerunt: Fac ut locutus es. *n. 5. D. P. Chryſol.* Abraham cæleſtis convivij principem humanitas ardens Deo impenſa perficit: nam quia duces cū Deo terrenam ſuſcepit ad menſam, Orientis, & Occidentis populū mēſam ſuſcepit ad cæleſtem. Venient, inquit, ab Oriente, & Occidente, & recumbent cum Abraham, Iſaac, & Iacob in regno cælorum. *ſerm. 42. Ita hoſpitalitatis Abrahamus officium diligebat:*

ligebat; ut munus suscipiendi ad conviviũ pauperes, quod in sole offerebat Deo pro merito, à Deo in Cælo acciperet pro præmio.

2221 Gen. 18 num. 8. *Genes.* 18. Tulit quoque butyrũ, & lac, & vitulum, quem coxerat, & posuit coram eis: ipse veró stabat iuxta eos sub arbore. *n.* 8. *D. P. Chrysol.* Abraham suscepto hospiti astitit, non assedit: & fuit iste non conviva hospitis, sed minister: Abraham viso peregrino dominum se esse nescivit: ipse allator prandij, ad coquinam satis delicatam sollicitus addixit vxorem: & qui se, suaque omnia famulis credit, ac committit, committere vix audet hospitem coniugi quàm probatæ. *Serm.* 121. *Sedenti Abrahamo in ostio tabernaculi sui tres Angeli in peregrinantium formis stantes prope eum apparuisse dicuntur, supra n. 2. eisdem ergo peregrinis postea ad mensam sedentibus Abrahamus stabat, ut ab illis sibi exhibitum reverentiæ honorem, honore reverentiæ solitudinis incola, non tamen invrbanus compensaret.*

2222 Gen. 22 nu. 2. *Genes.* 22. Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Isaac, & vade in terram visionis: atque ibi offeres eum in holocaustum super vnum montium, quem monstravero tibi. *n.* 2. *D. P. Chrysol. ad illud Ps.* 28. Afferte Domino filij Dei; afferte Domino filios arietum, *v.* 1. *sic ait:* Ad Abraham loquitur: Accipe filium tuum dilectum, & offeres mihi in holocaustum. Aries Abraham maturus ad innocentiã, grandævus ad fidem, perfectus ad hostiam, paratus ad holocaustum, afferebat filium suũ, filiũ arietis: imò se immolabat in filio: sanctificabat mentem suam: lætificabat fidem suam: ut esset idẽ victima, & pontifex: sacerdos, & sacrificium: patris, patris erat passio ibi tota, vbi filius immolabatur: ignavus filius sistebatur: nescius filius aptabatur vinctus, ut tolleret de passione martyrium: præmium de pœna patris, de conflictu patris raperet coronam. *serm.* 10.

Et infrà pergit Chrysol. Abraham diximus arietem, ut Isaac arietis filiũ probaremus: ac si diceret, quos arietũ filios propheta vult Domino nos deferre, Afferte Domino filios arietum. *ser.* 10. *Et paulò infrà:* Filiũ pater offerat, non retardet: ut cui præsentẽ vitã præstitit, conferat & futuram. *eodem ser.* Et iterum: Nemo dicat, non vult: quia & Abrahã, ut offerret filium, colligavit. *serm.* 10. 2223 Gen. 22 num. 2.

Et alibi ad eundẽ textum, ita loquitur D. P. Chrys. Sit licet paterni mandati species tristior, res tamen ipsa salutifera, & vitalis. Sic Abrahã vbi Deũ patrem credidit, mandatorũ formas non attendit asperas, & acerbas: circũcisionẽ recipit verecundã, & quæ cælestis pater iubet, non discutit, sed iudicat gloriosa; parricidium considerat perscelestum: sed quia Deus imperat, totũ pietati cõmittit. *ser.* 55. *En primò quod imperatur de filio à patre faciendũ Deus edocet verbo,* Tolle, *Agnovit in hoc verbo Verbum Divinum, proferendũ postea humanum, seu potiùs inhumanum verbum apud D. Luc. cap.* 23. Tolle hunc. *n.* 18. *Et quasi invidus passionis, ne Isaac amore Dei, priusquam ipse amore hominum pateretur, noluit, quód è vita à patre oblatus, tolleretur.* 2224 Gen. 22 num. 2. Luc. 23 nu. 18.

Genes. 22. Non extendas manũ tuã super puerum, neq; facies illi quidquam: nũc cognovi quod times Deum, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me. *n.* 12. *D. P. Chrys.* Deus fidẽ, non mortem quærit: votum, non sanguinẽ sitit; placatur voluntate, non nece. Hoc probat Deus ad hostiã Abrahæ sancti filium, cúm poposcit. Nã quid aliud Abrahã, quàm corpus suũ immolabat in filio? Quid aliud Deus, quàm fidẽ requirebat in patre, qui filiũ sicut offerri iussit, sic non permisit occidi. *ser.* 108. *Non dixit: Non extendas manũ tuam super filiũ, sed super puerũ. Fama sic consulit Abrahami: ne Abrahamus, dũ ictum gladij descẽdentis cohiberet, magis amore filij alioqui* 2225 Gen. 22 nu. 12.

 occidens

occidendi: quàm Dei præcepto, ne puerū occideret præcipientis motus videretur.

2226 *Luc.* 16. Factū est autem, ut moreretur mendicus; & portaretur ab Angelis in sinū Abrahæ. Mortuus est autē & dives, & sepultus est in inferno. *n.22. D.P.Chrysol,* Nunquid per se tantúm divitiæ criminosæ sunt? Aut solæ, & per se penes Deum damnandæ sunt vestes? Et tantùm per se puniendæ sunt epulæ, ut non solúm careant præmio bonorū, sed omniū malorū ferant, & mereantur exitiū? Aut ita per se probata est, & sanctificata mendicitas, vlcera tam sacrata, ut Angelorū manibus Abrahæ sancti rapiantur in gremium? Et mirū, fratres, quòd Abrahā quondā dives, nunc divitē spernit: dicente scriptura, Erat autē Abraham dives valde, & eum, quē habuit in bonis præsentibus parē, nunc reprobat, & patitur esse pænalē: præsertim cùm neq: pauperis huius bona, neq; mala divitis istius prodiderit sermo divinus. *Serm.* 121.

Luc. 16 nu. 22.

Gen. 13 num. 2.

2227 *Deinde sic rogat D. P. Chrysol.* Cur ergo nunc Abraham ambit pauperē, divitē refugit, & refutat? Aut quemadmodū hunc Abrahā innocētē habuére divitiæ, hunc fecêre divitiæ criminosum? Illū promovere ad omniū requiem beatorū, hunc in omniū malorū barathrū deputarūt? Verū ne propositus sermo vestrum diu fatiget animum, suspendat auditum, acceleranda nobis est huius solutio quæstionis. *serm.* 121.

Gen. 13 num. 2.

2228 *Et quæstionē sic resolvit D. P. Chrysol.* Abrahā, fratres, non sibi, sed pauperi dives fuit, & opes nō habere, sed prorogare gestivit, magis, magisq; in sinū pauperis, quàm in horreis recondere suas studuit facultates, sicut toto vitæ eius ordine perdocetur. *serm.* 121. *Et iterū infrà, ad textū citatum D. Lucæ sic ait D. P. Chrys.* Non immeritó, fratres, sua nunc omnes sanctos suscipit in requie, & in ipsa cælesti beatitudine fungitur dispensatoris officio; quia dum semper hic suscepit peregrinos, & pauperes, ipsum cum Angelis suscipere Deum, ipsum sub tentorio suo videre hospitē meruit, quē semper habuit largitorē. Et revera, fratres, parū se beatū credidit, si in ipsa superna gloria ab hospitalitatis cessaret officio. Et solus donis frueretur divinis, qui hìc humana bona crudelē se credidit cuiquam si negaret. *Ser.* 121. In sinū Abrahæ. *Nulla de sepulchro pauperis mētio fit, cùm in inferno dives sepultus memoretur, pauper in sinum Abrahæ dicitur asportatus: ille enim, cui mors somnus dulcis fuerat, non ad sepulchrū, in quo, ut mortuus conderetur, erat efferendus, sed ad sinum Abrahæ, in quo, ut qui laboraverat requiesceret, erat deferendus.*

Gen. 13 num. 2.

Gen. 18 à nu. 1.

Luc. 16. Elevans autem oculos, cùm esset in tormentis, vidit Abraham à longé, & Lazarum in sinu eius. Et ipse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei; & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. *num.* 23. & 24. *D.P.Chrysol. ad illud.* Vidit Abraham à longé, *sic ait:* Longé illi erat Abraham, cui non fuerat proximus pauper. Vidit Abraham divitiarum consortem, sed inhumanitatis exortem: & Abraham dives, sed plus humanitate, quàm censu, tu dives inhumanitate tua maior tuis divitijs extitisti: Abraham sibi peregrinus, civis hospitum fuit, tu palatia possidens, tectum pauperi non dedisti: Abraham dum servos suscipit, Dominum sic recepit, & cunctis hominibus ponens panes; ipsum Dominum suam suscepit ad mensam, tu dum singulari pauperi negas micas, styllam refrigerij perdidisti. *Serm.* 66. Cúm esset in tormentis &c. á longé. *Si enim Abrahamus à divite proximus videretur, eum esse in tormentis minimé pateretur: tanta enim erat in Abrahamo dulcedo charitatis. Quem enim adhut filiū nomi-* 2229

Luc. 16 nu. 23. & 24

nominabat, à tormentis si ei è proximo, manum porrigere posset, liberaret.

2230 *Luc.* 16, Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguā meam, quia crucior in hac flamma, *n.*24. *D. P. Chrys.* Modò cognoscis patrem, & modò tibi patrē se esse nescit, quē in Lazaro patrē sic sprevisti: modò tibi iustus occurrit, qui tunc, ut tibi pius esset, diu Lazarū passus est cruciari. Infelix, quem sic ipsa origo arguit, quem sic ipse lucis author addicit: infelix, cui in iudicio pro magnitudine criminis non misereri genitor, non pater ignoscere, nō affectio potuit subvenire. *serm.* 122.

Luc. 16 *nu.* 24.

2231 *Et infrà ad illud:* Pater Abrahā miserere mei, *sic ait.* Bene diceres, Si Lazarus in sinu residens ipsum pectus iudicis nō teneret: bene diceres, si Lazarus iustissimi cognitoris tota non possideret arcana. Gratis rogat iudicem, quem sic innocens cōfessor accusat, & frustra sibi credit, iudicem posse subvenire, quādo ore iudicis pronūtiat ipse tanta qui pertulit. *serm.* 122.

Luc. 16 *nu.* 24.

2232 *Et alibi etiam ad illud;* Pater Abrahā, *sic ait D. P. Chrysol.* Adhuc vocat patrē, qui meritis suis, & patrem, & patriā sic amisit. Pater Abrahā. Hic miser, & in pæna mentitur. Pater Abrahā, mitte eum in domū patris mei. Si verè hunc patrem vocat, cuius domū patris alterius tunc requirit? Nisi fortè eum se in absentia habere patrē credit, quē in præsenti se taliter cōspicit perdidisse: & sic sibi credit eius patris domū, eius gratia custodiri, cuius ibi negari sibi sinū videt, videt requiē pernegari. *ser.* 123.

Luc. 16 *nu.* 24.

2233 *Et adhuc alibi etiam ad illud:* Pater Abraham, miserere mei, *sic ait D. P. Chrysol.* Stultè petit à patre misericordiam, quā negaverat fratri. Miserere mei. Quid illi cum misericordia, cui iam totum cessit in pænam? Aut quæ illi supplicatio apud patrē poterit subvenire, cui in sinu patris residet accusator? Pectus patris Lazarus tenet, & totam sancti cordis pulsat æquitatem, quatenus se filii patrem boni, mali iudicem servet. *serm.* 124. Pater Abraham. *Non enim patrē suum appellavit, non enim dixit, Pater mi: indignum namque se agnoscebat avarus, qui Abraham adeo liberalem patrem suum posset nominare.*

Luc. 16 *nu.* 24.

Luc. 16. Et dixit illi Abraham: Fili, recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris, *n.*25. *D. P. Chrysol.* O mira pietas, adhuc vocat filium, quem degenerasse propria crudelitate sic respicit. O singularis bonitas, adhuc vocat filium, quem vidit inferni vernulam, pænarum sobolem, extremū mancipium iam gehennæ. Sed vocat filium, ut magis, magisque filii prodatur impietas: quando cum illi etiam paterni sermonis pietas perseverat, tu vocas patrem, ego voco filium: ut te graviter doleas perdidisse, quod natus es. *serm.* 123. 2234

Luc. 16 *nu.* 25.

Et iterum sic prosequitur ad eundem textum D. P. Chrysol. Adhuc voco filium, ut amariùs doleas perdidisse te, quod tibi gratia dederat, & natura: quia non habuisse doloris non est tanti, quāti habita mæroris est perdidisse: voco filiū, ut intelligas iudicii esse, quod pateris, non furoris: voco filium, ut in me mea patientia, & in te tua maneat pæna. Sed iste, fratres, intelligit se non esse filium, qui fatetur, & pensat de suo merito, quod tam pii patris perdidit de natura. Qui tunc vtique respondisset generi, si pius, si hospitalis, si misericors, in pauperem si fuisset humanus. *ser.* 123. Recordare quia &c. *Ac si non magis divitē rerū copia, quàm pauperē rerum inopia recrearet. Dissimiles ergo gaudia similes recipiebant: hoc enim illud (similiter) indicare videtur, quasi verò non minori gaudio in hac vita Lazarus mala, quàm bona recepisset avarus.* 2235

Luc. 16 *nu.* 25.

2236 Luc. 16 nu. 30. *Luc.* 16. At ille dixit, Non, pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pænitentiam agent. *n.* 30. *D. P. Chrysol.* Verè non pater, quia non erat Abrahæ filius, sed gehennæ. serm. 66. Si quis ex mortuis ierit &c. *Eia age, si fratres tui videntes aliquem suscitatum, pænitentiam acturi sunt; cur tu ipse ire non petis, ut illis valeas suscitatus pænitentiam prædicare? Eligis forsam apud inferos potiùs cruciari, quàm apud superos prædicare? Seu cupis magis Lazarum è gloria exulem intueri, utpote invidus, quàm te ab inferno desideras liberare?*

2237 Ioan. 8. nu. 39. & 40. *Ioan.* 8. Et dixerunt ei: Pater noster Abraham est, Dixit eis Iesus: Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Nunc autem quæritis me interficere, hominem, qui veritatem vobis locutus sum, quam audivi á Deo: hoc Abraham non fecit. *n.* 39. & 40. *D. P. Chrysol.* Qui genitoris opera non facit, negat genus, Domino sic docente, Si filij Abrahæ essetis opera Abrahæ faceretis. Ille fidem generis probat; cui tantus paterni operis assertor assistit. *serm.* 123. *Patris vita ad componendos mores filijs sit speculum. Degenerem se quisque agnoscat filium; si non se videat in moribus patri similem.*

2238 Ioan. 8. nu. 53. *Ioan.* 8. Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est? & Prophetæ mortui sunt. Quem te ipsum facis? *n.* 53. *D. P. Chrysol.* Planè maior. & tantó maior, quantùm servo dominus, quantùm Deus homine, quantū factura factor, quantū verificans mortuo, quantúm suscitando suscitator. *ser.* 122. *Tantá illis erat de sanctitate parentis sui existimatio, ut á mortali nemine ipsum in virtute posse crederent superari: cùmq; non agnoscerent Christum esse Deum, indignè ferebāt ipsum se Abrahamo parente suo maiorem propalare.*

2239 Ioan. 8. nu. 36. *Ioan.* 8. Abrahā pater vester exultavit, ut videret diem meum: vidit, & gavisus est. *n.* 56. *D. P. Chrys.* Ille ut ostenderet vivere Abrahā, dixit, illū vidisse diē suū, idest, diem, quo mūdo natus est Christus. Dierū conditor, non tenetur die, tēporis auctor tempora nescit: Sed Christus propter hominē homo natus, & diē suscepit, & tempus, Abrahā exultavit, ut videret diem meum. Si moyses, & Elias in monte occurrerunt, ut promissum conspicerent Christum: quomodò nec Abrahā occurrit ad partū Virginis, ut promissam benedictionē in gentibus, idest, in semine suo, patientissimus expectator intēderet? *ser.* 131. Diē meū. *Diem suum Christus appellabat suæ nativitatis diem: illū enim diē esse suū arbitrabatur, quem suæ nativitatis beneficio quasi sigillo quodā consignabat. Ac si alios dies, ab exordio mundi iā transactos, inter suos Filius Dei minimé numeraret, sed ipsum nativitatis humanæ primū diem inter dies suos primum computaret.*

Ex D. Nilo Abbate.

Gen. 13. Nec poterat eos capere terra, cùm habitarent simul: erat quippe substantia eorū multa, & nequibant habitare cōmuniter. Vnde & facta est rixa inter pastores gregū Abrā, & Lot. *n.* 6. & 7. *D. Nilo.* Ad virtutē tendentibus magno est impedimento affectio terrenarū rerū. Quid Lot, ab Abrahā separavit, nisi multitudo oviū, quæ cúm assiduas inter pastores eorū contentiones pareret, postremó diremit etiam ipsorū coniunctionē? *lib. qui dicitur, Asceticus. Inter pastores, non inter dominos rixa facta fuisse refertur: neque enim nobilium, sed vilium est, rixam pro rebus terrenis excitare.* 2240 Gen. 13 num. 6. & 7.

Ex D. Anastasio Sinayta.

Gen. 17. Nō vltra vocabitur nomē tuū Abrā: sed appellaberis Abraham: quia patrem multarum gentium 2241 Gen. 17 num. 5.

gentium constitui te. *n.* 5. *D. Anast. Sinayta: Abraham interpretatur, Pater gentium. in figuram Dei, & Patris gentium. lib.* 6. *Exam. Vna enim Deus sui nominis litera quasi in fidem data de promissione à se facto adimplenda iustum certum facit: illa enim litera quasi quodam chirographo se Deus servo voluit ad impletionem promissi obligare.*

Ex D. Grego. Magno.

2242 Genes. 12. Descenditque Abraham in Ægyptum, ut peregrinaretur ibi: prævaluerat enim fames in terra, *n.* 10. *D. Greg. Mag.* Abraham dum peregrinus est sæculo, factus est amicus Dei. *lib.* 4. *Moral. cap.* 29. *Descendit, non ut Ægypto inter idololatras diu permaneret, timens, ne ex illorum consortio aliquod contagium superstitionis contraheret, sed ut brevi temporis spatio ibi habitans, famem, grande malum, posset declinare.* Gen 12 nu. 10.

2243 *Genes.* 13. Erat autem dives valde in possessione auri, & argenti. *n.* 2. *D. Greg. Mag.* Non est sensus in crimine, sed affectus. Cuncta enim, quæ Deus condidit, bona sunt: sed qui bonis malé vtitur, profectò agit ut quasi per edacitatis ingluviem, eo, quo vivere debuit, pane, moriatur. Pauper ad requiem Lazarus venerat, superbum veró divitem tormenta cruciabant. Sed tamen dives Abraham fuerat, qui sinu Lazarum tenebat: qui tamen auctori suo colloquens, dicit: Loquar ad Deũ meum, cúm sim pulvis, & cinis. Quid itaque iste divitias suas æstimare noverat, qui semetipsum pulverem, cineremque pensabat? Aut quando hunc res possessæ extollerent, qui de se quoque, earum videlicet possessore, tam abiecta sentiret? *lib.* 10. *Moral. cap.* 17. *inifio. Erat dives in possessione, non in affectione: divitias namque possidebat, sed non diligebat.* Gen. 13 num. 2. Luc. 16 Gen. 18

2244 *Gen.* 15. Credidit Abram Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, *n.* 6 *D. Greg. Mag. exponens illud Ps.* 50. Et exultabit lingua mea iustitiam tuã. *v.* 16. *sic ait:* Iustitia Dei, fides est, sicut scriptum est: Credidit Abrahã Deo, & reputatum est illi ad iustitiã, quia iustus ex fide vivit. Si ergo iusti vita, fides est, consequens est, eandem fidẽ esse iustitiã, sine qua quisque esse iustus non potest, Hanc itaque Dei iustitiam ille cum exultatione enunciat, qui mundi huius copiam nec cupiens, nec inopiam metuens, omnẽ hæreticam pravitatem impugnat. Vel iustitia Dei est, quód non vult mortem peccatoris. Homini nempe iustũ videtur, ut suam vlciscatur iniuriam: Dei verò iustitia est confitenti relaxare offensam. *in sept. Ps. Pænit. ad Ps.* 50. *Fide vera Deum in promissionibus sibi fidelem: mundum autem in promissis infidelem sibi fore Abram credebat: & hoc modo iustus in tribuendo cuique suum ostendebatur, dum fiduciam fido Deo; diffidentiam mundo infido iustè præstabat.* Gen. 15 num. 6. Psal. 50 ver. 16. Rem. 1.

2245 *Gen.* 15. Descenderuntq; volucres super cadavera, & abigebat eas Abrã, cùmq; sol occumberet, sopor irruit super Abrã, & horror magnus & tenebrosus invasit eum. *n.* 12. *D. Greg. Mag.* Abrahã cúm ad occasum solis sacrificium offerret, insistentes aves pertulit, quas studiosè, ne oblatum sacrificium raperent, abegit. Sic nos cúm in ara cordis holocaustum Deo offerimus, ab immũdis hoc volucribus custodiamus, ne maligni spiritus, & perversæ cogitationes rapiãt, quod mens nostra offerre se Domino vtiliter sperat. *lib.* 16. *moral. cap.* 19. Descenderũtq; *Adeò enim abiecta sunt cadavera, idest, mortuæ animæ, à quibus gratia, quæ veram illis tribuit vitã, separatur, ut vel ipsi Dæmones, cùm ad illas divertunt, descendere videantur.* Gen. 15 nu. 12.

2246 *Gen.* 18. Dixit itaque Dominus; Clamor Sodomorum, & Gomorrhæ multiplicatus est, & peccatum eorum aggravatũ est nimis. Descendã, & vi- Gen. 18 nu. 20. & 21.

& videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint: an non est ita, ut sciam. *n.20. & 21. D. Greg. Mag.* Ipse quippe, ut nos á præcipitata sententiæ prolatione compesceret, cúm omnia nuda, & aperta sint oculis eius, mala tamen Sodomæ noluit audita iudicare, qui ait: Clamor Sodomorum: &c. ut sciam. *lib. 19. Moral. cap. 14.*

2247 *Gen. 18 nu. 20. & 21.* *Deinde sic progreditur idem D. Gregor. Mag.* Omnipotens itaque Dominus, & omnia sciens, cur ante probationem quasi dubitat? Nisi ut gravitatis nobis exemplum proponat, ne mala hominum ante præsumamus credere, quám probare? Et ecce per Angelos ad cognoscenda mala descendit, moxque facinorosos percutit, atque ille patiens, ille mitis, ille, de quo scriptum est: Tu autem Domine cum tranquillitate *Sap. 12* iudicas, ille, de quo scriptum est rursum: Dominus patiens est redditor; in tanto crimine involutos inveniens, quási patientiam prætermisit, & diem extremi iudicij expectare ad vindictam noluit, sed eos igne iudicij, ante iudicij diem, prævenit. *lib. 19. Moral. cap. 14.*

2248 *Gen. 18 nu. 20. & 21.* *Et tandem sic concludit D. Greg. Mag.* Ecce malum quasi cum difficultate credidit, cúm audivit, & tamen sine tarditate percussit, cúm verum agnoscendo reperit: ut nobis videlicet daret exemplum, quód maiora crimina, & tardé credenda sunt, cùm audiuntur, & citiùs punienda sunt, cúm veraciter agnoscuntur. *eodem lib. 19. Moral. cap. 14. Sciebat procul dubio Abrahamus crimina Sodomorum, utpote illis vicinus; ipsorumque clamorem verum esse optimé norat: nec tamen Deo, qui de illo se dubium ostendebat, verum esse clamorem enunciavit: maluit enim optimus vir se ostendere apud Deum pro peccatoribus intercessorem, quàm adversùs peccatores accusatorem.*

2249 *Genes.* 18. Respondensque Abraham ait: Quia semel cæpi, loquar ad Dominum meum, cúm sim pulvis, & cinis. *num. 27. Div. Gregor. Mag.* Apertè cernimus in quo se apud se loco posuerat, qui pulverem se, ac cinerem etiam cùm Deo loqueretur, æstimabat. Si igitur ita se despicit, qui vsque ad honorem divinæ collocutionis ascendit, sollicita intentione pensandum est, qua pæna illi feriendi sunt, qui & ad summa non proficiunt, & tamen de minimis extolluntur? Nam sunt nonnulli, qui cúm parva agunt, de semetipsis magna sentiunt: in altum mentem sublevant, & præire se cæteros virtutum meritis putant. *lib. 3. Moral cap. 18.* *Gen. 18 nu. 27.*

Et alibi sic ait D. Greg. Mag. Sancti omnes quando in Dei visione proficiunt: quantò magis divinitatis interna conspiciunt, tantò magis se nihil esse cognoscunt. Nusquam quippe legitur, quód Abraham cinerem, & pulverem se esse professus est, nisi cúm habere Dei meruit collocutionem. Esse enim se aliquid fortasse crederet, si veracem essentiam, quæ super ipsum est, minimè sentisset. At verò vbi ad incommutabile contemplandum super se captus est, impletus tantæ contemplationis potentia, dum videret illum; nihil se esse, nisi pulverem, vidit. *tom. 5. lib. 1. in Genes. cap. 46. Pulverem se Abrahamus nuncupabat, ut in eo Dominus memor conditionis humanæ digito scriberet veniam, ne homines ex pulvere factos condemnaret, sed potiùs eis crimina ex fragilitate humana commissa condonaret.* 2250 *Gen. 18 nu. 27.*

Genes. 18. Respondensque Abraham, ait: Quia semel cæpi, loquar ad Dominum meum, cùm sim pulvis, & cinis, *num. 27. D. Gregor. Mag. ad illa verba: Heliu apud Iob cap. 34.* Deficiet omnis caro simul, & homo in cinerem revertetur, *v. 15. sic ait*: Bene etiam Heliu hoc loco subdidit: Et homo in cinerem reverte- 2251 *Gen. 18 nu. 27.*

vertetur. In peccato enim quisque positus, mortalitatis suæ obliviscitur, & terram se esse non meminit, dum adhuc per superbiam inflatur: post conversionis verò suæ gratiam, cùm humilitatis spiritu tangitur, quid esse se aliud, quám cinerem, recordatur? Abraham in cinerem reversus fuerat, dicens: loquar ad Dominum meum, cùm sim pulvis, & cinis. Etsi viventem carnem necdum in terram mors solveret, hoc tamen apud se erat, quod se futurũ absque dubitatione prævidebat. *lib.* 24. *Moral. cap.* 12. *Abrahamo promiserat Deus semen suum, ut terræ pulverem, futurum. Genes.* 13. Faciamque semen tuum, sicut pulverem terræ. *n.* 16. *Ergo nunc se ipsum pulverem appellabat, ut quisque filiorum eius postea se ipsum, tanti patris edoctus exemplo, minimé superbiret, sed cùm re vera post mortem futurus esset pulvis, etiam dum viveret, humilis se pulverem nominaret.*

2252 *Genes.* 22. Nunc cognovi quód times Deum, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me. *nu.* 12. *D. Gregor. Mag.* Non quia se Deus tunc timeri cognoverit: sed quia tunc eundem Abraham fecit agnoscere, quia Deum timeret. *lib.* 8. *indict.* 3. *Epist.* 42. *Nunc enim divinus timor, quo me timuisti, humanum à te amorem exclusit, quo filium diligebas; sicut enim amor divinus ab homine humanum foras mittit timorem, sic divinus timor ab homine humanum foras mittit amorem.*

Gen. 22 nu. 12.

2253 *Genes.* 23. Atque ita sepelivit Abraham Saram vxorem suam in spelunca agri duplici, quæ respiciebat Mambre, hæc est Hebron in terra Canaan. *num.* 19. *D. Greg. Mag. ad illud Iob cap.* 5. Ingredieris in abundantia sepulchrum. *vers.* 26. *sic ait:* Quid sepulchri nomine, nisi contemplativa vita signatur: quæ nos quasi ab hoc mundo mortuos sepelit, dum á terrenis desiderijs susceptos in intimis abscondit? Activa quoque vita sepulchrum est, quia á parvis nos operibus mortuos tegit. *Et infrá.* Neque perfectus prædicator est, qui vel propter contemplationis studium operanda negligit, vel propter operationis instantiam contemplanda postponit. *lib.* 6. *Moral. cap.* 17.

Gen. 23 nu. 19.

Deinde sic progreditur idem D. Greg. Mag Hinc est enim quòd Abraham coniugem mortuam in sepulchro duplici sepelit, quia nimirum perfectus quisque prædicator extinctam á præsentis vitæ desiderijs animam suam, sub bonæ operationis tegmine, & contemplationis abscondit, ut á carnali concupiscentia, sub activa, contemplativaque vita quasi insensibilis lateat, quæ priùs mundi desideria sentiens, mortaliter vivebat. *lib.* 6. *Moral. cap.* 17. *Eadem ferè repetit lib.* 1. *in Genes. cap.* 51. *in tom.* 5. *In spelunca dupla Abrahamus dicitur sepelisse Saram, dum enim dilectam sibi vxorem sepulchro condit, se ipsum simul in eodem tumulo sepelivit.* 2254

Gen. 23 nu. 19.

Ioan. 8. Abraham pater vester exultavit, ut videret diem meum: vidit, & gavisus est. *n.* 56. *D. Greg. Mag.* Tunc quippe diem Domini Abraham vidit, cúm in figura summæ Trinitatis tres Angelos hospitio recepit: quibus profectó susceptis, sic tribus, quasi vni locutus est: quia esti in Personis numerus Trinitatis est, in natura vnitas Divinitatis est. *in Evangel. homil.* 18. *Exemplo patris eos Dominus excitare volebat, ut diem, quem ipse, ut sol omnibus tunc efficiebat, latum sibi facerent ipsius solis amore, non autem ipsum diem in noctem tristem verterent, non valentes lucem solis aspicere, obcæcati livore.* 2255

Ioan. 8. nu 56.

Ex Ruperto Abbate.

Genes. 11. Tulit itaque Tharè Abram filium suum, & Lot filium 2256

Gen. 11 nu. 31.

filium Aran, filium filij sui, & Sarai nurum suam, vxorem Abram filij sui, & eduxit eos de Vr Chaldæorũ, ut irent in terram Chanaan: veneruntque vsque Haran, & habitaverunt ibi. *n.* 32. *Rupert. Abb.* Causam cur tali viro terra sua, idest, terra Chaldæorum, digna non fuerit: hãc Hebræi tradunt, & Ecclesiastici illustres viri veram esse defendunt, scilicet; quòd Abram in ignem missus fuerit, eò quòd ignem adorare noluerit, quem Chaldæi colunt, & Dei auxilio liberatus de idololatriæ igne profugerit, & hoc esse quod dictum est, Mortuus est Aran ante Thare patrem suum in terra nativitatis suæ in Vr Chaldæorum. n. 28. Quòd videlicet ignem nolens adorare, consumptus sit. *lib.* 5, *in Gen. cap.* 2.

2257 *Deinde sic progreditur idem Rupertus:* Nam Abraham, inquiunt, eodem vallatus incendio, Dei auxilio liberatus est. Vnde postmodum eidem Dominus: Ego, inquit, Dominus, qui eduxi te de Vr Chaldæorum. *cap.* 2. *eiusdem lib* 5. *Et lib.* 2. *in librum. Numer. seu de Trinit. & operib. eius sic ait Rupert.* Vigesima quarta mansio in Tharè, quo vocabulo, & eisdem literis scribitur pater Abrahæ, qui fertur abactis corvis, qui hominum frumenta vastabant, Abactoris, vel Depulsoris nomen sortitus esse. Itaq; & nos imitemur Tharé, ut volucres cæli, qui iuxta viam latum triticum devorare festinant, sollicité prohibeamus. *cap.* 31. *Bonus pater Tharè filium suum Abram semel ab igne liberatum è Chaldæa educere praparavit, ut eum à periculo idololatria removeret, ne si eum Chaldæi iterum cogerent ad ignem pro Deo venerandum, incendij timore, fidei ruinam post primam victoriam partam, miserabiliorem pateretur.*

Gen. 11 nu. 31.

2258 *Genes.* 12. Dixit autem Dominus ad Abram: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrabo tibi. *n.* 1. *Rupert. in Genes. lib.* 5. Cur non dixit solúm: Egredere de terra tua, sed addidit: Et de cognatione tua: nisi quia alibi terra, & alibi cognatio eius erat? Siquidem terra eius Chaldæa erat, cognatio autem eius in Aran, idest, in Syriam profugiendo devenerat. Quód ergo cùm dixisset: Egredere de terra tua, addidit, & de cognatione tua, idem est, ac si diceret: sicut de terra Chaldæorum corpore egressus es, animo quoque sic egredere, ut nunquam illuc redeas, insuper & hinc, vbi nunc habitas, Egredere de cognatione tua. *cap.* 3. *Non dixit, Quam dabo tibi, sed dixit,* Quam monstrabo tibi, *ne aliquis existimaret, quòd Abram, non tam studio obedientiæ Deo præstandæ, quàm desiderio terræ possidendæ egrederetur.*

Gen. 12 num. 1

Genes. 12. Faciamq; te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisque benedictus. *num.* 2. *Rupert. lib.* 5. *in Genes.* Ex hoc iam pater excelsus Abram propheta est. Etenim sanctiores viri, quos prophetali nomine honorat domus Dei, ex eo prophetæ dicuntur, & sunt quód præscire meruerunt Incarnationem Filij Dei. Ecce autem huic primó revelat Deus illud secretum consilij sui, dum dicit: Atque in te benedicentur vniversæ cognationes terræ. *numer.* 3. *cap.* 4. 2259

Gen. 12 num. 2.

Deinde sic progreditur Rupert. Non aliam sine dubio benedictionem hic commemorat, nisi illam, qua per semen Abrahæ (quod est Christus) in omnes gentes gratia Spiritus sancti effusa est. Ergo iam propheta Abraham, propheta Isaac, propheta Iacob, sed maiore Patriarcharum nomine, hoc ipsum nomen in illis pene opertum est. Sed dicit Deus ad Abimelech regem Geraræ de Abrã. Nunc ergo redde vxorem viro suo, quia propheta est, & orabit pro te, & vives. Et in Psalmo tam de isto, 2260

Gen. 12 num. 2.

quám

quam de cæteris Patriarchis eius posteris. Et corripuit pro eis reges, subauditur ;, dicens: Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Non ergo quia breviter dictum est, parum esse putemus, quod huic revelatum est; sed parvulam sermonis huius aperientes thecam, quid habeatur intrinsecus, diligentiùs contemplemur. *c.* 4.

2261 *Et alibi in eodem lib. 5. sic ait Rupert.* Quasi operarium electum Deus ad operandum conducens, cùm dixisset: Egredere de terra, & de cognatione tua, continuò sperandam quasi taxandam mercedem; primò ait; Faciamque te in gentem magnam: deinde, Et benedicam tibi: nec non addidit, Et magnificabo nomẽ tuum, erisque benedictus: tandemque, Atque in te, ait, benedicentur vniversæ cognationes terræ. In omnibus ijs nec vnum iota, vel apicem vnum vacare, aut carere rei pondere, certò arbitremur. *cap.* 5.

Gen. 12 num. 2. & 3.

2262 *Posteà sic progreditur Rupert. ad illud:* Faciamque te in gentem magnam. *n.* 2. Non dixit, in gentem multam. Etenim gens illa, quæ promittitur, quæ pro benedictione nũc offertur, comparatione aliarum gentium, non valde multa futura erat. Non (inquit Moyses) quia cunctas gentes numero vincebatis, vobis iunctus est Dominus, & elegit vos, cùm omnibus sitis populis pauciores: sed quia dilexit vos Dominus: Bene ergo non ait: Faciamque te in gẽtem multam, sed in gentem magnam. *cap.* 5.

Gen. 12 num. 2. & 3. Deu. 7. num. 7.

2263 *Et optimam præbet rationem Rupert. sic:* Nam verè magna gens, cuius Dominus Deus eius, quam magnificavit, & honoravit magnus Dominus, de qua magnos Patriarchas, atque Prophetas, vel scribas peritos, ac diversorum meritorum magnos viros habemus, per quos veram Dei magnitudinem cognovit mundus. *Eodem cap.* 5. Faciamque te in gentem magnam. *num.* 2. *Non dixit, Præficiam te genti magnæ, sed faciam te in gentem magnam. Tantus enim futurus erat erga filios suos patris Abrahæ amor, ut in quolibet filio suo facto magno, se ipsum à Deo magnum factum reputaret: magnitudinemque honoris à Deo concessam cuilibet ex gente sua sibi à Deo collatam arbitraretur.*

Gen. 12 num. 2. & 3.

2264 *Genes.* 12. Magnificabo nomẽ tuum, erisque benedictus, *n.* 2. *Rupert. in Genes. lib.* 5. Superadijcit quod illius magis proprium sit. Et magnificabo, inquit, nomen tuum, erisque benedictus. Magnificatum namque est hodie nomen Abrahæ, videlicet cum nomine Dei magno, & tremendo: dum per orbem terrarum prædicatur nominis Dei talis definitio: Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob. Vera magnificentia nominis Abrahæ hæc est. Vnde & Apostolus: Ideo, inquit, Deus non confunditur eorum vocari Deus: itaque Magnificabo, ait, nomen tuum, erisque benedictus, videlicet ut nomen tuum in ipsa invocatione nominis mei magnificé commemoretur. *cap.* 5.

Gen. 12 num. 2. Exo. 3. Heb. 11

2265 *Et infrà iterum ad illud:* Magnificabo nomen tuum, erisque benedictus. *n.* 2. *sic ait Rupert.* Magnificabo nomen seminis tui dando illi nomen, quod sit super omne nomen, quod Apostolus confitens: Qui est, inquit, super omnia Deus benedictus in sæcula. *cap.* 5. *Nomen Abrahæ Deus certè magnificavit, dum illius sanctitatis famam tota terrarum orbe cum maxima ipsius Abrahæ gloria propalavit.*

Gen. 12 num. 2.

2266 *Genes.* 12. Egressus est itaque Abram, sicut præceperat ei Dominus, & ivit cum eo Lot: septuaginta quinque annorum erat Abram, cùm egrederetur de Haran. *num.* 4. *Rupert. lib.* 5. *in Genes.* Egressus est, inquit, subauditur, nesciens quò iret. Fide enim (inquit Apostolus) qui vocatur Abraham, obedivit in locum exire, quem accepturus erat in

Gen. 12 num. 4.

in hæreditatem: & exijt, nesciens quò iret. Qui enim hoc dixit Deus, Et veni in terram, quam monstravero tibi, & ipsam illi terram nondũ demonstravit, profectò nescientem, quò iret, ire iussit, & miro modo (quæ vera peregrinatio est) & expectando ire, & eundo expectare præcepit, vbinam requies daretur sibi. *cap.* 6.

Heb. 12

2267 *Et infrà alludens ad illud eiusdem cap.* 12. Pertransivit Abram terram vsque ad locum Sichem, vsque ad convallem illustrem: Chananæus autem tunc erat in terra: Apparuit autem Dominus Abram, & dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc: Qui ædificavit ibi altare Domino, qui apparuerat ei. *numer.* 6. *&* 7. *sic ait Rupert.* Ac si diceretur: Quia nesciens quò iret, exierat, tamdiu quasi vagus, & sine tecto pertransivit in illum, & in illum locum, donec appareret ei Dominus: & iuxta sponsionem suam ostenderet quam esset illi daturus terram. *cap.* 6. *Latus ab vno ad alium, atque alium locum pertransibat: nesciens quò iret, sciens tamen cui obediret. Verus enim obediens non considerat terminũ humanæ peregrinationis, sed imperium divinæ iussionis.*

Gen. 12 num. 6. & 7.

2268 *Genes.* 12. Apparuit autem Dominus Abram, & dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc: Qui ædificavit ibi altare Domino, qui apparuerat ei. *num.* 7. *Rupert. lib.* 5. *in Genes.* Non ingratus tantæ gratiæ beneficijs, & iuris sui possessionem futuram, iam sacris Dei sui præoccupat, atque dedicat titulis. *cap.* 6. *Beneficium futurum præsenti obsequio Abrã ædificando altare Domino compensabat, ac si domini largitatem sua gratitudine anticiparet.*

Gen. 12 nu. 7.

2269 *Genes.* 12. Perrexitque Abram vadens, & vltra pregrediens ad meridiem. *num.* 9. *Rupert. lib.* 5. *in Gen.* Meridies significat perfectionem. Bene ergo progredi dicitur, qui ab hac aurora iam dictæ fidei suæ vltra vadens, & progrediens de virtute in virtutem sine dubio, ad plenum, & æternum pervenit perfectionis diem. *cap.* 6. *Post ædificatum altare, quod instar columnæ erexerat, Deoque dicaverat, ne aliquis ab Abram positum suæ peregrinationis terminum iudicaret:* Perrexit, *inquit textus*, vadens, & vltra progrediens; *neque enim Abram, ut Hercules columnam cum titulo;* Nõ plus vltra, *sed potiùs titulo:* Vltra progrediens: *annotavit, ut Herculem superaret, eoque se ostenderet validiorem.*

Gen. 12 num. 9.

Genes. 12. Novi quòd pulchra sis mulier, & quòd cùm viderint te Ægyptij, dicturi sunt: Vxor ipsius est: & interficient me, & te reservabunt. Dic ergo, obsecro te, quòd soror mea sis, ut bene sit mihi propter te, & vivat anima mea ob gratiam tui. *num.* 12. *&* 13. *Rupert. lib.* 5. *in Genes.* Non parvi pendens vxoris pudicitiam venalem fecit, ut bene sibi esset propter illam, sed periculo se eximit, ne moreretur propter illam, certissimè sciens, quòd qui eduxerit eum de Vr Chaldæorum, potens esset servare illam ab igne, id est, á libidine Ægyptiorum. *cap.* 7. 2270

Gen. 12 nu. 12. & 13.

Et infrà sic quærit Rupert. Quare non eadem fide confisus, quòd liberare posset eam Dominus de manu Ægyptiorum, ut non moreretur propter eam, securè dixit, ecce vxorem? Videlicet, quia timebat Dominum, quia nolebat tentare Dominum Deum suum. Is namque Deũ tentat, qui quanta potest parte periculi se non expedit, & illic poscit miraculum Dei, vbi non nihil proficere potest humanæ rationis ope, quæ in promptu sit. *cap.* 7. 2271

Gen. 12 nu. 12. & 13.

Et postea sic infert Rupert. Bene igitur vir prudens vtrinque sollicitus, videlicet, ne & se interficerent, & illam reservatam suæ libidini subiugarent, quam potuit partem periculi sustulit, & cætera fideliter Deo curanda reliquit. Etiam quidẽ in aperto literæ est victoriosa viri 2272

Gen. 12 nu. 12. & 13.

obe-

obedientis perseverantia, quia facta fame in terra peregrinationis suæ, maluit adhuc in terra Cham, quæ est Ægyptus, peregrinando aliena solatia quærere, quám ad terram, vel cognationem suam, de qua Deo iubente, fuerat egressus, aliquatenus respicere. *cap. 7.*

2273 *Et iterum sic ait Rupert.* Verùm ipsa facies præsentis historiæ, iam sereno lumine arridet, & translucentia nobis ingerit mysteria, quibus plena est. Non enim abs re est, quòd Abram facta fame, descendit in Ægyptum, & flagellatur Pharao propter eum, cuius progenies postmodũ itidem facta fame in eadem terrã Chanaan descensura erat in Ægyptũ, & flagellandus esset Pharao plagis novissimis propter eam. Non, inquã, absque Dei consilio est, quòd dives reversus ex Ægypto, postmodũ contra reges accingitur, & Lot filium fratris sui liberat, ac deinde á Melchisedech sacerdote Altissimi benedicitur, cuius gens, scilicet Israel postmodum de Ægypto in manu potenti, & brachio excelso egrediens, contra reges multos, & fortissimos pugnare habebat, ducum fide, & armis, carnales, qui in populo erant, protegentibus, totamque gentem de servitio hostium persæpe liberantibus: procederet natus de Virgine rex, & sacerdos Altissimi, Christus Dei Filius, benedictionem, idest, peccatorum remissionem per verum corporis sui, & sanguinis sacrificium Abrahæ, & semini eius largiturus. *eodem cap. 7.* Novi quòd pulchra sis mulier. *num. 11. Apté dicit,* Mulier, *Non enim Saræ mundus muliebris pulchritudinem conferebat, sed natalis solũmodò compositio, eam in se ipsa mulierem pulchram nullo emendicato ex ornamentis externis decore venustabat.*

Gen. 12 nu. 12. & 13.

2274 *Genes. 13.* Nec poterat eos capere terra, ut habitarent simul: erat quippe substantia eorum multa, & nequibant habitare communiter. *num. 6. Rupert. lib. 5. Genes.* Quantũ ad moralem præsentis loci sensum attinet, divitiarum derogatio est, quá propter divitias non quibant habitare communiter, quos, quamdiu tenues fuère, amor Dei, & fraternus propinquitatis funiculus cõiunxerat, quippe quos pariter iunctos tenuerat, ut simul exirent de terra, & de cognatione sua. *cap. 9.* Erat quippe eorum substantia multa. *Quænam hæc ratio est? Optima sanè foret, si antea dictum esset, Non poterat substantiam eorum capere terra: at non sic dicitur, sed,* Non poterat eos capere terra? *Fratres certè capere terra posset, quæ non caperet facultates, nisi occupata à facultatibus loca, fratres implerent, dum ubi facultates haberent, ipsi corda locarent.*

Gen. 13 num. 6.

Genes. 13. Dixit ergo Abram ad Lot: Ne quæso sit iurgium inter me, & te, & inter pastores meos, & pastores tuos: fratres enim sumus. *n. 8. Rupert. lib. 5. in Genes.* Senioris Abraham mansuetudo, & æquitas demonstratur, dum dicit, Ne quæso sit iurgium &c. fratres enim sumus. *cap. 9. Non dixit: Inter te, & me: imò nec dixit; Inter pastores tuos, & meos:* Sed inter me, & te, inter pastores meos, & pastores tuos: *ne exordium rixæ nepoti, & pastoribus illius exprobrare, sed sibi, suisque pastoribus contentionis initium tribuere videretur.* 2275

Gen. 13 num. 8.

Genes. 13. Surge, & perambula terram in longitudine, & in latitudine sua: quia tibi daturus sum eam. Movens igitur tabernaculum suum Abraham, venit, & habitavit iuxta convallem Mambre, quæ est in Hebron: ædificavitque ibi altare Domino. *n. 17. & 18. Rupert. lib. 5. in Genes.* Non casu, sed ordinatissima Dei dispositione, iussus perambulare terram, venit in Hebron, nec solùm inhabitavit, ut peregrinus, sed & postmodum emit agrum cum spelunca duplici á filijs Heth habitatoribus terræ in possessionem monumenti. 2276

Gen. 13 nu. 17. & 18.

menti. *cap.* 10.

2277 *Et rationem apponit Rupert. sic:* Adam enim maximus ibi (sicut in Iosuè legitur) situs est inter Enachim. Vnde & postmodum Chariatharbe dicta est, id est, Civitas quatuor, eò quód primus Adam, deinde tres Patriarchæ Abraham, Isaac, & Iacob ibi sepulti fuerunt. Dum ergo illic, vbi primus parens orbis terrarum situs est, ædificat altare nomini Domini, hoc iam titulo se se prædicat hæredem totius mundi. Et dum locum eundem comparat in possessionem monumenti, ius quoddam suo collocat semini, ut non solúm cælesti arbitrio pro eo quód Chananæi peccatores essent, sed & quadam sæculari iustitia filij Abrahæ terram illam reposcerent, quam habitatores ipsius patri suo in possessionem sepulchri vendidissent. *cap.* 10.

Gen. 13 nu. 17. & 18. Iof. 24.

2278 *In longitudinem, & latitudinem ab Oriente ad Occidentem, & ab Aquilone ad Meridiem iussus, terram perambulãs gressibus suis eam signo crucis signavit, ita terram Christo semini suo gratam reddens, quem iam tunc in illius terræ medio in cruce positum orbis operaturum salutem, ut pulcherrimum universo mundo spectaculum á quatuor mundi partibus inspiciendum prævidebat.*

Gen. 13 nu. 17. & 18.

2279 *Genes.* 14. Et ecce vnus, qui evaserat, nunciavit Abram Hebræo, qui habitabat in convalle Mambre Amorrhæi fratris Eschol, & fratris Auer: hi enim pepigerãt fædus cum Abram. *n.* 13. *Rupert. lib.* 5. *in Gene.* Quare autem cúm iam toties Abrã nominatus sit, & adhuc in hac scriptura nominandus sit, ut nusquam Hebræus dicatur, hoc illum loco Hebræum, idest, transitorem nominare placuit? Videlicet ob commendandam magnitudinem rei, ac virtutis, quód scilicet, transitor, idest, peregrinus, & advena Deo protegente fecerit rem, quam indigenæ quinque reges facere non poterant, & de victoribus quatuor regibus vnam vltionem, & plenam reportaverit victoriam. *cap.* 11.

Gen. 14 nu. 13.

2280 *Et alibi sic Rupertus.* Primus Abrahã fortissimus gladio accinctus, sicut probatum est in illis, de quibus prædam reduxit, & Lot filium fratris sui liberavit de quatuor regibus *lib.* 3. *in Cant. ad illud.* En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiũt ex fortissimis Israel. *Cant* 3. *num.* 7. *In quo loco Rupert. numerat sexaginta viros, quos appellat fortes Israel.* Abrã Hebræo. *num.* 13. *Hebraus quamvis esset, seu Transitor Abram, ipsoque nomine absentiam per transitum ab illo loco faciendam indicaret, tamen cum tribus fratribus contraxerat fœdus amoris, proindeque sibi ad invicem præstandi favoris, quem nulla rescindere posset oblivio. Oblata igitur occasione, tres sine mora fratres Abram præfectum militiæ sequentes, ei amorem pariter, & favorem exhibentes, bellum satis dubium ingressi de hostibus gloriosissimè triumpharunt.*

Gen. 14 nu. 13. Cant. 3 num. 7.

2281 *Genes.* 14. At verò Melchisedech rex Salem, proferens panem, & vinum, erat enim sacerdos Dei altissimi, benedixit ei. *n,* 18. *&* 19. *Rupert. lib.* 5. *in Gen.* At veró Christus rex iustitiæ, rex Salem, idest, pacis, rex, inquam, idemq; pontifex magnus, sacerdotio suo functus est secundùm ordinem Melchisedech. Protulit enim panem, & vinum, dicens: Hoc est corpus meum: Hic est sanguis meus, & sic obtulit semetipsum pro fideli Abraham verum sacrificium, & benedixit ei: per suũ enim sanguinem benedictionem, id est, peccatorum remissionem acquisivit illi, imó & omnibus electis, qui expectaverunt eum ab origine mundi. *cap.* 12.

Gen. 14 nu. 18. & 19.

2282 *Rex Salem, idest, pacis, belligero nepoti è cruenta cæde quatuor regum venienti gratulabundus occurrit: quem enim quisque regum iniusti belli author timebat, ut victorem, rex pacis amabat, ut triumphatorem. Qui ergo studio pacis bellum egerat à suo progenitore, pacis rege honoris*

Gen. 14 nu. 18. & 19.

honoris gratia ei obviam procedente excipi meruit, & laudari, ne bellico ad suos reversus animo crederetur, qui pacifico animo hostes expugnaverat.

2283 Gen. 14 nu. 22. & 23. *Genes.* 14. Levo manum meam ad Dominum Deum excelsum possessorem cæli, & terræ, quód á filo subtegminis vsque ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt, ne dicas; Ego ditavi Abram. *n.* 22. & 23. *Rupert. lib.* 5. *in Genes.* Spiritualiter quoque hic locus Evangelicum virum ædificat. Etenim quisquis vexillum Crucis erigit, & nomen Christi prædicat, sicque legitimé certans fatidicum errorem, sive hæreticam barbariem expugnat, & exinde non quæ sua sunt quærit, sed quæ Iesu Christi, ipse quodammodo est Abraham, qui cum tercentis octodecim vernaculis suis quatuor reges devicit, & eos, qui spoliaverant, spoliavit, atque propinquum liberavit, & hoc facto ab homine, sive per hominem ditari noluit, dicens regi Sodomorum, Non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt. *cap.* 15.

2284 Gen. 14 nu. 22. & 23. *Et pauló infrà*: Si Græcis vti numerando velis elementis, tau, T, 300. I, & H, explicant 18. T, tau crucem, I, & H, cum supra ducta linea, nomen, Iesu, significant. Et nota, quia hîc nomen, Iesu, genitivo casu, & non nominativo effertur, & ideo hîc litera, S, sigma, non additur, sed cum I, & H, supra posita linea scribitur, quibus numerus octodecim completur. Sane tau, T, literæ supertransversa linea deest, quæ si adderetur, iam non crucis species, sed ipsa crux esset. Cùm igitur huiusmodi præliatores pugnando non terrenum lucrum, sed solum quærũt humanæ salutis fructum probè patrem Abram imitantur dicentem: Levo manum meam ad Dominum meum excelsum, quòd non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt. *capit.* 15.

2285 Gen. 14 nu. 22. & 23. *Et alibi exponens adhuc eundem locum in sensu morali, sic ait Rupert. lib.* 5. *in Gen.* Moralem nihilominus suavitatem ex hoc loco capere possumus. Etenim quatuor reges de quinque regibus victoriã facientes, quatuor sunt animi passiones, quinque corporis sensus captivantes, quæ in gẽtilium quoque Philosophorum libris memorantur frequenter, scilicet, gaudium, dolor, spes, timor. Quas Poeta eximius vno versiculo expressit, dicens: Hinc metuunt, cupiuntque, dolent, gaudentque; vbi fides, quæ per dilectionem operatur, has animi passiones superaverit, & interiorem hominem ab illarum captivitate liberaverit, plané exemplo patris Abrahæ laudabiliter triumphabit: & idcirco sacerdos Altissimi, idẽque Altissimus, scilicet Christus Dominus, occurrit illi cum sacrificio salutari, dignum enim illum iudicat, qui debeat cæleſtiũ eius sacramẽtorum particeps fieri. *cap.* 16.

2286 Gen. 14 nu. 22. & 23. *Et optimam prabet rationem Rupert. sic:* Magnum namque, & victoriosum est, non gaudere de prosperis, nec dolere de adversis huius mundi, non sperare prospera, nec timere huius mundi adversa. Quam victoriam prædicans apud quendam Philosophia canit: Gaudia pelle, Pelle timorem, spemque fugato: Nec dolor adsit, nubila mens est, hæc vbi regnant. Quisquis ille est, contemnat á rege Sodomorũ quidquam accipere, ne dicatur, quod ille eum ditaverit, idest, caveat facere coram hominibus iustitiam suam, ut videatur ab eis; & illam incurrat sententiam, qua dictum est: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. *cap.* 16. Boetius de cons. Phil. lib. 1

2287 Gen. 14 nu. 22. & 23. *Meum ego in Patriarcha Abrahamo Patriarcham sanctissimum Ignatium pulchré video effigiatum, qui Societatis Iesu vexillifer effectus, Crucis ducis sui signum, in qua sculptum Iesu*

Iesu apparet nomen, manu tenet, qui nullum suis militibus terrenum ex labore militari inquirit lucrum, sed & salutis humanæ, & divinæ gloriæ solum quærit fructum.

2288 *Gen. 15 num. 1.* *Genes.* 15. His itaque transactis, factus est sermo Domini ad Abram per visionem dicens: Noli timere, Abram, ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. *num. 1. Rupert. lib. 5. in Genes.* Tanquam diceret, Iam accepisti gustũ protectionis meæ, primúm in eo, quòd propter vxorem tuã Sarai flagellavi Pharaonem, & domum eius plagis maximis, & divitem te inde ascendere feci: deinde & in eo, quòd me protegente hostes, scilicet quatuor reges in manu tua fuère: Ergo de cætero fidentior esto, quód ego protector tuus sim, & generis tui, & merces tua magna nimis: ut peregrinus factus propter me vtrobique gaudeas, scilicet, & in præsenti de protectione mea, qua tibi tolerabilis sit ipsa peregrinatio tua, & in futuro de mercede nimis magna. *c. 17.* Noli timere. *n. 1. Qui in belli periculo non timuit, cur in triumphi gloria trepidabat? Quia iniquam noverat rerum humanarum conditionem; & ideo subitaneam prosperitatis in adversitatem horrebat mutationem.*

2289 *Gen. 15 num. 2.* *Genes.* 15. Dixitque Abram, Domine Deus quid dabis mihi? Ego vadam absque liberis: & filius procuratoris domus meæ iste Damascus, Eliazer. *num 2. Rupert. lib. 5. in Genes.* Nec verò quód ait ille: Domine Deus quid dabis mihi, ego vadam absque liberis &c. Diffidentis animi est, sed contriti, & humiliati cordis, & cum nimia humilitate Dominum consulentis, videlicet, ut flebili conquestione pulsatus Deus certius quid respondeat de superiori promissione sperandi seminis. *cap. 17. Quid inquiris ò Patriarcha? Se ipsum Dei Filius tibi in mercedem magnam nimis promittit concedendum: & tu dicis,* Domine Deus quid dabis mihi? *Vltra Dei Filium, tibi hominem factum in filium dandum, quid desideras? Nil vltra Abrahamus affectabat, sed admiratione plenus; dubius an ille rectè intellexisset promissum sibi in filium dandum Dei Filium: quid sibi promissum foret, inquirebat, ut Dei Filius se ipsum in filium sibi dandum, non mercedis nomine, sed filij vocabulo indicaret, ideo addidit:* Et ego vadam absque liberis?

Genes. 15. Statimque sermo 2290
Gen. 15 num. 4. Domini factus est ad eum, dicens: Non erit hic hæres tuus: sed qui egredietur de vtero tuo, ipsum habebis hæredem. *num. 4. Rupert. lib. 5. de victor. verbi.* Nunne, inquit Dominus, scriptum est in lege vestra, Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes, statimque subiunxit, Si illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solvi scriptura &c. Deos esse filios excelsi, esse sanctos, & beatos esse omnes, ad quos sermo Dei factus est, & ipsum incarnatum Verbum, hoc dicto testatur. Et si cunctam recenseas sacrarum seriem scripturarum, nullum invenies, nisi sanctum, & iustum esse, ad quem factum esse verbum Domini prædicetur. *cap. 25.*

Deinde sic progreditur. Primus eorum Abraham, de quo sic scriptum est. 2291
Gen. 15 num. 4. Ecce, inquit, vernaculus meus, vel hæres meus erit, statimque sermo Domini factus est ad eum dicens: Non erit hic hæres tuus, sed qui egredietur de vtero tuo ipsum habebis hæredem, in quo cælestem per Christum intelligit esse hæreditatem. *capit. 25. Sermo Domini Verbum Dei est, qui tunc ad Abram factus est, quando Verbum caro ex carne Virginis filiæ Abrahami, factum est. Statim tamen tunc illi dicitur esse factus, quia fidei illius ita certa erat futuræ incarnationis promissio, ut haberetur præsentis incarnationis exhibitio. Favet huic expositioni Rupertus dicens.*

Cúm igitur audimus, vel 2292
vbicum;

Gen. 15 num 4. vbicumque legimus de aliquo Propheta, quia factum est ad eum verbum Domini, cùm audimus quemlibet ex Prophetis dicentem: Factus est ad me sermo Domini, sic accipiamus, tanquam fiduciale gaudium, tanquam triumphale tripudiũ, velut si de tenebris ad lucem, de servitute ad libertatem, de captivitate ad patriam, de morte ad vitam resiliant, dicentes, Dicant resilientes, factum est, factum est. Et quid factum est? Factum est id, quod futurum est, quia verbum eius audivimus, verbum illius nos videntes vidimus, cuius dixisse, fecisse est. *cap.* 24.

2293 Gen. 15 num. 5. *Genes.* 15. Eduxitque eum foras & ait illi: suspice cælum, & numera stellas, si potes, & dixit ei: sic erit semen tuum. *nu.* 5. *Rupert. lib.* 5. *in Genes.* Cælestem præsignat gratiam, vel gloriam, qua clarificandũ est id ipsum semen. Superiús cúm dixisset: Leva oculos, & vide á loco, in quo nunc es ad Aquilonem, & Meridiem, ad Orientem, & Occidentem, omnem terram, quam conspicis dabo tibi, & semini tuo: non dixit, sic erit semen tuum, sicut stellæ cæli, sed faciam, inquit, semen tuũ, sicut pulverem terræ, quia videlicet non omnes, qui terram illam possessuri erant propter Abram, stellis comparandi erant, neque numerandi sicut stellæ cæli apud illum, de quo veraciter dicitur. Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat: sed multiplicandi erant super numerũ pulveris, terramque amaturi potiùs, quám cælum. *capit.* 18.

2294 Gen. 15 num. 5. Gen. 12 num. 1. *Postea sic progreditur Ruper.* Hîc autẽ vbi eduxit illum foras: Suspice, ait, cælum & numera stellas, si potes, & quia non poterat, sic erit, inquit, semen tuũ: quia profectó pro eo quòd educenti foras, & dicenti sibi: Egredere de terra, & de cognatione tua, ille obedivit, cælũ pro mercede magna nimis paratur illi; & omnibus, quicumq; exemplo eius sequuntur educentẽ foras, & dicentẽ singulis, Obliviscere populum tuum, & domum patris tui *capite* 18. Ps. 44

Tandẽ sic concludit Ruper. Erũt enim omnes sicut stellæ cæli, idest, multi quidem, sed certa multitudine numerati, vel certa numerositate multiplicati, omnesq; ex nominibus suis vocati, & noti. Nec verò pro sola multitudine, vel numerositate, sed & pro differenti claritate dixit, Sic erit semen tuum: Nam sicut nõ solùm alia claritas solis, & alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum, sed etiam stella ab stella differt in claritate: sic non solùm alia gloria Dei, & alia gloria sanctorum Abræ filiorũ, sed etiam ipsi differentem ab invicẽ diversis pro meritis suis gloriam habebunt. *cap.* 18. 2295 Gen. 15 num. 5.

Et lib. 2. *de operib. Spirit. Sancti lib.* 1. *de Sep. ad illud Iob.* 3. Obtenebrentur stellæ caligine eius. *v.* 9. *sic ait Rupert.* Stellæ hoc loco tales intelligendæ sunt, quales & in Apocalypsi intelligimus, vbi scriptũ est: Et cauda draconis trahebat tertiam partem stellarum cæli, & misit eas in terram. Stellas namque in terram trahere, est eos, qui videntur studio vitæ cælestis inhærere, ex amore terreno iniquitate aperti erroris involvere. Tales profectò tũc Iudæi fuére, qui, cúm putarentur scripturarum lucem habere, se quæ arbitrarentur stellas esse secundùm promissionem, quæ facta est ad Abraham, dicendo, Suspice cælum, & numera stellas, si potes, sic erit semen tuũ, cauda draconis antiqui colligati, tracti sunt in terram, quando in iracundia terræ loquentes dixerunt, Interficiamus eum, ne fortè veniãt Romani, & tollant locum nostrum, & gentem. *cap.* 7. 2296 Gen. 15 num. 5. Iob. 3. ver. 9. Ap. c. 12 Ioa. 11

Postea sic concludit Rupert. Has ergo stellas intuens, Obscurentur, inquit, stellæ caligine eius. 2297 Gen. 15 num. 5.

Iob. 3. ver. 9. Quomodo hoc dixit? Nimirum non tam voce, quám facto mirabili, vbi *Matth. 27.* crucifixo illo á sexta hora tenebræ factæ sunt super vniversam terram vsque ad horam nonā. Hoc etenim signo dicebatur eis, quòd lucē perderent, relinquendi in tenebris, in profundo ignorantiæ veritatis. *cap. 7. Sed è quo loco, & in quem locum foras eum eduxit Dominus; nulla siquidem mētio fit de tabernaculo à quo, nec ae terra, ad quam Deus educere eum posset? Ergo è tabernaculo corporis animus Abrahæ eductus significatur, ut in cælum raptus, sive in corpore, sive extra corpus nesciens, locum in cælo filijs suis, quasi stellis in cælo collocandis, præpararet.*

2298 *Genes.* 15. Credidit Abram Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, *Gen. 15 num. 6.* *n. 6 Rupert. lib. 5. in Genes.* Rectè fides iustitiæ meritum habet, nam è cōtra sine fide esse, iniustitiæ summa est. Etenim primo homini infidelitas ad iniustitiam reputata est, videlicet quia non credidit Deo di- *Gen. 2.* centi: In quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris. Si enim credidisset, non tam facilé de illo ligno comedisset. Quale ergo oportuit adversùs iustitiæ mortem, hic pater noster, sumpsit antidotum *cap. 19. Abrahæ fides illi dicitur soli deputari, ne filij Abrahæ fidem patris sibi ipsis sufficere cogitarent: sed quisque propriam sibi fidem sciret necessariam, quam Deus ei ad iustitiam deputaret.*

2299 *Gen.* 15. Dixitq; ad eum: Ego Do- *Gen. 15 num. 7. & 8.* minus, qui eduxi te de Vr Chaldæorum, vt darem tibi terram istam, & possideres eam. At ille ait. Domine Deus, vnde scire possum, quòd possessurus sim eam? *n. 7. & 8. Rupert. lib. 5. in Genes.* Non vtique diffidendo quærit, qui tam pias benevolentiæ voces præmittit. Non ergo tanquam incredulus infirmata fide dubitavit, sed tanquam pius pater futuris filijs providit, ne fortè peccantibus illis pæniteret Deum huius suæ promissionis, & idcirco in promissione aliquid sibi dari optavit firmamentum fixæ, stabilisque veritatis, & quasi interpositionem iuramenti. Nec moratus Dominus Deus, quod optabat amicus fidelis, cùm petere non auderet, sponte obtulit. Continuó namque respondens: Sume, inquit, mihi vaccam trimam. &c. Hæc visio sic terminatur. In die illo pepigit Dominus fædus cum Abram, dicens: Semini tuo dabo terram hanc. *cap. 20. Iure equidem in hoc loco Deus sibi nomen Domini vendicavit dicens:* Ego Dominus, *quia adeo se munificum ostendit, ut ad conferendum terræ illius munus Abrahæ, ipsum ab Vr Chaldæorum in terram illam à se ductum declaraverit. Verè liberalis, qui non inveniens in terra illa hominem, cui eam præberet, ab alio loco hominem evocavit, ut eam ei possidendam condonaret.*

Genes. 15. Sume, inquit, mi- 2300
hi vaccam triennem, & capram *Gen. 15 num. 9.* trimam, & arietem annorum trium, turturem quoque, & columbam. *numer. 9. Rupert. lib. 5. in Genes.* Est autem vacca triennis, & capra trima, & aries trium annorum. Cur hoc? videlicet, quia patres, vel patriarchæ primi, per quos invocatum est nomen Domini super illos, tres numero sunt, á quibus denominationem suscipere Dominus Deus dignatus est, ut diceretur. Deus Abrahā, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Sub istis namque nominibus Trinitas vnus Deus sæculis illis prædicari voluit, quia nondum capere possent homines manifesta nomina eiusdem Trinitatis, id est, Patris, & Filij, & Spiritus sancti. *cap. 21.* Sume mihi. *n. 9. Veré numero Deus impare gaudet.* Sume mihi: *ternarius namque numerus Personarum, vnā eandemq; Essentiam includentium in vno solo Deo reperitur, nec aliquis, qui Deus non sit, poteſt huius numeri gloriam sibi vendicare.*

Genes. 15 In illo die pepegit 2301
Domi-

Gen. 15 nu. 18. Dominus fœdus cum Abram, dicēs: Semini tuo dabo terram hanc à fluvio Ægypti vsque ad fluvium magnum Euphratem. *numer.* 18. *Rupert. lib.* 5. *in Genes.* Hoc fœdus iuramentum quoddam est, quo se Dominus obstrinxit, quomodo homo voluit quód debitor posset iure teneri, si quando aliqua intercurrente peccati causa, vellet levare manum, & facere quid contra id, quod promisit. Cuius iuramenti memor Moyses, cúm dixisset, ut disperderet eos, stetit in confractione in conspectu eius dicentemque Deum, Dimitte me ut deleam eos, tenuit homo viriliter, dicens; Quare Domine irasceris in populo tuo? Memento Abrahā, Isaac, & Iacob, quibus iurasti, dicens: Vniversam terram hāc dabo semini tuo, & possidebitis eam. *cap.* 21.

2302 Gen. 15 nu. 18. *Deinde sic concludit Rupert.* Itaque quotiescumque habeamus in hac scriptura fœdus, vel pactum, non dum fœdus est humanæ reconciliationis, sed firma promissio futuri fœderis, propheticaque imaginatio pacti vnici, quo in solo Christo Deus sibi homines reconciliavit. *eodem c.* 20. *In hoc fœdere solùm ex parte Domini, non autem ex parte Abrahæ exprimitur obligatio: videtur ergo hìc contractus claudicare? Claudicaret vtique, si Deo foret onerosus, cùm non vtramque partē ad aliquid obligaret. At erat Domino honorosus, quatenus nullam ab accepturis terram, obligationem exigens eam illis liberali ex donatione concedendam, ut verè munificus Dominus affirmabat, dicens:* Semini tuo dabo terram hanc. *n.* 18.

2303 Gen. 17 num. 1. *Genes.* 17. Apparuit ei Dominus: dixitque ad eum; Ego Deus omnipotens: ambula coram me, & esto perfectus. *n.* 1. *Rupert. lib.* 5. *in Gen.* Non iā hoc est proficiendi præceptum, sed perfectionis datum. Idcirco rectè præmittit: Ego Dominus omnipotens, quia videlicet, ut ambulet corā Domino Abrahā, vel alius quis & perfectus sit: hoc omnipotentiæ Domini: hoc omnipotētis Dei opus est. Omne enim datum optimū, & omne donū perfectū de sursum est. *cap.* 28. Ambula coram me; *Si enim me semper tibi præsentē adesse credideris, imò quasi me præsentem videas, ambulaveris, rectâ semper via gradieris, nec vnquam in dextera prosperitatis, nec in sinistra adversitatis lapsus cades, sed medio incedens itinere, tutus eris.* Iacob. 1

Gen. 17. Ponamq; fœdus meum inter me, & te, & multiplicabo te vehementer nimis. Cecidit Abram pronus in faciē. *n.* 2. & 3 *Ruper. lib.* 5. *in Gen.* Hoc autem, quod hìc promittit, signanter dicendo, Inter me, & te; Mediatoris Dei, & hominum promissio, & adventus eius est. Et quia per positionē huius fœderis amplianda erat propagatio generis Abrahæ spiritualis, continuò subiunxit. Et multiplicabo te vehementer nimis. Non contentus fuit, dixisse, Vehemēter, sed addidit, Nimis; quia videlicet, eiusmodi multiplicatio promittitur, cuius neque quantitatē cōprehendere, neq; dignitatem æstimare quisquam hominū posset; quæ in spiritu potiùs, quàm in carne Abrahæ sit. Ad hæc audienda idoneus cecidit Abraham pronus in faciem, subauditur, gratias agens. *cap.* 28. 2304 Gen. 17 num. 2. & 3.

Et iterum exponens illud, Cecidit Abram pronus in faciem. *n.* 3. *sic ait Rupert.* Bene ergo cecidit in faciem adorans & gratias agens. cùm tanti huius muneris acceperit largitatem, *cap.* 29. *Cecidit, ut terram, in qua promissus Mediator vestigia erat positurus, iā tunc magno devotionis affectu oscularetur, filiosque promissos alios, in quibus erat multiplicandus, ut terram illam summa cum reverentia colerent, suo exemplo excitaret.* 2305 Gen 17 num. 3.

Gen. 17. Nec vltra vocabitur nomē tuū Abram, sed appellaberis Abraham; quia patrem multarum gentium constitui te, faciamque te crescere vehementissimè. *numer.* 5. & 6. *Rupert. lib.* 5. *in Genes.* Multipli- 2306 Gen. 17 nu. 5. & 6.

tiplicationis insigne in ipso ponit titulo nominis. (Nec vocabitur, inquit, vltra nomen tuum Abram, sed vocaberis Abraham) &c. Dicunt Hebræi, quód ex nomine suo Deus, quod apud illos Tetragrammaton dicitur, E, literam Abrahæ, & Saræ addiderit. Dicebatur enim primúm Abram, quod interpretatur, Pater excellus, & postea vocatus est, Abraham, quod transfertur, Pater multarum gentium. *cap.* 29.

2307 *Deinde sic progreditur idem Rupert.* Nec mirandum, quare cùm apud
Gen. 17 Græcos, & nos A, litera videatur
num. 5. addita, nos literam, E, Hebræã additam dixerimus: idioma enim linguæ illis est, per, E, quidem scribere, sed per A, legere, sicut è contrario, A, literam sæpe per, E, pronunciant. Et hoc ad rationem promissionis valenter accedit, quód in patris huius nomine, cuius est secundùm carnem Filius Dominus Christus Iesus Filius Dei, iam vna præfulget litera nominis Domini. *cap.* 28.

2308 *Et tandem sic interrogat Rupert.* Cur enim vel vnam non haberet li-
Gen. 17 teram nominis Domini, pater eius,
num. 5. in quo est totum nomen Domini?
& 6. Sic enim Moysi dictum est de eo: Et
Exod. est nomen meum in illo. Non dixit, super illum, quod commune est omnium, quorum hic pater est, ex multis gentibus credentium: iuxta illud
Apoc. quod & in Apoc. dicitur de vnoquoque credentium: Et scribam super eum nomen Dei mei: Sed est nomen meum in illo: quod propriũ est vnici Filij, qui cúm sit Deus, & Dominus, per omnia tam nomine, quám & re, Deo, & Domino Patri consimilis, & coæqualis est. *cap.* 29. Nec vltra &c. *n.* 5. *Tanti beneficij memorem Abraham Deus esse volebat; igitur beneficium novo imposito nomine declaravit, ut quoties Abraham se illo audiret nomine appellari, toties se ad grates pro beneficio solvendas agnosceret obligatum.*

Genes. 17. Cecidit Abraham in faciem suam, & risit, dicens in cor- 2309
de suo: Putas ne centenario nascetur
filius? Et Sara nonagenaria pariet? Gen. 17
n. 17. *Rupert. lib.* 5. *in Genes.* O virũ nu. 17.
æterno risu verè dignum, & sempiternæ iucunditati bene præparatũ, quia ita cecidit in faciem, ut rideret, ita risit, ut in faciem caderet, illius vtique adorans omnipotentiam, cuius in promissione audierat singularem gratiam. Ergo, Putas ne, quòd in corde suo dixit, non dubitando, sed suam ipse felicitatem ineffabiliter admirando. *cap.* 35. *Iubilũ cordis risu prodidit oris. Abscondit faciẽ, ut senilem vultum, risu nimio non plené ad gravitatem compositum, ne minús modestus videretur, occultaret.*

Genes. 17. Dixitque ad eum; 2310
Vtinam Ismael vivat coram te. *num.*
18. *Rupert. lib.* 5. *in Gene.* Quòd veró Gen. 17
ore proprio ad Dominum dixit, Vti- nu. 18.
nam Ismael vivat coram te, plané reverentis, & pudorati animi est, confitentis illud, quod promittebatur, longé abundantius esse, quám petere ipse auderet. *cap.* 35. *Non dixit, Coram me, sed dixit, Coram te, ne sibi longitudinem vitæ temporalis, in qua sibi conviveret filius Ismael; sed filio sanctitatem vitæ spiritualis, qua filius Ismael Deo conviveret, petere crederetur.*

Genes. 18. Apparuit autem ei
Dominus in convalle Mambre sedẽ- 2311
ti in ostio tabernaculi sui in ipso fer- Gen. 18
vore diei, cùmque elevasset oculos, num. 1.
apparuerunt ei tres viri, stantes pro- & 2.
pe eum: quos cúm vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi, & adoravit in terram. *n.* 1. & 2. *Rupert. lib.* 5. *in Genes.* Vbi nasciturus Isaac, non iam solúm, ut ante promittitur, sed & datur, Trinitatis mysterium in forma triũ Angelorum se homini manifestare dignatur, quia videlicet, vbi Christus nascitur ex semine Abrahæ, eiusdem Christi Filij Dei Incarnationẽ præsentiæ suæ maiestatis, tota Trinitas,

in

in hoſpitio virginei ventris operatur: & ex inde, nomen eiuſdem Trinitatis, nomen Patris, & Filij, & Spiritus ſancti toto mūdo publica prædicatione declaratur. *cap.* 37.

2312 *Et alibi ſic ait Rupert.* In ipſo, inquit, fervore diei: latiús exprimi
Gen. 18 non potuit qualitas, vel proprietas
num. 1. eius, quæ nunc apparuit viſionis.
& 2. Idem enim eſt, ac ſi dictum fuiſſet. Non iam in viſu noctis, non in aliqua ſpirituali ſolummodo viſione, ſed in lumine huius ſolis, in aſpectu oculorum. Cùmque ſublevaſſet oculos, apparuerunt ei tres viri &c. *capit.* 38.

2313 *Et infrà pergit Rupert.* Quidnam eſt in quo hæc acta, vel dicta cæleſ-
Gen. 18 tium hoſpitum in communi ſche-
num. 1. mate, ſive omnimodo geſtu differāt
& 2. hominum apud amicos ſuos hoſpitantium? Ille hoſpitalis, paterfamilias currens in occurſum quaſi hominum, præ laſſitudine tecto, & refectione indigentium. *cap.* 38. *Si dicitur, quòd ei apparuerit Dominus, quomodo ſtatim additur, cùm ſublevaſſet oculos apparuerunt ei tres viri? Apparuit in ſingulari, ſingularitatem indicat in eſſentia Deitatis:* Apparuerunt, *in plurali, pluralitatem oſtendit in perſonis Trinitatis.*

2314 *Geneſ.* 18. Apparuit autem ei Dominus in convalle Mambre, ſe-
Gen. 18 denti in oſtio tabernaculi ſui, in ipſo
num. 1. fervore diei, cúmque elevaſſet ocu-
& 2. los, apparuerunt ei tres viri &c. *n.* 1. *&* 2. *Rupert. lib.* 4. *de glor. Trinit.* Hic ò beata Trinitas Deus præclarè fulget, nec multúm abſconditus eſt theſaurus tui nominis, videlicet in tribus hominibus magnis, & in tribus deſignatus Angelis. Tres homines principium magnæ gentis ſunt, Abraham Iſaac, & Iacob: ſuper quibus audimus te profitentem: Ego ſum Deus Abram, & Deus Iſaac, & Deus Iacob. De tribus Angelis taliter ſcriptura dicit: Apparuit Dominus &c. Quis enim neſcit, quis nō audivit, quia noſter ſecundùm fidē pater Abraham illo die in ipſo fervore diei, tres vidit, & vnum adoravit. *cap.* 21.

Et in eodem lib. ſic ait Rupert. Pulcherrimè igitur, atque ſanctiſſimè, 2315
non ante, ſed vbi iam venerat tem- *Luc.* 18
pus, ut conciperetur, ſive naſceretur *num.* 1.
illi Iſaac, figura, ſive forma Chriſti, *&* 2.
apparuerunt patri Abrahæ tres viri illi, ſcilicet Angeli, & currenti in occurſum, atque adoranti, ac dicenti: Domine, ſi inveni gratiam in oculis tuis, &c. Tam promptè reſpondentes dixerunt, Fac, ut locutus es. Quo alio modo magis familiariter, quám iſto, cuperet pater Abraham convivare civibus patriæ inviſibilis, ſive ſervire homo fidelis, & iuſtus reputatus pro merito fidei, ſanctæ, & individuæ Trinitati? *cap.* 22. *Merito quando nativitas Iſaacis denunciabatur, myſterium Trinitatis quodammodo manifeſtabatur, ut ſignificaretur, fore, ut nato Chriſto Domino hoc abſconditum myſterium, orbi plenè manifeſtaretur.*

Geneſ. 18. Afferam pauxillum 2316
aquæ, & lavate pedes veſtros, & re- *Gen.* 18
quieſcite ſub arbore. Ponamq; buc- *num.* 4.
cellam panis, & confortate cor veſ- *&* 5.
trū, poſtea tranſibitis; idcirco enim declinaſtis ad ſervum veſtrum. *n.* 4. *&* 5. *Rupert. lib.* 5. *in Gen.* Quid humanius homini dicere, quem præ labore itineris & inavitate veſtris pene deficere, debilis, vel conciſus vanhelitus proderet? Item quid pronius reſponderent feſſi viatores de bono, & comi hoſpite lætantes. Fac, ut locutus es? *cap.* 38. Cor veſtrum: *num.* 5. *Tres illos hoſpites ita concordes eſſe reputabat Abraham, ac ſi non tria corda, ſed vnum tantùm ex eos, omnes habere exiſtimaret, quod proinde quilibet illorum vellet hoſpitio oblato recepto confortare.*

Geneſ. 18. Dixitque Dominus, 2317
Num celare potero Abraham, quæ geſturus ſum: cúm futurus ſit in gē-

Gen. 18 nu. 17. 18. & 19. tem magnam, ac robustissimam, & benedicendæ sint in illo omnes nationes terræ? Scio enim, quód præcepturus sit filijs suis, & domui suæ post se, ut custodiant viam Domini, & faciant iudicium, & iustitiam: ut adducat Dominus propter Abrahã omnia, quæ locutus est ad eum. *n*, 17. 18. *&* 19. *Rupert. lib. 6. in Gen.* Mira exordientis dignatio, qua Deus hominis, & excitare attentionem & captare quodammodo curat benevolentiam, quippe qui ab eiusdẽ auditoris sui quibusdam laudibus suum sic inchoat sermonem: Num celare potero Abraham, quæ gesturus sum? Subauditur enim tantis repugnantibus causis. *cap.* 3.

2318 *Deinde causas enumerat. Ruper sic.* Primó, quia futurus est in gentem
Gen. 18 nu. 17. 18. & 19. magnam. Futurus, inquam, magis secundúm fidem, quám secundúm carnem, in gentem magnam, ac robustissimam, videlicet cuius mirando fortitudinem, rećté dicam: quia regnum cælorum vim patitur, & violenti deripiunt illud. Deinde, scio enim, inquit, quòd præcepturus sit filijs, & domui suæ post se, ut custodiant viam Domini: quòd scilicet bono priùs exemplo per semetipsum, postea scripto, & doctrina legis, per posteros suos egit. Quantæ putas laudationes, vel testificationes sunt homini dicta hæc ex ore Dei? Non ergo Abraham apud Deũ parvi æstimatur, cui tales, & tantas ob causas consilium suum celare se non posse testatur Deus. *cap.* 3.

2319 Num celare potero? *Quid dicis ó omnipotens? Dubitas nè de tua*
Gen. 18 nu. 17. 18. & 19. *divina omnipotentia, dum sic rogas?* Num celare potero? *Suã Deus simulabat omnipotentiam, cùm vellet ostendere benevolentiam. Abrahamo dilecto nullum secretum in pectore Dei occultatur amantis: vim ergo divinæ quodammodo potestatis excedit divina benevolentia charitatis. Abrahamum Deus valde amabat; ideoque divini cordis arcana ei, ut dilecto, manifestabat.*

Genes. 18. Abraham veró adhuc stabat coram Deo, *à n.* 22. *Rupert. lib.* 6. *in Genes.* Verè Abraham coram Domino stabat, & Domino appropinquans erat, quia videlicet in oratione non suam, sed Dei gloriam intendebat: non, inquam, suam, sed Dei voluntatem fieri postulabat. (Dixit enim, Absit à te ut rem hanc facias, & occidas iustum cum impio, fiatque iustus sicut impius. Non est hoc tuum qui iudicas omnem terram, nequaquam facias iudicium hoc *n.* 25. Ergo consulebat Domino fidelis famulus, quatenus sic ageret, & sic iudicaret, ut de suis ipsis iudicijs dignè laudaretur. *capit.* 4. 2320 Gen. 18 nu. 22. & 23. Gen. 18 nu. 25.

Et deinde exponens numerum 26. 2321
Dixitque Dominus ad eum: Si invenero Sodomis quinquaginta iustos in medio civitatis, dimittã omni loco propter eos. *sic ait Rupert.* Dominus Deus monitorem hominẽ non aspernatus, & quodammodo arguentem non dedignatus, singulis eius concedit propositionibus; Dimittam, inquiens, omni loco propter quinquaginta: Non delebo, si invenero ibi quadraginta quinque: Non percutiam propter quadraginta: Non faciam, si invenero ibi triginta: Non interficiam propter viginti: Non delebo propter decem. *cap.* 4. Gen. 18 nu. 22. & 23.

Et optimam prabet rationem Rupertus sic: Fortis enim erat vera fortitudine homo, qui fortissimũ Dominum tenebat. Fortis, inquam, & fortiter se ipsum confringens, qui dicebat: Loquar ad Dominum meum, cúm sim pulvis, & cinis: & Ne quæso, inquit, indigneris Domine, si adhuc loquar. Hæc enim fortitudo vera est, scilicet spiritus humilitatis, & mens subdita iustitiæ Dei. *cap.* 4. *Appropinquanti Deo Abrahamus homo appropinquabat, atque ita propinquitatem inter Deum, & hominem in Christo* 2322 Gen 18 nu. 22. & 23.

Deo,

Deo, & homine futuro ostendebat, propter quam iam tunc Dei erga homines misericordiam implorabat.

2323 Gen. 18 nu. 24. & á nu. 28. *Genes.* 18. Si fuerint quinquaginta iusti in civitate, peribunt simul? Et non parces loco illi propter quinquaginta iustos, si fuerint in eo. *n.* 24. *Et infrà:* Quid si minús quinquaginta iustis quinque fuerint &c. *à nu.* 28. *Rupert, lib.* 6. *in Genes.* Sed quid sibi vult degradatio numerorum eiusmodi? Numquid homo cum Deo loquens casu, & sine scientia, & sensu, sicut in buccam venerunt ita incertas effudit diminutiones numerorum? Non vtique, sed cum ratione elocutus est, quæ etsi nobis non ad plenum liquent, non nihil tamen pulchritudinis sensibus nostris exinde sublucet. Illud namq; præclarum in his numeris divinitus provisum animadvertimus, quód non solúm arithmeticis qualibuscũque rationibus, sed & musicis proportionibus ita contexti sunt, ut omnes musicæ concordiæ symphonias complectantur, excepto quinquagesimo numero, qui propter alias rationes sacratus est. *cap.* 5.

2324 Gen. 18 nu. 24. & á nu. 28. *Et postquam docet in his numeris inveniri Tonum, Diatessaron, Diapente, Diapason, & bis Diapason, sic addit Rupert.* Quid igitur hi numeri, nisi tanti intercessoris veram indicant dignitatem, videlicet, quód ita dumtaxat Dominum Deum suum peccatoribus parcere cupit, ut proficiat ad nominis ipsius laudem, & honorem? Cantabilem namque misericordiam decet illum facere: talẽ scilicet, quæ non discrepet á iudicij veritate, testante Psalmista, cúm dicit: Misericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine. *cap.* 5.

2325 Gen. 18 nu. 33. *Deinde sic concludit Rupert.* Proinde quia iam dictis in numeris omnis consonantiæ vis conclusa est. Abijt Dominus, inquit scriptura, postquam cessavit loqui ad Abrahã, & ille reversus est in locum suum. *n.* 33. Quia videlicet quod extra laudem iusti iudicij Dei, homo sapiens à Deo suo petere nec vult, nec debet. Adeo non suam quæsivit voluntatem, ut quantamcumque haberet curam pro nepote suo Lot, nullam tamen os eius de illo fecerit mentionem. *cap.* 5. *Abraham electus sono interpretatur, & merito, qui iuxta nominis significatum musico suæ vocis sono à Deo peccatoribus veniam, gratam quidem ipsi Deo emodulans cantilenam, postulabat.*

Genes. 18. Respondensque Abraham ait: Quia semel cœpi loquar ad Dominum meum, cúm sim pulvis, & cinis. *n.* 27. *Rupert. in Cant. cantic. loquens de humilitate Abrahami sic ait:* Abraham quippe, cúm tantus esset, ut cum eo Deus loqueretur, & amicus illi haberetur, non tamen oblitus sui: Loquar, inquit, ad Deũ meum, cúm sim pulvis, & cinis. *in lib.* 1. 2326 Gen. 18 nu. 27.

Et lib. 3. *in Genes.* Hæc propriæ conditionis recordatio, tunc vtiliter se aperit, cúm ex sapienti humilitate procedit, iuxta exemplum patris Abrahæ, dicentis: Loquar ad Dominum meum, cúm sim pulvis, & cinis. Cùm enim hoc humiliter nos recordamur, misericorditer, & ipse recordatur, sicut scriptum est: Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se, quoniam ipse cognovit figmentum nostrum, & recordatus est quoniam pulvis sumus. *cap.* 25. *Dum homines sulphureis flammis in cinerem redigendos praevideret, se cinerem seu iam redactum in cinerem nominabat, quia id, quod in alijs postea effecturus erat punitionis effectus, in Abrahamo iam compassionis efficiebat affectus.* 2327 Gen. 18 nu. 27. Ps. 102

Genes. 19. Abraham autem cõsurgens manè vbi steterat priús cum Domino, intuitus est Sodomam, & Gomorrham, & vniversam terram regionis illius: viditque ascendentẽ favillam de terra quasi fornacis fumum. Cúm enim subverteret Deus civi- 2328 Gen. 19 nu. 27. 28. 29.

civitates regionis illius, recordatus Abrahæ, liberavit Lot de subversione vrbium, in quibus habitaverat. *n.* 27. 28. 29. *Rupert. lib.* 6. *in Gen.* Sensus literæ hic est: Respiciens vxor Lot, quia prævaricata est mãdatum dicentis: Noli respicere post tergum, pæna tali punita est, ut obrigesceret, & verteretur in statuam salis. Ne tamen tale quid obveniret Lot, Abraham consurgens mane, quia qua hora, videlicet cogebant Lot Angeli, ut egrederetur, & dissimulante illo, apprehenderunt manum eius: illa inquam, hora, consurgens Abraham stetit vbi steterat priús cum Domino, idest, in eadem intentione cordis, dignum, ac strenuum agens intercessoris officium. *cap.* 12.

2329 *Deinde sic progreditur Rupert.* Quod protinus ab effectu claruit. Cúm
Gen. 19 enim subverteret Deus civitates re-
nu. 27. gionis illius, recordatus est Abrahæ,
28. 29. & liberavit Lot. Quod idem est, ac si diceretur: Ex eo constitit Abraham stare coram Domino, quia recordatus est Dominus Abrahæ, & liberavit Lot de subversione vrbium, in quibus habitaverat. *cap.* 22. Abraham autem consurgens &c. *n.* 27. *Ergo Abrahamus non ad tabernaculum reversus fuit, sed in eo loco, in quo pro omnibus Sodomorum civitatibus apud Dominum advocatus extiterat, in oratione pernoctavit pro nepote Dominum deprecatus, & ideo Dominum exoravit.*

2330 *Genes.* 21. Iura ergo per Deum
Gen. 21 ne noceas mihi, & posteris meis, stir
nu. 23. pique meæ sed iuxta misericordi-
& 24. am, quam feci tibi, facies mihi, & terræ, in qua versatus es aduena. Dixitque Abraham: Ego iurabo. *n.* 23. *&* 24. *Rupert. in cap.* 5. *Matth. ad illud.* Ego autem dico vobis, non iurare omnino. *n.* 34. *Et infrà*: Sit autem sermo vester, est, est: non, non: quod autem his abundantius est, á malo est. *n.* 37. *sic ait*: Subauditur illius, cuius infirmitate, seu duritia iurare coactus est. Exempli gratia: Vt is, qui primus ex hominibus iurasse legitur Abrahã. Quod enim iuravit, á malo eius fuit, qui dixit: Iura ergo per Dominum ne mihi noceas &c. Rex enim erat ille, & nisi rogatus ab eo iurasset Abraham, magis illi suspectus esse poterat. *lib.* 5. *de gloria, & honore Filij hominis. Eximiam erga Deum in Abrahamo religionẽ rex etiam infidelis Abimelech agnoscebat. Et ideo iuramentum per Deum ab eo postulabat, ne ei noceret: securus quòd non ei inferret nocumentum, si de non nocendo proferret iuramentum.*

Genes. 21. Surrexit autem A- 2331
bimelech, & Phicol princeps exer-
citus eius, reversique sunt in terrã Gen. 21
Palæstinorum: Abraham veró plan- nu. 33.
tavit nemus in Berzabee, & invo- & 34
cavit ibi nomen Domini Dei æterni, & fuit colonus terræ Palæstinorum diebus multis. *n.* 33. *&* 34. *Rupert. lib.* 6. *in Genes.* Et hoc vtique ad mysterium pertinet: nam Abrahæ fides á Iudæis translata, & in gẽtibus plantata: grande ex diversis hominibus tanquam de diversis lig-
nis nemus effecit ad invocandum ibi Isaiæ
nomen Domini Dei æterni, quale & 41.
per prophetam Isaiam Deus ipse desertæ gentilitati promittens, hoc modo diversa diversorum merita distinxit: Dabo in solitudine cedrũ & spinum, & myrthum, & lignum olivæ &c. In nemore huiusmodi vsque hodie invocatur, secundúm fidem Abrahæ, nomen Domini, & ita relicta terra populi sui, colonus est Abraham terræ Palæstinorum. *c.* 27. Plantavit nemus. *Vt hospitibus offerret locum refectionis pariter, & recreationis.*

Genes. 22. Tentavit Deus Abra- 2332
ham, & dixit ad eum: Abraham, A-
braham, & ille respondit: Adsum, Gen. 22
n. 1. *Rupert, lib.* 6. *in Genes.* Thezau- num. 1.
rum fidei, & timoris Domini, quẽ in exemplum bonum nobis filijs suis hic pater multarum gentiũ thezaurizavit,

rizavit, examinator cordium Deus, occultum esse noluit: sed hactenus longa peregrinatione, & diuturna seminis sui expectatione satis spectatũ, adhuc vno tentationis incendio, validissimè conflagrare curavit. Ex hac namque fortissima tentatione fides eius splendidissima rutilat, Apostolo teste, cùm dicit: Fide Abraham obtulit Isaac, cúm tentaretur. Item: Timor Domini sanctus permanẽs in sæculum sæculi, qui ex amore descendit, ex isto clariús splenduit, ipso testante Domino, cùm postmodum dicit: Nunc cognovi quód timeas Dominum &c. *cap.* 28.

2333 Gen. 22 num. 1. *Deinde sic progreditur Rupert.* Rectè igitur scriptor hìc præfatus est, dicens. Tentavit Deus Abraham, videlicet, non ut ipse sciret, quem nulla cogitatio latet: sed ne ignoraremus nos futuri filij, qualis ille fuerit pater, cuius nobis fides ad imitandum proposita est. Sic negotiatori quærenti quæque preciosa, venditor sedulus quidquid libet examinat, non ut ipse quæ vendit, cognoscat; Sed ne emptor dubitet dare omnia sua, & comparare illa. *cap.* 28.

2334 Gen. 22 num. 1. *Et lib.* 10. *de divinis officijs considerans, quòd, post lectionem, quæ legitur in pravigilio Spiritus sancti, in qua agitur de tentatione Abrahami, non ponatur tractus sic ait Rupert.* Tractus hanc lectionem idcirco nullus prosequitur, quia canticum pater Abraham pro hoc facto nullum cecinisse scribitur, quippe quibus, vel cum quibus caneret, non habebat, vnus, & pene solus Dei cultor, idemque in terra aliena peregrinus. *cap.* 3. Tentavit &c. *nu.* 1. *At vbi est illud D. Iacobi in Epist. sua cap.* 1. Ipse autem neminem tentat? *Neminem tentat, ut impellat ad culpam, tentat tamen ut augeat gratiam: ergo Abraham tentavit, non ut hic in culpam aliquam prolaberetur, sed ut ex tentatione ad altioris gratiæ cumulum eveheretur.*

2335 *Genes.* 22. Tolle filium tuum vnigenitum quem diligis Isaac, & vade in terram visionis: atque ibi offeres eum in holocaustum super vnum montium, quem monstravero tibi. *n.* 2. *Rupert. lib.* 6. *in Genes.* Gen. 22 num. 2. Filium vnigenitum hìc appellat, & addit; Quem diligis, & ex nomine Isaac; expressit; videlicet ne parum præsentes adessent patris affectus sui in ipso articulo tantæ huius tentationis. *cap.* 28.

Et alibi exponens eundem textum, sic ait Rupert. Nam proposuerat quidem Deus per multam misericordiam præiudicati in Adam generis humani iudicium, per Christum adducere ad victoriam: sed absque iudicio, vel iustitia facere misericordiam, non cadit in Deum. Vnde Psalmista: Misericordiam, inquit, & iudicium cantabo tibi Domine. Itẽ Misericordia, & veritas præcedent faciem tuam. Et alibi: Misericors Deus, & iustus. Et multa in hunc modum testantia, non dissociata esse in Deo misericordiam, & iudicium, sive veritatem, & mansuetudinem. Vt ergo non omnino ex sola misericordia staret salus hominis, sed misericordia, & veritas obviarent sibi: quæsivit misericors Deus capitulum in homine, per quod posset iustè debitor ipse teneri: quæsivit, ab homine vnigenitum sibi filium immolari, ut suum ipse filium iusta vicissitudine deberet homini, *cap.* 30. 2336 Gen 22 num. 2. Ps. 109 Psal. 89 Ps. 116

Postea sic progreditur Ruper. Igitur cúm dicit idem Filius in Evangelio suo: Sic enim Deus dilexit mũdum, ut Filium suum vnigenitũ daret: non est dilectio remissa, vel misericordia carens iustitia. Nam & homo sic timuit Deum, ut offerre illi non dubitaverit filium suum vnigenitum: proinde in hoc maximè facto puer Isaac rectè vnigeniti Filij Dei figuram tenere creditur, quem habebat vnigenitum pater excelsus, & in eo pater multarum gentium est effectus. *cap.* 30. 2337 Gen. 22 num. 2.

2338 *Et alibi in cap. 3. Ioan. exponens eundem textum sic ait Rupert.* Ecce hìc obtulit Deo filium suum, & non pepercit filio suo propter Deum. Nonne ergo salva iustitia, & veritate Deus homini debitor esse voluit, ut & Deus propter hominem Filio suo non parceret, quia propter Deum homo filio suo non pepercit? Vbi Deus accepta tāta iustitiæ causa proclamat: Per me ipsum iuravi, quia fecisti hanc rem, & non pepercisti vnigenito tuo propter me, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum, & possidebit semen tuum portas inimicorum suorum. Atque in te benedicentur omnes gentes terræ. Quis dicere audet: Quare sic iurasti? Quare apud hominem damnati generis iuramento te obligasti, ut semen illi dare deberes? Nempe & si solius gratiæ, vel misericordiæ est, quòd priús illum vocavit, & hoc semen benedictionis promittens, de Vr Chaldæorum eduxit: hoc sané iam veritatis quoque, & iustitiæ est, quòd in tanta tentatione fideli, & emerito, cum interpositione iuramenti promisit, atque complevit. *lib.* 3. Tolle &c. *num.* 2. *Dum plura amoris nomina Deus multiplicabat, plura rigoris munia exigebat: sciebat tamen à patre Isaaci Abrahamo Dei servo non amori benevolentiæ erga filium, sed rigori obedientiæ erga Deum palmam victoriæ concedendam.*

Gen. 22 num. 2.

2339 *Genes.* 22. Vade in terram visionis. *n.* 2. *Rupert. lib.* 6. *in Genes.* Vbi nunc dicitur, In terra visionis, in Hebræo habetur, Moria. Veruntamen quid opus est ab Hebræis nominis huius, idest, terræ, vel montis visionis etymologiam dubitabilē quærere, aut ut inopinabilem investigare, cúm ex præsēti loco Scripturæ manifesté cōstet propter præsentiam, sive respectum gratiæ Dei, Abraham locum illum appellasse nomine eodem? Nam quia Dei tentātis oculos super se apertos, atque defixos præcordialiter sensit, clamāte Angelo: Non extendas manum tuam super puerum, appellavit nomen loci illius: Dominus videt. *capit.* 28.

Gen. 22 num. 2.

Deinde sic progreditur Rupert. Cōstat ergo, quód ob causam prædictam iubilans, atque ineffabiliter gratulabundus Abraham, illum suæ lætitiæ locum visionis nomine signavit, in quo visum se esse á Domino, veraciter confiteri potuit. Itaq; sicut cætera multa, sic & hoc per anticipationem pauló ante dictū est, Vade in terram, cum additamento nominis huius, idest, visionis. *c.* 28. 2340

Gen. 22 num. 2.

Et in tom. 2. *lib.* 10. *de gloria & honore filij hominis exponens illud Deuter* 12. *n.* 13. *&* 14. Cave ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris: sed in eo, quem elegerit Dominus, in vna tribuum tuarum offeres hostias, & facies, quæcumque præcipio tibi. *sic ait Rupert.* Quando peter Abraham filium suum Isaac ibi obtulit, tentante Domino, ac dicente, Tolle filium tuum, & vade in terram visionis, atque offer eum ibi in holocaustum: iam tunc elegerat Dominus locum illum sacrificio huic, cuius in typum iusserat Dominus Isaac ibidem á patre suo sibi offerri. *in cap.* 26. *Matth.* Vade in terram visionis. *n.* 2. *Hanc visionis terram Abrahamus.* Dominus videt, *verbo præsentis temporis nominat. Genes.* 22. Appellavitque nomē loci illius, Dominus videt. *n.* 14. *Eandem Moyses, postea vsque ad ipsius tempora, verbo futuri temporis* (Dominus videbit) *asserit nominatam. Cur ita? Vt ad præsentem Christi typum Isaacum exprimeretur aspectus, & ad Christum futurum, in illo adumbratum typo, declararetur respectus.* 2341

Gen. 22 num. 2.

Genes. 22. Igitur Abraham de nocte consurgens, stravit asinum suum: ducens secum duos iuvenes, & Isaac filium suum: cúmque concidisset ligna in holocaustum, abijt ad locum, quem præceperat ei Deus. *nu.* 3. 2342

Gen. 22 num. 3.

n. 3. *Rupert, lib.* 6. *in Genes.* Quia timorem Domini sibi ante oculos proposuerat, idcirco mox audito iubentis imperio: vicino obedientiæ pede moram pati nescivit in faciendo, de nocte consurgens, *cap.* 29. *Dum enim non de nocte surgens, sed consurgens dicitur Abrahamus, non solus, sed cũ Isaaco filio simul surrexisse declaratur. Surrexit ergo de nocte Isaacus ad patris Abrahæ præceptum, ut Dei Filium de nocte etiam resurrecturum ad æterni Parentis imperium indicaret: essetque priùs typus Christi resurgentis, quàm morientis, ne infidelis aliquis Abrahæ filius de Christi resurrectione postmodum dubitaret, quam ante ipsam mortem in Isaaco prævideret.*

2343 Gen. 22 num. 4. *Genes.* 22. Die autem tertio elevatis oculis, vidit locum procul. *n.* 4. *Rupert. lib.* 2. *de operib. Spirit. Sanct. lib.* 1. *de Sapien.* In Christi typum Isaac quoque ad immolandum ternario dierum numero ductus est. Nam de Geraris, vbi tunc habitabat Abraham vsque ad montem Moriæ, idest, sedem templi, iter dierum trium est, & consequenter illic tertio die pervenit. Mira velocitas, mirabilis ille salvatricis gratiæ cursus, & recursus, ut in triduo, trium temporum sæculi peccata deleret, omnes, qui ante legem fuerant, omnes, qui sub lege erant, cunctos, qui sub gratia venturi erant, vna Christi morte pariter salvaret, pro singulis temporibus singulos dies eiusdem mortis appendens, *cap.* 26.

2344 Gen. 22 num. 4. *Et lib.* 7. *de Divinis officijs sic ait Rupert.* Congruenter ergo mors Domini triduana extitit, quam sancta Trinitas dispoluit, quamque ad obtinendam humano generi propitiationem eiusdem Sanctæ Trinitatis, nostra in illo natura sola pertulit, cuius in typum Isaac quoque ad immolandum ternario dierum numero ductus est. *cap.* 14. Vidit locum procul. *n.* 4. *Propè oculis, & pedibus longè locus, ad quem quisque tendit, dicitur esse: non sic locus ille Abrahæ apparebat, longè oculis, pedibus propè erat: tanta enim erat in Abraham celeritas ad filiũ per obedientiam Deo immolandum, ut loci distantia, sibi maior oculis, quàm pedibus videretur.*

Gen. 22. Expectate hic cum asino ego, & puer illuc vsq; properantes postquã adoraverimus, revertemur ad vos. *n.* 5. *Rup. lib.* 6. *in Gen.* Nec verò fallaciter, sed fideliter dixit: Postquam adoraverimus, revertemur ad vos, credendo scilicet, quòd à mortuis Deus immolatũ puerum illum sibi suscitare posset. *cap.* 29. *Nõ dixit: Ego, & filius meus, sed ego, & puer: non iam filium, sed puerum Isaacum appellat; iam enim Dei timor à pectore Abrahæ excluserat erga filium patris amorem: solus namque Dei amor à corde iusti expellere valet Dei timorem.* 2345 Gen. 22 num. 5.

Genes. 22. Tulit quoque ligna holocausti, & imposuit super Isaac filiũ suum: ipse verò portabat in manibus ignem & gladium. *n.* 6. *Rupert. lib.* 6. *in Gen.* Quid est quòd tulit pater ligna holocausti, & imposuit super Isaac filiũ suum, ipse verò portabat ignem & gladium? Quid, inquam, nisi quòd ipse Dominus noster iuxta Ioan. Evangelium, Baiulavit crucem suam? Bene ergo Isaac ligna portat holocausti sui: quia Christus ipse baiulaturus erat lignum suæ passionis. *capit.* 31. 2346 Gen. 22 num. 6. Ioa. 19

Deinde sic progreditur Rupert. Per ignem Spiritus Sanctus rectè intelligitur, per quem semetipsum obtulit Filius Dei, testante Apostolo, cũ dicit: Sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit Deo, emundavit conscientiam nostram ab operibus mortuis. Gladius verò non solùm mortem, sed & potestatem significat imperialem. Gladium ergo pater ipse portabat, quia videlicet in manu fuit non Iudæorum, sed Dei Patris gladius, idest, potestas dominicæ mortis. Ignem quoque portabat holocausti, quia profectò sicut Filius per Spiritum 2347 Gen. 22 num. 6. Heb. 9

sanctum semetipsum obtulit: sic &
Pater per eundem charitatis spiri-
tum, proprium Filium suum pro
nobis omnibus tradidit. *capit.* 31.
Tulit quoque. *Quid hoc indicat? Nisi
quód Abrahamus, quando ligna super hu-
meros filij ferenda ponebat; ipse quoque
ligna eadem si non effectu oneris, affectu
tamen ferebat amoris.*

2348 *Genes.* 22. Venerunt ad locum
quem ostenderat ei Deus, in quo
Gen. 22 ædificavit altare, & desuper ligna
num. 9. composuit: cúmque alligasset Isaac
filium suũ, posuit eum in altare super
struem lignorum. *n.* 9. *Rupertus lib.*
6. *in Genes.* Mira videlicet patientia,
subiectum, & pro voluntate patris
sustinentem intentatæ mortis tor-
mentum. Ergone & Deus Pater su-
um colligavit Filium? Colligavit
planè: verúm non imbecillitatis vin-
culo, sed magnæ charitatis imperio:
ne se ipsum defenderet, ne oblatum
calicem passionis, mori dedignatus
abigeret. *cap.* 31. *Cúm se Isaacus liga-
re videret, non iam dubius de victima
offerenda Deo, de qua antea patrem in-
terrogaverat, dicens*: Vbi est victima?
num. 7. *Nullum indicium impatientiæ
dedit, ut ostenderet se non tam vinculis
in corpore teneri rigoris, quàm in animo
ligaminibus vinciri amoris.*

2349 *Genes.* 22. Appellavitque nomẽ
loci illius, Dominus videt. Vnde
Gen. 22 vsque hodie dicitur: In monte Do-
nu. 14. minus videbit. *num.* 14. *Rupert. lib.*
6. *in Genes.* Pulcherrimum, atque
sanctissimum est persentiscere quẽ-
admodum, & vsque hodie in monte
visionis, idest, in sancta catholica
Ecclesia, extra quam nemo vnquã
Deum videbit, offeratur iugiter idẽ
Filius Deo Patri, & tamen immor-
talis perseveret, atque impassibilis.
Etenim huic immolationi iure assi-
milatur sacrificium Patriarchæ pij,
ac fidelis: quia videlicet, sicut illic,
ita & hìc non sanguis funditur filij
trucidati manibus crudelium, sed
vivus, atq; integer permanens Deo
Patri filius idem, & manibus præ-
sentatur, & ore sumitur fideliũ. *c.* 32.

*Et in eodem lib. exponens eundem
textum sic ait Rupert.* Vnde dicitur, vs- 2350
que hodie in monte Dominus vide- Gen. 22
bit. Hoc nempe apud Hebræos exi- nu. 14.
vit in proverbium: ut si quando in
angustia constituti sunt, & Domini
optant auxilio sublevari: dicant; In
monte Dominus videbit: & hoc est,
sicut Abrahæ misertus est, miserebi-
tur & nostri. *cap.* 33.

Et in Zachar. lib. 3. *sic ait.* Videre 2351
Dei subvenire est, visus Dei, magni-
tudo beneficij est. Exempli gratia. Gen. 22
Vbi Abrahã magnitudinem benefi- nu. 14.
cij persentit in hoc dicto: Non ex-
tendas manum tuam super puerum,
neque facias quidquam, appellavit
nomen loci illius, Dominus videt.
Vnde vsque hodie dicitur, In monte
Dominus videbit. *in fin. libri. Merito
idem mons secundùm tempus præsens di-
citur,* Dominus videt: *& secundùm
tempus futurum,* Dominus videbit, *nun-
cupabatur, quia pulcherrimum Christum
templo, & in ara Eucharistica spectaculu
quod in Isaaco iam tunc illic apparebat,
Divinos oculos recreabat, non satiabat; vi-
so enim Isaaco, adhuc Christum videre
appetebat. Vnde postquam dicitur,* Domi-
nus videt, *additur,* Dominus videbit.
Videt Isaacum, sed Christum videbit.

Gen 22. Per memetipsum iuravi,
dicit Dominus: Quia fecisti hãc rẽ, 2352
& non pepercisti filio tuo vnigenito
propter me: benedicã tibi, & mul- Gen. 22
tiplicabo semen tuũ, sicut stellas cæ- nu. 16.
li, & velut arenã, quæ est in littore & 17.
maris, *n.* 16. *&* 17. *Rupert. lib.* 4. *de
victor. Verbi.* Quibus, vel id quos iu-
ravit in promissione seminis, quod
est Christus? Duo sunt Patriarchæ
magni, Abrahã atq; David. Et hoc
ante omnia scire debemus; quia fe-
cit hoc ex gratia sua magis, quã ex
ipsorum meritis. Verumtamen ea-
dem eius gratia præveniente aliquo
modo ad hanc dignitatem fuere
præparati, ut dignaretur Deus
iura-

iuramento sese obligare cum illis. *capit.* 27.

2353 *Deinde sic progreditur Rupert.* De Abraham manifestius illud est, quia
Gen 22 nu. 16. & 17. fide obtulit Isaac cùm tentaretur &c. Ob hanc rem iusta gratia Deus, quod dudum absque iuramento promiserat, cum iuramento repromisit, in semine eius benedicendas fore omnes gentes, vtique semen Christus est. *cap.* 27.

Postea sic pergit Rupert Porro de David quærendum, quam ob virtutem maximé Deus illum dignum iudicaverit, ut iuraret illi, sicut testatur ipse? Et quidem non ita manifesté de illo scriptura refert, sicut de Abraham, quód dixerit illi Deus: Per memetipsum iuravi, quia fecisti rem hanc, vel illam, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. *cap.* 27.

2354 *Et optimé dubitationem resolvit in hunc modum Rupert.* Sed ratio docet,
Gen.22 nu. 16. & 17. non multò minoris esse meriti pepercisse inimico propter Deũ, quám non pepercisse vnigenito filio propter Deum. Hoc fecit David inimico suo infestissimo quærēti animam suam, inimico regi, cuius regnum sine dubio se suscepturum sciebat, ibi pepercit, vbi quærebat animam suam, quod eatenus fuerat inauditũ, sicut testatur & ipse Saul, admirans,
1 Reg. 24. & dicens ad eum: Quis enim cúm invenerit inimicum suum, dimittet eum in viam bonam? *cap.* 27.

2355 *Et tandem sic concludit Rupert.* Ob hanc maximè causam iuratum illi
Gen.22 nu. 16. & 17. esse arbitramur, quòd semen, vel caro eius assumenda foret in filium Dei, quia maximé causa ista facit filios Dei; sicut testatur ipse Dominus, cùm dicit, Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos, ut sitis filij Patris vestri, qui in cælis est. Dilexit inimicum, benefecit illi, non solúm parcendo, cùm occidere posset, verúm etiam plangendo, cúm ille occisus fuisset, & sic ut dictum est, maximè pro causa huiusmodi tali iuramento Dei dignus extitit. *capit.* 27.

Et lib. 13. *de victoria Verbi exponens eundem textum;* Per memetipsum iuravi &c. *sic ait Rupert.* Quidem cuncta hæc præter vnum adimpleta erant, Iesu Christo semine Abrahæ suscepto in cælum ad Dei thronum quia re vera in Sanctis Patriarchis, & Prophetis multiplicatum fuerat semen Abrahæ, sicut stellæ cæli, quas idem æternus sol Christus elevatus in cælum secum tulit, & possidebat illud semen portas inimicorum suorum, scilicet malignorum spirituum, quemadmodum dicit, Et fui mortuus, & ecce sum vivus, & habeo claves mortis, & inferni. Veruntamen pars magna restabat, pars nobis optabilis, & necessaria, quæ nobis gentibus tali enunciatione semel, & iterum reposita est: Et benedicentur in semine tuo omnes gentes: Ad hanc partem perficiendam Apostoli duodecim electi fuerant, atque reservati, ipso dicente: si ergo me quæritis sinite hos abire. *cap.* 3. Per memetipsum iuravi, &c. *Æquali ergo gratia à Deo, & in filium odium, & in inimicum amor compensatur: nec enim minoris est meriti velle filium propter Deum iugulare, quàm nolle inimicum propter Deum interimere* 2356 Gen.22 nu. 16. & 17. Apoc. 1.

Genes. 22. Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ. *num.* 18. *Rupertus lib.* 3. *de divinis offic. expendens illud Matth.* 1. Liber generationis Iesu Christi filij David, filij Abram, *num.* 1. *sic ait:* Cúm ergo tres primi, tres nominatissimi, Abraham, David, Ioseph, nominati, inquam, inter omnes, ad quos repromissio facta est, quærendum summopere est, quod Evangelista intendit, ut istos excellentiùs nominaret. Nimirum 2357 Gen. 22 nu. 18.

repromissionis incrementa considerauit, quibus Christus: homo, rex, atque Deus, diversis temporibus istis tribus repromissus est.

2358 *Deinde sic progreditur Rupert.* Nam Christum, quæ ad Abraham repromissio facta est, hominem verum protestata est: In semine, inquit, tuo benedicentur omnes gentes. Quæ autem ad David facta est, non solum hominem, sed & regem fore signavit. De fructu, inquit, ventris tui ponam super sedem tuam. Quæ veró ad beatum Ioseph

Ps. 131 facta est, manifestè Deum pronunciat, Pariet, inquit, filium, & vocabis nomen eius Iesum: ipse enim salvum faciet populum suum á peccatis eorum. Salvare enim á peccatis, solius Dei est. *cap.* 19.

2359 *Et tandem sic concludit Rupert.* Hæc eadem tria, id est, mortalem hominem, regem, atque Deum, tres Magi postmodum mysticis muneribus testati sunt, mira sancti spiritus operante gratia, ut quæ diversis temporibus genti Iudaicæ promiserat, eadem cuncta subitò addisceret bruta quondam, & indocta gentilitas. *cap.* 19. Quia obedisti voci meæ: *Ita enim Christus Dominus inobedientiam abhorruit, ut in remedium inobedientiæ, Factus obediens vsque ad mortem, moreretur: ita obedientiam adamavit, ut in præmium obedientiæ, antequam factus fuisset obediens, promitteretur.*

2360 *Genes.* 24. Erat autem Abraham senex, dierumque multorum:

Gen. 24 num. 1. & Dominus in cunctis benedixerat ei. *num.* 1. *Rupertus lib.* 6. *in Genes.* Non hoc vulgari more propter ætatis prolixitatem dictum est: Erat senex, dierumque multorum. Quippe cúm de illis, qui ante eum fuerunt, alij triplos, alij quadruplos, imó & nonnulli septuplos ætatis eius dies habentes nihil tale dictum sit: Ergo senex, dierumque multorum, id est, perfectæ fidei multorum operum bonorum. *capit.* 38. *Dierum multorum dicitur Abraham, & in cunctis à Deo benedictus fuisse memoratur; sicut enim nullus transibat dies, in quo Abrahamus ad Dei gloriam, aliquam non exerceret actionem: sic nullus præteribat dies, in quo Deus Abrahamus in vtilitatem ipsius, aliquam non impenderet benedictionem.*

Genes. 24. Non accipias vxorẽ filio meo de filiabus Chananæorum, 2361

inter quos habito. *num.* 3, *Rupertus lib.* 6. *in Genes.* Fidei simul, & casti laus est coniugij, res gesta hæc: quia videlicet nec senex Abraham nurũ de Chananæis quæsivit, vnde aliquod suppeditare posset solatium suæ peregrinationi: nec iuvenis Isaac vxorem ambivit, quam concupisceret oculis, sed eam, quam nunquam viderat, secundúm voluntatem præstolatus est patris. *cap.* 38. Gen. 24 num. 3.

Deinde sic progreditur Rupertus. 2362

Non enim in Abraham magno careret merito fidei, neque in Isaac vero testimonio castitatis, quód & ille peregrinationem suam propter Deum, in quo confidebat, sic amplexatus est, ut eorum, qui Deo non placebant, propinquitatem nullam sibi, aut posteris suis admitteret. Et hic ita iuventutis petulantiam supergressus est, ut illam expectaret coniugem, quam Deus daret, non quam concupiscentibus oculis, ipse cum dote magna rapuisset. *cap.* 38. *Sapiens pater aptam filio quærebat vxorem, eiusdem scilicet cum filio nationis, ne si essent dissimiles genere, absimiles forent moribus, & amoribus.* Gen. 24 num. 3.

Exod. 3. Et ait: Ego sum Deus 2363

patris tui, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. Abscõdit Moyses faciem suam; non enim audebat aspicere contra Deum, *n.* 6. *Et infrá* Hæc dices filijs Israel; Dominus Deus patrum vestrorum, Deus Abrahã, Deus Isaac, & Deus Iacob misit me ad vos: hoc nomen mihi est in æternum, & hoc memoriale meum in Exo. 3. num. 6, & n. 15.

in generatione, & generationem. *n.* 15. *Et in eodem lib. Exod cap.* 4.
Exo.4. num.5. Vt credant, inquit, quòd apparuerit tibi Dominus Deus patrum suorum, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. *n.* 5. *Rupert. lib.* 4: *de glorificatione Trinitatis ad illud Propheta Amos*, Ego visiones multiplicavi, & in manu Prophetarum assimilatus sum, *sic ait Rupert.* Prophetarũ præcipui, sive maximi, tres isti Patres fuerunt: imò sunt, Abraham, Isaac, & Iacob, cum quibus sancta Trinitas, vnus Deus testamentum suum disposuit, sicut Psalmista canẽs, cum præmisisset: Memor fuit in sæculum testamenti sui, quod disposuit ad Abraham, & iuramenti sui ad Isaac, & statuit illud Iacob in præceptum. Postmodum ita subiunxit.

Non reliquit hominem nocere eis, & corripuit pro eis reges.
2364 Ps. 104 Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari. Ergo ut illius convivij mysterio digni habeamur, scire debemus, quali assimilatione sancta Trinitas illic in hospitio patris Abrahæ assimilata sit, assertione nostra non indiget. Nam feré cunctis vbique notũ est, senis Abrahæ filium Isaac, quod interpretatur Risus, Domini nostri Iesu Christi, Filij Patris antiqui, & æterni, nascendo, & vivendo gessisse typum, qui sanctorum risus hominum, & omnium beatorum gaudium est Angelorum, cúm dicit, Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. *cap.* 22.

2365 *Et alibi, lib.* 5. *de glorificatione Trinit. exponens loca Exod. sic ait Rup.*
Exo.3. num.6. & 15. Exo.4. num.5. Quid proinde dicemus? Nunquid Patres sancti Abraham, Isaac, & Iacob pro eo minoris sunt gloriæ, vel meriti, quám Moyses, quia nomen suum Adonay non indicavit eis, indicavit autem Moysi in conspectu Pharaonis, & Ægyptiorum, cæterorumque gentium per operationem virtutum? *cap.* 3. *Et respondet idem Rupert.* Minimè, imò per hoc pretiosior coram Deo in oculis nostris fulget eorum magna fides, quód huiusmodi signis, quæ vsque hodie Iudæi petunt, sive linguis, quæ non fidelibus (ait Apostolus) sed infidelibus in signum sunt, non indiguit, ut cresceret. *cap.* 3.

Et exponens illud Pauli ad Hebr. 2366
11. Ideo Deus non confunditur vocari eorum Deus. Et veré non confunditur, quippe qui & vltro nomẽ hoc sibi assumpsit, nomen ipsorum dicens: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Hoc nomen mihi est in æternum, & hoc memoriale meum. Cúm ergo dicit: Et nomen meum Adonay, non indicavi eis, pulchré subauditur, Et tamen fides eorum magna fuit. *cap.* 3. Heb. 11 Exo. 3. num. 6. & 15.

Et infrà, sic concludit Rupert. Hæc 2367
idcirco dixerim, ut liquidó constet, quia non diminutio est gloriæ, & honoris seu dignitatis patribus illis, qui dixit: Et nomen meum Adonay non indicavi eis, imó & maioris esse meriti, quód absque illo indicamento tanti nominis, non visa tantarum operatione virtutum, exivit Abraham de terra sua, cùm isti vix post tantarum operationem virtutũ crediderunt, & secuti sint, ut habitarent in terra sibi ab ipso data. *cap.* 3. *Pulchrum Deus in nomine suo memoriale habere voluit, in quo horum trium servorum nomina conscripta conservaret, ut dum illa nomina, quasi in libello memoriæ lectitaret, ipsorum sibi Deo magna facta obsequia magnis beneficijs compensaret.* Exo. 6. num. 3.

Isaiæ 51. Attendite ad petram 2368
vnde excisi estis, & ad cavernam laci, de qua præcisi estis. Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram, quæ peperit vos: quia vnum vocavi eum, & benedixi ei, & multiplicavi eum. *n.* 1. *&* 2. *Rup. in Abdiam Prophetam ad illud cap.* 1. *ipsius Abdiæ*: Superbia cordis tui extulit Isai. 51 n. 1. & 2.

te habitantem in scissuris petrarum. *n. 3. sic ait*: Quæ est illa petra? Tuus secundùm carnem pater, Abraham. Hinc namque Isaias, Attendite, inquit, ad petram, vnde excisi estis, & ad cavernam laci, de qua præcisi estis; Abraham, & Saram volens intelligi: subiungit enim protinus & dicit: Attendite ad Abraham patrē vestrum, & ad Saram, quæ peperit

Ioan. 8. vos. In scissuris illius petræ tu habitas, & inde superbia te extulit. v. g. dum dicis, semen Abrahæ sumus, pater noster Abraham est. Hæc & huiusmodi, superbia te extollente, dicis, scilicet superbiendo contra petram illam, quæ in fundamento posita, & Abraham, & cæteros omnes sanctos, qui petræ, sive lapides vivi propter fidem dici merentur, portat. *lib. 1. Ergo viros ad conspiciendum Abraham: fœminas autem ad conspiciendam Saram Dominus convocabat, ut se in illis, quasi in speculis videant, deprehensasque in se ipsis maculas abluere curent, seque ad formas virtutū, quas in Abrahamo, & Sara aspexerint, studeant efformare.*

2369 *Osea* 12. Et locutus sum super Prophetas, & ego visionem multiplicavi, & in manu Prophetarum assimilatus sum. *n.* 10. *Rupert. de glorificatione Trinit. lib.* 5. Laudare non sufficimus viros tam gloriosos secūdùm fidem parentes nostros Abrahā, Isaac, & Iacob, quibus tam multam facit gloriam Trinitas Deus, ut sub nominibus eorum, nomen suum designari dignaretur, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Quod nomen manifestè non dum portare poterat mundus. Re vera tres isti sunt Prophetæ, de quibus maximé in Oseæ dixerat idem Deus: Et locutus sum super Prophetas, & ego visionem multiplicavi, & in manu Prophetarum assimilatus sum. *cap.* 5.

Ose. 12. nu. 10.

2370 *Deinde sic pergit Rupert.* Dicendū ergo, quamvis breviter, quomodo vel quibus rebus gestis in manu Prophetæ Abraham, Deus Pater: & in manu Prophetæ Isaac, Deus Filius: & in manu Prophetæ Iacob, cooperante matre Rebecca, Deus Spiritus Sanctus assimilatus sit? Abraham pater excelsus, Abraham pater multarum, subauditur gentium, interpretatur. Et quis pater veraciter excelsus, nisi Deus Pater Domini *2 Cor. 1* nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, ut ait Apostolus, & Deus totius consolationis? Et quis veraciter pater multarum gentium, nisi idem Deus per gratiam pater omnium nostrùm ex quacumque gente credentium. *cap.* 5.

Ose. 12. nu. 10.

Pergit adhuc sic Rupert. Isaac risus 2371 interpretatur, & quis talis risus, ut est Dominus Iesus Christus Dei Filius? In nativitate, & ante nativitatem illius Isaac in novissima promissione, riserunt ambo parentes eius, amplius autem mater, quæ nato illo dixit: Risum mihi fecit Deus *Gen. 21* quicumque audierit, corridebit mihi. Nonne illud simile est huic, quod nato Dei Filio ex vtero Virginis, mater superna Hierusalem risit. Ri- *Luca 2* sit enim, idest, cantavit gloriam Dei *nu. 14* in excelsis, & cantando gaudium suum, gaudium nostrum, risum magnum hominibus bonæ voluntatis evangelizavit. *cap.* 5.

Ose. 12. nu. 10.

num. 6.

Tandem sic concludit Rupert. Iacob supplantator interpretatur. Et 2372 quis ita supplantator, ut est Spiritus *Ose. 12* sanctus? Nec enim indecens est Deo *nu. 10.* supplantationis verbum, præsertim cúm in Psalmo scriptum sit: Exur- *Psal. 16* ge Domine præveni eum, & sup- *ver. 13.* planta eum, subauditur populum Iudaicum, ut auferatur eis, & alijs detur adoptio filiorum, & gloria, & testamentum. *cap.* 5.

Assimilatus dicitur Deus: non vná tamen solùm, sed tribus similitudinibus 2373 *effigiatur, quibus Deus in Essentia vnus,* *Ose. 12.* *in Personis trinus exprimitur: humanis* *nu. 10.* *verò imaginibus non tantùm Filius solus homo futurus, sed & Pater, & Spiritus sanctus voluit apparere, ut omnes personæ*

erga

erga hominem divinum amorem propalarent, quælibet enim hominem, cuius similitudinem gerebat, adamabat.

2374 *Matth.* 1. Liber generationis Iesu Christi filij David, filij Abrahã. *n.* 1. *Rupert. in cap.* 1. *Matth.* Quatuor insignia sunt notissima gloriæ, & honoris huius Filij hominis, quia Deus est, & homo, rex, & sacerdos. si rité consideres, nihil horum hîc tacitum est. Nam ipso nomine, quod est Iesus, id est, salvator, cuius nominis causa est, quia salvat á peccatis, quod facere est solius Dei, Deus asseritur, Deus verus esse cognoscitur. Porro sequenti nomine, quod est Christi, & interpretatur unctus, prædicatur unctus rex, unctus sacerdos, rex, & sacerdos, qui patribus suis iure successit patri regi, patri sacerdoti; regi David, Abrahæ sacerdoti, quod prædicat hic titulus rutilans, & taliter enuntians, Filij David, Filij Abraham, rex namque David, sacerdos Abraham fuit: quippe qui obediens, & fidelis, filium suum Deo in holocaustum obtulit. Primogenitus quippe fuit Tharè patris sui, & secundúm morem ipse sacerdos fuit. *in Comment. Cur quæso, Evangelista nec Abraham sacerdotem, nec Davidem Regem in hoc libri titulo appellavit? Ut ostenderet coram Domino, quem vocabulum (Christus) sacerdotem, ac regẽ indicabat, neminem posse sacerdotem, neminem posse regem dignè nuncupari.*

Matt. 1 *num.* 1.

2375 *Ioan.* 8. Abraham pater vester exultavit, ut videret diem meum: vidit, & gavisus est. *n.* 56, *Rupert. in Ioan. cap.* 8. Magna, & mira sententia, qua & magnum patris Abrahæ meritum, & longè maius suæ magnitudinis prædicat testimoniũ. Quid enim est quod ait: Exultavit ut videret diem meum, nisi illud, quod & nos in eodem patre fidei nostræ rectè miramur, quia primus ad præceptum Dei longam, & laboriosam sustinuit peregrinationem, sic, non quasi tristitiam, aut necessitatem, sed ut veré magnæ lætitiæ expectationem. *lib.* 9.

Ioan. 8. *nn.* 56.

Deinde sic infert Rupert. Hoc ergo magnum quidem est patris Abrahæ meritum, quód hanc eius obedientiam Dei Filius appellat exultationem, sed longè maius est sui ipsius testimonium, quod diem suum fuisse testatur, eiusdem exultationis præmium, dicendo: Exultavit, ut videret diem meum. Et vidit, inquit, & gavisus est. Tunc quippe diem Domini Abraham vidit, cúm in figura summæ Trinitatis Angelos hospitio suscepit. Quibus profectò susceptis sic tribus quasi uni locutus est, quia etsi in personis numerus Trinitatis, in natura unitas Divinitatis est. *lib.* 9. 2376

Ioan. 8. *nn.* 56.

Adhuc sic pergit Rupert. ad illud, Vidit, & gavisus est. *n.* 56. Quis autem pensare potest illud beati senis gaudium, quando accepit divinæ exultationis suæ præmium, scilicet filiũ, veracis Dei testimonium, posteritatis initium, generis fundamentum, salutis argumentum, nascituri Christi seminarium? Quis, inquam, nisi quem eadem fides animavit persentiscere potest gaudium amici Dei, quo dilatabatur anima eius, cúm staret familiariter cum illo sub arbore, á cuius facie timidè abscondit se reus Adam sub arbore, & cibis suis illum pasceret, quem ille per cibi rapinam offenderat, suamque radicẽ vetus oliva reviviscere conspiceret ad proferendum fructum, qui tandem vetiti ligni morsus expiaret? *lib.* 9. *Diem, quo Abrahamus recipiens in tabernaculo suo Dominum, exultavit, suum Christus Dominus hîc appellat:* Diem meum. *Diem namque, in quo Divinæ præsentiæ beneficio servum honoraverat, suum diem esse rex munificus reputabat.* 2377

Ioan. 8. *nn.* 56.

Epist. ad Hebr. cap. 11. Fide demoratus est in terra repromissionis, tanquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac, & Iacob cohæredibus repromis. 2378

Ad Hebr. 11. *n.* 9. & *nn.* 13. 14. 15.

promissionis eiusdem. *n.* 9. *Et infrà.* Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus, sed á longè eas aspicientes, & salutantes, & confitentes, quia peregrini, & hospites sunt super terram. Qui enim hæc dicunt, significant, se patriam inquirere. Et si quidem ipsius meminissent, de qua exierunt, habebant vtique tempus revertēdi: nunc autem meliorem appetunt, id est, cælestem. *à num.* 13. *Rupertus de glor. & honor. Filij hom. lib.* 4. *expendens illud Matth.* 5. Beati pauperes Spiritu. *n.* 3. *sic ait.*

2379 Quód pauperes spiritu verè beati sint, vel quòd ipsorum sit regnum cælorum, Abraham, Isaac, & Iacob pro exemplo, vel testimonio sunt, qui pauperes spiritu fuerunt, sicut enarrat sacræ historiæ textus, & memorat Apostolus. Confitentes, inquit, quia peregrini, &c. Nonne hæc est paupertas spiritus, non appetere patriam in terris, & humiliter expectare repositam in cælis in manu Dei. Ideo, inquit, non confunditur vocari eorum Deus. Paravit enim illis civitatem. Quid aliud est illa civitas, nisi regnum Cælorū? *lib.* 4. *cit Pauperum nō confunditur Deus vocari. Quid mirum, cúm amore pauperum pauper voluerit fieri, & nominari, ut nos pauperes sua paupertate, non solùm ditaret, sed & honoraret, iuxta illud Pauli* 2. *ad Cor.* 8. Quoniam propter vos egenus factus est, cúm esset dives, ut illius inopia vos divites effetis. *num.* 9.

Ad Hebr. 11. *à n.* 13.

2 Cor. 8. nu. 9

Ex D. Bernardo.

2380 Genes. 12. Dixit autem Dominus ad Abram, Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrabo tibi. *n.* 1. *D. Bernardus.* Exeamus de terra nostra ut non comprehendat nos cogitatio spectans ad voluptatem carnis. Exeamus de cognatione nostra, idest, á cogitationibus curiositatis, quæ nimirum cum sensibus corporeis habitet, carnali vtique cognata est voluptati. Exeamus etiam de domo patris nostri, ut fugiamus cogitationes superbiæ, & vanitatis. Eramus nos aliquando sicut & cæteri filij iræ, eramus ex patre diabolo, qui nimirum rex est super omnes filios superbiæ, & in montibus elationis sedem sibi, atque habitaculum infelicissimum præparavit. *Serm. de cute, carne, & ossibus animæ.*

Gen. 12 *num.* 1.

Et scribens ad Abbatem Sancti Ioannis Carnotensis, qui peregrinationem ad sancta loca intentabat, sic ait D. Bern. 2381
Et quidem tendenti ad perfectionē, patriam relinquere for talsis expediat, dicente Deo: Exi de terra tua, & de cognatione tua. Sed qua ratione curam tibi creditam animarum exponere debeas omnino non video. Quid enim? Blanditur depositæ sarcinæ libertas? Sed charitas non quærit, quæ sua sunt. Fortè quietis provocat, & ocij gustus suavior? Sed evacuatur dispendio pacis. Libenter carebo quantolibet etiam spirituali quæstu, qui non possit acquiri, nisi cum scandalo. Vbi enim scandalum, ibi proculdubio charitatis est detrimentum. Vbi autem diminutio charitatis, miror: quod, vel quale possit spiritualis exercitij sperari lucrum. Denique si propriam quisque quietem communi prætulerit vtilitati, quis iam veraciter dicere poterit. Mihi vivere Christus est, & mori lucrum? Vbi erit quod iterum dicit Apostolus: Nemo sibi vivit, & nemo sibi moritur? Et, Non quod mihi vtile est, sed quod multis? Et, Vt qui vivit, iam non sibi vivat, sed ei, qui pro omnibus mortuus est. *Epistol.* 82.

Gen 12 *num.* 1.

Philip. 1. *Ro.* 14 *1 Cor.* 10. *2 Cor.* 5.

Et alibi sic ait D. Bernard. Abraham ille fidelis senex ad iussionem Domini reliquit terram nativitatis suæ, 2382

Gen. 12 *num.* 1.

suæ, & quamvis in multis locis frequentes iniurias, gravesque perpessus foret labores, nunquam cæptæ obedientiæ pænituit. In tantúm enim per obedientiam, & fidem placuit Deo, ut ei de Christo primùm repromissio fieret. *lib. de ord. vitæ.*

2383 Gen. 12 num. 1. *Et iterum exponens eundem textum sic ait D. Bern.* Procedat in medium magnus ille Patriarcha, fidei lumen, obedientiæ forma, iustitiæ principatus. Audit ab omnipotente: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstravero tibi: & ad vnius iussionis vocem patriam fugit, relinquit parentes, deserit hæreditatem, & aliorum fines hospes ingreditur novus. Magna res, & primitivæ dignitatis privilegio in patre multarum gentium cõsecrata. Primus primúm suis facultatibus renunciat, & obedientiæ viam indefessa velocitate percurrit. *Serm. de virt. obedien. & eius gradib. Adhuc expendens eundem locum, ita loquitur D. Bern.* Abrahæ præcipitur exire de terra, & de cognatione sua, ut videre, & possidere mereatur terram viventium. *Episto.* 107. Egredere de terra tua. *n.* 1. *Prophetarum primus, qui à Deo ante alios omnes Propheta meruit nominari. Genes.* 20. Propheta est. *n.* 7. *cùm in patria sua in officio prædicandi acceptus esse non posset, Luc.* 4. Quia nemo propheta acceptus est in patria sua. *n.* 24. *E patria debuit commigrare, ut qui suis invidentibus ingratus esset, alienis diligentibus gratus foret.*

2384 Gen. 15 num. 5. *Genes.* 15. Eduxitque eum foras, & ait illi: Suspice cælum, & numera stellas, si potes. Et dixit ei: Sic erit semen tuum. *n.* 5. *D Bern.* Siquidem respirandum est nobis, & nullatenus desperandum, donec in terra adhuc interim constituti, & suspicere cælum possumus, & suscipere data optima, & dona perfecta de sursum á Patre luminum, á Patre spirituum, á Patre misericordiarum. Nam, & propterea rectum fecit hominem, etiam corpore ipso, & os homini sublime dedit, cúm prona vtique spectent animantia cætera terram: ut attollens ad sydera vultus, ilico suspiret, vbi tam beatam, & perennam conspicit mansionem. *ser. in festo S. Martini de exempl. obed.*

Deinde sic progreditur D. Bern. Nonne enim pié, & fideliter intuentibus nobis vehementissimum quoddam incentivum amoris, & provocatio flagrantissimi desiderij est visio ipsa tam lucidissimæ regionis? Non sunt stellæ cæli similes glebis terræ. Inter splendorem solis, & caliginem luti huius, non parva distantia est. Forté tamen hìc quoque nonnulla, sed in suo genere pulchra videntur: & hæc ipsa vndique mixta non pulchris, ut aurum in luto, gemma in sterquilinio, lilium inter spinas. Tota pulchra es patria mea, & macula non est in te: tota pulchra es, absq; eo, quod intrinsecus latet. *eodem ser.* 2385 Gen. 15 num. 5.

Et iterum idem D. Bernar. Nõ sine causa cælum hoc dicitur: planè eximium nescio quid celatur in eo. Celatur, inquam, sed tamen non negatur fidei vsquequaque. Videre enim nobis datur in terra ipsam exteriorem cæli pulchritudinem, non autem: internam quoque gloriam secretorum eius, etsi non comprehendere conceditur, vel audire. *ser in festo S. Martini. Dum cælum, ut alter Abrahamus, sanctissimus parens meus Ignatius aspiciebat, solum despiciebat: profusisque lacrymis dulcissima ex pectore imo suspiria trahens, hæc verba inter alia proferebat:* Heu quã sordet terra, cúm cælum aspicio. 2386 Gen. 15 num. 5.

Genes. 15. Credidit Abram Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. *n.* 6. *D. Bernar. Respondens ad hanc quæstionem, quam hæreticus quidam illius temporis proponebat:* Nunquid etiam pauperem illum, qui in sinu Abrahæ requiescebat, sicut & divitem damnatum diabolus cruciabat, aut etiam in ipsum Abraham dominium habebat? 2387 Gen. 15 num. 6.

bat? *Et sic respondet:* Non, sed habuisset, si non liberati fuissent fide futuri, sicut de ipso Abraham scriptum est: Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Item Abraham exultavit, ut videret diem meum: & vidit, & gavisus est. Propterea iam tunc sanguis Christi rorabat etiam Lazaro, ne flammas sentiret, quod & ipse credidisset in eũ, qui erat passurus. *Epist.* 190. *Credidit Abraham Deo, Lazarus etiã Deo credidit: non sic dives ille, qui flammis cruciabatur inferni. Si enim hic in Christum venturum credidisset, qui amore hominũ suum erat sanguinem effusurus, non aquæ guttam, sed guttam sanguinis postulasset, qua inferni frixoriam in paradisi refrigerium commutaret.*

2389 Gen. 17 num. 5. 15. & 16. *Genes.* 17. Nec vltra vocabitur nomen tuum Abram: sed appellaberis Abraham: quia patrem multarum gentium constitui te. *n.* 5. *Et infrà.* Dixit quoque Deus ad Abraham: Sarai vxorem tuam non vocabis Sarai, sed Saram, & benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus sum, eritque in nationes, & reges populorum orientur ex eo. *nu.* 15. *&* 16. *D. Bern. ad illud Isaiæ c.* 9.

Isai. 9. num. 6. Vocabitur nomen eius, Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis. *n.* 6. *sic ait:* Dominus meus admirabilis fuit in nativitate, cõsiliarius fuit in prædicatione, Deus in miraculorum corruscatione, fortis in passione, pater futuri sæculi in resurrectione, princeps pacis in illa æterna beatitudine. *serm. de nat. Dom.*

2390 Gen 17 num. 5. *Deinde sic progreditur D. Bernar.* Non terreamini novitate verborũ: quia nihil novum introducitur. Sic & olim nomina commutata, & effusa sunt: Abram in Abraham, Sarai in Saram, & si quas alias immutationes in illa veteri officina vos legisse recolitis. Sed & ab ipsis pene mundi principijs, in arcano quodã scripturarum loco divini nominis, effusionem invenisse me recolo. *serm. cita.*

Et sic illam aperit D. Bernard, Loquitur Dominus ad Moysen de liberatione Israelis, & post multam Dei & Moysi confabulationem, propheta subtiliter inquirit nomen eius. Et Dominus dicit: Ego sum, qui sum, hoc est nomen meum in æternum. Hæc dices filijs Israel: Qui est misit me ad vos. Perterritus Moyses inextricabilis auctoritate vocabuli, ac si diceret, Hoc excedit intellectum meum, non possum capere nisi effundatur, audiat á maiestate: Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. Vides effusionem. Ecce Deus Angelorum vocat se Deum hominum. *serm. cit. de nativit.* 1. 2391 Gen. 17 num 5.

Et scribens ad Eugen. Pap. qui antequam ad pontificatum eligeretur, appellabatur Bernardus, & sub disciplina D. Bernardi inter cæteros eiusdem sancti in Christo filios fuerat educatus, sic ait D. Bernard. Si dignaris quodammodo, per Evangelium ego te genui. Quæ est ergo spes nostra: & gaudium nostrum: & corona gloriæ? Nonne vos ante Deum? Denique Filius sapiens gloria est patris. Ammodo tamẽ nõ vocaberis filius, sed vocabitur tibi nomen novum: quod os Domini nominavit. Hæc est mutatio dexteræ excelsi, & multi in mutatione ista gaudebunt. *Epist.* 237. 2392 Gen. 17 num. 5. Psa. 76.

Pergit iterum D. Bernar. Nam quemadmodum olim Abram in Abraham, Iacob in Israel: & ut de tuis magis prædecessoribus tibi proponam: sicut Simon in Cepham, Saulus in Paulum, sic filius meus Bernardus in patrem meum Eugenium, læta prorsus, & vtili, ut speramus, translatione promotus est. Digitus Dei est iste: suscitans de pulvere egenum &c, ut sedeat cum principibus & solium gloriæ teneat. *Epistol. eadem* 237. 2393 Gen. 17 num. 5. Mat. 3 Act. 13

Adhuc sic progreditur D. Bernar. Superest, ut facta hac mutatione 2394

tui,

Gen. 17 num. 5 & n. 15 & 16. tui, ipsa quoque, quæ tibi commissa est Domini sponsa mutetur in melius: & iam nequaquam Sarai, sed Sara de cætero nominetur. Intellige quæ dico. Dabit enim tibi Dominus intellectum. Si amicus sponsi es, ne dixeris dilectam eius principẽ meam, sed principem: nihil tuum in ea vendicans, nisi quod pro ea, si oportuerit, etiam animam dare debes. Si Christus te misit, æstimabis te non ministrari, sed ministrare venisse: & ministrare non solùm substantiam sed ipsam quoque animam, sicut præfatus sum. *Epist. 237. Non solùm viri nomen, sed & uxoris vocabulum Dominus commutavit in melius; ne, si vnius tantùm appellationem immutaret, alterius in alterum de honore vni tantùm concesso, invidiam excitaret.*

2395 *Genes.* 18. Apparuit autem ei Dominus in convalle Mambre sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso fervore diei, cúmque elevasset oculos, apparuerũt ei tres viri stantes propè eum: quos cùm vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi, & adoravit in terram. *n. 1. & 2. D. Bern.* Abraham tres vidit, & vnum adoravit: sed ibi scripturæ sacræ reverentia nũc mixtim, nunc separatim claudit eloquium; ut modò Dominum, modo viros placeat appellare. Iudæi tamẽ hic magnam texunt reprehensionis parabolam, tres Angelos á Domino missos asserentes: vnum ad nativitatẽ Isaac prædicendam, duos ad subvertendã Sodomam delegatos. *serm. de privilegijs Beati Ioannis Baptistæ.*

Gen. 18 num. 1. & 2.

2396 *Progreditur adhuc D. Bernard. referens opinionem Rabbinorum.* Illum veró, cum quo iustus loquitur, dicens: Domine, si inveni gratiam in oculis tuis, prophetali spiritu cognovisse somniantẽ nativitatis Isaac venisse præconem. Illum adorat Abraham, sicut Bersabee David regem socijsque eius propter ipsius reverentiam indefessus assistit. Vnde & non nisi duo in subversione civitatũ infidelium numerantur, illo superiori iam reverso, qui nativitatẽ Isaac fideli devotione compleverat. Tres enim & viri Saram vocari præcipiunt, sed vnus est, qui promissionis insperatæ manifestat arcanum. Hoc Iudæi, & qui magis elegerunt iudaizare, quàm credere. Sed, ut breviter concludamus, omnis Patriarcharum, sive Prophetarum societas, nullam vel in sermonibus, vel in rebus de Patre, & Filio, & Spiritu sancto apertè legitur fecisse mentionem. *serm. cit.*

Gen. 18 num. 1. & 2.

2397 *Et alibi ad eundem locum sic ait D. Bernard.* Habete diligentiam hospitalitatis, quia per hanc multi placuerunt Deo. Abraham pater vester pro studio sancto, quod in suscipiendis peregrinis habere solitus erat, Angelos hospites suscipere meruit. Et vos itaque simili forma, non Angelos, sed Dominum Angelorum suscipite in peregrinis, pascite in egenis, operite in nudis, visitate in languentibus, redimite in captivis. Talibus hostijs promeretur Deus, qui in iudicio dicturus est: Quod vni ex ijs minimis meis fecistis: mihi fecistis. *Epist.* 241.

Gen. 18 num. 1. & 2. Matth. 25.

2398 *Non est prætereundum silentio illud, quod hic textus sacer videtur indicare; quòd scilicet Abrahamo etiam antequam oculos elevaverit, apparuerit Dominus: Angeli verò tres in speciebus humanis ambulantes, non nisi postquam Abrahamus oculos elevavit, eidem apparuerint. Primus ergo ei solus Dei Filius in hominis formâ apparuisse videtur, ut qui amore Abrahami, & illius videndi desiderio tanquam alis: Angelicum in volando celeritatem superarit; adeoque Abrahamo dilecto suo appropinquaverit, ut ab illo quasi puerulus, qui in sinu illius sedentis acquiesceret, quin elevaret oculos posset videri, priusquam Abrahamus tres Angelos, elevatis iam oculis, inspectaret.*

2399 *Genes.* 18. Respondensque Abraham ait: Quia semel cœpi, loquar

Gen. 18 à n. 27. quar ad Dominum meum, cùm sim pulvis, & cinis. Quid si minùs quinquaginta iustis quinque fuerint delebis &c. á n. 27. *D. Bern.* Si igitur oret, qui erat, tanquam assumptus, & præsentatus ei, qui sedet super excelsum thronum in Angelis, qui minimè ceciderunt, & elevatum in hominibus, quos suscitavit de pulvere inopes: sic, inquam, semetipsum consideret, & sic attendat, tanquam præsentatum Domino maiestatis, ut dicat cum Abraham: loquar ad Dominum meum, cùm sim pulvis & cinis. Et quia tuo præcepto commonitus, tua institutione formatus, id præsumo Domine, sons pietatis. *Ser. de quatuor modis orandi.* Quia semel cæpi. *Benevolentia Domini veniã propter quinquaginta iustos reliquis peccatoribus promittentis fiduciam in Abrahamo petendi etiam propter pauciores indulgentiam excitavit: agnovit enim Dominum non tam ad inferendam pœnam odio peccatorum, quàm ad conferendam veniam amore iustorum, inclinari.*

2400 *Genes.* 21. Eijce ancillam hanc, & filium eius: non enim erit hæres filius ancillæ cũ filio meo Isaac. Durè accepit hoc Abrahã pro filio suo. *n.* 10. *&* 11. *Et cap.* 22. Tolle filium tuum vnigenitum, quẽ diligis, Isaac, & vade in terram visionis: atque ibi offeres eum in holocaustum super vnum montium, quem monstravero tibi. *n.* 2. *D. Bern. in parvis sermonib. expendens illud Psal.* 56. Paratum cor meum Deus, paratum cor meũ. *v.* 8. *sic ait:* Via regia, fratres, nec ad dexteram declinat, nec ad sinistram. Porro invenire est hominem semel quidem paratum, non quidem secundò.

Gen. 21 nu. 10. & 11. Gen. 22 num. 2. Psa. 56.

2401 *Deinde sic progreditur,* Si dixerit ei Deus: Eijce ancillã, & filium eius dico autem opera carnis: non cunctatur. Si dixerit, Immola mihi filium tuum, quem diligis Isaac: hoc planè item patienter audire non potest, ut fraternæ vtilitatis, aut vnitatis gratia, spiritualis sustinere videatur studij detrimenta. Quidni abijciat facilè servus Christi quicquid ad corporeum pertinet voluptatem. At verò spirituali iucunditate æquanimiter fraudari, quando aut obedientia cogit, aut fraternæ charitatis ratio postulat, hoc planè magnum, & Deo gratum offerre est holocaustum. Memento tamen non Isaac in hoc sacrificio, sed arietem contumaciæ iugulari. *serm.* 43. *Durum priùs Abrahamo fuisse dicitur in exilium Ismaelem filium emandare: cui tamen postea durum fuisse non refertur Isaacum filium iugulare. Nec mirum, Abrahami namque erga Deum amor, qui in præcepto de filio in exilium emandando amorem erga Ismaelem filium superaverat, per victoriam fortior in præcepto de filio in holocaustum offerendo, de amore erga Isaacum filium suum dilectissimum faciliùs triumphabat.*

Gen. 21 nu. 10. & 11. Gen. 22 num. 2.

Genes. 22. Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis &c. *n.* 2. 2402 *D. Bern.* Quærentibus de obedientiæ pondere, seu discrimine inobedientiæ, á latere indicit vobis, & de merito vtriusque quærendum, vtrũ videlicet in quibusque præceptis quantum obedientia valet, tantum gravet inobedientia: ut v. g. Abraham de immolando filio tantùm divinæ indignationis, & vltionis merito incurrisset, si non obedisset, quantum laudis, & gratiæ recepit, pro eo quòd obedivit. Quod vobis quidem & durum videtur, & necessarium, sed non est ita. Enimverò constat, nonnulla nec fieri sine gloria, & posse non fieri sine culpa: ideoque si fiant, digna esse præmijs, non tamen supplicijs, si non fiant, *tract. de præcepto, & dispensat. cap.* 19:

Gen. 22 num. 2.

Et infrà. Quænam ergo vos necessitas cogit parere in singulis, quæ iniuncta fuerint, & formidare vltionem de transgressione, & de observatione sperare remunerationem? 2403 Ea propter in talibus generalis hæc regula teneatur, ut in difficilioribus quidẽ

Gen. 22 num. 2.

quidem agendis obeditio gratior, quám gravior prævaricatio iudicetur: & in facilioribus, minúsque onerosis contemptus damnabilior, quàm actus laudabilior æstimetur. *tract. citat.*

2404 *Et alibi, exponens eundem textum sic ait D. Bernard.* Labor fictus
Gen 22 est in præcepto. Oblatus siquidem
num 2. Isaac, sanctificatus est: non mactatus:
Psa. 93 Et tu igitur, si vocem Domini audieris intus in animo: & dicatur tibi, ut offeras Isaac, tuum quodcumque est gaudium immoles Deo (interpretatur enim Isaac, gaudium, seu risus) fideliter, & constãter obedire ne timeas. Nimirum etsi rem grandem tibi dicit Propheta, facere debes: & obtemperandũ ei per omnia: etiam si oportuerit ipsum Isaac iugulari. Nunc autem quidquid affectio propria iudicet, securus esto: non Isaac, sed aries morietur: non peribit tibi lætitia, sed contumacia, cuius vtique cornua vepribus hærent, & sine punctionibus anxietatis esse non potest. *sermonib. de verbis Evangelij*, Dixit Simon Petrus &c.

Adhuc sic progreditur D. Bern.
2405 Tentat enim te Dominus Deus tu-
Gen. 22 us, nec mactabitur Isaac, ut opina-
num. 2. ris: vivens vivet. Sed elevatus est vtique super ligna, ut in sublime gaudeas: nec in carne propria, sed in cruce Domini glorieris, per quem nimirum crucifixus & ipse es: sed crucifixus mundo, nam ei vivis *ser. citat.*

2406 *Et alibi.* Cúm accepisset filium in senectute sua, in quo totius mundi
Gen.22 benedictio fuerat cumulanda, dicit
num.2. ei Deus: Tolle filium tuum vnigenitum &c. O quanta in verbis istis amaritudo, quanta á corde patris separatio pietatis? Iubetur namque filium occidere, os ex ossibus suis, & carnem de carne sua: filium magnæ promissionis, extremæ senectutis, propriæ mulieris: filium mirabiliter promissum, fæliciter natum, educatum innocenter. Et ne quid deesset, ut tenerrimum intra paterna viscera doloris incendium exundaret, additur, vnigenitum. Sunt nãque multi filij, sed non vnigeniti. Iste sic est filius, ut & vnigenitus. Iste vnicus patri, vnigenitus matri, hæreditati reservatus. Ne respicias ad Ismael, quia qui in servitute, & ex ancilla genitus fuerat, ad libertatem & hæreditatem minimé pertinebat. *serm. de virt. obedient.*

Deinde sic progreditur D. Bern. 2407
Quia verò multi sunt filij, & vnige- Gen.22
niti, sed non dilecti: ad exaggeran- num.2.
dam in corde patris tribulationem, & comprobandam in mente iusti obedientiam Dominus subiungit, Quem diligis, Vt verò teneritudo patris ex memoria dilecti nominis recrudesceret, & interior pietas ad dilectæ vocis sonum tota ferveret, puer nominatur ex nomine, quod vocatum erat á Domino, priusquam in utero conciperetur. Vides quantis tribulationum malleis Abrahæ pietas feriatur, cui præcipitur, ut filium tollat, occidat vnigenitum, quem diligit, immolet, Isaac percutiat? *serm. de virt. obed.*

Et tandem sic concludit D Ber- 2408
nard. Multúm tentatus, multúm
probatus, adustus est multúm; dul- Gen. 22
cis relatio filij ad patrem, patris ad num. 2.
filium. Hanc dulcedinem, & omnis affectus vicissitudinem obliviscitur Abraham, ligna componit, ignem accendit, eximit gladium. Non à Domino quærit, Quare? Non murmurat, non conqueritur, non saltem vultum doloris ostendit: sed omnium, quæ præcipiuntur gnarus: in mortem filij pia crudelitate festinat. Ideo summæ, & admirabilis obedientiæ virtus in Abraham, & singularis excellentiæ laudibus prædicanda. *ser. cit. de virt. obedi.* Tolle filiũ. *n.* 2. *Qui inter brachia*

Tt *in sinu*

sinu iuxta cor suum tollere consueverat pater blandus baiulus factus amoris, eundem à Deo iubetur tollere pater, ut durus carnifex fiat cruoris. O mutatio dexteræ excelsi tentatis, qua sic mutatur dextera auscultantis. Dextera, quæ tenerum filium solebat amplexari, gladium arripit, quo filium properat immolare.

2409 *Genes.* 23 Dixitque ad eos: si placet animæ vestræ, ut sepeliam mortuum meum, audite me, & intercedite pro me apud Ephron filium Seor: ut det mihi speluncam duplicē, quam habet in extrema parte agri sui: pecunia digna tradat eam mihi coram vobis in possessionem sepulchri. *n.* 8. *&* 9. *D. Bernard.* Exercitium geminæ pietatis hæc est spelunca duplex, in qua Patriarchæ sepeliuntur. *lib. de sententijs.* In possessionem sepulchri. *n.* 9. *Erat hoc sepulchrum amphitheatrum, in quo mortis horror amorem uxoris in Abrahami pectore, oppugnabat, at non expugnabat: dū enim Abrahamus non uxoris tantùm, sed & sibi in illa duplici spelunca sepulchrum comparabat, victo mortis horrore, victoriæ palmam amori erga uxorem tribuebat.*

Gen. 23 num. 8. & 9

2410 *Genes.* 24. Dominus Deus cæli, qui tulit me de domo patris mei, & de terra nativitatis meæ, qui locutus est mihi, & iuravit mihi, dicēs: Semini tuo dabo terram hanc: ipse mittet Angelum suum coram te, & accipies inde uxorem filio meo. *n.* 7. *D. Bernard expendens illud Angeli verbum apud D. Lucam cap.* 1. Ave gratia plena. *n.* 28. *sic ait.* Quærit Angelus puellam, quam præparavit Dominus filio domini mei. Bibit ipse de hydria tua, cognata sibi virtute delectatus. Sed nunquid non etiam iumentis potum tribues? Bibit Angelus quòd virum non cognoscis: bibant iumenta, quòd de humilitate singulariter gloriaris. *serm. de B Vir. Maria. Ubi alludit ad illud.*

Gen. 24 num. 7.

2411 *Genes.* 24. Quæ respondit: Bibe domine mi, celeriterque deposuit hydriam super ulnam suam, & dedit ei potum. Cúmq; ille bibisset, adiecit: Quin & camelis tuis hauriā aquā donec cuncti bibāt. *n.* 18. *&* 19 *Ergo Abrahamus ex beneficijs sibi à Domino concessis, beneficium filio concedendum, à Deo scilicet Angelum mittendum, ut sponsa filio adduceretur, inferebat; ut qui sciret regis munificentissimi beneficētiam ex concessis beneficijs à concedendis minimè retardari, sed potiùs excitari. Unde Lusitaniæ nostræ regum quilibet, dum aliquod novum alicui regale confert donativum, donativa omnia eidem antea concessa iubet recensere, utpote qui munificus cúm sit, ex concessis à concedēdis minimè retardetur, sed potiùs ad nova concedendā excitetur.*

Gen. 24 nu. 18. & 19. — Gen. 24 num. 7.

Luc. 16. Factum est autem, ut moreretur mendicus: & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem & dives, & sepultus est in inferno. Elevans autē oculos, &c. *á n.* 22. *D. Bernard. exponens illud Apoc.* 6. Vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter testimonium, quod habebant. *n.* 9. *sic ait.* Quid sibi velit, quòd beatus Ioannes sub altare Dei audisse se perhibet sanctarum voces animarum, cúm Salvator in Evangelio de Lazari anima loquens, non sub altare Dei, sed in sinu Abrahæ dicat eam ab Angelis deportatam. Nam & sanctus Iob, ut apparet, nequaquam ad altare Dei ausus est aspirare, cúm diceret: Quis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me, & abscondas me donec pertranseat furor tuus, & constituas mihi tempus, in quo recorderis mei? Sed iam venerat tempus, fratres, illud, quod beatus Iob postulabat, iam recordādi tempus, iam venerat tempus miserendi, quando sanctorū voces sub altare Dei beatus Ioannes audivit. *serm.* 4 *in festo omnium sanctorum.* 2412

Luc. 16 á n. 22. — Apoc. 6 num. 9. — Iob. 14

Postea sic progreditur Div. Bernard. Donec enim veniret desideratus ille, qui sanguine suo deleret chirographum damnationis nostræ, 2413

Luc. 16 á n. 22.

nostræ, flammeum attingens gladium aperiret credentibus regna cælorũ; nullus omnino cuiquam sanctorum ad ea patebat accessus; sed providerat eis Dominus in inferno ipso locum quietis, & refrigerij, chaos magnum firmans inter sanctas illas animas, & animas impiorũ. Quamvis enim vtræque in tenebris
Iob. 10. essent, non vtræque erant in pœnis, sed cruciebantur impij; iusti veró consolabantur. *ferm. cit.*

2414 *Adhuc sic pergit Div. Bernard.*
Luc. 16 *à n.* 22 Quod autem in tenebris essent, beati Iob testimonio didicimus; qui se quoque in locum tenebrosum, & opertum mortis caligine perhibebat iturum. Hunc ergo locum obscurum quidem, sed quietum sinum Abrahæ Dominus vocat pro eo, ut arbitror, quòd in fide, & expectatione quiesceret Salvatoris. Abrahæ enim fides tam manifestè probata est, & approbata, ut primus ipse futuræ Incarnationis Christi meruisset accipere promissionem. *serm.* 4. *in festo omnium sanct.*

2415 *Itemque sic loquitur Div. Bern.*
In hunc ergo locum Salvator des-
Luc. 16 cendens, contrivit portas æreas, &
à n. 22. vectes ferreos confregit, eductosque vinctos de domo carceris, sedentes quidem, hoc est, quiescentes, sed in tenebris, & in vmbra mortis: iam tunc quidem sub altari Dei collocavit, abscondens eos in tabernaculo suo in die malorum, & protegens eos in abscondito tabernaculi sui, donec veniat tempus, in quo procedant, completo iam numero fratrum, & percipiant regnum, quod eis paratum est ab origine mundi. *serm. cit.*

2416 *Tandem sic concludit D. Bernard.*
Iam verò sicubi fortè præsens quo-
Luc. 16 que sanctorum requies Abrahæ si-
à n. 22. nus vocatur, certum est de Evangelio hanc inolevisse consuetudinem: licet nemine oporteat dubitare, lõgè alium hunc sinum esse, quam illũ, quippe cùm ille in tenebris, hic in luce multa: in inferno ille fuerit, iste in cælo. Non incongruè tamen etiam nunc dictum videtur Patriarcharum filios paternũ in sinum recipi, cúm ad eorũ consortium ab hoc sæculo transire meruerint. *ferm.* 4. *in festo omn. sanct.*

In sinum Abrahami Pauper collocandus 2417
ab Angelis dicitur fuisse portatus, à qui-
bus autem Dives in inferno sepeliendus, *Luc.* 16
delatus fuerit, non scribitur; at à se ipso *à n.* 22.
spontaneus in inferna deductus cognoscatur tantà celeritate, ut nemo illum descendentem potuerit intueri: vbi primum namque vita functus exponitur, in inferno sepultus enarratur. Indignus enim erat, qui foret humandus in terra, in qua adeo fuerat inhumanus.

Ex Guarrico Abbate.

Genes. 21. Eijce ancillam hanc, & 2418
filium eius; non enim erit hæ-
res filius ancillæ cũ filio meo Isaac. *Gen.* 21
num. 10. *Et Genes.* 22. Tolle filium *nu.* 10.
tuum vnigenitum, quẽ diligis, Isaac, *Gen.* 22
& vade in terram visionis atque ibi *num.* 2.
offeres eum in holocaustum super vnum montium, quem monstravero tibi. *n.* 2. *Guarricus expendens vtrũque locum exponens illud Psalm.* 56. Paratum cor meum Deus; paratum cor meum. *v.* 8. *sic ait.* Via regia, fratres, nec declinat ad dexteram, nec ad sinistram. Porro invenire est hominem quidem semel paratum, non quidem secundò. Si dixerit ei Deus: Eijce ancillam &c. *Transcribit hic in hoc sermone* 6. *de scripturæ vtilitate ea, quæ iam retulimus supra ex D. Bern. ad loca scripturæ citata, ad n.* 2400.

Genes. 25. Et deficiens mortuus 2419
est in senectute bona, provectæque
ætatis, & plenus dierum: congre- *Gen.* 25
gatúsque est ad populum suum. *n.* 8. *num.* 8.
Guarric. Plenus dierum. Cúm dicitur plenus dierum, libentiús accipiam plenum virtutum, quám temporũ;

cùm tempora statum nullum habeant, suoque accessu decedentia, hominem potiús exhauriant, quám impleant. Sed neque magnum est, imò magis malum est multis vixisse diebus: si non senueris virtutibus: cúm puer centum annorum moriturus sit, & peccator centum annorum maledicendus, *sermon. 3. de Purificat. Non per noctes, sed per dies Abrahami vita supputatur: neque enim sol iustitiæ aliquando ab hoc suo cælo per absentiam abstulit dierum lucem, sed semper per sui præsentiã ab eo noctiũ tenebras effugavit.*

2420 Matt. 3 num. 9. Luc. 19 nu. 39. & 40. *Matth.* 3. Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. *n. 9. Guarr. expendens illud Christi Domini apud D. Luc. cap* 19. Et quidam Pharisæorum de turbis dixerũt ad illum: Magister increpa discipulos tuos. Quibus ipse ait, Dico vobis quia si hi tacuerint, lapides clamabunt. *n 39. & 40. sic ait Guarr.* Quasi scilicet, aut illorum simplicitas posset adulari, aut ipsius puritas vanis posset laudibus delectari. Dico, inquit, vobis, quia si hi tacuerint, lapides clamabunt, quia Deus laudem meã non tacebit. Prorsus ita est, si tacuerint, lapides clamabunt; quia tempore passionis isti tacuerũt, sed lapides clamaverunt, dum in testimonium, & laudem morientis petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt. Prorsus ita est, quia modó tacente Synagoga, iuxta illud: Nocte tacere feci matrem tuam, clamat vivis ex lapidibus Ecclesia, clamant planè lapides, de quibus suscitavit filios Abrahæ, qui potens est. *serm. 4. in ramis palm. Qui fæminam vnam in lapidem valuit commutare, lapides plures in homines poterit transformare: eosque in templo gloriæ sibi aptare idque libentiùs operabitur, cùm illud fuerit opus rigoris, hoc autem opus, erit opus amoris.*

Matth. 27. nu. 52. Osee. 4. num. 5.

2421 Ioan. 8. nu. 56. *Ioan.* 8. Abraham pater vester exultavit, ut videret diem meum, vidit, & gavisus est. *num.* 56. *Guarr.* In quo vtique tepor, & duritia cordis nostri suggillatur, si non videt eũ gaudio spirituali. Christi nascentis diem anniversarium expectamus, qui nobis in proximo videndus, Domino annuente, prõmittitur: Hoc sané gaudium nostrum tale videtur exigere scriptura, ut spiritus noster levans se super se Christo venienti quodammodo occurrere gestiat: & desiderio se extendens in anteriora, impatiensque morarum, iam videre contendat futura. *serm. 2. de advent. Domini.*

Et alibi exponens eundem locum de die resurrectionis, sic ait Guarric. Ferit oculos sol novus emergens ab inferis, his, qui de mane vigilãt ad eum, diem reserans æternitatis. Dies iste vesperam nescit, quia non occidet vltra sol eius, qui semel occidens, semel ascendit super occasum mortem sibi subijciens. O fratres, hæc dies, quam Dominus fecit, exultemus, & lætemur in ea, exultemus in spe eius & videamus, & gaudeamus in luce eius. Exultavit Abraham, ut videret diem Christi, & hoc merito vidit, & gavisus est. *serm. 3. de resurr.* Exultavit, ut videret. *Sicut enim Dominus hilarem diligit datorem, ita latum desiderat inspectatorem; neque enim qui ipsissimum gaudium est, & gaudium magnum, quod ab Angelo evangelizatum est, gaudet à non exultante videri.* 2421 Ioan. 8 nu. 56. Ps. 117 ver. 24 Luc. 2. nu. 10.

Ex D. Arnoldo Abbate.

2423 Gen. 15 num. 6. Genes. 15. Credidit Abram Deo, & reputatũ est illi ad iustitiam. *n. 6. Arnol. Abb. expendens salutationẽ Angelicam, sic ait.* Gabriel Archangelus desursum illabitur, solus solam affatur: Ave, inquit, Maria gratia plena, Dominus tecũ. Raró in veteri testamẽto salutatione Angelica quẽquam honoratum reperies. Non salutatur Abrahã, cúm extollitur titulo fidei: cúm credit nil hæsitans nasciturum

citurum

Gen. 22 num. 2. Gen. 14 nu. 15. & 16. Gen. 18 num. 1. & 32. citurum de anu sterili filium sibi iã deni: neque cúm eundem filium, de quo, & cui promissiones factæ erant mactare iubetur, nec cunctatur. Nõ salutatur, cúm iugulatis quatuor regibus erepto Lot victor revertitur; & licet á Melchesedech oblatis decimis dignus sit benedici, non tamẽ meretur cælitus salutari. Sub arbore Mambre, & Deo loquitur, & celãtem in vltionem Sodomæ supplicationibus devotis prosequitur: & licet hospitio, & convivio inventus dignus sit: & licet, si in illis quinque flagitiosis vrbibus decem invenirẽtur immunes, reliquis veniam impetrasset; non tamen ad salutationis familiaritatem pervenit. tract. de laud. Virg. Mar.

2424 Gen. 15 num. 6. Credidit Abram Domino. ibi. Primus Abram Deo credidisse refertur, tanquã futurus erat omnium fidelium pater, ut sic ad credendum exemplo suæ fidei in se [illegible]rius commoveret, nullus enim taliter à credendo se posset excusare, dummodo patrem suum primum in fide præstandæ Deo fuisse cogitaret.

Ex Hugone Cardinali.

2425 Gen. 12 num. 1. Genes. 12. Dixit autem Dominus ad Abram: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo Patris tui, & veni in terram, quam monstravero tibi. nu. 1. Hugo Card. Notandum quòd iã egressus fuerat de terra sua sed tunc egressus fuerat corpore, non mente, & voluntate: habebat enim animum forsitan revertendi, quando dictũ est ei: Egredere. ibi. De terra. Ne tibi magnum videatur, quod tibi amore mei itinere faciendum: maius ego amore tui facturus de terra namque tua egressus tuus; meus de cælo meo egressus erit.

2426 Gen. 13 num. 1. & 2. Genes. 13. Ascendit ergo Abrã de Ægypto, ipse, & vxor eius, & omnia, quæ habebat; & Lot cum eo ad Australem plagam. Erat autem dives valde in possessione auri, & argenti. nu. 1. & 2. Hugo. Sed vnde habuit Abram huiusmodi thesauros? Dicit Magister in historijs, quód docuerat Ægyptios Astronomiam, qui dederant ei multa: vnde patet, quòd licet magistris à discipulis accipere dona. ibidem.

2427 Gen. 13 num. 1. & 2. Et exponens eundẽ textũ in sensu mystico sic ait Hugo. Ascendit ergo Abrã, mysticè Christus cum carne assumpta in cælũ ascendit de hoc mundo. Erat autẽ dives valde in possessione argẽti, & auri; divitijs scilicet humanitatis, & divinitatis ibi. In hoc ergò ascensu Abrahamus Christũ aquilã è mundo in cælũ ascendentem præsignificabat; hic enim argento suæ humanitatis, & suæ divinitatis auro quasi alis duabus elevatus valde dives vtriusq; naturæ opera, humanas, divinasque divitias, ex quibus immensum nobis collegit thesaurũ, in cælum asportavit, ut inde eas nobis erogaret.

2428 Gen. 13 num. 9. Gen. 13. Ecce vniversa terra corã te est; Recede à me obsecro. Si ad sinistram ieris, ego dexterã tenebo: si tu dexterã elegeris, ego ad sinistrã pergã. n. 9. Hugo. Quasi hoc ipso dicat: Quod mundus bonũ reputat, ego malũ, & è converso. ibi. Ecce &c. Nam erga me non terra, sed cælum est, neque enim terrena diligo, sed cælestia.

2429 Gen. 14 nu. 18. & 19. Genes. 14. At verò Melchisedech rex Salem, proferens panem, & vinum (erat enim sacerdos Dei altissimi) benedixit ei, & ait, Benedictus Abram Deo excelso, qui creavit cælum & terram. num. 18. & 19. Hugo: Melchisedech Domino panem & vinum litavit. Christus idem faciens pactum vetus evacnavit, proferens panem & vinum, non in cibum, sed in Sacramentum: non homini, sed Deo. Et infrà in expositione mystica sic ait. Post regem Sodomorum occurrit Melchisedech idest, Christus cum gaudio suscipiens de vitijs triumphantes, profert autem panem, & vinum. Per panem enim

Caro Christi: per vinum sanguis intelligitur. *ibi.* Erat enim &c. *n.* 18. *Ac si diceret, Ideo panem, & vinum obtulit, quia sacerdos Dei altissimi, idest, æterni Patris, cuius Filius futurus sacerdos secundùm ordinem Melchisedech, & sub specie panis carnem, & sub specie vini sanguinem suis fidelibus in Eucharistico convivio digna sui amoris pignora exhiberet.*

2430 *Genes.* 14. Levo manum meam ad Dominum Deum excelsum possessorem cæli, & terræ, quòd á filo
Gen. 14 subtegminis vsque ad corrigiam ca-
nu. 22. ligæ, non accipiam ex omnibus quæ
& 23. tua sunt, ne dicas, Ego ditavi Abrã. *n.* 22. & 23. *Hugo.* Ne dicas, idest, ne dicere possis. Quasi dicat: Nolo vendere libertatem meam. *Et infrà.* Ille levare potest manus: qui excutit eas ab omni munere. *ibi.* Levo manũ meam ad Deum, *n.* 22. *Quam si muneribus à te acceptis onustam habuero, nõ potero elevare.*

2431 *Genes.* 15. Dixitque Abram, Domine Deus quid dabis mihi? Ego va-
Gen. 15 dam absque liberis; & filius procu-
num. 2. ratoris domus meæ iste Damascus Eliezer. *n.* 2. *Hugo:* Noluit Abram aliquod munus accipere á rege Sodomorum, sed á Deo quærit remunerari: post victoriam hostium petens filium. Sic post victoriam vitiorum debet quilibet esse sollicitus de opere bono, & cõversatione aliorũ. *ibi. Ac si pater sine filio legitimo, qui illius hæres esse posset, omnia, quæ Deus ei conferre vellet, pro nihilo haberet: ac proinde nihil à Deo sibi dari posse, si filius non daretur, reputaret.*

2432 *Genes.* 15. Eduxitque eum foras, & ait illi: suspice cælum, & nu-
Gen. 15 mera stellas, si potes. Et dixit ei, Sic
num. 5. erit semen tuum *n.* 5. *Hugo.* Semen Christi, idest, fideles, híc comparãtur stellis: supra pulveri, & arenæ: vtrumque bene cõvenit: boni enim sunt pulvis per humilitatem, qua se omnibus viliores reputant: Et sicut pulvis adhæret pedibus: ita boni per humilitatem adhærent humanitati Christi. Item arena sunt, quia continuè fluctibus tribulationum tunduntur. Item stellæ sunt: quia magni sunt, sed modici apparent, lucidi sunt per bonam conversationem, & bonam famam. Firmamento, idest, Christo, affixi, fide, spe, & charitate. *ibi. Filios Abræ, quos terræ pulveri con-* Gen. 13
siderat Genes. 13. *n.* 16. *Sideribus nunc* nu. 16.
comparat cæli, ut ex eodem patre, & terrenos Iudæos, & cælestes Gentiles oriundos, illos secundùm generationem carnalem; hos autem secundùm spiritualem, indicaret.

Genes. 15. Scito prænoscens 2433
quòd peregrinum futurũ sit semen Gen. 15
tuum in terra non sua: & subijcient nu. 13.
eos servituti, & affligent quadringentis annis. *n.* 13. *Hugo.* Tria dicuntur híc, quæ fuerunt in Christo per experientiam: & debent esse in nobis per imitationem. Peregrinatio, servitus, afflictio. Peregrinatus est Christus. Primó de cælo in terrã descendens. Secundò de civitate extra portam crucem baiulans. Tertiò de mundo in cælum rediẽs Luc. Luc. 19
19. Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reverti: Et nos similiter habemus peregrinari hic tripliciter. Primó per humilitatem: Secundò per pænitentiam: & sic tertió peregrinabimur cum ipso in cælum. Qui non habet, primam, & secundam peregrinationes: non habebit tertiam. In cuius signum Dominus post resurrectionẽ, & peregrinis apparuit, & in forma peregrini, quasi diceret, solis peregrinis apparebo in gloria.

Et paulò infrà sic ait Hugo: Ad 2434
hæc tria invitat nos Dominus Matth. 16. Si quis vult venire post me: Gen. 13
abneget semetipsum, Ecce peregri- num. 3.
natio magna quidem, qua homo exit á suis possessionibus, á suis parentibus, á se ipso: Et tollat crucem suam: Ecce servitus: Et sequatur me, Ecce afflictio. *ibi.* Scito &c. *nu.* 13.

Hæc

Hæc à te prænosci volo, ut tu præcognoscens filios tuos futuros peregrinos, servos, & afflictos æquo animo peregrinationem, & servitutem, & afflictionem patiaris sic enim postea filij tui exemplum tanti patris memoria recolentes, æquo animo similia patientur.

2435 Genes. 16. Cúmque ille acquiesceret deprecanti, tulit Agar Ægyp-
Gen. 16 num. 3. tiam ancillam suam post annos decẽ quám habitare cœperant in terra Chanaan: & dedit eam viro suo vxorem; *n. 3. Hugo.* Nonne Lamech reprehensus est: quòd primò divisit carnem suam in duas? Multó fortiús Abram debuit reprehẽdi: quòd post illius reprehẽsionem idem fecit. Sed dicimus quòd Lamech hoc fecit ex libidine, & propria authoritate: Abram verò plus amore prolis, & divina dispensatione. *ibi. Magnus erat Saræ amor erga Abram, quem ostendit dicens;* Ingredere ad ancillam meam si forté ex illa suscipiam filios. *num. 2. Abrahæ filios non ex se, sed ex alia vxore generandos filios sibi suscipiẽdos asserebat; ex patre enim ad filios ostendebat amorem ut illos suos non per generationem, sed per dilectionem reputaret.*

2436 Genes. 17. Apparuit ei Dominus: dixitque ad eum, Ego Domi-
Gen. 17 nus omnipotens: ambula coram me,
num. 1. & esto perfectus. *n. 1. Hugo.* Ambula coram me secundúm placitum meum, esto perfectus, non timore, sed amore servias. Ego Dominus omnipotens. Coram vidente erubescimus peccare: coram potente timemus. Pudorem igitur, & timorem nobis incutit: cúm dicit: Ego sum Deus omnipotens. Deus enim interpretatur videns. Pudor igitur videntis, & timor potentis nos revocent á peccato. *ibi. Non dixit, Ambula mecũ, sed ambula coram me; nondum enim tunc Dei Filius homo factus ambulabat, ut Abram cum eo ambulans ad illius imitationem ambularet: ergo solùm coram eo ambulare iubebatur, quem vbique præsentem, gressusque servi sui ad remunerationem numerantem inspiciebat, sic enim ad ambulandum semper in via perfectionis, quia aliquando ab incedendo desisteret, movebatur.*

Genes. 17. Ponamque fœdus meum inter me, & te; & multiplicabo 2437
te vehementer nimis, *num. 2. Hugo.* Gen 17
Hìc promittit Deus Pater omnibus num. 2.
fidelibus dare scilicet Filium suum in fœdus pacis, & reconciliationis. Isai. 49
Isai. 49. Dedi te in fœdus populi mei, Filius dicitur fœdus inter nos, & Patrem: quia medius: vnde mediator Dei, & hominũ est. 1. Timoth. 2. Item fœderis signum in altũ po- 1 Tim.
nitur; & ipse in alto suspensus est in- 2.
ter cælum, & terram; ut iram Patris in se reciperet: opponens pro nobis. Ps. 87. In me transierunt iræ tuæ. *ibi.* Multiplicabo te. *nu. 2. Quilibet namque verus Abræ filius ipsum Abram in virtutibus ita in se ipso exprimere debebat, ut quicumque filium videret, non Abræ filium, sed ipsissimum Abram in eo multiplicatum esse iudicaret.*

Genes. 17. Et circuncideris 2438
carnem præputij vestri ut sit in sig- Gen. 17
num fœderis inter me, & vos. *n. 11.* nu. 11.
Hugo. Veri amici in signum fœderis & amoris servare solent ad invicem aliqua insignia, & munuscula sibi invicem data. Vnde Christus, qui verè amicus noster est, cicatrices vulnerum, quæ propter nos sustinuit, adhuc reservat: & nos servare debemus tribulationis, laboris, & doloris insignia: in signum fœderis, & amoris inter nos, & ipsum. Hoc
est quod 4. Reg. 2. Elias pallium 4 Reg.
suum reliquit Eliseo Pallium Chri- 2.
sti tribulatio, & angustia. Palliũ circundat, & Christus dicit: Tribulatio & angustiæ invenerunt me. Appli-
cemus igitur nobis hoc pallium, & Ps. 118
ornemur eo. *Hoc signum etiam Dei Filius puerulus factus octavo accepit die. Quod signum fuit quidem signum nostri adversus puerulum rigoris; at puerulì erga nos signum amoris.*

Genes. 18. Fac, ut locutus es. 2439

Gen. 18 n. 5. *Hugo.* Ne charitatis viderentur
num. 5. vitare officia. *ibi. Sciebant enim Abrae*
desiderium, qui non solùm volebat, ut lo-
quens audiretur, sed ut faciens videretur,
& ideo dicunt, Fac, ut locutus es.

2440 *Genes.* 20. Nunc ergo redde vi-
ro suo vxorē, & orabit pro te: quia
Gen. 20 propheta est, & vives, si autem no-
num. 7. lueris reddere, scito quòd morte mo
rieris tu, & omnia, quæ tua sunt. *n.*
7. *Hugo.* Vt faciliùs veniam conse-
quatur. Nam si iniuriam passus erat
pro inferente iniuriam citiùs parci-
Iob ult. tur illi, Iob ult. Iob servus meus
num. 7. orabit pro vobis: faciem eius susci-
piam, ut non vobis imputetur stul-
titia. Orabit pro te, & vives. *n.* 7.
Tanta enim erat vis orationis ab Abramo
faciendæ, ut regem à mortis supplicio pos-
set liberare, Deique sententiam mortis
adversùs eum illatam, suo patrocinio re-
vocare.

2441 *Genes.* 22. Tentavit Deus Abrahā
& dixit ad eum, Abraham, Abrahā.
Gen. 22 *n.* 1. *Hugo.* In veteri testamento fit
num. 1. geminatio ista: non in novo: ad sig-
nificandum, quòd in veteri testamē-
to erant surdi ad audiendum verbū
Domini: sed in novo testamento,
dociles. *ibi.* Et dixit ad eum Abra-
ham, Abraham. *Et cùm immolatio iu-*
betur hic n. 1. & cùm immolatio prohi-
betur infrà n. 11. repetito nomine, Abra-
ham, Abraham, Patriarcha nominatur: hoc
tamen discrimine, quòd in primo eventu
sine clamore, Dixitque ad eum: *at in*
secundo, cum clamore vocabulum illius
geminatur, De cælo clamavit: *Ac si*
faciliùs præceptum immolandi, quàm nō
immolandi imperium ab obediente foret
audiendum, ideoque illud sine clamore, hoc
autem cum clamore imponeretur.

Gen. 22 *Genes.* 22. Tolle filium tuum
num. 2. vnigenitum, quem diligis Isaac, &
vade in terram visionis; atque ibi
offeres eum in holocaustum. *nu.* 2.
Hugo. Vt nihil remaneat de ipso ad
solatium patris. Et vade &c. *num.* 2.
At cur æternus Parens patrem Abraham
solum ire iubet, quin se itineris comitem
illi adiungat? Forsitan, ne Isaacum Abra-
hæ filium priusquam Christum Filium su-
um crucem humero baiulantem aspiceret,
ligna portantem humeris inspectaret. Tā-
tus enim erat æterni Patris erga homines
amor, ut non alium; qui priùs ligna ferret,
quàm Filius eius crucem baiularet, volue-
rit intueri.

Genes. 22. Die autem tertio, ele- 2442
vatis oculis, vidit locum procul. *n.*
4. *Hugo.* Tres dies, quibus itur in Gen. 22
montem, Dominus videt, idest, ad num. 4
claustrum, abrenunciatio omnis ex-
trinsecæ proprietatis: desertio pro-
priæ voluntatis: vtriusque professio
castitatis. *ibi. Ac si per illud triduum*
demissis in terram oculis, ambularet, ne si
ad cælum aspiceret, à Deo præcepti de filio
immolando revocationē petere videretur.

Ecclesiast. 44. Abraham magnus 2443
pater multitudinis gentium, & non
est inventus similis illi in gloria, qui Eccl. 44
conservavit legem excelsi, & fuit in à n. 20.
testamento cum illo. In carne eius
stare fecit testamentum, & in tenta-
tione inventus est fidelis. Ideo iu-
reiurando dedit illi gloriam in gente
sua, crescere illum quasi terræ cu-
mulum, & ut stellas exaltare semen
eius, & hæreditare illos à mari, vs-
què ad mare, & à flumine, vsque ad
terminos orbis terræ. *à n.* 20. *Hugo.*
Magnus autem dicitur divitiarum, Gen. 13
& possessionum magnitudine. Gen.
13. Erat autem dives valde in posses-
sione auri, & argenti. Vel magnus
autoritate; quia Patriarcha. Magnus
fide, & obedientia, quia credidit
Deo, & reputatum est ei ad iustitiā.
Gen. 15. Magnus significatione; quia Gen. 15
gerit typum Patris in hoc, quòd im- Gen. 22
molavit filium. Genes. 22. *in com.*
Ecclesiast.

Et exponens illud. Non est invē- 2444
tus similis illi &c. *n.* 20. *sic ait Hugo.*
In gloria, idest, in fide, & obedien- Ecc. 44
tia gloriosa; quia secundùm Iosephū nu. 20.
primus prædicator fidei catholicæ
fuit: & in omnibus facilè Deo cre-
didit; & magnus, vel maximus in tē-
pore

pore suo fuit. Vel in gloria, idest, in gloriosa victoria quatuor regum. Gen. 14. Vel in gloria conscientiæ: de qua dicit Apostolus 2. Cor. 1. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Vel in gloria, quia Angelos in hospitio recepit. Gen. 18. Vel in gloria, idest, cha-
Gen. 18 ractere circuncisionis, quo dividebatur á cæteris nationibus. *in eodem comment.*

2445 *Et exponens illud* Qui conservavit legem excelsi. *n.* 20. *sic ait idem*
Ecc. 44 nn. 20. *Hugo*: Idest, corde, ore, & opere servavit. *ibid. Explanans autem illud.* Et fuit in testamento cum illo. *n.* 20. *sic ait idem Hugo.* Cum illo Abraham scilicet, idest, Dominus cum eo fecit pactum circuncisionis, *ibid. Ergo tota Abrahæ gloria orta est ex fœdere societatis, in qua Abraham Dei factus socius, non tam suam, quàm Dei gloriam in omnibus inquirebat, ut sic fideliter societatis fœdus observaret.*

2446 *Isai.* 29. Propter hoc, hæc dicit Dominus ad domum Iacob, qui
Isai. 29 nn. 22. redemit Abraham. Non modò confundetur Iacob, nec modó vultus eius erubescet. *n.* 22. *Hugo.* Qui redemit Abram, idest, de igne Chaldæorum eripuit. Legitur enim in Gloss. quadam super Gen. 11. Chaldæos Aram, & Abram in ignem proiecisse, eò quòd nollent eum colere. Aram ibi expiravit: Abram illæsus evasit. *in comment, Isai. Præclara in hoc Loco Deus filijs Abrahæ beneficia promittebat: ergo magnum à se beneficium redemptionis patri eorum exhibitum in memoriam illis revocabat, ut qui Deum erga patrem suum fuisse liberalem agnoscebant, liberalem erga se ipsos futurum, minimè dubitarent, amoris enim divini erga patrem affectus, ad filios, quos propter patrē diligeret, redundaret.*

Isai. 41 num. 8. *Isai.* 41. Et tu Israel serve meus, Iacob, quem elegi, semen Abraham amici mei, *nu.* 8. *Hug.* Dictus est autem Abraham amicus Domini, propter hoc, quòd in tot adversis Domino promptissimè obedivit. *ibi Iure Deus tam præclaro titulo Abrahamum honorabat, dicens,* Semen Abraham amici mei*: erat enim Abraham nō amicus sui, sed Dei: propter cuius amicitiam totius mundi amicitiam respuebat: imò & se ipsum manifestum vbique mundi inimicum propalabat.*

Isai 51. Attendite ad Abraham 2447
patrem vestrum, & Saram, quæ peperit vos: quia vnum vocavi eum, Isai. 51
& benedixi ei, & multiplicavi eum. num. 2.
n. 2. *Hugo.* Idest, ad Abrahā, qui fuit firmus in cultu meo: á quo nati estis. Quasi diceret: Attendite, quo modo liberavi Abraham miraculosè de Hur Chaldæorum; & eum in terram alienam adduxi, & multiplicavi: ita & vos liberabo, & multiplicabo. Qui enim potui vos multiplicare de vno homine, cùm nondum etatis: multó magis potero vos liberare, qui estis. Et ad cavernam laci, de qua præcisi estis, idest, attendite ad Saram, de qua estis excisi, idest, nati. *ibi.*

Et ad illud. Quia vnum voca- 2448
vi eum. *n.* 2. *sic ait Hugo.* Idest, dum Isai. 51
vnus erat: idest, solus. *ibid. Quia vnū* num. 2.
vocavi eum, Vnus erat Abraham, sed qui virtute meritorum, solus inter plures instar plurimorum mihi esse videretur, quem præ omnibus amarem, ac proinde, quem ex omnibus vnum é patria sua, ut ei meliorē possessionem tribuerem, evocarem.

Ezech 33. Et factum est ver- 2449
bum Domini ad me dicens, Fili ho- Ezech.
minis, qui habitant in ruinosis his 33. á nu.
super humum Israel loquentes aiūt, 23.
vnus erat Abraham, & hæreditate possedit terram: nos autem multi sumus, nobis data est terra in possessionem. *á n.* 23. *Hugo.* Cùm deberēt agere pænitentiam super his, propter quæ captivitas venerat, magis superbierunt: & gloriabantur dicentes, quód totam terram bene soli possiderent, cùm plures essent, quám Abraham, qui solus erat, & tamen ei data est terra: & ita gaudebant, quód

quòd soli relicti erant in terra. *ibi.*

Et exponens illud, quod sequitur.
2450 Ezech. 33. nu. 25. Idcirco dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Qui in sanguine comeditis, & oculos vestros levatis ad immunditias vestras, & sanguinem fundistis, nunquid terram hæreditate possidebitis? *n.* 25. *Et infrà.* Vivo ego quia qui in ruinosis habitant gladio cadēt &c. *à n.*27. *sic ait Hugo.* Ideo Propheta respondet eis, quòd non ita erit: quia Abraham bonus erat, ipsi autem pessimi. Vnde & sex generibus malorum ipsorum enumeratis, eorum destructionem prædixit, quæ facta est á Nabuchodonosor. *ibi. Merito iratus Dominus captivitatem enunciabat his, qui se ipsos, eò quòd multi essent, cum Abrahamo, eò quòd vnus foret, audebant comparare; ignorantes, quòd apud Deum bonus vnus solus cum omnibus terræ habitatoribus (multitudine malorum penitus exploso) posset comparari.*

2451 Matt. 3 num. 9. *Matth.* 3. Et ne velitis dicere intra vos, Patrē habemus Abraham. Dico enim vobis: quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ *n* 9. *Hugo.* Ostendebat Ioannes lapides, quos Iosue de Iof. 4. Iordane transferri fecit: Iosue 4. Iosue enim duodecim lapides de alveo Iordanis fecit exportari: & totidem de terra illuc reportari: in quo præfigurata est excæcatio Iudæorum, & illuminatio gentium. Per duodecim enim lapides, qui de medio fluminis extracti sunt, significantur gentiles, qui de profundo cæcitatis, in quā immerserant, quasi de tenebris ad lucem prodierunt, quia cúm erant priùs in fluxu confusionis, acceperūt gratiam illuminationis. Per duodecim lapides de sicco in mediū fluminis deportatos, intellige Iudæos, amissa gratiæ luce excæcatos, & in profundum cæcitatis, vnde gentiles emerserant, immersos. *ibi.*

2452 Luc. 3. num. 8. *Et ad cap.* 3. *Luc. ad illud,* Ne cœperitis dicere, Patrem habemus Abraham; dico enim vobis, quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. *n.* 8. *sic ait idem Hugo.* Ideo comparantur lapidibus, quia adorantes idola lapidea, quasi lapides facti sunt: id est, insensibiles: Aliquando tamen de tenebris ad lumen gratiæ educendi. Est igitur sensus, Potest Deus de lapidibus istis: id est, de gentilibus per istos lapides designatis suscitare filios Abrahæ, idest, imitatores fidei eius: *ibi. Qui ex pulvere facti estis in Adamo, non debetis de Abrahamo patre superbire, cuius filij etiam pulveri conferūtur. Potest enim Deus ex lapidibus filios Abrahæ suscitare, quibus lapidibus, vos ex pulvere viliori facti, & pulveri comparati, non valebitis in nobilitate comparari.*

Luc. 16. Factum est autem, ut moreretur mendicus, & portaretur 2453
ab Angelis in sinum Abrahæ: mortuus est autem & dives, & sepultus Luc. 16 à n.22.
est in inferno &c. *à n.* 22. *Hugo.* Locus ille sinus dicitur pro quiete, vel pro tranquilitate: ut sinum maris dicimus locum in mari secretum vētis, & tempestatibus minimé pervium. Et licet ibi requieverint cæteri sancti sicut Abraham: specialiter tamē dicitur sinus Abrahæ: eò quòd Abraham fuit prima credendi via, & primus aperté prædicavit fidem vnius Dei. *ibi.* In sinum Abrahæ. *Ergo Pauper ille, quasi navis, meritis patientiæ suæ tanquam mercibus onusta, à ponderibus divitiarum libera, post multas huius vitæ tempestates in sinum Abrahæ, ut secura in perpetuum permaneret, ab Angelis deducitur, dum Avarus quasi navigium divitiarum oneribus submergitur, quin valeat in sinum Abrahæ navigare.*

Ioan. 8. Si filij Abrahæ estis: 2454
opera Abrahæ facite. *nu.* 39. *Hugo.* Quasi diceret, si ingenui estis carne: Ioan. 8. nu. 39.
ingenui sitis mente. Hoc etiam debet dici nobilibus, quòd habeant Isai. 51. num. 2.
memoriam bonorum antecessorum suorū. Isai 51. Attendite ad Abrahā patrem vestrum, & ad Saram matrem

trem vestram. Nihil aliud video in nobilitate appetendum, nisi quód quadam necessitate constringat, ne à majorum probitate degeneret. Ecclesiast. 41. Erubescite á patre, & á matre de fornicatione, idest, propter honorem patris & matris. Vel ne degeneretis. Vnde Exod. 28. Portabitque Aaron nomina eorum, id est, duodecim Patriarcharum super humerum ob recordationem: videlicet, ut non degeneret á factis eorum bonis. Hæc est tota vtilitas generositatis. *ibi. Non eis denegabat Dominus nobilitatem clari generis, sed illis merita exprobrabat ignobilitatem obscuri moris; qui cùm sit altera natura, eos ex filijs Abrahami in filios diaboli transformaverat.*

Ecc. 41
Exod. 28.

2455 *Epist. ad Hebr. cap.* 2. Nusquam enim Angelos apprehendit: sed semẽ Abrahæ apprehendit. *n.* 16. *Hugo.* Semen Abrahæ apprehendit, idest, humanam naturam de semine Abrahæ: & dicit, Apprehendit, quod est ex impetu assumere, & firmiter tenere: ita Christus ex tanto impetu fervoris, & amoris humanam naturam assumpsit, quód videri poterit alienatus. Psalm. 67. ibi. Beniamin adolescentulus in mentis excessu v. 29. *in comment. Epist.* Apprehendit. *Fugientem namque ruptis amoris vinculis, quibus eam devinxerat, à se hominis substantiam, Dei Filius insequebatur: vnde relictis Angelis, eam assecutus vinculis hypostatica unionis sibi colligavit, ne iterum ab eo effugere possit, sed perpetuo sibi amore unita perduraret; ut sic dum servum à se fugientem hominem amore servi apprehenderet, é Domino in servum se transformaret.*

Epist. ad Hebr. 2. nu. 16.
Psa. 67. ver. 29

Ex Lyra.

2456 Genes. 11. Hæ sunt autem generationes Thare, Thare genuit Abram, Nachor, & Aran. Mortuusque est Aran ante Thare patrem suum in terra nativitatis suæ in Hur Chaldæorum. *n.* 27. & 28. *Lyra ad illud,* Mortuusque est &c. *sic ait.* Dicunt Hebræi, quòd Thare idololatra existens accusavit Abram filium suũ ipsi Nenrod, eò quòd nolebat ignem colere, sicut faciebant Chaldæi de præcepto Nenrod: propter quod Abram de præcepto Nenrod projectus est in ignem. Aran autem frater eius assistens dicebat in corde suo: Si vicerit Abram, illæsus ab igne, sequar eius fidem, sin autem, colam ignem, sicut alij. Cùm igitur Abrã virtute divina liberaretur illæsus ab igne, & quæreretur ab Aran de eius cultu, respondit se velle sequi Abrã: tunc proiectus est in ignem, & ibi mortuus est, quoniam non fuit tantæ fidei sicut Abram. *n. suo* 2.

Gen. 11 nu. 27. & 28.

2457 *Et infrà sic ait Lyra.* Narrat Rabbi Moyses in lib. de directione perplexorum p. 3. quód in quodam libro de agricultura Ægyptiaca, scilicet idolorum, cõtinetur, quód quidam vir nomine Abram disceptabat publicé cum idolorum cultoribus, asserens, quód non erat ignis colendus, ut Deus, & quód rex timens, ne populum everteret ab illa cultura: incarceravit eum, & spoliatum de terra sua eiecit. Quæ quidem historialia etsi ab infidelibus tradãtur, quia tamen in favorem fidei sonant, non sunt repellenda. Habetur enim ex hoc quód Abraham fuit tam ardens in confessione fidei, quód etiã publicè, & coram tyranno rege idololatras confutabat, & cũ hoc quód Deus ipsum de manu tyranni liberavit. *in additione* 1. *Tres genuit Tharè filios, quorum primus Abram fuit nominatus, licet non fuerit primogenitus, ut primùs esset in ordine dignitatis, qui primus futurus erat privilegio sanctitatis.*

Gen. 11 nu. 27. & 28.

2458 *Genes.* 12. Dixit autem Dominus ad Abram: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstravero tibi. *n.* 1. *Lyra.* Idest

Gen. 12 num. 1.

Id est, longiùs recede ab ea, & hoc videtur per literam Hebraicam, quæ sic habet: Vade tibi de terra tua, ac si diceret, Pro vtilitate tua vade lõgiùs de terra tua. *n. suo 2. Qui enim ab occasione idololatriæ fugiebat, non debuerat solùm per parvam distantiam à loco periculi se retrahere, sed per magnam: ut sic occasionis proximæ periculum declinaret.*

2459 *Genes.* 12. Cúm itaque ingressus esset Abram Ægyptum, viderũt Ægyptij mulierem, quòd esset pulchra nimis. *n.* 14. *Lyra.* Dicunt Hebræi, quód Abram ut nihil emitteret de his, quæ poterat facere ad cõservandam castitatem vxoris suæ, incluserat eam intra vnam arcam, ne videretur ab Ægyptijs, quos sciebat esse luxuriosos. Sed cúm pervenissent ad quoddam passagium, vbi scrutabantur ea, quæ ferebantur, cu stodes passagij aperuerunt arcam illã, & viderunt, quód illa mulier esset apta coniugio regis propter suam pulchritudinem: & ideo subditur, Et nunciaverunt principes Pharaoni, & laudaverunt eam apud illum, idest, prædicti custodes passagij. *n. suo* 1. *Tanta erat Saræ modestia, ut inclusionis molestias libenter pateretur, ne Ægyptios libidinosos videret, vel ab illis videretur.* Gen. 12 nu. 14.

2460 *Genes.* 12. Abram verò bene vsi sunt propter illam. Fueruntque ei oves, & boves, & asini, & servi, & famulæ, & asinæ, & camelli. *n.* 16. *Lyra.* Ipsum honorando, & munera exhibendo, quód esset frater eius credentes, & non maritus, & quiá docuit tunc Ægyptios Astronomiam, quam ignorabant, ut dicit Iosephus. *n. suo* 6. *Omnes enim in gratiam Reginæ futuræ, Abram, quem illius fratrem esse putabant, & obsequijs, & muneribus colebant, ut postea regina favorem per fratris intercessionem assequerentur, & à rege beneficia obtinerent.* Gen. 12 nu. 16.

2461 *Genes.* 13. Reversusque est per iter, quo venerat, à meridie in Bethel vsque ad locum, vbi priùs fixerat tabernaculum inter Bethel, & Hai. *n.* 3. *Lyra.* Quia quando Abram ivit in Ægyptum, non habebat pecuniam pro expensis sufficientibus, & contraxerat in hospitijs aliqua debita, sed in redeũdo erat dives valde ut prædictum est, & ideo redijt per eadem hospitia ad solvendum illa debita. *n. suo.* 4. Reversus est &c. *n.* 3. *Vt qui viderant eum, quem sciebãt Dei cultorem in summa paupertate in Ægyptum descendentem, viderent eum in multis divitijs ab Ægypto ascendentem, ne à divino cultu, quem edocebat Abram, aliquis averteretur paupertatis terrore, sed potiùs ad colendum Deum, quilibet converteretur, saltem divitiarum amore.* Gen. 13 num. 3.

2462 *Genes.* 13 Dicit ergo Abram ad Lotb, Ne quæso sit iurgium inter me, & te, & inter pastores meos, & pastores tuos; fratres enim sumus. *n.* 8. *Lyra.* Describitur contẽtionis præcisio. Licet enim delectabile esset ipsi Abræ manere cum nepote suo, magis tamen voluit ab eo separari, quám quód occasione servorum contendentium, moveretur lis inter ipsum, & nepotem suum. *n. suo* 10. Inter me, & te. *n.* 8. *Primum se ponit, ac si futurum se contentionis auctorẽ primum extimesceret, qui desideraret ostendere se primum pacis amatorem.* Gen. 13 num. 8.

2463 *Genes.* 13. Dixitque Dominus ad Abram postquam divisus est ab eo Loth. Leva oculos tuos in directũ, & vide á loco, in quo nunc es ad Aquilonem, ad Meridiem, ad Orientem, & Occidentem, omnem terram, quam conspicis tibi dabo, & semini tuo vsque in sempiternum. *n.* 14. & 15. *Lyra.* Describitur separationis approbatio per hoc, quod Dominus locutus est ipsi Abrã post separationem, promittens ei terram: divinæ enim revelationes solent fieri mentibus quietatis, & á perturbationibus passionum sedatis, societas autem ipsius Lot propter rixã famulorum Gen. 13 nu. 14 & 15.

lorum erat causa perturbationis: & ideo revelatio divina facta est Abrahæ post ipsius Lot separationem. *num suo 9. Non Abram à Lot, sed ab Abram Lot divisus fuisse perhibetur; non enim Abram se separabat ab eo, quem à se licet divisum, adamabat.*

2464 *Genes.* 14. Ne dicas, Ego ditavi Abram. *num.* 23. *Lyra.* Hoc di-
Gen. 14 nu. 23. xit non ad iactantiam, sed ad Dei gloriam, qui ei promiserat multiplicationem bonorum temporalium, ut supra dictum est, & ideo nolebat, quód eius ditatio aliquo modo alij attribueretur. *num. suo 5. Qui futuram in rege iactantiam evitabat, non ex iactantia divitias respuebat: nec enim in alio futurum iactantiæ crimen increparet, si ipse eodem iactantiæ crimine laboraret. Neque enim minus esset flagitium in Abram ex iactantia divitias aspernari, quàm in rege ex iactãtia divitias elargiri.*

2465 *Genes.* 15. His itaque trans-
Gen. 15 num. 1. actis, factus est sermo Domini ad Abram per visionem dicens. Noli timere Abram ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis, *n.* 1. *Lyra.* Abram enim ex victoria tam solemni, quam Dominus dederat ei, timuit ne in hoc accepisset totam mercedem iustitiæ suæ á Domino, & ideo Dominus assecuravit eum de contrario dicens, Noli timere, merces tua magna nimis: idest, victoria, quam dedi tibi non est merces tua, sed maiorem satis ego reservo tibi. Et ex isto verbo Domini habuit occasionem petendi prolem, quia quilibet naturaliter desiderat in bonis suis habere hæredem, sive successorem. Propter quod sequitur, Dixitque Abram, Domine Deus quid dabis mihi? Ego vadam absque liberis. *num.* 1. 2. & 3. Noli timere, protector tuus sum. *num.* 1. *Qui enim oblata à rege Sodomorum omnia, quæ sua erant, quasi à se aliena parvipenderat, dicens,* Non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt, ne dicas, Ego ditavi Abram. *Genes.* 14. *num.* 23. *Suum sibi fecerat esse Deum non solum ditatorem, sed & protectorem.*

Genes. 17. Et statuam pactum 2466
meum inter me, & te, & inter se- Gen. 17 num. 7.
men tuum post te in generationibus suis fædere sempiterno: ut sim Deus tuus, & seminis tui post te. *num.* 7. *Lyra.* Vt sim Deus tuus, licet enim ipse sit Deus omnium generaliter per creationem, specialitamen modo est Deus fidelium per specialem, & verum cultum. *numer. suo 2. Illorum enim, cum quibus fœdus inierat societatis, specialiter Deus futurus erat, Deum enim illi fecerant Deum suum, dum & se invicem, & Deum diligerent, actibus duplicis charitatis.*

Genes. 18 Apparuit autem ei 2467
Dominus in convalle Mambre se-
denti in ostio tabernaculi sui in ip- Gen. 18 num. 1. & 2.
so fervore diei: Cúmque elevasset oculos, apparuerunt ei tres viri stãtes prope eum. Quos cúm vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui, & adoravit in terram. *numer.* 1. & 2. *Lyra.* Sedenti in ostio tabernaculi sui ad videndum, si transirent viatores, quos posset ad mensam recipere, quia hospitalitatem diligebat, *n.* 4.
Et exponens illud, In ipso fer- Gen. 18 num. 1.
vore diei. *num.* 1. *sic ait Lyra.* Cúm enim incipit dies fervescere, tunc est hora, qua victores solent ad domum aliquam causa refectionis declinare. *num. suo 5. Et explanans illud,* Cúmque elevasset &c. *numer.* 2. *sic ait.* Cúm enim Deus videret affectum eius ad opus hospitalitatis, & non venirent aliqui homines, fecit tres Angelos apparere in specie virorum, ut eis exhiberet hospitalitatis beneficium. *n. suo* 6.

Apparuit autem ei Dominus 2468
&c. *num* 1. Cúmque elevasset ocu-
los apparuerunt ei tres viri &c. *nu.* Gen. 18 num. 1.
2. *Ac si primum ei unus apparuerit Deus: deinde tres eiusdem Deitatis Personæ ei comparuerint, ad quas videndas*

Vu oculos

oculos eleuasse refertur: Deum etenim vnũ tantùm esse, etiam dimissis oculis, per philosophiam posset Patriarcha deprehendere: at tres in vno Deo esse Personas, non nisi elevatis fidei lumine oculis, poterat intueri.

2469 Gen. 18 num. 3. *Genes.* 18. Et dixit, Domine, si inveni gratiam in oculis tuis, ne transeas servum tuum. *num.* 3. *Lyra.* Licet essent tres, tamen sic apparebant quasi vnus esset principalis, & dominus inter illos, & ideo illum alloquitur credens, quòd si ipsum inducat ad hospitium, alij duo sequãtur, *n. suo* 3.

2470 Gen. 18 num. 3. *Deinde sic progreditur Lyra.* Dicunt autem Hebræi, quód isti tres Angeli fuerunt Michael, Gabriel, & Raphael. Ita quód Michael erat in medio, alij autem duo ad dexteram, & sinistram, & hic erat modus ambulandi tunc, quando aliquis honoratior erat duobus alijs, quòd ille ambulabat in medio, & in hoc cognovit Abraham, quis erat superior. *eodem num.* 3.

2471 Gen. 18 num. 3. *Postea sic concludit idem Lyra.* Et dicunt Hebræi, quòd Michael erat in medio, & hic venerat ad denunciandum Saræ conceptum, quia hoc erat principale negotium, eó quòd Messias, idest, Christus, erat inde nasciturus, & interpretatio nominis consonat: Michael enim interpretatur, Quis ut Deus: Gabriel autem venerat, ad subvertendum Sodomam, & ierpretatio consonat, interpretatur enim, Fortitudo Dei. Raphael autem venerat ad sanandum Abraham, & salvandum Lot, & interpretatio consonat, quia interpretatur, Medicina Dei. *num. suo.* 3. Domine, si inveni gratiam. *Adeo enim munificus erat Patriarcha, ut non, dum acciperet, sed cúm conferret gratiam, se gratiosum esse illis, quibus gratiam impendebat; reputaret, ideoque dicebat,* Domine si inveni gratiam in oculis tuis, ne transeas servum tuum.

2472 Gen. 18 num. 7. *Genes.* 18. Ipse veró ad armẽtum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum, & optimum, deditque puero. Qui festinavit, & coxit illum. *num.* 7. *Lyra.* Hebræi dicunt quòd iste puer fuit Ismael filius suus, cui tradidit cibum parandum, ut eum assuefaceret hospitalitatis operibus. *n. suo* 9. *Cùm puero tradit vitulum, non eum iubet festinare: puer tamen quin præceptum festinationis acciperet, festinavit: Qui enim Abraham ipsum viderat festinantem, non expectavit, ut audiret illum sibi ut festinaret, imperantem. Plus enim movebatur exẽplo festinantis, quàm moveretur præcepto imperantis.*

2473 Gen. 18 nu. 16. *Genes.* 18. Cùm ergo surrexissent inde viri, direxerunt oculos contra Sodomam: & Abraham simul gradiebatur deducens eos, *n.* 16. *Lyra.* Sicut solet fieri ex curialitate humana, quòd hospites per aliquod spatium conducantur. *num. suo* 3. Gradiebatur. *n.* 16. *Vt hospites in domum induceret, cucurrerat: at ut eos à domo abduceret, gradiebatur, ut qui libenter peregrinos ad hospitium invitaret, sed ægrè ab hospitio eos amoveret.*

2474 Gen. 18 nu. 17. *Genes.* 18. Dixitque Dominus, Num celare potero Abraham, quæ gesturus sum. *num.* 17. *Lyra.* Ac si diceret: Cúm Abraham sit mihi familiaris amicus, non est decens, quòd ego celem ei vindictam, quam facturus sum in civitatibus Sodomorum, & maximè, cúm illam terram promiserim Abrahæ: & causa amicitiæ Dei cum Abraham, subditur, Scio enim quód præcepturus sit filijs suis, ut custodiant viam Domini &c. *numer. suo* 5. Num celare. *num.* 17. *Tanta enim vis amoris est, ut vel ipsi Deo inferat violentiam; qua illata, se non valeat Deus ipse continere, quin secreta dilecto revelet, ut ostendat sic eidem benevolentiam.*

2475 Gen. 18 nu. 23. *Gen.* 18. Et appropriansait, Nũquid perdes iustum cum impio? *nu.* 23. *Lyra.* Vt convenientiùs orationem suam proponeret; Nũquid perdes

des iustum cum impio? Quasi diceret, Non. Et quia sciebat Lot esse iustum, liberationem eius habuit pro obtenta, & ideo convertit se ad liberationem aliorum, dicens, si fuerint quinquaginta iusti &c. *nu. suo* 13. *Deum munificum esse agnoscebat, & ideo ex vno obtento beneficio de liberatione iusti Lot, alterum liberationis, cuilibet impio concedendum postulabat, sciens, Deum non ex vno concesso beneficio ab alio conferendo retardari, sed potiùs ad aliud exhibendum excitari.*

2476 Gen. 19 nu. 29. *Genes.* 19. Cúm enim subverteret Deus civitates regionis illius, recordatus est Abrahæ, & liberavit Lot de subversione vrbium in quibus habitaverat. *n.* 29. *Lyra.* Ex quo patet, quód Lot non solúm fuit liberatus pro iustitia sua, sed principaliter pro precibus Abrahæ. *n. suo* 9. *Abrahami Dominus recordatus, nepotem eius Lot, cuius non promiserat Abrahamo liberationem, liberavit: voluit enim priús opere liberationis, quàm ore promissionis amico suo morigerari.*

2477 Gen. 20 num. 1. *Gen.* 20. Profectus inde Abraham in terram Australem habitavit inter Cades, & Sur: & peregrinatus est in Geraris. *n.* 1. *Lyra.* Causa fuit (ut dicunt Hebræi) quia diligebat multúm hospitalitatem, subversis autē quinque civitatibus, & omni populo mortuo, nullus de illis civitatibus remanserat, qui transiret vltra ad domum Abrahæ, nec ex alijs locus veniebant ad prædictas civitates per domum Abrahæ transeuntes, & ideo quia non poterat exercere hospitalitatem, transtulit se ad alium locum, vbi viæ essent frequentatæ, & sic posset hospites recipere. *nu, suo* 1. Profectus inde. *Ne ex eo loco, in quo habitabat, terram Sodomorum vrbibus subversis, desertam inspectaret: memorque tantæ calamitatis, perpetuam de interitu peccatorum tristitiam pateretur.*

2478 Gen. 21 nu. 33. *Genes.* 21. Abrahā verò plantavit nemus in Bersabee, & invocavit ibi nomen Dei æterni, *n.* 33: *Lyra.* Hebræi dicunt, Hortum, in quo plantavit diversas arbores ad fructus ferendos, & hoc propter hospites transeuntes recipiendos, ut amænitate loci recrearentur, & fructibus reficerentur. Et invocavit ibi nomen &c. Quia post recreationem acceptam invitabat hospites ad reddendū gratias Deo de beneficijs suis. *n. suo* 9. & 10. *Qui olim ad vnius arboris vmbram tres hospites recepit, dicens: Genes.* 18. Requiescite sub arbore. *n.* 4. *multas modò arbores plātavit, ut multò plures hospites ad umbras illarum invitaret.*

Genes. 22. Tentavit Deus Abrahā, & dixit ad eum, Abraham, Abraham. At ille respondit, Adsum. *n.* 1. *Lyra.* Tentavit Abraham præcipiendo, ut Isaac filium suum immolaret, ut alijs qui ignorabant, ostenderetur eius obedientia, & eis daretur exemplum *n. suo* 1. Tentavit. *Non ut ipse Deus sciret Abrahami virtutem, quam non poterat ignorare, sed ut illam ipsi Abrahamo notam faceret, cùm enim humilis esset, nisi hac tentatione virtutem suam agnosceret, nunquam, in se tantam esse animi constantiam, cogitaret.* 2479 Gen. 22 num. 1.

Genes. 22. Ait illi, Tolle filium tuū vnigenitum, quem diligis Isaac, & vade in terram visionis: atque ibi offeres eum in holocaustum super vnū montium, quem monstravero tibi. *n.* 2. *Lyra.* Dicunt hic Hebræi, quòd hic fuerunt plures revelationes, & præcepta successivé facta ipsi Abrahæ, Quia primó dixit ei Dominus, Tolle filium tuum, Et ipso respondente, Paratus sum obedire: sed duos filios habeo: de quo præcepto intelligitur? Dominus secundò dixit, Vnigenitum: & ipso respondente: Quilibet est vnigenitus matri suæ: Dominus tertiò dixit: Quem diligis: & ipso respondente, vtrumq; diligo: Dominus dixit quartò: Isaac. Et factū est hoc, ut dicūt Hebræi, ut ex pluribus respōsionibus ad obediēdū haberet maiorem mercedem. *num. suo* 2. Tolle filium tuum; *Neque enim* 2480 Gen. 22 num. 2.

poterit coram Filio meo apparere: licet enim risus mundi sit filius tuus, tamen comparatus meo irridebitur; meus enim verus risus, tuus, etiam tibi, falsus risus esse reputabitur.

2481 *Genes.* 22. Atque ibi offeres eum in holocaustum. *num.* 2, *Lyra.* Gen 22 num 2. Holocaustum erat sacrificium, quod totum incendebatur ad honorem divinum, ita quòd de filio suo non remanerent, nisi cineres, qui statim per flatum venti dispergerentur. *nu.* 7. *Eia age qui te cinerem nominabas, dicens Genes.* Gen. 18 nu. 27. 18. Cúm sim pulvis, & cinis. *numer.* 27. *In cinerem reducendum filium in holocaustum mihi incendendum contemplare. Nec mirum si ex patre cinere ortus filius in cinerem redigatur. Nec periculum est, quód incenso filio tui memoria deleatur: patris enim, qui cinis est, in cinere filij incensi memoria perdurabit, quæ tanti patris famam æternitati commendabit.*

2482 *Genes.* 22. Die autem tertio, elevatis oculis, vidit locum procul. Gen. 22 num. 4. *num.* 4. *Lyra.* Locus autem, vnde recessit, scilicet Bersabee, non erat ita longé á monte Moria, vbi debuit immolare filium, quin posset illuc venire in breviori tempore, quia non distat, nisi viginti leucis, vel circiter: sed á Domino ista dilatio facta est, ut appareret omnibus, quòd Abraham in hoc facto non fuit subitó motus, sed ex longa deliberatione, ut clariús appareret obedientia eius. *num suo* 4. *Procul adhuc distare immolationis locus Abrahæ videbatur, qui cuilibet patri immolaturo in eo filium prope esse videretur. Ideo oculis elevatis, illum locum prævidere volebat, ad quem, ut præceptum adimpleret verus obediens, prævenire optabat.*

2483 *Genes.* 22. Dixitque ei, Non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quidquam: Gen. 22 nu. 12. nunc cognovi, quòd timeas Dominum, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me. *num.* 12. *Lyra.* Licet iam esset triginta quinque annorum, tamen vocatur puer, quia adhuc erat sub cura patris. *num. sua* 3. *Si solùm dixisset*, Non extendas manum tuam super puerum, *quin adderet*, Neque facias illi quidquam, *forsitan intelligeret Abraham velle Deum, quòd filius eius non gladio occideretur, occisus postea incendendus, sed quód vivus igne cremaretur, & sic ignem lignis applicaret, ut ita Deo filium sacrificaret; licet enim vivi filij concrematio, futura patri esset magno horrori, tamen horror hic magnus, maiori Abrahæ erga Deum cederet amori.*

Genes. 23. Audi nos Domine, princeps Dei es apud nos; in electis sepulchris nostris sepeli mortuum tuum, nullusque te prohibere poterit, quin in monumento eius sepelias mortuum tuum. *numer.* 6. *Lyra.* Princeps Dei es apud nos, in dubijs enim recurrebant ad Abraham, & ipse dirigebat illos, ac si consulerent Dominum. *num. suo.* 8. *Volebant enim Abraham, quem divinum aliquod numen propter illius benignitatem reputabant, apud se ipsos retinere, ideoque sepulchrum, in quo dilectam sibi Saram sepeliret, in terra sua offerebant, existimantes Abraham amore Saræ etiam iam sepultæ à loco sepulchri nunquam recessurum, sed perpetuò inter ipsos permansurum.* 2484 Gen. 23 num. 6.

Genes. 23. Quod cúm audisset Abrahã, appendit pecuniam, quam Ephron postulaverat, audientibus filijs Heth, quadringentos argenti siclos probatæ monetæ publicæ. Confirmatusque est ager quondam Ephronis, in quo erat spelunca duplex. *num.* 16. *Lyra.* Cúm audisset scilicet, determinationem pretij, appendit pecuniam, quam Ephron postulaverat, audientibus filijs Heth, quia in talibus oportet testes habere. *num. suo* 2. *En primum quod Abrahamus emisse refertur, locum scilicet, in quo sepulchrum duplum videbatur. Pro eo libenter precium, licet eximium statim solvit: memoria enim* 2485 Gen. 23 nu. 16.

enim mortis non solùm quadringentos argenti siclos, sed montes aureos parvi penderet, eosque ut sepulchrum obtineret, libenter appenderet.

2486 *Genes.* 24. Et abijt ex omnibus bonis eius portans secum *num.* 10. *Lyra.* In Hebræo habetur: Omnia bona eius portans secum. Dicunt enim Hebræi, quód portabat secum chartam de donatione, quam fecerat Isaac filio suo donans ei omnia bona sua mobilia, & immobilia, quia alijs filijs suis dedit munera, & separavit eos ab Isaac, ut habetur sequenti cap. & hanc chartam portabat ad inclinandum parentes puellæ, & ipsam puellam, quam quærebat in matrimonium ipsius Isaac. *nu. suo* 7. *In memoriali quodam fidelis nuntius afferebat omnia domini sui Abrahami Isaaco Domino suo relinquenda bona, scilicet & naturæ, & fortunæ, & gratiæ dona, ut illa referens, sponsam, quam ei quærebat ut tantum dominum in sponsum acceptaret, commoveret.*

Gen. 24 nu. 10.

2487 2 *Paralip.* 20. Domine Deus patrum nostrorum, tu es Deus in cælo, & dominaris cunctis regnis gentium: in manu tua est fortitudo, & potentia, nec quisquam tibi potest resistere. Nonne tu Deus noster interfecisti omnes habitatores terræ huius coram populo tuo Israel, & dedisti eam semini Abraham amici tui in sempiternum. *num.* 6. & 7. *Lyra.* Decet enim regiam maiestatem defendere vassallo suo terram, quam sibi dedit: Deus autem terram promissionis dedit: ergo &c. *n. suo* 10. *Iosephath Deo in memoriam Abrahamum revocabat, quem Dei amicum dicebat, ut Deus tanti amici amore excitatus promissionem regni sibi regi ut semini Abrahami factam adimpleret, hostesque suos Dei inimicos divina manu, in qua erat fortitudo, & potentia eos, qui ipsum é possessione regni sui deijcere intentabant, penitus dissiparet.*

2 Paral. 20. nu. 6. & 7.

2488 2. *Esdr.* 9. Et dixit Esdras, Tu ipse Domine Deus, qui elegisti Abram, & eduxisti eum de igne Chaldæorum: & posuisti nomen eius Abraham: & invenisti cor eius fidele coram te, & percussisti cum eo fœdus, ut dares ei terram Chananæi, Hethæi, & Hevæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Iebuzæi, & Gergesæi, ut dares semini eius: & implesti verba tua, quoniam iustus es. *n.* 7. & 8. *Lyra.* Primò ponitur beneficium electionis, quód Deus populum Israel sibi tanquam peculiarem elegit in Abraham. *num.* 11. *Et ad illud,* Et invenisti cor &c. *sic ait Lyra,* Quia pro amore tuo paratus fuit etiam filium suum dilectissimum immolare. *num. suo* 14. Invenisti cor eius &c. *Deus cor Abrahami invenisse dicitur; quærebat enim illud Deus quasi humani erga se amoris thesaurum, quo invento se divitem reputaret, quodque libenter divini sui erga Abraham amoris pretio comparavit.*

2 Esdr. 9. n. 7. & 8.

2489 *Iudith.* 8. Memores esse debent quomodo pater noster Abraham tentatus est, & per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus est. *num.* 19. *Lyra.* Inducit exemplum Abraham, qui tentatus fuit in filij immolatione. *num. suo* 8. *Felix nimiùm, qui tentatus, fuerit probatus, si victor extiterit, tunc enim, ut alter Abrahamus, humano, & Angelico & divino suffragijs concurrentibus manebit approbatus.*

Iudi. 8. nu. 19.

2490 *Psalm.* 46. Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham: quoniam dij fortes terræ vehementer elevati sunt. *vers. vlt.* *Lyra.* Dicitur Deus Abraham, quia Abraham primò fidem vnius Dei prædicavit, seu confessus est, alijs ad idololatriam declinantibus. *nu. suo* 7. Cum Deo Abraham. *Abrahæ esse Deus dicebatur, cum alij omnes mundi principes ad Deum colendum congregati referuntur; at si Deus tanti Deum solius Abrahæ esse duceret, quanti Deum esse aliorum omnium principum se colentium æstimaret: vnumque*

Psa. 46 v. vlt.

vnumque Abraham principem præ omnibus alijs, eò quòd ipse primus Dei cultor, & fidei prædicator extiterat, reputaret.

2491 *Ecclesiast.* 44. Abraham magnus pater multitudinis gentium, & non
Ecc. 44 est inventus similis illi in gloria, qui
*à n.*20. conservavit legem Excelsi, & fuit in testamento cum illo. Et in carne eius stare fecit &c, *à n.* 20. *Lyra. ad illud.* Non est inventus &c. Hoc quantùm ad duo, scilicet quia primus fidem vnius Dei publicè prædicavit post diluvium populis ad idololatriam declinantibus; & in hoc quòd filium suum vnigenitū dilectum tam promptè voluit immolare,
*Gen.*22 ut impleret Dei præceptum. *n. suo* 2. *Merito non est illi inventus similis in gloria, quia non potuit ei similis in pæna aliquis reputari: ad mensuram enim pænæ, gloria etiam in hac vita, à Deo dari solet.*

2492 *Isaiæ* 41. Et tu Israel serve meus, Iacob quem elegi, semen Abra-
Isai. 41 ham amici mei. *n* 8. *Lyra.* Amici
num. 8. mei quia amore mei paratus fuit filium vnigenitum immolare. *n suo* 3. *In patre Abrahamo dicitur Deus Iacobum filium filij sui Isaac é patria evocasse iuxta illud,* In quo apprehendi te ab extremis terræ, & á longinquis eius vocavi te. *n.* 9 *Quilibet enim Israelitarum facilè è patria Deo obediens commigraret, sciens progenitorem suum Deo obedientem ad alienam terram ex solo patrio commigrasse, ac si iam tunc in progenitore suo se crederet evocatum.*

2493 *Isai.* 51. Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram,
Isai. 51 quæ peperit vos: quia vnum voca-
n. 1. & vi eum, & benedixi ei, & multipli-
2. cavi eum. *n.* 2 *Lyra exponens etiam illud.* Attendite ad petram, vnde excisi estis, & ad cavernam laci, de qua præcisi estis. *sic ait.* Id est ad Abraham, & Saram, ut exponitur postea. Et vocatur Abrahā petra propter fidei firmitatem. *n. suo* 2. & 3. *Petræ vocabulum sibi aptare dignatus est Christus iuxta illud* 1. *Cor.* 10. Petra autem erat Christus. *n.* 4. *Ergo petræ vocabulum, & patri fidelium in lege naturæ, scilicet Abrahamo: & fidelium patri in lege gratiæ, nempe Petro, Dei Filius communicavit, ut in vtroque ostenderet fidei firmitatem, & illorum quemlibet, quasi columnam erigeret triumphalem suo dicatam nomini, ut in his divinum de humana inconstantia triumphum ostentaret.*

Ioannis 8. Abraham pater vester 2494
exultavit, ut videret diem meum:
vidit, & gavisus est. *n.* 56. *Lyra.* A- *Ioan.*8.
braham desideravit cognoscere tē- *nu.* 56.
pus adventus Christi, quod est videre Christum in spiritu, propter hoc cognitionem hanc desiderabat, quia ab ipso omnium gentium redemptionem expectabat. *n. suo* 8. *Diem suum Dei Filius eum appellabat, in quo Abraham gaudens de revocatione præcepti, quo filium suum iussus fuerat immolare, pro quo arietem typum sui sacrificarat: diem enim suum illum esse ducebat, in quo amore hominum se in cruce exaltandum designabat.*

Ex Abulensi.

Genes. 12. Dixit autem Dominus 2495
ad Abram, Egredere de terra
tua: & de cognatione tua, & de do- *Gen.*12
mo patris tui, & veni in terram, quā *num.*1.
monstravero tibi. *n.* 1. *Abulens.* Intelligitur exitus de cognatione, & terra quantúm ad cognatos, qui idolis serviebant; volebat enim Deus sibi purum reddere, ut non macularetur idololatria. Cognati autē sui colebant idola, ideo iussit Deus exire de cognatione. Si qui autem erant cognati Abrahæ cultores veri Dei, non prohibetur Abraham inter eos manere, sed Thare, & Loth erāt tunc tales: ideo non cogebatur recedere ab eis per hoc mandatum Dei. *q.* 4.

Et infrà. Nachor autem erat 2496
frater Abrahæ, sed quia erat idolo-
latra, deseruit eum Abraham. *ead.* *Gen.* 12
q. 4. *num.* 1.

q. 4. *Et multò inferiùs exponens iterum illud* De cognatione tua, *sic ait. Abulens.* Ideſt de inter fratres, & cognatos tuos; manebat enim de Hur civitate Chaldæorum Nachor frater Abrahæ deditus idololatriæ, & alij de conſanguineis Abrahæ. Et de domo patris tui, id eſt de domo Thare: quia Abraham veniebat cum Thare, & iubebatur recedere, ne malis moribus aliorum ipſe inficeretur. q 22. *Ex tribus ſeparationem Dominus Abrahæ imperabat. Primò ex terra ſua: ſecundò ex cognatione: tertiò ex domo patris ſui: ut in obſervantia unius præcepti tria mandata compleret; Deumque ſibi hæc tria unico præcepto imperantem, & unum in Deitate, et in perſonis trinum à ſe cognoſci manifeſtaret.*

2497 *Geneſ.* 12. Et magnificabo nomen tuum eriſque benedictus. *n.* 2.

Gen. 12 num. 2. *Abulenſ.* Ideſt Dabo tibi celebritatem nominis, ſcilicet famam, quia tanta bona Deus faciebat Abrahæ, quòd nomen eius cognoſcebatur á multis. Maximé quia fama victoriæ, quam habuit de quatuor regibus eripiens Lot conſobrinum ſuum faciebat eum celebrem. q. 22. *Glorioſus Patriarcha eſſe volebat: generoſus enim cùm eſſet, nominis ſui famam magnifaciebat, quamobrem Deus eius ſe accommodans conditioni ut eum faciliùs attraheret, ei nominis magnificentiam promittebat.*

2498 *Geneſ.* 12. Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledi-

Gen. 12 num. 3. centibus tibi, atque in te benedicẽtur vniverſæ cognationes terræ. *n* 3. *Abulenſ.* Tantúm enim Deus acceptaverat Abraham ad gratiam, quòd non ſolúm benedixit eum, ſed etiam omnes benedicentes ei. Sicut cúm aliquis multúm diligit alium, non ſolúm diligit eum, ſed etiam amicos eius. Et maledicam maledicentibus tibi, quia Deus deſtruebat æmulos, & inimicos Abrahæ, privando eos bonis temporalibus & vita, q 22.

2499 *Deinde ſic prægreditur Abul.* In Hebræo dicitur, Maledicam maledicenti tibi. Ponuntur enim benedicentes pluraliter, maledicentes autem ſingulariter, ad ſignificandum quòd multi benedicerent Abrahæ, & pauci maledicerent. *q.* 22. *Primò Dominus benedictiones promittit; ſecundò maledictionẽ comminatur, ut oſtenderet ſe potiùs ad benedicendum, quàm ad maledicendum hominibus, præparatum.* Gen. 12 num. 3.

2500 *Geneſ.* 12. Tulitque Sarai vxorem ſuam & Lot filium fratris ſui, vniverſamque ſubſtantiam quã poſſederant, & animas, quas fecerant in Haran: & egreſſi ſunt, ut irent in terram Chanaan. *n.* 5. *Abulenſ.* Dicuntur animæ, quas fecerant, homines, quos ad cultum veri Dei in Haran converterunt, quia docentes, vel convertentes alios, facere eos dicuntur. Et fortè iſta ſententia eſt melior. Scilicet quód illi, quos converterunt in Haran, ſecuti ſunt eos venientes in terram Chanaan, ut magis ab eis erudirentur, & ne in terra illa idololatrarum manentes, rurſus ad idololatriam verterentur. *q.* 22. Animas quas fecerant. *Non dicitur, Quas fecerat, ſed,* Quas fecerant, *n.* 5. *Non enim ſolus Abram viros, ſed & Sara fæminas, & Lot pueros exemplo virtutis ad cultum divinum attrahebat, & ſic animas Deum verum colentes faciebat.* Gen. 12 num. 5.

2501 *Geneſ.* 12. Apparuit autem Dominus Abram & dixit ei; Semini tuo dabo terrã hanc. Qui ædificavit ibi altare Domino, qui apparuerat ei, & invocavit ibi nomen eius. Et inde tranſgrediens ad montem, qui erat contra Orientem Bethel, tetendit ibi tabernaculum ſuum, ædificavit quoque ibi altare Domino, & invocavit nomen eius, *n.* 7. & 8. *Abulenſ.* In hoc magis patet devotio Abrahæ, & religio: quia vbicumq; morabatur altare conſtruebat, ut á Dei cultu circa latriam non ceſſaret. *q.* 27. *Et in primo loco & in ſecundo nomen Domini invocaſſe refertur, nec mirum, in primo namque Deum ſibi apparentem, ne diſcederet, invocabat; in* Gen. 12 num. 7. & 8.

secundo autem, Deum non sibi apparentem convocabat, quem semper habere praesentem cupiebat.

2502 Gen.12 nu.13. *Genes.* 12. Dic ergo obsecro te, quód soror mea sis ut bene sit mihi propter te, & vivat anima mea ob gratiam tui. *n.* 13. *Abulens.* Maior honor erat Saræ quòd esset vxor Abrahæ, quàm quòd esset soror eius: qui, si fuisset soror eius verissimé, nõ accipisset eam in vxorem, nec fuisset ipsa mater Messiæ, & Patriarcharum, nunc autem, quia erat vxor Abrahæ vtrumque fuit: & sic rogabat Abraham Saram, quòd nomen magis honorabile taceret, & minùs honorabile exprimeret. *q.* 31. Et vivat anima mea. *n.* 13. *Non enim tã mortem corporis, quàm animæ interitum exhorrebat, quem incurreret, si intelligentibus Ægyptijs Saram esse vxorem illius, corpus non occiderent, animam verò illius cogentes eum in adulterium consentire, enecarent.*

2503 Gen.12 nu.16. *Genes.* 12. Abram verò bene vsi sunt propter illam. Fueruntque ei oves, & boves, & asini, & servi, & famulæ, & asinæ, & cameli. *n.* 16. *Abulen.* Ista data fuerunt sibi a Pharaone, & servis eius. Et ut aliqui volũt, Abraham fuit multùm honoratus, quia arithmeticam, & astrologiam apud Ægyptum docuit, ut refert Iosephus, & hoc satis rationale est: quia astrologia & geometria fuit inventa in terra Chaldæorum á Nomrad, & sic in terra illa multùm vigebat, quare Abraham potuit eam ibi addiscere, & postea docere Ægyptios, postea ex Ægyptijs delata fuit ista ars in Græcos. *q.* 32.

2504 Gen.12 nu.16. *Deinde sic addidit:* Sed si aliquid docuit Abraham Ægyptios, illud fuit valde modicum: quia non mansit in Ægypto vno anno: sed immediatè, ut revelatum est Saram esse vxorem suam, recessit de Ægypto: illud tamen modicum esset Ægyptijs tamquam principium ad excogitandum multa in astrologia. *q.* 32. Abram bene vsi sunt. *n.* 16. *Nullus enim audebat Abram in aliquo offendere, cùm illum reginæ futuræ fratrem esse existimarent, qui proinde regis favore facilé se de malefactoribus vendicaret.*

Genes. 12. Nunc igitur ecce coniux tua, accipe eam, & vade. 2505 *n.* 19. *Abulens.* Intelligitur, quód mandavit ei recedere de terra Ægypti; quia sciebat Pharao Ægyptios esse luxuriosos, & ideo non poterat inter eos securus vivere: expediebat ergo ei recedere, & patet ista sententia per ea, quæ subdũtur: quia Pharao mandavit viris suis, quòd custodirent eum, cúm dicitur, Præcepit Pharao super Abraham viris suis, ut salvum deducerent eum & totam familiam, & substantiam eius vsque ad terminos regni sui: nè aliquis de Ægyptijs noceret ei propter vxorem, vel tolleret eam sibi. *q.* 32. Accipe eam, & vade. *n.* 19. *Ne si adhuc in eius curia Sara remaneret, iterum, etiam sciens iam illam vxorem Abrahæ, in domum regiam trahi imperaret: præsentem namque occasionem, si illam haberet, non facilè posset declinare.* Gen.12 nu.19.

Genes. 13. Reversusque est per iter, quo venerat á Meridie in Bethel, vsque ad locum vbi priús fixerat tabernaculum inter Bethel & Hai. *n.* 3. *Abulens.* Cúm Abraham magnos sumptus ageret, & non haberet pecuniam, de qua solveret, pignora reliquerat, quæ nunc liberare volebat adductis fortè pecunijs de Ægypto. *q.* 1. Reversus est &c. *n.* 3. *Voluit enim Deus, ut qui priùs illum viderant pauperem in Ægyptum descendentem, viderent eundem divitem ab Ægypto ascendentem. In quo proinde Christus eius futurus filius præsignificaretur, in mundum pauperis habitu descensurus, & à mundo in Cælum, dives valde ascensurus.* 2506 Gen.13 num.3.

Genes. 13. Dixit ergo Abram ad Lot, Ne quæso sit iurgium inter me, & te, & inter pastores meos, & pastores tuos: fratres enim sumus. *n.* 8. 2507 Gen.13 num.8.

Abul-

Abulens. Propter quandam vrbanitatis doctrinam: qui enim alijs honorem deferre volũt, in bonis præponunt alios sibi ipsis: in malis autẽ præponunt se alijs, quia sicut honor est de bono alteri plus tribuere, quàm sibi: ita & est honor de malo ei tribuere minùs, quám sibi: & si sibi & alij culpam imponere debet: sibi maiorem imponat; alteri verò minorem. Et quia ille, qui in malo priús nominatur, plus de malo accipit: ideo Abraham voluit se priús nominare in contẽtione, quám Lot, quasi plus culpæ ad se pertineret, quám ad Lot. *q.* 49 *Priùs iurgium inter se, & Lot, quàm inter pastores suos, & pastores Lot reprimere intentabat, sciebat enim contentionem inter servos à dominis plerumque derivari, & composita inter dominos pace, facilè servos dominorum in pacem posse revocari.*

2508 *Genes.* 14. Et dedit ei decimas ex omnibus. *n.* 20. *Abulens.* Cúm Abraham vidit, quòd Melchisedech obtulisset pro eo sacrificium, & benedixisset Deum nomine eius, cogitavit dignum esse aliquid ei exhibere, ne ingratus esset tanto bono: dedit ergo decimas ex omnibus, quæ portabat *ad hũc locum.* Dedit ei decimas, *n.* 20. *Quasi quadam belli spolia, ut victoriam in bello partam non suis viribus tribuere videretur, sed Deo cuius sacerdoti decimas triumphi sui exuvias offerebat.*

Gen. 14 nu. 20.

2509 *Gen.* 14. Non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt, ne dicas, Ego ditavi Abram, *n.* 23. *Abulens.* Non dicebat Abraham ista ad iactantiam, sed ad Dei gloriam, qui credebat firmiter, quód Deus multiplicaret bona eius nimis, cùm promisisset. Nolebat ergo quòd laus, quæ Deo attribui debebat de multiplicatione bonorum Abrahæ, reduceretur ad regem Sodomorum, & quantum ad hoc, valde bonus erat zelans totis viribus honorem Dei. *ibi. Gloriam enim ditandi se ipsum peregrinum, & pauperem: soli Deo reservatam reputabat, qui adeò liberalis est, ut actum ditandi pauperem sibi iudicet valde gloriosum.*

Gen. 14 nu. 23.

Genes. 15. Noli timere Abrã, ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. *n.* 1. *Abulens.* Quia Deus promiserat Abrahæ multa bona, & magnum honorem, & quia Abraham multùm fuerat exaltatus in victoria cõtra quatuor reges potentes; timebat, ne bona á Deo promissa ei, in hoc complerentur. Deus ergo subiunxit ista quæ sequũtur ad evacuandum timorem eius, scilicet Noli timere, *ibi.* 2510

Gen. 15 num. 1.

Ante pugnam, non autem post victoriam Abram Deo protectore indigere videbatur. Cur ergo post victoriam Deus se illius protectorem esse declaravit? ut intelligeret Abraham, se & in bello præterito fuisse à Deo protectum; & in quolibet futuro bello protegendum. Novasq; victorias post illam primam à Deo datam victoriam, sub tanto suæ societatis duce, ac protectore suis militibus iuberet sperare, non enim, qui sub tanto duce militarent possent ab hostibus etiam innumerabilibus superari. 2511

Gen. 15 num. 1.

Genes. 15. Dixitque Abram, Domine Deus quid dabis mihi? Ego vadam absque liberis: & filius procuratoris domus meæ iste Damascus Eliezer. *n.* 2. *Abul.* Magni domini ponunt in domibus suis aliquos viros de quibus confidunt, & commendant totam curam rerum domesticarum, ne ipsi domini in omnibus negotijs etiam parvulis implicentur, quia hoc valde servile est, ut ait Philosophus in primo Poli. *c.* 4. *ibi.* Quid dabis mihi &c. Filius procuratoris &c. *n.* 2. *Ac si non alium sibi in filium posset adoptare. Et quidem iure, filio enim procuratoris, qui bona omnia domus procuraverat, ea bona gratitudinis gratia videbantur relinquenda, si Abram naturalẽ legitimumque filium non haberet, quem in bonis suis institueret successorem.* 2512

Gen. 15 num. 2.

Genes. 15. Statimque sermo Domini factus est ad eum di ens, Non 2513

Gen. 15 num. 4.

Non erit hic hæres tuus, sed qui egredietur de vtero tuo, ipsum habebis hæredem. *n. 4. Abulens.* Abraham magno desiderio filiorum tenebatur, & quia Deus disposuerat dare ei filium, noluit eum pro incertitudine anxia diutiùs cruciare, ideoque statim, ut Abraham suum desiderium declaravit, Deus ei prolem promisit *ibi. Certè si invidus esset Abraham plus de felicitate procuratoris filium habentis, quàm de sua calamitate filio carentis torqueretur: ac proinde merito priùs Deus illi, non sibi successurum in bonis procuratoris filium diceret, quàm filium sibi proprium, sibi successurum declararet. Invidus tamen vir tantus non erat, sed Deum liberalem agnoscebat, quem proinde ex beneficio filij procuratori suo à Deo cõcessi, ad sibi simile conferendum beneficiũ provocabat.*

2514 *Genes.* 15. Ego Dominus, qui eduxi te de Vr Chaldæorum ut darem tibi terram istam, & possideres eam. *n. 7 Abulens.* Deus eduxit Abraham de terra sua ad dandum ei, & semini suo vitam æternam, quia in terra Chaldæorum omnes ad idololatriam declinaverant, & sic Abraham & semen eius, si ibi maneret, periclitaretur, quia difficile est inter tot malos paucos bonos esse, præcipuè cúm ipsi mali bonos quotidie pungerent, ut ad suam malitiam eos inducerent. *ibi.* Ego Dominus &c. *n. 7. Quasi tunc vel maximè Deus se Dominum esse reputaret, cùm servum suum á periculo peccandi, attrahens eum ex societate malorum, liberaret.*

Gen. 15 num. 7.

2515 *Genes.* 15. At ille ait Domine Deus vnde scire possum quód possessurus sim eam. *n. 8. Abulen.* Abraham intelligebat, quód promissa Dei erant conditionalia, scilicet si illis quibus fiebant non mutarentur ad oppositum; at quia Abraham sciebat se posse peccare, cúm esset circundatus infirmitate, licet crederet, quòd ista adimpletio promissi ex parte Dei nullũ detrimentum pateretur, tamen timebat, quòd fortè ipse mutaretur, & sic promissum non impleretur, petijt ergo Abraham de hoc certificari, scilicet vtrum sic futurum esset, quòd ipse non mutaretur, & promissa Dei in illo implerentur. *ibi.*

Gen. 15 num. 8.

Aliam præbet expositionem & sic ait Abulens. Licet Abraham certus esset de acquisitione, scilicet quód Deus daturus ei esset terrã illam, tamẽ sollicitus erat de conservatione, scilicet vtrũ culpa sua illã iam habitam perderet, ideo petebat certificari, vtrum sic futurum esset. Ideo non quæsivit Abraham, Vnde scire possum quòd habiturus sum eam, quia habere significat solam receptionem, sed quòd possessurus sum. Possessio enim firmam, & pacificam tentionem significat. *ibi.* 2516

Gen. 15 num. 8.

Domine Deus &c. *n. 8. Et Dominum, & Deum appellabat, ut ostenderet, quòd nec de potentia Domini, nec de bonitate Dei circa promissionem sibi factam dubitaret: volebat tamen aliquo signo præcedenti possessionem, de possessione futura certificari, ut firmam de promissione spem ampliùs confirmaret.* 2517

Gen. 15 num. 8.

Genes. 17. Ego Dominus omnipotens: ambula coram me, & esto perfectus. *n. 1. Abulens.* Idest ego, qui mando tibi ista, possum ea mandare, quia sum Deus omnipotens. Ambula coram me, idest sic ambula in tua conservatione morum, ac si me coram te semper videres, & istud est præcipuum, quod hominem tollit de peccato, scilicet continua memoria de Deo in actibus nostris. Sic enim dicebat Elias ut patet 3. Reg. 18. Vivit Dominus ante cuius vultum sto. *ibi.* 2518

Gen. 17 num. 1.

3 Reg. 18.

Aliam præbet expositionem sic idẽ Abulens. Ambula coram me, id est labora, ut in omnibus actibus tuis mihi placeas; ille enim dicitur corã alio ambulare, qui hoc solum intendit, ut alteri placeat. *ibi.* Et esto perfectus idest fac opera, per quæ sis perfec- 2519

Gen. 17 num. 1.

perfectus, ita quòd me solùm diligas vel saltem omnia propter me diligas *ibi. Non dixit, Ambula post me, aut sequere me. Adeo namque Abraham Deum diligens Deo placebat, ut semper eum coram se habere vellet, ut pulcherrimum spectaculum, quo semper divinos oculos oblectaret.*

2520 *Genes.* 17. Nec vltra vocabitur nomen tuum Abram: sed appellaberis Abraham quia patrem multarum gentium constitui te, *n.* 5. *Abulens.* Quia nunc Abraham fuerat circumcisus, conveniebat, ut nomen antiquum perderet, recuperando aliud excellentius. *ibi. Volebat enim Deus, Quòd Abraham quoties hoc novo vocabulo se audiret appellari, beneficij sibi ab eo exhibiti de filiorum multiplicitate memor esset, ne vmquam ingratus esse videretur.*

Gen. 17 *num.* 5.

2521 *Genes.* 17. Cùmque finitus esset sermo loquentis cum eo, ascendit Deus ab Abraham. *n.* 22. *Abul.* Loquebatur Deus Abrahæ per Angelum suum in aliqua assumpta figura, & quando finivit loqui ascendit ab Abraham, quia fortè visa est illa figura moveri contra cælum; Vel dicitur Ascendere ab Abrahã, idest disparere á visu eius, & quia Angelus disparens ad empyrium rediturus erat, illud dixit, quód ascendit ab eo. *ibi.* Ascendit Deus ab Abraham, *Ille enim Angelus, magni consilij Angelũ, Deum verum præsignificabat, qui à filijs Abrahæ postquam loquutus eis esset in die Ascensionis in cælum erat ascensurus, ut hominis substantiam ad dexteram æterni Parentis collocaret; hominesque in Angelos sibi similes in gloria transformaret.*

Gen. 17 *nu.* 22.

2522 *Genes.* 17. Tulit autem Abraham Ismael filium suum, & omnes vernaculos domus suæ, vniversosq; quos emerat, & cunctos mares ex omnibus viris domus suæ, & circumcidit carnem præputij eorum statim in ipsa die, sicut præceperat ei Deus. *n.* 23. *Abulen.* Valde commendabilis est in hac parte Abrahæ obedientia, quia eadem die, qua omnia ista dicta sunt complevit ea, se, & filium, & omnes domesticos circumcidens. Verus enim obediens moras nescit, nec de agendo deliberat cúm mandatum fuerit. *ibi. Primus igitur inter alios domesticos circumcisus fuit Ismael filius Abrahæ; deinde omnes vernaculi, & emptitij circumcisionis legem servant; omnes enim exemplo filij sui Abrahamus ad legis observantiam obligavit faciliùs, quàm si eos humano etiam præcepto obligaret.*

Gen. 17 *nu.* 23.

2523 *Genes.* 18. Cúmque elevasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum, quos cùm vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui, & adoravit in terram. *n.* 2. *Abulens.* Cum desiderio enim expectabat, ut aliqui venirent, quibus pietatis obsequia exhiberet, & desiderantes solent oculos frequẽter elevare, si forté veniat, quod exoptãt. *ibi.*

Gen. 18 *num.* 2.

2524 *Et ad illud.* Apparuerunt ei tres viri; *sic ait Abulens.* Isti erant tres Angeli, quos Deus misit in specie virorum, ut satisfaceret intẽtioni Abrahæ ardenti desiderio hospitalitatis. *ibi. Et ad illud,* Et adoravit in terrã. *n.* 2. *sic ait.* Idest inclinavit se ad terram faciens magnam reverentiam, ut sic eos faciliùs induceret; erat enim vrbanus valde. Vel Abraham consideravit istos esse nuncios Dei & ideo non ipsos, sed Deum in ipsis adoravit. *ibi.*

Gen. 18 *num.* 2.

2525 *Tres hi viri divinas tres Personas indicabant, cùm enim tunc Deus, ut filiũ legitimum Abrahamo promitteret, appareret: nulla ex divinis Personis abesse voluit, sed potiùs qualibet se præsentem voluit demonstrare, ut tantum beneficium à singulis concessum Saræ esse crederetur, nempe Isaacum filium à Patre per omnipotentiam, à Filio per sapientiam, ab Spiritu sancto per benevolentiam sibi datũ.*

2526 *Genes.* 18. Ponamque buccellã panis, & confortetur cor vestrum, postea transibitis: idcirco enim declinastis ad servum vestrum. Qui dixerunt,

Gen. 18 *num.* 5.

xerunt, Fac ut locutus es. *n. 5. Abul.* Loquitur humiliter non iactans res suas, sicut dicitur communiter invitatis, dabitur vobis, & panis, & aqua cúm tamen invitans intendat eis plura dare. Satis est vrbanus modus loquendi, quia sic innuitur magnitudo invitati, quasi ista non attingant vllo modo dignitatem eius, & quód nihil ex hoc videatur obligatus recipiens convivium, quasi si nihil daretur. *ibi.*

2527 *Et ad illud.* Fac ut locutus es. *n. 5. sic ait Abulens.* Id est, non facias ergo nisi secundúm quod dixisti. Iste
Gen. 18 num. 5. est modus vrbanitatis hospitum invitatorum, quando nolunt, quód fiat propter eos magni sumptus, vel apparatus, dicentes: Non curetis facere solemnitatem. *ibi.* Fac ut locutus es. *n. 5. Ista dicunt Angeli, ut qui scirent parum, vel nihil valere sermocinationem, nisi ille, qui loquitur, faciat; & eloquio linguæ addat & manuum operationem, ideo dicunt,* Fac ut locutus es.

2528 *Genes.* 18. Tulit quoque butyrum & lac, & vitulum, quem coxe-
Gen. 18 num. 8. rat; & posuit coram eis: ipse veró stabat iuxta eos sub arbore. *n. 8 Abul.* Scilicet ut videret, ne aliquid eis deficeret, & ut eos suo condelectaret eloquio ad complendam totam gratiam hospitalitatis. *ibi. Sub arbore, quæ typus crucis erat, tota in tribus figurata Angelis Trinitas aerem captabat, ut in divino pectore magnum humanæ redemptionis desiderium, accensum nimis, per auram illic flantem refrigeraret,*

2529 *Genes.* 18. Dixitque Dominus: Num celare potero Abraham, quæ
Gen. 18 nu. 17. & 18. gesturus sum: cùm futurus sit in gẽtem magnam, & benedicendæ sint in illo omnes nationes terræ? *n. 17 & 18. Abul.* In his ergo, quæ Abraham facturus erat, merebatur, & ideo licet nondum fecisset hoc apud Deũ, tamen reputabatur sibi hoc ad iustitiã, quia sciebat eum ista facturũ. Et est speciale de bono, scilicet, quòd Deus cognoscens aliquem bene facturum, antequam faciat, ei propter illud, quòd facturus est, aliquid boni in præmium concedat. *ibi.*

Alludit ad id quod dicitur num. seq. 2530
Scio enim quòd præcepturus sit filijs suis, & domui suæ post se, ut custodiant viam Domini, & faciant iudicium, & iustitiam. *n. 19. Unde sic ait Abulens.* Et patet quia dicitur in litera; Scio quód præcepturus sit filijs suis, idest quia ego scio quód in futuro bona operabitur, volo ei nũc revelare secreta mea. *ibi.* Gen. 18 nu. 19.

Postea sic pergit Abulens. De malo autem non fit sic, quia dato quód 2531
Deus cognoscat aliquem in malo fiturum, tamen nullam pænam ei infligit, dum est bonus secundùm præsentem iustitiàm, quia in hoc iniustùs valde esset reddendo malum pro bono. De bonó autem secus est, quia ibi potest dare bonum ex liberalitate alicui nondum merito: hîc autem dari pænam nondum meritã divinæ repugnat iustitiæ. *ibi. Cùm Dei filius cum Abrahamo solus maneret recedentibus duobus Angelis in Sodomam tunc incepit ei secreta sua revelare, ne si coram Angelis ea diceret, non ut amico secreta sed ut vulgari homini ea, quæ iam multis nota erant, manifestare crederetur, quod enim coram duobus Abrahamo dictum foret, iam non secretum esse videretur.* Gen. 18 nu. 19.

Genes. 22. Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Isaac, & vade 2532
in terram visionis: atque ibi offeres eum in holocaustum super vnum montium, quem monstravero tibi. *n. 2. Abul* Non mandavit Deus Abrahæ quòd immolaret filium suum prope domum suam, quia subitò mãdato Dei concepto antequam alia contraria subintraret cogitatio, facere potuisset faciliús, sed in tanto spacio terræ perambulando multæ cogitationes contrariæ subintrarent quæ animum firmatum á recto proposito eradicarent, scilicet amor filialis, quia erat consolatio suæ senectutis, Gen. 22 num. 2.

necessitatis, pietas innocentis, & matris tristitia; sed quia potentissimus Dei miles erat, hæc omnia tolerauit, & vincendo contempsit.

2533 Gen. 22 num. 2. *Et ad illud.* Atque ibi offeres eum in holocaustum. *numer.* 2. *sic ait Abulens.* Hoc ad maiorem dolorem materia erit, quia si mandasset eum iugulari solùm, post pater eius sepeliuisset eum, & aliqualiter consolaretur sciens sepulchrum filij sui, sed holocaustum est, cùm totum animal incenditur, & in cineres reducitur, sic ergo reducendus erat Isaac, & post, cineres eius aura circumquaque dispergeret, ita quòd pro eo nihil maneret. Tolle filium tuum. *Nec enim coram meo filio poterit apparere. Immolandi filium tuum mihi voluntatem, ego per actionem immolandi filium suum tibi compensabo: neque enim tuum, sed meum in holocaustum pro mundi redemptione acceptabo.*

2534 Gen. 22 num. 9. & 10. *Genes.* 22. Pergebant ergo pariter, *numer.* 9. *Abulens. exponens id, quod sequitur.* Et venerunt ad locum, quem ostenderat ei Deus. *numer.* 10. *sic ait.* Quem ostendit ei Dominus, scilicet, desuper globum igneum elevando, sive columnam ignis. *ibi.* Pergebant ergo pariter. *Non semel, sed iterum atque iterum pergendi paritas explicatur.* Cùmque duo pergerent simul *numer.* 6. Pergebant ergo pariter. *numer.* 9. *Ac si non minùs celer Isaac ex obediencia patris pergeret, ut mortem ferret, quàm Abrahamus ex obedientia Dei, ut illi eam inferret.*

2535 Gen. 22 nu. 17. *Genes.* 22. Benedicam tibi & multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & velut arenam, quæ est in littore maris: possidebit semen tuum portas inimicorum suorum. *numer.* 17. *Abulens.* Dicit autem Rabbi Salomon quód filij Abrahæ comparantur stellis quantúm ad bonos, quia quando boni essent, nullus eis nocere posset, sicut nullus nocet stellis in sublimi positis: quando mali essent, comparantur arenæ, vel pulveri, qui ita conculcarentur ab omnibus, sicut pulvis. *ibi.* Possidebit, &c. *numer.* 17. *Dux enim, qui hostium portas possideret, facilè posset urbes etiam munitissimas intrare, hostesque suos penitus debellare. Portas inimicorum possideret, qui illos in urbibus á se obsessos ita clausas retineret, ut nullus illorum ab urbibus ad incursus faciendos posset egredi sed quilibet quasi servus tanti Domini sub illius dominio, licet non dum in illius possessione, teneretur.*

Genes. 23. Mortua est in civitate Arbeæ, quæ est Hebron in terra Chanaan: venitque Abraham, ut plangeret, & fleret eam. *numer.* 2. *Abulens.* Flere pertinet ad lacrymantes ex dolore, plangere pertinet ad plorantes ad solemnitatem. Sic agebat Abraham pro Sara vocans aliquos, qui plangere scirent. Ex quo apparet, quód Abraham magnos honores, & sumptus fecit in funere Saræ, quia notabilis fœmina fuerat. *ibi.* *Ergo Abrahamus non solùm flevit, sed etiam planxit Saram, magister lacrymosi factus chori, qui amoris erga dilectam vivam cantum, in mœroris pro dilecta defuncta planctum transmutavit.* 2536 Gen. 23 num. 2.

Genes. 23. Audi nos Domine, princeps Dei es apud nos: in electis sepulchris nostris sepeli mortuum tuum, nullusque te prohibere poterit, quin in monumento eius sepelias mortuum tuum. *num.* 6. *Abulensis.* Deus tantam gratiam dederat Abrahæ, & ita erat in conversatione sua dulcis, & omnibus obsequiosus, quód omnes eum valde diligebant, & magnam reverentiam exhibebant in tantum, quód totus populus civitatis vocaret eum dominum, & principem. Princeps Dei es apud nos, id est, tu inter nos es quasi quidam princeps datus á Deo, hunc honorem tibi dare de- 2537 Gen. 23 num. 6.

debemus, scilicet quód in electis sepulchris sepelias mortuum tuum. *ibi.*

2538 *Et infrà sic pergit Abulensis.* Vocatur autem princeps Dei, quia iudices principes sunt, cúm potestatem determinandi causas habeant, & erat á Deo, quia erat Abraham vitæ valde laudabilis, & videbant Hethæi quòd Deus faceret mirabilia pro eo: & ideo quando aliqua causa valde dubia erat inter eos, recurrebant ad Abraham, ut per divinum oraculum de dubio responderet. *ibi.*

Gen. 23 num. 6.

2539 *Deinde sic pergit Abulensis.* Apparebat autem quòd Abraham esset á Deo in multis dilectus. Primó quia Deus propter ipsum fecerat tantam virtutem, ut ipse cum trecentis, & decem octo viris suis devicisset quatuor potentissimos reges. Secundó quia Abraham habuit filium in senectute sua, quando vxor sua sterilis erat, ideo admirabantur, qui audiebant, & multi non credebant. Sic patet supra capit. 21. Quis auditurus crederet quód Sara lactaret filium? Tertiò quia Deus multiplicabat substantiam Abrahæ, ita inæstimabiliter, quòd nulla humana prudentia in tantúm multiplicare posset. Quartò & principaliter apparuit in eo virtus Dei, quia quando filium suum voluit immolare, tanta obedientia, Deus fecit, ut omnes gentes in circuitu cognoscerent famam eius, & crederent eū Dei familiarem. *ibi.*

Gen. 23 num. 6.

2540 Audi nos domine. *Ac si dicerent filij Heth, non tu à nobis beneficium petis.: nos à te beneficium postulamus; ideo dicimus,* Audi nos, *quòd enim sepulchrum vxori tuæ apud nos habere cupis, tibi monumentum erit debiti maroris: at nobis signum tui erga nos erit amoris: non poteris enim non amare illos, inter quos dilectam tuam vis humare,*

2541 *Genes.* 23. Audite me, & intercedite pro me apud Ephron filium Seor: ut det mihi speluncam duplicem, quam habet in extrema parte agri sui: pecunia digna tradat eam mihi coram vobis in possessionem sepulchri. *numer.* 8 & 9. *Abulens.* Ephron erat cum alijs Hethæis congregatis quando Abraham ista petebat, sed non direxit petitionem suam principaliter ad Ephron, sed ad populum terræ, quia magis credebat preces totius populi valituras apud Ephronem, quàm preces suas solùm. Vel fortè fecit hoc, ut daret honorem toti populo dirigendo sermonem ad eum, & non ad vnam personam singulariter. *ibi. Sciebat enim Abrahamus, quòd per communem deprecationem, id, quod desiderabat, à principe faciliùs obtineret, quàm si ipse solus à principe illud humili oratione postularet.*

Gen. 23 num. 8. & 9.

Genes. 25. Deditque Abraham cuncta, quæ possederat Isaac: filijs autem concubinarum largitus est munera, & separavit eos ab Isaac filio dum adhuc ipse viveret ad plagam Orientalem. *numer.* 5. & 6. *Abulensis.* Abraham in spiritu cognovit, quód si Isaac maneret in eadem terra cum alijs, maximæ rixæ sequerentur, quia alij inviderent Isaac, quia plura susceperat, invidia aut in multis malis præberet initium. Cùm autem separati se non viderent, invidendi, nec malignandi locus non esset, *ibi.* 2542

Gen 25 num. 5. & 6.

Et infra sic ait Abulensis. Vel quia Abraham Deo revelante cognovit, quód cultus Dei in solis successoribus Abrahæ per Isaac mansurus erat, ideo divisit eos ab Isaac, ne posteritas aliorum posteritatem Isaac à Dei latria disturbaret. *ibi.* Dum adhuc viveret. *num.* 6. *Dum adhuc viveret omnibus bonis se ipsum Abrahamus spoliavit, ut sic pauper, omnibus spoliatus bonis, latus moreretur.* 2543

Gen. 25 num. 5. & 6.

Genes. 25. Fuerunt autem dies vitæ 2544

Gen. 25 num. 7. vita Abrahæ centum septuaginta quinque anni. n. 7. *Abul.* Isti anni ponuntur distincti in Hebræo, scilicet centum anni, septuaginta anni, quinque anni. Et dicunt hoc, esse ad designandum, quòd ita fuit Abraham à peccato mundus, quando fuit septuaginta annorum, sicut quando fuit quinque, & ita quando fuit centum, sicut quando fuit quinque, ibi. *Si Abrahamus per tot annos vixit, cur per dies vita eius supputatur? Præsertim, cùm vita eius tot adversitatibus plena fuerit, propter quae dies pro annis; non autem anni pro diebus deberent computari? Certè quia tantus erat Abrahæ erga Deum amor, quo propter ipsum Deum omnia adversa sustinebat, ut præ amore annos adversitatis, non longos annos, sed dies esse breves reputaret.*

2545 *Genes.* 25. Et deficiens mortuus est in senectute bona, provectæque ætatis & plenus dierum, congregatusque est ad populum suum. Gen. 25 num. 8. *numer.* 8. *Abulens.* Idest ad Angelos, quia fortè non erant tunc tot boni mortui, qui facerent populum. Et si dicatur contra, quia Abraham non ivit ad Angelos, quia vsque ad passionem Iesu Christi nemo assumptus fuit ad societatem Angelorum. Responderi posset, quòd licet non transiret ad Angelos secundùm rem, transivit ad eos secundùm ineffabilem spem. Vel potest dici, quód transijt ad societatem Angelorum, non secundùm beatitudinem, quæ est in fruitione, sed secundùm quietudinem ab omni pænali infestatione. *ibi.*

2546 *Ad. Angelorum frequentiam merito dicitur congregatus, qui enim vivus Angelos exceperat, mortuus ab Angelis excipi debuit, qui transeunti ad se ipsos Abrahamo hospitium, quod ille eis transeuntibus ad illum exhibuerat, gratitudinis gratia compensarent. Ergo ab Angelis in sinum, qui dicitur Abrahæ sinus, deductus est Abraham, cùm pauper moreretur (omnia enim dum viveret filijs dederat) ut locum ibi pauperibus prapararet, ad quem Lazarus pauper ab Angelis deduceretur. Angeli enim, qui domum Abraham, dum hic in solo viveret frequentabant; etiam postquam in cælo cæpit habitare, invisebant, ut tanto patriarcha quasi spectaculo, & in cælo, & in solo fruerentur.* Gen. 25 num. 8.

Ex D. Dionysio Carthusiano.

Genes. 12. Surrexitque Abram vadens, & vltra progrediens 2547
ad meridiem, *numer.* 9. *Carthus.* Hoc est ad partem terræ Chanaan, respicientem Ægyptum, quæ est ad Meridiem respectu Iudææ. Non ex animi levitate tantus patriarcha, tam frequenter locum mutavit, sed ex divino instinctu, ut terram semini suo promissam circumspiciens, & perpendens, gratias Deo ageret ampliores. *arti*, 46. Vltra progrediens. *Postquam duo Abram erexerat altaria: primum in convalle illustri; secundum inter Bethel, & Hai, quasi duas columnas statuens, primam dicatam fidei; secundam spei sacratam, adhuc vltra perrexisse refertur: quia aliud erat altare ædificaturus in monte à Deo sibi ostendendo, ut filium sibi dilectum in eo immolaret, quod altare, ut tertiam columnam erigeret, in eaque scribens.* Vltra progrediens; *eam amori erga Deum fidem spemque superanti dedicaret.* Gen. 12 num. 9.

Genes. 13. Ascendit ergo Abram de Ægypto, ipse & vxor eius, 2548
& omnia quæ habebat, & Lot cum eo ad Australem plagam. *numer.* 1. Gen 13 num. 1.
Carthus. Per ascensum Abrahæ, & coniugis, ac domesticorum ipsius ab Ægypto ad plagam Australem significatur ascensio Christi, & fidelium eius ad Orientem lucis æternæ, ac patriam beatorum, in qua ferventissimus calor est solis iusti-

iustitiæ. *art.* 47.

Gen. 13 num. 1. *Dives valde Abram Christi typus in cælum ascensuri ab Ægypto scandebat, adhuc tamen suos captivos secum liberos non ferebat, nec illis dona largiebatur, hæc enim beneficia Christus Dominus à se suis exhibenda reservabat, ut primus esset, qui suos à captivitate liberaret, & ipsis liberis dona daret.*

2549 Gen. 13 num. 8. *Genes.* 13. Dixit ergo Abram ad Lot, ne quæso sit iurgium inter me, & te, & inter pastores meos, & pastores tuos; fratres enim sumus. Ecce vniversa terra coram te est, recede á me obsecro. Si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo: si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam. *numer.* 8. *Carthus.* Timuit itaque Abram, ne ex occasione contentionis pastorum suorum, etiam inter eos oriretur contentio, quæ inter domesticos tantó detestabilior est, quantó mutua pax eorum est appetibilior. *art.* 47.

2550 Gen. 13 num. 9. *Et ad illud.* Recede obsecro, *sic ait Carthus.* Meliús namque est salva charitate, & pace, corporaliter separari, & seorsim morari, quàm cum charitatis, & pacis detrimento, simul, & corpore habitare. *art.* 47. Ecce vniversa terra coram te est. *num.* 9. *Non dixit; coram me est: immo nec coram nobis est, sed,* Coram te est, *ut nepotis sic argueret cupiditatem, quippe qui solus humilem terram, non verò sublime cælum inspectaret.*

2551 Gen. 14 nu. 13. *Genes.* 14. Hi enim pepigerant fœdus cum Abram. *n.* 13, *Carthu.* Idest pactum amicitiæ secum inierant. Vbi quæri potest, cur vir ille fidelis cum infidelibus illis pepigerit pactum tale? Respondetur, quòd ex quo inter illos demorabatur, poterat in licitis, & honestis cum ipsis contrahere fædus, præsertim quatenus hac occasione traheret eos ad cultum vnius Dei, quod & forsitan antea fecit. *art.* 48.

2552 *Hos ergo tres fratres, scilicet Mambre, Schol, & Aner Amorrhæos in suam societatem Abram, quos & amicos sibi, & amicos Deo fecerat benevolè cum illis agens, convocavit, ut hoc ternario fratrum communitus, innumeros adversarios, nulla inter se vnitos charitate facilè debellaret.* Gen. 14 nu. 13.

2553 Gen. 14 nu. 15. *Genes.* 14. Et divisis socijs, irruit super eos nocte: percussitque eos, & persecutus est eos vsque Hoba & Phænicem, quæ est ad levam Damasci. *num.* 15. *Carthus.* Divisis socijs idest Vernaculis suis in tres turmas partitis, ut ex tribus locis hostes invaderet. Sic & Gedeon trecentos viros suos divisit in totidem partes. *artic.* 48. *Divisos corporibus, at animis vnitos tres duces fratres sub tribus militiæ signis contra hostes irruere fecit, ut adversarios, & corporibus, & animis separatos faciliús posset superare.*

2554 Gen. 14 nu. 18. & 19. *Genes.* 14. At veró Melchisedech rex Salem, proferens panem, & vinum (erat enim sacerdos Dei altissimi) benedixit ei, & ait, Benedictus Abram Deo excelso. *numer.* 18, & 19. Panem & vinum. *Carthu.* Protulit panem, & vinum ad offerendum Domino pro gratiarum actione de victoria Abrahæ concessa. *art,* 48. *Regale certè, & sacerdotale convivium, quod Eucharisticum præfigurabat, cuius convictores esse debent, non victi, sed victores.*

2555 Gen 15 num. 1. *Genes.* 15. His itaque transactis, factus est sermo Domini ad Abram per visionem dicens, Noli timere Abram; ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. *num.* 1. *Carthus.* Qui in terra aliena habitavit, ut peregrinus, victis tot regibus, poterat formidare, ne impugnaretur á successoribus, & propinquis regum illorum: atque ut aliqui dicunt, verebatur, ne grandis illa victoria, qua vicit quatuor reges, esset tota merces suæ iustitiæ. *arti.* 50.

2556 *Non placet tamen hæc secunda ratio Carthusiano, vnde sic ait,* Sed non apparet

Gen. 15 num. 1. apparet quód vir tantæ illuminationis putaverit temporalem, & exteriorem illum triumphum, esse cōdignum, & sufficiens præmium actuum meritoriorum; Abram autem ex multis revelationibus scivit se esse in statu salutis. Ego protector tuus contra visibiles, invisibiles hostes tuos, ut ad mortale peccatum induci non possis, vel si inductus fueris, tamen finaliter non peribis. *art.* 50.

2557 *Exponens autem illud.* Ego protector tuus, *sic ait Carthus.* Deus

Gen. 15 num. 1. protector est omnium in se sperantium, ac diligentium eum. Indiguit autem Abram protectione divina præcipuè, quoniam in medio idololatrarum, ac pessimorum tunc morabatur, ne eum perversis illis perverteretur. *art.* 50. Noli timere. *Timebat enim Abram, ne victor de hostibus à vana gloria vinceretur; si de triumpho obtento vané, non ipsum Deo attribuens, gloriaretur.*

2558 *Genes.* 15. Dixitque Abram, Domine Deus quid dabis mihi? Ego

Gen. 15 num. 2. vadam absque liberis & filius procuratoris domus meæ iste Damascus Eleazer. *num.* 2. *Carthus.* Tamquam diceret: Quid est quód promittis mihi illa bona futura quám maxima, qui non confers mihi bonum multò minus, ac temporale, videlicet prolem, pro qua toties oro, & quam ardenter desidero. *art.* 50.

2559 *Et in sensu spirituali sic ait Carthusianus.* Vir fidelis per Abram de-

Gen. 15 num. 2. signatus divini amoris ardore succensus, & fraternæ salutis zelo transverberatus, propria salute nequaquam contentus est, & quidquid sibi pro præmio desuper promittatur, non conquiescit, nisi & alios verbo, aut oratione, bonæque vitæ exemplis, ac meritis trahat ad creatorem, & quasi spiritualiter pariat Christo: quod dum se arbitratur non facere, conqueritur. *art.* 51. Domine, quid dabis mihi? *n.* 2. *Fortassis hoc dicebat non dubitando, sed affirmando, sola namque divina merces, quam Dominus illi promittebat, poterat,* Quid *nominari; nihil enim temporale,* Quid, Ioa. 16.

potest appellari; unde dicebat Christus. nu. 24.

Ioan. 16. Vsque modó non petistis quidquam in nomine meo. *n.* 24.

Genes. 17. Apparuit ei Dominus; dixitque ad eum, Ego Domi- 2560

nus omnipotens: ambula coram me Gen. 17

& esto perfectus. *num.* 1. *Carthu.* num. 1.

Ambula coram me, idest secundúm beneplacitum meum vive, ut conversatio tua per approbationem inspiciatur á me. Vnde alia translatio habet; Complace coram me. Vel Ambula coram me idest tam reverenter, & timoratè conversare in meo conspectu, ac si iugiter cernentes me præsentem, hoc est, vbique, & semper cogita me præsentem, & omnia intuentem, & iuxta exigentiam considerationis istius habe te coram me. *art.* 54.

Et exponens illud. Et esto per- 2561

fectus. *num.* 1. *sic ait Carthusian.* Pro

ut perfectio viatoribus competere Gen. 17

potest, quæ perfectio potissimè sita num. 1.

est in actu charitatis divinæ, ut scilicet Deus toto corde sinceriter diligatur, omni inordinata affectione circa creata exclusa, quatenus homo nec se ipsum, nec aliud quodcumque creatum diligat, nisi in Deo & secundùm Deum. *art.* 54. Ambula coram me. *n.* 1. *Adeo enim gratum spectaculum Abram propter desiderium perfectionis, quod habebat, divinis oculis offerebat, ut illud semper Dominus coram se habere vellet; ideoque post Abram ambulantem, ut tam grato frueretur spectaculo, ambularet.*

Genes. 18. Cúmque elevasset 2562

oculos, apparuerunt ei tres viri

stantes prope eum: quos cùm vidis- Gen. 18

set cucurrit in occursum eorum num. 2.

de ostio tabernaculi sui, & adoravit in terram. *numer.* 2. *Carthusianus.* Id est tres Angeli in spe-

 cie ha-

secundo autem, Deum non sibi apparentem convocabat, quem semper habere præsentem cupiebat.

2502 *Genes.* 12. Dic ergo obsecro te, quód soror mea sis ut bene sit mihi
Gen. 12 propter te, & vivat anima mea ob
nu. 13. gratiam tui. *n.* 13. *Abulens.* Maior honor erat Saræ quòd esset vxor Abrahæ, quám quòd esset soror eius: qui, si fuisset soror eius verissimé, nō accipisset eam in vxorem, nec fuisset ipsa mater Messiæ, & Patriarcharum, nunc autem, quia erat vxor Abrahæ vtrumque fuit: & sic rogabat Abraham Saram, quòd nomen magis honorabile taceret, & minùs honorabile exprimeret. *q.* 31. Et vivat anima mea. *n.* 13. *Non enim tā mortem corporis, quàm animæ interitum exhorrebat, quem incurreret, si intelligentibus Ægyptijs Saram esse vxorem illius, corpus non occiderent, animam verò illius cogentes eum in adulterium consentire, enecarent.*

2503 *Genes.* 12. Abram verò bene vsi sunt propter illam. Fueruntque
Gen. 12 ei oves, & boves, & asini, & servi, &
nu. 16. famulæ, & asinæ, & cameli. *n.* 16. *Abulen.* Ista data fuerunt sibi a Pharaone, & servis eius. Et ut aliqui volūt, Abraham fuit multùm honoratus, quia arithmeticam, & astrologiam apud Ægyptum docuit, ut refert Iosephus, & hoc satis rationale est: quia astrologia & geometria fuit inventa in terra Chaldæorum á Nomrad, & sic in terra illa multúm vigebat. quare Abraham potuit eam ibi addiscere, & postea docere Ægyptios, postea ex Ægyptijs delata fuit ista ars in Græcos. *q.* 31.

2504 *Deinde sic addidit:* Sed si aliquid docuit Abraham Ægyptios, illud fu-
Gen. 12 it valde modicum: quia non mansit
nu. 16. in Ægypto vno anno: sed immediatè, ut revelatum est Saram esse vxorem suam, recessit de Ægypto: illud tamen modicum esset Ægyptijs tamquam principium ad excogitandum multa in astrologia. *q.* 32. Abram bene vsi sunt. *n.* 16. *Nullus enim audebat Abram in aliquo offendere, cùm illum reginæ futuræ fratrem esse existimarent, qui proinde regis favore facilé se de malefactoribus vendicaret.*

Genes. 12. Nunc igitur ecce 2505
coniux tua, accipe eam, & vade. Gen. 12
n. 19. *Abulens.* Intelligitur, quód nu. 19.
mandavit ei recedere de terra Ægypti; quia sciebat Pharao Ægyptios esse luxuriosos, & ideo non poterat inter eos securus vivere: expediebat ergo ei recedere, & patet ista sententia per ea, quæ subdūtur: quia Pharao mandavit viris suis, quòd custodirent eum, cúm dicitur, Præcepit Pharao super Abraham viris suis, ut salvum deducerent eum & totam familiam, & substantiam eius vsque ad terminos regni sui: nè aliquis de Ægyptijs noceret ei propter vxorem, vel tolleret eam sibi. *q.* 32. Accipe eam, & vade. *n.* 19. *Ne si adhuc in eius curia Sara remaneret, iterum, etiam sciens iam illam vxorem Abrahæ, in domum regiam trahi imperaret: præsentem namque occasionem, si illam haberet, non facilè posset declinare.*

Genes. 13. Reversusque est per 2506
iter, quo venerat á Meridie in Be-
thel, vsque ad locum vbi priús fixe- Gen. 13
rat tabernaculum inter Bethel & num. 3.
Hai. *n.* 3. *Abulens.* Cúm Abraham magnos sumptus ageret, & non haberet pecuniam, de qua solveret, pignora reliquerat, quæ nunc liberare volebat adductis fortè pecunijs de Ægypto. *q.* 1. Reversus est &c. *n.* 3. *Voluit enim Deus, ut qui priùs illum viderant pauperem in Ægyptum descendentem, viderent eundem divitem ab Ægypto ascendentem. In quo proinde Christus eius futurus filius præsignificaretur, in mundum pauperis habitu descensurus, & à mundo in Cælum, dives valde ascensurus.*

Genes. 13. Dixit ergo Abram ad 2507
Lot, Ne quæso sit iurgium inter me,
& te, & inter pastores meos, & pas- Gen. 13
tores tuos: fratres enim sumus. *n.* 8. num. 8.
Abul-

Abulens. Propter quandam vrbanitatis doctrinam: qui enim alijs honorem deferre volūt, in bonis præponunt alios sibi ipsis: in malis autē præponunt se alijs, quia sicut honor est de bono alteri plus tribuere, quàm sibi: ita & est honor de malo ei tribuere minùs, quám sibi: & si sibi & alij culpam imponere debet: sibi maiorem imponat; alteri verò minorem. Et quia ille, qui in malo priús nominatur, plus de malo accipit: ideo Abraham voluit se priús nominare in contētione, quám Lot, quasi plus culpæ ad se pertineret, quám ad Lot. *q.* 49 *Priùs iurgium inter se, & Lot, quàm inter pastores suos, & pastores Lot reprimere intentabat, sciebat enim contentionem inter servos à dominis plerumque derivari, & composita inter dominos pace, facilè servos dominorum in pacem posse revocari.*

2508 *Genes.* 14 Et dedit ei decimas ex omnibus. *n.* 20. *Abulens.* Cúm Abraham vidit, quòd Melchisedech obtulisset pro eo sacrificium, & benedixisset Deum nomine eius, cogitavit dignum esse aliquid ei exhibere, ne ingratus esset tanto bono: dedit ergo decimas ex omnibus, quæ portabat *ad hūc locum.* Dedit ei decimas, *n.* 20. *Quasi quadam belli spolia, ut victoriam in bello partam non suis viribus tribuere videretur, sed Deo cuius sacerdoti decimas triumphi sui exuvias offerebat.*

Gen. 14 *nu.* 20.

2509 *Gen.* 14. Non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt, ne dicas, Ego ditavi Abram, *n.* 23. *Abulens.* Non dicebat Abraham ista ad iactantiam, sed ad Dei gloriam, qui credebat firmiter, quód Deus multiplicaret bona eius nimis, cùm promisisset. Nolebat ergo quòd laus, quæ Deo attribui debebat de multiplicatione bonorum Abrahæ, reduceretur ad regem Sodomorum, & quantum ad hoc, valde bonus erat zelans totis viribus honorem Dei. *ibi.* *Gloriam enim ditandi se ipsum peregrinum, & pauperem; soli Deo reservatam reputabat, qui adèo liberalis est, ut actum ditandi pauperem sibi iudicet valde gloriosum.*

Gen. 14 *nu.* 23.

Genes. 15. Noli timere Abrā, ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. *n.* 1. *Abulens.* Quia Deus promiserat Abrahæ multa bona, & magnum honorem, & quia Abraham multùm fuerat exaltatus in victoria cōtra quatuor reges potentes; timebat, ne bona á Deo promissa ei, in hoc complerentur. Deus ergo subiunxit ista quæ sequūtur ad evacuandum timorem eius, scilicet Noli timere, *ibi.* 2510

Gen. 15 *num.* 1.

Ante pugnam, non autem post victoriam Abram Deo protectore indigere videbatur. Cur ergo post victoriam Deus se illius protectorem esse declaravit? ut intelligeret Abraham, se & in bello præterito fuisse à Deo protectum; & in quolibet futuro bello protegendum. Novasq; victorias post illam primam à Deo datam victoriam, sub tanto suæ societatis duce, ac protectore suis militibus iuberet sperare, non enim, qui sub tanto duce militarent possent ab hostibus etiam innumerabilibus superari. 2511

Gen. 15 *num.* 1.

Genes. 15. Dixitque Abram, Domine Deus quid dabis mihi? Ego vadam absque liberis: & filius procuratoris domus meæ iste Damascus Eliezer. *n.* 2. *Abul.* Magni domini ponunt in domibus suis aliquos viros de quibus confidunt, & commendant totam curam rerum domesticarum, ne ipsi domini in omnibus negotijs etiam parvulis implicentur, quia hoc valde servile est, ut ait Philosophus in primo Poli. *c.* 4. *ibi.* Quid dabis mihi &c. Filius procuratoris &c. *n.* 2. *Ac si non alium sibi in filium posset adoptare. Et quidem iure, filio enim procuratoris, qui bona omnia domus procuraverat, ea bona gratitudinis gratia videbantur relinquenda, si Abram naturalē legitimumque filium non haberet, quem in bonis suis institueret successorem.* 2512

Gen. 15 *num.* 2.

Genes. 15. Statimque sermo Domini factus est ad eum di ens, Non 2513

Gen. 15 *num.* 4.

Non erit hic hæres tuus, sed qui egredietur de vtero tuo, ipsum habebis hæredem. *n.* 4. *Abulens.* Abraham magno desiderio filiorum tenebatur, & quia Deus disposuerat dare ei filium, noluit eum pro incertitudine anxia diutiùs cruciare, ideoque statim, ut Abraham suum desiderium declaravit, Deus ei prolem promisit *ibi.* *Certè si invidus esset Abraham plus de felicitate procuratoris filium habentis, quàm de sua calamitate filio carentis torqueretur: ac proinde merito priùs Deus illi, non sibi successurum in bonis procuratoris filium diceret, quàm filium sibi proprium, sibi successurum declararet. Invidus tamen vir tantus non erat, sed Deum liberalem agnoscebat, quem proinde ex beneficio filij procuratori suo à Deo cōcessi, ad sibi simile conferendum beneficiū provocabat.*

2514 *Genes.* 15. Ego Dominus, qui eduxi te de Vr Chaldæorum ut darem tibi terram istam, & possideres eam. *n.* 7 *Abulens.* Deus eduxit Abraham de terra sua ad dandum ei, & semini suo vitam æternam, quia in terra Chaldæorum omnes ad idololatriam declinaverant, & sic Abraham & semen eius, si ibi maneret, periclitaretur, quia difficile est inter tot malos paucos bonos esse, præcipuè cúm ipsi mali bonos quotidie pungerent, ut ad suam malitiam eos inducerent. *ibi.* Ego Dominus &c. *n.* 7. *Quasi tunc vel maximè Deus se Dominum esse reputaret, cùm servum suum á periculo peccandi, attrahens eum ex societate malorum, liberaret.*

Gen. 15 num. 7.

2515 *Genes.* 15. At ille ait Domine Deus vnde scire possum quód possessurus sim eam. *n.* 8. *Abulen.* Abraham intelligebat, quód promissa Dei erant conditionalia, scilicet si illis quibus fiebant non mutarentur ad oppositum; at quia Abraham sciebat se posse peccare, cúm esset circundatus infirmitate, licet crederet, quòd ista adimpletio promissi ex parte Dei nullū detrimentum pateretur, tamen timebat, quòd fortè ipse mutaretur, & sic premissum non impleretur, petijt ergo Abraham de hoc certificari, scilicet vtrum sic futurum esset, quòd ipse non mutaretur, & promissa Dei in illo implerentur. *ibi.*

Gen. 15 num. 8.

Aliam prabet expositionem & sic ait Abulens. Licet Abraham certus esset de acquisitione, scilicet quód Deus daturus ei esset terrā illam, tamē sollicitus erat de conservatione, scilicet vtrū culpa sua illā iam habitam perderet, ideo petebat certificari, vtrum sic futurum esset. Ideo non quæsivit Abraham, Vnde scire possum quòd habiturus sum eam, quia habere significat solam receptionem, sed quòd possessurus sum. Possessio enim firmam, & pacificam tentionem significat. *ibi.* 2516

Gen. 15 num. 8.

Domine Deus &c. *n.* 8. *Et Dominum, & Deum appellabat, ut ostenderet, quòd nec de potentia Domini, nec de bonitate Dei circa promissionem sibi factam dubitaret: volebat tamen aliquo signo præcedenti possessionem, de possessione futura certificari, ut firmam de promissione spem ampliùs confirmaret.* 2517

Gen. 15 num. 8.

Genes. 17. Ego Dominus omnipotens: ambula coram me, & esto perfectus. *n.* 1. *Abulens.* Idest ego, qui mando tibi ista, possum ea mandare, quia sum Deus omnipotens. Ambula coram me, idest sic ambula in tua conservatione morum, ac si me coram te semper videres, & istud est præcipuum, quod hominem tollit de peccato, scilicet continua memoria de Deo in actibus nostris. Sic enim dicebat Elias ut patet 3. Reg. 18. Vivit Dominus ante cuius vultum sto. *ibi.* 2518

Gen. 17 num. 1.

3 Reg. 18.

Aliam prabet expositionem sic idē Abulens. Ambula coram me, id est labora, ut in omnibus actibus tuis mihi placeas; ille enim dicitur corā alio ambulare, qui hoc solum intendit, ut alteri placeat. *ibi.* Et esto perfectus idest fac opera, per quæ sis perfec- 2519

Gen. 17 num. 1.

perfectus, ita quòd me solùm diligas vel saltem omnia propter me diligas ibi. *Non dixit, Ambula post me, aut sequere me. Adeo namque Abraham Deum diligens Deo placebat, ut semper eum coram se habere vellet, ut pulcherrimum spectaculum, quo semper divinos oculos oblectaret.*

2520 *Genes.* 17. Nec vltra vocabitur nomen tuum Abram: sed appellaberis Abraham quia patrem multarum
Gen. 17 *num.* 5. gentium constitui te, *n.* 5. *Abulens.* Quia nunc Abraham fuerat circumcisus, conveniebat, ut nomen antiquum perderet, recuperando aliud excellentius. *ibi. Volebat enim Deus, Quòd Abraham quoties hoc novo vocabulo se audiret appellari, beneficij sibi ab eo exhibiti de filiorum multiplicitate memor esset, ne vmquam ingratus esse videretur.*

2521 *Genes.* 17. Cùmque finitus esset sermo loquentis cum eo, ascen-
Gen. 17 *nu.* 22. dit Deus ab Abraham. *n.* 22. *Abul.* Loquebatur Deus Abrahæ per Angelum suum in aliqua assumpta figura, & quando finivit loqui ascendit ab Abraham, quia fortè visa est illa figura moveri contra cælum; Vel dicitur Ascendere ab Abrahã, idest disparere á visu eius, & quia Angelus disparens ad empyrium rediturus erat, illud dixit, quód ascendit ab eo. *ibi.* Ascendit Deus ab Abraham. *Ille enim Angelus, magni consilij Angelũ, Deum verum præsignificabat, qui à filijs Abrahæ postquam loquutus eis esset in die Ascensionis in cælum erat ascensurus, ut hominis substantiam ad dexteram æterni Parentis collocaret; hominesque in Angelos sibi similes in gloria transformaret.*

2522 *Genes.* 17. Tulit autem Abraham Ismael filium suum, & omnes verna-
Gen. 17 *nu.* 23. culos domus suæ, vniversosque quos emerat, & cunctos mares ex omnibus viris domus suæ, & circumcidit carnem præputij eorum statim in ipsa die, sicut præceperat ei Deus. *n.* 23. *Abulen.* Valde commendabilis est in hac parte Abrahæ obedientia, quia eadem die, qua omnia ista dicta sunt complevit ea, se, & filium, & omnes domesticos circumcidens. Verus enim obediens moras nescit, nec de agendo deliberat cúm mandatum fuerit. *ibi. Primus igitur inter alios domesticos circumcisus fuit Ismael filius Abrahæ; deinde omnes vernaculi, & emptitij circumcisionis legem servant; omnes enim exemplo filij sui Abrahamus ad legis observantiam obligavit faciliùs, quàm si eos humano etiam præcepto obligaret.*

Genes. 18. Cúmque elevasset ocu- 2523
los, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum, quos cùm vidisset, cu- *Gen.* 18 *num.* 2.
currit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui, & adoravit in terram. *n.* 2. *Abulens.* Cum desiderio enim expectabat, ut aliqui venirent, quibus pietatis obsequia exhiberet, & desiderantes solent oculos frequẽter elevare, si forté veniat, quod exoptãt. *ibi.*

Et ad illud. Apparuerunt ei tres 2524
viri; *sic ait Abulens.* Isti erant tres Angeli, quos Deus misit in specie viro- *Gen.* 18 *num.* 2.
rum, ut satisfaceret intẽtioni Abrahæ ardenti desiderio hospitalitatis. *ibi. Et ad illud,* Et adoravit in terrã. *n.* 2. *sic ait.* Idest inclinavit se ad terram faciens magnam reverentiam, ut sic eos faciliùs induceret; erat enim vrbanus valde. Vel Abraham consideravit istos esse nuncios Dei & ideo non ipsos, sed Deum in ipsis adoravit. *ibi.*

Tres hi viri divinas tres Personas 2525
indicabant, cùm enim tunc Deus, ut filiũ legitimum Abrahamo promitteret, appareret: nulla ex divinis Personis abesse voluit, sed potiùs qualibet se præsentem voluit demonstrare, ut tantum beneficium à singulis concessum Saræ esse crederetur, nempe Isaacum filium à Patre per omnipotentiam, à Filio per sapientiam, ab Spiritu sancto per benevolentiam sibi datũ.

Genes. 18. Ponamque buccellã 2526
panis, & confortetur cor vestrum, *Gen.* 18 *num.* 5.
postea transibitis: idcirco enim declinastis ad servum vestrum. Qui dixerunt,

xerunt, Fac ut locutus es. *n. 5. Abul.* Loquitur humiliter non iactans res suas, sicut dicitur communiter invitatis, dabitur vobis, & panis, & aqua cúm tamen invitans intendat eis plura dare. Satis est vrbanus modus loquendi, quia sic innuitur magnitudo invitati, quasi ista non attingant vllo modo dignitatem eius, & quód nihil ex hoc videatur obligatus recipiens convivium, quasi si nihil daretur. *ibi.*

2527 Gen. 18 num. 5. *Et ad illud.* Fac ut locutus es. *n. 5. sic ait Abulens.* Id est, non facias ergo nisi secundúm quod dixisti. Iste est modus vrbanitatis hospitum invitatorum, quando nolunt, quód fiat propter eos magni sumptus, vel apparatus, dicentes: Non curetis facere solemnitatem. *ibi.* Fac ut locutus es. *n. 5. Ista dicunt Angeli, ut qui scirent parum, vel nihil valere sermocinationem, nisi ille, qui loquitur, faciat; & eloquio linguæ addat & manuum operationem, ideo dicunt,* Fac ut locutus es.

2528 Gen. 18 num. 8. *Genes.* 18. Tulit quoque butyrum & lac, & vitulum, quem coxerat, & posuit coram eis: ipse veró stabat iuxta eos sub arbore. *n. 8 Abul.* Scilicet ut videret, ne aliquid eis deficeret, & ut eos suo condelectaret eloquio ad complendam totam gratiam hospitalitatis. *ibi. Sub arbore, quæ typus crucis erat, tota in tribus figurata Angelis Trinitas aerem captabat, ut in divino pectore magnum humanæ redemptionis desiderium, accensum nimis, per auram illic stantem refrigeraret,*

2529 Gen. 18 nu. 17. & 18. *Genes.* 18. Dixitque Dominus: Num celare potero Abraham, quæ gesturus sum: cùm futurus sit in gentem magnam, & benedicendæ sint in illo omnes nationes terræ? *n.* 17 & 18. *Abul.* In his ergo, quæ Abraham facturus erat, merebatur, & ideo licet nondum fecisset hoc apud Deū, tamen reputabatur sibi hoc ad iustitiā, quia sciebat eum ista facturū. Et est speciale de bono, scilicet, quòd Deus cognoscens aliquem bene facturum, antequam faciat, ei propter illud, quòd facturus est, aliquid boni in præmium concedat. *ibi.*

Alludit ad id quod dicitur num. seq. 2530 Gen. 18 nu. 19. Scio enim quòd præcepturus sit filijs suis, & domui suæ post se, ut custodiant viam Domini, & faciant iudicium, & iustitiam. *n. 19. Vnde sic ait Abulens.* Et patet quia dicitur in litera; Scio quód præcepturus sit filijs suis, idest quia ego scio quód in futuro bona operabitur, volo ei nūc revelare secreta mea. *ibi.*

Postea sic pergit Abulens. 2531 Gen. 18 nu. 19. De malo autem non fit sic, quia dato quód Deus cognoscat aliquem in malo futurum, tamen nullam pœnam ei infligit, dum est bonus secundùm præsentem iustitiàm, quia in hoc iniustus valde esset reddendo malum pro bono. De bono autem secus est, quia ibi potest dare bonum ex liberalitate alicui nondum merito: hîc autem dari pœnam nondum meritā divinæ repugnat iustitiæ. *ibi. Cùm Dei filius cum Abrahamo solus maneret recedentibus duobus Angelis in Sodomam tunc incepit ei secreta sua revelare, ne si coram Angelis ea diceret, non ut amico secreta sed ut vulgari homini ea, quæ iam multis nota erant, manifestare crederetur, quod enim coram duobus Abrahamo dictum foret, iam non secretum esse videretur.*

Genes. 22. Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Isaac, & vade 2532 Gen. 22 num. 2. in terram visionis: atque ibi offeres eum in holocaustum super vnum montium, quem monstravero tibi. *n. 2. Abul* Non mandavit Deus Abrahæ quòd immolaret filium suum prope domum suam, quia subitò mādato Dei concepto antequam alia contraria subintraret cogitatio, facere potuisset faciliús, sed in tanto spacio terræ perambulando multæ cogitationes contrariæ subintrarent quæ animum firmatum á recto proposito eradicarent, scilicet amor filialis, quia erat consolatio suæ senectutis,

nestatis, pietas innocentis, & matris tristitia; sed quia potentissimus Dei miles erat, hæc omnia toleravit, & vincendo contempsit.

2533 Gen. 22 num. 2. *Et ad illud.* Atque ibi offeres eum in holocaustum. *numer.* 2. *sic ait Abulens.* Hoc ad maiorem dolorem materia erit, quia si mandasset eum iugulari solùm, post pater eius sepeliuisset eum, & aliqualiter consolaretur sciens sepulchrum filij sui, sed holocaustum est, cúm totum animal incenditur, & in cineres reducitur, sic ergo reducendus erat Isaac, & post, cineres eius aura circumquaque dispergeret, ita quòd pro eo nihil maneret. Tolle filium tuum. *Nec enim coram meo filio poterit apparere. Immolandi filium tuum mihi voluntatem, ego per actionem immolandi filium suum tibi compensabo: neque enim tuum, sed meum in holocaustum pro mundi redemptione acceptabo.*

2534 Gen. 22 num. 9. & 10. *Genes.* 22. Pergebant ergo pariter. *numer.* 9. *Abulens. exponens id, quod sequitur.* Et venerunt ad locum, quem ostenderat ei Deus. *numer.* 10. *sic ait.* Quem ostendit ei Dominus, scilicet, desuper globum igneum elevando, sive columnam ignis. *ibi.* Pergebant ergo pariter. *Non semel, sed iterum atque iterum pergendi parilitas explicatur.* Cúmque duo pergerent simul *numer.* 6. Pergebant ergo pariter. *numer.* 9. *Ac si non minùs celer Isaac ex obedientia patris pergeret, ut mortem ferret, quàm Abrahamus ex obedientia Dei, ut illi eam inferret.*

2535 Gen. 22 nu. 17. *Genes.* 22. Benedicam tibi & multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & velut arenam, quæ est in littore maris: possidebit semen tuum portas inimicorum suorum. *numer.* 17. *Abulens.* Dicit autem Rabbi Salomon quòd filij Abrahæ comparantur stellis quantúm ad bonos, quia quando boni essent, nullus eis nocere posset, sicut nullus nocet stellis in sublimi positis: quando mali essent, comparantur arenæ, vel pulveri, qui ita conculcarentur ab omnibus, sicut pulvis. *ibi.* Possidebit, &c. *numer.* 17. *Dux enim, qui hostium portas possideret, facilè posset urbes etiam munitissimas intrare, hostesque suos penitus debellare. Portas inimicorum possideret, qui illas in urbibus à se obsessis ita clausas retineret, ut nullus illorum ab urbibus ad incursus faciendos posset egredi sed quilibet quasi servus tanti Domini sub illius dominio, licet non dum in illius possessione, teneretur.*

2536 Gen. 23 num. 2. *Genes.* 23. Mortua est in civitate Arbeæ, quæ est Hebron in terra Chanaan: venitque Abraham, ut plangeret, & fleret eam. *numer.* 2. *Abulens.* Flere pertinet ad lacrymantes ex dolore, plangere pertinet ad plorantes ad solemnitatem, Sic agebat Abraham pro Sara vocans aliquos, qui plangere scirent. Ex quo apparet, quód Abraham magnos honores, & sumptus fecit in funere Saræ, quia notabilis fœmina fuerat. *ibi. Ergo Abrahamus non solùm flevit, sed etiam planxit Saram, magister lacrymosi factus chori, qui amoris erga dilectam vivam cantum, in mæroris pro dilecta defuncta planctum transmutavit.*

2537 Gen. 23 num. 6. *Genes.* 23. Audi nos, Domine, princeps Dei es apud nos: in electis sepulchris nostris sepeli mortuum tuum, nullusque te prohibere poterit, quin in monumento eius sepelias mortuum tuum. *num.* 6. *Abulensis.* Deus tantam gratiam dederat Abrahæ, & ita erat in conversatione sua dulcis, & omnibus obsequiosus, quód omnes eum valde diligebant, & magnam reverentiam exhibebant in tantum, quòd totus populus civitatis vocaret eum dominum, & principem: Princeps Dei es apud nos, idest, tu inter nos es quasi quidam princeps datus á Deo, hunc honorem tibi dare debemus

debemus, scilicet quód in electis sepulchris sepelias mortuum tuum. *ibi.*

2538 *Et infrà sic pergit Abulensis.* Vocatur autem princeps Dei, quia iu-
Gen. 23 num. 6. dices principes sunt, cúm potestatem determinandi causas habeant, & erat á Deo, quia erat Abraham vitæ valde laudabilis, & videbant Hethæi quòd Deus faceret mirabilia pro eo: & ideo quando aliqua causa valde dubia erat inter eos, recurrebant ad Abraham, ut per divinum oraculum de dubio responderet. *ibi.*

2539 *Deinde sic pergit Abulensis.* Ap-
parebat autem quòd Abraham esset
Gen. 23 num. 6. á Deo in multis dilectus. Primó quia Deus propter ipsum fecerat tantam virtutem, ut ipse cum trecentis, & decem octo viris suis devicisset quatuor potentissimos reges. Secundó quia Abraham habuit filium in senectute sua, quando vxor sua sterilis erat, ideo admirabantur, qui audiebant, & multi non credebant. Sic patet supra capit. 21. Quis auditurus crederet quód Sara lactaret filium? Tertiò quia Deus multiplicabat substantiam Abrahæ, ita inæstimabiliter, quòd nulla humana prudentia in tantúm multiplicare posset. Quartò & principaliter apparuit in eo virtus Dei, quia quādo filium suum voluit immolare, tanta obedientia, Deus fecit, ut omnes gentes in circuitu cognoscerent famam eius, & crederent eũ Dei familiarem. *ibi.*

2540 Audi nos domine. *Ac si dicerent filij Heth, non tu à nobis beneficium petis: nos à te beneficium postulamus; ideo dicimus,* Audi nos, *quòd enim sepulchrum vxori tuæ apud nos habere cupis, tibi monumentum erit debiti maroris: at nobis signum tui erga nos erit amoris: non poteris enim non amare illos, inter quos dilectam tuam vis humare,*

2541 *Genes.* 23. Audite me, & intercedite pro me apud Ephron fili- Gen. 23
um Seor: ut det mihi speluncam num. 8.
duplicem, quam habet in extrema & 9.
parte agri sui: pecunia digna tradat eam mihi coram vobis in possessionem sepulchri. *numer.* 8 & 9. *Abulens.* Ephron erat cum alijs Hethæis congregatis quando Abraham ista petebat, sed non direxit petitionem suam principaliter ad Ephron, sed ad populum terræ, quia magis credebat preces totius populi valituras apud Ephronem, quàm preces suas solùm. Vel fortè fecit hoc, ut daret honorem toti populo dirigendo sermonem ad eum, & non ad vnam personam singulariter. *ibi. Sciebat enim Abrahamus, quòd per communem deprecationem, id, quod desiderabat, à principe faciliùs obtineret, quàm si ipse solus à principe illud humili oratione postularet.*

Genes. 25. Deditque Abra- 2542
ham cuncta, quæ possederat Isaac:
filijs autem concubinarum largitus Gen 25
est munera, & separavit eos ab Isaac num. 5.
filio dum adhuc ipse viveret ad pla- & 6.
gam Orientalem. *numer.* 5. & 6. *Abulensis.* Abraham in spiritu cognovit, quód si Isaac maneret in eadem terra cum alijs, maximæ rixæ sequerentur, quia alij inviderent Isaac, quia plura susceperat, invidia aut in multis malis præberet initium. Cùm autem separati se non viderent, invidendi, nec maligtandi locus non esset, *ibi.*

Et infra sic ait Abulensis. Vel
quia Abraham Deo revelante cog- 2543
novit, quód cultus Dei in solis suc- Gen. 25
cessoribus Abrahæ per Isaac man- num. 5.
surus erat, ideo divisit eos ab Isaac, & 6.
ne posteritas aliorum posteritatem Isaac à Dei latria disturbaret. *ibi.* Dum adhuc viveret. *num.* 6. *Dum adhuc viveret omnibus bonis se ipsum Abrahamus spoliavit, ut sic pauper, omnibus spoliatus bonis, latus moreretur.*

Genes. 25. Fuerunt autem dies 2544

vitæ

Gen. 25 num. 7. vita Abrahæ centum septuaginta quinque anni. n. 7. *Abul.* Isti anni ponuntur distincti in Hebræo, scilicet centum anni, septuaginta anni, quinque anni. Et dicunt hoc esse ad designandum, quòd ita fuit Abraham à peccato mundus, quando fuit septuaginta annorum, sicut quando fuit quinque, & ita quando fuit centum, sicut quando fuit quinque. *ibi. Si Abrahamus per tot annos vixit, cur per dies vita eius supputatur? Præsertim, cùm vita eius tot adversitatibus plena fuerit, propter quae dies pro annis, non autem anni pro diebus deberent computari? Certè quia tantus erat Abrahæ erga Deum amor, quo propter ipsum Deum omnia adversa sustinebat, ut præ amore annos adversitatis, non longos annos, sed dies esse breves reputaret.*

2545 Gen. 25 num. 8. *Genes.* 25. Et deficiens mortuus est in senectute bona, provectæque ætatis & plenus dierum, congregatusque est ad populum suum. *numer.* 8. *Abulens.* Idest ad Angelos, quia fortè non erant tunc tot boni mortui, qui facerent populum. Et si dicatur contra, quia Abraham non ivit ad Angelos, quia vsque ad passionem Iesu Christi nemo assumptus fuit ad societatem Angelorum. Responderi posset, quòd licet non transiret ad Angelos secundúm rem, transivit ad eos secundúm ineffabilem spem. Vel potest dici, quód transijt ad societatem Angelorum, non secundúm beatitudinem, quæ est in fruitione, sed secundùm quietudinem ab omni pænali infestatione. *ibi.*

2546 Gen. 25 num. 8. *Ad Angelorum frequentiam merito dicitur congregatus, qui enim vivus Angelos exceperat, mortuus ab Angelis excipi debuit, qui transeunti ad se ipsos Abrahamo hospitium, quod ille eis transeuntibus ad illum exhibuerat, gratitudinis gratia compensarent. Ergo ab Angelis in sinum, qui dicitur Abrahæ sinus, deductus est Abraham, cùm pauper moreretur (omnia enim dum viveret filijs dederat) ut locum ibi pauperibus præpararet, ad quem Lazarus pauper ab Angelis deduceretur. Angeli enim, qui domum Abraham, dum hic in solo viveret frequentabant; etiam postquam in cælo cæpit habitare, invisebant, ut tanto patriarcha quasi spectaculo, & in cælo, & in solo fruerentur.*

Ex D. Dionysio Carthusiano.

Genes. 12. Surrexitque Abram vadens, & vltra progrediens ad meridiem, *numer.* 9. *Carthus.* Hoc est ad partem terræ Chanaan, respicientem Ægyptum, quæ est ad Meridiem respectu Iudææ. Non ex animi levitate tantus patriarcha, tam frequenter locum mutavit, sed ex divino instinctu, ut terram semini suo promissam circumspiciens, & perpendens, gratias Deo ageret ampliores. *arti.* 46. Vltra progrediens. *Postquam duo Abram erexerat altaria: primum in convalle illustri; secundum inter Bethel, & Hai, quasi duas columnas statuens, primam dicatam fidei; secundam spei sacratam, adhuc vltra perrexisse refertur: quia aliud erat altare ædificaturus in monte à Deo sibi ostendendo, ut filium sibi dilectum in eo immolaret, quod altare, ut tertiam columnam erigeret, in eaque scribens.* Vltra progrediens; *eam amori erga Deum fidem spemque superanti dedicaret.* 2547 Gen. 12 num. 9.

Genes. 13. Ascendit ergo Abram de Ægypto, ipse & vxor eius, & omnia quæ habebat, & Lot cum eo ad Australem plagam. *numer.* 1. *Carthus.* Per ascensum Abrahæ, & coniugis, ac domesticorum ipsius ab Ægypto ad plagam Australem significatur ascensio Christi, & fidelium eius ad Orientem lucis æternæ, ac patriam beatorum, in qua ferventissimus calor est solis iusti- 2548 Gen. 13 num. 1.

iustitiæ. *art.* 47.

Gen. 13 num. 1. *Dives valde Abram Christi typus in cælum ascensuri ab Ægypto scandebat, adhuc tamen suos captivos secum liberos non ferebat, nec illis dona largiebatur, hæc enim beneficia Christus Dominus à se suis exhibenda reservabat, ut primus esset, qui suos à captivitate liberaret, & ipsis liberis dona daret.*

2549 *Genes.* 13. Dixit ergo Abram ad Lot, ne quæso sit iurgium inter me, & te, & inter pastores meos, & pastores tuos; fratres enim sumus. Ecce vniversa terra coram te est, recede á me obsecro. Si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo: si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam. *numer.* 8. *Carthus.* Timuit itaque Abram, ne ex occasione contentionis pastorum suorum, etiam inter eos oriretur contentio, quæ inter domesticos tanto detestabilior est, quanto mutua pax eorum est appetibilior, *art.* 47.

Gen. 13 num. 8.

2550 *Et ad illud.* Recede obsecro, *sic ait Carthus.* Melius namque est salva charitate, & pace, corporaliter separari, & seorsim morari, quàm cum charitatis, & pacis detrimento, simul, & corpore habitare. *art.* 47. Ecce vniversa terra coram te est. *num.* 9. *Non dixit; coram me est: immo nec coram nobis est, sed,* Coram te est, *ut nepotis sic argueret cupiditatem, quippe qui solus humilem terram, non verò sublime cælum inspectaret.*

Gen. 13 num. 9.

2551 *Genes.* 14. Hi enim pepigerant fœdus cum Abram. *n.* 13, *Carthu.* Idest pactum amicitiæ secum inierant. Vbi quæri potest, cur vir ille fidelis cum infidelibus illis pepigerit pactum tale? Respondetur, quòd ex quo inter illos demorabatur, poterat in licitis, & honestis cum ipsis contrahere fædus, præsertim quatenus hac occasione traheret eos ad cultum vnius Dei, quod & forsitan antea fecit. *art.* 48.

Gen. 14 nu. 13.

2552 *Hos ergo tres fratres, scilicet Mambre, Schol, & Aner Amorrhæos in suam societatem Abram, quos & amicos sibi, & amicos Deo fecerat benevolè cum illis agens, convocavit, ut hoc ternario fratrum communitus; innumeros adversarios, nulla inter se vnitos charitate facilè debellaret.* Gen. 14 nu. 13.

Genes. 14. Et divisis socijs, irruit super eos nocte: percussitque eos, & persecutus est eos vsque Hoba & Phœnicem, quæ est ad levam Damasci. *num.* 15. *Carthus.* Divisis socijs idest Vernaculis suis in tres turmas partitis, ut ex tribus locis hostes invaderet. Sic & Gedeon trecentos viros suos divisit in totidem partes. *artic.* 48. *Divisos corporibus, at animis vnitos tres duces fratres sub tribus militiæ signis contra hostes irruere fecit, ut adversarios, & corporibus, & animis separatos faciliùs posset superare.* 2553 Gen. 14 nu. 15.

Genes. 14. At verò Melchisedech rex Salem, proferens panem, & vinum (erat enim sacerdos Dei altissimi) benedixit ei, & ait, Benedictus Abram Deo excelso. *numer.* 18, & 19. Panem & vinum. *Carthu.* Protulit panem, & vinum ad offerendum Domino pro gratiarum actione de victoria Abrahæ concessa. *art.* 48. *Regale certè, & sacerdotale convivium, quod Eucharisticum præfigurabat, cuius convictores esse debent, non victi, sed victores.* 2554 Gen. 14 nu. 18. & 19.

Genes. 15. His itaque transactis, factus est sermo Domini ad Abram per visionem dicens, Noli timere Abram; ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. *num.* 1. *Carthus.* Qui in terra aliena habitavit, ut peregrinus, victis tot regibus, poterat formidare, ne impugnaretur á successoribus, & propinquis regum illorum: atque ut aliqui dicunt, verebatur, ne grandis illa victoria, qua vicit quatuor reges, esset tota merces suæ iustitiæ. *arti.* 50. 2555 Gen 15 num. 1.

Non placet tamen hæc secunda ratio Carthusiano, vnde sic ait, Sed non apparet 2556

paret

Gen. 15 num. 1. apparet quód vir tantæ illuminationis putaverit temporalem, & exteriorem illum triumphum, esse cōdignum, & sufficiens præmium actuum meritoriorum; Abram autem ex multis revelationibus scivit se esse in statu salutis. Ego protector tuus contra visibiles, invisibiles hostes tuos, ut ad mortale peccatum induci non possis, vel si inductus fueris, tamen finaliter non peribis. *art.* 50.

2557 Gen. 15 num. 1. *Exponens autem illud.* Ego protector tuus, *sic ait Carthus.* Deus protector est omnium in se sperantium, ac diligentium eum. Indiguit autem Abram protectione divina præcipuè, quoniam in medio idololatrarum, ac pessimorum tunc morabatur, ne eum perversis illis perverteretur. *art.* 50. Noli timere. *Timebat enim Abram, ne victor de hostibus à vana gloria vinceretur; si de triumpho obtento vané, non ipsum Deo attribuens, gloriaretur.*

2558 Gen. 15 num. 2. *Genes.* 15. Dixitque Abram, Domine Deus quid dabis mihi? Ego vadam absque liberis & filius procuratoris domus meæ iste Damascus Eleazer. *num.* 2. *Carthus.* Tamquam diceret: Quid est quód promittis mihi illa bona futura quám maxima, qui non confers mihi bonum multò minus, ac temporale, videlicet prolem, pro qua toties oro, & quam ardenter desidero. *art.* 50.

2559 Gen. 15 num. 2. *Et in sensu spirituali sic ait Carthusianus.* Vir fidelis per Abram designatus divini amoris ardore succensus, & fraternæ salutis zelo transverberatus, propria salute nequaquam contentus est, & quidquid sibi pro præmio desuper promittatur, non conquiescit, nisi & alios verbo, aut oratione, bonæque vitæ exemplis, ac meritis trahat ad creatorem; & quasi spiritualiter pariat Christo: quod dum se arbitratur non facere, conqueritur. *art.* 51. Domine, quid dabis mihi? *n.* 2. *Fortassis hoc dicebat non dubitando, sed affirmando, sola namque divina merces, quam Dominus illi promittebat, poterat,* Quid *nominari; nihil enim temporale,* Quid, *potest appellari; unde dicebat Christus. Ioan.* 16. Vsque modó non petistis quidquam in nomine meo. *n.* 24. Ioa. 16. nu. 24.

Genes. 17. Apparuit ei Dominus; dixitque ad eum, Ego Dominus omnipotens: ambula coram me & esto perfectus. *num.* 1. *Carthu.* Ambula coram me, idest secundúm beneplacitum meum vive, ut conversatio tua per approbationem inspiciatur á me. Vnde alia translatio habet; Complace coram me. Vel Ambula coram me idest tam reverenter, & timoratè conversare in meo conspectu, ac si iugiter cerneres me præsentem, hoc est, vbique, & semper cogita me præsentem, & omnia intuentem, & iuxta exigentiam considerationis istius habe te coram me. *art.* 54. 2560 Gen. 17 num. 1.

Et exponens illud. Et esto perfectus. *num.* 1. *sic ait Carthusian.* Pro ut perfectio viatoribus competere potest, quæ perfectio potissimè sita est in actu charitatis divinæ, ut scilicet Deus toto corde sinceriter diligatur, omni inordinata affectione circa creata exclusa, quatenus homo nec se ipsum, nec aliud quodcumque creatum diligat, nisi in Deo & secundùm Deum. *art.* 54. Ambula coram me. *n.* 1. *Adeo enim gratum spectaculum Abram propter desiderium perfectionis, quod habebat, divinis oculis offerebat, ut illud semper Dominus coram se habere vellet; ideoque post Abram ambulantem, ut tam grato frueretur spectaculo, ambularet.* 2561 Gen 17 num. 1.

Genes. 18 Cúmque elevasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum: quos cùm vidisset cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui, & adoravit in terram. *numer.* 2. *Carthusianus.* Id est tres Angeli in spe- 2562 Gen. 18 num. 2.

 ciebus

cie habituque virili. Stantes prope eum, idest non remotè ab eo. Septuaginta transtulerunt, Propter eũ: quoniam propter eum venerunt. Denique cúm esset tanta devotione hospitalitati intentus, metuit pro hominibus Angelos Sanctos suscipere. Origenes vtitur litera tali. Stantes super eum, & dicit quód scriptura sic loquitur ad insinuandum præcipua merita Abrahæ, cui Angeli spiritaliter propinquissimi erant; eó quòd ipse vitam Angelis quamplacentissimam duceret. *art.* 57. Stantes prope eum. *n.* 2. *Namque prope hominem illum in terra sedentem stare gaudebant, quem progenitorem Filij Dei hominis futuri, ad cuius præsentiam in cælo sedentis consueverant stare, prævidebant. Vel forté obsequium illis à viro illo præstandum, dum coram illis ad mensam staret, anticipato obsequio coram eo stantes persolvebant.*

2563 *Genes.* 18. Requiescite sub arbore. Ponamque buccellam panis, & confortetur cor vestrum, postea transibitis: idcirco enim declinastis ad servum vestrum: qui dixerunt, Fac ut locutus es. *n.* 4 *&* 5. *Carth.* Arbor veró hæc, quercus fuit. Nam alia translatio habet; Apparuit Deus Abrahæ ad quercum Mambre. Origenes etiam vtitur litera tali, Declina ad puerum tuum, & refrigera te sub arbore. De hac arbore in scholastica recitatur historia: Habitavit circa quercum, cuius radices adhuc apparent, quam Iosephus proprio nomine expressit, dicendo; Habitavit Abraham circa ilicem, quæ vocatur Agygo. Arborque illa secundúm Hieronymum vsque ad tempus Theodosij imperatoris duravit; & ex ea orta perhibetur, quæ nunc est, quæ quamvis sit arida, tamen medecinalis existit; de qua qui tulerit secum, non se ei infundit venenum. Hæc in præfata historia. *art.* 57.

Gen. 18 *num.* 4. *&* 5.

2564 *Et alibi sic ait Carthu.* Arbor est Crux Christi. *art.* 58. *Et ad illud*, Ponamque buccellam panis &c. *sic ait* Idest hostiam sacram altaris proponam, & sumam, & confortate cor vestrum idest, mecum cænare ac deliciari digneris, qui protestaris, Deliciæ meæ esse cum filijs hominũ. Itemque; Si quis aperuerit mihi, cænabo cum illo. Huic petitioni libẽter Dominus acquiescit, Fac inquiens, sicut locutus es. *arti.* 58. Cor vestrum. *n.* 5. *Ita enim hos tres hospites concordes esse indicabat, ac si non tria corda, sed omnes cor unum sibi ipsis vendicare arbitraretur.*

Gen. 18 *num.* 5.

Prov. 8 *Apoc.* 3.

Genes. 18. Festinavit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitque ei, Accelera, tria sata similæ commisce & fac subcinericios panes. *n.* 6. *Carth.* Tria sata similæ sunt, fides, spes, charitas, per quas Dominus nobis mensurat aliarum incrementa virtutum, & retributionem beatam in patria. Quantò enim in his tribus virtutibus magis proficimus, tantò maiora aliarum gratiarum charismata, abundantioremque gloriam in cælis á Deo participamus. *art* 58. 2565 *Gen.* 18 *num.* 6.

Et exponens illud. Et fac subcinericios panes. *sic ait Carthu.* Nonne Abrahã habebat in domo panes sufficientes? Respondendum, quòd vtique, sed voluit tam venerandis hospitibus recentia, ac specialia proponere fercula, idcirco in scholastica refertur historia; Paravit eis encænia, idest peregrina, pretiosaque fercula. *art.* 57. *Qui buccellam panis promiserat, panes plures subcinericios iubet parari, non solùm, ut plura, quàm promiserat, erogaret, sed ut particulam quamlibet Eucharistici panis in plures integrosque panes posse dividi, in quorum quolibet Dei Filius panis vivus sub cinere humanitatis nostræ igne coctus amoris, absconditus latere decreverat, iam tunc præsignificaret.* 2566 *Gen.* 18 *num.* 6.

Genes. 18. Dixitque Dominus Num celare potero Abraham, quæ gesturus sũ: *n.* 17, *Et infrà*. Scio enim quód præcepturus sit filijs suis, & domui 2567 *Gen.* 18 *nu* 17 *&* 19.

domui suæ post se, ut custodiant viam Domini, & faciant iudicium, & iustitiam: ut adducat Dominus propter Abraham omnia quæ locutus est ad eum, *n.* 19. *Carthu.* Quàm perfectus fuerit Dei amore constat ex eo, quód sobolem suam atque familiam tã sollicité induxit ad Dei cultum. Nam tantò quisq; in Dei amore perfectior perhibetur, quantò plures ad ipsum convertit. *art.* 57. *Munificus sanè Dominus oblatum meritũ cuiusque solet beneficio compensare: in hoc tamen eventu munificentiam suam ita erga Abrahamum declaravit, ut futuri meriti compensationem præsenti beneficio revelationis secretorum anticiparet.*

2568 *Genes.* 18. Converteruntque se inde, & abierunt Sodomam: Abraham verò adhuc stabat corã Dominõ, & appropinquans ait, Numquid perdes iustum cum impio? *n.* 22. & 23. *Carthu.* Ex charitate enim condoluit instãti periculo Sodomorum. Et quoniam charitas est vis vnitiva, ex interiori charitatis motu, seu affectione etiam corporaliter vnivit se Domino, appropinquando ad eum, ad ostendendum suæ charitatis affectum, tam ad ipsum Dominum, quám ad proximos. *art.* 57. *Cúm duo Angeli Sodomã abirent, Dei Filius cum Abrahamo mansisse refertur, quia nec ad puniendos impuros pura Virginis futurus Filius voluit ad civitatem impuram appropinquare.*

Gen. 18 *nu.* 22. & 23.

2569 *Genes.* 18. Absit à te, ut rem hanc facias, & occidas iustum cum impio, fiatque iustus sicut impius: nõ est hoc tuum, qui iudicas omnem terram: nequaquam facies iudiciũ hoc. *n.* 25 *Carthu.* Sanctissimus iste patriarcha ex abundantia cordis sub locutus est, & ex ferventissimo cordis affectu fiducialiter ista effatus est, atque præ nimia suæ pietatis cõpassione, quasi argumentando hæc protulit, quasi nitens convincere Deum. *art.* 57. *Nemireris, nec sibi Abrahamus importunus pro impijs, apud Dei filium patronus videatur. Gauderet namque Dei Filius adversus impios deponere rigorem; quippe qui pro peccatoribus convertendis, decreverat sibi assumendum, effundere cruorem.*

Gen. 18 *nu.* 25.

Genes. 21. Crevit igitur puer, & ablactatus est: fecitque Abraham grande convivium in die ablactationis eius. *n.* 8. *Carthu.* Fecitque Abraham grande convivium suis domesticis, vicinis, & amicis, in die ablactationis eius; videlicet Isaac, qui in die illa puer primò accessit ad mensam patris, & quia ex tunc puer tanti roboris fuit, quòd maior spes apparebat de eius perduratione in vita. *art.* 62. *Convivium Abrahæ Eucharisticum portendebat, in quo divinus Parens & Filio suo dilecto, & amicis suis Apostolis, immo & fidelibus suis ambrosiam carnis & nectar sanguinis Christi exhibiturus erat.* 2570

Gen. 21 *num.* 8.

Genes. 22. Tentavit Deus Abraham, & dixit ad eum, Abraham, Abraham. At ille respondit, Adsum *n.* 1. *Carthu.* Repetitio nominis, indicium est amoris ac familiaritatis, atque excitandæ attentionis. Circa quod loquitur Origenes. Vir iste priùs vocabatur Abram, & nusquam legimus quòd hoc nomine vocaverit eum Deus, aut dixerit ad eum, Abrám: Non enim vocandus fuit á Deo nomine delendo, sed nomine, quod ipse Deus donavit. *art.* 63. *Bis eum vocat, ut qui, & corporis, & mentis auditu voluerit auscultari, optaretque quòd patriarcha ad implendum præceptum non solùm corpore per effectum actionis, sed & mente per affectum dilectionis properaret.* 2571

Gen. 22 *num.* 1.

Genes. 22. Tulit quoque ligna holocausti, & imposuit super Isaac filiũ suum; ipse verò portabat in manibus ignem, & gladium. *n.* 6. *Carthu.* Hoc fuit præfiguratio evidẽs, quód Deo Patre volente, vnigenitus filius suus proprijs humeris crucem baiulavit vsque ad supplicij sui locum. *art.* 64. *Et expendens illud.* Ipse verò porta- 2572

Gen. 22 *num.* 6.

portabat &c. *n.* 6. *sic ait Carthu.* Per ignem ardor amoris, per gladium, rigor iustitiæ datur intelligi. Itaque Pater æternus portavit in manibus, hoc est in omnipotentia, & efficacia sua habebat tantam ad homines charitatem, tantum quoque iustitiæ zelum cōtra eorū iniquitates, quód vnigenitum suum dedit ad patiendū, ut nec genus periret humanum, nec peccatum maneret inultum. *art.* 64.

2573 Gen.22 num.6. *Certè non tantum ponderis sibi assumpsisse videtur Abrahamus, quantum filio tradiderat baiulandum; siquidem minus gladius, & ignis, quàm ligna ad hominem comburendum, & quæ ad ipsum in cineres redigendum sufficerent, sibi ponderis vendicarent. Cur igitur non potiùs gladium & ignem dedit filio? cur non ipse ligna potius asportavit? ne præceptū Domini velle videretur mutare. Si enim sic onera divideret, ostenderet, velle se potiùs à filio gladio iugulari, igneque accendi, quàm velle à se filium ense perimi, rogoque cremari: præsertim cùm hoc amor ipsius erga filium postularet.*

2574 Gen.23 num.2. *Genes.* 23. Venitque Abraham, ut plangeret, & fleret eam. *n.* 2. *Carthu.* Idest, ut mente & corpore de eius morte lamentaretur, quam tam singulariter, ac sinceré dilexit. *art.* 65. *Duplex genus lugendi explicatur, quia Abrahamus per animam suæ dolorem in Sara defuncta Saræ animæ recedentis absentiam; & per corporis sui dolorem, Saræ corporis remanentis præsentiam comploabat: ac proinde luctum duplicabat.*

2575 Gen.23 num.6. *Genes.* 23. Audi nos Domine, princeps Dei es apud nos: in electis sepulchris nostris sepeli mortuum tuum, nullusque te prohibere poterit, quin in monumento eius sepelias mortuum tuum. *n.* 6. *Carthu.* Ex curialitate vocabant Abraham dominum, quia vir magnus, potens, dives, ac sapiens erat. Ideo addiderunt. Princeps Dei es apud nos. Alia litera habet: Rex Dei es, idest vir principalis, ob tuam sapientiam & virtutem, quasi regio dignus honore, quem tanquam principem honoramus, & cuius prudentia informamur. *art.* 65 *Non princeps hominis, sed Dei princeps Abrahamus filijs Heth esse videbatur, tanta enim erat in Abrahamo iustitiæ rectitudo, ut non ab homine rege, sed à Deo princeps genitus esse putaretur.*

Genes. 24. Ad terram & cognationem meam proficiscaris, & inde accipias vxorem filio meo Isaac. *nu.* 4. 2576 Gen.24 num.4.
Carthu. Cur Abraham istud præcepit? Respondetur, quia sciebat quanta bona Deus promiserat filio suo Isaac, ac posteris eius. Quorum bonorum Abraham affectavit suā cognationem participem fieri magis quám alienos. *art.* 66. *Vt inter filium, & vxorem duplex vnio duplicaret amorem, cognationis scilicet, & contractionis.*

Genes. 24. Domine Deus domini mei Abraham, occurre, obsecro, mihi hodie, & fac misericordiam cum domino meo Abrahā. *n.* 12. 2577 Gen.24 nu.12.
Carthu. Nam Deus omnium erat, tantò specialiús Deus Abrahæ, quātò gratiosús habuit se circa eum, & quantò ipse Abraham devotiús coluit Deū. *art.* 66. Domine Deus, *Agnoscit hic servus Abrahæ, dum dicit, Domine, potentiam: dum autem ait, Deus, benevolentiam, quibus valeret, & vellet beneficium, quod petebat Abrahamo, cuius esse Dominus, & Deus gloriabatur: exhibere.*

2 *Esdræ* 9. Tu ipse Domine Deus qui elegisti Abram, & eduxisti eum de igne Chaldæorum, & posuisti nomen eius Abraham. Et invenisti cor eius fidele coram te: & percussisti cum eo fædus, ut dares ei terram Chananæi, Hethæi &c. *n.* 7. & 8. 2578 2 Esdræ 9. nu.7, & 8.
Carthu. Invenisti cor eius fidele coram te, quia in adversis, & in prosperis tibi constanter adhæsit, & fuit in fide præcipuus, qui contra spem in spem credidit. *art.* 9. *In corde nāque Abrahami, quasi in theatro quodam, tot Dominus pulchras figuras inveniebat, quot virtutes intuebatur, quarum specta-*

culo

culo illvinos oculos retrahebat.

2579 Lucæ 16. Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquā, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. n. 24. Carthus. Patrem vocat eum, cuius virtutes imitari neglexit, propter quod indignus fuit eum patrem vocare, quāvis carnalem ab eo sumpsisset originem. Itaque si dives iste in pauperes pius, & liberalis, & hospitalis fuisset, Abraham recté patrem vocasset. art. 39. Abraham patrem, at nō suum patrem nominabat: quia licet de genere Abrahami descenderet; cùm illius nō extitisset imitator, quamvis positus in tormentis, indignum se, qui tantum virum, suum diceret patrem, iudicabat.

Luc. 16 nu. 24.

Ex Caietano Cardinali.

2580 Genes. 12. Dixit autem Dominus ad Abram: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstravero tibi. n. 1. Caiet. Iuxta Hebræum habetur nomen Tetragrammaton: cura siquidē Abræ attribuitur fonti essendi, vsque adeo, quód allocutus fuerit ipsum Abram. Modus alloquendi non est scriptus hîc, sed á Stephano Actuū 7. manifestatus, dicendo, Deus gloriæ apparuit patri nostro Abræ; In forma ergo gloriosa dormienti Abræ apparuit Deus. ibi. In forma gloriosa Dei Filius Abræ voluit apparere à cælesti patria peregrinus, ut Abram se ipsum à terrena patria iussu Dei peregrinum non inglorium, sed gloriosum fore speraret, & tanta gloriæ spe, bono animo tamquam peregrinus exultaret.

Gen. 12 num. 1.

Act. 7.

2581 Genes. 12. Apparuit autem Dominus Abram, & dixit ei, Semini tuo dabo terram hanc. Qui ædificavit ibi altare Domino, qui apparuerat ei, & invocavit ibi nomen eius. n. 7. Caiet. Par enim fuit, ut obedienti Abræ primæ apparitioni, secundò appareret. ibi. Altare Domino, qui apparuerat ei, ædificasse narratur, nempe Deo Filio, ut qui præsciret ipsum ad altare iterum, atque iterum descensurum, ut vel sic accensum desiderium, quo iam tunc flagrabat, ponendi se in Eucharistica ara per frequentes apparitiones in altare illo, temperaret.

Gen. 12 num. 7.

Genes. 14. Hi enim pepigerant fœdus cum Abram. n. 13. Caiet. Hinc apparet quòd Abram iam inclitus erat: vtpote fœderatus cum principibus Amorrhæis. ibi. Non dicitur quòd Abram cum his tribus fratribus Mambre, Eschol, & Aner fœdus inierit; sed quòd hi tres principes cum eo fœdus pepigerant, ut eos ab Abram, non verò ab eis Abram, amicitiæ societatem postulasse credatur. Tanta enim erat inter principes extraneos de fortitudine Abræ peregrini principis existimatio, ut omnes cum eo fœdus inire procurarent. 2582

Gen. 14 nu. 13.

Genes. 14. Quód cùm audisset Abram, captum videlicet Lot fratrem suum, numeravit expeditos vernaculos suos trecentos decem, & octo: & persecutus est eos vsq; Dan. n. 14. Caiet. Causa belli suscepti ab Abram adversùs Assyrios explanatur: sed magis in Hebræo. Nam significatur non qualitercumque captus, sed in prædam: ita quòd peregrinus habitator Sodomæ (non pugnator, non civis) abductus est in prædam. Numeravit expeditos vernaculos suos. Iuxta Hebræum habetur. Et armavit vsitatos suos natos domus suæ trecentos, & decem, & octo. Non supputavit Moyses nisi viros, qui erant vsui continuo Abræ: manifestando quòd non erant alienigenæ, sed nati ex familia ipsius Abræ. Patet, quód magna valde erat Abræ familia: habens præter hos senes, parvulos, mulieres, ineptos ad bellum. ibi. 2583

Gen. 14 nu. 14.

Impatiens moræ, vbi primùm audivit fratrem suum principem è patria peregrinum à regibus, adversùs quos minimè 2584

Gen. 14 nu. 14.

nimé pugnaverat iniustè esse captũ; vernaculos bello aptos ea celeritate armavit, qua numeravit: ut fratrem suum, quem maximé diligebat, ab iniusta captivitate, nulla interposita mora, superatis tyrannis liberaret.

2585 Gen. 14 nu. 22. & 23. *Genes.* 14. Levo manum meam ad Dominum Deum excelsum possessorem cæli, & terræ, quód á filo subtegminis vsque ad corrigiam caligæ; non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt, ne dicas, Ego ditavi Abrã, *n.* 22. & 23. *Caiet.* Profitetur itaque Abram coram regibus fidem suam erga cultum vnius solius Dei, tum verbis istis, tum factis narrando primúm, quód vovit Deo, se non accepturum quicquam rerum, & hoc pro gloria Dei: ut scilicet opulentia eius Deo attribuatur, nõ hominibus. Dicendo itaq; Levavi manum meam, dicasse se ipsum Deo, vovisse se Deo commemorat. Et á rebus minimis, filo, & corrigia cuncta comprehendit. Et dicendo, Ne dicas ego ditavi Abram, causam voti insinuat fuisse, ut reservetur Deo gloria quòd Abram fuerit dives. *ibi. Non ad te, sed ad Deum possessorem cæli, & terræ extendam manũ meam, á quo proinde accipiam cælestia, & terrena, si me facere voluerit ditiorem.*

2586 Gen. 14 nu. 24. *Genes.* 14. Exceptis his, quæ comederunt iuvenes, & partibus virorum, qui venerunt mecum Aner, Eschol, & Mambre, isti accipient partes suas. *n.* 24. *Caiet.* Occurrit quæstio, quare non excepit etiam decimã datam Melchisedech? Solutio est quia decimam dedit de omnibus suis, non aliorum; præter bona siquidem direpta in Pentapoli, accepit Abram alia bona Assyriorum regum, qui fugerant; & de illis Abram dedit decimam. *ibi. Optimus imperator, qui tribus sibi confœderatis ducibus spolia in bello parta dividere æquum iudicabat, cùm sibi de spoliis nihil assumebat. Etenim illi omnium spoliorum loco princeps Loth ereptus, quem præ omnibus amabat, & sui amoris trophæum afferebat.*

Genes. 15. Noli timere Abram, 2587 Gen. 15 num. 1.
ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. *n.* 1. *Caiet.* Rectiús iuxta Hebræum habetur. Non timebis Abram, ego scutum tibi, merces tua multa valde. Rationem timendi Abram habebat: quia contra reges Assyrios insurrexerat, qui erãt potentes ad redeundum in Pentapolim, & opprimendum Hebron, & omnem terram Chanaan: ut testantur priús gesta ab eisdem. Et propterea Deus imprimis tollit ab eo timorem prædicendo illi non eventurum illi malum, quod timet: quia defensionem Abræ suscepit in se ipso tamquam semen Abræ, ad reijciendum omnes adversùs Abram sagittas. *ibi*

Deinde sic pergit Caiet. Hæc 2588 Gen. 15 num. 1.
metaphora sufficit ad reddendum Abram tutum, ut securus habitaret in terra Chanaan. Timor enim talis trahebat eum ad migrandum inde in remotiorem regionem. Nec contenta divina est benignitas hoc dono servante á malis, sed protulit alterum conferens bona, dicendo Merces tua multa valde. *ibi. Non se promittit Deus futurum Abræ gladium, sed scutum, neque enim Deus vult, ut quisque suorum, ipso Deo utatur tamquam offensionis, sed defensionis instrumento.*

Gen. 15. Scito prænoscens quòd 2589 Gen. 15 nu. 13.
peregrinum futurum sit semen tuũ in terra non sua: & subijcient eos servituti & affligent quadringentis annis. *n.* 13. *Caiet.* Non ad afflictionem, nec ad servitutem, quæ ut qualitates inter peregrinandum incidẽtes, quandoque interpositæ sunt: sed ad peregrinationem refertur hoc tempus. Nam quòd ducentis, & decem duntaxat annis Israelitæ fuerint in Ægypto, ex scriptura hac habetur. Facilè enim patet, quód á nativitate Isaac (Quod est semen Abrahæ, de quo semine est hic sermo) vsque ad exitũ de Ægypto supputantur quadringenti anni: ut hæc

hæc litera sonat. *ibi.*

2590 *Postea sic progreditur Caiet. dicta sic probans.* Nam si supra sexaginta annos Isaac, quando genuit Iacob, addantur centum triginta anni, quos nactus erat Iacob quando ingressus est Ægyptum; summantur quadraginta anni, cum illis ducentis decē, quibus perseveraverunt in Ægypto. Non ergo plures, vel pauciores supputandi sunt anni moræ in Ægypto; quia nec plures, nec pauciores exiguntur ad integrandum numerum supra centum nonaginta, quos sacra scriptura clarè tradit. *ibi.*

Gen. 15 nu. 13.

2591 *Si semen Abræ peregrinum futurū esse Deus prænunciabat, quare addit, in terra non sua? superfluum hoc additum aliquis reputabit. At immeritò, potest enim cæli civis & in terra sua esse peregrinus: & mundi civis in terra non sua nō peregrinus reputari; dum ille præ cælo natale despicit solū; hic pro cælo quodlibet, quasi natale solum amat.*

Gen. 15 nu. 13.

2592 *Genes.* 17. Apparuit ei Dominus; dixitque ad eum, ego Dominus omnipotens: ambula coram me, & esto perfectus. *n.* 1. *Caiet.* Est sensus, Profice in studio, ac actionibus tuis tamquam ambulans ante oculos meos. Nullum maius frænum, nulla efficacior ratio componendi gestus, motus, verba, actionesque hominis apparet, quàm ambulare ante faciem principis. Et fructus huiusmodi profectus apté subditur. Et eris perfectus. Huiusmodi enim ambulatio ducit hominē ad perfectionem. *ibi. Ne in via perfectionis hostes formidaret, omnipotentiam suam Dominus Abræ declaravit, qua ipse Dominus, si Abram cum eo quasi cum socio ambularet, facilè omnes illius in via adversarios superaret.*

Gen. 17 num. 1.

2593 *Genes.* 17. Ponamque fœdus meum inter me & te, & multiplicabo te vehementer nimis. Cecidit Abrā pronus in faciem. Dixitque ei Deus Ego sum, & ponam pactum meum tecum, erisque pater multarum gentium. *n.* 2. 3. 4. *Et infrà.* Et benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus sum, eritque in nationes, & reges populorum orientur ex eo. Cecidit Abram in faciem suam, & risit, in corde suo dicens, Putas ne centenario nascetur filius? & Sara nonagenaria pariet? *num.* 16. & 17.

Gen. 17 n. 2. 3. 4. 16. & 17.

Caiet. exponens utrumque locum ad illud. Dixitque ei Deus &c. *sic ait.* Iuxta Hebræum habetur, Et locutus est cum eo Eloim dicendo. Quoniā de iustitiæ distributivæ actionibus futurus est sermo (videlicet de distributione terrarum, & generis Abram, & dono circumcisionis, quo semen Abram præferretur reliquis nationibus) ideo sub nomine iudicis Deus describitur. Nec vacat quód dicitur, cum eo: sed insinuat familiare colloquium. Et quoniam durāte hoc colloquio Abram iterum cecidit super faciem suam, intelligendum reliquit Moyses ex pronomine cum eo, quód Abram surrexit mandante Deo, ut Deus cum eo loqueretur. *In hoc loco. Quoties Abram, ut se Dei servum significaret, ad pedes, se ipsum Dei sibi in hominis figura apparentis, proijciebat, toties Deus, ut ipsum sibi amicum indicaret, extensa manu elevabat, istoque benevolentiæ actu se Abræ amicum ostendebat.* 2594

Genes 17. Infans octo dierum circumcidetur in vobis, omne masculinum in generationibus vestris, tā vernaculus, quàm empticius circumcidetur, & quicumque non fuerit de stirpe vestra. *n.* 12. *Caiet.* Tēpus circumcidendi, quando nasciturus decernitur. Et ratio octavi diei creditur, quia ante octavum diem nimis tener infans valde læderetur dolore circumcisionis: post octavum diem versùs duritiem tendens, plus doloris sentiret. *ibi. Durūm præceptum clementiā Domini lenire voluit; ideo ætatem, in qua esset implendum, eam designavit, qua infans minimum vulneris dolorem* 2955

Gen. 17 nn. 12.

lorem pateretur.

2596 Genes. 18. Cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui, & adoravit in terram. n. 2. Caiet. Veri- Gen. 18 num. 2.
tus enim Abraham, ne viri illi via incederent publica, & sic apud ipsu non hospitarentur, cucurrit ad eos & magna veneratione honoravit illos signo prostrationis in terrā. Credimus huiusmodi honorem tunc tēporis solitum fuisse exhiberi magnatibus. *ibi.* Et adoravit. *num.* 2. *Quid agis ô Patriarcha, pauperes peregrinos adoras? ita sanè illos enim inspiciebat viatores, ut mundi, & mundanarum opum contēptores, ac proinde illorum quemlibet tāquam Deum adorabat, quia quilibet opes contemnendo Deitatem in se habere declarabat.*

2597 Genes. 18. Et dixit, Domine, si inveni gratiam in oculis tuis, ne trāseas servum tuum. *n.* 3. *Caiet.* Quo- Gen. 18 num. 3.
niam nusquam eos viderat, accensus hospitalitatis amore, rogat citando imprimis novitatem beneficij, dicens, si nunc inveni gratiam in oculis tuis. *ibi. Ex beneficio visionis, qua Abrahamus ab Angelis amicabili intuitu se visum experiebatur, ab illis beneficium exposcebat scilicet ne eum, quasi hospitium a se eis oblatum despicientes transirent, sed apud eum pransuri remanerent, obsequium enim, quod peregrinis munificus offerebat, beneficium ab illis sibi concessum vendicabat.*

2598 Genes. 18. Afferam pauxillum aquæ, & laventur pedes vestri, & requiescite sub arbore. *nu.* 4. *Caietan.* Gen. 18 num. 4.
Preces porrexit uni, officia verò hospitalitatis offert omnibus, & propterea non dicit, pedes tui, sed Pedes vestri: & in omnibus adiunctis officijs pluraliter loquitur, *ibi, Elocutionem ad unum dirigit,* Si inveni gratiā in oculis tuis, *n.* 3. *Omnibus tamen offert operationem,* Laventur pedes vestri. *n.* 4. *ut maior in efficacia operis, quàm in eloquentia oris Abrahæ liberalitas esse ostenderetur. Quod uni offerebat, omnibus exhibebat.*

Gen. 18. Ipse verò stabat iuxta eos sub arbore, *n.* 8. *Caiet.* Iuxta 2599
Hebræum habetur, Et ipse stans supra eos sub arbore. Hoc est superintendens eis: Assistebat siquidem coram eis tum humanitatis, tum officij gratia. *ibi. Non cum illis ad mensam sedens; sed stans iuxta illos ad mensam sedentes Abrahamus ostenditur; non solùm quia ipse iam prandium sumpserat, & si iterum vellet epulari gula inservire videretur: sed quia se indignum iudicabat qui cum viris Angelicam præ se ferentibus puritatem ad mensam sedens manducaret.* Gen. 18 num. 8.

Genes. 18. Descendam, & videbo utrum clamorem, qui venit ad me opere compleverint: an non est ita, ut sciam, *n.* 21. *Caiet.* Humano more loquitur Deus. Hic enim debet esse fructus inquisitionis, hæc debet esse intentio inquisitoris, ut si non invenerit ita esse, sufficiat ei scire: & non velit honoris gratia (ad monstrandum quód non frustra inquisierit, ad quasi tuendam authoritatem) vexari subditos. *ibi. Hæc Deus Abrahamo dicebat, ut eum exemplo doceret non facilè famæ credere, sed de defectibus sibi subditorum per se ipsum inquirere: non desiderio puniendi, sed sciendi, an fama falsa sit vel si vera, ut possit defectus, adhuc non completos emendare; & non nisi iam impletos, quasi invitus condemnare.* 2600 Gen. 18 nu. 21.

Genes. 18. Respondensque Abraham ait, quia semel cœpi loquar ad Dominum meum cùm sim pulvis & cinis. *n.* 27. *Caiet.* In universo hoc colloquio Moyses nominat Angelum loquentem nomine Tetragramaton. Abraham autem nominavit eundem, Dominum; ille à supremo nomine Dei; iste á dominio ipsius Abrahæi sonat enim pro singulari Domine mi. Observantiæ simul, & fiduciæ supplicantis, huiusmodi nomen congruebat. *ibi. Dum igitur Dominum suum Abrahamus sæpe, ac sæpius Deum appellabat, de singularitate nobilissima* 2601 Gen. 18 nu. 27.

lissimæ servitutis gloriabatur, ac si solus in orbe servus tanti Domini esse ostenderetur: vel ad facienda omnia, quæ innumeris servis Dominus efficienda præcipere vellet, ipse vnicus quasi foret Domini servus: vel instar omnium in obsequio Domini fore, se paratum esse demonstraret.

2602 *Gen.* 20. Postquam autem eduxit meDeus de domo patris mei, dixi ad
Gen.20 eam, Hanc misericordiam facies mecum,
nu.13. in omni loco ad quem ingredi- emur, dices quód frater tuus sim. *n.* 13. *Caiet.* Manifestavit Abrahã causam peregrinationis suæ fuisse Angelos Dei: ut crederet Abimelech quód non profugus, non levis, non inopia actus patriam, paternamque domum reliquerit, & vagetur errando; sed mandato divino. *ibi.*

2603 *Peregrinationem de mandato Dei susceptam per Angelos à Deo missos forsitan illarum regionũ in quibus Abrahamus peregrinus erat futurus, illarumq; gentes divinum cultum edocturus, sibi imperatam regi declarabat, ut sic ipsum regem ad interrogandum ipsum de Deo suo, cuius amore se peregrinum fatebatur, invitaret, divinumque & regi & sibi subditis Dei veri cultum prædicaret.*

2604 *Gen.* 22. Tentavit Deus Abrahã, & dixit ad eum, Abrahã, Abraham.
Gen.22 At ille respondit, adsum. *n.* 1. *Caiet.*
num.1. Et nominatur Deus Eloim ad insinuandum, quód non crudeliter, nec iniusté, sed secundúm divini iudicij rationem, non alligatã humanæ pietatis regulis, tentationem hanc exercuit Abrahæ. *ibi. Tentantis figuram Deus assumpsit; neque enim veram sed fictam tentationem Abrahamo Dominus proponebat, qui non ab Abrahamo Isaacũ amore Dei sibi immolandum, sed vnigenitum suum amore hominum à se Deo in sacrificium offerendum præsciebat.*

2605 *Genes.* 22. Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Isaac, & vade
Gen.22 in terram visionis: atque ibi offeres
num.2. eum in holocaustum super vnum montium, quem monstravero tibi. *numer,* 2. *Caiet.* Iuxta Hebræum habetur. Tolle nunc filium tuum. Præcipit, ut statim sine mora tollat filium suum. *ibi. Et infrá sic ait.* Collige conditiones tres præter nomen proprium Isaac. Primam á natura, Filium tuum: secundam ab electione divina, Vnigenitum: tertiam à vehementia amoris firmati, Quem dilexisti. Ac si apertiús dixisset: non obstãtibus his fac quod præcipio. *ibi.*

Tres igitur conditiones in Isaaco Dominus explicavit, ac si secundùm tres divinas Personas hanc sibi oblationem fieri Dominus postularet, Abrahaque diceret Pater, Tolle filium tuum: Filius verò diceret, Vnigenitum: Spiritus sanctus tandem diceret, Quem diligis: ut pro compensatione Abrahæ pro filio Pater hominibus suum filium daret: & pro vnigenito Abrahæ vnigenitus se hominibus conferret, & Spiritus sanctus, qui est amor, pro dilecto Abrahæ, hominibus se ipsum cum dilecto Christo elargiretur. 2606

Genes. 23. Cùmque surrexisset ab officio funeris, locutus est ad filios Het. *num.* 3. *Caietan.* Iuxta Hebræum habetur: Et surrexit Abraham de super facie mortui sui. Insinuatur quòd Abraham exercuit officium luctus iacens, seu sedens in loco superiore respectivé ad faciem cadaveris (tamquam continué spectans faciem vxoris) & quòd ex illo loco surrexit. *ibi Mirum est quòd nũquam scriptura dixerit Mortuam suam, sed semper Mortuum nominaverit? Ne aliquis infidelis existimaret Saram secundùm animam & corpus simul esse defunctam; sed vivam adhuc permansisse Saræ animam, solumque corpus eius mortuum intelligeret nominari.* 2607 Gen.23 num.3.

Genes. 23. Advena sum, & peregrinus apud vos: date mihi ius sepulchri vobiscum, ut sepeliam mortuum meũ. *n.* 4. *Caiet.* Iuxta Hebræũ habetur: habitans, & sedens ego vobiscum. Invitat enim populum, qui cõvenerat ad honorandum funus, ex eo quòd erat habitator quie- 2608 Gen.23 num.4.

tus civitatis eorum. *ibi. Peregrinus apud vos hactenus fui, qui proinde facilè possem à vobis separari; iam nunc apud vos manere volo; neque enim amor erga dilectum cadaver meæ Saræ, permittet me ab hoc loco ampliùs exulari.*

2609 *Genes.* 23. Responderunt filij Het, dicentes, Audi nos Domine, princeps Dei es apud nos in electis sepulchris nostris sepeli mortuũ tuum, nullusque te prohibere poterit, quin in monumento eius sepelias mortuum tuum. *n.* 5. *&* 6. *Caietan.* Princeps Dei es apud nos. Fulgebat in Abraham tanta iustitia divina, ut vices summi iudicis Dei gerere videretur. Iuxta Hebræum habetur. Princeps Eloim tu inter nos. *ibi. Princeps illius Dei, qui totius mundi est Dominus, tu apud nos es: ergo in nostro solo, quod pars mundi est, tu qui velut Dei princeps, mundi etiam dominus es: non incola, sed accola es.*

Gen. 23 *num.* 5. *&* 6.

2610 *Genes.* 23. Et confirmatus est ager Hephron. *n.* 20. *Caiet.* Iuxta Hebræum habetur, Et surrexit ager Hephron. Vtitur Moyses metaphora surgendi: significando agrum elevatum in meliorem conditionẽ per hoc, quòd emptus est ab Abraham. *ibi. Dum enim ager ille Saræ sanctæ fœminæ cadaver suis in visceribus suscepit, surrexit; quia corpus mortuum ad æternã vitam surrecturum in se recepit.*

Gen. 23 *nu.* 20.

Genes. 25. Et deficiens mortuus est in senectute bona, provectæque ætatis, & plenus dierum; congregatusque est ad populum suum. *n.* 8. *Caiet.* Vltima ætas narratur bona: utpote absque ægritudinibus, & molestijs, semper vtilis. Congregatusque est ad populum suum. Ad literam significatur, quòd Abraham congregatus ad societatem iustorum omnium, qui mortui fuerant, *ibi.* Plenus dierum. *numer.* 8. *Non noctium, sed dierum plenus Abrahamus refertur; non enim qui semper bene egerat, lucem oderat, sed amabat, ideo non in tenebris noctium, sed lumine dierum semper ambulaverat.* 2611

Gen. 25 *num.* 8.

SONVS

SONVS XXII.

Abſalon.

Ex D. Ambroſio.

2612  *ecundo Reg.* 14. Obſecro ergo, ut videam faciem
2 *Reg.* regis: quód ſi memor eſt
14. *nu.* iniquitatis meæ, inter-
32. *&* ficiat me. Ingreſſus ita-
33. que Ioab ad regem, nunciavit ei omnia: vocatuſque eſt Abſalon, & intravit ad regem, & adoravit ſuper faciem terræ coram eo: oſculatuſque eſt rex Abſalon. *n.* 32. *&* 33. *& cap.*
2 *Reg.* 15. Igitur poſt hæc fecit ſibi Abſa-
15. *à n.* lon currus, & equites, & quinqua-
1. ginta viros, qui præcederent eum &c. *à n.* 1. *vſque ad n.* 6. *D. Ambroſ. lib.* 2. *de officiis*, Nihil ſimulatum, & fictum veræ virtutis eſſe certum eſt, quin etiam diuturnum eſſe non ſolet. In principio vernat: in proceſſu tamquam floſculus diſſipatur, & ſolvitur, quod autem verum, ac ſincerum, alta radice fundatur. *capit.* 22.

2613 *Deinde ſic progreditur Div. Ambroſ.* Vt exemplis aſſertiones noſtras probemus (quoniam quæ ſimulata ſunt, diuturna eſſe non poſſunt, ſed tamquam ad tempus virentia citò decidunt) ex ea familia, ex qua nobis plurima ad virtutis profectum exempla accerſivimus; vnum ſimulationis, & fraudis proferamus teſtimonium. *cap.* 22.

2614 *Et poſtea apponit Div. Ambroſ. exemplum Abſalonis ſic*, Abſalon erat David regis filius decore inſignis, egregius forma, præſtans iuventa, ita ut vir talis in Iſrael non reperiretur, á veſtigio pedis vſque ad verticem immaculatus. Is fecit ſibi currus, & equos, & viros quinquaginta, qui præcurrerent ante eum. Surgebat diluculo, & ſtabat ante portam in via: & ſi quem advertiſſet regis iudicia quærentem, accedebat ad eum dicens: Ex qua civitate es tu? Reſpõdebat ille ex vna tribu ſum de tribubus Iſrael ſervus tuus. Referebat Abſalon: verba tua bona ſunt, & directa: & qui te audiat non eſt tibi datus á rege. Quis conſtituet me iudicem? & quiſquis ad me veniet, cuicumque fuerit iudicium neceſſarium, iuſtificabo illum. *cap.* 22. *Hæc ferè ex textu ſcripturæ.*

Deinde ſic pergit Div. Ambroſ. 2615
Talibus deliniebat ſingulos ſermo- 2 *Reg.*
nibus, & cúm accederent adorare 15. *à n.*
eum, extendens manus ſuas, appre- 1.
hendebat, atque oſculabatur eos; ſic convertit in ſe corda omnium, dum blanditias huiuſmodi intimorum tangunt viſcerum ſenſum. Sed delicati iſti, & ambitioſi elegerunt honorabilia, & grata ad tempus, & iucunda. Vbi autem parva proceſſit dilatio, quam prudens omnium propheta pauliſper cedendo interponendam putavit, non potuerunt tolerare, ac ſuſtinere. *cap.* 22.

Igitur poſt hæc, *capit* 15. *n.* 2 *Reg.*
1. *Poſtquam Abſalon ſimulata pœniten-* 15. *n.* 1
tia qua dicebat ſe malle potiùs in pœnam commiſſi fratricidij ingulari quàm aſpectu patris ſui Davidis vivens privari, ad patris conſpectum admiſſus fuit; ſtatim cæpit de atrociori crimine, nempe de patricidio cogitare; neque enim diu potuit ſe pœnitentem ſimulare.

2 *Reg.* 15 *nu.* 13. *&* 14. 2 *Reg.* 15. Venit igitur nuncius ad David, dicens, Toto corde vniversus Israel sequitur Absalon. Et ait David servis suis, qui erant cum eo in Ierusalem, Surgite fugiamus: neque enim erit nobis effugium á facie Abslalon: festinate egredi, ne fortè veniens occupet nos & impleat super nos ruinam, & percutiat civitatem in ore gladij. *num.* 13. *&* 14. *D. Ambros. Apolog.* 1. *David*. Parricida filius regnum patrium violenter invaserat, cedebat primò pater eius furori, & locum prælij declinabat, ut vel sic impius á furore resipisceret. *cap.* 6. Toto corde vniversus Israel &c. *n.* 13. *Qui enim blãditijs corda virorum furatus fuerat, ita totum populum Israel sibi allexerat, ut vniversus populus, quasi non tot, quot populares erant, haberet corda, sed vnum cor solummodo in omnibus vẽdicaret, Absalonem cordium furem sequeretur simulq; cum ipso adversus naturalem regem rebellaret.*

2616 2 *Reg.* 18. *n.* 3 4. *&* 5 2 *Reg.* 18. Tu vnus solus pro decem millibus computaris: meliùs est igitur, ut sis nobis in vrbe præsidio. Ad quos rex ait, Quod vobis videtur rectum, hoc faciam. Et præcepit rex Ioab, & Abisai, & Ethai dicens, servate mihi puerum Abslalon. *n,* 3. 4. *&* 5. *D. Ambros. Apolog.* 1. *David.* Bello interesse noluit, rogavit ad prælium profecturos, ut parcerent filio. Securus erat victoriæ, qui rogabat, ut parcerent: nec pietatis alienus, qui perire debere, etiam impiũ filium, non putabat. *cap.* 6. *Optimus sanè rex, qui populo suo maluit obtemperare, quàm imperare, dicens;* Quod vobis videtur rectum, hoc faciam, *n.* 4. *Hac enim arte corda Israelitarum, quæ Absalõ filius furatus fuerat sibi attrahenda, immo & ut iniustè arrepta, restituenda putavit.*

2617 2 *Reg.* 18. *n.* 5 2 *Reg.* 18. Et præcepit rex Ioab, & Abisai, & Ethai dicens, servate mihi puerum Absalon. Et omnis populus audiebat præcipientem regem cunctis principibus pro Absalon. *num.* 5. *D. Ambros. lib.* 2. *de officijs.* Non dubitans de victoria David commendabat filium dimicaturis, ut ei parcerent. Ideoque nec prælio interesse maluit, ne vel referre arma, parricidæ licet, videretur, sed tamen filio. *cap.* 22. *Non militibus populi, sed tribus præcipuis ducibus, populo tamen audiente, David pater filium Absalonem, ut vivus servaretur, nec captus occideretur, imperabat. Quisque namque militum præceptum regis, suo impositum duci adimpleret; suique ducis exemplo Absalonem non occideret, sed servaret. Neque enim ad servandum Absalonem minùs sui ducis exemplo, quàm sui regis præcepto, moveretur.*

2618 2 *Reg.* 18. *nu.* 33. 2 *Reg.* 18. Contristatus itaque rex, ascendit cænaculum portæ, & flevit. Et sic loquebatur vadens, Fili mi Absalon, Absalon fili mi: quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te Absalon fili mi, fili mi Absalon? *n.* 33. *D. Ambros. Apolog.* 1. *David.* Flevit, & magno luctu deploravit exitum parricidæ, dicens: Filius meus Absalon, quis dabit mihi mortem pro te, filius meus Absalon? vindicandum putabat eum, qui pro paternæ vindicta pietatis occiderat. *cap.* 6. *Nunquam rex nominavit Absalonem, quin eum filium suum appellarit. Bis titulum filij nomini Absalonis præponens: & bis eundem filij titulum nomini Absalonis postponens: planctum à titulo filij incipit: at non titulo filij, sed Absalonis nomine, planctum claudit: dum enim filium nominaret, à planctu filij sui non cessaret: Absalonem autem dicendo, rebellem cogitavit, & ideo à luctu cessavit.*

Ex Divo Gregorio Nysseno.

2619 Secũdo *Reg.* 15. Venit igitur nũtius ad David, dicẽs, Toto corde vniversus

2 Reg. versús Israel sequitur Absalon. Et
15. nu. ait David servis suis, qui erant cum
13. & eo in Ierusalem, surgite, fugiamus:
14. neque enim erit nobis effugium á facie Absalon: festinate egredi, ne forté veniens occupet nos, & impleat super nos ruinam, & percutiat civitatem in ore gladij. num. 13. & 14. Div. Gregor. Nyss. Te iam vnctum in regem per fidem & cum vero vncto regnantem deijcere conatur de tantæ dignitatis fastigio, non foris, sed ex te ipso existens: non enim aliunde, cùm contra nos habet hostis, neque ab alio quodam ex dignitate parta exturbamur, nisi nos ipsi mali huius gnari, infelici partu quasi patres fiamus, qui in regnum nostrum insurgit, & arma capit. in Ps. cap. 11.

2620 Et infrà. Cúm igitur ab initio virtus nostra nondum ita ad
2 Reg. pugnam sit corroborata, ut aperté,
15. nu. & velut in faciem impressioni hos-
13. & tis resistere valeamus, sed necesse sit
14. fugere huiusmodi conflictum, non parum vtilitatis ijs, qui bello appetuntur, divinus sermo per allatum scripturæ exemplum attulit: hoc videlicet te docens, ut quando tibi nascitur Absalon malitiæ velut coma insignis, fratrisque interfector, quique venerando tuo thoro, & immaculato cubili furiosè insultet,
Matth. fugies, ut Dominus monet de civi-
20. tate in civitatem. in Ps. cap. 11.

2621 Surgite fugiamus: num 14. Ne aliquis servorum erubesceret fugam, ipse rex David se in fuga servis suis socium facit, dicens, Surgite fugiamus. Citò suis suadet servis ante adventum hostis quærere refugium, ne postquam hostis advenisset, impossibile eis esset effugium.

2622 2 Reg. 15. Surgite fugiamus:
2 Reg. neque enim erit nobis effugium á
15. nu. facie Absalon &c. numer. 14. Et 2.
14. Reg. 18. Vidit autem hoc quispi-
2 Reg. am, & nuntiavit Ioab dicens, Vidi
18. nu. Absalon pendere de quercu. n. 10.
10. & Et infrà. Tulit ergo tres lanceas in
14. manu sua, & infixit eas in corde Absalon. n. 14. D. Greg. Nyss. Considerans hac loca sic ait. Fugiendo á facie Absalonis talis filij, cogendoque in vnum copias suas, ope ligni, quod in se ipso perniciosam illam comam religat, & appendit, tribus telis licebit tibi perimere inimicum. in Psal. cap. 11.

Deinde sic progreditur idem D. Greg. 2623
Nyss. Neminem latet quorsum hoc ex historiarum monumentis ænigma petitum pertineat, & quale lignum sit, cui quasi clavis malitiæ coma affixa est, chirographum peccatorum nominatur ab Apostolo, qui & ait: hoc è medio sublatum, crucique affixum esse, hoc est ligno. in Ps. cap. 11. In cruce ergo Christi quisque suum affigat corpus, illudque tribus Christi clavis, velut telis transverberare curet: ne vmquam à Christo crucifixo possit separari. Ibique Chirographum delictorum suorum deleat; ne contra ipsum inimicus chirographum eorum Deo possit exhibere, propter quod mereat condemnari.

2 Reg. 17. Dixitque Absalon, 2624
& omnes viri Israel: Melius est con- 2 Reg.
silium Chusai Arachitæ consilio 17. nu.
Achitophel. Domini autem nutu 14.
dissipatum est consilium Achitophel vtile, ut induceret Dominus super Absalon malum. nu. 14. Div. Greg. Nyss. exponens titulum Psalm. 7.
qui sic habet. Psalmus David, quem Psal. 7.
cantavit Domino pro verbis Chusai filij Iemini, sic ait. Absalon ille, quasi ex nobis renatus, denuò bellum ex nobis redintegrat, quem cædis nostræ cupidum avertit nostra de hac re provida cura, & sollicitudo, vel potiús subsidium Dei. Nam causam rei feliciter gestæ propter verba Chusai Deo assignat, eique gratias agit. in Ps. cap. 11.

Gratus rex non solùm Deo, sed & ami- 2625
co suo Chusai victoriam de Absalone partā referebat: ad quam ex vna parte humana contra astutiam Achitophelis inservivit Chusai amici in fallendo Absalonem

 optima

optima prudentia; & ex altera parte, divina contra amentiam Absalonis, Dei adfuit providentia

2626 2 *Reg.* 18. Tulit ergo tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalon. *n.* 14. *D. Greg. Nyss.* Et quænam illa trias telorũ, quæ medium hominis pectus transverberat? quæ mortem virato, & capitali hosti adfert: ut teli huius intelligentiam commodè assequamur, animum advertere oportet ad prophetiam Isaiæ qui ex persona Domini ait: Posuit me telum electum, & in pharetra sua exaltavit me. *in Ps. cap.* 11.

2 *Reg.* 18. *nu.* 14.

Isai. 49

2627 *Adhuc sic pergit D. Gregor. Nyss.* Hoc igitur telum, est Domini sermo vivus, penetrabilior omni gladio ancipiti. Sermo autem iste Christus est, quo nomine Trinitatis mysterium significatur. Revocat enim in mentem, & eum, qui vnxit, & eum qui vnctus est, eumque, quo vnctus est: si enim vel vnum horum desit, Christi nomen non subsistit. Huius igitur nomen quando in pharetra nostra exaltatur, hoc est quando in anima nostra per fidem exoritur: (nam pharetra sermonis est anima,) tunc confestim adversarius, qui nos insequitur, & impetit, interit, & occumbit, cuius interitus in ligno accidit. *in Ps. cap.* 11.

Heb. 4. 2 *Reg.* 18. *nu.* 14.

2628 *Alludens etiam ad illud* 2. *Reg.* 15. Surgite fugiamus, *n.* 14. *sic ait Div. Greg Nyss.* Quare cúm quis in tempore fugit hostem (qui vnus quidem est natura, multiplex verò fit malorum auxilijs, & suppetijs, hinc illud: Quoniã multiplicati sunt, qui tribulant me, multi insurgunt adversum me:) tunc fit quasi initium victoriæ; tempestiva enim ab hostibus fuga, causa extitit victoriæ ab hostibus reportatæ. *in Psal cap.* 11. Surgite fugiamus. *Apto vtitur verbo dum hortatur ad fugam, dicens*, Surgite, *qui enim, quando rex fugam inire iubet, fugit, non in solo iacet, sed in calũ surgit.*

2 *Reg.* 15. *nu.* 14.

Ex D. Hieronymo.

Secundo *Reg.* 5. Filius triginta annorum erat David cùm regnare cæpisset, & quadraginta annis regnavit. In Hebron regnavit super Iudam septem annis, & sex mensibus: in Hierusalem autem regnavit triginta tribus annis super omnem Israel, & Iudam. *n.* 4. & 5. *D. Hiero.* Quæritur curnam in summa quadraginta annorum, etiam sex menses annumerentur. Quod ab Hebræis duobus solvitur modis: dicunt enim, quia David sex mensibus Absalon filiũ suum fugerit; meritó eosdem sex menses á summa regni illius esse exclusos. *in qq. in lib.* 2. *Re. cap.* 5. 2629

2 *Reg* 5 *n.* 4. & 5.

Aliam apponit D. Hieron. solutionẽ sic. Dicunt etiam aliter, quód sex mensibus in Hebron David quadam infirmitate corporis laboraverit, & idcirco eosdem sex menses non supputari in regno eius. *loco citato Per menses sex Absalon Davidis filius titulum regis vsurpavit sibi datum à socijs suæ rebellionis, qui eum regem acclamaverant iuxta illud*, 2 *Reg.* 15. Regnabit Absalon. *n.* 10. *Ergo pater Absalonis David per illos sex menses à se ipso regis titulum abdicavit, ut qui veré humilis digniorem rebellem filium titulo regio, quàm se ipsum indicaret, ideoque (ut dicitur in summa) per quadraginta annos, non autem per quadraginta annos, & sex menses in summa regnasse refertur.* 2630

2 *Reg.* 5. *nu.* 4. & 5.

2 *Reg.* 13. Absalon fugiens abijt ad Tholomai filium Ammiud regem Gessur. Luxit ergo David filium suũ Amnon multis diebus. *n* 37. *D. Hieron.* Tholomai pater fuit Macha matris Absalon quam dicunt Hebræi á David in prælio captam, & cæsarie, & vnguibus præcisis secundúm legem eam vxorem sibi David sociasse, & ex ea generasse Thamar, & Absalon. *in qq. in lib.* 2. *Reg. capit.* 13. 2631

2 *Reg.* 13. *nu.* 37.

Absalon ad regem Tholomai avum suum 2632

ſuum poſt fratricidium commiſſum in morte Amnonis fratris ſui ad vindicãdam iniuriam Thamaris ſororis ſuæ ex eadem matre Maacha, quæ erat ipſius regis filia fugere elegit, exiſtimans apud regem avum commiſſum facinus gratum fore, quo ipſe, nepos tanti regis, iniuriam illatam ſorori ſuæ nepoti eiuſdem regis vindicaverat.

2633 2 *Reg.* 13. Ceſſavitque rex David perſequi Abſalon, eò quód cõſolatus eſſet ſuper Amnon interitu. *n.* 39. *D. Hieron.* In Hebræo legitur. Ceſſavit itaque rex exire poſt Abſalon, Voluiſſe idem David exire perhibetur, ut reduceret Abſalon. Sed pertractans in corde ſuo, quôd quoties eum videret, toties dolorem mortis Amnon ei ad memoriam reduceret, idcirco ceſſaſſe dicitur exire poſt Abſalon, ſubauditur, ut eum ad propria revocaret. *in qq in lib.* 2. *Reg. cap.* 13.

2 *Reg.* 13. *nu.* 39.

2634 *Et expendens illud*, Eò quòd conſolatus eſſet ſuper Amnon interitu. *n.* 39. *ſic ait D. Hieron.* Intelligendum eſt, quia, poſtquam noluit exire poſt Abſalon, ut reduceret eũ, & videretur ab eo, cæpit conſolari ſuper morte Amnon. Quãdiu enim putabatur idem Abſalon reduci, ut videretur ab eo, ſemper mors Amnon filij ſui animo eius occurrebat. *loco cit. Abſalonem filium audito per eum patrato fratricidio comprehendere rex pater intentavit, ut eum digno mortis ſupplicio condemnaret. Adeo enim iuſtus erat ut nec filio tantum facinus dimittendum arbitraretur. Cúm tamen eum audiret exulem, & in externo regno ſciret commorari, exilij pœnam mortis ſupplicio æqualem iudicãs, à perſecutione exulis ceſſavit.*

2 *Reg.* 13. *nu.* 39.

2635 2 *Reg.* 14. Intelligens autem Ioab filius Sarviæ quód cor regis verſum eſſet ad Abſalon, miſit Theucã, & tulit inde mulierem ſapientem, dixitque ad eam, lugere te ſimula, & induere veſte lugubri, & ne vngaris oleo, ut ſis quaſi mulier iam plurimo tempore lugens mortuum; & ingredieris ad regem, & loqueris ad eum ſermones huiuſmodi &c. *à n.* 1. *D. Hieron.* Cor regis verſum eſſe ad Abſalon vidiſſe dicitur, eó quód viderit eum idẽ Ioab pro Abſalon ſuſpirare, & ex eo intellexit, quód cor eius verſum eſſet ad Abſalon. *in qq. in lib.* 2. *Reg. cap.* 14.

2 *Reg.* 14. *à n.* 1.

Intelligens &c. *n.* 1. *Non quòd Ioab cor regis David videret, (ſolus enim Deus intuetur cor) ſed quòd ex verbis Davidis, quando ſermonem de abſente filio cõmiſcebant cordis affectum penetraret, dum enim tunc in vultu regis cordis indice, de abſentia Abſalonis inſpiceret mærorem, in corde regis erga Abſalon certé deprehendebat amorem.* 2636

2 *Reg* 14. Dixitque mulier, Quare cogitaſti huiuſmodi rem cõtra populum Dei, & locutus eſt rex verbum iſtud, ut peccet, & non reducat eiectum ſuum. *n*, 13. *D. Hieron.* Ex hoc loco demõſtratur illud, quod pauló ſuperiús dictum eſt: Ceſſavit rex David ire poſt Abſalon, id eſt ceſſavit ut non exiretur ab aliquo, & reduceretur Abſalon. Inde ait mulier: Et locutus rex verbum iſtud, ut peccet, & non reducat eiectum ſuum. Quod veró ait: Quare cogitaſti iſtiuſmodi rem contra populum Dei? Populum Dei, vocat eundem Abſalon, ſive eos, qui cum illo erant; eò quòd non reducerentur ad hæreditatem Dei: ne forté coacti, dijs alienis in terra aliena ſervirẽt. *in qq. in lib.* 2 *Reg. cap.* 14. 2637

2 *Reg.* 14. *nu.* 13.

En in tribus hæc mulier regem reprehendit, ſcilicet in cogitatione, dicens, Quare cogitaſti: *in elocutione dicens,* Et locutus eſt rex verbum iſtud: *& in operatione, dicens.* Et non reducat eiectum ſuum: *ut ſic regem à peccato in hoc triplici delinquendi genere revocaret; ne contra Abſalonem, qui inceſtuoſum fratrem zelo (nimio licet) honoris ad vlciſcendam violatam ſororem; occiderat: mente, vel lingua, vel manu aliquid ageret.* 2638

2 *Reg.* 14. *nu.* 13.

2 *Reg.* 14. Nec vult Deus perire animam, ſed retractat cogitans, 2639

2 Reg. 14. nu. 14. ne penitus pereat, qui abiectus est. *n.* 14. *D. Hieron.* Ac si diceret: Deus peccatores, qui á diabolo captivi detinentur, ut ad se convertantur, vocat: & tu, qui eum imitari debes cùr non eo modo agis? *in qq. in lib. 2 Reg. cap.* 14. *Difficilem intelligebat hac famina in rege futuram sententia, quam adversùs Absalonem mente tulerat, retractationem; ideo de ipso Deo, supremo omnium rege, ac iudice exemplum regi apponit, ut exemplo Dei divinam contra peccatorē retractantis sententiam, commotus ipse, adversùs Absalonem, humanam retractaret,*

2640 2 *Reg.* 14. Sicut Absalon vir non erat pulcher in omni Israel, & decorus nimis; á vestigio pedis vsque ad verticem non erat in eo vlla macula, & quando tondebat capillum (semel autem in anno tondebatur, quia gravabat eum cæsaries) ponderabat capillos capitis sui ducentis siclis, pondere publico. *n.* 25. & 26. *D. Hieron.* Statuto autem tempore tondebatur. Non enim semel in anno, ut Latini Codices habent, tondebatur caput eius, sed statuto tempore, id est de triginta in triginta diebus. *in qq. lib.* 2 *Reg. cap.* 14. *Necessariò præmissum fuit tondendi motivū,* Quia gravabat eum cæsaries. *n.* 26. *Nisi enim id enunciaretur, non levamini capitis, sed avaritia cordis capillorum tōsio verteretur.*

2 Reg. 14. nu. 25. & 26.

2641 2 *Reg.* 15. Post quadraginta autem annos: dixit Absalon ad regē David; Vadam, & reddam vota mea, quæ vovi Domino in Hebron. *n.* 7. *D. Hieron.* Quadragesimus agebatur annus ex eo tempore, quo Saul Nobe civitatem cum sacerdotibus octoginta quinque propter David interemit. Et idcirco hîc idem quadragesimus annus ponitur, ut monstretur divinam vltionem suscitari super David, eò quòd Achimelech sacerdotem fefellerit, & propter eū tot sacerdotum cædes facta fuerit. *in qq. lib.* 2. *Reg. cap.* 15. *Nemo igitur Dei in puniendo incuset tarditatem: licet per quadraginta annos differat suppliciū; solet enim dilationem pana, compensare per pana gravitatem.*

2 Reg. 15. n. 7

2642 2 *Reg.* 15. Vadam, & reddam vota mea, quæ vovi Domino in Hebron. Vovens enim vovit servus tuus cúm esset in Gessur Syriæ, dicens, Si reduxerit me Dominus in Hierusalem, sacrificabo Domino. *n* 7. & 8. *D Hieron.* Votum namque se vovisse mentiendo dixit, id est orationem facturum in loco, in quo requiescunt Abraham, Isaac, & Iacob. *in qq. lib.* 2. *Reg. cap.* 15. *Regi quidem Davidi Absalon mentitus est; aliquo tamen sensu verum enuntiabat, diu enim concepta vota, seu desideria imperandi in Hebron, vbi se regem acclamandum sperabat, ad implenda esse præsciebat, quæ regnandi vota implere totis sui animi viribus intentabat.*

2 Reg. 15. nu. 7. & 8.

2643 2 *Reg.* 16. Ingressusque est ad concubinas patris sui coram vniverso Israel. *n.* 22, *D Hieron, Exponens illud Michea cap.* 7. Filius contumeliam fecit patri. *n.* 6 *sic ait.* Absalon videlicet David, non solúm regnū, sed & concubinas patris incæsto coitu maculavit. *in com. Michea. Dignus quidem non erat Absalon, qui Davidis filius nominaretur, qui enim contra regem patrem rebellaverat, honorifico filiationis ex tam præclaro patre accepta titulo se penitus indignum comprobaverat.*

2 Reg. 16. nu. 22. Michea 7. n. 6.

2644 2 *Reg.* 18. Et tulerunt Absalon, & proiecerunt eum in saltu, in foveam grandem, & comportaverūt super eum acervum lapidum magnū nimis. Porro Absalon erexerat sibi, cùm adhuc viveret, titulum, qui est in valle regis; dixerat enim. Non habeo filium, & hoc erit monimentum nominis mei. Vocavitque titulum nomine suo, & appellatur, Manus Absalon. *n.* 17. & 18.

2 Reg. 18. nu. 17. & 18.

2645 *D. Hieron.* Tradunt Hebræi quòd Absalon depositus de quercu, petierit sibi inducias antequam perimeretur, ut faceret, sibi titulum ob

ob memoriam sui, eó quód non haberet filium talem, qui regno dignus esset. Putabat enim filios suos non solúm regno indignos, verùm etiam ob peccatum suum, quod in patrem gesserat, præsenti vita indignos. *in qq. in lib. 2 Reg. cap. 18.*

2646 *Deinde sic progreditur D. Hier.* In quo titulo manum dicitur diffi-
2 *Reg.* 18. *nu.* 18. xisse, & figuram manus suæ expressisse, & ob hoc titulum hoc modo vocari, Manus Absalon. *in qq. in lib. 2. Reg. cap. 18. Cæca admodum est honoris ambitio: titulo, quo se ipsum in perpetuum honorandum putabat, perpetuò duratura infamia se damnabat. Illa namque Absalonis manus in altum extensa super molem sepulchralem, Absalonem impium adversùs pium patrem elevasse manum memoriæ inspectantium titulum cõmendabat, & Absalonem illo conditum sepulchro summæ ignominiæ nota infamabat.*

Ex Divo Chrysostomo.

2647 *Secundo Reg.* 13. Cessavitque rex David persequi Absalon, eò quód consolatus esset super Amnon
2 *Reg.* 13. *nu.* 39. interitu. *n.* 39. *D. Chrysost.* Offendit David filium, quia fratris in eum voluit vlcisci parricidium. Semper enim scelera dum nõ resecantur, increscunt: & in augmenta facinorum prosilitur, quoties secura impunitate peccatur. Dum enim in Absalon fratris occisi facinus nõ vindicatur, in parricidium patris recidivum facinus iteratur. *serm. de Absalon.* Cessavitque rex David persequi Absalon. *n.* 39 *Volebat namque pius pater erga impium filium agere personam prosequutoris, & non adversùs filium personam induere persequutoris.*

2648 2 *Reg.* 14. Surrexit ergo Ioab, & abijt in Gessur, & adduxit
2 *Reg.* 14. *nu.* 23. Absalon in Hierusalem. *n* 23. *Div. Chrysost. loquens de patientia Dei erga Absalonem sic ait.* Longo tempore eũ dimisit, vt veniret ad pænitentiam, & regiam tenendam dedit, ut cùm videret domum, in qua creverat, & educatus fuerat, & patris signa, ad pænitentiam veniret. Si enim non fuisset immanis bestia, nec cor habuisset lapideũ, omnia illa sufficiebãt ad illum reducendum; mensa, cuius cum patre erat particeps, domus, sedilia, vbi verba eum reconciliaverant, cúm talem cædem fecisset. *in Psal.* 7.

Et postea considerans illius impænitentiam de crimine rebellionis postea commisso, sic loquitur idem Div. Chrysost. 2649
Cum his erant etiam alia, quæ ad eum emolliendum sufficiebant. Audiverat enim eum exulem sedibus incertis errare, & mala gravia tolerare, quód si nec hæc quidem eum molliebant, oportebat ea, quæ Achitopheli evenerant, eum castigare, laqueum, mortem; ut per hæc omnia veniret ad pænitentiam. Neq; enim ignorabat, quæ amico acciderant. *in Ps.* 7. *Tria Ioab in obsequium Absalonis (obtinens á Davide remissionem criminis) fecisse refertur, quæ per tria verba explicantur,* Surrexit, Abijt, Adduxit, *postea tamen eundem Absalonem, qui post fratricidium Amnonis parricidium Davidis intentabat, tribus telis transverberavit, relapso enim in simile flagitium, non concedendam iterum veniam, sed inferendam vindictam iudicavit.* 2 *Reg.* 14 *nu.* 23.

2 *Reg.* 15. Quis me constituet iudicem super terram, ut ad me veniant omnes, qui habent negotium, & iusté iudicem? Sed & cúm accederet ad eum homo, ut salutaret illum, extendebat manum suam, & apprehendens osculabatur eum, faciebatque hoc omni Israel venienti ad iudicium, ut audiretur á rege, & sollicitabat corda virorum Israel, *n.* 4. 5. & 6. *D. Chrysost.* Absalon fuit filius David iuvenis incontinens, & perditus. Is aliquando insurrexit adversùs patrem, eoque regno, & domo, & patria eiecto, pro illo ipse tenebat 2650 2 *Re.* 15 *n.* 4. 5. & 6.

nebat omnia, & neque naturam, nec educationem, nec ætatem, nec quæ præcesserant respiciebat aut reverebatur; sed erat adeo, ut semel dicam, crudelis, & immitis, & bellua potiùs, quàm homo, ut his omnibus perruptis obicibus, is naturæ insultaret legibus, & turba omnia, ac tumultu compleret. *in Ps. 7.*

2651 *Et infrà sic pergit idem D. Chrys.* Nam etsi nolebat eum revereri, ut patrem, saltem, revereri oportebat, ut senem. Quòd si canos negligebat, certè ut beneficatorem. Quòd si nec sic quidem, ut eum quidem certè, qui nullam fecerat iniuriā: sed amor principatus hanc omnem eiecit reverentiam, & ut homo fera esset, effecit. *in Ps.* 7. Quis me &c. *à num.* 4. *His verbis animo iam tyrannus ad regnū suffragia à popularibus expescebat: summamque iniustitiam, per quam regnum patris invadere meditabatur, sub iustitiæ vocabulo palliabat.*

2 *Reg.* 15. *nn.* 4. & 5.

2652 2 *Reg.* 15. Misit autem Absalon exploratores in vniversas tribus Israel, dicens: statim, ut audieritis clangorem buccinæ, dicite, Regnabit Absalon in Hebron. *n.* 10. & 11. *D. Chrysost.* Tyrannidem gestiens, insurgit in patrem, illumque rursus ad fugas, erroresque perpetuos, quos perpessus erat sub Saul, revocat: immo verò multò illi molestior ea fuga, quàm prior fuit. *lib.* 3. *de providentia Dei.*

2 *Reg.* 15. *nn.* 10. & 11.

2653 *Deinde dictum probat sic Chrysosto.* Nam priús quidem dux cùm esset, ista perpessus est: nunc autem cúm annis plurimis regnasset, hostesque ferè omnes superasset, migrare cogebatur, ac profugus fieri. Qui autē illum cōditione tam miserabili profugum agebat, non alienus quispiā, sive hostis erat: sed qui ex ipso natus fuerat, sicut & ipse cúm excederet á terra sua, lamentabatur plorans, *lib.* 3. *de Provid. Dei*

2 *Reg.* 15. *nn.* 10. & 11.

2654 *Adhuc aliam affert probationem D. Chrysost. sic;* Et tunc quidem cùm in fervore esset ætatis, ferre vniversa fortiter poterat: nunc verò florido illo tempore emenso, quando senectutis suæ solatium scelestum illum habere debuerat, tunc maximè insidiosum, sibique infestissimum sentiebat. *lib.* 3. *de provid. Dei.* Statim ut audieritis. *n.* 10. *Ne si acclamationē tyranni differrent: immanitatem rebellionis considerarent: atque ita ab horrendo coniurationis crimine adversùs legitimū, & à Deo sibi datum regem penitus abstinerent; ipsumque tyrannum vel é medio tollere, vel saltem eum captum, pro meritis puniendum, regi tradere conarentur.*

2 *Reg.* 15. *nn.* 10. & 11.

2 *Reg.* 15. Cúmque immolaret victimas: facta est coniuratio valida, populusque concurrens augebatur cum Absalon. Venit igitur nuntius ad David, dicens, Toto corde vniversus Israel sequitur Absalō. *n.* 12 & 13. *D. Chrysost.* O innocētia, quantum apud reos periculi suscipis: quantum malitiæ per flagitiosos incurris! David sanctissimus tot dementes exercitus, quia non deliquit, offendit, tot populorum rabiem, quia non læsit, incurrit. Absalon vnus est reus, & vniversus contra patrē conspirat exercitus. Armantur in cædem funestæ multorum manus, provocātur in innocentem vlcisci facinus alienum. Vnius parricidæ furor tot millia insanire compellit, vnius dementia dementes effecit multos. *ser. de Absalon.* Cúm immolaret &c. *n.* 12 *O prodigium ambitionis! Sub specie pietatis divinæ immolando victimas Deo humanam impietatem velare curabat, desiderans non tam victimas, ad honorem divinum Deo exhibendum, quàm patrem, ad honorem humanum sibi arripiendum, iugulare,* 2655

2 *Reg.* 15. *nn.* 12. & 13.

2 *Reg.* 15. Venit igitur nuntius ad David, dicens, Toto cordé vniversus Israel sequitur Absalon *n.* 13. *D. Chrysost.* Vos, vos, inquam, exercitus infelices admoneo, vos affectum pietatis exhortor. Cur in alienū facinus ruitis? cur furentis insaniam 2656

2 *Reg.* 15. *nn.* 13.

am adiuvatis? cur parricidæ ſimiles, ac dementes exiſtitis? Deſerite, quæſo, deſerite reum, deſerite novo ſupplicio moriturum. Forſitan enim, ſi deſeritis, ceſſabit: qui, ut auderet, veſter numerus provocavit. *ferm. de Abſalon.* Toto corde. *n.* 13. *Voluntarius ſequebatur populus contra legitimum regem, quem Deus ſecundùm cor ſuum inveniſſe monſtraverat, toto corde Abſalonem tyrannum, quia is ſe populo ſimularat humanum.*

2657 2 *Reg.* 15. Et ait David ſervis ſuis, qui erant cum eo in Hieruſalē, Surgite, fugiamus: neque enim erit nobis effugium a facie Abſalon: feſtinate egredi, ne fortè veniens occupet nos, & impleat ſuper nos ruinam, & percutiat civitatem in ore gladij. *n.* 14. *D. Chryſoſt.* Vult furorem filij fugiendo compeſcere: deſiderat declinando, parricidæ ſævitiā temperare; ſed crudelitas mente cōcepta iam ſedari non potuit, quam immani ſævitia ad perficiendum facinus provocavit. *ferm. de Abſalon.*

2 *Reg.* 15. *nu.* 14.

2658 *Et alibi exponens D. Chryſoſt. Pſal.* 3. *cuius titulus ſic habet.* Pſalmus David cùm fugeret á facie Abſalon filij ſui. *Sic eloquentiſſimè loquitur.* Ducibus exercitus victoriam aſſecutis reges ponunt ſtatuas in honorē victoriæ. Aurigis verò, & athletis columnas, & imagines, eorum victoriæ, teſtes, excitant principes, & inſcriptione, tamquam ore efficiūt, ut materia victoriam prædicet. Alij rurſus in libris, & ſcriptis victorum laudem deſcribunt, ſuas in laudādo vires, ijs qui laudantur maiores, volentes oſtendere. Et pictores, & ſtatuarij, & ſculptores, & populi, & principes, & civitates, & pagi victores admirantur. Nemo autem fugientis, eiuſque, qui non bellum geſſit, deſcribit imaginem, ut nunc David. Eſt enim Pſalmus David, dum fugeret á facie Abſalonis filij ſui. *in expoſitione Pſ.* 3.

2 *Reg.* 15. *nu.* 14 *Pſal.* 3.

2659 *Deinde ſic interrogat D. Chryſoſ.* Quando laude dignus habitus eſt, qui fugit? quando dignus habitus exul, cuius nomen inſcriberetur? fugitivos ſcriptis literis perſequuntur, nō honorant inſcriptionibus. Sed diſce, o frater, cauſam inſcriptionis, & animam tuam confirma, in tuto colloca. Sit tibi hiſtoriæ narratio, vitæ tuæ correctio. Sit victi perſecutio, mentis ſtabilimentum. Diſce cur Davidem perſequeretur Abſalon, ut cùm rei fundamentum inveneris, timore Domini ædificeris. *in Pſ.* 3. 2 *Reg.* 15. *nu.* 14.

Poſtea rationem fugæ ſic explanat Chryſoſt. Fugiebat filium ſuum David, quoniam caſtitatem fugerat: fugiebat filium, quoniam matrimonium pudicum violaverat: fugiebat filium, quoniam legem Dei, quæ dicit: Non occides, non adulterabis, fugerat. Quoniam enim alienam agnam in domum ſuam introduxerat, & eius paſtorem interfecerat; qui erat in domo ſua; agnus paſtorē cornu petebat. Alienæ domui bellum intulit, & ex domo ſua in ipſum bellum incitatum eſt. Non eſt meum cogitatum, ipſius Dei dictum eſt. Vbi autem Deus eſt, qui interpretatur; nemo eſt, qui contradicat. *in Pſalm.* 3. 2660

2 *Reg.* 15 *nu.* 14. *Pſal* 3.

Probat autem D. Chryſoſt. id quod dicit ex 2. Reg. cap. 12. *vbi ſic Deus per Nathan locutus eſt ad David.* Vriam Hethæum percuſſiſti gladio, & vxorem illius accepiſti in vxorem tibi, & interfeciſti eum gladio filiorum Ammon, quamobrem non recedet gladius de domo tua vſque in ſempiternum, eó quòd deſpexeris me, & tuleris vxorem Vriæ Hethæi, ut eſſet vxor tua. Itaque hæc dicit Dominus, ecce ego ſuſcitabo ſuper te malum de domo tua, & tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis in oculis ſolis huius. Tu enim feciſti abſconditè: ego autem faciam verbum iſtud in conſpectu omnis Iſrael, & in conſpectu ſolis huius. 2661

2 *Reg.* 12. *à n.* 9.

ius. *à num.* 9.

2662 *D. Chrysost. expendens illud*, Ecce ego. *n.* 11. *sic ait.* Non aliunde, nec
2 *Reg.* foris, sed ex domo tua. Vnde est fôs
12. *nu.* peccati, illinc est plaga supplicij. Quia
11. ergo á præcepto Domini fugitivus, exulque fuerat, propterea filium fugiebat. Psalmus dum fugeret á facie Absalon filij sui; Belli narratione melior est causâ belli suscepti, ut cùm iusti lapsum viderimus, caueamus, ne cadamus, & eiusmodi suppliciũ fugiamus. *in Ps.* 3.

2663 *Et iterum sic loquitur D. Chrysos.* Quód autem etiam obsideri á filijs,
2 *Reg.* sit peccatorum supplicium, testis est
12. *nu.* David, qui propter nefarium con-
11. iugium à suo filio Absalon bello impetitur. *in Ps.* 3. A facie Absalonis. *n.* 14. *Non eum iam filium nominat, sed solùm Absalonis vocabulo rebellem sibi appellavit; illum enim, qui adversùs patrem conspiraverat, indignum nomine filij iudicabat.*

2664 2 *Reg.* 16. Absalon autem, & omnis populus eius ingressi sunt Hie
2 *Reg.* rusalem, sed & Achitophel cum eo.
16 *nu.* *n.* 15. *D. Chrysost.* Bestiæ, & multæ
15. pecudes pietatis iura conservant: & quibus natura denegat rationem, nõ tamen denegat pietatem. Innocentem perimere nefas est: patrem occidere, scelus; prophetam iugulare, facinus in auditum, & ante hoc tẽpus mortalibus cunctis ignotum. Cessa iam ab isto scelere: cessa, cessa, inquam, ne te boni omnes semper exhorreant: ne audaces ex te, quod non noverant, discant. Cessa, inquã, ne qui post te tantum facinus perpetrarit, te vtatur authore. *sermon. de Abs.*

2665 *Iterum sic Absalonem alloquitur Chrysost.* Cur mundo novum facinus
2 *Reg.* tradis? cur doces quod natura non
16. *nu.* novit? cur cupis, quod pietas ipsa
15. horrescit? cur audes perficere, quod novo supplicio cogatur Deus vindicare? *serm. de Abs. Cum exercitu regiam petit filius, desiderans se ostendere patris peremptorem in ea domo, in qua eum senserat sui genitorem. O monstrum horrendum, non pietatis pignus, sed impietatis simulachrum! Bellua, non homo, qui sua vitæ principium morte è vita tollere cupiebat, ideoque ad curiam patris cum exercitu festinabat.*

2 *Reg.* 16. Dixit autem Absa- 2666
lon ad Achitophel, Inite consilium,
quid agere debeamus. *n.* 20. *D. Chry-* 2 *Re.* 16
sost. Parricidæ furor non minuitur, *nu.* 20.
non frænatur. Ardescit in peius, in maius accenditur. Cupit facinus conceptum festinanter implere, desiderat scelus dispositum instantissimé perpetrare. Properanti ad nefas, tarda sunt cuncta: festinanti ad facinus, videntur remorari disposita.

Deinde sic progreditur D Chrysos. 2667
Cupit parricidium ante complere,
quám gerat: festinat patrem ante 2 *Reg.*
intercipere, quàm occidat. Sitit san 16. *nu.*
guinem patris, cruorem appetit ge- 20.
nitoris. Timet differre, vel modicũ: ne aut ira remorata deficiat, aut furia dilata languescat. *serm. de Abs. Bene inite consilium iubes alijs: teque facis à consilio alienum; in amentiam namque versus, nec dare tuis, nec ab eis consilium accipere iam valebis; ideo dicis.* Inite consilium, *non autem consilium ineamus.*

2 *Reg.* 16. Et ait Achitophel ad 2668
Absalon, Ingredere ad concubinas
patris tui, quas dimisit ad custodi- 2 *Reg.*
endam domum: ut cùm audierit om 16. *nu.*
nis Israel, quòd fædaveris patrem 21.
tuum, roborentur tecum manus eo- 2 *Reg.*
rum. *n.* 21. *Et* 2. *Reg.* 12. Ecce ego 12 *nu.*
suscitabo super te malum de domo 11.
tua, & tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo. *n.* 11. *D. Chrysost. Considerans vtrumque locum.* Quoniam ergo David mulierẽ, quæ erat in mariti potestate tamquam alienum regnum occupaverat (cuilibet enim viro regnum est concors coniux, & non rex purpuram, & diadema, ut vir vxorem diligit) propterea qui ex vxore natus ei erat filius,

us, insurrexit tyrannus, volens arripere regnum patris. *in expositione Psalm.* 3.

2669 *Pergit deinde D. Chrysost.* Vi rapuit, & vim passus est: & qui clanculũ
2 Reg. peccaverat, de eo palam triumphus
16. nu. actus est, & qui occulté vulneratus,
21. Chirurgi manum coram omnibus
2 Reg. passus est, propter eum qui dixerat,
12. nu. Tu fecisti abscondite; ego autem fa-
11. ciam in aperto, & in conspectu solis. *in ps.* 3. *O impudentia execranda! sic impius ex uno scelere ad aliud prosilire cõtendit: magnitudine novi delicti spem veniæ de commisso veteri sibi curat adimere: ne coniuratores de tyranno futuram possint pænitentiam suspicari: exemploque ipsius in rebellionis flagitio, quin de pænitudine cogitarent, eligerent permanere.*

2670 2 *Reg.* 16. Tetenderunt ergo Ab-
salon tabernaculum in solario, ingref-
2 Reg. susq; ad concubinas patris sui coram
16. nu. vniverso Israel *n.* 22. *D. Chrys.* Ingref-
22. sus ut patris thorum violaret: idque non clam, sed in tecto domus videntibus omnibus, ut iura naturæ legesque concubitus per nimiam, qua in patrem ferebatur insaniam, perverteret: atque amẽtia ebrius bello necdum confecto, quasi iam vicisset, captivosque duxisset adversarios, ista audebat. *lib.* 3. *de provid. Dei. Auritos solúmmodo tanti facinoris testes Achitophel Israelitas omnes exposcebat, iuxta illud eiusdem capitis.* Vt cúm audierit omnis Israel quòd fædaveris patrem tuum *n.* 21. *At scelestissimus tyrannus Israelitas omnes tam horrendi sceleris oculatos testes esse voluit; ut non solùm ex auditu libidinem suam notam faceret, sed & omnium oculis summam cũ inaudita impudentia turpitudinem propalaret,*

2671 2 *Reg.* 17. Cùmq; venisset Chu-
sai ad Absalõ, ait Absalon ad eũ, hu-
2 Reg. iuscemodi sermonem locutus est A-
17. nu. chitophel: facere debemus, an non?
6. & 7. quod das cõsilium? Et dixit Chusai ad Absalon, Non est bonũ consiliũ, quod dedit Achitophel hac vice. *n.* 6. & 7. *D. Chrys.* Perdidit Absalõ scelestissimus mentẽ, perdidit sensum, emisit consiliũ, insectatus patrẽ insequitur genitorẽ, vsurpat imperiũ, potestatẽ arripit, regnũ invadit: non ut cũ patre societatẽ regni iniret, sed ut totũ regnum patris sanguine possideret. *ser. de Absalon.*

Deinde sic progreditur Chrys. Perdidit 2672
Absalõ consiliũ, dum parricidio cu- 2 Reg.
pit mercari imperiũ: amisit sensũ, dũ 17 nu.
per exitiũ patris consequi desiderat 6. & 7.
regnũ. Festinat, properat, quærit innocẽtẽ opprimere reus, patre superstite moriturus. At cõtra David humilis, ac mitis cedit domo, persequẽtẽ fugit, declinat hostẽ. Reliquit affectus, ne aut parricidæ interitus ei luctum afferret, aut peremptio eius reũ filiũ exhiberet. *ser. cit. de Abs.*

Iterũ in Absalonem sic invehitur D. 2673
Chrys. Quis te in hoc facinus prosilire parricida teterrime docuit? Quis 2 Reg.
te furor audere tã immane facinus 17. nu.
provocavit? Si offendit, pater est: si 6. & 7.
læsit, genitor. Quin imó nec offendit, nec læsit. Vincat furorẽ pietas, affectus insaniam superet, crudelitatẽ natura debellet. Aut numquid te pater, quia nõ læsit, offendit: aut idcirco te offendit, quia nõ læsit? Qui forsitan non offenderet, si læsisset. *serm. cit. de Absal.*

Tandem sic concludit D. Chrys. loquens 2674
Absalonι. De affectu exhibe pietatẽ.
Tibi parcis, dũ à patre manus aver- 2 Reg.
tis, quem defendere deberes, si quod 17. nu.
audes, alterũ audere cognovisses. *eod.* 6. & 7.
serm Nõ est bonũ consiliũ, quod dedit Achitophel hac vice. *n* 7 *Prudens Chusai non in universum Achitophelis consilia reprobavit, immo potiùs dũ solùmmodo una vice ipsius nõ bonũ consiliũ esse dixit, data alijs vicibus commendavit, ut sic minimè suspectus videretur, eiusque oppositũ consilium ab Absalone contra consilium Achitophelis approbaretur.*

2 *Reg.* 18. Stetit ergo rex 2675

Zz iuxta

2 Reg. 18. n 4 5. & 6 iuxta portam: egrediebaturque populus per turmas suas centeni, & milleni. Et præcepit rex Ioab, & Abisai, & Ethai dicens, Servate mihi puerum Absalon &c. Itaque egressus est populus in campum contra Israel, & factum est prælium in saltu Ephraim. *à n.* 4. *D. Chrysost.* Disponitur properè bellum, acies dirigitur, pugna paratur; cognatæ classes in semet ardescunt. Inde parricida exercitum contra patrem inflammat: hinc David, ut parcant filio, abeuntes duces exorat. Parcite inquit, filio meo Absalon. Inde demētia contra genitorem exurgit: hinc clementia, ut parricidæ parcatur, exposcit. Inde furor, hinc pietas operatur. Inde insania, hinc misericordia interponitur. Inde crudelitas, hinc bonitas ostentatur. *serm. de Absal.*

2676 *Iterum sic progreditur Chrysost.* Parricida nec ratione frangitur, nec imminenti interitu deterretur. Obduratur in pœnam, in supplicium cogitur, nec salutem in aliquo iam meretur, qui patrem salute spoliare connititur. *serm. de Abs. Et alibi ad eundem textum sic loquitur,* Bellum instruebatur, bellis omnibus, quæ unquam contigerunt, peregrinius, significationi, quàm veritati similius. Eum enim, qui causa fuerat malorum omnium, eiusque belli totam materiam præbuerat, & quo mortuo adversa omnia finiebantur, hunc ducibus suis tota providentia, & cura commendabat. *lib.* 3. *de Providentia Dei.*

2 Reg. 18. n.4 & seq.

2677 *Deinde sic pergit Div. Chrysost.* Quid hac hæsitatione, & ambiguitate deterius? Quid ea miseratione miserabilius? suscipere bellum cogebatur, in quo & vincere, & vinci æqué illi molestum erat. Nam neque superari volebat, qui tantas copias emiserat: neque sursum superare, qui belli authorem necari prohibebat. *lib.* 3. *de Providentia.* Servate mihi &c. *num.* 5. *Quid est quòd tibi servare iubes eum, qui ut te perderet, in te universum Israelem concitavit, & ab eo acclamatus rex adversùs te regem, & patrem suum impudentissimé pariter, & impiissimé rebellavit? an servare tibi imperas à te ipso iugulandum eum, qui te desiderat iugulare? absit hec à pectore patris. Puerum sibi reservandum iubebat, ut illum sibi, quasi sui amoris trophæum, unicum ex victoria sibi charum spolium conservaret, & hoc modo de furore filij adversùs se pater mitissimus triumpharet.*

2 Reg. 18. à n. 4

Secundo Reg. 18. Et cæsus est ibi populus Israel ab exercitu David, factaque est plaga magna in die illa viginti millium. *num.* 7. *Div. Chrysost.* Igitur commisso bello, prosternuntur hostes, adversarij cadunt, inimici vincuntur, nudatur hostis, deseritur patricida, iam suam in suis conspicit pœnam, iam supplicium debitum sibi suorum interitu recognoscit. Iam timet, iam formidat, iam proprium meditatur interitum. *Serm. de Abs.* Cæsus est &c. *numer.* 7. *Discrimen adverte vocabulorum: congregatio coniuratorum dicitur populus.* Cæsus est ibi populus: *at Davidis acies, exercitus nuncupatur,* Ab exercitu David. *Adeo enim rebelles erant imbelles, ut nec milites meruerint appellari, ex quibus exercitus conficeretur: Davidis autem defensores exercitum conflarant, tamquam fortissimi bellatores.* 2678

2 Reg. 18. n.7

Secundo Reg 18. Accidit autem, ut occurreret Absalon servis David sedens mulo: cúmque ingressus fuisset mulus subter condensam quercum & magnam, adhæsit caput eius quercui, & illo suspenso inter cælum, & terram, mulus cui insederat pertransivit. *n.* 9. *D. Chrysost,* Tunc videri poterat spectaculum admirabile. Mulo enim equitans, ex pilorum coma á coma 2679

2 Reg. 18. n. 9

arboris

arboris tenebatur, & coma tenebat
comâ tyrannum, illic eum contun-
dens vbi diadema paternum gestare
contendebat. *in Ps. 3.*
2680 *Deinde sic pergit idem D. Chrysost.*
Poterat ergo videri Absalon suspen-
2 *Reg.* sus in medio cæli, & terræ. Cælum
18. *n.* 9 eum non admittebat. Si enim pri-
mum insurrectorem eiecit diabo-
lum, quomodo ipsum insurrecto-
rem secundum admisisset? Terra
eum adversabatur, non ferens pol-
lui passibus parricidæ. *in Ps. 3.*
2681 *Et alibi sic ait Chrysost.* Respice
iam scelestissime hostis, ac nefande,
2 *Reg.* iam respice parricida: respice, in-
18. *n.* 9 quam, vsquequaque in te cuncta
converti: respice contra te ab ipsa
natura repugnari. Et quamvis con-
tra te demicet cælum, moveatur
terra, exercitus pugnet: tamen aliud
te ignotum, & inopinatum sustinet
bellum, aliud tibi iam paratum præ-
lium est, quod fugientem excipiat,
properantem interimat, festinantem
occidat. *serm. de Absal.*
2682 *Postea sic progreditur D. Chrysost.*
Nō enim isti exercitus, quos cernis,
2 *Reg.* quos conspicis, aut tuus furor con-
18. *n.* 9 tra patrem armavit, aut patris con-
tra te necessitas provocavit, qui
quamvis dignè contra te exerant
gladios, vibrent enses, lanceas tor-
queant, ut dolor læsi patris tuo in-
teritu diluatur, tamen te fugientem
arbor excipiat, rami interimant, lig-
na suspendant. *serm. eod. de Absal.*
2683 *Adhuc sic pergit Chrysost.* Adest
arbor in campo ramorum telis ar-
2 *Reg.* mata, quæ te excipiat fugientem,
18. *n.* 9 properantem rapiat, patris iniuriam
in parricidam defendat. Adest, in-
quam, arbor, quæ nec patrem, vt
tibi parcatur, audivit, & iussa Dei
instanter implere contendit; nec po-
teris hoc bellum impunitus evade-
re, qui genitori necem conatus es
irrogare. *serm. de Absal.* Accidit. *nu.*
9. *Casus hic tibi erit occasus. Occasum
tibi inferet sine casu hic casus. Animo,
non corpore cades: dum te videtis non
inter tuos coniuratos rebelles, sed inter
servos patris tui fideles. Suspensus, non
admiratione, sed in admirationem ma-
nebis.*
2 *Reg.* 18. Accidit autem, vt oc- 2684
curreret Absalon servis David, se-
dens mulo &c. *nu.* 9. *Div. Chrysost.* 2 *Reg.*
Mulum conscendit: dat se in fugam 18. *n.* 9
præcipitem: paratam properé festi-
nat ad arborem, cui est traditus &
ictu violento immissus, animali sub-
ducto, & subter in campos elapso,
inseritur ramis: obligatur lignis,
transfixo gutture colligatus. *serm. de
Absal.* Cúmque ingressus fuisset mu-
lus. *n.* 9. *Quid agis imperator rebellium?
solus militibus tui patris occurris? non tu,
ut tibi hostes occurrant, speras? Sed sic
in hostes dum illis occurris, incurris, qui
iam fugere, quos fugaveras, despera-
bas. Nescis quid agis, vtpote sine in-
tellectu mulus mulo tuo, cui insedes, de-
terior.*
2 *Reg.* 18. Vidi Absalon pende- 2685
re de quercu. *n.* 10. *D. Chrysost.* Pen-
dens iam mortuus ab hominibus in- 2 *Reg.*
venitur, quem iam nec cælum potu- 18. *nu.*
it conspicere vivum, nec terra vlte- 10.
rius sustinere. O nefandum meritum
parricidæ. Iniuriam patris non pug-
nantis gladius, non hostilis manus,
non iaculantis ictus defendit: sed
vindicant ligna, arbor vlciscitur, ra-
mi defendunt; nec est vlla creatura,
quæ mota non fuerit, cúm ipsum
Dominum senserit moveri authorē.
serm. de Absal.
Et alibi sic ait idem D. Chrysost. 2686
Absalon autem invitus pependit, &
non statim de medio sublatus est, sed 2 *Reg.*
tanquam in iudicio priùs suspensus 18. *nu.*
est, & ligno affixus, & Deo é superis 10.
ferente sententiam, longo tempore
pependit, á conscientia deinceps fla-
gellatus. *in Ps. 7.*
Adhuc sic pergit Chrysost. Vt scias 2687
quod factum est, non fuisse humanæ
industriæ, sed totū fuisse Divini iu- 2 *Reg.*
dicij, capilli, & lignum cum alliga- 18. *nu.*
runt, 10.

runt, & brutum eum animal tradidit; & pro fune quidem coma, pro ligno arbor extitit, pro milite autem cum adduxit mulus. Considera autem id, quod est admirabile: Cúm hæc passus est, nemo suorum ad eum accedere ausus est, cùm tantum fuisset spatium. *in ps.* 7.

2688 *Tandem sic ait idem D. Chrysost.* Hoc autem Deus providerat, vt neque detraheretur, nec vinctus ad pa-
2 *Reg.* trem afferretur, quoniam paterna
18. *nu.* viscera ei parci velle vltra modum
10 indicaverant. Et quod est admirabilius, qui patrem ei reconciliavit, is ipsum interficit, propemodum instans vehemens accusator: sed is quidem eum occidit, Deus autem tulit sententiam. *in Ps.* 7. *De quercu pendebat; ex hac enim arbore illum iustus Deus, quasi victoria spolium, in qua iustitia divina de humana malitia triũphaverat, suspendebat; Adhuc tamen iustitia divina non penitus de divina misericordia triũphavit: unde misericordia opus et pater exhibuit, dum illum honorificè sepelivit, vt colligitur ex 2. Reg.* 18. *n* 18.

2689 2 *Reg* 18. Tulit ergo tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalon. *nu.* 14. *D Chrysost.*
2 *Reg.* Absalonis scelus non ei ad finem vs-
18. *nu.* que processit; & merito, ne parrici-
14 dæ hoc facinus tenerent pro lege parricidij. Cùm autem eum lictor deseruisset, interfectus est, ut qui esset damnatus: & quemadmodum, quæ in theatris belluæ, alios quidem invadunt, ab alijs verò interficiuntur: ita etiam Absalon Davidem aggressus a Ioab occisus est. *in ps.* 3.

2690 *Deinde sic progreditur Chrysost* In alto ligno suspensus est, qui adversùs
2 *Re.* 18 patrem erigebatur, & ab arbore de-
nu. 14. tinebatur, qui cum radice pugnabat, & vinctus erat a ramo ramus, qui erat á paterna affectione abruptus: & capite tenebatur, qui genitoris caput auferre contendebat, & tamquam fructus pendebat ab arbore, qui naturæ agricolã volebat excindere, & in corde iaculo cõfossus est: illic occisus vbi cædem parabat. *in Psalm.* 3.

Et paulò infrà sic loquitur D. Chrysost. 2691
Cùm ergo sublimis ex arbore penderet, eũ agressus est Ioab primus dux 2 *Reg.*
exercitus, & in cor excordis tres sa- 18. *nu.*
gittas infixit, illic eũ feriens, vbi erat 14.
receptaculum iniquitatis, & cúm in arbore sublimis penderet, pulchrũ epitaphiũ ei David cecinit, Vidi impium superexaltatum, & eleuatum, transivi, & ecce non erat. *in ps.* 3.

Tulit ergo tres lanceas in manu. 2692
n 14. *En manus; manum tibi in titulum sepulchralem decreveras exprimendã iux-* 2 *Reg.*
ta illud. Vocavitque titulum nomi- 18. *nu.*
ne suo, & appellatur Manus Absalõ. 14
n. 18. *At hac quam nunc aspicis, manus, non tua, sed Ioabi, quem pater tuus adversùs conturatos ducem elegit, manus est qua adversùs cor tuum triplici telo apparet armata; qui enim triplici furandi genere scilicet affectibus, & effatis, & effectibus corda populi furatus fueras, ista triplo in corde transverberaris, vt in corde tuo tuorũ inclusa corda ex tribus statibus te sequentium, transfigantur.*

2 *Reg.* 18 Et tulerunt Absalon, 2693
& proiecerunt eum in saltu, in foveam grandem, & comportaverũt 2 *Reg.*
super eum acervum lapidum magnũ 18. *nu.*
nimis. Omnis autem Israel fugit 17.
in tabernacula sua. *n.* 17. *D. Chrys. considerans adhuc eum pendentem priusquam deponeretur, & proijceretur in foveam sic ait.* Si Dathan terra devoravit, qui contra Moysem erat locutus, & os suum aperuit adversùs eum, qui os improbè aperuerat: quomodo potuisset ferre pedes currentes adversùs genitorem. *In ps.* 3. *Alludit ad locum Num. cap.* 16. *vbi sic.* Disrupta est terra sub pedibus eorum: & aperiens os suum devoravit eos. *n.* 31.

Et iterum exponens citatum n. 17. *sic* 2694
ait D. Chrys. Igitur redeunt cũcti de
bello, parricida authore belli prostra 2 *Reg.*
to, cuius 18. *nu.*
17.

cuius sanguine scelus diluitur, cuius supplicio immanis crudelitas sepelitur. *serm. de Absal. Incidit in foveam, quam fecit tyrannus, dignum vitæ habuit in morte sepulchrum. In fovea conditur, seu potiùs absconditur hic ferus leo: qui regnum à patre prædari volebat. Magnus nimis acervus lapidum foveam denotat sepulchralem, ut contra tyranni manum vnã quam pro titulo, dum viveret elegerat exprimendam, tot notarentur in sepulchro manus de illo triumphantium, quot viderentur ibi lapides, eum etiam mortuũ manibus lapidantium.*

2695 2 *Reg.* 18. Contristatus itaque rex ascendit cænaculum portæ, & flevit, & sic loquebatur vadens. Fili mi Absalon, Absalon fili mi: quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te, Absalon fili mi, fili mi Absalon. *n* 33 *D. Chrysost* Gaudent omnes, cuncti lætantur: solus David plangit filium, parricidæ lamentatur interitum. *serm. de Absalone.*

2 Re. 18 nu. 33.

2696 *Plorantem Davidem sic alloquitur Div. Chrysost.* Quid plangis gloriose pater, quid lamentaris, quasi Absalon quod ausus est comprobares? Quid fles scelestum, quasi eum parricidium perpetrare volueris? Frãgis gloriam victoris exercitus; si fletur hostis interitus; nec lætitia esse poterit in victoria, si parricidæ plãgitur pœna. *serm. de Abs.*

2 Reg. 18. nu. 33.

2697 *Et alibi exponens eundem textũ sic ait Div. Chrysost.* Verùm discreto bello, ac parricida illo interfecto: reliquis omnibus in lætitia, & gaudio agentibus, solus rex lugebat, & lachrymabatur, ac se ipsum includens defunctum appellabat filium: ferebatque graviter, quòd pro illo ipse non occubuisset. *lib. 3. de providentia Dei.*

2 Reg. 18. nu. 33.

2698 *Deinde sic pergit Chrysost.* Neque flere quidem destitisset mortuum, nisi ingressus Ioab indignitatem rei arguisset, ac vehementiùs alloquens erexisset illum, exercitumque decẽti facie, & habitu suscipere persuasisset. *lib. 3. de provid. Dei. Lachrymis ostendebat rex tristatus mærorem, verbis lacrymans pandebat amorem. Dum quater Absalonem filium invocabat, quatuor vocibus chorum vnum perficientibus, dolorosam literam factus ipse chori magister assignabat: nolebat enim pro victoria carmen canere triumphale; sed potiùs pro interitu filij carmen dicere funerale.*

2 Reg. 18. nu. 33.

2 *Reg.* 19. Rex operuit caput suum, & clamabat voce magna, Fili mi Absalon, Absalon fili mi. *nu.* 4. *D. Chrysost.* Ille tuus non fuit filius, qui sic violavit paternos affectus. Ille tuus dici non meruit, qui ius patris sanctissimi violavit. Te non contempserunt exercitus, non duces, quibus parci scelesto mandasti, sed illa arbor, illa te primum vlta est, illa defendit, illa læsi patris iniuriam, quæ te non audierat, vindicavit. *serm. de Absal.* 2699

2 Reg. 19. n. 4

Tandem sic concludit. Defensio tua securitatem patribus attulit, & parricidarum audaciam revocavit. Per te & iniuria naturæ defensa est, & patrum pietas revocata. Novo enim supplicio debuit interire, qui sæculo novum scelus, per patris exitum, voluit inferre. *serm. de Absal. Tegebat pallio rex pius in vultu mærorẽ: at voce magna in corde detegebat amorem. Voce magna aclamabat, quam magnam dilectionem erga filium indicabat.* 2700

2 Reg. 19. n. 4

Ex D. Augustino.

Secundo *Reg.* 13. Cessavitque rex David persequi Absalon, eò quòd consolatus esset super Amon interitu. *num.* 39. *Div. August.* Nobis traditor ille Iudas occurrit, ut Absalon eius imaginem gestet, secundùm quod Patris pax interpretatur, quia pacatus erga illum extitit pater, quamvis ipse dolis suis bellum haberet in corde. *in Psalmo.* 7. *Cessavit persequi eum,* 2701

2 Reg. 13. nu. 39.

 quem

quem non cessavit prosequi: non enim à se fugientem apprehendere volebat rigore, sed amore.

2702 2 Reg. 15. nu. 14. 2 *Reg.* 15. Et ait David servis suis, qui erant cum eo in Hierusalem, Surgite, fugiamus: neque enim erit nobis effugium á facie Absalon: festinate egredi, ne fortè veniens occupet nos, & impleat super nos ruinam, & percutiat civitatem in ore gladij. *n.* 14. *D. Aug. exponens titulum Psalmi 3. qui sic habet.* Psalmus David cùm fugeret a facie Absalon filij sui. *sic ait,* Magis hoc ad passionē, & resurrectionem Domini congruenter sonat, quàm ad illam historiam, in qua David scribitur fugisse à facie bellantis adversùm se filij sui. Non mirum si filius eius impius, significatur discipulus impius, qui eum tradidit: á cuius facie fugisse, quamquā historicé possit accipi, quando illo discedente, secessit cum cæteris: tamen spiritaliter, quando mentem Iudæ Filius Dei deseruit, tunc eum diabolus penitus invasit, in eo quod scriptum est. Et intravit diabolus in cor eius: bene accipitur á facie eius Christū fugisse: non quia Christus diabolo cessit, sed quia Christo discedente, diabolus possedit. *Enarratione in Psal* 3

Psal. 3.

2703 2 Reg. 15. nu. 14. *Deinde conferens discessum Christi à Iuda cum fuga Davidis ab Absalone, sic loquitur D. August.* Discessum, fugam esse in hoc psalmo appellatum celeritatis causa arbitror, quod verbo etiam Domini significatur dicentis, Quod facis, citó fac. Loquimur etiam sic in consuetudine, ut dicamus fugit me, quod in mentem non venit. Et de homine doctissimo dicimus, Nihil eum fugit. Propterea veritas fugit mentem Iudæ, cúm eum illustrare destitit. *in Ps.* 3. *Non à gladio, sed à facie Absalonis fugam suis rex celerem suadebat: plus enim suis timebat à facie Absalonis benigno vultu suos inspecturi, ut illorum corda furaretur, quàm à gladio Absalonis, non eos gladio impetituri, ne illorum animus à se ipso averteretur.*

2 *Reg.* 18. Stetit ergo rex iuxta portam: egrediebaturque populus. Et præcepit rex Ioab, & Abisai, & Ethai dicens, servate mihi puerum Absalon. *n.* 4. & 5. *Et infrà.* Et ait Ioab, Non sicut tu vis, sed aggrediar eum coram te. Tulit ergo tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalon: cúmque adhuc palpitaret hærens in quercu, cucurrerunt decem iuvenes armigeri Ioab, & percutientes interfecerunt eum. *n.* 14. & 15. 2704 2 Reg. 18. nu. 4. & 5 & nu. 14. & 15.

D. Aug. Aliter non meruit pacem habere domus David, nisi Absalon filius eius in bello, quod contra patrem gerebat, fuisset extinctus, quamvis magna cura mandaverit suis, ut eum, quantúm possent, vivum salvumque servarent, ut esset, cui pænitēti paternus affectus ignosceret; quid ei restitit, nisi perditum flere, & sui regni pace acquisita suam mæstitiam consolari? *epist.* 50. 2705 2 Reg. 18. nu. 4. & 5. & nu. 14. & 15.

Tribus ducibus vitam pueri commēdabat; qui ab uno illorum tribus telis in corde transverberandus erat. Merito in corde averso à corde patris, quod ad illū conversum fuisse refertur. Noluit enim Ioab, qui cor patris Davidis conversum ad filium Absalonem post fratricidium perpetratum intellexerat, ut liquet ex 2. Reg. 14. n. 1. Iterum post patricidium intentatum Davidis cor ad Absalonem filium converti. Indignum enim iudicabat, quód cor patris ad cor filij converteretur, postquam hoc á corde patris adeo aversum esse videbatur. 2706 2 Reg. 18. nu. 4. & 5. 2 Reg. 14. n. 1

2 *Reg.* 18. Dixit autem rex ad Chusi; est ne pax puero Absalon? cui respondens Chusi, Fiant, inquit, sicut puer, inimici domini mei regis, & universi, qui consurgunt adversùs eum in malum. Contristatus itaque rex, ascendit cænaculum portæ, & flevit; Et sic loquebatur vadens; Fili mi Absalon &c. *n.* 32. & 33. *D. Aug.* Absalon autem, sicut quidam 2707 2 Reg. 18. nu. 32. & 33.

quidam interpretantur, in Latina lingua dicitur Patris pax. Quod mirum videri potest, sive in historia regnorum, cùm bellum adversùs patrem Absalon gesserit, sive in historia novi testamẽti, cùm traditor Domini Iudas fuerit, quemadmodum Patris pax possit intelligi. *in Ps.* 3.

2708 2 *Reg.* 18. *nu.* 32. & 33. *Deinde sic pergit D. Aug.* Sed & ibi qui diligenter legunt, vident in illo bello David pacatum fuisse filio: qui etiam magno cum dolore planxit extinctum, dicens, Absalon fili mi &c. Et in historia novi testamẽti ipsa Domini nostri tanta, & tam miranda patiẽtia, quód eum tamdiu pertulit, tamquam bonum, cuius etiam cogitationes non ignoraret, cùm adhibuit ad convivium, in quo corporis, & sanguinis sui figuram discipulis commendavit, & tradidit, quòd denique in ipsa traditione eius osculum accepit, bene intelligitur pacem Christum exhibuisse traditori suo, quamvis ille tam sceleratæ cogitationis interno bello vastaretur. Et ideo Absalon, Patris pax dicitur, quia pater habuit pacem, quã ille non habuit. *in Ps.* 3. *De pace Absalonis pius pater interrogabat, quia de pace Absalonis ergase ipsum patrem, non autem de pace sua erga filium, etiam rebellem dubitabat.*

2709 2 *Reg.* 18. *nu.* 33. 2 *Reg.* 18. Contristatus itaque rex ascendit cænaculum portæ, & flevit, & sic loquebatur vadens Absalon fili mi &c. *n.* 33. *D. Aug. contra* 2. *Epist. Gaudentis*, Plús impius Absalon patrem sanctum David extinctus, quám rebellis afflixit. Vivũ namque eum comprehẽdi cupiebat, ut qui malitia grassabatur, pænitẽtia sanaretur. Erat ille persecutor patris non solúm populum Dei dividendo, nec solúm contra Dei legem, & cõtra legitimum patris regnum arma portando, atque bellando, sed multò ampliús persecutus est cor paternũ in illa impietate moriendo. Denique illum pater optimus pessimum filium, quem non desperando defleverat vivum, flevit occisum. *cap.* 14. *in tom.* 7. *in edit. Parisijs anno* 1555.

Pro filio mori pius pater desiderabat: non tamen commori filio: neque enim similem neci filij interitum appetebat. Filium occisum in statu impietatis plorabat, ac proinde plùs in illo mortem animi, quàm corporis mortem plangebat. Sui corporis mortem pater libentissimè sustineret, ne filius animi sui necem pateretur. Se in statu gratiæ positum reputabat, dum se filio quasi Dei flagello verberatum videbat, ideoque in eo statu mori affectabat, in quo non anima suæ, sed soliùs corporis ferret occasum. 2710 2 *Reg.* 18 *nu.* 33.

Ps. 142. Eripe me Domine de inimicis meis, ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. *vers.* 10. *D. Aug. exponens hunc Psalmum, cuius titulus sic habet.* Psalmus David quando persequebatur eum Absalon filius eius *sic ait*, In regnorum libris novimus hoc factum esse, extitisse inimicum Absalon patri suo gessisse contra illum, non solùm civile, verùm etiam domesticum bellum: illum autem non deiectum iniquè, sed humiliatum piè, accepisse à Domino disciplinam: sustinuisse medicinam, non retribuentem iniquitatem, sed paratum cor habuisse ad sequendam Domini voluntatem. *Enarrat in hunc ps. Absalonẽ David cum suis omnibus fugiebat, & ab impiò filio pius pater ad pijssimum Dominum confugiebat, quem tunc Deum suum nuncupabat, quando Absalonem persecutorem suum sustinebat. In persecutione igitur filij sui persecutoris agnoscebat furorẽ, & Dei sui prosecutoris intelligebat amorẽ.* 2711 *Ps.* 142 *ver.* 10.

Ex D. Gregor. Magno.

Secundo *Reg.* 18 Dixit autem rex ad Chusi, est ne pax puero Absalon? cui respondit Chusi. Fiant, inquit, sicut puer, inimici domini mei regis. Contristatus itaque rex ascendit 2712 2 *Reg.* 18 *nu.* 32. & 33.

cendit cænaculum portæ, & flevit, & sic loquebatur vadens, Fili mi Absalon &c. *n.* 32. *&* 33. *D. Greg. Mag.* Absalon patrem persequens, ad hoc vsq; livore feralis prorupit iovi liæ, ut in se ipso destrueret iura naturæ. Quem enim naturaliter amare debuerat, ut patrem, eum inhumanè persequebatur ut hostem. Absalon autem Pax patris interpretatur: non quod ei pax vlla cum patre fuerit, sed quia quantæ pacis, & patientiæ extitit in eius perversitate, pater ostendit. *proem. 7. ps pænit.*

2713 Est ne pax? *Non vtique, puero enim qui dum viveret primùm contra fratrem, deinde contra patrem bellum semper fecit in morte pax esse non potuit. Indignus sanè qui in morte requiesceret in pace qui vivens patri bellum intulit, & requiem, & fratri, & patri denegavit. Videnda quæ diximus in Sono. 17. Abisai ex D. Greg. Mag.*

2 *Reg.* 18. *n.* 32. *&* 33.

Ex Ruperto Abbate.

2714 Secundo *Reg.* 15. Et ait David servis suis, qui erant cum eo in Hierusalem, Surgite fugiamus: neque enim erit nobis effugium á facie Absalon; festinate egredi, ne forté veniens occupet nos, & impleat super nos ruinam, & percutiat civitatem in ore gladij. *n.* 14. *Rupert. lib. 2. de Trinit.* Igitur Absalon, qui interpretatur Patris pax. Absalō, inquam, filius & hostis, immo non filius, sed hostis, cuius à facie pater fugit, ipse in mysterio est Iudas traditor, falsa patris, & magistri pax, quem osculo, pacis signo tradidit, cuius á facie talis pater fugit; nam iam á ficto corde eius Christus fugit, in quem Satanas introivit. *cap.* 35.

2 *Reg.* 15. *nu.* 14.

2715 *Deinde sic progreditur Rup.* Pæna eius iustitiæ laudatorē maximè delectat, quia iudicio Dei mente captus se suspendit, in quo iam non mysterij profundum, sed ipsa rei gestæ superficies, Iudam, & Absalon bene demonstrat esse pariles; Nam & iste pendens quercu, mulo, cui sedebat pertranseunte, desertus, merito in corde lanceas suscepit, & ille laqueo suspensus, & principum sacerdotum familiaritate, quam alcenderat, malè desertus dignas protinus sagittas, id est æternæ damnationis, & mortis sententias, in anima accepit. *cap.* 35. *cit. Non dixit, surgamus, & fugiamus, sed,* Surgite fugiamus; *Iam enim ipse surrexerat, non solùm corporis habitu, sed & mentis affectu, ut à* Deo, *& sibi, & suis quæreret refugium, quod adesse minimè dubitabat, cùm nec sibi, nec suis à facie Absalonis humanum esse posse existimaret effugium.*

2 *Reg.* 15 *nu.* 14.

2716 2 *Reg.* 18. Accidit autem ut occurreret Absalon servis David, sedēs mulo: cúmque ingressus fuisset mulus subter condensam quercum, & magnā, adhæsit caput eius quercui: & illo suspenso inter cælum & terrā, mulus cui insederat, pertransivit. *n.* 9. *Rupert.* Sicut enim illius desertoris Achitophel suspendium, quo interijt, dirum fuit prodigium Absalon, & populo Israel egresso ad pugnam contra viros David: sic suspendium proditoris Iudæ, horribile fuit portentum populo Iudæorum, non desistenti persequi discipulos Christi filij David. *lib.* 11. *de glo. & hono. filij hominis in cap.* 16. *Matth.*

2 *Reg.* 18. *n.* 9

2717 *Deinde sic pergit Rupert. similitudinem ampliùs exponens.* Denique & ibi post suspendium Achitophel, Absalon quoque suspensus pependit, sicut scriptura dicit, & ipse Absalon confosus est lanceis, & populus Israel cæsus est à viris David, multóque plures erant, quos saltus consumpserat de populo, quàm hi quos voraverat gladius. Et hîc suspenso Iuda, populus Iudæorum totam damnationis eius suscepit hæreditatem pendens inter cælum, & terram, id est, neque spem habens in cælo, quia vitæ æternæ indignum se iudicavit, neque

2 *Reg.* 18. *n.* 9

neque terram habens suam: venerunt enim Romani, tuleruntque locum, & gentem, & multò plures quám vllo vnquam die vorasset gladius, de populo illo consumpsit in obsidione saltus Romani exercitus. *loco cit.*

2718 *Et tandem sic quarit Rupertus.* Nonne hoc est pendere inter cælum, &
2 *Reg.* terram, & crepuisse, & omnia pen-
18. *n.* 9 dentis viscera diffusa esse, scilicet neque in cælo spem, sive vllam partem, neque in terra, quam calcamus locum vllum proprium habere, & post seditionem, ingentem crepitũ, quem historiographus denarrat Iosephus, reliquias conclusæ multitudinis, quæ gladio superfuerant, in omnes gentes, captivos ductos esse? *loco cit.*

2719 *Igitur & Achitophel suspensus interiꝫt, & Absalon suspensus periꝫt: non*
2 *Reg.* *tamen sine magno discrimine, quia ille so-*
18. *n.* 9 *lùm suspendio vitam finivit: hic autem suspensus tribus confossus telis, & cùm adhuc palpitaret cor eius, decem transfixus militum gladiꝫs occisus est. Et meritò: qui enim nec audito horrendo desertoris Achitophelis supplicio, quem ipse à patre suo regé deficere fecerat, à rebellione cessaverat; dignus erat, qui non simili, sed atrociori supplicio puniretur.*

Ex D. Bernardo.

2720 Secundo *Reg.* 15. Dicebatque Absalon, quis me constituet iudi-
2 *Reg.* cem super terram, vt ad me veniant
15. *nu.* omnes, qui habent negotium, & ius-
3. & 4 tè iudicem? Sed & cùm accederet ad eum homo, ut salutaret illum, extendebat manum suam, & apprehendens, osculabatur eum. *nu* 3. &
Isai. 14 4. *D. Bernard. exponens illud Isaia* 14.
nu. 13. In cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. *n.* 13. *sic ait.* Talis erat Absalon super filios Israel, patri suo rebellis, principatum appetens. *serm. ad Clerum in Concilio Remensi congregatorum Non solùm super regnum Israel, sed super universam terram Absalon valde ambitiosus principatum appetebat, ut sic solus super omnes homines imperaret, ne alterius hominis in dominatu totius orbis consortium pateretur.*

2 *Reg.* 16. Ecce filius meus, qui 2721
egressus est de vtero meo; quærit animam meam, quantó magis hic 2 *Reg.*
filius Iemini maledicet mihi? dimittite eum; ut maledicat iuxta præceptum 16. *nu.* 11.
tum Domini. *n.* 11. *D. Bernard.* Quisquis enim perfectè senserit onus peccati, & animæ læsionem interiorem, vtique aut parum sentiet, aut ex toto non sentiet corporis pænã, nec reputabit laborem, quo peccata noverit deleri præterita, futura caveri. Sic enim sanctus David cõvitiantis servi non reputavit iniurias, memor filij persequentis. *serm.* 3. *ad fratres.*

Et alibi sic ait D. Bernard. Ostendam vobis cui debeatis irasci. Iras- 2722
cimini ei, quæ sola vobis nocere potest. Vultis scire quænam illa sit? 2 *Reg.*
Iniquitas propria. Ita dico vobis, 16. *nu.*
huic irascimini. Nulla enim noce- 11.
bit adversitas, si nulla admittatur iniquitas. Qui perfectè huic irascitur, cæteris non mouetur, magis & amplectitur ea. Ego, inquit, in flagella paratus sum. Sit damnum, sit convitium, sit læsio corporalis, paratus sum, & non sum turbatus: quoniam dolor meus in conspectu meo semper. Quidni exteriora omnia paruipendam in huius æstimatione doloris. Filius, inquit, vteri mei persequitur me, & convitianti servulo indignabor? *serm.* 13. *super ps.* Qui habitat. Quærit animam meam. *nu.* 11. *Ac si David non tam timeret corporis, quàm animæ scissionem: eligeretque potiùs, ut verè patiens in corpore vulnerari, quàm ut impatiens, contra filium persequentem, vel servum conuitiantem in anima sauciari.*

2 *Reg.*

2723 2 *Reg*. 18. Et præcepit rex Ioab, & Abisai, & Ethæi dicens, Servate
2 *Reg*. mihi puerum Absalon. Et omnis po-
18. *n*. 5 pulus audiebat præcipiētem regem cunctis principibus pro Absalon. *n*. 5. *D. Bernard*. Amor, sicut nec odium, veritatis iudicium nescit. Est iudicium odij, ut illud. Nos legem habemus, & secundùm legem nostram debet mori: Iudicium verò amoris, ut David de filio parricida: Parcite, inquit, puero Absalon. *tract. de gradib. humilit*. Servate mihi. *n*. 5. *Lucrum magnum sibi existimabat futurū, si à ducibus suis filius victus ad se vivus adduceretur; sperabat enim fore, ut comprehensus de rebellione à se concitata cōtritus paniteret, & sic ad redamandum se tamquàm pium patrem mutaretur.*

2724 2 *Reg*. 18. Contristatus itaq; rex ascendit cænaculum portæ, &
2 *Reg*. flevit: Et sic loquebatur vadens, Fi-
18. *nu*. li mi Absalon, Absalon fili mi: Quis
33. mihi tribuat, ut ego moriar pro te, Absalon fili mi, fili mi Absalon. *nu*. 33. *D. Bernard*. Pius David super parricida filio satisfacit affectioni, & non ad iniuriam fidei, non in superni suggillationem iudicij. Absalon fili mi, ait, sanctus David, fili mi Absalon. *serm*. 26. *in cantica*. *Cupiebat pius pater, ut impius filius, qui longo vitæ tempore renuit pænitere, iam defunctus ad vitam remearet, ut acta de commissis criminibus pænitentia, ad quam mors repentina tempus abstulerat, posset iterum moriens de salute animæ suæ bene sperare.*

Ex Guarrico Abbate.

2725 Secundo *Reg*. 18. Vidi Absalon pē-
dere de quercu. *n*. 10. *Guarricus*
2 *Reg*. *videtur alludere ad hunc locum dum hoc*
18. *nu*. *recitat proverbium*, Vulgo dicitur, Ma-
10. lè expectat, qui pendet. *Et citans il-*
Osea 11 *lud Osea* 11. Populus meus pendebit
num. 7. ad reditum meū *n*. 7. *sic ait*, Pulchrè omnino & propriè pendebit, tāquā inter cælum, & terram: licet adhuc apprehendere cælestia non valeat, non velit tamen tangere terrena. Et si aliquando tangit, non nisi summis articulis, idest, extremis partibus animæ, propter necessitatem scilicet corruptionis nostræ, cui cogimur servire, quandiu creatura vanitati subiecta est, non volens. *Serm*. 1. *de Adventu Domini*.

Deinde sic progreditur idem Guar. 2726
Vulgo dicitur: Malè expectat qui *Ioh*.
pendet. Ego autem dico, feliciter expectat qui sic pendet. Quamobrē elegit suspendium anima mea, & in ipso suspendio mortem ossa mea; ut perseveranter in cruce ista pendere merear, donec immoriar. O Domine Iesu, cúm animam potestate positurus esses, & quo genere mortis id facere velles, tuo subesset arbitrio: suspendium elegit anima tua, ut exaltatus à terra, nos quoque ad te traheres, & á terrenis suspenderes. Sed nec ante mortem deponi passus es, ut & nos vsque ad mortem in cruce perseveremus; & de ipsa tamquam de sublimi gradu facilior fit in cælum conscensus. Gratias tibi Domino Iesu: ibi sumus, ibi te expectamus, non alium qui ad deponendū nos veniat: sed Eliam, idest, Dominum nostrum, qui nos suscipiat. *ser*. 1. *de Adventu Domini*.

Vidi Abſalon pendentem. *Me-* 2727
ritò inter cælum, & terram, scilicet in
aere inter aereas potestates suspensus pen- 2 *Reg*.
debat, qui principis illarum æmulator exis- 18. *n*.
tens adversùs genitorem suum alijs etiam 10.
defectionem à suo legitimo rege suadens, rebellaverat: ex loco sublimi videns milites victos, & hostes victores, non tam dolore, quàm livore torqueretur: & ex consortio aerearum potestatum, sicut in crimine principi earum similis, sic & in supplicio similis videretur.

Ex Hugone Cardinali.

Secundo *Reg*. 13. Et Absalon ad 2728
David, si non vis venire, veniat obsecro

2 Reg. 13. nu. 26. & 27. obsecro nobiscum saltem Amnon frater meus. Dixitque ad eum rex, Non est necesse, ut vadat tecũ, Coegit itaque Absalon eum, & dimisit cum eo Amnon, & vniuersos filios regis. n. 26. & 27. *Hug.* Fratrem vocavit, ne perciperetur solus *ibi. Nullum alium ex filijs regis Absalon in hoc loco fratrem nominavit præter Amnonem, quem specialiter ad convivium voluit invitare, ut Amnon videns eum sui specialiter convivatorem, existimaret sui etiam specialiter amatorem, & sine vlla mali suspicione ad convivium festinaret.*

2729 2 Reg. 13. nu. 28. 2 *Reg.* 13. Præceperat autem Absalon pueris suis dicens, observate, cúm temulentus fuerit Amnon vino, & dixero vobis, Percutite eũ, & interficite; nolite timere: ego enim sum, qui præcipio vobis, roboramini, & estote viri fortes. n. 28. *Hugo.* Ego enim sum, quasi diceret, Ego sum filius regis, & defẽdam vos contra iram eius. *ibi. Vino ebriũ Amnonem fratrem suum Absalon censuit occidendum, ut qui culpam incestus commiserat ebrius voluptate amoris, pœnam occisionis incurreret voluptate temulentus liquoris.*

2730 2Re. 14 nu. 26. 2 *Reg.* 14. Quando tondebat capillum (semel autem in anno tondebatur, quia gravabat eum cæsaries) ponderabat capillos capitis sui ducentis siclis, pondere publico. n. 26. *Hugo.* Forté tonsura eius tanti ponderis erat; vel hoc pretio emebatur á mulieribus ut inde subornarent crines suos. *ibi. Avarus sanè princeps, qui capitis sui ornamentum vendebat: sed & vanus, qui solum quando ipsum cæsaries gravabat, capillos, quibus ad vanitatem ornabatur, deponebat.*

2731 2 Reg. 14. nu. 33. Isai. 30 nu. 21. 2 *Reg.* 14. Vocatusque est Absalon, & intravit ad regem, & adoravit super faciem terræ coram eo: osculatusque est rex Absalon. nu. 33. *Hugo citans illud Isaiæ* 30. Aures tuæ audient verbum post tergum monẽtis. Hæc est via, ambulate in ea, & non declinetis, nec ad dexteram, nec ad sinistram. n. 21. *sic ait*, Tunc enim Dominus post tergum fugientium clamat, cúm peccatores ad pænitentiam revocat. Canticorum 6. Revertere, revertere Sunamitis, revertere, revertere ut intueamur te. Quater dicitur Revertere; quia à partibus mundi quatuor vocat; Vnde Ezechielis 37. Hæc dicit Dominus Deus: A, quatuor ventis veni Spiritus, & insuffla super interfectos, & reviviscant *ibi.* Cant. 6 Ezechi. 37.

Deinde sic pergit idem Hugo. Vel sic. Revertere, revertere, mente scilicet, & corpore ad Deum. Reverter, revertere, id est de bonis omissis, & de malis commissis pœnitentiam age. *ibi. Absalon vocatus intravit ad regem. Non dicitur, intravit ad patrem; indignus enim erat, qui ad patrem tamquam filius diceretur intrare, qui fratrem suum occidendo ipsum patrem in dilecto sibi filio quodammodo ingulaverat.* 2732 2 Reg. 14. nu. 33.

2 *Reg.* 18. Absalon erexerat sibi, cúm adhuc viveret, titulum, qui est in valle regis: dixerat enim. Non habeo filium, & hoc erit monimentum nominis mei. Vocavitque titulum nomine suo, & appellatur, Manus Absalon, vsque ad hanc diem. n. 18. *Hugo.* Titulum, idest monimentum sui, & erat nomen tituli Manus Absalon. Hunc titulum putant quidam fuisse arcum triumphalem, qui dicitur fornix in quo sculpta manus Absalon: sed Iosephus dicit fuisse statuam marmoream. Hie. in lib. de Heb. quæst, dicit quòd Absalon adhuc pendens in quercu fecit inducias, ut erigeret sibi titulum. *ibi.* 2733 2 Reg. 18. nu. 18.

Miror sanè quomodo, qui dum viveret tumulum sibi ædificaverat, mortis suæ memor; in tantam potuerit superbiam devenire, ut ad regnum tyrannide aspiraverit? Sed, ut video, non tumulum sibi fecerat, ut memoriam sepulchralem, sed ut memoriam triumphalem, quòd scilicet putaret devicto patre, & à regno expulso; vel 2734 2 Reg. 18. nu. 18.

vel etiam è vita sublato sibi triumphandũ, & post multos annos titulum illum à se rege, dum in pace moreretur, posteris relinquendum, in quo fama suæ victoriæ perduraret, & manus eius ibi insculpta suæ fortitudinis gloriam omnibus ostentaret.

2735 Psal. 7. ver. 1. P. 7. Domine Deus meus in te speravi: salvum me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me. v. 1. *Hugo*. Titulus, in finem psalmus David: quem cantavit Domino pro verbis Chusai filij Iemini. Legitur 2. Reg. 17. (2 Reg. 17.) Quòd Absalon consilio Achitophel persecutus est David: quē David fugiens nudis plantis exivit de Hierusalē: & Chusai qui fuerat amicus David transivit ad Absalō, ut pia, & necessaria proditione revelaret Davidi, quæ Absalon moliretur adversús eum: & mandauit Davidi, ut de campestribus fugeret, ne caperetur ab Absalon. Præualuit David, & Achitophel se suspendit, quoniam consilium, quod de David improvisé occidendo dederat, mutatū est consilio Chusai. Huic historiæ videtur alludere titulus. *ibi*.

2736 Psal. 7. *Pro servo sibi fideli, & qui cum filio suo rebelli se ipsum proditorem Davidis simulaverat, & se Absalonis socium contra ipsum regem tamquam adversarium regi finxerat, gratias solvit Deo: eximium nãque fuisse à Deo sibi concessum beneficium existimauit, talem habuisse servum, qui etiam suæ fidelitatis nota, fidelitatem sibi debitam conservaverit, quique infidelis voluerit apparere, ne fidem à se regi suo promissam violaret: Deus autem voluit fidelitatem boni servi erga regem suum ab ipso rege in titulo huius psalmi omnibus propalari.*

2737 Ps. 142 ver. 1. Ps. 142. Domine exaudi orationem meam: auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua, exaudi me in tua iustitia. v. 1. *Hugo*. Titulus, Psalmus David quando persequebatur eum Absalon filius eius. Hæc historia habetur 2. Reg. 15. (2 Re. 15) de qua ad literam hîc non agitur: sed significato meliús accipitur. David enim Christum significat, Absalon verò Iudam. *ibi*.

Deinde sic progreditur Hugo. Psalmus iste septimus est pænitentialiū: qui ideo sunt septem, ut eodem numero, quo peccavimus, peccata diluamus. Sicut enim in hebdomada mundi huius peccavimus: ita hoc numero psalmorum remedium pænitentiæ peccatis opponitur. In quibus Psalmis talis est forma: quia â lacrymis incipiunt, & in gaudio finiuntur, ne quis de venia despe[r]et. *ibi*. 2738 Ps. 142 ver. 1.

In hoc Psalmo, in quo David, ut titulus indicat, filium suum Absalonem describit sui persecutorem, sic ait, Persecutus est inimicus animam meam. v. 3. *vbi Absalonem inimicum appellavit, eumque non tam sui corporis, quàm suæ animæ persecutorem nominavit: plùs enim patris anima torquebatur, dum intelligebat filium delinquentem, quàm corpus ipsius affligebatur, dum sentiebat filium persequentē.* 2739 Ps. 142 ver. 1.

Ex Lyra.

Secundo Reg. 13. Non est locutus Absalon ad Amnon, nec bonum nec malum: oderat enim Absalon Amnon eó quód violasset Thamar sororem suam. n. 22. *Lyra*. Describitur conceptio rancoris, quia Absalon istam iniuriam sibi, & sorori factam tenuit in corde suo clausam: & ideo fuit magis rancor odij augmentatus, quam si per aliqua facta, vel signa exteriora fuisset extra propalatus. *n. suo* 4. 2740 2 Reg. 13 nu. 22.

Et in morali sic ait idem Lyra. Per Ablalō qui illatam iniuriam suæ sorori fallò desimulavit, & cum hoc Amnon ad convivium invitando, cū eo amicitiam simulavit, significatur quicumque insidiator fraudulentus, vsquequo videat vindictæ tempus. *n. suo* 4. *Facinus Amnonis fratris sui agnoscens non laudavit Absalon, sed nec vitupera-* 2741 2 Reg. 13. nu. 22.

superavit, ne laudando crimen commissum approbare; ne vituperando reprobare videretur. Intendebat enim factis ostendere quid ipse de tanto facinore iudicaret. Ideo omnino tacuit, ne Amnoni verbis id, quod mente conceperat, indicaret. Facilè enim quod tegitur corde, detegitur ore, si dum in corde odium in fratrem servabat, ad fratrem loqueretur, vellet, nollet Absalon, odium in corde tectũ, ore per verba panderetur.

2742 2 *Reg.* 14. *nu.* 13. & 14. — 2 *Reg.* 14. Dixitque mulier, Quare cogitasti huiuscemodi rem contra populum Dei, & locutus est rex verbum istud, ut peccet, & non reducat eiectum suum? omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non revertuntur, nec vult Deus perire animam, sed retractat, cogitans, ne penitus pereat qui abiectus est. *num.* 13. & 14. *Lyra.* Præmittit mulier tres rationes inducentes ad misericordiam circa Absalon. Prima accipitur ex parte maioris mali evitandi, quia Absalon, & illi, qui cum eo erant fugitivi in terra idololatriæ subdita, propter quod erant in periculo declinandi ad idololatriam per eorum suggestionem, vel inductionem inter quos habitabant: Ad quod evitandum erant revocandi ad terram Israel, in qua Deus colebatur. Et hæc ratio tangitur, cùm dicitur, Quare cogitasti &c. id est contra Absalon, & socios eius, qui erant de populo Dei.

2743 2 *Reg.* 14. *n.* 13. & 14. — Secunda ratio accipitur ex parte defuncti; qui ad vitam revocari non potest ex persecutione Absalon. Et hæc ratio tangitur cùm dicitur, Omnes morimur. Quasi diceret, ex quo tu nõ potes revocare defunctum, revoca vivum. Tertia ratio accipitur ex parte Dei, cuius proprium est parcere, & misereri. Et hæc ratio tangitur, cùm dicitur: Nec vult Deus perire animam, scilicet peccatoris, licet ipsum offenderit. Sed retractat cogitans &c. tempus pænitentiæ concedens. Ne penitus pereat pæna gehennæ, qui abiectus est ab eo per offensã mortalis culpæ.

Denique sic concludit Lyra. Quasi diceret hæc mulier: Tu es quasi loco Dei in regimine populi, propter quod debes ei in pietate conformari. *Hæc à n. suo 6. Non dixit hæc mulier contra Absalonem filium tuum, sed contra populum Dei, intelligebat enim Davidem magis iratum contra Absalonẽ, qui pueris suis, ut Amnonem occiderent, imperaverat, quàm adversùs ipsos pueros, quos dominus eorum Absalon ad perpetrandum flagitium authoritate sua excitaverat.* 2744 2 *Reg.* 14. *nu.* 13. & 14.

Secundo Reg. 14. Dixit autem rex, Revertatur in domum suam, & faciem meam non videat. Reversus est itaque Absalon in domum suam, & faciem regis non vidit. *n.* 24. *Lyra.* Faciem meam non videat. Ne revocaret ad memoriam ex præsentia sua mortem primogeniti, & sic dolor regis renovaretur. *n. suo 2. Nolebat David quòd absalon faciem eius viderat, ne ipse Absalonis faciem inspectaret. Non quòd timeret rancori, quo tamen fratricidam dignum iudicabat, sed amori, quo ipsum Absalonem, ut filium adamabat: ergo id rex imperavit, ut simularet rigorem, & dissimularet amorem.* Faciem meam non videat, *ne in ea meum erga se ipsum possit amorem inspectare, neque enim ego viso filio & à filio inspectus potero dilectionẽ, qua ipsum, ut pater diligo occultare.* 2745 2 *Reg.* 14. *nu.* 24.

Secundo Reg. 14. Quare veni de Gessur? meliùs mihi erat ibi esse: obsecro ergo, ut videam faciem regis: quòd si memor est iniquitatis meæ, interficiat me. *n.* 32. *Lyra.* Quasi dicat, Nihil valet mihi, ex quo nõ possum accedere ad regem: immo nocet: ideò subditur, Meliùs mihi &c. quia tunc non erat mihi confusibile faciem patris mei non videre: sed ex quo sum hìc in eadem civitate cum eo, est mihi valde confusibile. Quòd si memor &c. Hoc dicebat Absalon ad incli- 2746 2 *Reg.* 14. *nu.* 32.

nandum cor David, fingens quód
tantum eum diligeret, quód magis
vellet mori, quàm diutiùs ab eius
coulortio segregari. *à n. suo* 8.

2747 *Privationem regiæ visionis non so-*
lùm exilio, sed & morte, in hoc loco Ab-
2 Reg. *salon princeps sibi duriorem esse affirma-*
14. nu. *bat, ut cùm hæc David rex pater audiret*
32. *ei benignam faciem demonstraret, ne pæna*
tanti damni pænitentem filium diutiùs af-
fligeret, sed illum iam ab exilio in regiam
vocatum civitatem, in aulam regiam, ut
regis placatam iam sibi videret faciem, re-
vocaret, Quod si memor est iniqui-
tatis meæ, interficiat me. *Quasi ve-*
ró non crederet Absalon posse Davidē ip-
sius patrem memorem esse suæ iniquitatis
quin oblivisceretur pietatis, neque enim
impius in fratrem, poterat in se suspicari
pium patrem.

2748 2 *Reg.* 15. Igitur post hæc fe-
cit sibi Abſalon currus, & equites,
2 Reg. & quinquaginta viros, qui præce-
15.n.1 derent eum. *nu.* 1. *Lyra* Idest post
reconciliationem Abſalon cum pa-
tre confidens de patris benignitate,
& de Ioab familiaritate: & elevatus
ex sua pulchritudine, & quia inter
cæteros filios David remanētes erat
primogenitus fecit sibi currus, &
equittes, quasi quoddam præludi-
um quód deberet regnare post patrē
suum. *num. suo* 1. & 2. *O ingratitudi-*
nis simulacrum, post tot accepta beneficia
à patre quasi multa sibi ab illo illata fuis-
sent debita supplicia, cæpit de tyrannide
cogitare, desiderans patrem adeo sibi benig-
num, nō solùm regno, sed & vita spoliare.

2749 *Secundo Reg.* 15. Mane surgens
Abſalon, stabat iuxta introitum por-
2 Reg. tæ in via, & omnem virum qui ha-
15.n.1 bebat negotium, ut veniret ad re-
gis iudicium, vocabat Abſalon ad
se, & dicebat, de qua civitate es tu?
num. 2. *Lyra.* Stabat iuxta introi-
tum portæ, idest antequam aliquis
intraret ad regem mane surgens Ab
salon. *num suo* 3. *Quibus emit ambi-*
tiosus honorem? Mane consurgens Absa-
lon. Dum manicabat somno (quo se pri-
vabat) soporis, somnium vanus compa-
rare studebat honoris. Primus, & ante
omnes, qui apud regem habebant negotia
ipse surgebat, quia apud omnes maiori
studio, quàm quisque illorum proprium
apud regem tractaret negotium, suum
ipse de favore populi obtinendo ad medita-
tam rebellionem sollicitus agebat. Et om-
nem virum, qui habebat negotium,
ut veniret ad regis iudicium voca-
bat Abſalon ad se &c. *Omnes nullo*
prætermisso vocabat, ut se omnibus æqualē
futurum indicaret, & sic omnes ad illum
in regem acceptandum excitaret.

Stabat iuxra introitum por- 2750
tæ in via. *num.* 2. *Lyra.* ita quód om-
nes illi, qui ingrediebantur ad regē 2 Reg.
pro negotijs, habebant iuxta eum 15.n.2
transire. *nu. suo* 4. *Non sedebat pro re-*
gali principis dignitate, sed statione hac
indicabat se plenum instabili vanitate.
Et omnem virum &c. *nu.* 2. *Lyra.*
Pauperem, vel divitem, ut magis co-
loraret fictionem suam; *num suo* 5.
Omnes, quos videbat viros ad se vocabat,
& quin eorum causas audiret, cùm tantùm
de qua civitate venirent, rogaret, de bo-
nitate, & iustitia causarum eos laudabat,
& adulatione principe indigna, à vilis
etiam hominibus, sibi laudem mercari de-
siderabat

2 *Reg.* 15. Videtur mihi sermo- 2751
nes tui boni, & iusti, sed non est qui
te audiat constitutus a rege. *n.* 3. *Lyra* 2 Reg.
Quasi dicat, statim deberet tua peti- 12.n.3
tio exaudiri. Sed non est qui te au-
diat, quasi dicat, rex iā est antiquus
nec potest competenter intendere
talibus: & ideo magnum damnū est,
quód alius habens zelum communi-
tatis non est ad hoc constitutus. *n.*
suo 5. *Sic boni communis simulabat amo-*
rem, cúm proprium sibi affectaret honorē.

2 *Reg.* 15. Et cúm accederet ad eū 2752
homo, ut salutaret illū, extendebat
manū suam, & apprehendens oscula- 2 Reg.
batur eū. *n.* 5. *Lyra,* Extendebat manū 15.n.5
suam &c. in signum familiaritatis.
num. suo 10. *Cuique dabat manum, cuius*
imaginem sibi pro titulo erigere cogi-
tabat

cogitabat, fictam sic manum monimento ponendam vera manusumebat, & hanc fictionem honoris mentiti, vero honore anticipaté præstito vilis hominibus mercator honoris imprudens libenter solvebat.

2753 Apprehendens, osculabatur eũ. *numer.* 5. *Lyra.* In signum magnæ
2 Reg. condenscensionis. *num. suo* 1. *Vnum*
15. n. 5 *quemque quasi à se fugientem apprehendebat, quia in vnoquoque fugientem á se regiam, quam apprehendere cupiebat dignitatem facto ipso portendebat, sicut enim qui despicit, fugit, sic qui appetit fugat honorem. Osculabatur in signum pacis, & hoc signo ad bellum milites denotabat, quos enim osculabatur, hos rebellione contra patrem regem sibi socios futuros designabat.*

2754 *Secundo Reg.* 15. Faciebat hoc omni Israel venienti ad iudicium, ut
2 Reg. audiretur a rege, & solicitabat cor-
15. n. 6 da virorum Israel. *n* 6 *Lyra.* In Hebræo habetur furabatur corda, quia per tales fictiones falsas iniustè attrahebat ad se corda hominum, ut sic ei iungerentur contra patrem suum: quia propter talia eis impensa indicabant, & dicebant eum esse regno dignum. *num. suo* 2. Solicitabat. *Dum enim his effectibus operis, effactis oris, affectibus cordis suum erga illos præsentem ostẽdebat amorem regalem, eorum erga se volebat mercari amorem popularem: æquale sic pretium erat, amoris amor.* Furabatur corda virorum Israel, *fuerat pro furto postmodum suspendendus nec corda furanti chorda ad suspendium defuit ex capillis hæc confictā ipsum in acre suspensum sustentavit, quousque Ioab tribus telis eius cor transverberavit.*

2755 2 *Reg.* 15. Dixit Absalon ad regem David, vadam & reddam vo-
2 Reg. ta mea, quæ vovi Domino in He-
15. n. 7 bron. *num.* 7. *Lyra.* Locus enim ille sanctus reputabatur eò quód quatuor patriarchæ principales sunt ibi sepulti cum suis coniugibus, scilicet Adam, & Eva; Abraham & Sara, Isaac & Rebecca, Iacob & Lia, & ideo Absalon fingebat illuc ire ex devotione. Sed principaliter intendebat ibidem contra patrem conspirare, & quia David pater eius ibi primo regnavit, ideo videbatur locus aptus, ut ibi inciperet regnum eius, *num suo* 5. *Rectè sua, & non Domini vota se reddere velle dicebat, sua enim de regno vsurpando desideria ibi perficere intentabat. ibat ergo non quasi devotus ex divina religione, sed devotus humanæ ambitioni.*

Secundo Reg 15. Misit autem 2756
Absalon exploratores in vniversas
tribus Israel, dicens, statim, ut au- 2 Reg.
dieritis clangorem buccinæ, dicite, 15. n.
Regnabit Absalon in Hebron. *nu.* 10. &
10. & 11. *Lyra.* Describitur ipsius 11.
Absalon conspiratio quia ad diem determinatam congregavit fautores suos in Hebron. Misit enim nũtios ad civitates principales tribuum, ita quòd in qualibet civitate erant plures ex parte Absalon, quorum vnus habebat tubam, scientes horam in qua clamaretur in Hebron ad sonitum tubæ, Regnabit Absalon, ita quód eadem hora in omnibus civitatibus notabilibus nuntius Absalon habens tubam, ut sonaret, & alij discurrentes per vicos clamarent, Regnabit Absalon in Hebron, divulgantes quód ibi erat iunctus in regem, & quód principales de civitatibus festinarent illuc ad faciendum sibi debitam reverentiam, *n. suo* 6.

Non misit tyrannus, ut ad cla- 2757
morem buccinæ diceretur, Regnat Absalon in Hebron, sed ut diceretur, Regnabit.
seu (ut alij legunt) Regnavit; *ac si* 2 Reg.
nesciens quid iuberet, vellet ostendere, 15. nu.
regnum suum non dum incepisse: vel non 10. &
tam incepisse, quàm desijsse, adeoque bre- 11.
vi temporis spatio se in dominio tyrannicè vsurpando permansurum, ut priùs regni illius finis, quàm initium potuerit publicari.

Secundo Reg. 15. Cùm Absalon 2758
iverunt ducenti viri de Hierusalem

vocati euntes simplici corde, & causam penitus ignorantes. *n.* 11. *Lyra.* Ad petitionem ipsius Absalon, ut pauciores cum David remanerent, & ut illi de civitate regia viderentur sibi favere, qui propter multitudinem aliorum Absalon faventiũ, non audebant contradicere. *nu. suo* 7. *Cùm Absalon de rebellione cogitaret, de civitate regia ducentos viros nobiles secum adduxit intentatæ rebellionis inscios, ut qui illos sibi associatos videret, cùm ille rebellionem declararet, socios in rebellione eos esse reputaret; & illorum exemplo concitatus etiam adversus legitimum regem rebellaret.* Euntes simplici corde, & causam penitus ignorantes. *Corde tamen vno, non ducentis cordibus iuisse dicuntur Absalon enim omnium corda adeo in sui amorem adunaverat, ut vnum omnes cor ad illum sequendum, non singuli corda singula vendicarent.*

2759 *Secundo Reg.* 15. Accersivit quoque Absalon Achitophel Gilonitem consiliarium David de civitate sua Gilo. Cúmque immolaret victimas: facta est coniuratio valida, populúsque concurrens augebatur cum Absalon. *n* 12. *Lyra.* Accersivit Achitophel de cuius consilio Absalon hoc negociũ acceperat, ut alij faciliùs iungerentur sibi, videntes principalem regis cõsiliarium adhærentem sibi. *n. suo* 8. *Regis consiliarium à curia absentem, & in civitate patria degentem existimans à rege alienatum, sibi consiliariũ constituere decrevit, illum ad se vocans, ne temerè, & sine consilio rem tantam intentare videretur, quæ proinde non diu permansura, sed breviter casu ruitura, ut casu facta, ostenderetur.* Accersivit quoq; Absalon Achitophel, *& vnum hunc specialiter vocesse refertur cum ducentos viros simul secum à civitate regia adduxisse dicatur, hunc enim instar ducentorum reputabat, qui consilio omnes alios superabat.*

2 Reg. 15. nu. 12.

2760 *Secundo Reg.* 18. Accidit autẽ, ut occurreret Absalon servis David, sedens mulo: cúmque ingressus fuisset mulus subter condensam quercum, & magnam, adhæsit caput eius quercui, & illo suspenso inter cælũ, & terram, mulus, cui insederat pertransivit. *num.* 9. *Lyra.* Quia videns suos devictos ad fugiendum expeditiùs deposuerat galeam, & sic per capillos suos, qui multi erant retentus est frondibus quercus. *nu. suo* 1. Adhæsit caput eius quercui. *num.* 9. *Apparuit Absalonis caput, non diademate regio coronatum, sed nudatum, è quercu per crines, quasi per funes ei colligatum, suspensum tamquàm spolium divinæ iustitiæ triumphale, erat enim quercus arbor triumphalis in qua Deus iustus in rege de filio impijssimo triumphabat, & divinæ iustitiæ manubias ex arbore illa suspensus ostentabat.*

2 Reg. 18. n. 9

2761 2 *Reg.* 18. Tulit ergo tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalon. *nu.* 14. *Lyra.* Tribus lanceis configitur triplici concupiscentiæ assentiendo. *n. suo* 12. *Cúm vivus Absolon è quercu suspensus penderet, videns Ioab adversùs se tribus armatum telis, nullum protulit verbum, quo eum ad commiserationem sui provocaret. Recognovit enim commissi à se criminis magnitudinem, & attonitus siluit: séque indignum venia reputans de humana simul, & de divina misericordia desperavit.*

2 Reg. 18. nu. 14.

2762 *Secundo Reg.* 18. Et tulerunt Absalon, & proiecerunt eum in saltu, in foveam grandem, & comportaverunt super eum acervum lapidum magnum nimis. *num.* 17. *Lyra.* Hoc fecerunt secundùm legem, Deut. 21. vbi præcipitur filius contumax à populo lapidari. Ille autem non solum erat contumax, sed etiam manifestè persequebatur patrem, & ideo non solùm erat dignus gladio perimi, sed etiam à populo lapidari. *num. suo* 5. *Vt acervus ille magnus nimis lapidum magnam cordis duritiem omnibus posteris in Absalone fuisse testaretur: lapideoque*

2 Reg. 18 nu. 17.

Deut. 21.

lapideoque cordi plures lapides adhærerent, ex quibus non tam ſepulchrum quàm ſupplicium Abſaloni ædificaretur.

2763 *Secundo Reg.* 18. Abſalon erexerat ſibi, cúm adhuc viveret, titu-
2 *Reg.* lum, qui eſt in valle regis: dixe-
18. *nu.* rat enim, Non habeo filium, & hoc
18. erit monumentum nominis mei. Vocavitque titulum nomine ſuo, & appellatur, Manus Abſalon vſque ad hanc diem. *num* 18. *Lyra,* Dixit Ioſephus quòd fecerat ſtatuam marmoream ad ſui memoriam in poſterum. *n. ſuo* 6.

Et ad illud, Dixerat enim &c.
2764 *ſic ait Lyra.* Supra 14. cap. dictum
2 *Reg.* eſt quòd habuit tres filios, & ideo
18. *nu.* dicendum eſt quód erāt mortui, vel
18. inepti ad regnandum poſt ipſum. *numer. ſuo* 7. *Et ad illud,* Et appellatur &c. *num.* 18. *ſic ait idem Lyra.* Opus eius memoria dignum. Manus enim eſt organum organorum, ut habetur 3. de anima, & ideo per eam deſignātur opera & maximè ſolemnia, & memoria digna. *numer. ſuo* 6.

2765 Vocavitque titulum nomine ſuo, & appellatur Manus Abſalon.
2 *Reg.* *num.* 18. *Manum ergo, quam Philoſo-*
18. *nu.* *phus organum organorum nuncupavit,*
18. *in titulo ſibi erecto Abſalon iuſſit apponi, ut manus illa organi inſtar digitis ſuis, quaſi organi fiſtulis illum ad memoriam perpetuam magna ſui nominis gloria, & indigitare, & reſonare ſimul videretur. At ſua eum ambitioſa honoris fefellit cogitatio; manus enim illa ipſius Abſalonis manum in patrem armatam cum ſumma filij ignominia denotabat; & organi cantum lenem in flebilem planctum commutabat.*

Ex Abulenſi.

2766 **S***ecundo Reg.* 13. Factum eſt autem poſt tempus biennij ut ton- 2 *Reg.*
derentur oves Abſalon, & vocavit 13. *nu.*
Abſalon omnes filios regis. *numer.* 23.
23. *Abulenſ.* Quæret aliquis, quare Abſalon non aggreſſus eſt occidere Amnon, niſi poſt biennium, & hoc quando tonderentur oves? Reſpondendum, quód cauſa expectationis biennii fuit, ut tolleretur omnis ſuſpicio: ſi enim Abſalon invitaſſet omnes fratres ſuos pauco tēpore poſt deflorationem Thamar, ſuſpicari poſſet de eo, quód congregabat illos ad agendum aliquod malum in vindictam oppreſſionis Thamar: nunc autem cúm Abſalon à principio diſſimulaverit rem iſtam, nullus recordabatur huius rei, ideo ablata erat ſuſpicio. *quæſtione.* 3.

Deinde ſic pergit Abulenſ. Ad ſe- 2767
cundum cúm quæritur, quare fecit 2 *Reg.*
hoc in tonſione gregum? dicendum 13. *nu.*
quòd nullum tempus erat, in quo 23.
magis ſine ſuſpicione agere poſſet, quia fortè non erat conſuetudo inter filios regis David, quód ſe invicem invitarent; ideo ſi Abſalon voluiſſet facere aliquod feſtum fratribus ſuis invitando eos, quia erat aliquid novi cauſaret ſuſpicionem. Tempus autem tondendi greges apud Hebræos erat tempus faciendi magna convivia propter Patriarchas qui paſtores erant. *q.* 13.

Omnes filios regis Abſalon ad 2768
convivium, quod à ſe præparatum eſſe
ſignificabat, convocavit, ut fraternum er- 2 *Reg.*
ga omnes amorem ſingulis oſtenderet: 13. *nu.*
Amnoni præcipuè, qui invitatus ad men- 23.
ſam, non iam ſibi Abſalonem iratum pro iniuria ſorori ſuæ illata, ſed omnino placatum eſſe exiſtimaret: eſſet enim ſibi exhibitum convivium fraternæ erga ſe benevolentiæ argumentum.

Secundo Reg. 13. Venitque 2769
ad regem, & ait ad eum, Ecce ton-
dentur oves ſervi tui: veniat oro rex 2 *Reg.*
cum ſervis ſuis ad ſervum ſuum. 13. *nu.*
n. 24. 24.

n. 24. *Abulens.* Vocabat enim se Absalon servum David quamquam esset filius eius, ad humiliandum se illi, sic etiam vocavit se servum iterū *infra* 15. Veniat oro rex cum servis suis ad servum suum. Idest, veniat rex cum filijs suis ad tonsionem ovium mearum, qui sum servus. *q.* 13.

2770 *Adhuc sic pergit Abulens.* Ecce quā reverenter loquebatur Absalon ad David; nam quanquam esset David pater Absalon, tamen vocavit eum regem, & non patrem: quia rex est nomen timoris, & honoris magni: pater autem est nomen dulcedinis; Politi. cap 1. *q.* 13. *Non dicitur ad patrem, sed ad regem venisse Absalon; qui enim de nece fratris ad vindicandam sororis iniuriam cogitabat, non iam Davidē, ut patrem aspiciebat, qui ut pater agré occisionem à se Amnoni filio regis inferendā toleraret: sed ut regem attendebat, qui ut rex violationem filiæ suæ ab Amnone illatam, iusté morte vindicandā ab ipso Absalone, reputaret.*

2 *Reg.* 13. *nu.* 24.

2771 2 *Reg.* 13. Ecce tondentur oves servi tui: veniat oro rex cum servis suis ad servum suum. *n.* 24, *Abulen.* Quare Absalon cum Amnon iuvitavit David, & omnes fratres suos? *q.* 14. *Et sic respondet.* Nam eunte patre cum filijs nemo posset arbitrari quòd Absalon intenderet aliquod malum præsente patre efficere: & quia putabat Absalon, quòd Amnō attenderet ad aliquam suspicionem, volebat procurare maximam securitatem, & ista erat, si iuisset illuc David. *q.* 14.

2 *Reg.* 13. *nu.* 24.

2772 *Bis se servum regis Absalon in hoc loco nominavit, & antequam alios filios servos diceret, & postquam illos servos etiam regis nuncupaverat: ut se & corpore, & animo servum esse regis indicaret; & à singulis fratribus suis regi patri unicum simplexque obsequiū posse deferri; à se autem duplum exhibendum demonstraret.*

2 *Reg.* 13. *nu.* 24.

2773 2 *Reg.* 13. Et ait Absalon ad David, si non vis venire, veniat obsecro nobiscum saltem Amnon frater meus. Dixitque ad eum rex, Nō est necesse, ut vadat tecum. *nu.* 26. *Abul.* Amnon erat primogenitus David, & erat princeps omnium fratrū suorum, quasi successurus patri, ideo nullus erat, qui convenienter repræsentare posset vicē David nisi Amnon: vnde vocatus est propter absentiam David. *q.* 15. *Vt dum se præ cæteris à fratre Absalon videret honoratum, nullam de odio Absalonis adversùs se concepto suspicionem habere posset. Non enim in eo adversùs se posset deprehendere rancorem, in quo fraternum testatum verbis aspiciebat amorem.*

2 *Reg.* 13. *nu.* 26.

2 *Reg.* 13. Præceperat autem Absalon pueris suis dicens, observate, cúm temulentus fuerit Amnon vino, & dixero vobis, percutite eū, & interficite: nolite timere: ego enim sum, qui præcipio vobis, roboramini, & estote viri fortes. *nu* 28. *Abulens.* Est autem intelligendum quód Absalon sedebat ad mensam cū alijs fratribus, ut tolleret suspicionem, nec putaretur quòd aliquid mali moliebatur contra eos, dum ipsi cibum sumerent. *q.* 15. *Non solùm convivium fratribus præparaverat, sed & sedens cum fratribus ad mensam epulabatur, ut sic non solùm signa munificentiæ, sed & benevolentiæ fratribus exhiberet.* 2774

2 *Reg.* 13. *nu.* 28.

3 *Reg.* 13. Surgentesque omnes filij regis, ascēderunt singuli mulas suas, & fugerunt. *n.* 29. *Abulens.* Surgentes de mensa, nam in mensa occisus est Amnon, & potuisset Absalon occidere cæteros filios regis, sed noluit, quia solus Amnon offenderat eum. Ascenderunt singuli mulas suas, & fugerunt. Putabant enim quód Absalon vellet occidere omnes fortè, ut ipse solus maneret de filijs regis ad succedendum; habuerunt motivum huius præsumptionis, quia mors inchoata est in primogenito, qui videbatur successurus. *q.* 17. 2775

2 *Reg.* 13. *nu.* 26.

In mensa occisus est Amnon, ut qui sub fraternæ dilectionis velamine, ostendens 2776

2 Reg. 13. nu. 29. *dens se velle a sorore sua Thamar cibum accipere, culpam violationis commiserat, sub fraterni amoris velamine inuitatus, ut epulas à fratre susciperet, pœnam subiret. Vt qui fraude sororem oppresserat, dolo à fratre opprimeretur, ut sic pœna culpæ assimilaretur.*

2777 2 Reg. 13. nu. 39. 2 *Reg.* 13. Cessavitque rex David persequi Absalon eò quód consolatus esset super Amnon interitu. *n.* 39. *Abul.* In Hebræo est verbum æquivocum, & potest dici. Cessavit David post Absalon; idest, cessavit persequi Absalon; vel desideravit David post Absalon. Istum secundum sensum tenent Hebræi, dicentes, quód David desideravit iam videre Absalon postquam transierant tres anni. Et dicunt hoc esse factum ad instantiam matris eius Maacha. *q.* 18.

2778 2 Reg. 13. nu. 39. *Deinde sic progreditur.* Si tamen David desiderasset videre Absalon, nullo instante ipse revocasset eum. Item non stat, quia postquam precibus Ioab reductus est in terrã Israel, iussit David, quòd non introiret in Hierusalem, nec videret faciem eius: ergo nullo modo desideravit ipse videre Absalon. *q.* 18.

2779 2 Reg. 13. nu. 39. *Iterum ostendit Abulen. sibi non placere Hebræorum sensum, & sic ait.* Etiam quia numquam Absalon vidisset faciem David nisi post duos annos postquàm reductus est Absalon in terrã Israel; nisi Ioab iterũ orasset pro eo ad David, quód permitteretur venire ante regem, & tunc permissus est: ergo non desiderabat eum David videre, alioquin non opus fuisset, ut quis pro eo orasset. *q.* 18. *Cessavit persequi, quia pater erat, ne se ostenderet filij persecutorem, cuius potiùs esse volebat prosecutor, ut sic ipse filius, sui patris exemplo, noluisset adversus patrem officium agere persequentis, sed potiùs munus exercere prosequentis.*

2780 2 Reg. 14. nu. 21. 2 *Reg.* 14. Et ait rex ad Ioab, ecce placatus feci verbum tuum: vade ergo, & revoca puerum Absalon. *n.* 21. *Abul.* Volebat enim David cõcedere reductionẽ Absalon, sed noluit istam concedere mulieri petenti, quousque inquisivit, an Ioab esset auctor huius, quo cognito concessit hoc David Ioab, & non mulieri: voluit enim quód ipse redderet gratias David pro hoc, & non mulier. *q.* 16.

Aliam præbet rationem Abul. sic. 2781 2 Reg. 14. nu. 21.
Etiam quia mulier non erat digna tanto beneficio, sed Ioab, qui erat vir excellens in Israel, & cognatus regis. Item quia Absalon teneretur nimis obligatus illi, per quem reduceretur in Israel, & si cõcessisset rex mulieri, quód petente ea reduceretur Absalon, teneretur ei Absalõ pro hoc beneficio: non erat autem decens obligare filium regis mulieri, sed fuit meliús quód obligaretur Ioab, quia erat vir famosus, & de cognatione Absalonis. *q.* 16.

Et ad illud, Vade igitur &c. *nu.* 2782 2 Reg. 14. nu. 21.
21. *sic ait Abul.* Idest vade in Gessur, & reduc inde Absalon. Fuit autem missus illuc Ioab propter honorem Absalon; nam poterat simplex nuntius cum litera regis destinari de securitate Absalonis: ut esset tamen honorabilior reditus eius, missus est illuc Ioab vir honorabilissimus in toto Israel. *q.* 16. Voca puerum *n.* 21. *Dum filio parcit, appellat puerum, non eũ filium nominavit, ne in concessione veniæ aliquis eum respexisse ad consanguinitatis affectionem, sed ad ætatis defectionẽ existimaret. Sola enim filio ætatis defectio, quæ culpam elevaret, pœnam iuste alliviaret.*

2 *Reg.* 14. Sicut Absalon, vir 2783 2 Reg. 14. nu. 25. & 26.
non erat pulcher in omni Israel, & decorus nimis: á vestigio pedis usque ad verticem, non erat in eo ulla macula. Et quando tondebat capillum (semel autem in anno tondebatur, quia gravabat eum cæsaries) ponderabat capillos capitis sui ducentis siclis pondere publico. *nu.* 25. & 26. *Abulens.* Quæret aliquis, ad quid ponderabantur capilli Absalonis?

lonis? Aliqui respondent, quòd pō-
derabantur ad vendendum, scilicet,
quia erant pulchri nimis, & mulie-
res emebant eos, ut subornarent in-
de capillos suos, colligantes eos cum
suis, & occulté miscentes: & dicūt
quód ideo dicitur pondus capillorū
ducentorum siclorum, quia pro qua-
libet tonsione dabantur ducenti sicli
in pretio. *q.* 18.

2784 *Non placet hoc Abulens. vnde sic ait,*
Hoc non stat. Primò quia non est
2 *Reg.* verisimile quòd filius regis vende-
14. *nu.* ret capillos suos, nam istud erat tur-
25. & pe lucrum. Secundó non stat, quód
26. acciperentur pro ornamentis, quia
capilli ornamentorum fæminarum
sunt valde longi, quos ipsæ nutriunt
multis annis; capilli autem Ab-
salon, qui tondebantur annuatim,
non poterant esse tam longi ut con-
venirent illis ornamentis. Tertió nō
stat, quia non est verisimile, quòd
pro tonsione capillorum darentur
ducenti sicli, quia istud erat magnū
pretium inter Hebræos. *q.* 18.

2785 *Vnde infrà sic ait Abul.* De Ab-
salon dicendum quód cúm ipse esset
2 *Reg.* valde pulcher, & gloriaretur de pul
14. *nu.* chritudine, non tondebat capillos
25. & suos, nisi ex necessitate, scilicet, quia
26. gravabat eum cæsaries, sicut dicitur
in litera. Sciendum autem quòd Io-
sephus dicit, 7. Antiq. tantam fuis-
se multitudinem capillorum, vt vix
octo diebus tonderi posset; & erat
tonsura ducentorum siclorum, qui
faciunt quinque minas. *q.* 18.

2786 *Siclus pretium erat, quo duplicato
aries vnus Deo offerendus emebatur, ut li-*
2 *Reg.* *quet ex Levit. cap.* 5. *ac proinde tonsio*
14. *nu.* *vna Absalonis, quasi centum arietibus cō-*
25. & *parabatur. Nec mirum, nullum enim pre-*
26. *tium magnum videretur esse fœminis,*
Levit. 5 *dummodò illo decoros Absalonis crines
emerent, quibus capita sua ad augendam
pulchritudinem adornarent. Hos igitur
crines tondebat Absalon, quando eum cæ-
saries nimis gravabat; non ita tamen, ut
aliquid de pulchritudine detraheret: eli-
geret enim potiùs immensum capite pōdus
sustinere, quàm se aliquantisper sua pul-
chritudine defraudare.*

2 *Reg.* 14. Sicut Absalon vir nō 2787
erat pulcher in omni Israel, & deco-
rus nimis: a vestigio pedis vsque ad 2 *Reg*
verticem non erat in eo vlla macu- 14. *nu.*
la. *n.* 25. *Abulens.* Quæretur ad quid 25.
Scriptura hîc agit mentionem tam
accuraté de pulchritudine Absalon?
Et postea sic respondet Abulens. Fecit
ergo Deus aliquid valde admirandū
in hoc: nam eos, quos nos præcipu-
os in bonis summis existimavimus,
calamitosos efficiens, amarissima cō-
fecit morte. Nos enim robur cor-
poris, agilitatem, sapientiam, sæcu-
larem potentiam, pulchritudinem, &
similia, summa bona esse putamus,
quibus ardentissimo affectu frui cō-
cupiscimus. Fecit ergo Deus quòd
illi, in quibus ista bona maxima fue-
runt, felicitatem nequaquam con-
secuti fuerint, sed calamitosi inter
alios effecti sint. *q.* 20.

Deinde apponens exempla sic per- 2788
git Abulens. Nullus enim inter viros
tanti vmquam roboris fuit, sicut 2 *Reg.*
Samson; qui mille viros cōtra se pug- 14 *nu.*
nantes cum mandibula asini occidit. 25.
Portas etiam vrbis cum vectibus su-
is simul eruens super humeros tulit. *Iud.* 15
Iudicum 15. Ipse tamen miseranda
morte explevit vitam. Nam priùs à
fæmina deceptus, manibus hostium
traditus, miserabiliter deturpatus
ad molam asinariam turpiter, ut asi-
nus molere compulsus est: postea au-
tem amaram vitam dura morte cō-
pleuit Iudic. 16. *Iud.* 16

Nullus etiam vnquam in cursu
agilior quàm Asael frater Ioab reper-
tus est, qui in cursu sylvarum capre-
as superaret: hìc tamen ab Abner in
bello, & sine magna gloria percussus
occubuit.

Inter homines etiam nullus Sa- 2789
lomone sapiētior fuit, nec ei æqua-
lis repertus est; quoniam sequenti 3 *Re.* 3
lib. cap. 3. dicitur, Quòd Salomon
habuit

habuit sapientiam à Deo, ita quòd nullus hominum ante eum, nec post eum æqualis ei fuerit, ipse tamen, cùm in principio regni gloriosissimus fuisset depravatus est ad senectutem idola colens, & multæ impudicitiæ se tradidit. Inimicum quoque Idumæum parvulum habens ab eo satis inhonestè timore concutiebatur, sequenti lib. cap. 11. Divitijs quoque nullus Salomonem præcessit, sed ipse præcedebat omnes reges terræ sequenti lib. cap. 3. Ipsæ tamen gloriosum exitum non habuerunt.

3 Reg. 11.

3 Re. 3

2790 Nullus quoque Alexandro major fuit: ipse tamen inexpleto desiderio regnandi finitis duodecim annis veneno extinctus periit. Absalō autem in pulchritudine fortassis omnibus hominibus sæculi excellentior fuit: hunc tamen miserāda mors exterminavit.

Macha.

2791 *Tandem sic concludit Abulens.* Narrat ergo scriptura horum excellentias, ut postea eorum concludat excidia, ut sic in nullo eorum bonorum, quæ à nobis potissima iudicantur, fælicitatem esse liqueat. *Omnia in q. 20. O utinam pulchritudini corporis pulchritudo animi responderet; & sicut nulla erat in corpore macula, sic nullus in animo nævus foret; at animi turpitudo, corporis pulchritudinem fœdavit, dum accedens ad patris sui uxores se ipsum, totamque sui corporis pulchritudinem deturpavit.*

2792 2 *Reg.* 15. Igitur post hæc fecit sibi Absalon currus, & equites, & quinquaginta viros, qui præcederēt eum. *n.* 1. *Abulens.* Quia videbatur difficile quòd homo parvi status, & honoris assumeretur ad principatū regalē. ideo voluit Absalon ex magno tempore esse in honore, quasi regio: & conabatur præcedere omnes fratres suos in honore, & statu, ut quasi ex ipso statu videretur esse rex, & dignus regno. *q.* 2.

2 Reg. 15. n. 1

2793 *Deinde probat Abulen. id non fuisse signum rebellionis adversus regem in hunc modum.* Quia Adonias filius David post mortem Absalonis fecit sibi currus, & equites, & quinquaginta viros, qui præcederent eum. 3 *Reg. cap.* 1. Et David sciens illud non curavit, nec corripuit eum: fuisset tamen si significaretur in hoc manifesta insurrectio. Etiam ipse Adonias non egisset hoc publicé, si esset signū rebellionis, quia timeret exemplum Absalonis, qui ex hac causa miserabiliter mortuus est. *q.* 3.

2 Reg 15. n. 1.

3 Re.

2794 *Quærit postea Abulens. quam ob causam David sciens Absalonem non futurum sibi in regno successorem, non illum de hoc regio apparatu reprehenderit? & sic respondet.* Tolerabat David ista ex dilectione, quia postquam reductus est, & stetit coram facie eius, dilexit eū nimis; vnde quamquam postea insurrexit contra eum misit David ad bellum viros suos contra Absalon, iussit tamen quòd observaretur Absalon à morte dicens, Servate mihi puerum Absalon cap. 18. Cùm autem scivit eum mortuum flevit amaro corde dicens, Fili mi Absalon &c. *q.* 4. Igitur post hæc. *n.* 1. *Post tot à rege patre accepta beneficia, inferenda regi cogitabat maleficia, ingratus filius, qui nec ad patrem attendebat sui genitorem, nec ad regem sui benefactorem.*

2 Reg. 15. n. 1.

2795 2 *Reg.* 15. Respondebatque ei Absalon, Et videntur mihi sermones tui boni, & iusti, sed non est qui te audiat constitutus à rege. *num.* 3. *Abulens.* In hoc captabat nimis favorem cuiuslibet, quia quemlibet laudabat, dicens: Videntur mihi sermones tui boni, & iusti: hoc autem refertur ad causam, pro qua ille veniebat, nam audita ea Absalon laudabat illum, tamquam vir ille foveret iustam causam, & ob hoc omnes viri desiderabant litigare iudice Absalone, quia cuiuslibet illorum per se causam laudabat.

2 Reg. 15. n. 3

2796 *Et ad illud,* Sed non est qui te audiat &c. *sic ait Abulens.* In hoc autē Absalon nimis aspirabat ad regnum, quia

2 Reg. 15. n. 1

quia ostendens deligentiam suam magnam, & favorem ad quemlibet, & negligentiam magnam, atque deordinationem tempore David, innuebat se esse convenientem iudicē, si constitueretur, & in hoc movebātur omnes ad desiderandum constituere eum regem q. 4.

2797 2 Reg. 15. n. 3 *Certe inter eos, quibus Absalon alloquebatur adversarios sibi invicem, & super eodem negotio adversùs se ipsos invicem litigantes, Absalonis causas referentes, audiebat. Quemodò ergo omnes laudibus efferebat, & cuique iustitiam causæ suæ approbabat, dicens,* Videntur mihi sermones tui boni & iusti? *suum singulis sic, licet non omnibus debitum, promittebat ambitiosus favorem, ut ab omnibus non debitum sibi compararet honorem. Nec mirum, ita namque pretio ementiti favoris, mercedem ementiti mercabatur honoris.*

2798 2 Reg. 15. nu. 4. 2 *Reg.* 15. Dicebatque Absalon, Quis me constituet iudicem super terram, ut ad me veniant omnes, qui habent negotium, & iustè iudicem. *n.* 4. *Abulens.* In hoc enim nititur colare Absalon iniquum affectum suum, scilicet quòd ipse non aspirabat ad honorem propter desiderium eius, sed propter bonū puplicum, scilicet ut iustè iudicaret omnibus. Sed ista fallacia non erat nimis latens, quia qui honorem desiderat, non est dignus honore; & qui desiderat statum excellentem, non potest eum convenienter sustinere. Qui ergo dignè accipere debet, non volens, & cupiens, sed obediens, & compulsus suscipere debet. *q.* 5.

2799 2 Reg. 15. nu. 4. *Et infrà sic ait Abulens.* Verba tamen Absalon aliqualiter signabāt desiderium suum ad regnum, quia dicebat: Quis me constituet iudicem super terram idest super totam terram: hoc tamen ad neminem pertinebat, nisi ad regem. Item quia dixit, ut veniant ad me omnes, qui habent negotium: in quo volebat esse iudex universalis in toto Israel: sed hoc ad nullum pertinebat nisi ad regem: Absalon ergo per hæc verba intentionem suam aliqualiter exprimebat, & aliqualiter iniquitatem desiderij occultabat. *q.* 6. *His verbis non tam honorem, quàm laborem sibi affectare monstrabat. Unum se iudicem sufficientem ad iudicandum omnes causas omnium hominum iustè futurum promittebat; ambitiosus nimis, qui cum alijs nolebat partiri laborem, ut ipse solus totum sibi vendicaret honorem.*

3 *Reg.* 14. Sed & cúm accederet ad eum homo, ut salutaret illum, extendebat manum suam, & apprehendens, osculabatur eum. *num.* 5. *Abulens.* Extendebat manum suam, scilicet ad tenendum eum, non permittendo, quòd aliquis coram eo humiliaretur, sed elevabat omnes de terra, & loquebatur cum eis familiariter: ut magis ad se induceret. *q.* 7. 2800 2 Reg. 15. n. 5.

Et exponens illud Et apprehendēs osculabatur eum. *num.* 5. *sic ait Abul.* Istud est ad signum magnæ dignationis, scilicet quòd ipse ad tantum se inclinaret, quód quemlibet de populo oscularetur, neminem dedignabatur, sive magnus esset, sive parvus, & hoc provocabat amorem populi. *q.* 7. Apprehendens. *nu.* 5. *Quasi à se vera humilitate fugientes, ficta humanitate apprehendebat, atque ita ferissimum suæ cupiditatis monstrum sub velamine suavissimæ humanitatis contegebat.* 2801 2 Reg. 15. n. 5

2 *Reg.* 15. Faciebatque hoc omni Israel venienti ad iudicium, ut audiretur à rege, & solicitabat corda virorum Israel. *n.* 6. *Abulen.* Quæritur quare Absalon potiús faciebat hoc venientibus ad iudicium coram rege, quàm alijs? *q.* 8. *Et sic respondet.* Quia ipse volebat ad se trahere corda omnium virorum, illos autē, qui erant in Hierusalem iam ad se traxerat per quotidianam præsentiam, & aliquos illorum attrahere non audebat, 2802 2 Reg. 15. n. 6

debat, quia nimis erant coniuncti David, & timebat quód volendo eos ad ſe trahere, manifeſtaretur cõſpiratio. *q.* 8.

2803 2 *Reg.* 15. *n.* 6 *Deinde ſic pergit Abulenſ.* In extraneis autem venientibus ad iudicium non erat hoc, quia illos numquam viderat, cùm noviter venirẽt, ideo tunc oſculabatur eos, ut tùnc ad ſe traheret, & per hoc non ſolúm ipſos trahebat, ſed etiam omnes alios, qui erant in vrbibus iſtorum: nam cùm iſti redirent de iudicio ad vrbes ſuas, & referrent concivibus ſuis quid egiſſet cum eis Abſalon, omnes afficiabantur ad Abſalonem, & ſic plurimi, qui nunquam viderãt Abſalonem ex todo corde diligerẽt eum. *q* 8.

2804 2 *Reg.* 15. *nn.* 6. *Poſtea ſic ait.* Hoc modo factum eſt, ut cùm Abſalon conſpiraret in Hebron contra David, & iuſſiſſet per omnes civitates eadem hora buccina clangi, vivat rex Abſalon, omnes pariter conſenſerint, vnde nuntius veniens ad David de Hebrõ dixit ei: Toto corde vniverſus Iſrael ſequitur Abſalon. *q* 8.

2805 2 *Reg.* 15. *nu.* 6. *Et exponens illud*, Solicitabat corda virorum Iſrael. *n* 6. *ſic ait Abulenſ.* Ideſt movebat per hunc modũ corda omnium Iſraelitarum, ut deſiderarent eum facere regem, erat autem magna inductio, quia Abſalon erat vir pulcher nimis, & filius regis, ideo quòd ille dignaretur quoſcumque vulgares tam familiariter tractare, ut eos ſicut filios, & amicos chariſſimos oſcularetur: efficaciſſima perſuaſio erat, ita ut libenter omnes Iſraelitæ pro eo moverentur. *q.* 8.

2806 2 *Reg.* 15. *n* 6 *Arbitrantur aliqui Abſalonem ſibi regnum ante mortem patris affectaſſe, eò quòd poſt mortem patris ſibi debitum regnum fore exiſtimaret, quia frater eius ætate maior mortuus erat, vel ineptus ad regnum: & quia alioqui ignorabat Salomonem fratrem eius à Deo eſſe regno deſtinatum. Quaſi verò ſi Cheliab fratrem vivum videret: vel de voluntate Dei circa Salomonem ſibi conſtaret, regnum ſibi acquirere minimè intentaret.*

Aliter tamen opinatur Abulen. vnde ſic ait, Nam dato, quòd viveret Cheliab, & aptus eſſet ad regnum, & Abſalon cognoviſſet Salomonem à Deo inſtitutum regem, non attendiſſet ad hæc: nam ſi Abſalon præ iniquitate non erubuit rapere regnũ viventi patri, & eum occidere conatus eſt, minús erubeſceret auferre illud cuicumq; fratri quantumcumque ius haberet. *q.* 9. Solicitabat corda virorum. *n.* 6. *Ex Hebræo legi poteſt,* Furabatur corda virorũ. *Nihil igitur mirum, quòd poſtea, ut fur ſuſpẽderetur, foretque ei quercus patibulum, crines eſſent funes, ipſe quia ſibi carnifex exiſteret, quia nullus illo crudelior inveniretur.* 2807 2 *Reg.* 15. *n.* 6

2 *Reg.* 15. Dixit Abſalon ad regem David, vadam & reddam vota mea, quæ vovi Domino in Hebron. *n.* 7. *Abulenſ.* Quomodò David non videbatur rediculum eſſe, vel cõfictũ dictum Abſalon, cúm non eſſet veriſimile, quód ibi voviſſet offerre. Reſpondendum quòd aliquid probabile poterat movere David, ſcilicet, quia Abſalon natus eſt in Hebron, & ibi nutritus eſt in pueritia ſua, cúm regnaret ibi David, & offerebat ibi David ſacrificia; ideo poterat concipere Abſalon aliquam devotionem de offerendo ibi ſacrificium. *q.* 8. 2808 2 *Reg.* 15. *nu.* 7.

Deinde ſic progreditur Abulen. Alia cauſa poterat eſſe efficacior, ſcilicet quód moveretur Abſalon devotione quadam propter ſanctitatem loci, quia in Hebron ſunt ſepulti, quatuor patriarchæ cum vxoribus ſuis, ſcilicet Adam cum Eva, Abraham cum Sara, Iſaac cum Rebecca, Iacob cum Lia. Poterat ergo per devotionem horum moveri ad ſacraficandum in loco illo, & hoc fortè ſuſpicatus eſt David. *q.* 14. *Cæcus ambitione tyrannus, qui nec memoria mortis tantorum virorum,* 2809 2 *Reg.* 15. *nu.* 7.

rum, ac fæminarum in Hebron, in qua omnium sepulchra videbantur, potuit à prava divitiarum regni cupiditate revocari.

2810 2 *Reg.* 15. Misit autem Absalon
2 *Reg.* exploratores in vniversas tribus Is-
15 *à n.* rael, dicens, statim,ut audieritis clā-
10. gorem buccinæ, dicite, Regnabit Absalon in Hebron à *n.* 10. *Abulens.* Quilibet istorum nuntiorum ferebat tubam ad clangendum, & iam fuerat concordatum in Hebron,qua hora deberet ibi Absalon proclamari in regem, ille enim eadem hora iussum est,ut per singulas civitates clangeretur buccina, & omnes audientes dicerent simul, *Regnavit* Absalon in Hebron; vel vivat rex Absalon, & sic factum est. *q.* 15.

2811 *Ad omnes tribus misit legatos Ab-*
salon, sed nullam per illos rationem appo-
2 *Reg.* *suit, qua homines omnium tribuum ad re-*
15. *à n.* *bellionem commoveret. Neque ab aliquo*
10. *in omnibus tribubus à legatis ratio aliqua coniurationis quæsita fuit. Non enim inquirebatur ratio, quia invalescebat affectio. Nullam in regnaturo querebant rationem, qui antequam regnaret amore suo omnibus manifestato quasi iusto pretio emerat affectionem.*

2812 2 *Reg.* 16. Ad quem Absalon,
Hæc est inquit, gratia tua ad ami-
2 *Reg.* cum tuum? quare non iuisti cum
16. *nu.* amico tuo? *n.* 17. *Abulens.* Quære-
17. tur, cúm Absalon non desideraret bona patri suo, sed vellet occidere illum, quomodò increpabat ipsum Chusai, quia deseruerat David? *Et infrà sic respondet.* Potest dici, quòd quamquam Absalon iniqué persequeretur David: tamen malè sibi visum est, quòd ille, qui erat amicus David valde, nunc desereret eū, & forté suspicabatur aliquid contra eum, quòd mansisset dolosé in Hierusalem. *q.* 16. *Non dixit ad regem, ne patrem in regno sibi socium velle videretur. Nec dixit, Ad patrem meum, indignus enim erat, qui Davidem patrem nominaret. Sed dixit amicum tuum, quasi eum de amicitia erga regem patrem insimularet, ipsumque vnicum esse Davidis amicum, reliquis ad se confugientibus, denotaret.*

2 *Reg.* 16. Dixit autem Absalō 2813
ad Achitophel, inite consilium, quid 2 *Reg.*
agere debeamus? Et ait Achitophel 16. *nu.*
ad Absalon, Ingredere ad concubi- 20. & 21.
nas patris tui, quas demisit ad custodiendam domum; ut cúm audierit domus Israel quód fædaveris patrem tuum, roborentur tecum manus eorum. *nume.* 20. & 21. *Quærit Abulens. Quare Absalon non vocaverit Chusai ad consilium de ingrediendo ad cōcubinas patris, & sic respondet ex opinione aliena.* Aliquis dicet, quòd hoc fuit, quia Achitophel iudicavit ea, quæ erant delectabilia Absalon,ideo noluit habere alium consiliarium ea vice, ne fortè contrarium sentiret, & non frueretur Absalon delectabili suo. *q.* 5. Inité consilium. *num.* 20. *Non dixit Ineamus consilium, sed* Inite *Addiditque,* Quid agere debeamus? *non autem, quid agere debeatis? ut consiliarijs liberam dicendi, quid sentirent, tribueret facultatem; sibique exequendi id, quod ipsi iudicarent, imponendam ostenderet necessitatem.*

2 *Reg.* 18. Accidit autem, ut 2814
occurreret Absalon servis David, sedens mulo: cùmque ingressus fuisset 2 *Reg.*
mulus subter condensam quercum, 18. *n.* 9
& magnā; adhæsit caput eius quercui: & illo suspenso inter cælum, & terram mulus, cui insederat, pertransivit. *n.* 9. *Abulens.* Quæretur quomodó Absalon potuit pendere, fugiente mulo, quia ipse poterat tenere eum, & interim solveret capillos, vel amputaret? Respondet Rabbi Salomon, quòd Absalon pendens voluit sibi amputare capillos, ut cadens fugeret, sed vidit sub se apertam gehennam, & ne caderet in abyssos, voluit potiùs pendere in arbore. *q.* 12. Suspenso inter cælum & terram *n.* 9. *Ac si nec in cælum animus ascendere, nec ad solum descendere corpus valeret.*

valeret. Indignus namque erat hic tyrannus, cuius animum cælum reciperet, cuius corpus terra sustineret.

2815 2 *Reg.* 18. Vidit autē hoc quispiam, & nuntiavit Ioab dicens, Vidi
2 *Reg.* 18. *nu.* 10. Absalō pēdere de quercu. *n.* 10. *Abulens.* Putavit quòd Ioab nō occideret Absalonē, sed servaret, eò quòd David istud iusserat, & quia Ioab honorificentiùs poterat comprehendere Absalonem, qui erat filius regis, & non decebat, quód caperetur ab alijs viris minoris status, ne videretur esse vilepensus, vocavit ille Ioab. *q.* 13.

2816 *Et ad illud,* Vidi Absalō &c. *sic ait Abul.* Deus enim punierat eū, in quo
2 *Reg.* 18. *nu.* 10. peccaverat; nā ipse gloriabatur nimis in capillis suis, & pōderabat eos quolibet anno ducentis siclis pondere publico, ideo voluit Deus punire eum in hoc, faciendo quód pēderet per capillos. In hoc apparet quòd Absalon erat inermis, nā alioquin nō potuissent capilli sui arbori alligari, si aliquo armamento caput eius protectū esset. Sed fortè nō ad pugnandū, sed ad videndum venerat quomodó viri sui pugnarēt, ideo nūc inermis erat *q.* 13. *Non vidit hic miles caput Absalonis ex folijs quercus corona confecta coronatū, sed ad ramos quercus per crines gerentes vicē funiū alligatum. Non enim Absalonis caput erat victoris sed vincti, & caput eius victi traditoris.*

2817 2 *Reg.* 18. Tulit ergo tres lāceas in manu sua, & infixit eas in corde Ab-
2 *Reg.* 18. *nu.* 14. & 15. salō: cúmq; adhuc palpitaret hærens in quercu, cucurrerūt decē iuvenes armigeri Ioab, & percutiētes interfecerūt eū. *n.* 14. & 15. *Abul.* Sciendū quód Hebræi dicunt, ut refert Rabbi David Kimhi, quòd Ioab percussit Absalonē in corde tribus lanceis, quia furatus fuerat, vel sollicitaverat Absalō tria corda, scilicet cor fratris sui Amnō, quādo invitavit eū ad conviviū, & occidit illū. Secundū fuit cor domus iudicū, Volūt enim quòd Absalō induxerit omnes septuaginta viros, qui erāt in domo iudicij, ut eligerent eū in regem, & tollerent patrē suum. Tertiū cor fuit omnium Israelitarum; nā omnes sollicitavit, ut eum in regē sumerent. Dicunt etiā quód servi Ioab percusserunt Absalonē decē lanceis, quia Absalō cognoverat decē côcubinas David. *q.* 13. Cúmq; adhuc palpitaret. *n.* 15. *Duritiem nimiam Absalonis cor satis ostentabat, dū tribus confixum telis palpitabat, ac proinde decem adhuc vulneribus, ut penitus deficeret, indigebat.*

2 *Reg.* 18. Et tulerunt Absalon, & proiecerunt eum in saltu, in fo- 2818
veam grandem, & comportaverunt super eum acervum lapidum magnum nimis. *n.* 17. *Abulens.* Quæritur, quare Absalon non ductus est ad sepeliendum in loco regum in Hierusalē? Respōdendum quòd fuit propter duo. Primùm quia Ioab voluit etiā eum mortuum punire; scilicet, dando ei vile sepulchrum. Sic fuit de Ioram rege Iudæ, qui occidit fratres suos, & fuit vir nequam: ideo populus non fecit ei exequias secundúm consuetudinem regum, & non sepelierunt eum in sepulchro regum ut patet 2. Parali. 21. *q.* 15. *Aliud apponit exemplum, & sic ait.* 2 *Reg.* 14. *nu.* 17. 2 *Paral* 21.

Idem fuit in Ioas rege Iudæ qui valde nequam & ingratus 2819
fuit occidendo Zachariam filium summi sacerdotis in templo, qui eum regem fecerat. Vnde meritó huius prævaricationis servi Ioas occiderunt eum in lectulo suo; & non fuit sepultus in sepulchris regum, ut patet 2. Parali. 24. Absalon autem sic fuerat scelestissimus, quia in patrem insurrexerat, ut ei regnum auferret, ideo non debuit ei honor sepulchri tribui, nec exequiæ venerabiles fieri. *q.* 15. 2 *Reg.* 18. *nu.* 17. 2 *Paral* 24.

Deinde aliam causam sic ponit Abulensis. Alia causa fuit, ut Ioab non 2820
contristaret magis David: nam scie-

bat, quód nimis doleret ex hoc, & si videret filium suum mortuū gravissimè tristaretur, ideo voluit quód maneret in saltu; & sic faciliús obliviseeretur David illius. q. 15. Proiecerunt. n. 17. *Nullo habito regiæ consanguinitatis respectu, sed merito suæ rebellionis despectu, in foveam eum proiecerunt, ut qui vivens fera fuerat, moriens quasi fera in fovea conderetur.*

2821 2 Reg. 18. Porro Absalon erexerat sibi, cùm adhuc viveret, titulū, qui

2 Reg. est in valle regis: dixerat enim, Non

18. nu. habeo filiū, & hoc erit monimentū

18. nominis mei. Vocavitq; titulū nomine suo, & appellatur Manus Absalō. n. 18. *Abul.* Quæritur de isto titulo, quid erat? *Et infrà sic respōdet ex opinione aliorū.* Iste titulus erat quædam imago facta de marmore pulcherrimo, quæ omnino erat ad similitudinē Absalonis. q. 17.

2822 *Placet hæc opinio Abulēsi, unde sic progreditur.* Ista positio est vera, quia

2 Reg. quilibet vult relinquere memoriam

18. nu. posteris de eo quod in se excellētius

18. est, sed in Absalone nihil erat excellēs, nisi corporis pulchritudo, ideo relinqueret memoriā pulchritudinis. Hoc autē nō poterat esse nisi in imagine sua: ergo iste titulus erat imago. q. 17.

2 Reg. *Iterū sic ait.* Patet hoc per Iosephū

18. nu. 7. Antiq. dicentē: Igitur Absalō cōs-

18. tituerat sibi statuā marmoreā in valle regia, quæ duobus stadijs à Hierosolymis aberat, quā appellavit Manū suā, dicens quód filijs suis etiā morientibus nomen eius in statua permanebit. q. 17.

2823 *Tandē sic ait Abul.* Vocatus est titulus ille Manus Absalonis, pro simi-

2 Reg. litudine scilicet quòd ita erat Absalō

18. nu. effigiatus, & expressus in marmore

18. illo, tamquam si natura parens illum manu sua figurasset. q. 17.

2 Reg. *Expendens eundē textū sic ait Abul.*

18. nu. Quæretur vlteriùs, Ad quid dicitur

18. nūc de isto titulo, quòd fecerat sibi Absalō titulū. Respōdet Rabbi David Kimhi quód ponitur ad significādū, quòd ossa Absalon educta sunt de fossa magna, in qua nūc tumulatus est, & posita fuerūt apud titulum suū in aliquo sepulchro. Et istud est valde rationabile. q. 18.

Unde sic pergit Abul. Modus autē fuit, quòd mortuo Absalon, & facto 2824

planctu David super illū, ne maneret 2 Reg.

filius suus ignobiliter sepultus in saltu sub cōgerie lapidum, duxit ossa 18. nu.

eius ad locū, vbi erat imago sua, ut 18.

maneret imago illa in memoriā Absalō, & etiā signaret eū ibi iacere: forté autē apud illā statuā Absalō fecerat sibi aliquod sepulchrū, in quo instituerat se tumulādū, & ibi sepultus est: vel si nō construxit aliquod sepulchrū, David illud construxit, ut ossa eius ibi honorificé manerēt q. 18 2825

Adhuc ad eundē textū sic Abul. Quæretur vlteriùs, An Absalō peccavit fa- 2 Reg.

ciēdo sibi istā imaginē? Respōdendū 18. nu.

quód nō fuit peccatū idololatriæ ins 18.

tituendo istū titulū, quia lex solúm Lev. 26

vetuit titulos ad adorādū. Levit. 26. Itē patet quia si fuisset idololatria cōstituere istū titulū, David nō permisisset Absalō illū construere: permisit tamē, & erat vir deicola: ergo nō erat idololatria erigere titulū. Itē si malū fuisset, quòd erigeretur, dato quód vivēte Absalō forté eius favore permitteretur statua illa, postea fuisset destructa, sed nō fuit, quia tēpore quo scriptus iste liber, adhuc manebat, cū dicatur, & appellatur Manus Absalō vsq; ad diē hanc: ergo nō erat peccatū. q. 19.

Absalō, qui dū viveret in titulū sibi ad gloriā erexerat manū, quā contra patrem erat elevaturus, moriens contra se ductis à patre suo cōstituti erectā manū cernit, quæ in titulū sibi in pœnā posset elevari, quā cor eius ferret, dū per talem manum tribus se telis sentiret verberari. 2826

Ex Dionysio Carthusiano. 2827

Secundo Reg. 14. Intelligens autē Ioab

2 Reg. 14 à n. 1. Ioab filius Sarviæ, quòd cor regis versum esset ad Absalon, misit Thecuam, & tulit inde mulierem sapientem &c. *à n. 1. Carthus.* Hoc est, inclinatum ad recipiendum eum in gratiam suam. Hoc autem astutus Ioab ex aliquibus regis verbis, aut factis perpendit: attamen David erubuit ex se ipso hoc facere, ne vel de inconstantia argueretur, vel cōtra legem agere videretur, filium fratricidam nullo pro illo rogante accipiendo ad veniam. *ar. 33. Vultus namque regis tamquam verus cordis index mæstitiam præ se ferens, cum de exilio Absalonis loqueretur, desiderium revocandi eum in regiam indicabat. Quilibet enim cordis affectus vultu proditur, nec occultus esse diu patitur, quin signo aliquo externo detegatur.*

2828 2 Reg. 14. nu. 14. 2 *Reg.* 14. Nec vult Deus perire animam, sed retractat cogitans, ne penitus pereat, qui abiectus est. *num. 14. Carth.* In his verbis mulier tetigit aliam rationem, cur David debuit parcere Absaloni, quia videlicet Deus tā pius est: ergo & princeps Dei vicarius debet in hoc Deū imitari. *art. 23. Exemplo Dei sapiens mulier Davidem commovebat, ut fugientem à se filium revocaret, ne ipse de venia commissi criminis desperans in consortio gentium degens, idola coleret. Quasi verò non solum de venia à patre danda, sed & de salute, quam solus Deus ei præstare posset, penitus desperaret.*

2829 2 Reg. 14. nu. 21 *Secundo Reg.* 14. Ecce placatus feci verbum tuum: vade ergo, & revoca puerum Absalon, *n. 21. Carthus.* Communiter David revocavit hunc Absalonem puerum, quia tenerrimè eum dilexit, cúm esset speciosissimus iuvenis, & valde amabilis in naturalibus. *art. 23. Misit rex Ioab principem, ut cum multis nobilibus Absalonem filium suum ab exilio adduceret in curiam, illustrium virorum pompa comitante honoratum, ne Absalon in patre metueret aliquid rigoris, immo multum deprehenderet amoris, à quo tan-*

tum sibi impendi videbat honoris.

2 *Reg.* 14. Quando tondebat capillum (semel autem in anno tondebatur, quia gravabat eum cæsaries) ponderabat capillos capitis sui ducentis siclis pondere publico. *n. 26. Carthus.* Circa quod magister in historijs ait: Fortè huius ponderis erat tonsura eius, utpote abrasura, vel hoc pretio eam emebant mulieres, ut subornarent crines suos. Nec tamen ob hoc oportet asserere, quòd ipsemet Absalon vendidit capillos suos abrasos, sed per alios, & si non ob indigentiam pretij, tamen ad ostentationem, & gloriam vanam. *art. 23.* 2830 2 Reg. 14. nu. 26.

Et infrà sic ait Carth. Per capillos cōgitationes intelliguntur, ideo sicut Absalon statuto tēpore capillos tōdebat, ita peccator pœnitens, debet cogitationū malarū superfluitatem delere. *ar. 23.* Pondere publico *n. 26. Certè in hoc laude dignus erat Absalon, qui res suas pondere publico ponderabat. Solet enim nobilium quisque res suas, etiā viles, pluris, quàm aliorum pretiosas æstimare: nec se, aliosque sibi in nobilitate equales, æquali æstimationis mensura trutinare.* 2831 2 Reg. 14. nu. 26.

2832 2 Reg. 14. nu. 32. 2 *Reg.* 14 Respōdit Absalō ad Ioab, Misi ad te obsecrās, ut venirés ad me, & mitterē te ad regē, & diceres ei, Quare veni de Gessur? melius mihi erat ibi esse: obsecro ergo, ut videam faciē regis, quód si memor est iniquitatis meæ, interficiat me. *n. 32. Carth.* Meliús mihi erat ibi esse, quia eram ibi cū rege illius quotidie in honore, hìc verò tamquā exul, & reus compellor à regis cōsortio, præsētia, atq; intuitu abstinere. *ar. 23.*

2833 2 Reg. 14 nu. 32. *Et ad illud,* Obsecro ergo &c. *n. 32. Carth. sic loquitur.* Idest, si recordatur excessus mei cū ira, & sine ignoscētia, interficiat me. Quasi dicat, malo pro culpa mea interfici, quàm regiā aspectu, magis diu privari. Hoc tamē Absalō simulatoriè dixit, ut animum regis flecteret ad se. *art. 23.*

vocati euntes simplici corde, & causam penitus ignorantes. *n.* 11. *Lyra.* Ad petitionem ipsius Absalon, ut pauciores cum David remanerent, & ut illi de civitate regia viderentur sibi favere, qui propter multitudinem aliorum Absalon faventiū, non audebant contradicere. *nu. suo* 7. *Cùm Absalon de rebellione cogitaret, de civitate regia ducentos viros nobiles secum adduxit intentatæ rebellionis inscios, ut qui illos sibi associatos videret, cùm ille rebellionem declararet, socios in rebellione eos esse reputaret, & illorum exemplo concitatus etiam adversus legitimum regem rebellaret.* Euntes simplici corde, & causam penitus ignorantes. *Corde tamen uno, non ducentis cordibus suisse dicuntur Absalon enim omnium corda adeo in sui amorem adunaverat, ut unum omnes cor ad illum sequendum, non singuli corda singula vendicarent.*

2759 2 Reg. 15. nu. 12. *Secundo Reg.* 15. Accersivit quoque Absalon Achitophel Gilonitem consiliarium David de civitate sua Gilo. Cúmque immolaret victimas: facta est coniuratio valida, populusque concurrens augebatur cum Absalon. *n* 12. *Lyra.* Accersivit Achitophel de cuius consilio Absalon hoc negociū acceperat, ut alij faciliùs iungerentur sibi, videntes principalem regis cōsiliarium adhærentem sibi. *n. suo* 8. *Regis consiliarium à curia absentem, & in civitate patria degentem existimans à rege alienatum, sibi consiliariū constituere decrevit, illum ad se vocans, ne temerè, & sine consilio rem tantam intentare videretur, quæ proinde non diu permansura, sed breviter casu ruitura, ut casu facta, ostenderetur.* Accersivit quoq; Absalon Achitophel, *& unum hunc specialiter vocesse refertur cum ducentos viros simul secum à civitate regia adduxisse dicatur, hunc enim instar ducentorum reputabat, qui consilio omnes alios superabat.*

2760 2 Reg. 18. n. 9 *Secundo Reg.* 18. Accidit autē, ut occurreret Absalon servis David, sedens mulo: cúmque ingressus fuisset mulus subter condensam quercum, & magnam, adhæsit caput eius quercui, & illo suspenso inter cælū, & terram, mulus, cui insederat pertransivit. *num.* 9. *Lyra.* Quia videns suos devictos ad fugiendum expeditiùs deposuerat galeam, & sic per capillos suos, qui multi erant retentus est frondibus quercus. *nu. suo* 1. Adhæsit caput eius quercui. *num.* 9. *Apparuit Absalonis caput, non diademate regio coronatum, sed nudatum; è quercu per crines, quasi per funes ei colligatum, suspensum tamquam spolium divinæ iustitiæ triumphale, erat enim quercus arbor triumphalis inqua Deus iustus in rege de filio impijssimo triumphabat, & divinæ iustitiæ manubias ex arbore illa suspensus ostentabat.*

2 Reg. 18. Tulit ergo tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalon. *nu.* 14. *Lyra* Tribus lanceis configitur triplici concupiscentiæ assentiendo. *n. suo* 12. *Cùm vivus Absolon è quercu suspensus penderet, videns Ioab adversùs se tribus armatum telis, nullum protulit verbum, quo eum ad commiserationem sui provocaret. Recognovit enim commissi à se criminis magnitudinem, & attonitus siluit: seque indignum venia reputans de humana simul, & de divina misericordia desperavit.* 2761 2 Reg. 18. nu. 14.

Secundo Reg. 18. Et tulerunt Absalon, & proiecerunt eum in saltu, in foveam grandem, & comportaverunt super eum acervum lapidum magnum nimis. *num.* 17. *Lyra.* Hoc fecerunt secundùm legem, Deut. 21. vbi præcipitur filius contumax à populo lapidari. Iste autem non solum erat contumax, sed etiam manifestè persequebatur patrem, & ideo non solùm erat dignus gladio perimi, sed etiam à populo lapidari. *num. suo* 5. *Vt acervus ille magnus nimis lapidum magnam cordis duritiem omnibus posteris in Absalone fuisse testaretur: lapideoque* 2762 2 Reg. 18 nu. 17. Deut. 21.

lapideoque cordi plures lapides adhærerent, ex quibus non tam sepulchrum quàm supplicium Absaloni ædificaretur.

2763 *Secundo Reg.* 18. Absalon erexerat sibi, cúm adhuc viveret, titu-
2 Reg. lum, qui est in valle regis: dixe-
18. nu. rat enim, Non habeo filium, & hoc
18. erit monumentum nominis mei. Vocavitque titulum nomine suo, & appellatur, Manus Absalon vsque ad hanc diem. *num* 18. *Lyra*, Dixit Iosephus quòd fecerat statuam marmoream ad sui memoriam in posterum. *n. suo* 6.

Et ad illud, Dixerat enim &c.
2764 *sic ait Lyra.* Supra 14. cap. dictum
2 Reg. est quòd habuit tres filios, & ideo
18. nu. dicendum est quód erãt mortui, vel
18. inepti ad regnandum post ipsum. *numer. suo* 7. *Et ad illud*, Et appellatur &c. *num.* 18. *sic ait idem Lyra.* Opus eius memoria dignum. Manus enim est organum organorum, ut habetur 3. de anima, & ideo per eam designãtur opera & maximè solemnia, & memoria digna. *numer. suo* 6.

Vocavitque titulum nomine
2765 suo, & appellatur Manus Absalon.
2 Reg. *num.* 18. *Manum ergo, quam Philoso-*
18. nu. *phus organum organorum nuncupavit,*
18. *in titulo sibi erecto Absalon iussit apponi, ut manus illa organi instar digitis suis, quasi organi fistulis illum ad memoriam perpetuam magna sui nominis gloria, & indigitare, & resonare simul videretur. At sua eum ambitiosa honoris fefellit cogitatio; manus enim illa ipsius Absalonis manum in patrem armatam cum summa filij ignominia denotabat; & organi cantum lenem in flebilem planctum commutabat.*

Ex Abulensi.

2766 Secundo Reg. 13. Factum est autem post tempus biennij ut tonderentur oves Absalon, & vocavit Absalon omnes filios regis. *numer.* 23. *Abulens.* Quæret aliquis, quare Absalon non aggressus est occidere Amnon, nisi post biennium, & hoc quando tonderentur oves? Respondendum, quód causa expectationis biennii fuit, ut tolleretur omnis suspicio: si enim Absalon invitasset omnes fratres suos pauco tẽpore post deflorationem Thamar, suspicari posset de eo, quód congregabat illos ad agendum aliquod malum in vindictam oppressionis Thamar: nunc autem cúm Absalon à principio dissimulaverit rem istam, nullus recordabatur huius rei, ideo ablata erat suspicio. *quæstione.* 3. 2 Reg. 13. nu. 23.

Deinde sic pergit Abulens. Ad se- 2767
cundum cúm quæritur, quare fecit
hoc in tonsione gregum? dicendum 2 Reg.
quòd nullum tempus erat, in quo 13. nu.
magis sine suspicione agere posset, 23.
quia fortè non erat consuetudo inter filios regis David, quód se invicem invitarent; ideo si Absalon voluisset facere aliquod festum fratribus suis invitando eos, quia erat aliquid novi causaret suspicionem. Tempus autem tondendi greges apud Hebræos erat tempus faciendi magna convivia propter Patriarchas qui pastores erant. *q.* 13.

Omnes filios regis Absalon ad 2768
convivium, quod à se præparatum esse
significabat, convocavit, ut fraternum er- 2 Reg.
ga omnes amorem singulis ostenderet: 13. nu.
Amnoni præcipué, qui invitatus ad men- 23.
sam, non iam sibi Absalonem iratum prò iniuria sorori suæ illata, sed omnino placatum esse existimaret: esset enim sibi exhibitum convivium fraterna erga se benevolentia argumentum.

Secundo Reg. 13. Venitque 2769
ad regem, & ait ad eum, Ecce ton-
dentur oves servi tui: veniat oro rex 2 Reg.
cum servis suis ad servum suum. 13. nu.
n. 24. 24.

n. 24. *Abulens.* Vocabat enim se Absalon servum David quamquam esset filius eius, ad humiliandum se illi, sic etiam vocavit se servum iterũ *infra* 15. Veniat oro rex cum servis suis ad servum suum. Idest, veniat rex cum filijs suis ad tonsionem ovium mearum, qui sum servus. *q.* 13.

2770 2 *Reg.* 13. *nu.* 24. *Adhuc sic pergit Abulens.* Ecce quã reverenter loquebatur Absalon ad David; nam quanquam esset David pater Absalon, tamen vocavit eum regem, & non patrem: quia rex est nomen timoris, & honoris magni: pater autem est nomen dulcedinis; Politi. cap 1. *q.* 13. *Non dicitur ad patrem, sed ad regem venisse Absalon; qui enim de nece fratris ad vindicandam sororis iniuriam cogitabat, non iam Davidẽ, vt patrem aspiciebat, qui ut pater agré occisionem à se Amnoni filio regis inferendã toleraret: sed ut regem attendebat, qui ut rex violationem filiæ suæ ab Amnone illatam, iusté morte vindicandã ab ipso Absalone, reputaret.*

2771 2 *Reg.* 13. *nu.* 24. 2 *Reg.* 13. Ecce tondentur oves servi tui: veniat oro rex cum servis suis ad servum suum. *n.* 24, *Abulen.* Quare Absalon cum Amnon iuvitavit David, & omnes fratres suos? *q.* 14. *Et sic respondet.* Nam eunte patre cum filijs nemo posset arbitrari quòd Absalon intenderet aliquod malum præsente patre efficere: & quia putabat Absalon, quòd Amnõ attenderet ad aliquam suspicionem, volebat procurare maximam securitatem, & ista erat, si iuisset illuc David. *q.* 14.

2772 2 *Reg.* 13. *nu.* 24. *Bis se servum regis Absalon in hoc loco nominavit, & antequam alios filios servos diceret, & postquam illos servos etiam regis nuncupaverat: ut se & corpore, & animo servum esse regis iudicaret; & à singulis fratribus suis regi patri vnicum simplexque obsequiũ posse deferri; à se autem duplum exhibendum demonstraret.*

2773 2 *Reg.* 13. *nu.* 26. 2 *Reg.* 13. Et ait Absalon ad David, si non vis venire, veniat obsecro nobiscum saltem Amnon frater meus. Dixitque ad eum rex, Nõ est necesse, ut vadat tecum. *nu.* 26. *Abul.* Amnon erat primogenitus David, & erat princeps omnium fratrũ suorum, quasi successurus patri, ideo nullus erat, qui convenienter repræsentare posset vicẽ David nisi Amnon: vnde vocatus est propter absentiam David. *q.* 15. *Vt dum se præ cæteris à fratre Absalon videret honoratum, nullam de odio Absalonis adversùs se concepto suspicionem habere posset. Non enim in eo adversùs se posset deprehendere rancorem, in quo fraternum testatum verbis aspiciebat amorem.*

2774 2 *Reg.* 13. *nu.* 28. 2 *Reg.* 13. Præceperat autem Absalon pueris suis dicens, observate, cúm temulentus fuerit Amnon vino, & dixero vobis, percutite eũ, & interficite: nolite timere: ego enim sum, qui præcipio vobis, roboramini, & estote viri fortes. *nu* 28. *Abulens.* Est autem intelligendum quód Absalon sedebat ad mensam cũ alijs fratribus, ut tolleret suspicionem, nec putaretur quòd aliquid mali moliebatur contra eos, dum ipsi cibum sumerent. *q.* 15. *Non solùm convivium fratribus præparaverat, sed & sedens cum fratribus ad mensam epulabatur, ut sic non solùm signa munificentiæ, sed & benevolentiæ fratribus exhiberet.*

2775 2 *Reg.* 13. *nu.* 26. 3 *Reg.* 13. Surgentesque omnes filij regis, ascéderunt singuli mulas suas, & fugerunt. *n.* 29. *Abulens.* Surgentes de mensa, nam in mensa occisus est Amnon, & potuisset Absalon occidere cæteros filios regis, sed noluit, quia solus Amnon offenderat eum. Ascenderunt singuli mulas suas, & fugerunt. Putabant enim quód Absalon vellet occidere omnes fortè, ut ipse solus maneret de filijs regis ad succedendum; habuerunt motivum huius præsumptionis, quia mors inchoata est in primogenito, qui videbatur successurus. *q.* 17.

2776 *In mensa occisus est Amnon, ut qui sub fraternæ dilectionis velamine, ostendens*

2 *Reg.* *dens ſe velle à ſorore ſua Thamar cibum*
13. *nu.* *accipere, culpam violationis commiſerat,*
29. *ſub fraterni amoris velamine inuitatus,*
ut epulas à fratre ſuſciperet, pœnam ſubi-
ret. Vt qui fraude ſororem oppreſſerat, do-
lo à fratre opprimeretur, ut ſic pœna culpæ
aſſimilaretur.

2777 2 *Reg.* 13. Ceſſavitque rex Da-
vid perſequi Abſalon eò quód con-
2 *Reg.* ſolatus eſſet ſuper Amnon interitu.
13. *nu.* *n.* 39. *Abul.* In Hebræo eſt verbum
39. æquivocum, & poteſt dici. Ceſſavit
David poſt Abſalon; ideſt, ceſſavit
perſequi Abſalon; vel deſideravit Da
vid poſt Abſalon. Iſtum ſecundum
ſenſum tenent Hebræi, dicentes,
quód David deſideravit iam videre
Abſalon poſtquam tranſierant tres
anni. Et dicunt hoc eſſe factum ad
inſtantiam matris eius Maacha. *q.* 18.

2778 *Deinde ſic progreditur.* Si tamen
David deſideraſſet videre Abſalon,
2 *Reg.* nullo inſtante ipſe revocaſſet eum.
13. *nu.* Item non ſtat, quia poſtquam pre-
39. cibus Ioab reductus eſt in terrã Iſ-
rael, iuſſit David, quòd non introi-
ret in Hieruſalem, nec videret faci-
em eius: ergo nullo modo deſidera-
vit ipſe videre Abſalon. *q.* 18.

2779 *Iterum oſtendit Abulen. ſibi non*
placere Hebræorum ſenſum, & ſic ait. Eti-
2 *Reg.* am quia numquam Abſalon vidiſ-
13. *nu.* ſet faciem David niſi poſt duos an-
39. nos poſtquàm reductus eſt Abſalon
in terrã Iſrael; niſi Ioab iterũ oraſſet
pro eo ad David, quód permittere-
tur venire ante regem, & tunc per-
miſſus eſt: ergo non deſiderabat eum
David videre, alioquin non opus fu-
iſſet, ut quis pro eo oraſſet. *q.* 18.
Ceſſavit perſequi, quia pater erat, ne ſe
oſtenderet filij perſecutorem, cuius potiùs
eſſe volebat proſecutor, ut ſic ipſe filius,
ſui patris exemplo, noluiſſet adverſus pa-
trem officium agere perſequentis, ſed poti-
ùs munus exercere proſequentis.

2780 2 *Reg.* 14. Et ait rex ad Ioab, ec-
ce placatus feci verbum tuum: vade
2 *Reg.* ergo, & revoca puerum Abſalon.
14. *nu.* *n.* 21. *Abul.* Volebat enim David cõ-
21.
cedere reductionẽ Abſalon, ſed no-
luit iſtam concedere mulieri peten-
ti, quouſque inquiſivit, an Ioab eſ-
ſet auctor huius, quo cognito con-
ceſſit hoc David Ioab, & non muli-
eri: voluit enim quód ipſe redderet
gratias David pro hoc, & non muli-
er. *q.* 16.

Aliam præbet rationem Abul. ſic. 2781
Etiam quia mulier non erat digna
tanto beneficio, ſed Ioab, qui erat
vir excellens in Iſrael, & cognatus 2 *Reg.*
regis. Item quia Abſalon teneretur 14. *nu.*
nimis obligatus illi, per quem redu- 21.
ceretur in Iſrael, & ſi cõceſſiſſet rex
mulieri, quód petente ea reducere-
tur Abſalon, teneretur ei Abſalõ pro
hoc beneficio: non erat autem de-
cens obligare filium regis mulieri,
ſed fuit meliús quód obligaretur Io-
ab, quia erat vir famoſus, & de cog-
natione Abſalonis. *q.* 16.

Et ad illud, Vade igitur &c. *nu.* 2782
21. *ſic ait Abul.* Ideſt vade in Geſſur,
& reduc inde Abſalon. Fuit autem 2 *Reg.*
miſſus illuc Ioab propter honorem 14. *nu.*
Abſalon; nam poterat ſimplex nun- 21.
tius cum litera regis deſtinari de ſe-
curitate Abſalonis: ut eſſet tamen
honorabilior reditus eius, miſſus eſt
illuc Ioab vir honorabiliſſimus in to
to Iſrael. *q.* 16. Voca puerum *n.* 21.
Dum filio parcit, appellat puerum, non eũ
filium nominavit, ne in conceſſione veniæ
aliquis eum reſpexiſſe ad conſanguinitatis
affectionem, ſed ad ætatis defectionẽ exiſ-
timaret. Sola enim filio ætatis defectio,
quæ culpam elevaret, pœnam iuſte alli-
viaret.

2 *Reg.* 14. Sicut Abſalon, vir 2783
non erat pulcher in omni Iſrael, &
decorus nimis: á veſtigio pedis vſ- 2 *Reg.*
que ad verticem, non erat in eo vl- 14. *nu.*
la macula. Et quando tondebat ca- 25. &
pillum (ſemel autem in anno ton- 26.
debatur, quia gravabat eum cæſari-
es) ponderabat capillos capitis ſui
ducentis ſiclis pondere publico. *nu.*
25. & 26. *Abulenſ.* Quæret aliquis,
ad quid ponderabantur capilli Abſa-
lonis?

lonis? Aliqui respondent, quòd pōderabantur ad vendendum, scilicet, quia erant pulchri nimis, & mulieres emebant eos, ut subornarent inde capillos suos, colligantes eos cum suis, & occulté miscentes: & dicūt quód ideo dicitur pondus capillorū ducentorum siclorum, quia pro qualibet tonsione dabantur ducenti sicli in pretio. *q.* 18.

2784 *Non placet hoc Abulens. vnde sic ait,* Hoc non stat. Primò quia non est verisimile quòd filius regis venderet capillos suos, nam istud erat turpe lucrum. Secundó non stat, quód acciperentur pro ornamentis, quia capilli ornamentorum fæminarum sunt valde longi, quos ipsæ nutriunt multis annis; capilli autem Absalon, qui tondebantur annuatim, non poterant esse tam longi ut convenirent illis ornamentis. Tertió nō stat, quia non est verisimile, quòd pro tonsione capillorum darentur ducenti sicli, quia istud erat magnū pretium inter Hebræos. *q.* 18.

2 *Reg.* 14. *nu.* 25. & 26.

2785 *Vnde infrà sic ait Abul.* De Absalon dicendum quód cúm ipse esset valde pulcher, & gloriaretur de pulchritudine, non tondebat capillos suos, nisi ex necessitate, scilicet, quia gravabat eum cæsaries, sicut dicitur in litera. Sciendum autem quòd Iosephus dicit, 7. Antiq. tantam fuisse multitudinem capillorum, vt vix octo diebus tonderi posset; & erat tonsura ducentorum siclorum, qui faciunt quinque minas. *q.* 18.

2 *Reg.* 14. *nu.* 25. & 26.

2786 *Siclus pretium erat, quo duplicato aries vnus Deo offerendus emebatur, ut liquet ex Levit. cap. 5. ac proinde tonsio vna Absalonis, quasi centum arietibus cōparabatur. Nec mirum, nullum enim pretium magnum videretur esse fæminis, dummodò illo decoros Absalonis crines emerent, quibus capita sua ad augendam pulchritudinem adornarent. Hos igitur crines tondebat Absalon, quando eum cæsaries nimis gravabat; non ita tamen, ut aliquid de pulchritudine detraheret: eligeret enim potiùs immensum capite pōdus sustinere, quàm se aliquantisper sua pulchritudine defraudare.*

2 *Reg.* 14. *nu.* 25. & 26. *Levit.* 5

2 *Reg.* 14. Sicut Absalon vir nō erat pulcher in omni Israel, & decorus nimis: a vestigio pedis vsque ad verticem non erat in eo vlla macula. *n.* 25. *Abulens.* Quæretur ad quid Scriptura hìc agit mentionem tam accuraté de pulchritudine Absalon? *Et postea sic respondet Abulens.* Fecit ergo Deus aliquid valde admirandū in hoc: nam eos, quos nos præcipuos in bonis summis existimavimus, calamitosos efficiens, amarissima cōfecit morte. Nos enim robur corporis, agilitatem, sapientiam, sæcularem potentiam, pulchritudinem, & similia, summa bona esse putamus, quibus ardentissimo affectu frui cōcupiscimus. Fecit ergo Deus quòd illi, in quibus ista bona maxima fuerunt, felicitatem nequaquam consecuti fuerint, sed calamitosi inter alios effecti sint. *q.* 20. 2787

2 *Reg* 14. *nu.* 25.

Deinde apponens exempla sic pergit Abulens. Nullus enim inter viros tanti vmquam roboris fuit, sicut Samson; qui mille viros cōtra se pugnantes cum mandibula asini occidit. Portas etiam vrbis cum vectibus suis simul eruens super humeros tulit. Iudicum 15. Ipse tamen miseranda morte explevit vitam. Nam priús à fæmina deceptus, manibus hostium traditus, miserabiliter deturpatus ad molam asinariam turpiter, ut asinus molere compulsus est: postea autem amaram vitam dura morte cōpleuit Iudic. 16. 2788

2 *Reg.* 14. *nu.* 25. *Iud.* 15 *Iud.* 16

Nullus etiam vnquam in cursu agilior quàm Asael frater Ioab repertus est, qui in cursu sylvarum capreas superaret: hìc tamen ab Abner in bello, & sine magna gloria percussus occubuit.

Inter homines etiam nullus Salomone sapiētior fuit, nec ei æqualis repertus est; quoniam sequenti lib. cap. 3. dicitur, Quòd Salomon habuit 2789

3 *Re.* 3

habuit sapientiam à Deo, ita quòd nullus hominum ante eum, nec post eum æqualis ei fuerit, ipse tamen, cùm in principio regni gloriosissimus fuisset depravatus est ad senectutem idola colens, & multæ impudicitiæ se tradidit. Inimicum quoque Idumæum parvulum habens ab eo satis in senectute timore concutiebatur, sequenti lib. cap. 11. Divitijs
3 Reg. 11. quoque nullus Salomonem præcessit, sed ipse præcedebat omnes reges
3 Re. 3 terræ sequenti lib. cap. 3. Ipsæ tamen gloriosum exitum non habuerunt.

2790 Nullus quoque Alexandro major fuit: ipse tamen impleto desi-
Macha. derio regnandi finitis duodecim annis veneno extinctus periit. Absalō autem in pulchritudine fortissimis omnibus hominibus sæculi excellentior fuit: hunc tamen miserāda mors exterminavit.

2791 *Tandem sic concludit Abulens.* Narrat ergo scriptura horum excellentias, ut postea eorum concludat excidia, ut sic in nullo eorum bonorum, quæ à nobis potissima iudicantur, fælicitatem esse liqueat. *Omnia in q. 20. O vtinam pulchritudini corporis pulchritudo animi responderet; & sicut nulla erat in corpore macula, sic nullus in animo nævus foret; at animi turpitudo, corporis pulchritudinem fædavit, dum accedens ad patris sui vxores se ipsum, totamque sui corporis pulchritudinem deturpavit.*

2792 2 *Reg.* 15. Igitur post hæc fecit sibi Absalon currus, & equites, &
2 Reg. 15. n. 1 quinquaginta viros, qui præcederēt eum. *n.* 1. *Abulens.* Quia videbatur difficile quòd homo parvi status, & honoris assumeretur ad principatū regalē. ideo voluit Absalon ex magno tempore esse in honore, quasi regio: & conabatur præcedere omnes fratres suos in honore, & statu, ut quasi ex ipso statu videretur esse rex, & dignus regno. *q.* 2.

2793 *Deinde probat Abulen. id non fuisse signum rebellionis adversus regem in hunc modum.* Quia Adonias filius David post mortem Absalonis fecit sibi currus, & equites, & quinquaginta viros, qui præcederent eum. 3 *Reg. cap.* 1. Et David sciens illud non curavit, nec corripuit eum: fecisset tamen si significaretur in hoc manifesta insurrectio. Etiam ipse Adonias non egisset hoc publicé, si esset signū rebellionis, quia timeret exemplum Absalonis, qui ex hac causa miserabiliter mortuus est. *q* 3. 2 Reg. 15. nu. 1. 3 Re.

2794 *Quærit postea Abulens. quam ob causam David sciens Absalonem non futurum sibi in regno successorem, non illum de hoc regio apparatu reprehenderit? & sic respondet.* Tolerabat David ista ex dilectione, quia postquam reductus est, & stetit coram facie eius, dilexit eū nimis: vnde quamquam postea insurrexit contra eum misit David ad bellum viros suos contra Absalon, iussit tamen quòd observaretur Absalon à morte dicens, Servate mihi puerum Absalon cap. 18. Cùm autem scivit eum mortuum flevit amaro corde dicens, Fili mi Absalon &c. *q.* 4. Igitur post hæc. *n.* 1. *Post tot à rege patre accepta beneficia, inferenda regi cogitabat maleficia, ingratus filius, qui nec ad patrem attendebat sui genitorem, nec ad regem sui benefactorem.* 2 Reg. 15. nu. 1.

2795 2 *Reg.* 15. Respondebatque ei Absalon, Et videntur mihi sermones tui boni, & iusti, sed non est qui te audiat constitutus à rege. *num.* 3. *Abulens.* In hoc captabat nimis favorem cuiuslibet, quia quemlibet laudabat, dicens: Videntur mihi sermones tui boni, & iusti: hoc autem refertur ad causam, pro qua ille veniebat, nam audita ea Absalon laudabat illum, tamquam vir ille foveret iustam causam, & ob hoc omnes viri desiderabant litigare iudice Absalone, quia cuiuslibet illorum per se causam laudabat. 2 Reg. 15. n. 3

2796 *Et ad illud,* Sed non est qui te audiat &c. *sic ait Abulens.* In hoc autē Absalon nimis aspirabat ad regnum, quia 2 Reg. 15. n. 1

quia ostendens deligentiam suam magnam, & favorem ad quemlibet, & negligentiam magnam, atque deordinationem tempore David, innuebat se esse convenientem iudicē, si constitueretur, & in hoc movebātur omnes ad desiderandum constituere eum regem *q.* 4.

2797 2 *Reg.* 15. *n.* 3 *Certe inter eos, quibus Absalon alloquebatur adversarios sibi invicem, & super eodem negotio adversus se ipsos invicem litigantes, Absalonis causas referentes, audiebat. Quomodò ergo omnes laudibus efferebat, & cuique iustitiam causa sua approbabat, dicens,* Videntur mihi sermones tui boni & iusti? *suum singulis sic, licet non omnibus debitum, promittebat ambitiosus favorem, ut ab omnibus non debitum sibi compararet honorem. Nec mirum, ita namque pretio emētiti favoris, mercedem emētiti mercabatur honoris.*

2798 2 *Reg.* 15. *nu.* 4. 2 *Reg.* 15. Dicebatque Absalon, Quis me constituet iudicem super terram, ut ad me veniant omnes, qui habent negotium, & iusté iudicem. *n.* 4. *Abulens.* In hoc enim nititur colare Absalon iniquum affectum suum, scilicet quòd ipse non aspirabat ad honorem propter desiderium eius, sed propter bonū puplicum, scilicet ut iusté iudicaret omnibus. Sed ista fallacia non erat nimis latens, quia qui honorem desiderat, non est dignus honore; & qui desiderat statum excellentem, non potest eum convenienter sustinere. Qui ergo digné accipere debet, non volens, & cupiens, sed obediens, & compulsus suscipere debet. *q.* 5.

2799 2 *Reg.* 15. *nu.* 4. *Et infrà sic ait Abulens.* Verba tamen Absalon aliqualiter signabāt desiderium suum ad regnum, quia dicebat: Quis me constituet iudicem super terram idest super totam terram: hoc tamen ad neminem pertinebat, nisi ad regem. Item quia dixit, ut veniant ad me omnes, qui habent negotium: in quo volebat esse iudex universalis in toto Israel: sed hoc ad nullum pertinebat nisi ad regem: Absalon ergo per hæc verba intentionem suam aliqualiter exprimebat, & aliqualiter iniquitatem desiderij occultabat. *q.* 6. *His verbis non tam honorem, quàm laborem sibi affectare monstrabat. Unum se iudicem sufficientem ad iudicandum omnes causas omnium hominum iusté futurum promittebat; ambitiosus nimis, qui cum alijs nolebat partiri laborem, ut ipse solus totum sibi vendicaret honorem.*

3 *Reg.* 14. Sed & cúm accederet ad eum homo, ut salutaret illum, 2800 2 *Reg.* 15. *n.* 5.
extendebat manum suam, & apprehendens, osculabatur eum. *num.* 5. *Abulens.* Extendebat manum suam, scilicet ad tenendum eum, non permittendo, quòd aliquis coram eo humiliaretur, sed elevabat omnes de terra, & loquebatur cum eis familiariter: ut magis ad se induceret. *q.* 7.

Et exponens illud Et apprehendēs osculabatur eum. *num.* 5. *sic ait Abul.* 2801 2 *Reg.* 15. *n.* 5
Istud est ad signum magnæ dignationis, scilicet quòd ipse ad tantum se inclinaret, quód quemlibet de populo oscularetur, neminem dedignabatur, sive magnus esset, sive parvus, & hoc provocabat amorem populi. *q.* 7. Apprehendens. *nu.* 5. *Quasi à se vera humilitate fugientes, ficta humanitate apprehendebat, atque ita ferissimum sua cupiditatis monstrum sub velamine suavissima humanitatis contegebat.*

2 *Reg.* 15. Faciebatque hoc omni Israel venienti ad iudicium, ut 2802 2 *Reg.* 15. *n* 6
audiretur à rege, & solicitabat corda virorum Israel. *n.* 6. *Abulen.* Quæritur quare Absalon potiús faciebat hoc venientibus ad iudicium coram rege, quám alijs? *q.* 8. *Et sic respondet.* Quia ipse volebat ad se trahere corda omnium virorum, illos autē, qui erant in Hierusalem iam ad se traxerat per quotidianam præsentiam, & aliquos illorum attrahere non audebat,

debat, quia nimis erant coniuncti David, & timebat quód volendo eos ad ſe trahere, manifeſtaretur cõſpiratio. *q.* 8.

2803 2 *Reg.* 15. *n.* 6 *Deinde ſic pergit Abulenſ.* In extraneis autem venientibus ad iudicium non erat hoc, quia illos numquam viderat, cùm noviter venirẽt, ideo tunc oſculabatur eos, ut tunc ad ſe traheret, & per hoc non ſolúm ipſos trahebat, ſed etiam omnes alios, qui erant in vrbibus iſtorum: nam cùm iſti redirent de iudicio ad vrbes ſuas, & referrent concivibus ſuis quid egiſſet cum eis Abſalon, omnes afficiabantur ad Abſalonem, & ſic plurimi, qui nunquam viderãt Abſalonem ex todo corde diligerẽt eum. *q* 8.

2804 2 *Reg.* 15. *nn.* 6. *Poſtea ſic ait.* Hoc modo factum eſt, ut cùm Abſalon conſpiraret in Hebron contra David, & iuſſiſſet per omnes civitates eadem hora buccina clangi, vivat rex Abſalon, omnes pariter conſenſeriut, vnde nuntius veniens ad David de Hebrõ dixit ei: Toto corde vniverſus Iſrael ſequitur Abſalon. *q* 8.

2805 2 *Reg.* 15. *nu.* 6. *Et exponens illud,* Solicitabat corda virorum Iſrael. *n* 6. *ſic ait Abulenſ.* Ideſt movebat per hunc modũ corda omnium Iſraelitarum, ut deſiderarent eum facere regem, erat autem magna inductio, quia Abſalon erat vir pulcher nimis, & filius regis, ideo quód ille dignaretur quoſcumque vulgares tam familiariter tractare, ut eos ſicut filios, & amicos chariſſimos oſcularetur: efficaciſſima perſuaſio erat, ita ut libenter omnes Iſraelitæ pro eo moverentur. *q.* 8.

2806 2 *Reg.* 15. *n* 6 *Arbitrantur aliqui Abſalonem ſibi regnum ante mortem patris affectaſſe, eò quòd poſt mortem patris ſibi debitum regnum fore exiſtimaret, quia frater eius ætate maior mortuus erat, vel ineptus ad regnum: & quia alioqui ignorabat Salomonem fratrem eius à Deo eſſe regno deſtinatum. Quaſi verò ſi Cheliab fratrem vivum videret: vel de voluntate Dei circa Salomonem ſibi conſtaret, regnum ſibi acquirere minimé intentaret.*

2807 2 *Reg.* 15. *n.* 6 *Aliter tamen opinatur Abulen. vnde ſic ait,* Nam dato, quòd viveret Cheliab, & aptus eſſet ad regnum, & Abſalon cognoviſſet Salomonem à Deo inſtitutum regem, non attendiſſet ad hæc: nam ſi Abſalon præ iniquitate non erubuit rapere regnũ viventi patri, & eum occidere conatus eſt, minús erubeſceret auferre illud cuicumq; fratri quantumcumque ius haberet. *q.* 9. Solicitabat corda virorum. *n.* 6. *Ex Hebræo legi poteſt,* Furabatur corda virorũ. *Nihil igitur mirum, quòd poſtea, ut fur ſuſpẽderetur, foretque ei quercus patibulum, crines eſſent funes, ipſe quia ſibi carnifex exiſteret, quia nullus illo crudelior inveniretur.*

2808 2 *Reg.* 15. *nu.* 7. 2 *Reg.* 15. Dixit Abſalon ad regem David, vadam & reddam vota mea, quæ vovi Domino in Hebron. *n.* 7. *Abulenſ.* Quomodò David non videbatur rediculum eſſe, vel cõfictũ dictum Abſalon, cúm non eſſet veriſimile, quód ibi voviſſet offerre. Reſpondendum quòd aliquid probabile poterat movere David, ſcilicet, quia Abſalon natus eſt in Hebron, & ibi nutritus eſt in pueritia ſua, cúm regnaret ibi David, & offerebat ibi David ſacrificia; ideo poterat concipere Abſalon aliquam devotionem de offerendo ibi ſacrificium. *q.* 8.

2809 2 *Reg.* 15 *nu.* 7. *Deinde ſic progreditur Abulen.* Alia cauſa poterat eſſe efficacior, ſcilicet quód moveretur Abſalon devotione quadam propter ſanctitatem loci, quia in Hebron ſunt ſepulti, quatuor patriarchæ cum vxoribus ſuis, ſcilicet Adam cum Eva, Abraham cum Sara, Iſaac cum Rebecca, Iacob cum Lia. Poterat ergo per devotionem horum moveri ad ſacraficandum in loco illo, & hoc fortè ſuſpicatus eſt David. *q.* 14. *Cæcus ambitione tyrannus, qui nec memoria mortis tantorum virorum,*

rum, ac fœminarum in Hebron, in qua omnium sepulchra videbantur, potuit à prava divitiarum regni cupiditate revocari.

2810 2 *Reg.* 15. Misit autem Absalon exploratores in vniversas tribus Israel, dicens, statim, ut audieritis clãgorem buccinæ, dicite, Regnabit Absalon in Hebron à *n.* 10. *Abulens.* Quilibet istorum nuntiorum ferebat tubam ad clangendum, & iam fuerat concordatum in Hebron, qua hora deberet ibi Absalon proclamari in regem, ille enim eadem hora iussum est, ut per singulas civitates clangeretur buccina, & omnes audientes dicerent simul, Regnavit Absalon in Hebron; vel vivat rex Absalon, & sic factum est. *q.* 15.

2 *Reg.* 15 *à n.* 10.

2811 *Ad omnes tribus misit legatos Absalon, sed nullam per illos rationem apposuit, qua homines omnium tribuum ad rebellionem commoveret. Neque ab aliquo in omnibus tribubus à legatis ratio aliqua coniurationis quæsita fuit. Non enim inquirebatur ratio, quia invalescebat affectio. Nullam in regnaturo quærebant rationem, qui antequam regnaret amore suo omnibus manifestato quasi iusto pretio emerat affectionem.*

2 *Reg.* 15. *à n.* 10.

2812 2 *Reg.* 16. Ad quem Absalon, Hæc est inquit, gratia tua ad amicum tuum? quare non iuisti cum amico tuo? *n.* 17. *Abulens.* Quæretur, cúm Absalon non desideraret bona patri suo, sed vellet occidere illum, quomodò increpabat ipsum Chusai, quia deseruerat David? *Et infrà sic respondet.* Potest dici, quòd quamquam Ablalon iniqué persequeretur David: tamen malè sibi visum est, quòd ille, qui erat amicus David valde, nunc desereret eũ, & forté suspicabatur aliquid contra eum, quòd mansisset dolosé in Hierusalem. *q.* 16. *Non dixit ad regem, ne patrem in regno sibi socium velle videretur. Nec dixit, Ad patrem meum, indignus enim erat, qui Davidem patrem nominaret. Sed dixit amicum tuum, quasi eum de amicitia erga regem patrem insimularet, ipsumque vnicum esse Davidis amicum, reliquis ad se confugientibus, denotaret.*

2 *Reg.* 16. *nu.* 17.

2 *Reg.* 16. Dixit autem Absalõ ad Achitophel, inité consilium, quid agere debeamus? Et ait Achitophel ad Absalon, Ingredere ad concubinas patris tui, quas demisit ad custodiendam domum; ut cúm audierit domus Israel quód fœdaveris patrem tuum, roborentur tecum manus eorum. *nume.* 20. & 21. *Quærit Abulens. Quare Absalon non vocaverit Chusai ad consilium de ingrediendo ad cõcubinas patris, & sic respondet ex opinione aliena.* Aliquis dicet, quòd hoc fuit, quia Achitophel iudicavit ea, quæ erant delectabilia Absalon, ideo noluit habere alium consiliarium ea vice, ne fortè contrarium sentiret, & non frueretur Absalon delectabili suo. *q.* 5. Inité consilium. *num.* 20. *Non dixit Ineanus consilium, sed* Initè *Addiditque,* Quid agere debeamus? *non autem, quid agere debeatis? ut consiliarijs liberam dicendi, quid sentirent, tribueret facultatem; sibique exequendi id, quod ipsi iudicarent, imponendam ostenderet necessitatem.* 2813

2 *Reg.* 16. *nu.* 20. & 21.

2 *Reg.* 18. Accidit autem, ut occurreret Absalon servis David, sedens mulo: cùmque ingressus fuisset mulus subter condensam quercum, & magnã; adhæsit caput eius quercui: & illo suspenso inter cælum, & terram mulus, cui insederat, pertransivit. *n.* 9. *Abulens.* Quæretur quomodó Absalon potuit pendere, fugiente mulo, quia ipse poterat tenere eum, & interim solveret capillos, vel amputaret? Respondet Rabbi Salomon, quòd Absalon pendens voluit sibi amputare capillos, ut cadens fugeret, sed vidit sub se apertam gehennam, & ne caderet in abyssos, voluit potiùs pendere in arbore. *q.* 12. Suspenso inter cælum & terram *n.* 9. *Ac si nec in cælum animus ascendere, nec ad solum descendere corpus valeret.* 2814

2 *Reg.* 18. *n.* 9

valeret. Indignus namque erat hic tyrannus, cuius animum cælum reciperet, cuius corpus terra sustineret.

2815 2 Reg. 18. Vidit autē hoc quispiam, & nuntiavit Ioab dicens, Vidi
2 Reg. 18. nu. 10. Absalō pēdere de quercu. *n.* 10. *Abulens.* Putavit quòd Ioab nō occideret Absalonē, sed servaret, eò quòd David istud iusserat, & quia Ioab honorificentiùs poterat comprehendere Absalonem, qui erat filius regis, & non decebat, quód caperetur ab alijs viris minoris status, ne videretur esse vilepensus, vocavit ille Ioab. *q.* 13.

2816 *Et ad illud,* Vidi Absalō &c. *sic ait Abul.* Deus enim punierat eū, in quo
2 Reg. 18. nu. 10. peccaverat; nā ipse gloriabatur nimis in capillis suis, & pōderabat eos quolibet anno ducentis siclis pondere publico, ideo voluit Deus punire eum in hoc, faciendo quód pēderet per capillos. In hoc apparet quòd Absalon erat inermis, nā alioquin nō potuissent capilli sui arbori alligari, si aliquo armamento caput eius protectū esset. Sed forté nō ad pugnandū, sed ad videndum venerat quomodó viri sui pugnarēt, ideo nūc inermis erat *q.* 13. *Non vidit hic miles caput Absalonis ex folijs quercus corona confecta coronatū, sed ad ramos quercus per crines gerentes vicē funiū alligatum. Non enim Absalonis caput erat victoris sed vincti, & caput eius victi traditoris.*

2817 2 Reg. 18. Tulit ergo tres lāceas in manu sua, & infixit eas in corde Ab-
2 Reg. 18. nu. 14. & 15. salō: cúmq; adhuc palpitaret hærens in quercu, cucurrerūt decē iuvenes armigeri Ioab, & percutiētes interfecerūt eū. *n.* 14. & 15. *Abul.* Sciendū quód Hebræi dicunt, ut refert Rabbi David Kimhi, quòd Ioab percussit Absalonē in corde tribus lanceis, quia furatus fuerat, vel sollicitaverat Absalō tria corda, scilicet cor fratris sui Amnō, quādo invitavit eū ad conviviū, & occidit illū. Secundū fuit cor domus iudicū. Volūt enim quòd Absalō induxerit omnes septuaginta viros, qui erāt in domo iudicij, ut eligerent eū in regem, & tollerent patrē suum. Tertiū cor fuit omnium Israelitarum; nā omnes sollicitavit, ut eum in regē sumerent. Dicunt etiā quód servi Ioab percusserunt Absalonē dece lanceis, quia Absalō cognoverat decē cōcubinas David. *q.* 13. Cúmq; adhuc palpitaret. *n.* 15. *Duritiem nimiam Absalonis cor satis ostentabat, dū tribus confixum telis palpitabat, ac proinde decem adhuc vulneribus, ut penitus deficeret, indigebat.*

2 Reg. 18. Et tulerunt Absalon, & proiecerunt eum in saltu, in foveam grandem, & comportaverunt super eum acervum lapidum magnum nimis. *n.* 17. *Abulens.* Quæretur, quare Absalon non ductus est ad sepeliendum in loco regum in Hierusalē? Respōdendum quòd fuit propter duo. Primùm quia Ioab voluit etiā eum mortuum punire; scilicet, dando ei vile sepulchrum. Sic fuit de Ioram rege Iudæ, qui occidit fratres suos, & fuit vir nequam: ideo populus non fecit ei exequias secundúm consuetudinem regum, & non sepelierunt eum in sepulchro regum ut patet 2. Parali. 21. *q.* 15. *Alind apponit exemplum, & sic ait.* 2818 2 Reg. 14. nu. 17. 2 Paral 21.

Idem fuit in Ioas rege Iudæ qui valde nequam & ingratus fuit occidendo Zachariam filium summi sacerdotis in templo, qui eum regem fecerat. Vnde meritó huius prævaricationis servi Ioas occiderunt eum in lectulo suo; & non fuit sepultus in sepulchris regum, ut patet 2. Parali. 24. Absalon autem sic fuerat scelestissimus, quia in patrem insurrexerat, ut ei regnum auferret, ideo non debuit ei honor sepulchri tribui, nec exequiæ venerabiles fieri. *q.* 15. 2819 2 Reg. 18. nu. 17. 2 Paral 24.

Deinde aliam causam sic ponit Abulensis. Alia causa fuit, ut Ioab non contristaret magis David: nam scie- 2820

Bbb bat,

2 Reg. 14 à n. 1. Ioab filius Sarviæ, quòd cor regis versum esset ad Absalon, misit Thecuam, & tulit inde mulierem sapientem &c. à n. 1. Carthus. Hoc est, inclinatum ad recipiendum eum in gratiam suam. Hoc autem astutus Ioab ex aliquibus regis verbis, aut factis perpendit: attamen David erubuit ex se ipso hoc facere, ne vel de inconstantia argueretur, vel cōtra legem agere videretur, filium fratricidam nullo pro illo rogante accipiendo ad veniam. ar. 33. *Vultus namque regis tamquam verus cordis index mæstitiam præ se ferens, cum de exilio Absalonis loqueretur, desiderium revocandi eum in regiam indicabat. Quilibet enim cordis affectus vultu proditur, nec occultus esse diu patitur, quin signo aliquo externo detegatur.*

2828 2 Reg. 14. Nec vult Deus perire animam, sed retractat cogitans, ne penitus pereat, qui abiectus est. num. 14. Carth. In his verbis mulier tetigit aliam rationem, cur David debuit parcere Absaloni, quia videlicet Deus tā pius est: ergo & princeps Dei vicarius debet in hoc Deū imitari. art. 23. *Exemplo Dei sapiens mulier Davidem commovebat, ut fugientem à se filium revocaret, ne ipse de venia commissi criminis desperans, in consortio gentium degens, idola coleret. Quasi verò non solùm de venia à patre danda, sed & de salute, quam solus Deus ei præstare posset, penitus desperaret.*

2829 Secundo Reg. 14. Ecce placatus feci verbum tuum: vade ergo, & revoca puerum Absalon, n. 21. Carthus. Communiter David rex vocavit hunc Absalonem puerum, quia tenerrimè eum dilexit, cùm esset speciosissimus iuvenis, & valde amabilis in naturalibus. art. 23. *Misit rex Ioab principem, ut cum multis nobilibus Absalonem filium suum ab exilio adduceret in curiam, illustrium virorum pompa comitante honoratum, ne Absalon in patre metueret aliquid rigoris, immo multum deprehenderet amoris, à quo tantum sibi impendi videbat honoris.*

2830 2 Reg. 14. Quando tondebat capillum (semel autem in anno tondebatur, quia gravabat eum cæsaries) ponderabat capillos capitis sui ducentis siclis pondere publico. n. 26. Carthus. Circa quod magister in historijs ait: Fortè huius ponderis erat tonsura eius, utpote abrasura, vel hoc pretio eam emebant mulieres, ut subornarent crines suos. Nec tamen ob hoc oportet asserere, quòd ipsemet Absalon vendidit capillos suos abrasos, sed per alios, & si non ob indigentiam pretij, tamen ad ostentationem, & gloriam vanam. art. 23.

2831 *Et infrà sic ait Carth.* Per capillos cogitationes intelliguntur, ideo sicut Absalon statuto tēpore capillos tōdebat, ita peccator pœnitens, debet cogitationū malarū superfluitatem delere. ar. 23. Pondere publico n. 26. *Certè in hoc laude dignus erat Absalon, qui res suas pondere publico ponderabat. Solet enim nobilium quisque res suas, etiā viles, pluris, quàm aliorum pretiosas æstimare: nec se, aliosque sibi in nobilitate æquales, æquali æstimationis mensura trutinare.*

2832 2 Reg. 14. Respōdit Absalō ad Ioab, Misi ad te obsecrās, ut venires ad me, & mitterē te ad regē, & diceres ei, Quare veni de Gessur? melius mihi erat ibi esse: obsecro ergo, ut videam faciē regis, quód si memor est iniquitatis meæ, interficiat me, n. 32. Carth. Meliùs mihi erat ibi esse, quia eram ibi cū rege illius quotidie in honore, hìc verò tamquā exul, & reus compellor à regis cōsortio, præsētia, atq; intuitu abstinere. ar. 23.

2833 *Et ad illud,* Obsecro ergo &c. n. 32. *Carth. sic loquitur.* Idest, si recordatur excessus mei cū ira, & sine ignoscētia, interficiat me, Quasi dicat, malo, pro culpa mea interfici, quàm regis aspectu, magis diu privari. Hoc tamē Absalō simulatoriè dixit, ut animum regis flecteret ad se. art. 23.

Se ipsum morte dignum Absalon pro fratricidio indicabat: & iniquitatem suam, ac si verè illius sibi nimius in corde dolor inhaereret, fatebatur, sciebat enim à pio patre hac confessione obtinendam sibi, non solùm criminis absolutionem, sed & oblivionem.

2834 2 Reg. 14. nu. 33 2 *Reg*. 14. Vocatusque est Absalon, & intravit ad regem, & adoravit super faciem terrae coram eo: osculatusque est rex Absalon. *n*. 33. *Carthus*. Osculatusque est rex Absalon in signum pacis, dilectionis, & reconciliationis plenariae. *ar*. 23. *Ex parte Davidis osculum signum erat delectionis, at ex parte Absalonis medium ad finem proditionis. Et infrà sic progreditur Carthus*. Iuxta mysticum sensum per Ioab intelligitur pastor, aut eius vicarius, per David Christus, per Absalon peccator, & reus. *ar*. 23.

2835 2 Reg. 14. n. 33. *Deinde sic pergit Carth*. Quemadmodum itaque Ioab intelligens cor regis esse inclinatum ad Absalonē impetravit ei veniam ad reditū, sic bonus praelatus sciens Christum paratū ad indulgendum veraciter paenitenti, reconciliat subditum salvatori. *ar*. 23. *Absalon non nisi vocatus intravit; nullus enim peccator à Deo per lethalem culpam recedens, potest iterū ad Deum accedere, nisi per divinam alicuius inspirationis gratiam revocetur.*

2836 2 Reg. 15. nu. 1. 2 *Reg*. 15. Igitur post haec fecit sibi Absalō currus, & equites, & quinquaginta viros, qui praecederent eū. *n*. 1. *Carth*. Id est fecit quadrigā, qua veheretur quasi rex, & viros equestres praeparavit sibi, ac procuravit, & quinquaginta viros, qui praecederent eum sedentem in curru, sicq; per apparatum istum, tamquam per quaedam praeludia, sive praeambula, monstravit se regnaturū pro patre suo iam sene. Nam Amnon primogenitus fuit occisus: post quem proximus erat Cheliab, qui creditur tunc obiisse. Vel forsitan erat iners, ineptusque regnare. *art*. 24. Fecit sibi. *num*. 1. *Ac si omnes currus servis suis factos, quasi sibi ad usum propriae personae destinatos, sic ad elegantiam compositos fieri, imperasset, ut sic non solùm ipse suo in curru sedens, tamquam si iam rex esset, veheretur, sed curribus servorum suorum, quorum quilibet regiam in curru sedens ostenderet gravitatem, rex non servorum, sed regum esse videretur.*

2 *Reg*. 15. Omnem virum, qui habebat negotium, ut veniret ad regis iudicium, vocabat Absalon ad se, & dicebat, De qua civitate es tu? Qui respondens aiebat, Ex una tribu Israel ego sum servus tuus. Respondebatque ei Absalon, Et videntur mihi sermones tui boni, & iusti, sed non est, qui te audiat constitutus à rege. *nu* 2. & 3. *Carth*. Ex his verbis elicitur, quòd Absalon etiam interrogabat viros quid causae haberent, & cur vellent accedere ad regē. Ad quod cúm illi respondissent, dicebat, Videntur mihi sermones tui boni, & iusti, cùm tamen multi haberent causas iniustas; sed ambitiosus adulator omnibus conabatur placere, non timens Deum offendere, ac mentiri. *art*. 24. *Omnem vocabat virum, nullam faciens exceptionem virorum, ut sic dignum se regno indicaret, qui rex constitutus aequalem erga omnes tribus curam esset habiturus: nec soli tribui Iudae, ex qua ipse erat, addictus, solis hominibus sua tribus beneficia dignitatesque reipublicae concessurus.* 2837 2 Reg. 15. nu. 2. & 3.

2 *Reg*. 15. Faciebatque hoc omni Israel venienti ad iudicium, ut audiretur à rege, & solicitabat corda virorum Israel. *numer*. 6. *Carthus*. Diversimodè inquietavit corda illorum, & fecit eos sollicitos pro ipsius promotione ad regnum. Unde quidam exponunt, Inclinavit corda illorum ad se, atque, ut in Hebraeo habetur, Furabatur corda eorum, idest per talia blandimenta ita traxit corda ipsorum in se, & eorum benevolentiam sumpsit, quòd quasi extra se, & in ipsum transpositi erant, praesertim quòd talis, 2838 2 Reg. 15. n. 6

talis, ac tantus, tamque amabilis, & decorus, tam charitatívé, pié & humiliter circa ipsos se habuit. Propter quod reputabant eum regno dignissimum. *ar.* 24.

2839 Solicitabat. *n.* 6. *in Hebræo.* Furabatur corda virorum Israel. *Erant hæc corda bona, optima, inter omnia bona Davidis regis, computanda, quæ ipsius regis tamquam domini absoluti esse, iure proprietatis censebantur; ex quibus proinde viri, qui corda, vtilitatis iure, possidebant, vero domino habenti absolutum dominium possessoris, & verum titulum amatoris, pensionem solvere tenebantur amoris. Hæc igitur bona à Davide patre pio Absalon impius filius surripere intentabat, dum corda virorum solicitabat, ut sibi, non autem patri amoris solverent pensionem.*

2 *Reg.* 15. *n.* 6

2840 2 *Reg.* 15. Dixit Absalon ad regem David, vadam, & reddam vota mea, quæ vovi Domino, in Hebrō. Vovēs enim vovit servus tuus, cúm esset in Gessur Syriæ, dicens, Si reduxerit me Dominus in Hierusalem sacrificabo Domino. *n.* 7. & 8. *Carth.* Istud Absalon creditur confinxisse, ut sub specie religionis patrem suum deciperet, & propositum suæ rebellionis exequeretur, faciendo conspirationem in Hebron vrbe famosa, in qua etiam vrbe cæpit David regnare. Hinc & Absalon voluit ibi incipere. *ar.* 24. Vadam &c. *nu.* 7. *Superbus iam filius sic loquitur patri. Non enim obsecrando licentiam eundi postulabat, sed solùm quid facturus esset, patri exponebat: sciens pium patrem nullo modo sibi ad opus pietatis ire volenti contradicturum: immo ipsius devotionem laudaturum.*

2 *Reg.* 15. *nn.* 7. & 8.

2841 2 *Reg.* 17. Ait autem Absalon, vocate Chusai Arachitem, & audiamus quid etiam ipse dicat. *n.* 5. *Carthus.* Iam enim Absalon credidit indubitanter, quód Chusai sibi faveret ex animo, & voluit tam prudentem ad se confugientem honorare consulendo eundem. *ar.* 26. *Suspectū adhuc forsitan Chusai adse, relicto patre rege, cui amicus erat, confugientem tyrannus habebat, ideo ad consilium eum vocare præcepit, ut illum titulo consiliarij status, & belli honoraret, & sic hoc concesso honore, ipsum in sui confirmaret amore.*

2 *Reg.* 17. *nn.* 5.

2 *Reg.* 18. Et præcepit rex Ioab, & Abisai, & Ethai dicens Servate mihi puerum Absalon. Et omnis populus audiebat præcipientē regem cunctis principibus pro Absalon. *n.* 5. *Carth.* Vnde elicitur, quód David ex revelatione certus fuit, vel ex cōfidentia Dei probabiliter novit exercitum suum prævaliturum, valdéq; timuit de periculo Absalonis, & de æterna damnatione ipsius, sciens quantis involutus esset criminibus, idcirco præcepit, ne occideretur. *ar.* 27. *Nulli totius populi, sed tribus ducibus, ne filius occideretur, imperavit sciebat enim nullum de populo adeo audacem fore, ut in filium regis manū mitteret, nisi aliquis ducum ipsum ad hoc priùs exemplo suo excitaret.* 2842

2 *Reg.* 18 *n.* 5

2 *Reg.* 18. Absalon erexerat sibi, cùm adhuc viveret, titulum, qui est in valle regis: dixerat enim, Non habeo filium, & hoc erit monumentū nominis mei. Vocavitque titulum nomine suo, & appellatur, Manus Absalon, vsque ad hanc diem. *n.* 18. *Carth.* Idest ad perpetuā sui memoriam, ut viveret semper in cordibus hominum, quia cupidissimus fuit laudis humanæ, eratque nomen tituli, Manus Absalon: quem titulum aliqui dicunt fuisse arcum, seu fornicem triumphalē, in qua sculpta fuerit Manus Absalon. *art.* 27. *Absalon cùm de bello à se adversus patrem agendo cogitaret, triumphalem arcum, in quo victoriam, quam iam sibi promittebat, describeret, præparavit, in cuius summitate statuam suam erigere præcepit elevata manu, ut totum triumphum manui suæ referendum demonstraret.* 2843

2 *Reg.* 18. *nu.* 18.

Ex Caietano Cardinali.

2844 Secundo Reg. 13. Respondens autem Ionadab filius Semmaa fratris David, dixit, Ne existimet dominus meus rex quòd omnes pueri regis occisi sunt: Amnon solus mortuus est, quoniam in ore Absalon erat positus ex die, qua oppressit Thamar sororem eius. *n.* 32. *Caietan.* Sermone metaphorico describitur odiũ promptum ad occidendũ Amnon ad instar eius, quod versatur per os quòd continuè quærimus eijcere ex ore. *ibi. Alludit ad literam Hebræam iuxta quam sic habetur,* Quia per os Absalon fuit positus á die qua oppressit Thamar sororem eius. *Rectè dicitur Amnon ex die, qua sorori Absalonis intulit vim, fuiße in Absalonis positus ore, ut ex tunc exclusus intelligeretur à corde. Licet enim verbis oris Absalon ei ostendisset amorem: atamen affectibus cordis adversùs violatorem sororis suæ servabat rancorem.*

2 Reg. 13. nu. 32.

2845 2 *Reg.* 15. Faciebatque hoc omni Israel venienti ad iudicium, ut audiretur á rege, & solicitabat corda virorum Israel. *nu.* 6. *Caiet.* Iuxta Hebræum habetur, Et furatus est Absalon cor virorum Israel. Ad instar furti describitur acquisitio benevoli animi virorum Israel erga ipsum Absalon, quia verè furti species fuit relativè ad regem Davidem. Clã enim abstulit corda virorum Israel à patre, trahendo illa ad se, hoc est enim furtivé surripere. *ibi.*

2 Reg. 15. nu. 6.

Rectè dicitur quod Absalon furatus fuerit cor virorum Israel; ita enim viros omnes, quibus alloquebatur, blanditijs ad amorem sui alliciebat, & in sui dilectionẽ vniebat, & adunabat, ac si non singuli corda singula, sed vnum tantum cor omnes habere viderentur, quo vnanimes pro Absalone tyranno contra Davidem, regi legitimo infideles, decertarent, iuxta illud eiusdem cap. Toto corde vniversus Israel sequitur Absalon. *n.* 13. 2846

2 Reg. 15. n 6

Secundo Reg. 18. Accidit autem, ut occurreret Absalon servis David, sedens mulo: cúmque ingressus fuisset mulus subter condensam quercum, & magnam adhæsit caput eius quercui, & illo suspenso inter cælum & terram mulus, cui insederat, pertransivit. *n.* 9. *Caiet.* Non dicitur quód capilli eius illaqueaverint eum, sed quòd caput eius penetraverit densos ramos ela magno impetu fugientis; & sic capite detentus, pendens relictus fuerit transeunte secundúm inchoatum cursum mulo. *ibi.* 2847

2 Reg. 18 n 9

Ergo, ut verè latro inter ramos quercus collo preßo strãgulatus interijt, é quercu suspensus, qui de fructibus, quos porci manducabant, edere poßet. Corpore animoque pependit, prodigo deterior filio, qui licet de fructibus arboris similis non manducabat, é ramis tamen illius non pendebat. Et meritó, nam prodigus filius ad patrem pœnitens redire volebat: Absalon autem impœnitens patrem occidere cupiebat. 2848

2 Reg. 18. nu. 9.

SONVS

SONVS XXIII.

Achab.

Ex Tertulliano.

2849 *Ertio Reg.* 21. Cúm audisset Achab sermones
3 *Reg.* istos scidit vestimenta
21. *àn.* sua, & operuit cilicio
7. carnem suam, ieiunavitque, & dormivit in sacco, & ambulavit demisso capite. Et factus est sermo Domini ad Eliam Thesbiten, dicens, Non ne vidisti humiliatum Achab coram me? quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius, sed in diebus filij sui inferam malum domui eius. *à num.* 27.

2850 *Tertullianus lib. de ieiuniis loquens*
de ieiunio sic ait: Hoc remedium ag-
3 *Reg.* noscit, & Achab, cúm illi post trans
21. *àn.* gressionem, & idololatriam, & ne-
7. cem Nabuthæ propter vineam interempti á Iezabel exprobasset Elias: Qualiter occidisti, & hæreditatem possedisti, destituit semetipsum, & saccum carni suæ imposuit, & ieiunavit. Et tunc sermo Domini ad Eliam, vidisti, ut reveritus sit Achab à facie mea: pro eo quód reveritus est, non super inducam læsuram in diebus ipsius, sed in diebus filij eius, qui non erat ieiunaturus. *cap. 7. Achab ergo volens Deo pro suis criminibus satisfacere, cum aspero cilicio blandam subuculam, amarè ieiunio dulces epulas, vili sacco regalem purpuram commutavit, ut hac externa commutatione internam commutationem indicaret: corpore, animoque pænitens virtutem pænitentiæ humanis, & divinis oculis iucundissimam figuram demonstraret.*

2851 3 *Reg.* 21. Factus est sermo Do-
3 *Reg.* mini ad Eliam Thesbiten dicens,
21. *àn.* Nonne vidisti humiliatum Achab
28. coram me &c. *à n.* 28. *Tertul.* lib. 4. advers. Marcionem, *ad illud Micheæ cap.* 7. Quis Deus similis tui, qui aufers iniquitatem, & transis peccatum reliquiarum hæreditatis tuæ? non immittet vltra furorem suum quoniam colens misericordiarum est. Revertetur, & miserebitur nostri, deponet iniquitates nostras: & proijciet in profundum maris omnia peccata nostra. *n* 18. *&* 19. *sic ait.*

Quis dimittet peccata nisi solus Deus. Dimissorem delictorum 2852
Christum recognosce. Micheas de venia delictorum, Quis Deus, quomodo tu? eximens iniquitates, & præteriens iniustitias. *Et infrà*, Proinde & Achab regem maritum Iezabel, reum idololatriæ, & sanguinis Nabuthæ veniam meruisse pænitētiæ nomine. *cap.* 10. Nonne &c. *Pulcherrimum divinis oculis spectaculum rex humiliatus apparebat; idcoque ad illud aspiciendum humanos amici sui oculos invitabat.*

Ex D. Cyrillo Hierolos.

Tertio Reg. 21. Itaque cùm au 2853
disset Achab sermones istos,
scidit vestimenta sua, & operuit cili- 3 *Reg.*
cio carnem suam, ieiunavitque, & 21. *à n.*
dormivit in sacco, & ambulavit de- 27.
misso capite. Et factus est sermo Domini ad Eliam Thesbiten, dicens, Nonne vidisti humiliatū Achab coram me? quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius, sed in diebus filij sui inferam malum domui eius. *à n.* 27.

D. Cyril. Hiero. Vides quód pulchrũ est confiteri, quód pœnitenti datur salus. Achab rex Samariæ, erat iniquissimus idololatra excellenti improbitate, procul ab omni pietate, concupiscens agros, & vineas alienas, & cúm Elias propheta veniens tantummodo illi comminatus esset, discidit vestimenta, & induit saccũ. Quid autem dicit benignus Deus ad Eliam? Vidisti quomodo humiliatus est Achab ante faciem meam? Quasi persuadens ira accenso prophetæ, ut subveniret pænitenti. *Catechesi 2. de pænit.*

2854 *Divinas cùm audiret Achab minas,*
3 *Reg.* *scindens, ne dum exueret regalia vesti-*
21. *à n.* *menta, si ea non scinderet, moras traheret,*
27. *se propter peccata sua divinæ obtulit iustitiæ nudum, ut in satisfactionem culparũ, post verba minantia exciperet verbera vulnerantia. Sed misericors Deus, vbi primùm regem aspexit ad flagella præparatũ, placatus est, nec flagellare voluit, quia noluit alium regem, priorem rege regum inspicere verberatum.*

2855 3 *Reg.* 21. Non inducam ma-
3 *Reg.* lum in diebus eius. *nu.* 29. *D. Cyril.*
21. *àn.* *Hiero.* Quamvis post hanc indulgen-
29. tiam, iste non erat à sua improbitate cessaturus; remittens tamen Deus ignoscebat: non ignorans quid esset futurum, sed consentaneam pænitentiæ præsenti cócedens indulgentiam. Iusti enim iudicis est, de singulis factis aptè sententiam pronunciare. *Catechesi cit.*

2856 *Quis suam non timeat imbecillita-*
tem? Quis non verebitur humanam ex
3 *Reg.* *bono in malum mutabilitatem? Laudatus*
21. *àn.* *à Deo Achab de humilitate, propter quam*
29 *ad se, quasi ad spectaculum iucundissimum, divinos oculos allexerat, post tres annos, humilitatis oblitus, superbo sedens solio Michæam prophetam Domini, eò quòd non sibi ad placitum de belli eventu prophetaverat, in carcerem mitti iubet. At brevi temporis interposita mora, sagitta, quam in incertum direxit miles quidam in prælio, vulneratus perijt. Nemo igitur de humilitate glorietur, ne iusto Dei iudicio in pænam, gloriæ vanæ humilietur. Immo, ne qui propter humilitatem absolvi meruerit, dum iterum superbit condemnetur.*

Ex D. Ambrosio.

Tertio *Reg.* 21. Post verba autem 2875
hæc, tempore illo vinea erat
Naboth iuxta palatium Achab regis 3 *Reg.*
Samariæ. Locutus est ergo Achab 21. *nu.*
ad Naboth dicens, Da mihi vineam 1. & 2.
tuam, ut faciam mihi hortum olerũ, quia vicina est, & prope domũ meam, daboque tibi pro ea vineam meliorem: aut si commodius tibi putas argẽti pretium, quantum digna est. *n.* 1. & 2. *D. Ambros. lib. de Nabuthe, alludens etiam ad illud, quod dicitur* 3.
Reg. 21. Qui statim relictis bobus 3 *Reg.*
cucurrit post Eliam, & ait, Osculer 21. *nu.*
oro patrem meum, & matrem meã, 20.
& sic sequar te. Dixitque ei, vade, & revertere; quod enim meum erat feci tibi. *n.* 20.

Sic ait D. Ambros. Exposuerat 2858
suprà scriptura divina, quia Eliseus cúm esset pauper, reliquit boves suos, & cucurrit ad Eliam, & occidit eos, & erogavit populo, & adhæsit prophetæ. Ad condemnationẽ igitur præmissa sunt divitis, qui in isto rege describitur, eò quòd habens beneficia Dei, sicut iste Achab, cui Dominus, & regnum donavit, & pluviam Eliæ vatis oratione concessit, divina mandata violaverit. *cap.* 2. Tempore illo. *n.* 1. *Tempus exprimitur, ut regis avari cupiditas arguatur, qui eo tempore, quo Eliseus bona sua à se alienabat, ipse Elisei minimè secutus exẽplum, aliena bona, proprijs non contentus regalibus, appetebat.*

3 *Reg.* 21. Locutus est ergo 2859
Achab ad Naboth dicens, Da mihi
vineam tuam &c. *nu.* 2. *D. Ambros.* 3 *Reg.*
lib. de Nabuthe. Nabuthæ historia tẽ- 21. *n.* 2
pore vetus est, vsu quotidiana. Quis enim divitum non quotidie concupiscit

piscit aliena? Quis opulentissimorũ non exturbare contẽdit agellulo suo pauperem, atque inopem aviti iuris eliminare finibus? Quis contentus est suo? Cuius non inflammat divitis animum vicini possessio? *cap.* 1.

2860 *Ex his sic infert D. Ambr.* Non igitur vnus Achab natus est, sed,
3 *Reg.* quod peius, quotidie Achab nascitur,
21. *nu.* & numquam huic sæculo moritur.
2. Si vnus occidat, assurgunt plurimi: plures qui rapiant, quàm qui amittant. *in eodem cap.* 1.

2861 *Deinde alludens ad illud Isaiæ* 5. Væ qui coniungitis domum ad do-
3 *Reg.* mum, & agrum agro copulatis vsq;
21. *n.* 2 ad terminum loci. Numquid habi-
Isaiæ 5 tabitis vos soli in medio terræ? In
à nu. 8 auribus meis sunt hæc, dicit Dominus exercituum, Nisi domus multæ desertæ fuerint grandes, & pulchræ, & absque habitatore. Decem enim iugera vinearum facient laguunculam vnam, & triginta modij sementis facient modios tres. *à num.* 8. *Sic in divites avaros invehitur.*

2862 *D. Ambros.* Quousque extenditis divites insanas cupiditates? Nũ-
3 *Reg.* quid soli habitabitis super terram?
21. *n.* 2 cur eijcitis consortem naturæ, & vendicatis possessionem? In commune omnibus divitibus, atque pauperibus terra fundata est, cur vobis ius proprium soli divites arrogatis? Nescit natura divites, quæ omnes pauperes generat. Neque enim cum vestimentis nascimur, nec cum auro, argentoque generamur. *cap.* 1.

2863 *Et alludens ad illud Iob cap.* 1. Nudus egressus sum de vtero matris
Iob 1. meæ, & nudus revertar illuc &c. *n.*
nu. 21. 21. *sic loquitur D. Ambros.* Nudos recipit terra, quos edidit, nescit fines possessionum sepulchro includere. Cespes angustus æquè, & pauperi abundat, & diviti: & terra, quæ viventis non cepit affectum, totum iam divitem capit. *cap.* 1.

2864 *Et postea sic concludit D. Ambro.* Nescit ergo natura discernere quando nascimur, nescit quando deficimus. Omnes similes creat, omnes simili claudit gremio sepulchri. Quis discernat species mortuorum? Redoperi terram, & si potes, divitem deprehende. Erudera to tumulum, & si cognoscis egentem, argue: nisi fortè hoc solùm, quòd cum divite plura pereunt. Sericæ vestes, & aurò intexta velamina, quibus divitis corpus ambitur, damna viventium, non subsidia defunctorum sunt. *c.* 1.

Locutus &c. *n.* 2. *Certè in his verbis* 2865
iustitiæ simulacrum à rege depictum vide- 3 *Reg.*
batur, non enim gratis vineam à Nabu- 21. *n.* 2
the accipere velle demonstrabat, qui vel & 4.
aliam meliorem, vel iustum pretium pro vinea offerebat: at re vera horrendũ sub pulchra iustitiæ specie ambitionis monstrum tegebatur. Vineam gratis conferendam, non autem commutatione, vel pretio comparandam cupiebat. Monstri huius larvalem faciem Naboth manifestavit, dũ respondens avaro regi, donationem vineæ ei à se faciendam denegavit, dicens, Non dabo tibi hæreditatem patrum meorum. *n.* 4.

3 *Reg.* 21. Locutus est ergo 2866
Achab ad Naboth dicens, Da mihi
vineam tuam, ut faciam mihi hortũ 3 *Reg.*
olerum &c. *nu.* 2. *D. Ambros. lib. de* 21 *n.* 2
Nabuthe. O dives, nescis quàm pauper sis, quàm inops tibi ipsi videaris, qui te divitem dicis? Quantò plus habueris, plus requiris: & quamquã acquisieris, tamen tibi adhuc indiges. Inflammatur lucro avaritia, non restinguitur. Quasi gradus quosdam cupiditas habet: quò plures ascenderit, eò ad altiora festinat, vnde sit gravior ruina lapsuro. *cap.* 2.

Et infrà sic ait D. Ambros. Non 2867
vult esse degener votis, pauper in
desiderijs. Ita duo intolerabilia simul 3 *Reg.*
iungit, ut ambitiosam spem divitis 21. *n.* 2
augeat, & non deponat mendicitatis affectum. Denique docet nos scriptura divina, quàm miserè egeat, mendicet abiectè? Rex Achab in Israel erat, & pauper Naboth. Ille regni

regni opibus affluebat, iste angusti soli cæspitem possidebat. Nihil pauper de possessionibus divitis concupivit, rex sibi egere visus est, quia vineam habebat pauper vicinus. *cap.* 2.

2868 3 Reg. 21. n.2 *Deinde sic rogat D. Ambros.* Quis igitur tibi pauper videtur; qui contentus est suo, an qui concupiscit alienum? Alter certè pauper censu videtur, alter est pauper affectu. Affectus dives egere non novit, census abundans nequit avari pectus explere. Ideoque dives cupidus in invidia possessionis, & paupertatis querela est *cap.* 2.

2869 3 Reg. 21. n.2 *Pulchrè adhuc expendens illa verba regis Achab:* Da mihi vineam tuam. *n.* 2. *sic ait D. Ambros.* Audiamus ergo quid dicat: Da mihi, inquit; Quæ alia vox egentis est? Quæ vox alia stipem publicè postulantis, nisi, Da mihi? hoc est: Da mihi, quia egeo. Da mihi, quia aliud vivendi subsidium habere non possum. Da mihi, quia non est mihi panis ad victum, nummus ad potum, sumptus ad alimentum, ad indumentum substantia, Da mihi, quia tibi Dominus dedit vnde largiri debeas, mihi non dedit. Da mihi, quia nisi tu dederis, habere non potero. Da mihi, quia scriptum est: Date eleemosynam. *cap.* 2.

2870 3 Reg. 21. n.2 *Pergit iterum Div. Ambros.* Hæc quàm abiecta, quàm vilia? Non habent enim humilitatis affectum, sed cupiditatis incendium. In ipsa autē deiectione, quanta impudentia? Da mihi, inquit, vineam tuam. Confitetur alienam, ut poscat indebitam. *cap.* 2. Da mihi. *nu.* 2. *Si Naboth vineam suam nominas, dicens,* Da mihi vineam tuam: *cur meliorem vineam, quam pro illa promittis non appellas tuam: solùm enim dicis,* Dabo tibi vineam meliorem? *Agnoscis certè Naboth vineæ suæ esse dominum, qui ut dominus vineam suam possideret: te autem non melioris vineæ censes dominum possessorem, quia ab illa te, ut servum avaritiæ, indicas possideri.*

2871 3 Reg. 21. n.2 3 *Reg.* 21. Da mihi vineam tuam, ut faciam mihi hortum olerum. *n.* 2. *D. Ambros.* Et erit mihi inquit in hortum olerum. Hæc erat igitur omnis insania, hic omnis furor, ut spatium vilibus oleribus quæreretur. Non tam ergo ipsi cupitis, quasi vtile possidere, sed alios vultis excludere. Maior vobis cura de pauperum spolio, quàm de vestris emolumentis est. Iniuriam vestram putatis, si quid pauper habeat, quod dignum possessione divitis æstimetur. Damnū vestrum creditis, quidquid alienum est. *cap.* 3.

2872 3 Reg. 21. n.2 *Et alibi loquens de Achab sic ait idē D. Ambro.* Sic fuit luxuriosus, ut olus desideraret: sic cruentus, ut propter olus hominem occideret *cap.* 1. *in fine. Ergo non servare, sed destruere vineam intentabat, qui eradicatis vitibus olera sibi in vineæ loco plantare cupiebat. At quid agis avare, non plus tibi vtilitatis in uvis, quàm in oleribus fore perpendis? Non solùm avarus, sed etiam delitiosus hic erat: plus delitias, quàm divitias æstimabat, ideoque vineam vtilem in hortum delectabilem commutare volebat.*

2873 3 Reg. 21. n.2 3 *Reg.* 21. Da mihi vineam tuam, ut faciam mihi hortum olerum, quia vicina est. *n.* 2. *D. Ambros. lib. de Nabuthe.* Vniversis creatus est mundus, quem pauci divites vobis defendere conamini. Non enim terrena tantū possessio, sed cælum ipsum, aer, mare, in vsum paucorum divitum vendicatur. Hic ager, quem tu diffusis includis possessionibus, quantos alere populos potest? Numquid Angeli divisa cæli spatia habent, ut tu terram positis distinguas terminis. *cap.* 3.

2874 Isai. 5. 3. Reg. 21. n.2 *Et citans illud Isaiæ* 5. Væ qui cōiungitis domum ad domum, & agrū agro copulatis vsque ad terminum loci. Numquid habitabitis vos soli in medio terræ? *nu.* 8. *sic progreditur D. Am-*

D. Ambros. Arguit eos inefficacis avaritiæ. Fugiunt enim cohabitare hominibus, & ideo excludunt vicinos. Sed fugere non possunt: quia cúm hos excluserint, alios rursum inveniunt, & cùm illos propulsaverint, ad aliorum necesse est eos viciniam pervenire. Soli enim super terram habitare non possunt. *cap.* 3.

2875 *Postea exemplo animantium avaros, qui alios à se ipsis homines excludunt*
3 Reg. *sic arguit D. Ambros.* Avis avibus se
21.n.2. associat: ingentis plerumq; agminis volatu cælum obtexitur. pecus pecori adiungitur, piscis piscibus: nec damnum ducunt, sed commercium vivendi, cúm plurimum comitatum capessunt, & quoddam munimentũ solatio frequentioris societatis affectant. Solus tu homo consortem excludis: includis feras, struis habitacula bestiarum, destruis hominũ. Inducis mare intra prædia tua, ne desint belluæ: producis fines terræ, ne possis habere finitimum. *cap.* 3. *Invidus sanè rex meliori se vinea fraudare volebat, ne vineam deteriorem sibi vicinam alieni domini invitus videret Plus enim alieno bono proximi affligebatur, quàm proprio sui malo torqueretur.*

2876 3 *Reg.* 21. Daboque tibi pro ea vineam meliorem &c. *num.* 2. *D.*
3 Reg. *Ambros.* Dives quod suum est, quasi
21.n.2 vile fastidit; quod alienum est, quasi pretiosissimum concupiscit. Si veró placuerit tibi dabo pecuniam. Citó reprehēdit errorem suum, pecuniam offerendo pro vinea. Nihil enim vult alienum possidere, qui totum desiderat suis possessionibus occupare. *lib. de Nabuthe cap.* 2. *in fine.*

2877 *Nota discrimen in verbis regis avari.*
Dabo, inquit tibi &c. *Non dicit, Do*
3 Reg. *tibi: Cùm dixisset,* Da mihi vineā tuā.
21. n. 2 *Debebat enim dicere, Dabis mihi, ut sic diceret, dabo tibi, vel cùm dixisset,* Da mihi *dicere, Et dabo tibi? Loquitur tamen ut dives avarus, qui pauperem statim, nulla interposita mora, possessione sua volebat spoliare, se ipsum verò, non nisi post longum tempus vineæ suæ iure defraudere.*

3 *Reg* 21. Venit ergo Achab 2878
in domum suam indignans, & frendens super verbo, quod locutus fue- 2 Reg.
rat ad eum Naboth Iezrahelites, di- 21.n.4
cens, Non dabo tibi hæreditatem patrum meorum. Et proijciens se in lectulum suum avertit faciem suam ad parietem, & non comedit panem. *n.* 4. *D. Ambros* Turbatus est spiritus avari regis, & dormivit super lectū, & velavit faciem suam, & non manducavit panem. Lugent divites, si non potuerint aliena diripere: si suis pauper non cesserit facultatibus, vim mæroris tegere non possunt. *cap.* 3.

Et ad illud. Proijciens se in lec- 2879
tulum suum avertit faciem suam ad
parietem. *n.* 4. *sic ait D. Ambros.* Di- 3 Reg.
vites dormire desiderant, velant fa- 21.n. 4
ciem suam, ne quidquam in orbe terrarum alienum videant, ne quidquam in hoc mundo non esse suum noverint, ne audiant vicinum iuxta se aliquid possidere, ne audiant pauperem sibi contradicentem. *eodem cap* 3.

Et alibi explanans illud; Venit er- 2880
go Achab in domum suam indignãs,
& frendens super verbo, quod lo- 3 Reg.
cutus fuerat ad eum Naboth dicens, 21.n.4
Non dabo tibi &c. *n.* 4. *sic ait D. Ambros. lib. de pænit* Hac repulsa compunctus tristis domum revertitur, quód appetitus sui libido recidisset incassum. *cap.* 14.

Et explanans illud, Et non come- 2881
dit panem. *n.* 4. *seu ut septuaginta ha-*
bent, Et non manducavit panem su- 3 Reg.
um. *sic ait D. Ambros. lib. de Naboth.* 21.n.4
Non manducavit suum; quoniam quærebat alienum. Etenim divites magis alienum panem, quàm suum manducant, qui raptu vivunt, & rapinis sumptum exercent suum. Aut certé non manducavit panem suum, volēs se morte mulctare, quód ei aliquid negaretur. *cap.* 4.

Deinde ita progreditur D. Am- 2882
bros.

3 Reg. *brof. exponens eundem textum:* Et non
21. n.4 comedit panem. *n.* 4. Compara nūc
affectum pauperis. Nihil habet, & ieiunare voluntarius, nisi Deo nescit; ieiunare, nisi ex necessitate non novit. Divites eripitis quidem pauperibus vniversa, aufertis omnia, nihil relinquitis; pænā tamen pauperū vos potiús divites sustinetis. Illi ieiunant, cúm nō habeant, vos cúm habetis. A vobis igitur priús pænam exigitis, quàm pauperibus erogetis. Vos igitur vestro affectu luitis miseræ paupertatis ærumnas: & pauperes quidem non habent, quo vtātur; vos autem nec ipsi vtimini, nec alios vti finitis. *cap.* 4.

2883 *Et iterum in eod. lib. sic ait Div.*
Ambrof. Quàm evidenter expressa est
3 Reg. divitum consuetudo? Contristantur
21. n. 4 si aliena non rapiant, renuntiant cibo, ieiunant, non ut peccatum minuant, sed ut crimen admittant. *cap.* 10.

Ps. 38. *Et carpens avarum divitem citans*
ver. 7. *illud Ps.* 38. Thesaurizat, & ignorat
cui congregabit ea, *vers.* 7 *sic loquitur D. Ambrof.* Hæres otiosus expectat, hæres fastidiosus increpat quód serò moriamini. Odit incrementa hæreditatis suæ, ad domna festinat. Quid igitur miserius, quando nec apud illum, cui laboratis, gratias derelinquitis? Propter illū totis mæstam diebus toleratis famem, quotidiana mensæ vestræ damna metuentes, propter illum diurna aggeratis ieiunia. *cap.* 4. *Vbi narrat historiam de divite avaro à se cognito, qui, si quando ei ovum esset oppositum querebatur, quód pullus esset occisus.*

2884 Avertit faciem ad parietem. *n* 4.
3 Reg. *In hoc certé dignus præconio mihi vide-*
21. n. 4 *tur Achab. Faciem occultabat, ne in ea quasi in speculo irati animi, ipsum regis accensum ira animum aliquis inspectaret. Indignum iudicans quòd aliquis regem contra subditum, qui nihil ei intulerat mali, iratum deprehenderet.*

2885 3 *Reg.* 21. Scripsit itaque lite-
ras ex nomine Achab; & signavit 3 Reg.
eas annulo eius, & misit ad maiores 21. à n.
natu, & optimates, qui erant in ci- 8.
vitate eius, & habitabant cum Naboth. Literarum autem hæc erat sententia. Prædicate ieiunium, & sedere facite Naboth inter primos populi. Et submittite duos viros filios Belial contra eum, & falsum testimonium dicant, benedixit Deum, & regem. Et educite eum, & lapidate, sicque moriatur. *à n.* 8. *D Ambrof. lib de Naboth.* Si non acquiescatur arbitrio divitis, scena componitur: Dei æstimatur iniuria, si divitis petitio refutetur. *cap.* 10. *in fine.*

Et expendens illud. Benedixit 2886
Deum & regem. *n.* 10. *sic ait D. Ambrof. eod. lib. de Naboth.* Æqualis vi- 3 Reg.
delicet persona, ut sit æqualis con- 21. à n.
tumelia. Benedixit, inquit, Deum, & 8.
regem. Ne divitem maledicti nomē offendat, & sermonis ipso lædatur sono, benedictum pro maledicto vocatur. *cap.* 11.

Magnam impia fæmina Iezabel vxor 2887
Achab tragediam incitavit, in qua pluri-
ma vitia, virtutum agentia personas, ex 3 Reg.
præscripto ipsius repræsentarunt: quibus 21. à n.
ipsa tragedia inventrix iniquitates suas 8.
palliabat. Insatiabilis gula sub specie ieiunij incedebat. Inversio iuris sub velamine ingrediebatur iustitiæ. Invidia proximi vultum zeli de divino præferebat honore. Nequitia humana in facie divinæ religionis latebat. Sic impijssima fæmina in hac lamentabili Naboth tragedia malitiam suam virtutis nominibus occultabat.

3 *Reg.* 21. Dixerunt contra eū 2888
testimonium coram multitudine,
Benedixit Naboth Deum, & regem. 3 Reg.
Quamobrem eduxerunt eum extra 21. n.
civitatem, & lapidibus interfecerūt. 13.
n. 13. *D. Ambrof. lib. de Naboth.* Vtinam vel in suis ei liceret mori. Pauperi ipsam dives invidet sepulturā. *cap.* 11. *De duobus criminibus fuit Naboth per duos testes falsos accusatus, quòd scilicet Deum, & regem benedixerat, hoc est maledixerat. Et primum, quòd in*

Deum;

Deum: secundum, quòd in regem peccaverit, ei opponitur. Ac proinde quòd non tam pro crimine contra Deum commisso, quàm pro crimine adversus regem patrato, damnetur, ostenditur. Si enim regi non maledixisset, quamvis contra Deum blasphemaret, nullo modo eum impia fœmina condemnaret.

2889 3 *Reg.* 21. Quod cùm audisset Achab, mortuum videlicet Naboth surrexit, & descendebat in vineam Naboth, ut possideret eam. *nu.* 16. *D. Ambros. lib. de Naboth.* Cùm audisset Achab, quia mortuus est Nabuthe, conscidit vestimenta sua, & post hæc surrexit, & descendit Achab ad vineam Nabuthe, ut possideret eã. Irascuntur divites, & calumniantur, ut noceant, si non obtineant, quod desideraverint. Cúm autem calumniati nocuerint, dolere se simulant: tristes tamen, & tamquam mæsti, non corde, sed vultu, in possessionis direptæ locum prodeunt, & impressionis suæ iniquitate potiuntur. *c.* 11.

3 *Reg.* 21. *nu.* 16.

2890 *Et alibi exponens eundem textum scilicet lib. de pænit. sic loquitur D. Amb. de Achab.* Ille dolens materiã se præbuisse mortis, facinoris nuntia perhorrescit, & mortis eius causam flebili dolore lucrifacit. Discissis enim regalibus indumentis, accingit se vestitu funereo, non tam conscientiæ reatui, quàm pænitentiæ, primæ cogitationis attestans. Et factũ est quomodo audivit, inquit, Achab, quia mortuus est Naboth, disrupit vestimẽta sua, & accinxit se sacco. *c.* 14.

3 *Reg.* 21. *nu.* 16.

2891 *Deinde sic progreditur.* Vacare ergo potuit Achab effusi sanguinis culpa, quia de cõcepto, non de parricidio egerat, pænitentiã, & remanserat in prophana muliere impietas homicidij, quæ pretio quodã cruoris effusi putavit se vineam debuisse mercari *eod. lib. de pænit. cap.* 14.

3 *Reg.* 21. *nu.* 16.

2892 *Et exponens illud.* Surrexit &c. *n.* 16. *sic ait idem D. Ambros. eod lib. de pænit.* Sed ecce, sicut canis reversus ad vomitum suũ odibilis fit, oblitus Achab pænitudinis suæ statim exposito luctu pergit perẽpti vineã possidere. Et perdit innocentiæ meritũ, qui vineæ cupiditate pellectus, innexuit interfecti occisioni cõsensum *cap.* 4. Surrexit &c. *n.* 16. *Adeò crudelis erat Achab, ut dum Naboth vivum sciret, se mortuum esse putaret, cùmq; eum mortuum fuisse audiret, se ipsum, quasi ex mortuis surgeret, suscitaret. Invidus enim alienam vitam, mortem sibi esse existimabat: alienam verò mortem, vitam suã esse censebat.*

3 *Reg.* 21. *nu.* 16.

3 *Reg.* 21. Factus est igitur sermo Domini ad Eliam Thesbiten dicens, Surge, & descende in occursum Achab regis Israel, qui est in Samaria: ecce ad vineam Naboth descendit, ut possideat eam. *n.* 17. & 18. *D. Ambros. lib. de pænit.* Mox ad eum venerandus Elias propheta mandatur, & sententia in eum cum indignatione depromitur, ut acta dudum pænitentia frustraretur, & vindictæ occasionem tribueret sceleris geminata præsumptio. *cap.* 14. 2893

3 *Reg.* 21. *nu.* 17. & 18.

Surge & descende. *n.* 17. *Eisdem verbis surgendi, & descendendi, quibus describitur Achabi regis ad flagitium committendum festinatio, celeritas prophetæ Eliæ ad flagellum ei inferendum enarratur: ne zelosus Dei servus metu mortis sibi à rege inferendæ, minùs festinare ad inferendam regi pœnam quàm peccator ad perpetrandam culpam festinasse videretur.*

3 *Reg.* 21. *nu.* 17. & 18.

3 *Reg.* 21. Hæc dicit Dominus Deus; Occidisti insuper & possedisti. Et post hæc addes, Et dixit Dominus, In loco hoc, in quo linxerunt canes sanguinẽ Naboth, lãbent quoq: sanguinẽ tuũ. *n.* 19. *D. Amb. lib. de Naboth.* Quàm iusta, quàm severa sentẽtia, ut quã intulit alteri mortis acerbitatẽ, eã ipse morti; suæ horrore dissolvere proderetur. Inhumatũ pauperẽ Deus aspicit, & ideo insepultũ divitẽ iacerẽ decernit: ut & mortuus luat suæ iniquitatis ærumnã, qui nec mortuo putavit esse parcendum. *cap.* 1. 2894

3 *Reg.* 21. *nu.* 19.

2895 *Posteà sic progreditur idem D. Ambros.* Itaque vulneris sui cruore per-
3 Reg. fusum cadaver, specie funeris vitæ
21. nu. suæ prodidit crudelitatem. Hæc
19. cùm pertulit pauper, dives arguebatur: cùm dives excepit pœnam, pauper vindicabatur. *cap.* 11. Occidisti insuper, & possedisti. *n.* 19. *Ac si non minùs pro iniusta possessione vineæ alienæ, quàm pro iniusta occisione domini ipsius vineæ divina iustitia irasceretur. Vtrumque crimen Dominus vindicavit, & utrũque ab iniquo cõmissum rege fuisse ostendit, qui iniustam possessionem, ut finem intendens, occisionem iniustam crimen maius, ut medium ad possessionem assequendam crimen minus, etiam in hoc inordinatissimus, elegit.*

2896 *Tertio Reg.* 21. Et ait Achab ad Eliam, Num invenisti me inimi-
3 Reg. cum tibi? Qui dixit, Inveni, eò quòd
21. nu. venundatus sis, ut faceres malum
20. in conspectu Domini *num.* 20. *Div. Ambros lib. de Naboth.* Toto mundo fugit, qui considerans conscientiam suam, metuit deprehendi. Et ideo Achab ad Eliam, secundùm historiam ait, secundùm ænigmata autem dives ad pauperem: invenisti me inimicus meus. Quàm misera conscientia, quæ se proditam doluit. Et dixit Elias ad eum: Inveni, quoniã fecisti malum in conspectu Domini. *cap.* 12,

2897 *Progreditur Div. Ambros.* Rex erat ille, & rex Samariæ Achab: Eli-
3 Reg. as pauper, & indigens pane, cui vic-
21. nu. tus defuisset substantia, nisi corvi
20. alimoniam ministrassent. Adeo deiecta erat conscientia peccatoris, ut nec regalis potentiæ faustu attolleretur. Itaque quasi vilis, & degener: Invenisti me, inquit, inimicus meus, deprehendisti in me, quæ latere putabam. Nulla mentis meæ occulta te fallunt. Invenisti me, patent tibi vulnera mea, captivitas præsto est. Invenitur peccator cùm iniquitas eius proditur. *cap.* 12.

2898 *Et paulò infrà sic infert D. Ambros.* Captiva est igitur opulentia, 3 Reg.
paupertas libera. Servitis divites, 21. nu.
ac misera quidem servitute, qui ser- 20.
vitis errori, servitis cupiditati, servitis avaritiæ, quæ expleri non potest, gurges quidem insatiabilis: rapidior est cùm illata demergit, & putei modo cùm exundat cæno inquinatur, terram rodit, nihili sibi profuturam. *cap.* 12.

Exemplum deinde putei, cui avarum 2899
assimilat sic exponit D. Ambros. Puteus
enim, si nihil haurias, inerti otio, & 3 Reg.
degeneri situ facilè corrũpitur: exer 21. nu.
citatus autem nitescit ad speciem, 20.
dulcescit ad potum. Ita & acervus divitiarum, cumulo arenosus, speciosus est usu, otio autem inutilis habetur. Derivato igitur aliquid de hoc puteo. Ignem enim ardentem restinguet aqua, & eleemosyna resistit peccatis. Aqua autem stativa cito vermes facit *cap.* 12.

Et iterum ad illud dictum Eliæ. In- 2900
veni, eò quòd venundatus sis ut faceres malum in conspectu Domini. 3 Reg.
n. 20. *sic ait D. Ambros.* Inventus est 21. nu.
Achab, non est inventus Elias. Cul- 20.
pa igitur auctorem suum prodit. Vnde & Thesbites ait; Inveni, quoniam fecisti malum in conspectu Domini. Quia culpæ reos tradit Dominus: innocentes autem non tradit in potestatem inimicorum suorum. *cap.* 12 *Audacter Elias se inimicũ Achabi profitetur, quem Dei inimicum esse asseverabat; illum namque infirmum esse arbitrabatur, quia eum avaritiæ vitio subiectum: & ab eo superatum fuisse intelligebat.*

3 *Reg.* 21. Itaque cùm audis- 2901
set Achab sermones, scidit vestimen-
ta, & operuit cilicio carnem suam, 3 Reg.
ieiunavitq; & dormivit in sacco, & 21 nu.
ambulavit dimisso capite. *D. Ambros.* 27.
lib. de pœni. exhortans pœnitentẽ, & relapsum ad orationẽ, & pœnitentiã sic loquitur, Nõ audeo, inquies, orare quia me revocat consciẽtia: nõ enim semel, sed sæpius, & frequenter erravi. At ego dicam: Si te orandi revocat vere-

verecundia, peccandi desinat perti-
nacia, & fiat beneficium timoris, nō
desperationis causa, quod metuis.
Revereri enim potestatē iudicis, nō
est verecundiæ, sed pudoris. Quia li-
cet frequens sit peccandi licentia, ex
cusabilis tamen efficitur conscien-
tia, quam pertulit in peccati recor-
datione timiditas. Exemplum Achab
illius impijssimi regis te doceat. c. 14.
2902 *Postea sic concludit D. Ambros. lo-*
quens de Achab: Probatus est in timo-
3 *Reg.* re, qui damnabatur in crimine: nec
21. *nu.* priùs quòd mortem luxit occisi, inā-
27. ne fuit, sed repetitā identidē culpam
iterata lamentatione purgavit. *cap.*
14. *in fine. Plurima commisit Achab cri-*
mina, sed pluries etiam se de criminibus
cōmissis contritū indicavit. Et quoties cō-
fessus peccata, pænitentiam egit, toties ve-
niam à Deo obtinuit. Neque enim Divi-
nus animarum, & corporum medicus pijs-
simus ægrotum in easdem lapsum ægritudi
nes desperatus dimittit, nisi ille de valetu-
dinis suæ remedio, imò & de medico priùs
desperaverit.

2903 3 *Reg.* 21. Cúm audisset Achab
sermones istos scidit vestimenta sua
3 *Reg.* &c. *n.* 27. *D. Ambros. lib. de pænit.* Cúm
21. *nu.* sententiæ ictum non valeret effugé-
27. re, ad priorem pænitentiam cōver-
tit repentè consilium, reatum fle-
tibus confitetur, cilicio deiecit regi-
um potentatum, saccum induit pæ-
nitentiæ, & reveritus faciem com-
minantis tacito gemitu publicabat
offensam, non excusabat conscienti-
am. Factum est, inquit, quomodo
audivit Achab sermones hos, reve-
ritus est á facie Domini, & ibat
flens, & scidit vestimenta sua, & ac-
cinxit se sacco. *cap.* 14. *Demisso capite*
& deposito diademate ambulabat, intelli-
gens altum non esse cæli ostium, sed hu-
mile, quod proinde non nisi humilis de-
mittens caput, extrahens regium diade-
ma posset intrare.

2904 3 *Reg.* 21. Et factus est sermo
Domini ad Eliam Thesbiten, dicēs,
Nonne vidisti humiliatū Achab cō-
ram me? Quia igitur humiliatus est 3 *Reg.*
mei causa, nō inducā malum in die- 21. *nu.*
bus eius, sed in diebus filij sui inferā 28. &
malum domui eius. *n.* 28. & 29. *D.* 29.
Ambr. lib. de Nabuth. Hoc loco oritur
illud quæstionis, quomodo legimus
dixisse Dominū ad Eliā: Vidisti quē-
admodum commotus est Achab ad
faciem meam? Non inducam in die-
bus eius mala, sed in diebus filij eius
inducam mala super domū eius. Aut
quomodo dicimus, quia valet apud
Dominum pænitentia? *cap.* 17.
Deinde sic pergit D. Ambros. Ecce 2905
rex commotus est à facie Dei, & ibat
plorans, & conscidit vestimenta sua, 3 *Reg.*
& operuit se cilicio, & erat indutus 21. *nu.*
sacco ex illo die, quo interfecit Na- 28. &
buthe Iezraelitam, ita ut Deum mi- 29.
sericordia commoveret, & mutaret
sententiam. Ergo aut pænitentia nō
valuit, nec inflexit Dominum mise-
ricordē, aut oraculū falsum est. Nam
Achab, & victus est, & occisus. *c.* 17.
Quæstionem solvit D. Ambros. duo- 2906
bus modis, primo sic, Sed cōsidera quia
Iezabel habuit vxorem, cuius duce- 3 *Reg.*
batur arbitrio, quæ avertit cor eius 22. *nu.*
& nimijs sacrilegijs execrabilem fe- 37.
cit, & hunc eius pænitentiæ revoca
vit affectum. Dominus autem non
potest mutabilis æstimari; si confes-
sionis immemori non putabat esse
servandum, quod promiserat conti-
tenti. *cap.* 17.
Secundo modo sic quæstionem diri- 2907
mit D. Ambros. Accipe & aliud: Do-
minus enim indigno servavit teno- 3 *Reg.*
rem sententiæ suæ, sed beneficia cir- 21. *nu*
ca eum divina ipse nō tenuit. Intu- 28. &
lerat ei bellū rex Syriæ, qui & ab eo 29.
victus est, captivus quoque liberta-
ti donatus, & remissus ad regnū est.
Nam primo congressu Achab vicit,
& fugavit hostem: secundo vicit, &
captum imperio suo reddidit. Quòd
Achab non solùm evaserit, sed tri-
umphaverit, divinæ fuit sententiæ,
dicente propheta: Ecce ego trado
omnem hanc turbam hodie in

manus tuas. Quòd autẽ postea vinceretur, suæ fuit culpæ. Propheta astitit ante regẽ, & dixit ad eũ: Hæc dicit Dominus, quia dimisisti virũ dignũ morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius. *cap.* 17.

2908 *Postea sic infert D. Ambros.* Liquet igitur his oraculis quòd Dominus etiã circa indignos promissa sua servet: sed impios, aut stultitia sua opprimi, aut alia prævaricatione damnari, etiam si primæ prævaricationis laqueos evaserint. *cap.* 17. *Et loquens de morte Achab sic ait D. Ambros. ad illud.* Et linxerunt canes sanguinem eius. 3 *Reg.* 22. *n.* 38.

3 *Reg.* 20. *nu.* 42.

2909 Achab regem cælestibus ingratum beneficijs ita iussit occidi, ut canes eius vulnera lamberent. Etenim quia pauperis vineam concupiverat, nequaquam tantis opibus expletus imperij, infra omnem inopiã redactus à Domino, non qui vulnera eius lavaret inventus est, non qui corpus operiret. Defecit circa eum hominum humanitas, canum successit asperitas. Dignos planè sui ministros funeris avarus invenit. *lib. de Nabuthe cap.* 16.

3 *Reg.* 22. *nu.* 38.

2910 *Et lib. de pænit. allegans etiam textum ex* 3 *Reg. cap.* 21. *iuxta septuaginta,* Factum est quomodo audivit Achab sermones hos, reversus est á facie Domini, & ibat flens, & scidit vestimenta sua, & accinxit se sacco. *n.* 27. *sic ait D. Ambros.* Quóniam perduxit timidum reverentia? & quantúm severitatis metum fregit metus? Non orationis pompa, non sermonis ornatu, nec eloquij copia placuit Deo, sed multis precibus lacrymarum. Os tacuit, sed cor ingemuit: oculus flevit, & conscientia planxit, & verecundiam pænitudinis pietas laudavit authoris. *cap.* 14.

3 *Reg.* 21. *nu.* 27.

2911 Nonne vidisti Achab humiliatum coram me. *v.* 28. *Ergo Achab nõ solùm coram hominibus, sed & corã Deo, nec solùm corpore, sed etiam animo pænitens apparuit; at postea de ipsa pænitudine factus pænitens, nova aliã crimina perpetravit, propter quæ illum, quem bene pænitentẽ & contritũ divina absolverat misericordia. divina iustitia, ut malè pænitentem, & relapsum condemnavit.*

3 *Reg.* 21. *nu.* 28.

Ex D. Gregorio Nysseno.

Tertio *Reg.* 17. Et dixit Elias Thesbites de habitatoribus Galaad ad Achab, Vivit Dominus Deus Israel in cuius conspectu sto, si erit annis his ros, & pluvia, nisi iuxta oris mei verba. *n.* 1. *D. Greg Nyss.* Ille enim qui res omnes novit antequam existant, convenientem ad cuiusq; ætatis morbum medecinã parat, ne curationis expertem sinat esse morbũ hominum. *orat. in laudem Basil.* 2912

3 *Reg.* 17. *n.* 1

Et postquam proponit exemplum aliorũ sanctorum, apponit exemplum Eliæ pro tempore Achab dicens. Cùm Achab mulieris illud mancipium, & ipse patrios ritus sacrorum deseruisset, mulieri delicatæ, ac molli obnoxius factus, & per illam adscito simulachrorum errore ad eandem secum defectionem Israeliticum populum traxisset; tunc Deus exhibet Eliam, qui magnitudini hominum morbi pares ad sanandum vires haberet, virum, qui curationem & cultum corporis despiceret, facie squallenti, qui multitudine suorũ crinium obumbraretur, qui peculiari modo vivendi uteretur. *loco citato.*

Deinde sic pergit D. Greg. Aspectu venerandũ, vultu tristi, ac risus experti, obtutu oculorũ recto, & eodẽ quó intendisset vergẽti, pelle caprina tãtúm de corpore tegentẽ, quantùm abscõdi magis decorũ est, reliqua parte corporis ad aera perdurãte, & nihil iniquitatẽ, & iniuriã, vel æstus, vel frigoris curantẽ, qui cúm populo exhibitus esset, primúm flagello famis Israelẽ ad sanitatẽ reducit, veluti scutica quadam eiusmodi plaga, atq; pæna insolentiam populi, ac petulantiam incessens. *oratione in laudem fratris Basilÿ.* 2913

A qua defectum regi denunciandum 2914
Elias

3 Reg. 17. n. 1 *Elias putavit, hipotequi propter regis crimina eveniret. Per tres igitur annos terram Israel ariditatis supplicio plectendam pro libito ipsius iuramento firmabat; ut rex Achab per mutationem vitæ divinam posset comminationem evitare. Si enim Deus regem de commisso flagitio pænitentem videret, ipse se de supplicio inferendo pænitentem demonstraret.*

2915 3 Reg. 18. à n. 16. 3 *Reg.* 18. Venitque Achab in occursum Eliæ, & cùm vidisset eum, ait, Tu ne es ille, qui conturbas Israel, & ille ait, Non ego turbavi Israel, sed tu, & domus patris tui, qui dereliquistis mandata Domini, & secuti estis Baalim. *à nu.* 16. *D. Greg. Nyssen.* Rex Achab ab simulachrorum cultu deludebatur, cùm malam vitæ sociam scelestissimamq; impietatis magistram haberet infaustam, & execrandam Iezabelem. *in baptismum Christi.*

3 Reg. 18 à n. 16. *Sollicitum pro vtilitate regni se rex Achab satis ostendebat; qui tamen re vera vniversum regnum, omnesque subditos exempla suo malo ad venerationem idolorũ inducens, conturbabat. Meritò à Propheta Elia reprehensus fuit Achab, qui crimen perturbatoris, quod in se habebat, in propheta, qui à tali crimine liber erat, insimulabat.*

Ex D. Hieronymo.

2916 3 Reg. 21. nu. 28. Tertio reg. 21. Nonne vidisti humiliatum Achab coram me? Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius, sed in diebus filij sui inferã malum domui eius. *n.* 28. *D. Hieronj.* Quem tam impium legimus inter reges quàm Achab, de quo Scriptura dicit, Non fuit alius talis; ut Achab, qui venundatus est, ut faceret malum in conspectu Domini? Hic cùm propter sanguinem Nabuthæ correptus fuisset ab Elia, & audisset iram Domini, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam: ieiunabatque in facco, & ambulabat demisso capite. *Epist.* 30.

Deinde sic pergit D. Hieron. Tunc factus est sermo Dei ad Eliã Thesbiten, dicens: Nonne vidisti Achab humiliatum coram me? Quia ergo humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius. O felix pænitentia; quæ ad se Dei traxit oculos? quæ furentem sententiam Dei, confesso errore, mutavit. *Epist.* 30. Coram me. *n.* 28. *Non enim iam Deus divinis oculis simulachrum superbiæ in rege Achab humiliato videbat, sed humilitatis effigiem, quæ ad se divinos oculos rapiebat.* 2917 3 Reg. 21. nu. 28.

3 *Reg.* 22. Vidi Dominum sedentem super solium suum, & omnem exercitum cæli assistentem ei à dextris, & á sinistris. Et ait Dominus, Quis decipiet regem Israel, ut ascendat, & cadat in Ramoth Galaad? Et dixit vnus verba huiuscemodi, & alius aliter. Egressus est autẽ spiritus, & stetit corã Domino, & ait, Ego decipiã illũ. *à n.* 19. *D. Hieron.* A dexteris & à sinistris virtutes, & fortitudines Dei legimus: de quibus & Micheas in regum volumine loquitur: Ego puto sinistrũ fuisse spiritũ, qui egressus est, & stetit corã Domino, & ait. Ego decipiã Achab, egrediar, & ero spiritus mẽdax in ore omniũ prophetarũ eius. *in com. Ibelis ad ca.* 2. 2918 3 Reg. 22. à n. 19.

Deinde alludens ad illud. Et dixit Dominus, Decipies, & prævalebis, egredere, & fac ita. *n.* 22 *sic ait D. Hieron:* Ad quã sinistrã, & contrariã potestatẽ, quæ apta erat ad decipiendum, & exercitata ad ruinas, & multos ante deceperat, loquitur Deus: Decipies, & prævalebis, egredere & fac sic. *loco citato.* Vt ascendat & cadat &c. *n.* 20. *Superbus enim cùm esset Achab facilẽ dũ ei persuaderetur ascensus, decipi posset; semper enim ascẽdere affectabat, ignorans; quòd ei maior ex altiori loco ruina pararetur. Immo nõ intelligens, quòd à divinã iustitia; ministrũ ad illius deceptionẽ requirente, non tam ascensus, quàm descensus, nec solùm casus, sed & occasio fuerat preparatus.* 2919 3 Reg. 22. à n. 19.

Ex D. Chrysostomo.

2920 Tertio Reg. 18. Post dies multos factum est verbum Domini ad
3 Reg. Eliam, in anno tertio dicens, Vade
18.n.1 & ostende te Achab, ut dem pluviã super faciem terræ. n. 1. D. Chrysost. Proficiscere, inquit. Verba legationis Dei sunt. Deus ipse per semetipsum de misericordia apud servum legationis munus obit, & intercedit. Proficiscere, inquit, quia factus es misericordior, declara quám misericordes sint sermones tui. Quia me agnovisti, age & ego parturio misericordiam, audies posthac de ea re me manifestiùs. Parturio vindictæ solutionem, urgeo, ut recõcilientur, revereor lacrymas eorum, qui puniuntur. *serm. in Eliam prophetam.*

2921 *Deinde pulchrè sic pergit D. Chryso. adhuc loquens in persona Dei cum Elia,*
3 Reg. Omnes peccatores, ò propheta, mi-
18.n.1 sericordiæ meæ chirographum habent, ne mendacij apud illos me argui feceris, audi autem & ipse chirographi vocem, quam certé & ipse
Eze. 18 nosti. Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat. Arrigit ad hæc aures Elias, & animam his quæ à Deo dicebantur, accommodat, Proficiscere, inquit, & compare apud Achab, Recõciliari eis volo, sed absque te non reconciliabor: tu gratiã illis præbe, qui nunc castigantur. *ser. in Eliam.*

2922 *Iterum in persona Dei sic loquitur D. Chrysost.* Ego clam apud te pro il-
3 Reg. lis intercedo, tu autem manifestus
18.n. 1 amicitiæ resartæ sis author. Vade & compare apud Achab, & dabo pluviam super terram. Tu concilia, tu significa, tu pluviam concessam pronuncia, & ede; ego autem tuis sententijs subscribam. *eod. ser.*

2923 Vade &c. *n. 1. Pluviam ego dare velo, sed te apud me advocatum pro plu-*
3 Reg. *via obtinenda volo demonstrare, ut Achab*
18.n. 1 *qui te contra se existimat acerrimum censorem, agnoscat pro se intercessorem. Dabimus ei non iam siccitatem, sed pluviam, ut qui non se convertit illatis supplicijs, corrigat collatis beneficijs.*

3 *Reg.* 18. Iuit ergo Elias, ut 2924
ostenderet se Achab: erat autem fames vehemens in Samaria *nu. 2. D.* 3 Reg
Chrysost. Currit igitur volens, & no- 18.n.2
lens & imbres futuros prædicat. Verúm impietatem eorum adhuc videns, iterum tristem quandam in eos meditabatur sentẽtiam. Et quid tunc ad ea Deus? Videns pertinacẽ Eliæ animum adhuc à misericordia abhorrentem, á peccatoribus ipsum segregat. Ego, dicit, scio zelum tuum, grata est mihi anima tua. Veni interim, & peccatoribus misericors sum, cùm supra modum puniuntur, tu veró valdè severus es pietatis exquisitor. *serm. eod. in Eliam prophetam.*

Pergit sic D. Chrysost. adhuc loquẽs 2925
in persona Dei ad Eliam: Vnde quia 3 Reg.
peccatores ob zeli nimietatem ferre 18.n.2
non vales, ascende quasi in cælum, ego autem in terra peregrinus ero. Nam si diú tibi manendum in terris, propediem humanũ genus, quod à te continuò plectitur, aboleretur. *eod. serm*

Tandem sic eodem modo loquitur D.
Chrysost. Dein transi in cælos o Elia. 2926
Non potest cohabitare ignis calamo. Impeccabiles contubernienes 3 Reg.
posthac habiturus es: inter Ange- 18.n.2
lorum choros habitare te faciã: ego autẽ cũ peccatoribus peregrinabor, qui in humeris ovem erraticã baiulare possum; qui clamo peccatoribus omnibus: Venite ad me omnes qui laboratis, ego non punio vos, sed requiescere vos faciam. *ser. in Eliam.*

Iuit &c. *n 2. Non dixit sacer*
scriptor quòd Deus iusserit Eliæ apparere 2927
coram Achab, ut Deus ipse daret pluviã,
sed solùm ut ipse Elias Achabo se ostende- 3 Reg.
ret, ut significaret Eliam adhuc zelo di- 18.n.2
vina religionis desiderasse, quòd Deus regem Achabum longiori fame flagellaret, ac

ac proinde vellet quidẽ ad regem ex præcepto Dei ire, solùm tamen ut se ei præsentem exhiberet: non autem ut à Deo terræ illius pluviam postularet.

2928 (3 *Reg.* 20. *nu.* 35. & 42.) 3 *Reg.* 20 Pepigit ergo fædus, & demisit eum. *n.* 35. *Et infrà*, hæc dicit Dominus, Quia demisisti dignũ morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius. *n.* 42. *D. Chrys.* Si quis parcat & humanitatis officium collocarit in quempiã præter Dei sententiã, quavis cæde sceleratior est ista sanguinis parcimonia. Vt autem intelligas hoc esse verũ, Achab cùm aliquãdo regẽ quendã Syrorum cepisset, cõtra Dei voluntatẽ dedit vitam, & accessu dignatus est, deniq; multa cum honorificentia demisit. *orat.* 1. *contra Iudæos.*

2929 (3 *Reg.* 20. *nu.* 42.) *Vnde sic pergit D. Chrysost.* Mox propheta quispiam accedens dixitq; ad illum; Hæc dicit Dominus, Eó quód demisisti virum exitio dignum é manu tua, erit anima tua pro anima illius. *orat.* 1. *advers. Iudæos.* Quia demisisti, *n.* 42. *Indignabatur enim misericors Deus, quòd Achab homo crudelis ipsum Deum præsumpserit in commiseratione superare, regique pepercerit Benadad, quem Deus ipse é manibus Achabi noluerat liberare.*

2930 (3 *Reg.* 20. *nu.* 38.) 3 *Reg.* 20. Abijt ergo propheta, & occurrit in via & mutavit aspersione pulveris os, & oculos suos. *n.* 38. *D. Chrysost.* Propheta sibi caput obvinxit loro, & oculos obtexit, deniq; in eam speciẽ sese transformavit, ut à nemine posset agnosci. Cuius igitur rei gratia hoc fecit? Erat redarguturus regem, & sententiam in eum laturus de salute regis Syriæ. Is igitur cúm, ut erat impius, semper odium gessisset adversús prophetas, ne conspectum ipsum, & agnitum ab oculis suis submoveret, eoque facto non reciperet correctionem, velat propheta simul & faciem suam, & negotij narrationem, ut & ipsi contingeret potestas dicẽdi quæ volebat, & regis confessionẽ extorqueret. *orat.* 1. *contra Iudæos.*

Et mutavit aspersione pulveris os, & oculos suos. *n.* 38. *Aspersus pulvere propheta Domini regem Achabum, quem volebat arguere, securus adijt, ut pulveris aspectu, mortisq; memoria superbũ regem ab iracundia cohiberet, ne redargutione excandescens reprehensorẽ interficere imperaret.* 2931 (3 *Reg.* 20. *nu.* 38.)

3 *Reg.* 20. Et ait rex Israel ad eũ, Hoc est iudiciũ tuum, quod ipse decrevisti. *n.* 40. *D. Chrys.* Ecce, inquit, etiam ipse rex, tu iudex apud me, qui occideris. Homicida es, inquit, eó quòd hostem demiseris: ob hoc enim propheta velum addiderat, & velut in aliena causa sententiam elicuit, ut rex quod verum, & rectũ erat, pronunciaret: quod & accidit. *orat.* 1. *contra Iudæos.* 2932 (3 *Reg.* 20. *nu.* 40.)

Dum Achab prophetam ore proprio se condemnasse affirmat, se ipsum ore suo proprio damnat; illum enim propheta referebat: dumque à se ipso demissum virum morte dignum propheta fatebatur, cuius loco ipse interfici merebat, demissum ab Achab rege regem Benadad reum mortis ostendebat, pro quo ipse Achab á Deo occidi merebatur. 2933 (3 *Reg.* 20. *nu.* 40.)

3 *Reg.* 20. At ille statim abstersit pulverem de facie sua, & cognovit eum rex Israel quòd esset de prophetis. Qui ait ad eũ, Hæc dicit Dominus, quia demisisti virum dignũ morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius. *n.* 41. & 42. *D. Chrys.* Etenim posteaquã rex se ipsum sua sententia condemnasset, detracto velo, dixit Propheta. Quoniã tu demisisti virum exitio dignum é manu tua, erit anima tua pro anima illius, & populus tuus pro populo illius. Vides quas pro humanitate pænas luerit rex proq; intempestiva sanguinis parsimonia, quo affectus sit supplicio. *orat.* 1 *contra Iud.* 2934 (3 *Reg.* 20, *nu.* 41. & 42.)

Vbi primum vir ille propheta, qui hanc Achabo parabolam proposuit absterso pulvere propriam faciem demonstravit, 2935

statim cum unum esse de prophetis rex agnovit, ut exprimitur in litera; modestia namque vultus, & oris gravitas post depositionẽ velaminis, eum non esse vulgarẽ hominem, sed religiosum esse virum, ostẽdebant: animumque internum virtutum index facies regi propalabat.

2936 3 *Reg.* 21. Venit ergo Achab in domum suam indignans, & frendens
3 Reg. super verbo, quod locutus fuerat ad
21. n. 4 eum Naboth Iezrahelites, dicens, Non dabo tibi hæreditatem patrum meorum. Et proijciens se in lectulũ suum avertit faciem suam ad parietẽ & non comedit panem. *n.* 4. *D. Chrysost. ad hunc textum sic ait.*

2937 Achab autem, rex cúm esset, ac delicijs sumptuosis perfrueretur, cõ-
3 Reg. misso peccato illo gemebat, animũ
21. n. 4 despondens, eratque illius facies collabens, & post peccatũ, & ante peccatũ. Igitur si voluptate frui volumus, ante omnia alia fugiamus vitium, virtutẽq; sectemur: aliter enim nobis nõ licet voluptatis participes fieri, ut ad ipsum etiam regium solium conscenderimus. *Homil.* 1. *in Epistolam ad Romanos.*

2938 *Et alibi in tom.* 5. *sic ait D. Chrysost.* Quid Achab improbius? Et tamen
3 Reg. is cúm vineam concupivisset, ani-
21. n. 4 madverte quantũ dolorẽ cepit. Rex cúm esset, & omnibus dominaretur, nec haberet quenquam contradicẽtem, tamen cùm conscientia calculũ non ferret, ingressus est tristis, demisso vultu, cõfusus, multã laliginẽ ferens in oculis, conscientiæ condemnãtis se redargutionẽ vultu prædicans: nec valens tegere dolorem, qui ex mæstitudine in eo existebat. *oratione de avaritia.* Venit ergo. *n.* 4. *Cùm enim se nimiũ perturbatũ agnosceret è publico in secretum se recepit, né eũ populus indignatum, & frendentem videns, hominem regem, humanarum passionum mancipium esse deprehenderet.*

2939 3 *Reg.* 21. Quod cùm audisset
3 Reg. Achab, mortuum videlicet Naboth,
21. nu. surrexit, & descendebat in vineam
16. Naboth, ut possideret eam. *n.* 26. *D. Chrysost.* Rapuit Achab vineam, & alienos vindimavit labores: vidit iniustitiã Deus, tulit misericorditer. Nã qui correptus deploraverat, ut lachrymavit, veniam obtinuit. *serm. de Adam.* Descendebat, ut possideret. *n.* 16. *Si ita est, & Dominus Elia iussit, ut regi descendenti in via occurreret, quomodò Elias dixit Achabo adhuc iter agẽti ex parte Dei,* Occidisti insuper, & possedisti. *n.* 19. *Certè apud Deũ possidendi affectus, pro effectu possessionis habebatur: ac proinde ipse possessionis affectus, quasi esset possessionis effectus à Deo per Eliam arguebatur.*

3 *Reg.* 21. Et factus est sermo Domini ad Eliam Thesbiten, dicens, Nõ 2940
ne vidisti humiliatum Achab corã 3 Reg.
me? quia igitur humiliatus est mei 21. n.
causa, non inducã malum in diebus 28.
eius, sed in diebus filij sui inferã malũ domui eius. *n.* 28. *D. Chrysost.* Tãta est Dei humanitas, & erga nos amor: nunquã aversatur pænitentiã sincerè factã. Si quis ad malitiæ fines olim penetrarit, illinc eũ ad virtutis viã reducere conatur, & suscipit redeuntẽ, & suaviter amplectitur, nihilq; non facit, quò in pristinã dignitatem reformet. Quodq; est maioris facilitatis argumentũ, etiã si nõ omnem præ se ferat pænitẽtiã, brevem illam, & exiguo tempore factam, nõ abnuit, sed magna pensitat mercede. *Epist.* 5. *ad Theodorum lapsum.*

Deinde sic progreditur. Testor vos 2941
quòd rex ille impientissimus, qui propter mulierẽ factus est maximè debitus peccatis, vbi semel duntaxat luxit, & saccum indutus, agnovit scelera sua, vsque adeo Dei misericordiam arripuit, ut evitaret omnia mala, quæ tunc ei imminebant. *Epist. cit.* Coram me. *n.* 28. *Ac si nulla alia in universo orbis theatro figura digna foret, quæ divinos oculos attraheret, dum pænitentiæ figura, quæ in rege Achabo visebatur, coram Deo compararet.*

3 *Reg.* 22. Vir autem quidam teten-

3 Reg. 22. nu. 34 tetendit arcum, in incertū sagittam dirigens, & casu percussit regem Israel. *n.* 34. *D. Chrys.* Contentus enim est iudex misericors, & lachrymis, sed Achab cōversus est ad cænū pristinū. Quid igitur, qui cū innocente innocens, cū perverso pervertens, conversus est ipse in vindictā? *serm. de Adam. Digno punitur supplicio inter pulmonem, & stomachū vulneratus, ut sagitta illa cuspide locū illū mediū feriens pennis suis & pulmonē, & stomachū ostenderet, in quibus oleraex solo vineæ rapto collecta ad decoctionē mittebantur, ut gulæ culpā illa pæna in illis ipsis locis vindicaret, in quibus materiam gulæ fuisse designaret.*

2942 3 Reg. 22. nu. 22. 3 *Reg.* 22. Egressus est autē spiritus, & stetit corā Domino, & ait, Ego decipiā illū &c. *n.* 22. *D. Chrysost.* Nāne putent dæmones adversùs divinā potentiā, tyrannico se prorsus more habere posse, iubētur mādata facere, nō quidē seriosas res, atq; ad vbertatem lætitiāque tendētes, sed ad pænā trahentes. Deus sanctis suis ad salutē Angelos mittit: cùm veró punire vult, id dæmonijs permittit. Propterea Deo adversùs Achab sententiā laturo, & dicente, Quis ibit, & cadet? Respōdit Spiritus nequā, Ecce me. Sciebat enim ad id se deputatū ipse diabolus. *hom.* 3. *de patiētia Iob. Nullus ex spiritibus, qui à dextris corā Deo stabant, se ad decipiendū paratū demonstravit; solus spiritus malus, qui se à divinis oculis retraxerat dū quæreretur deceptor, corā Deo apparuit; decipiendi enim munus non bono, sed malo Angelo debuit commendari.*

2943 3 Reg. 22. nu. 35 3 *Reg.* 22. Cōmissum est ergo prælium in die illa, & rex Israel stabat in curru suo contra Syrios, & mortuus est vesperé. *n.* 35. *D. Chrysost.* Quid enim, etsi nō statim ingruit vltio? Nā & Achab propter Nabuthe non statim post peccatū passus est ea, quæ pertulit: quare autē hoc fit? Dat tibi tēporis præfinitionē, ut ablui possis: cúm veró perseveraveris, tunc demū pænā infligit. *hom.* 27. *ad populū &c.* Vesperé. *n.* 35 *Tarda venit divina vindicta sed quæ solet tarditatē, gravitate pænæ compensare. Quod in impio Achabo factum fuisse videmus, quippe qui sagitta in incertū à viro quodā emissa, sed à divina iustitia ad ipsum missa, vulneratus interijt, quia de pœnitudine sua malè pœnitēs ad pristina iterum crimina remeavit.*

2944 4 Reg. 10 n 6 & 7. 4 *Reg.* 10. Rescripsit autē eis literas secūdò, dicens, Si mei estis & obeditis mihi, tollite capita filiorum domini vestri, & venite ad me hac eadē hora cras in Iezrael (porro filij regis septuaginta viri apud optimates civitatis nutriebantur) Cúmque venissent literæ ad eos tulerūt filios regis, & occiderūt septuaginta viros, & posuerūt capita eorū in cophinis, & miserūt ad eū in Iezrael. *n.* 6. & 7. *D. Chrys.* Vnicuiq; enim Deus, quā seminavit messé reddit. Et vide quomodo retributio peccato par. Filij, inquit, Achab erant septuaginta viri, & occiderūt septuaginta, & posuerunt capita eorū in corbes, & miserunt eos. In Iezrael Nabuthe occisus est, in eundē locū occidentis genus occisum, missum est in sportis. Achab Nabuthe peccavit botris aliquibus in corbes coniectis. *serm. de Adam &c.*

4 Reg. 10 n. 6 & 7. *Racemos vineæ alienæ collegerat Achab antequam eam sibi in hortum cōmutaret, quos in cophinis ad mensam regis servi afferebant: ergo filiorum ipsius regis capita ad Iehu regē in cophinis ferebantur, sic namque vinum racemorū sanguine filiorū rex impius etiā post mortem compensabat; sic divina iustitia se tanti criminis memorem ostendebat.*

Ex D. Augustino.

2945 3 Reg. 17. n. 1 Tertio *Reg.* 17. Et dixit Elias Thesbites de habitatoribus Galaad ad Achab. Vivit Dominus Deus Israel, in cuius conspectu sto, si erit annis his ros, & pluvia, nisi iuxta oris

statim cum unum esse de prophetis rex agnovit, ut exprimitur in litera; modestia namque vultus, & oris gravitas post depositionē velaminis, eum non esse vulgarē hominem, sed religiosum esse virum, ostēdebant: animumque internum virtutum index facies regi propalabat.

2936 3 *Reg.* 21. Venit ergo Achab in domum suam indignans, & frendens
3 *Reg.* super verbo, quod locutus fuerat ad
21. *n.* 4 eum Naboth Iezrahelites, dicens, Non dabo tibi hæreditatem patrum meorum. Et proijciens se in lectulū suum avertit faciem suam ad parietē & non comedit panem. *n.* 4. *D. Chrysost. ad hunc textum sic ait.*

2937 Achab autem, rex cúm esset, ac delicijs sumptuosis perfrueretur, cō-
3 *Reg.* misso peccato illo gemebat, animū
21. *n.* 4 despondens, eratque illius facies collabens, & post peccatū, & ante peccatū. Igitur si voluptate frui volumus, ante omnia alia fugiamus vitium, virtutéq; sectemur: aliter enim nobis nō licet voluptatis participes fieri, ut ad ipsum etiam regium solium conscenderimus. *Homil.* 1. *in Epistolam ad Romanos.*

2938 *Et alibi in tom.* 5. *sic ait D. Chrysost.* Quid Achab improbius? Et tamen
3 *Reg.* is cúm vineam concupivisset, ani-
21. *n.* 4 madverte quantū dolorē cepit. Rex cúm esset, & omnibus dominaretur, nec haberet quenquam contradicētem, tamen cùm conscientia calculū non ferret, ingressus est tristis, demisso vultu, cōfusus, multā laliginē ferens in oculis, conscientiæ condemnātis se redargutionē vultu prædicans: nec valens tegere dolorem, qui ex mæstitudine in eo existebat. *oratione de avaritia.* Venit ergo. *n.* 4. *Cùm enim se nimiū perturbatū agnosceret è publico in secretum se recepit, né eū populus indignatum, & frendentem videns, hominem regem, humanarum passionum mancipium esse deprehenderet.*

2939 3 *Reg.* 21. Quod cùm audisset
3 *Reg.* Achab, mortuum videlicet Naboth,
21. *nu.* surrexit, & descendebat in vineam
16. Naboth, ut possideret eam. *n.* 26. *D. Chrysost.* Rapuit Achab vineam, & alienos vindimavit labores: vidit iniustitiā Deus, tulit misericorditer. Nā qui correptus deploraverat, ut lachrymavit, veniam obtinuit. *serm. de Adam.* Descendebat, ut possideret. *n.* 16. *Si ita est, & Dominus Elia iussit, ut regi descendenti in via occurreret, quomodò Elias dixit Achabo adhuc iter agēti ex parte Dei,* Occidisti insuper, & possedisti. *n.* 19. *Certè apud Deū possidendi affectus, pro effectu possessionis habebatur: ac proinde ipse possessionis affectus, quasi esset possessionis effectus à Deo per Eliam arguebatur.*

3 *Reg.* 21. Et factus est sermo Domini ad Eliam Thesbiten, dicens, Nō 2940
ne vidisti humiliatum Achab corā 3 *Reg.*
me? quia igitur humiliatus est mei 21. *nu.*
causa, non inducā malum in diebus 28.
eius, sed in diebus filij sui inferā malū domui eius. *n.* 28. *D Chrysost.* Tāta est Dei humanitas, & erga nos amor: nunquā aversatur pænitentiā sinceré factā. Si quis ad malitiæ fines olim penetrarit, illinc eū ad virtutis viā reducere conatur, & suscipit redeuntē, & suaviter amplectitur, nihilq; non facit, quò in pristinā dignitatem reformet. Quodq; est maioris facilitatis argumentū, etiā si nō omnem præ se ferat pænitētiā, brevem illam, & exiguo tempore factam, nō abnuit, sed magna pensitat mercede. *Epist.* 5. *ad Theodorum lapsum.*

Deinde sic progreditur. Testor vos 2941
quòd rex ille impientissimus, qui propter mulierē factus est maximè debitus peccatis, vbi semel duntaxat luxit, & saccum indutus, agnovit scelera sua, vsque adeo Dei misericordiam arripuit, ut evitaret omnia mala, quæ tunc ei imminebant. *Epist. cit.* Coram me. *n.* 28. *Ac si nulla alia in universo orbis theatro figura digna foret, quæ divinos oculos attraheret, dum pænitentiæ figura, quæ in rege Achabo visebatur, coram Deo compararet.*

3 *Reg.* 22. Vir autem quidam teten-

3 Reg. 22. nu. 34. tetendit arcum, in incertũ sagittam dirigens, & casu percussit regem Israel. *n.* 34. *D. Chrys.* Contentus enim est iudex misericors, & lachrymis, sed Achab cõversus est ad cœnũ pristinũ. Quid igitur, qui cũ innocente innocens, cũ perverso pervertens, conversus est ipse in vindictã? *serm. de Adam. Digno punitur supplicio inter pulmonem, & stomachũ vulneratus, ut sagitta illa cuspide locũ illũ mediũ feriens pennis suis & pulmonẽ, & stomachũ ostenderet, in quibus olera ex solo vineæ rapto collecta ad decoctionẽ mittebantur, ut gulæ culpã illa pœna in illis ipsis locis vindicaret, in quibus materiam gulæ fuisse designaret.*

2942 *3 Reg. 22. nu. 22.* 3 *Reg.* 22. Egressus est autẽ spiritus, & stetit corã Domino, & ait, Ego decipiã illũ &c. *n.* 22. *D. Chrysost.* Nãne putent dæmones adversus divinã potentiã, tyrannico se prorsus more habere posse, iubẽtur mãdata facere, nõ quidẽ seriosas res, atq; ad vbertatem lætitiãque tendẽtes, sed ad pœnã trahentes. Deus sanctis suis ad salutẽ Angelos mittit: cùm veró punire vult, id dæmonijs permittit. Propterea Deo adversùs Achab sententiã laturo, & dicente, Quis ibit, & cadet? Respõdit Spiritus nequã, Ecce me. Sciebat enim ad id se deputatũ ipse diabolus. *hom.* 3. *de patiẽtia Iob. Nullus ex spiritibus, qui à dextris corã Deo stabant, se ad decipiendũ paratũ demonstravit; solus spiritus malus, qui se à divinis oculis retraxerat dũ quæreretur deceptor, corã Deo apparuit; decipiendi enim munus non bono, sed malo Angelo debuit commendari.*

2943 *3 Reg. 22. nu. 35.* 3 *Reg.* 22. Cõmissum est ergo prælium in die illa, & rex Israel stabat in curru suo contra Syrios, & mortuus est vesperé. *n.* 35. *D. Chrysost.* Quid enim, etsi nõ statim ingruit vltio? Nã & Achab propter Nabuthe non statim post peccatũ passus est ea, quæ pertulit: quare autẽ hoc fit? Dat tibi tẽporis præfinitionẽ, ut ablui possis: cùm veró perseveraveris, tunc demũ pœnã infligit. *hom.* 27. *ad populũ &c.* Vesperé. *n.* 35 *Tarda venit divina vindicta sed quæ solet tarditatẽ gravitate pœnæ compensare. Quod in impio Achabo factum fuisse videmus, quippe qui sagitta in incertũ à viro quodã emissa, sed à divina iustitia ad ipsum missa, vulneratus interijt, quia de pœnitudine sua malè pœnitẽs ad pristina iterum crimina remeavit.*

2944 *4 Reg. 10 n. 6 & 7.* 4 *Reg.* 10. Rescripsit autẽ eis literas secũdò, dicens, Si mei estis & obeditis mihi, tollite capita filiorum domini vestri, & venite ad me ad hanc eadẽ hora cras in Iezrael (porro filij regis septuaginta viri apud optimates civitatis nutriebantur) Cúmque venissent literæ ad eos, tulerũt filios regis, & occiderũt septuaginta viros, & posuerũt capita eorũ in cophinis, & miserũt ad eũ in Iezrael. *n.* 6. & 7. *D. Chrys.* Vnicuiq; enim Deus, qui seminavit messẽ reddit. Et vide quomodo retributio peccato par. Filij, inquit, Achab erant septuaginta viri, & occiderũt septuaginta, & posuerunt capita eorũ in corbes, & miserunt eos. In Iezrael Nabuthe occisus est, in eundẽ locũ occidentis genus occisum, missum est in sportis. Achab Nabuthe peccavit botris aliquibus in corbes coniectis. *serm. de Adam &c.*

4 Reg. 10 n. 6 & 7. *Racemos vineæ alienæ collegerat Achab antequam eam sibi in hortum cõmutaret, quos in cophinis ad mensam regis servi afferebant: ergo filiorum ipsius regis capita ad Iehu regẽ in cophinis ferebantur; sic namque vinum racemorũ sanguine filiorũ rex impius etiã post mortem compensabat: sic divina iustitia se tanti criminis memorem ostendebat.*

Ex D. Augustino.

2945 *3 Reg. 17. n. 1* Tertio *Reg.* 17. Et dixit Elias Thesbites de habitatoribus Galaad ad Achab. Vivit Dominus Deus Israel, in cuius conspectu sto, si erit annis his ros, & pluvia, nisi iuxta oris

oris mei verba. *n. 1. D. Aug.* Achab filio Amri, incitante eũ Iezabel vxore sua, pluta agenti scelera Elias Thesbites de Galaad in sermone Dei dixit; Si ros & pluvia nisi iuxta oris mei verba his annis erunt: cuius oratione prohibita pluvia tribus annis, & sex mensibus non pluit: quatenus qui Deũ per mala in terra exacerbarent, cæli clementia, & aeris cõmoditate carerent *lib. 2. de Mira cap. 25. Cur ad regẽ Achabũ, & non ad populum, Elias hoc ennunciavit? Vt ob regis culpam non autem ob peccatũ populi divina supplicia inferenda fore demonstraret. Solet nãque Dominus totũ regnũ pro criminibus solius regis flagellare, ut vel sic regem, si non amore Dei, saltẽ amore regni à peccatis cõmitendis valeat refrænare.*

2946 3 *Reg.* 21. Igitur nõ fuit alter talis sicut Achab, qui venũdatus est, ut faceret malũ in conspectu Domini: concitavit enim eũ Iezabel vxor sua. *n. 25. D. August.* Fortè cogitat aliquis tã gravia se admisisse peccata, ut iã Dei misericordiã promereri non possit. Absit hoc á sẽsibus omniũ peccatorũ. O homo quicũque illã peccatorũ multitudinem attendis, cur & omnipotentiã cælestis medici nõ attendis? Cùm enim Deus velit misereri quia bonus est, & possit quia omnipotens est: ipse cõtra se divinæ pietatis ianuã claudit, qui Deũ sibi misereri, aut nõ velle, aut nõ posse credit, eumq; aut bonum, aut omnipotentẽ esse defidit. *ser. 58 de tempore.*

3 *Reg.* 21. *nu.* 25.

2947 *Vnde sic infert D. August.* Nemo ergo nec post cẽtũ peccata, nec post mille crimina de misericordia divina desperet. Sic tamen nõ desperet, ut sine vlla mora Deũ sibi repropitiari festinet: ne forté, si consuetudinem peccandi fecerit, etiam si velit de diaboli laqueis liberari, non possit. *serm. citato.*

3 *Reg.* 21. *nu.* 25.

2948 *Exemplo Achabi regis id probat sic,* Achab rex sacrilegus, de quo Scriptura dicit, quód non fuerit alius talis, qui venundatus sit, ut faceret malũ cõtra Dominũ; posteaquã depravatus ab vxore Iezabel abominabilis Deo factus est, interfecto & lapidato Naboth Iezraelita, cúm vineam eius vellet invadere, castigatus a Sancto Elia, scissis vestibus cilicio indutus est, & inclinato capite pænitentiam egit. *serm. de tempore* 58.

Et tandem sic loquitur D. Aug. Pro qua re statim sermõ Dei ad Eliã factus est, dicens: Nõ ne vidisti humiliatũ Achab corã me? Quia, inquit, humiliatus est mei causa, nõ inducã in diebus eius malum. Considerate fratres, quia & ipse quamlibet sacrilegus, nõ reservavit, ut post longa tempora pænitentiã ageret, sed statim sacrificium contriti, & humiliati cordis Deo offerre non distulit. Qui vtiq; si postea in illa humilitate, quã cæperat, perdurasset, numquã ab illo Dei misericordia discessisset. *ser. 58. de tempore.* 2949

3 *Reg.* 22. *nu.* 28.

Venundatus Achab, ut faceret malũ enunciatur: nec tamen cui venundatus fuerit: nec quanto fuerit pretio venditus exprimitur. Fortassis ergo uxori regem fuisse venditum aliquis reputabit, qua ipsum concitasse refertur: ut eum ipsa sibi quasi in mancipium cõparasse nullo soluto pretio, quia nullius pretij homo erat, intelligatur. 2950

3 *Reg.* 22. Egressus est autẽ spiritus, & stetit corã Domino, & ait, Ego decipiam illum. *n. 22. D. Aug. lib. 83. quæst.* Legimus deceptum regem Achab falso vaticinio pseudoprophetarum. Et ita legimus, ut neque sine divino iudicio factum inveniamus, quoniam dignus erat ille sic decipi: neque per eum Angelum, quẽ deceptionis officium suscipere non deceret: sed per Angelum erroris, qui sibi vltro tales partes imponi cum lætitia postulavit. *q. 53.* 2951

3 *Reg.* 22. *nu.* 22.

Et infrà sic progreditur D. August. Hinc est, quód iudex damnatum percutere indignum sua persona, & nefarium iudicat, eius tamen iussu hoc facit carnifex, qui pro sua cupiditate sic ordinatus est in officio, ut 2952

3 *Reg.* 22. *nu.* 22.

ut percutiat legum moderatione damnatũ, qui posset etiã innocentẽ sua crudelitate percutere. Nã neq; per se ipsum hoc iudex facit, neque per principem, vel advocatum, aut aliquẽ in officio suo,cui tale ministerium nõ convenienter imponitur *lib. citato q.* 53.

2953 *Sic tandem concludit D. August.* Nõ itaque Deus deceptor est,quod credere nefarium & impium esse quis nõ intelligat? Sed meritorũ & personarum iustissimus distributor, faciens quædam per se ipsum, quæ illo solo digna sunt,eique soli conveniunt: sicuti est illuminare animas, & se ipsum eis, ad perfruendũ præbendo, sapientes, beatasque præstare: alia per servientem sibi creaturam. *q.* 53. Egrediar &c. *n.* 21. *Neque enim in Dei præsentia auderet,nec etiam malus Angelus mendacium, quo regem etiam malum deciperet, enunciare.*

2954 2 *Paral.* 18. Dixitque Achab rex Israel ad Iosaphat regem Iudà, Veni
2 Paral mecum in Ramoth Galaad: cui ille
18. n. 3 respondit, Vt ego, & tu: sicut popu-
2 Paral lus tuus,sic & populus meus: tecum-
19. n. 1 que erimus in bello. *n.* 3 *Et* 2. *Paral.*
& 2. 19. Reversus est autem Iosaphat rex Iuda in domum suam pacificé in Ierusalem. Cui occurrit Iehu filius Hanani videns, & ait ad eum, Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitia iungeris: & idcirco iram quidem Domini merebaris. *n.* 1. *&* 2.

2955 *D. August.* Dictum est per prophetã regi Iosaphat, O rex Iosaphat, si peccatorẽ tu adiuvas,aut eum,quẽ Dominus odit, tu diligis, propterea fuit super te ira Domini. Quis enim nostrum dicit peccatorem adiuvandum, ad hoc vtique in quo peccare vult, sicut ipse Achab, quando eum adiuvit Iosaphat, eundo cum illo in prælium, cùm ille Michææ prophetæ veracia verba comtemneret? Et tamen nec sic obfuit innocẽtiæ regis Iosaphat pessimum meritum re-

gis Achab, quia illum Dominus ad 2 *Paral*
se clamantem à periculo bellico libe- 19. *nu.*
ravit, illum autem sacrilegum con- 1. *&* 2.
temptorem in manus hostium venire permisit. *lib.* 2. *contra Epist. Parmen. cap.* 18.

Deinde sic progreditur D August. 2956
Si quid Iosaphat periculi expertus est, quod ei propheta indicat ab ira Dei fuisse,non alieno meruerat peccato, sed suo, quia sicut ei dictũ est, peccantem adiuvabat, sed apud Deum cætera eius bona facta prævaluerunt. *cap. citato.* Vt ego, & tu, sicut populus tuus, sic & populus meus: tecum erimus in bello. *n.* 3 *Quisque enim subditus de populo regem suum gaudet imitari; & cùm viderit à rege suo regem alium diligi, quemlibet illius regis subditum exemplo regis sui alium regem diligentis, curat amare; & pro rege regi suo dilecto cum rege suo pro amico bellante desiderat etiam decertare.*

Ex D. P. Chrysologo.

Tertio *Reg.* 21. Et ait Achab ad 2957
Eliam, Num invenisti me ini-
micum tibi? Qui dixit, Inveni eò 3 *Reg.*
quòd venundatus sis, ut faceres ma- 21. *nu.*
lum in conspectu Domini. *n.* 20. *D.* 20.
P. Chrysolog. Pavore mors ipsa levior. Elias ille vbi sensit toto se timore aspergi, repetebat, quam fugerat, mortẽ, meliùs existimans morti succumbere, quàm timori. *ser.* 147.

Metu mortis à rege Achabo fugerat 3 *Reg.*
Elias, qui postea ex Dei præcepto vadens 19. *nu.*
ad Achabum, sic eum acriter reprehendit, 20.
ut iure posset sibi, statim a rege inferendã mortem cogitare. Eligebat potiùs mortis rigorem, quàm timorem. Mortis namque rigor ipsum brevi temporis morula afflictaret, mortis autem timor diu & per longum tempus eum cruciaret: Et hinc est quòd; Petivit animæ suæ, ut moreretur. 3. *Reg.* 3 *Reg.*
19. *n.* 4. 19. *n.* 4

Kk

Ex D. Nilo.

2958 Tertio Reg. 21. Lapidatus est Naboth, & mortuus est. *n. 14. D. Nilo Abb.* Ad virtutem tendentibus
3 Reg. 21. nu. 14. magno est impedimento rerũ affectio terrenarum, animo, ac sæpe etiam corpori perniciem affert. Quid enim Naboth Israelitam perdidit nisi vinea invidiosa, cuius cupiditate vivus Achab ad cædem ipsius adductus est. *lib. qui dicitur Asceticus.*

Voluit impia fœmina Iezabel privare Naboth non solùm vita, sed etiã honore, & ideo non solùm iussit eum trucidare, sed & lapidare, ut cæde indecora plus ipsum cruciaret: nesciens quòd lapides illos mors innocentis redderet pretiosos, ut caput ipsius corona ex illis confecta coronaret.

Ex D. Gregorio Magno.

2959 Tertio Reg. 18. Tu ne es ille, qui conturbas Israel? Et ille ait, Nõ
3 Reg. 18. nu. 17. & 18. ego turbavi Israel, sed tu, & domus patris tui, qui dereliquistis mandata Domini, & secuti estis Baalim. *n. 17. & 18. D. Gregor. Mag. lib. 7. mor.* Libet inter hæc oculos mentis attollere, & electos Dei exteriùs oppressos quantæ intrinsecus arci præsideant videre: cuncta quippe quæ foris eminent, occultis eorum obtutibus per despectum iacent. *cap. 15.*

2960 *Et infrà inter alia exempla sanctorum, exemplum proponit Eliæ adversùs*
3 Reg. 18. nu. 17. & 18. *Achabum sic.* Hinc est quòd Achab superbus, idolorum servitio subactus, cùm increpare Eliam præsumeret, dicens: Tu ne es ille vir, qui conturbas Israel? Elias protinus superbi regis stultitiam, obiurgationis libera auctoritate percussit, dicens: Non ego turbavi &c. *eodem cap. 15.*

2961 *Et adhuc inferiùs sic loquitur idem D. Gregor.* Sed quia sancti viri ad verba tantæ altitudinis zelo veritatis, non autem vitio elationis exiliunt, ipsi patenter indicant, qui factis dic- 3 Reg. 18. nu. 17. & 18.
tisque alijs, & quanta humilitate polleant: & erga eos, quos redarguũt, quanta charitate ferveant, manifestant. Superbia quippe odium generat, humilitas amorem. Verba itaq; quæ amor exasperat, profectó ex fonte humilitatis emanant. *eodem cap. 14.*

Et iterum exẽplum Eliæ erga Achabum proponit, Quomodo Elias superbo regi increpationis verba per tumorem intulit, qui ante eius currũ humiliter cucurrit? Sicut scriptum est: Accinctisq; lũbis currebat ante Achab. *cap. 15. citato. Rex dubitando, regni turbationem Eliæ obijciebat; at Elias regi, affirmando, illã turbationẽ deputabat: nec mirũ. Illũ enim malitia sua infirmum faciebat, hunc verò innocentia sua roborabat.* 2961 3 Reg. 18. nu. 46.

3 Reg. 21. Cùm audisset Achab sermones istos scidit vestimenta sua, & 2963
operuit cilicio carnem suam, ieiunavitque & dormivit in sacco, & ambulavit demisso capite. Et factus est sermo Domini ad Eliã Thesbitẽ, dicens, Nõ ne vidisti humiliatũ Achab corã me? Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malũ in diebus eius, sed in diebus filij sui inferã malum domui eius *n. 27. 28. D. Greg.* Reprehendit semetipsam conscientia, accusat quod egit, damnat per pænitentiam quod accusat, fit rixa in animo, parturiens pacem cum Deo. Sic Achab rex iniquus à propheta reprehensus, cùm contra se divinã sententiã audisset, pertimuit, & magno mærore deprehensus est, ita ut prophetæ suo Dominus diceret: Nõne vidisti humiliatum Achab corã me? *lib. 1. in Ezechielem, hom. 10.* 3 Reg. 21. nu. 27. & 28.

Et exponens iterum illa verba, Nonne &c. *n. 28. sic ait D. Greg.* In quibus Domini verbis pensandum est quo modo, & in electis suis mæror amaritudinis placeat, qui amittere timent Dominũ, si sic ei & reprobi pæniten- 2964 3 Reg. 21. nu. 28.

pænitentia placuit, qui timebat perdere præsens sæculū? aut quomodo ei grata sit spōtanea afflictio pro culpis in eis, qui placent si hæc ad tēpus placuit, & in eo, qui displacebat? *hom.* 10. *citata.*

2965 *Pergit deinde D. Greg.* Sed sciendū, quia nullus hæc pro amore omnipotentis Domini ex toto corde agere
4 *Reg.* 21. *nn,* 28. prævalet, nisi is, cuius animum Spiritus Sanctus assumpserit. Nā quando homo ex sua virtute sufficiat terrena despicere, cælestia amare, pacē cum Deo quærere, secū rixam subire, in cogitatione semetipsum reprehendere, & gemitibus punire? Nullus hæc agere, nisi quē divina gratia roboraverit, valet. *lib.* 1. *in Ezec. ho.* 10.

2966 *Quinque pænitētiæ signa Achab in hoc casu, ut veniā à Domino obtineret, demōstravit. Nam,* scidit vestimenta sua, *En primū signū;* Et operuit cilicio carnē suā; *En secundū:* Ieiunavitq; *En tertiū* Et dormivit in sacco, *En quartum;* Et ambulavit demisso capite, *En quintū. Vt intimū per hæc quinque signa sui cordis demonstraret dolorem, illi Domino, qui per alia quinque signa, plagas scilicet salutares, intimū cordis sui hominibus erat ostensurus amorem.*

2967 3 *Reg.* 22. Vidi Dominū sedentē super soliū suū, & omnē exercitū cæli assistentē ei á dextris, & à sinistris?
4 *Reg.* 22. *à n.* 19. Et ait Dominus, Quis decipiet Achab regē Israel, ut ascēdat, & cadat in Ramoth Galaad? Et dixit vnus verba huiuscemodi, & alius aliter. Egressus est autē spiritus, & stetit corā Domino, & ait, Ego dicipiā illū. *à n.* 19. *D. Greg. Mag.* Quid soliū Dei, nisi Angelicas potestates accipimus, quarū mētibus altiùs præsidens inferiùs cuncta disponit? Et quid exercitus cæli nisi ministrantium Angelorum multitudo describitur? Quid est ergo quòd exercitus cæli à dextris, & á sinistris eius stare perhibetur? Deus enim qui ita est intra omnia, ut etiā sit extra omnia: nec dextra, nec sinistra concludit. Sed dextra Dei Angelorū pars electa: sinistra autem Dei, pars Angelorū reproba designatur. Nō enim ministrāt Deo solummodo boni, qui adiuvēt: sed etiā mali, qui reprobent. Nō solùm qui à culpa redeūtes sublevent: sed etiā qui redirè nolētes gravent. *lib.* 2. *Moral. cap.* 15.

Et paulò infrà sic pergit idē D. Greg. A dextera ergo Dei, & sinistra Angelorum exercitus stat, quia, & voluntas 2968
electorū spirituū divinæ pietati concordat: & reproborū sensus suæ malitiæ serviens, iudicio districtionis eius obtēperat. Vnde & mox fallax spiritus in mediū prosilijsse describitur, per quē Achab rex, exigentibus suis meritis, decipiatur. Neq; enim fas est credere bonū spiritū fallaciæ deservire voluisse. Sed quia Achab rex ex præcedētibus peccatis dignus erat, ut tali debuisset deceptione dānari: quatenus qui sæpe volēs ceciderat in culpā, quādoq; nolēs caperetur ad pænā. Occulta iustitiæ licētia malignis spiritibus datur, ut quos volentes in peccati laqueo strangulānt, in peccati pænam etiam nolentes trahant. *cap.* 15. *citato.* 3 *Reg.* 22. *à n.* 19.

Dominus aliquē, qui deciperet vnū regē Achab solummodo requirebat: hic autē spiritus malus ad fallendos prophetas omnes regni se, ut audacissimus, offerebat, dicens, Ero spiritus mēdax in ore omniū prophetarum eius. *n.* 22. *At si nō sibi vnū solū decipere, sed plures in deceptionē inducere placeret: nec in ore vnius, sed in ore omniū mēdacē se ostendere affectaret: omniūque ora in os vnū conflaret, quo plurima simul mendacia pronuntiaret.* 2969 3 *Reg.* 22. *nn.* 19.

Ex Ruperto Abbate.

Tertio Reg. 20. Egressus est &c. *n.* 33. *& infrà.* Quia dimisisti virū dignū morte de manu tua, erit anima tua &c. *n.* 42. *Rup. lib.* 5. *in Ps.* Claret itaq; quia Benadad regē Dominus dignū morte iudicaverat, & idcirco iusserat pro illo vngi Azahel, mox traditurus illū in manu Achab. At ille superbus, & vanus demisit eū, 2970 3 *Reg.* 20. *nn.* 33.

ac proinde iusté in iudiciū Saul incidit, qui Agag regē Amalech reservavit cōtra præceptū Domini. *cap.* 13.

2971 *Deinde exponens illud.* Quia demisisti virū &c. *n.* 42. *sic ait Rupert.* Sen-
3 *Reg.* tētia dicentis erit anima tua pro ani-
20. *nu.* ma eius, & populus tuus pro populo
42. illius, quæ hoc modo cōpleta est, Ascendit rex Israel, & Iosaphat rex Iudá in Ramoth Galaad, Comisso prælio vnus tetēdit arcū in incertū, & casu percussit regē Israel &c. Hoc modo, quia dimisit Benadad, fuit anima eius pro anima illius. *eodem cap.* 13.

2972 *Postea sic pergit Rupert.* Nec verò tātúm, quia demiserat illū impiū mor-
3 *Reg.* te dignū, verúm etiā quia occiderat
21. *nu.* Naboth, & possiderat vineā eius, quā
14. ille vēdere noluerat. Sic impius fuit Achab, ut virū dignū morte dimitteret de manu sua, & iustū occideret pro cupiditate sua. *cap.* 13. *citato. Meritò Rex Achab à Deo punitur, eò quòd regē Benadad iusté puniēdū contra Dei voluntatem dimiserat; exemplo Saulis minimè edoctus, qui ob similem misericordiam erga regem Agag, iusté fuerat occisus; ne aliquis misericordiorem se Deo esse posse arbitraretur.*

2973 3 *Reg.* 21. Locutus est ergo Achab ad Naboth dicēs, Da mihi vineā tuā,
3 *Reg.* ut faciā mihi hortū olerū &c. *n.* 2. *Ru-*
21. *n.* 2 *per. exponēs illud prophetæ Amos* 4. Per-
Amos 4 cussi vos in vēto vrente, & in aurugine,
num. 9. multitudinē hortorū vestrorū, & vinearū vestrarū comedit eruca, & nō venistis ad me dicit Dominus, *n.* 9 *sic ait.* Intēperātis erat luxuriæ hortos multiplicare, maximé cū peccato sive ex iniquitate, sicut fecit Achab, qui locutus est Naboth, & dixit, Da mihi vineā tuā, ut faciā mihi hortū olerū, & quia ille dare noluit, occidit & possedit. *In cōmento Amos.*

2974 Da mihi. *n.* 2. *Si postea contractu cōmutationis, vel emptionis vineā à te accipi-*
3 *Rge.* *endā dicturus eras,* Daboq; tibi pro ea
21. *nu.* vineā meliorē, aut si cōmodius tibi
2. putas, argēti pretiū, quātū digna est? *Quare dicis,* Da mihi vineā tuā? *Ostendens vineā gratuita donatione tibi conferendā? Certè suā mentē rex manifestavit avarus, desideraverat enim, quòd Naboth ei vineā suā daret: non autem quòd illam venderet, vel commutaret.*

3 *Reg.* 21. Dixit ergo ad eū Iezabel 2975
vxor eius, Grādis auctoritatis es, & bene regis regnū Israel: surge, & co- 3 *Reg.*
mede panē, & æquo animo esto, ego 21. 17
dabo tibi vineā Naboth. *n.* 7. *Rup. exponens verba dicta ad Angelū Thyathiræ,* Permittis mulierē Iezabel, quæ se dicit propheten, docere, & seducere servos meos, fornicari, & māducare de idolothitis, & dedi illi tempus ut *Apo.* 2
pænitentiā ageret, & non vult pæni- *à n.* 20.
tere à fornicatione sua. Ecce ego mittā in lectū &c. *Apoc.* 2. *à n.* 20.

Sic ait Rup. Omnis hæc pænæ cō- 2976
minatio ad similitudinē respicit illius Iezabel, cuius hæc mulier pro suis meritis nomē sortita est. Sic enim illa Iezabel regina, sive filia regis punita est, ut historiæ narratio docet. Primū dedit illi Deus tēpus, ut pænitētiam ageret, & Achab quidē, utcunque pænitentiā egit, ipsa autē pænitere noluit. *In commento Apoc. lib.* 2.

Deinde sic progreditur idē Rup. Dare 2977
nāq; tēpus pænitētiæ, est ante pænas cōminationes præmittere. Hoc 4 *Reg.*
autē fecit Dominus loquens in Elia *à n.* 10.
ad Achab: Ecce ego inducā super te malū &c. sed & de Iezabel locutus est Dominus dicēs: Canes comedent Iezabel in agro. Rursusq; de Achab: Si, inquit, mortuus fuerit Achab in civitate, comedēt eū canes, si autem mortuus fuerit in agro, comedēt eū volucres cæli. Vtriq; ergo dedit Deus tēpus pænitētiæ, ut pænitentiam agerēt, quia pænā vtriq; cōminatus est antequā inferret. Et Achab quidē qualēcunq; pænitentiā egit, & idcirco Dominus sentētiā pænæ, quā cōminatus fuerat, iuxta modū pænitentiæ temperavit. *lib.* 2. *citato in Apo.*

Et alludens ad illud 3. *Reg.* 21. Cùm 2978
audisset Achab sermones istos, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem

nem suam, ieiunavítque & dormivit in sacco, & ambulavit demisso capite. *n. 27. sic progreditur Rupert.* Idcirco pœnam Dominus temperavit, & de sententia nonnihil decidit. Nam neque in civitate canes, nec in agro volucres cæli illum comederunt. *Ibi.*

2979 *Postea sic loquitur.* De sententia, quæ in Iezabel deprompta est, nihil decidit, videlicet quia nullo modo pænitentiam egit. Et ecce ego mitto eam, inquit, in lectum. Hoc dictum pulcherrimé spectat ad culpæ eius modum, scilicet quia de lecto surgeret fecit virũ suum scelere suo confortatum: recté ergo mitti debuit in lectum. *lib. 2. citato in Apocal.*

4 *Reg.* 9. *nu,* 10. *Apoc.* 2 *nu.* 20.

2980 *Quærit tamen idem Rupert. sic.* Quomodo tandem missa est in lectum? Iezabel, (*inquit scriptura*) introitu Iehu audito, depinxit oculos suos stibio, & ornavit caput suum, & prospexit per fenestram ingredientẽ Iehu per portam. At ille dixit Eunuchis: Præcipitate eam deorsum, & præcipitaverunt eam. Rectè dicitur missa esse in lectum, vbi præcipitata est deorsum. Nam præcipitata est in infernum, vbi sic habet lectum, ut quiescat, non ipsa, sed eius illa, qua terram turbavit, insania. *vbi supra.*

4 *Reg.* 9. *à nu.* 30. *Apoc.* 2 *nu.* 20.

2981 *Exponens autem illud Apocal.* 2. Et qui mœchabantur cum ea in tribulatione maxima erunt, nisi pænitentiam ab operibus suis egerint. *n.* 22. *sic ait Rupert.* Et hoc vtique in illam Iezabel abundé factum est. Primùm ipse vir eius, qui cum illa fornicabatur, fornicatione, qua Deus relinquitur, & idola coluntur: & deinde omnis domus eius, sed & omnis populus in tribulatione maxima fuit, in tribulatione belli & famis. Primus quippe ipse Achab contra regem Syriæ vulneratus, & in tribulatione mortuus est. *lib. 2. citato in Apocal.* Surge, ego dabo. *nu.* 7 *Certè nullo verbo Iezabel poterat avarum regem mortuum velociùs suscitare, quàm verbo Dabo, quod in aures illius fecit resonare.*

Apoc. 2 *nu.* 22. 3 *Reg.* 21. *n.* 7

3 *Reg.* 21. Scripsit itaque literas ex nomine Achab, & signavit eas annulo eius, & misit ad maiores natu, & optimates &c. Prædicate ieiunium, & sedere facite Naboth inter primates populi, & submittite duos viros filios Belial contra eum, & falsum testimonium dicant. Benedixit Deum, & regem, & educite eum, & lapidate, sicque moriatur. *n.* 8. 9. & 10. *Rupert.* O hypocrisin, Deo odibilem, iuxta ipsam literæ superficiẽ. Prædicate ieiunium. Quam ob caussam? Ob magnum piaculũ, ob immane sacrilegium, quia Naboth maledixit Deum, quia Naboth blasphemavit Deum, insuper & regem, cúm sic dicat lex: Principi populi tui non maledices, & qui blasphemaverit Deũ, morte moriatur. Idcirco prædicate ieiunium, & dicite. Omnes ieiunemus, omnes humiliemur, quia tantum diebus nostris nefas audivimus, ne forté cum blasphemo, pariter à terra deglutiamur. *lib.* 5. *in ps. cap.* 14. 2982

3 *Reg.* 21. *à n.* 8.

Et paulò infrà sic ait idẽ Rupert. Quare autẽ sedere fecerunt Naboth inter primates populi, & tunc domũ submiserunt tales cõtra eũ? Nimirũ quia Naboth de primatibus erat populi, & ut totus videretur speciosus ordo iudicij, primũ in ordine suo sedit, ut postquám testes locuti fuissent, tũc demũ honore privatus, postremò vita privaretur. Hoc iam pulchrè nefario modo palliata incessit nequissima hyprocrisis. *eodẽ cap.* 14. 2983

3 *Reg.* 21. *à n.* 8.

Scripsit itaq; &c. *n.* 8. *O impudẽtia ore omniũ execranda. In literis regis annulo subscriptis horrendũ scelus optimatibus, ab illis cõmittendũ, imperatur. Hæc scriptura cõtra te, & cõtra regẽ, o impia femina tanti sceleris inventrix, in divino iudicio proferetur, & quidquid in hoc tuo humano, & inhumano iudicio abscondituũ fuit, coram omnibus propalabitur.* 2984

3 *Reg.* 21. Cúm audisset Achab sermones istos, scidit vestimẽta sua, & operuit cilicio carnẽ suã, ieiunavitq; 2985

3 *Reg.* 21. *nu.* 27.

 & dor-

3 Reg. 21. nu. 27. dormivit in sacco, & ambulavit demisso capite. n. 27. Rupertus, Ibi Achab ieiunando non quidem hypocrita fuit, thesaurizans sibi aliquid ut diceret Dominus: Quia igitur humiliatus est causa mei, non inducam malum in diebus eius, verumtamen hoc ipsum in terra thesaurisavit vbi fures effodiunt, & furantur. Qualis vtique extitit Iehu, quia videlicet, quanvis iubente Domino deleuerit domum illius, non tamẽ gloriæ Domini, sed suæ cupiditati studuit, quippe cúm regnaret, non fecit volũtatem Domini, ut vitulos, quos fecit Hieroboã, desereret. *In c. 6. Math. lib. 6. de gloria, & honore filij hominis.*

2986 *Et alibi sic ait idem Rupertus.* Achab pænitentiam egit, sed tota pænitẽ-
3 Rge. 21. nn. 27. tia eius non in corde, sed circa renes fuit. Neque enim pænitẽdo curavit, aut timuit, ne á regno Dei fieret alienus; sed hoc solùm, ne regno suo privaretur. *lib. 2. in cap. 2. Apoca. & alibi sic ait Rupertus.* Est pænitentia sive pænitendi intentio, cùm quis idcirco pænitentiã agit, ut præsentia tantúm, sive præsentis sæculi mala effugiat, bona retineat, fidem aut curam non habens futurorum, atque æternorum bonorũ, sive malorum, si exempla requiras? Talis pænitentia fuit Achab, qui solũmodó de sanguine Naboth, quem interfecerat ipse, & Iesabel vxor sua pænitentiam egit, quia pro illo comminatus fuerat illi Dominus per Eliam dicens, Ecce ego superinducam super te malum &c. Propter hoc scidit vestem suam, & operuit cilicio carnem suam &c. idcirco sic egit, ne regno privaretur temporali. *lib. 2. in cap. 3. Ionæ.*

2987 *Deinde sic progreditur Rupert.* Hu-
3 Reg. 21. nn. 27. ius intentionis pænitentia, si multũ studiosa sit adipisci meretur, quod intendit, sicut prædictus Achab, de quo nunc Dominus ad Eliam dixit, Non ne vidisti Achab humiliatũ coram me? Quia ergo humiliatus est mei causa, non inducam malũ in diebus eius. *loco citato.* Ieiunavitque. n. 27. *Vt istius ieiunij pœna deleret culpam ieiunij, quod religionis prætextu fieri iusserat; ut Naboth blasphemum fuisse in Deum ostenderet.*

3 Reg. 21. Et factus est sermo 2988
Domini ad Eliam Thesbiten, dicens
Non ne vidisti humiliatum Achab 3 Reg.
coram me? Quia igitur humiliatus 21. nu.
est mei causa, non inducam malum 28.
in diebus eius, sed in diebus filij sui Oseæ 5.
inferam malum domui eius. n. 28. n. 3. &
Rupert. exponens illud Oseæ cap. 5. Ego 4.
scio Ephraim, & Israel non est absconditus á me: quia nũc fornicatus est Ephraim, contaminatus est Israel non dabunt cogitationes, ut revertantur ad Deum suum: quia spiritus fornicationum in medio eorum, & Dominũ nõ cognoverunt. *n. 3. & 4. sic ait.* Diligẽter animadvertendũ est, quia non paria, vel æquipollentia sunt hæc, pænitentiã agere, & reverti ad Dominũ. *lib. 2. in cap. 5. Oseæ.*

Quod sic probat, Alioquin Achab re- 2989
gẽ Israel impiũ fatebimur reversum
fuisse ad Dominum, quia pænitẽtiã 3 Reg.
egit pro sanguine Naboth, quia dicẽ 21. nu.
te sibi Elia in sermone Domini. In 19.
loco hoc, in quo linxerunt canes sanguinẽ Naboth, lambent, & tuũ sanguinẽ, scidit vestẽ suã, & operuit cilicio carnem suam, ieiunavitque & dormivit in sacco. Num iste cogitationes suas dedit, ut reverteretur ad Dominũ? Nõ vtiq; quia etsi pro sanguine Naboth pænitentiã egit, non tamẽ á peccatis Hieroboã idest, vitulis aureis recessit, imò & Baal, quẽ Iezabel induxerat, colere nõ desijt. Egit namq; pænitẽtiã, nõ ut æternũ Dei regnũ cõsequeretur, sed ne temporali regno Samariæ privaretur, recepit mercedẽ suã, mercedẽ pænitẽtiæ, qualem quærebat, ut vivẽs regno non careret, dicẽte Domino ad Eliam: Quia igitur humiliatus est mei causa non inducam malum in diebus eius. *lib. 2. in locum Oseæ.*

Quare

Quare Deus manifestare voluit Heliæ pœnitentiam Achab? Ne Elias Deum in puniendo Achab remissiorem, & vel parum illius oblitum sine causa cogitaret, sed agnosceret Achab per culparum, quas commiserat pœnitentiam, meruisse pœnarum, quas declinaverat, indulgentiam.

2990 3 *Reg.* 22. Et ait Dominus: Quis decipiet Achab regem Israel, ut ascendat, & cadat in Ramoth Galaad? Et dixit unus verba huiuscemodi, & alius aliter. Egressus est autem spiritus, & stetit coram Domino, & ait, Ego decipiã illũ, cui locutus est Dominus; in quo? *n.* 20. & 21. *Rupert. expendens illud Ionæ cap.* 10. Dominus autem misit ventum magnũ in mare, & facta est tempestas magna in mari, & navis periclitabatur conteri. *n.* 4. *sic ait.* Quis ille ventus fuit, qui turbas Iudæorũ, quasi mare turbavit, nisi spiritus seductionis, qui illos in odium Domini nostri concitavit? Ille intus eos perflavit, ut adversus eum fremerent, & semetipsos seditionibus turbarẽt. Sed quomodo eiusmodi ventum Dominus misit? Iusto videlicet iudicio, quia suo illos Sancto Spiritui semper restitisse cognovit.

(3 *Reg.* 22. *nu.* 20. & 21.; *Ion.* 10 *num.* 4.)

2991 *Postea sic pergit Ruper.* Nõne propter eandẽ causam ad decipiendũ Achab regẽ Israel misit spiritũ mendacij? Dixit enim, Quis decipiet Achab &c. Quomodo tũc misit spiritũ mẽdacij ad decipiendũ illũ, qui cũ uxore sua Iezabel occiderat prophetas Domini, sic spiritũ malũ misit, quo concitarentur Iudæi. *in cõmento Ionæ lib.* 1. Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omniũ prophetarũ eius. *n.* 22. *Non solùm dixit,* In ore omniũ prophetarũ, *sed addidit,* Eius. *Nõ enim in ore prophetæ, qui propheta Dei appellatur, sed in ore prophetarũ regis Achab mendax ille spiritus esse posset, ut ex illorum ore mendacia regi suo, qui solùm suos esse prophetas veros reputabat, qui ei etiam mentientes ad voluntatem loquerentur, denuntiaret.*

(3 *Reg.* 22. *nu.* 20. & 21. & 22.)

Ex D. Bernardo.

Tertio *Reg.* 21. Locutus est ergo Achab ad Naboth dicens, Da mihi vineam tuam, ut faciam mihi hortum olerum, quia vicina est, & prope domum meam, daboque tibi pro ea vineam meliorem: aut si cõmodius tibi putas, argenti pretium quantum digna est. *n.* 2. *D. Bernard. scribens ad Eugenium Papam carpens cupiditatem, quæ ab Ecclesijs aliquas sibi pensiones reservabat, dum illas conferebat, sic ait.* Quid tam indignum tibi, quam ut totũ tenens nõ sis cõtentus toto, nisi minutias quasdam, atque exiguas portiones ipsius tibi creditæ Universitatis, tanquam nõ sint tuæ, satagas nescio quomodo adhuc facere tuas? Ubi etiam meminisse te volo parabolæ Nathan de homine, qui multas oves habens, unam, quæ erat pauperis concupivit. Hũc quoque veniat factum, imò facinus regis Achab, qui rerum summam tenebat, & unam vineam affectavit. Avertat Deus à te quod ille audivit, Occidisti, & possedisti. *lib.* 3. *de consid. Deliciosus rex, vineam in hortum commutare volebat: non enim attendebat ad utilitatẽ, sed ad voluptatem.* 2992

(3 *Reg.* 21. *nu.* 2.; 2 *Reg.* 12.)

3 *Reg.* 21. Et factus est sermo Domini ad Eliã Thesbiten, dicens, Nõne vidisti humiliatũ Achab corã me? Quia igitur humiliatus est mei causa, nõ inducã malum in diebus eius, sed in diebus filij sui inferã malũ domui eius. *n.* 28. *D. Bernar. scribens ad Eugeniũ Papã pro Aurelianensi Episcopo, sic ait.* Unũ est clementissime pater, unde homini generoso, ac verecũdo in tã miseranda fortuna posset, non parũ consolationis afferri. Quæretis quid? Profectò nõ ambulat in magnis, nec in mirabilibus super se: sufficit si vestra indulgẽtia possit retinere sacerdotiũ, qui Episcopus fuit; tãtũ à nota infamiæ, & perpetuæ inustionis cauterio, scuto bonæ voluntatis vestræ obumbretur sibi, *Epist.* 245. 2993

(3 *Reg.* 21. *nu.* 28.)

 Deinde

2994 *Deinde sic exclamat D. Bernard* O dignā omni exauditu precem. Non rogat ut gloriosus, sed ne inglorius sit, qui extitit gloriosus. Quicquid illud sit, quod medium est, eo contentus est. Liceat cadenti á gloriæ honesto, quo poterit mediocritatis sese excipere gradu, solamque non devenire in extremitatē opprobrij. Iuvenis est: nobilis genere est: in sublimitate positus fuit: nec tamē humilem refugit locum, sed probrum. *Eadem Epist.* 245.

2995 *Tandem sic quærit D. Bernard.* Nihil ne merebitur vel ista humilitas? Humiliatus est impius Achab, & profuit ei: & in viro fideli, ac nobili humilitas pretium non habebit?
Ps. 50. Absit á sūma sede, absit á sancta mēte vestra, cor contritū, & humiliatū despicere. Si dixerimus, Humiliavit se, exaltetur: nihil in hoc temeré à nobis præsumptum: possemus forsitan excusare, nimirū ex regula, quā optime nostis. Nunc autem non dicimus, Exaltetur: sed, Ne conculcetur, & confundamur ab expectatione nostra? Imó veró si mala suscepimus de manu Domini: bona quare non suscipiamus? Nunquid enim potestatem habetis deponere potentes de sede, & exaltare humiles non habetis? Porro potestate accepta malle in malo, quàm in bono vti, abuti est. *Epist.* 245.

3 Reg. 21. nu. 28. Non ne vidisti humiliatū Achab coram me? *n.* 28 *Exemplo suo Deus Eliam ad commiserationem volebat commovere: & ideo ad videndum Achab coram divinis humiliatum oculis Eliæ oculos invitabat, ut cernens illum indutum pænitentiæ habitu, à Deo remissionem criminum ei postularet, quam ipse Deus libentissimè concederet.*

Ex D. Arnoldo.

2996 Tertio Reg. 21. Non ne vidisti humiliatum Achab corā me? Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius *n.* 28. *Arnoldus.* In hac gratia non affligitur expectatio dilatione, nec intervallum est inter optatum, & datum. Quid commemorem Achab regem impium, eius contritionem in angustijs non est aspernata divina clementia. *Tract. de verbo Amen dico tibi hodie.* — 3 Reg. 21. nu. 28.

2997 Non ne vidisti &c. *n* 28. *sic interrogando desiderium Prophetæ ad videndū regem Achabum ex impio in pium, ex superbō in humilem, ex delinquente in pænitentem commutatum excitabat: Debebat enim hoc spectaculum pænitentiæ in orbis theatro, & à divinis, & ab Angelicis, & ab humanis oculis inspectari, & ab omnibus gaudio maximo celebrari.*

Ex Hugone Cardinali.

Tertio Reg. 20. Servus tuus Benadad dixit, Vivat, oro te, anima mea. Et ille ait, si adhuc vivit, frater meus est. Quod acceperunt viri pro omine: & festinantes rapuerunt verbum ex ore eius atque dixerunt, Frater tuus Benadad vivit. Et dixit eis, Ite & adducite eum ad me. Egressus est ergo ad eum Benadad, & levavit eum in currū suum. *n.* 32. & 33. *Hugo ad illud*, Quod acceperunt viri pro omine. *n.* 33. *sic ait.* Pro omine id est pro bono auspicio. Rapuerunt verbum, ne pæniteret. *Ibi. Meritò pro felicissimo auspicio fratris vocabulum, quo Achab rex victor victum regem Benadad nūcupabat, acceperunt; impossibile namq; illis videbatur, quòd Achab rex regem suum Benadad fratrem nominaret, quin eam diligeret, sibique dilectū non honoraret.* — 2998 — 3 Reg. 20. nu. 32. & 33.

2999 3 *Reg.* 21. Cúm audisset Achab sermones istos, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, ieiunavitq; & dormivit in sacco, & ambulavit demisso capite. Et factus est sermo Domini ad Eliam Thesbiten dicens, — 3 Reg. 21. nu. 27. & 28.

dicens, Non ne vidisti humiliatum Achab coram me &c? *nu.* 27. & 28. *Hugo.* Demisso capite confitens peccata sua, ut dicit Iosephus. Si simulata fuit ista pænitentia, ut dicit Greg. Quomodo ergo propter talẽ pænitentiã dimisit ei Dominus pænam, quam ei fuerat comminatus? Ad hoc dicendum, quód Dominus non dimisit ei pænam, sed distulit: non propter Achab, sed propter alios, ut ostenderet quantũ valeat humilitas pænitentiæ. *Ibi.*

3000 *Deinde sic pergit.* Vel potest dici quód verè pænituit, & dimissũ fuit ei peccatum, ut videtur velle Iosephus: quod autem dicit Greg. quòd scilicet pænitẽtia eius simulata fuit: dicitur hoc quia iterum relapsus est in peccatum. Meliùs dici potest: scilicet quòd Achab pænituit de hoc peccato: & ideo dilata fuit pæna tẽporalis huius peccati: sed quia de alijs peccatis non pænituit, nec ea dimisit: ideo dicitur eius pænitentia simulata. *Ibi. Non distulit sui criminis pænitudinem, sed vbi primùm audivit contra se Deum iratum, Deo se præbuit humiliatum, ut Deus qui solet superbis resistit, sibi humili gratiam condonaret.*

3001 3 *Reg.* 22. nu. 16. 3 *Reg.* 22. Dixit autem rex ad eum, Iterum atque iterum adiuro te, ut non loquaris mihi, nisi quod verum est in nomine Domini. *nu.* 16. *Hugo.* Cognoverat enim rex ex gestu corporis, & modo pronunciandi, quòd hoc dixerat ironicè. *Ibi. Intellexit Achab Michæam non proferre sibi ore, quod habebat in corde, vultus enim index animi prophetæ animum regi ostendebat, ideoque eum adiurabat, ut illud detegeret, quod tegebat.*

3002 3 *Reg.* 22. *nu.* 24. 3 *Reg.* 22. Accessit autem Sedecias filius Chanaana, & percussit Michæam in maxillam, & dixit, Mene ergo dimisit spiritus Domini, & locutus est tibi? *n.* 24. *Hugo.* Iosephus dicit quód ideo percussit eum, ut ostenderet ipsum non esse verum prophetã. Dixit enim ad Achab secretò postquam percusserat Michæã: Hic si esset verus propheta, aruisset, statim manus mea sicut Hieroboam. 3 *Reg.* 13. *Ibi. Achabo regi volens complacere, maxillam Michææ percussit Sedecias, qui an à se Domini spiritus recessisset, ut in Michæa loqueretur, dubitabat. At cogitatione superba, locutione falsa, operatione aspera ostendebat à se spiritum humilitatis, veritatis, & lenitatis recessisse, & ad humilem, veracem, & lenem prophetam Michæam transiisse.*

3 *Reg.* 22. Dixit itaque rex Israel ad Iosaphat, sume arma, & ingredere prælium, & induere vestibus tuis: porro rex Israel mutavit habitũ suum, & ingressus est bellum. *n.* 30. *Hugo.* Forté Achab deferens ipsi Iosaphat, fecit eum indui regali veste: & ipse indutus erat habitu militari. Vel forté hoc fuit ne cognosceretur à Syris, quia ipsum solum quærebãt Syri. *Ibi.* 3003 3 *Reg.* 22. *nu.* 30.

Mutavit habitum suum. *n.* 30. *Sic mutato habitu potuit Achab oculos humanos latere, at non valuit latere divinos. Ingressus est prælium, divina eum ibi iustitia inspexit, sagittamque unius militis in incertum illam dirigentis in certũ direxit, qua latentem sub habitu militari communi regem vulneravit, ipsumque habitum sanguine regio purpurans regis esse habitum propalavit.* 3004 3 *Reg.* 22. *nu.* 30.

Ex Lyra.

Tertio Reg. 16. Et regnavit Achab filius Amri super Israel in Samaria viginti, & duobus annis. Et fecit Achab filius Amri malũ in cõspectu Domini super omnes, qui fuerunt ante eum. *n.* 30. *Lyra.* Quia licet ante colerent vitulos aureos, tamen in illis videbantur adorare Dẽũ prout dictum fuit suprà 12. cap. Iste autem induxit idololatriam manifestam. *n. suo* 7. 3005 3 *Reg.* 16. *nu.* 30.

Et alibi sic ait idem Lyra. Illud autẽ quod hîc dicitur de Achab, quòd fuit 3006

3 Reg. 16. nu. 30. fuit malū in conspectu Domini super omnes ante eum: posset intelligi ex hoc, quód magis adhærebat cultui idolorū, & etiā quia tyrannica opera magis exercuit, ut patet de vinea Naboth: similiter quia magis Deo fuit rebellis, & contumax: eò quód tempore suo floruit Elias, qui quamplurimis signis, & prodigijs ipsum exhortabatur: & tamen semper remansit in obstinatione sua: & ideò licet reges Israel prædecessores Achab fuissent similiter idololatræ, nō tamen in conspectu Domini tanta mala fecerunt. *In additione. In conspectu Domini Achab malum fecisse refertur super omnes, qui extiterant ante eum, ut illius impudentia declaretur, qui licet sibi præsentem Deum crederet, Dei tamen maiestatem contemnebat, & in Dei præsentia delinquebat.*

3007 3 Reg. 16. nu. 31. 3 *Reg.* 16. Nec sufficit ei ut ambularet in peccatis Ieroboam filij Nabat: insuper duxit vxorem Iezabel filiam Ethbaal regis Sidoniorū: & abijt, & servivit Baal, & adoravit eum. *n.* 31. *Lyra exponens illud*, Et abijt, *sic ait.* Quod nullus de regibus ante eum fecerat. *n. suo* 1. *Insatiabilis Achab regis malitia hic exprimitur, cui non satis visum fuit se Ieroboam idololatriæ conditori in criminibus assimilare, sed placuit novis commissis flagitijs illum in iniquitate superare.*

3008 3 Reg. 17. n. 1 3 *Reg.* 17. Et dixit Elias Thesbites de habitatoribus Galaad ad Achab, Vivit Dominus Deus Israel, in cuius conspectu sto, si erit annis his ros, & pluvia, nisi iuxta oris mei verba. *n.* 1. *Lyra.* Quia Achab super omnes reges, qui eum præcesserant malus fuit, ut dictum est cap. præcedenti, ideo scriptura diligēter prosequitur circa eum divinam providentiam, eum á malis revocando, licet abusus fuerit, ut sic iustior appareat eius condemnatio. Igitur primò revocatur á malis, signis cælestibus. Secundò victorijs mirabilibus cap. 20. Tertió divinis comminationibus. *Ante n. primum.* Incisius conspectu sto. *n. primo. Quid dicis o Elia, ergo ne Achab divinum conspectum latet? Cur non dicis, In cuius conspectu stamus, sed ais,* In cuius conspectu sto? *Achab divinos oculos minimé fugiebat, attamen in conspectu divino non stabat, sed iacebat, quia suorum criminum gravatus pondere stare non poterat.*

3 *Reg.* 19. Nuntiavit autem Achab Iezabel omnia, quæ fecerat Elias, & quomodo occidisset universos prophetas Baal gladio. *nu.* 1. *Lyra.* Quasi cōpatiens prophetis Baal occisis. Et ex hoc patet eius malitia obstinata, postquam viderat tot signa mirabilia, & ex hoc vxor eius audaciam accepit occidendi Eliam. *n. suo* 1. *Regina impia rex impius occisionem prophetarum, qui colebāt Baal enuntiavit, ut quam ille impedire non poterat, dum fieret, ipsa iam factam in Elia occisore eum occidendo vindicaret.* 3009 3 Reg. 19. n. 1

3 *Reg.* 20. Vocavit autem rex Israel omnes seniores terræ, & ait, Animadvertite, & videte quoniam insidietur nobis. Misit enim ad me pro vxoribus meis, & filijs, & pro argento, & auro, & non abnui. *n.* 7. *Lyra.* Vt haberet consilium cum eis, quia erat in arcto positus propter multitudinem exercitus regis Syriæ quem formidabat, & propter pacem duram, quam rex Syriæ volebat. *n. suo 4. Certè in hoc poterit rex Achab laudari, quòd omnes terræ seniores sibi futuros consiliarios ad se vocaverit, quidquid enim in illo consilio decrevisset, ratum omnes reliqui haberent, utpote quod à senioribus, qui prudentia, & experientia excellerent, fuisset deliberatum.* 3010 3 Reg. 20. 7

3 *Reg.* 20. Dixeruntque omnes maiores natu, & vniversus populus ad eum, Non audias, neque acquiescas illi. *n.* 8. *Lyra.* Magis enim volebant se exponere periculo belli, quia sicut vulgariter dicitur, Melius est bonum bellum, quàm mala pax. *n. suo* 6. Et vniversus populus. *n.* 8. *Populus enim seniorum consilium approbavit* 3011 3 Reg. 20. n. 8.

nullus

nullus ex universo populo fuit, qui non se regi obtulerit, ut contra regem adversarium iniquas pacis conditiones petentem in prælium descenderet, ut pro regni libertate decertaret.

3012 3 *Reg.* 20. *nu.* 10. 3 *Reg*. 20. Qui remisit, & ait, Hæc faciant mihi dij, & hæc addant, si suffecerit pulvis Samariæ pugillis omnis populi, qui sequitur me. *nu.* 10. *Lyra.* Vocatur autem hic pulvis Samariæ terra, quam cives portaverunt iuxta muros in magna quantitate ad hoc quòd muri essent fortiores ad sustinendum ictus machinarum, & ad hoc quòd illi de civitate per illam terram appositam possent faciliter ire vsque prope propugnacula murorum ad defensionem civitatis. *n. suo* 9.

3013 *Deinde sic pergit idem Lyra.* Dixit igitur Benadad se iactando, quòd tāta multitudo erat in suo exercitu, quòd si quilibet acciperet pugillum de terra, implerentur fossata, & fierent aggeres ita magni exteriús, sicut fecerāt cives interiùs, per hæc innuens, quòd statim caperet civitatem. *Eodem n.* 9. *Valde superbus ostenditur rex Benadad, qui nec memoria pulveris, in quem, si in illo prælio obiret, reverteretur ab iniquis conditionibus pacis petendis à rege Achab cessavit.*

3014 3 *Reg.* 20. *nu.* 11. 3 *Reg*. 20. Et respondens rex Israel, ait, Dicite ei, Ne glorietur accinctus æqué ut discinctus. *nu.* 11. *Lyra.* Accinctus dicitur ille, qui vadit ad prælium. Discinctus veró qui iam deposuit arma obtenta victoria, per hoc insinuans ipsi Benadad, quód non debebat gloriari ac si iam cepisset civitatem *n. suo* 10 *Varium esse belli eventum Achab rex regi Benadad significabat, ex quo accidere posset, ut qui accinctus ad pugnam ante victoriā tam lætus gloriabatur, quasi iam parta victoria, discinctus esset commisso prælio tristis humiliaretur, si non vinceret, ut sperabat, sed, quod non cogitabat, vinceretur; & qui ante pugnam quasi mons superbus exaltabatur, post pugnam quasi vallis humilis deprimeretur. Est enim exaltationis promontorium humiliationis præludium.*

3 *Reg*. 20. Et ecce propheta vnus accedens ad Achab regem Israel, ait ei, Hæc dicit Dominus, Certè vidisti omnem multitudinem hanc nimiam? Ecce ego tradam eam in manum tuam hodie: ut scias quia ego sum Dominus. *n.* 13. *Lyra.* Achab de promissione victoriæ consolatur, cúm dicitur, Vidisti omnem multitudinem &c. Cuius causa subditur: ut scias quia ego sum Dominus, & resilias ab idololatria. *n. suo* 1. *Vnus propheta Achab regi demonstratur, qui solus posset exercitum triginta, & tres reges cum multitudine nimia includentem debellare, vnius enim Dei vnus cultor innumeros falsorum deorum cultores orationis armis posset superare.* 3015 3 *Reg.* 20. *nu.* 13.

3 *Reg*. 20. Et ait Achab, Per quem? Dixitque ei, Hæc dicit Dominus, Per pedissequos principū provinciarum. Et ait, quis incipiet præliari? Et ille dixit, Tu. *nu.* 14. *Lyra.* Quia videbatur sibi impossibile propter populi sui paucitatem, propter quod propheta ad eum asseverandū replicavit nomen domini, dicens, Hæc dicit Dominus, Per pedissequos idest per armigeros principum terræ Israel. Vt communiter exponit Rab. Salomon, dicens, quòd per hoc intelliguntur filij nobilium, qui non erant de filijs Israel, sed erant dati obsides ipsi Achab. Vnde in Hebræo habetur, Per pueros principum provinciarum. *n. suo* 3. *&* 4. *Non dixit Per quos, sed per quem. Non enim plures requiri, sed vnum à Deo electum infantem sufficere credebat, qui omnes adversarios comprehendere valeret, ut eos in manu regis iuxta verbum Domini vinctos traderet.* 3016 3 *Reg.* 20. *nu.* 14.

3 *Reg*. 20. Et ait, Quis incipiet præliari? Et ille dixit, Tu. *nu.* 14. *Lyra.* Et ait, scilicet Achab, quis erit in prima acie? Et ille dixit, Tu, ut magis tibi attribuatur victoria, & per hoc debeas esse Deo magis gratus. 3017 3 *Reg.* 20. *nu.* 14.

tus. *à n. suo 5. Vt primus esset rex, qui se belli discrimini exponeret, exemploque suo omnes subditos commoveret. Nullus enim subditorum periculum pugnæ formidaret, dum regem suum in pugna ducem cerneret. Quisque in regis præsentia audacissimus decertaret, sperans fore ut victor vadens, ipsum rex, qui eum inspexerat prœliantem, non solùm laudaret, sed regio beneficio insuper ditaret.*

3018 3 *Reg.* 20. Accedens autẽ pro-
3 *Reg.* 20. *nn.* 22. pheta ad regem Israel, dixit ei, Vade & confortare, & scito, & vide quid facias: sequenti enim anno rex Syriæ ascendet contra te. *n.* 22. *Lyra.* Vade & cõfortare accipiendo constantiam te defendendi in bello futuro. Et scito, & vide, idest non sis negligens in providendo tibi propter victoriam, quam habuisti. *n suo* 13. *&* 14.

Vide quid facias. *n.* 22. *Ne te ingratum ostendas Deo, sed time, ne qui hoc anno victor Deo tibi auxiliante effectus es, futuro anno, si tibi ob ingratitudinem divinum auxilium denegetur, vincaris.* Vide quid facias. *Si enim quidquid Deus voluerit, Deo feceris, quidquid tu volueris Deus tibi faciet: Deus enim opus tuum operi suo quasi regulam vendicabit.* Vide quid facias. *In opere enim tuo, quasi in speculo quid nam opus tibi Deus facturus sit, poteris intueri.*

3019 3 *Reg.* 20. Et accedens vnus vir
3 *Reg.* 20. *nn.* 28. Dei dixit ad regem Israel, Hæc dicit Dominus, quia dixerunt Syri, Deus montium est Dominus, & nõ est Deus vallium; Dabo omnẽ multitudinem hanc grandem in manu tua, & scietis quia ego sum Dominus. *n.* 28. *Lyra.* Victoria ipsi Achab promittitur. Quia dixerunt enim idest, quia blasphemaverunt Deum Israel, attribuentes ei potentiam limitatam debellabuntur propter istã blasphemiam. Dicunt etiam quód cum dixit ei propheta hoc, quòd nõ parceret ipsi Benadad, & populo eius, sed magis interficeret propter blasphemiam Dei prædictam. De mãdato Dei dixit quód victoriam illi daret, & quód Syris devictis nõ parceret, *n. suo* 4. *&* 5.

Dabo omnem multitudinem hanc grandem in manu tua, & scietis quia ego sum Dominus. *n.* 28. *His verbis victoriam propheta hic denunciabat, ita facilem futuram, ut nõ opus esset quód rex ambabus manibus decertaret; sed vna solùm manu, in quam divina Dei manus adversarios omnes comprehendens non solùm victos, sed timoris vinculis vinctos traderet; manui enim regiæ divina manus comilitabat, & adversùs se blasphemantes hostes facilè expugnabat.* 3020 3 *Reg.* 20. *nn.* 28.

3 *Reg.* 20. Et ille ait, si adhuc 3021
vivit, frater meus est, *nn.* 32. *Lyra.* Achab victoria sibi data abutitur in dimissione blasphemi, quem occidere tenebatur de mandato Dei. *n. suo* 8. Si adhuc vivit, frater meus est. *n.* 32. *His dictis non fore à se occidendum regem Benadad rex Achab inobediens Deo promittebat, dum illum fratrem suum nominabat. Audiens enim Benadad se à rege victore fratrem appellari, in eo erga se agnosceret amorem, & sic à se mortis expelleret timorem.* 3 *Reg.* 20. *nn.* 32.

3 *Reg.* 21. Et ait Achab ad Eliã, 3022
Num invenisti me inimicum tibi? Qui dixit, Inveni, eò quód venundatus sis, ut faceres malum in conspectu Domini. *n.* 20. *Lyra.* Sensus est, Numquid invenisti me talem quòd deberes mihi inimicari. Qui dixit, Inveni, eò quód es inimicus Dei, cuius sum servus. Vnde subditur, Eò quód venũdatus &c. Sicut enim res vendita transit in dominum, & possessionem ementis, sic Achab videbatur totaliter subditus idolis, & serviens eis. *à n. suo* 13. *Vt non tanquam mercenarius qui pro mercede ad tempus solùm operam suam impenderet, sed ut servus, qui per totam vitam, etiam sine mercede appetitui suo, cui venũdatus erat deserviret: nec intentionem illam haberet ut si aliquando posset, se á sui domini duro servitio liberaret; sed semper obstinatus in sua inquitate permaneret.* 3 *Reg.* 21. *n.* 20.

3 *Reg.*

3023 3 *Reg.* 21. Itaque cúm audisset Achab sermones istos, scidit vesti-
3 *Reg.* menta sua, & operuit cilicio carnem
21. *nu.* suam, ieiunavitq; & dormivit in sac-
27. co, & ambulauit demisso capite. *nu.* 27. *Lyra.* Scidit vestimenta in signũ pænitentiæ, & humiliationis coram Deo. Ista tamen pænitentia fuit timor pænæ, ut communiter dicitur: nec obstat quod subditur, quód propter eã dilata est deletio domus suæ, quia talis pænitẽtia licet non sit meritoria gratiæ, & evasionis pænæ æternæ: bene tamen est meritoria aliquando dilationis pænæ temporalis. Alij autem dicunt, quód fuit vera pænitentia, sed ad horam: quia non permansit in ea: sed magis reversus fuit ad mala præterita. *n suo 6. Non cor, sed vestimentum scindebat, qui non tam culpæ dolore, quàm pæna timore, hoc pænitentiæ signum proferebat.*

3024 3 *Reg.* 22. Dixitque rex Israel ad servos suos, Ignoratis quòd nostra
3 *Reg.* sit Ramoth Galaad, & negligemus
22. *nu.* tollere eam de manu regis Syriæ? *n.*
3. 3 *Lyra* Quasi diceret non debetis ignorare. Erat enim civitas sacerdotalis, & refugij, ut habetur Deut. 4. & Iesue 20. sed reges Syriæ abstulerant eam á filijs Israel. Et ideo Achab volebat eam recuperare. *n. suo* 2. *Ramoth vrbem à regno Israel per regem Syriæ armis captam, armis iterum sibi recuperare Achab rex Israel desiderabat, & hanc iusti belli causam suis militibus proponebat, ut in bello iusto divinum sibi à Deo concedendum sperarent favorem, & regis adversarij, qui iniustè vrbem alienã retinebat, deponerent timorem.*

3025 3 *Reg.* 22. Vidi cunctum Israel dispersum in mõtibus quasi oves nõ
3 *Reg.* habentes pastorem: & ait Dominus,
22. *nu.* Non habent isti dominum: reverta-
17. tur vnusquisque in domum suam in pace. *n.* 17. *Lyra.* Id est fugientem de prælio, quia sicut veniũt ad prælium vnitè, ita fugiunt disperse. Quasi oves non habentes pastorem, idest ducem, & per hoc designat ipsius regis Achab mortem. *n suo* 8 & 9. *Milites enim qui non servata vnione in prælio separantur, licet dum vnionem servarent essent in viribus robustissimi leones, in infirmissimas oves non habentes pastorem, qui eas iterum valeat congregare, transformantur.*

3 *Reg* 22. Non habent isti Dominum: revertatur vnusquisque in domum suam in pace. *n.* 17. *Lyra.* Per hoc ostendit propheta, quód solus Achab erat in hoc prælio moriturus. Sed contra videtur esse prophetia Michææ, quia dixit suprá cap. 20. Quia demisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius, n. 42. Ad hoc potest dici, quòd ibi designavit tantũ mortem Achab, & propter hoc dixit, Erit anima tua pro anima eius: non autẽ dixit hoc de populo, & sic designavit tantúm populi fugam. *n. suo* 10. 3026 3 *Reg.* 22. *nu.* 17. 3 *Reg.* 20. *nu.* 42.

Solutionem aliam prabet ex sententia Rab. Salom. Et sic ait. Aliter solvit Rabb. Salom. dicens quòd sanguis Michææ iusti exiens de capite eius quando vulneratus fuit á socio suo in sermone Domini, ut habetur suprà 20. cap. expiavit mortem comminatam populo, non autem ipsi Achab. *Eodem n.* 10. *Pulc. dictum.* Et ait Dominus, Non habent isti dominum. *n.* 17. *Ac si Deus, qui est verus Dominus militum non servantium vnionem Dominum se noluerit appellari; ac proinde hi amisso rege suo, cui tanquam Domino suo, Deum contemnentes verum Dominum, serviebant, dominum non haberent. vnde quisque in domum propriam posset quasi liber remeare.* 3027 3 *Reg.* 20. *nu.* 35.

3 *Reg.* 22. Dixit itaque rex Israel ad Iosaphat regem Iudá, sume arma, & ingredere prælium, & induere vestibus tuis; porro rex Israel mutavit habitum suum, & ingressus est bellum. *n.* 30. *Lyra.* Dicunt aliqui quód hoc fecit ad honorandum Iosaphat, qui venerat cum eo in eius ad iutorium, & ideo volebat ei attribuere 3028 3 *Reg.* 22. *nu.* 30.

buere principalitatem belli. Alij dicunt quòd licet hoc videatur secundùm apparentiam literæ, tamen intendebat aliud, scilicet quòd põdus belli verteretur super Iosaphat. *num. suo* 14.

3029 *Et in morali exponens eundem textum sic ait Lyra.* Achab iniquus sub specie

3 Reg. 22. nu. 30. honorãdi Iosaphat, fecit eum ingredi bellum in apparatu regio, ut sic totum pondus belli super eum verteretur, sed Dei providẽtia Iosaphat clamavit ad Dominũ, & sic fuit liberatus: & Achab deceptor fuit læthaliter vulneratus. *n. suo* 1. *Rex Israel non animi, sed corporis habitum immutabat: Malitiæ suæ habitum retinebat, qui regem sibi in militia socium periculo mortis exponere affectabat; forsitan, ut gener illius filius regis Iosophat citiùs, si pater illius rex Iosaphat in bello periret, imperaret.*

3030 3 *Reg.* 22. At ille dixit aurigæ suo,

3 Reg. 22. nu. 34. & 35. Verte manum tuam, & eijce me de exercitu, quia graviter vulneratus sum. Commissum est ergo prælium in die illa, & rex Israel stabat in curru suo contra Syrios & mortuus est vespere: fluebat autem sanguis plagæ in sinum currus. *n.* 34 & 35. *Lyra.* Nõ simpliciter, sed de prima acie, in qua erat, ut esset in alia posteriori, in qua non sic impugnaretur, & posset magis occultare se esse taliter vulneratũ, ideo sequitur, Et rex stabat in curru suo contra Syrios. Ne sui adverterẽt illum læthaliter vulneratum, & fugerent de prælio. *n. suo* 4 & 5. *Post acceptum latale vulnus adhuc rex Achab suo in curru stabat, ne si milites regem cadentem corpore viderent, animo omnes caderent. Neque enim quisque adversùs hostem, si non adstantem aspiceret regem, posset stare: stans ergo rex mortuus fuisse narratur; ac si priùs in eo occasus, quàm casus videretur.*

Ex Abulensi.

3031 Tertio *Reg.* 16. Et regnavit Achab filius Amri super Israel in Samaria viginti, & duobus annis. Et 3 Reg. 16. nu. 30.
fecit Achab filius Amri malũ in cõspectu Domini super omnes qui fuerunt ante eum. *n.* 30. *Abul.* Quia multiplicavit templa idolorum, & hoc displicuit in conspectu Dei. Super omnes qui fuerunt ante eum, scilicet, fuit peior omnibus regibus præcedentibus: quia hîc solùm comparatur rex ad reges, sed ad personas privatas non comparatur. *q.* 16. *Dei patientia demonstratur, qui regem adeo malum videns, per spatium viginti duorũ annorum, quibus regnavit, toleravit: ac si ille non in Dei divino conspectu crimina perpetraret.*

3 *Reg.* 16. Et fecit Achab filius 3032
Amri malum in conspectu Domini super omnes qui fuerunt ante eum. 3 Reg. 16. nu. 30.
n. 30. *Abul.* Quæretur, quomodo dicitur quòd fuit Achab peior omnibus: quia si accipiatur malitia quãtũ ad idololatriam, peior fuit Ieroboã omnibus, eò quòd ipse fuit princeps & primus introductor idololatriæ in Israel: si autem accipiatur quantũ ad tyrannidem, videtur, quòd Baasa fuerit peior: quia ipse fuit idololatra & etiam occidit Iehu prophetam increpantem se. *q.* 17.

Et infrà sic respondet, Peccavit A- 3033
chab magis in idololatria, quàm Ieroboam propter multitudinem cultus idolorum. Et peccavit plusquã Baasa in tyrannide, quia ille vnicum 3 Reg. 16. n. 30.
prophetam occidit, ut quidã volũt, sed etiam istud est falsum: iste autem multos, & sic peior fuit omnibus regibus præcedentibus eum quantũ ad omnem modum. *q.* 17. In conspectu Domini. *n.* 30. *Licet enim, ne Iesabelem vxorem suam contristaret, idolũ Baal, cui templum ædificaverat, veneraretur, tamen adhuc cognoscebat præsentem vbique esse verum Deum, qui eum à suis criminibus retardaret, nisi illum vehemẽs passio, qua ad vxorem afficiabatur, ne Deũ præsentem videret, obcæcaret.*

3 *Reg.* 18. Veruntamen nũc mit- 3034
te, & congrega ad me vniversum Israel

3 Reg. 18. nu. 19. & 20. Israel in mõte Carmeli, & prophetas Baal quadringẽtos quinquaginta, prophetasq; lucorũ quadringentos, qui comedũt de mẽsa Iezabel. Misit Achab ad omnes filios Israel, & cõgregavit prophetas in mõte Carmeli. n. 19. & 20. Abul. Quæretur quomodo Achab voluit ad vocẽ Eliæ mittere in vniversũ Israel, cũ haberet eũ exosũ? Respõdẽdũ quòd Elias dixerat, quód nõ veniret aqua, quousq; ipse loqueretur, & hoc sciebat esse verũ Achab per experiẽtiã: nũc autẽ Elias dixerat, quòd vocaret Achab totũ Israel, & veniret aqua, ideo vocavit omnes, quia etiã si aliud gravius dixisset, sponte fecisset illud. q. 16.

3035 *Deinde sic progreditur Abul.* Et dato quód non dixisset Elias ad Achab, quod vẽtura esset aqua vocato Israel, vocaret ipse Israel ad iussũ Eliæ, quia Achab volebat persuadere Eliæ, ut oraret Dominũ pro pluvia, cũ aliás crederet se nõ posse habere illã, & ob hoc si nõ faceret, quod dicebat Elias exasperaretur, & nollet orare pro pluvia, ideo cõsentiebat ei in omnibus Achab. q. 16. *Vniversũ Israel iussit Elias cõgregare, ut viso miraculo quod Deo revelãte agnoscebat futurũ, in argumentũ veritatis de vera religione, & in signũ falsitatis de vana superstitione totus populus relictis idolis Deũ adoraret, ipseq; populus, & tota regni nobilitas regẽ suũ Achabũ idolorũ cultorem in Dei adoratorem commutaret.*

3 Reg. 18. nu. 19. & 20.

3036 3 Reg. 20. Respõditq; rex Israel, iuxta verbũ tuũ domine mi rex, tuus sũ ego, & omnia mea. n. 4. Abul. Volebat Achab placare Benadad verbis pacificis, ut nõ tã dura peteret, & ob hoc dixit; Iuxta verbũ tuũ domine mi rex, idest omnia fiãt sicut tu dixisti. Hoc autẽ dicebat, quia sciebat se imparẽ illi viribus ad pugnandum. q. 2.

3 Reg. 20. nu. 4.

3037 *Et ad illud*, Tuus sum ego. n. 4. *sic ait Abul.* Idest nõ solũ aurũ, & argentũ, & vxores, & filij mei tui sunt, sed etiã ego tuus sũ. Hoc dicebat Achab quia putabat, quòd Benadad cũ esset rex magnus, & videret regẽ Achab ita sibi humiliatũ, nollet eũ affligere nimis, sed contẽtaretur, quòd ei daret aliquid de auro, & argẽto. q. 2. Tuus sũ ego, & omnia mea. *Nõ addidit, Tua sunt, At si faciliús se ipsũ, quàm vxorẽ sibi dilectam, filiosq; sibi charos, in potestatem hostis dare vellet.*

Ibidem.

3038 3 Reg. 20. Hæc dicit Benadad, qui misit nos ad te, Argentũ tuũ, & aurũ tuũ, & vxores tuas, & filios tuos dabis mihi. n. 5. Abul. Quæretur, an peccavit Achab cõcedẽdo, quòd daret vxorẽ suã, & filios Benadad? q. 5. *Et sic respõdet.* De filijs dicẽdũ, quòd aut dabãtur in obsides ipsi Benadad ad hoc, quód Achab firmiter aliquid servaret, aut dabãtur in servos. Si primo modo licitũ erat, quia nõ præiudicabatur in hoc ipsis filijs Achab, nã pro statu patriæ licitũ erat quód ipsi aliquid paterẽtur. Si autẽ deberẽt tradi in servos, est maius dubium? q. 5.

3 Reg. 20. nu. 5.

3039 *Dubiũ tamen sic resolvit Abul.* Dicẽdũ, quòd aut soli filij Achab tradẽdi erãt in servos, aut filij eius, & filij aliorũ Israelitarũ. Si secundo modo, nõ erat cõcedẽdum, & peccarẽt Israelitæ tradẽdo omnes filios suos in servos, ut ipsi liberarentur: maximé quia dubium erat, an istud fieret in fraudem, ut postea faciliús Benadad caperet vrbem Samariæ. q. 5.

3040 *Progreditur ita*, Si autẽ primo modo videtur dubium, & tamẽ si secuti essent Israelitæ, quód tradẽdo illos in servos liberarẽtur patria, & aliàs peritura erat, poterant eos tradere, si ipsi consentirent, alioquin non possent, sed solùm compellerent eos recedere de terra, ut non desolaretur regnum propter illos. Si tamen dubium erat, an acceptis illis in servos, vellet Benadad facere pacem, illicitum erat, quòd istud facerent Israelitæ, aut Achab. q. 5. citata.

3 Reg. 20. nu. 5.

3041 *Postea sic pergit Abulen.* Si autem quæratur de vxoribus Benadad dãdis? Respõdendũ, quód nõ licebat Achab tradere aliquã de vxoribus suis

3 Reg. 20. nu. 5.

vel de vxoribus servorũ suorũ ipsi Benadad, ut nõ pugnaret, immo dato, quód sciret vrbẽ delendã, nisi traderet vnã de vxoribus suis saltẽ ipsi Benadad, potiús debebat pati, quòd deleretur civitas, & omnes perirẽt, quã quòd traderetur illa, quia istud peccatũ est, & turpe valde, ideo nõ est agẽdũ pro timore. Nihil autẽ inhonestius esse poterat, quã quòd Achab traderet vxores suas alteri deludendas, ideo potiús debebat mori ipse cũ toto Israel, quã quód talia faceret, aut fieri permitteret. *q.* 5. *Superbus rex Benadad ex quatuor cõditionibus pacis, quas petebat, quasi ex rotis quatuor, superbia currũ fabricabat, quo quasi iã triũphator existeret, ferebatur, futuri eventus inscius; si enim se ipsum in manum Achabi regis victum tradendum cogitaret, adeo in iusta ante bellum minimè postularet.*

3042 3 *Reg.* 20. Et respõdẽs rex Israel ait, Dicite ei, Ne glorietur accinctus æq; ut discinctus. *n.* 11. *Abul.* Ista sũt verba subsannãtis, & ostẽdẽtis Benadad esse stultũ, qui tãtũ superbiebat, quasi iã teneret Samariã in potestate sua. Et est sensus, quòd nõ glorietur accinctus, ut discinctus, idest ille, qui nõ dum obtinuit victoriã, sed est in bello, nõ tantum glorietur, sicut ille, qui iã obtinuit, & cessavit ab illis, eò quód quãdiu bellum durat, res est in pendulo, cui parti victoria faveat, quia sæpe desperatis solet victoria venire. *q.* 5.

3 *Reg.* 20. *nn.* 11.

3043 *Et infrà ad illud,* Ne glorietur. *n.* 11. *sic ait,* Quasi dicat, sicut ille, qui non habet apparatũ aliquẽ ad bellũ nõ potest gloriari, ita nõ debet gloriari ille qui habet apparatũ, ideo licet tu sis magis paratus ad bellũ, quã ego, non debes magis confidere de victoria, quã ego. *q.* 5. Dicite ei. *n.* 11. *Nõ iam illũ dominũ suũ: nõ iã regẽ eum nominat, ut in responsionibus supra positis faciebat, quia iã non captabat eius benevolentiã, sed potiús illius arguebat insolentiam.*

3044 3 *Reg.* 20. Et ecce propheta vnus accedẽs ad Achab regẽ Israel ait ei, Hæc dicit Dominus, Certè vidisti omnẽ multitudinẽ hãc nimiã? &c. *n.* 13. *Abu.* Quanquã Achab esset idololatra, & nõ invocaret nunc Dominũ, quia tamẽ Deus erat misericors, voluit ei mittere vnum prophetam ad nunciandum ei victoriam. *q.* 5.

3 *Reg.* 20. *nn.* 13.

3045 *Et alibi sic ait Abul.* Achab non merebatur victoriã, Benadad tamẽ merebatur vinci: ideo Deus voluit, quòd Achab vinceret ipsum Benadad non propter se, sed propter iustitiã Dei ordinãtis peccata malorũ ad pænã. Sic enim Deus vtitur malis hominibus, ut ministris suæ iustitiæ cõtra alios malos. Et sic nũc fuit Achab minister Dei cõtra Benadad, ita postea Benadad fuit minister Dei cõtra Achab: nã ab exercitu Benadad occisus est Achab. *q.* 7. *Magnũ regi timẽti beneficiũ Dominus promittebat, victoriã scilicet de nimia multitudine hostium reportandam, & ut sic beneficiũ duplicaret, statim illud cõtulit, eadem scilicet die, ne mora beneficiũ minoraret.*

3046 3 *Reg.* 20. Ecce ego tradã eã in manũ tuã hodie &c. *n.* 13. *Abul.* Vt non gloriaretur Achab de ista victoria, qua si à semetipso eã habuisset. Nã Deus disponebat tradere Benadad propter peccata sua in manus Achab, & si nõ denũtiasset ei per prophetã, & Achab teneret victoriã, gloriaretur tãquã à se habuisset; ut ergo intelligeret, quód á Deo habuerat, & ipsum solũ laudaret, denunciavit hoc ei Deus. *q.* 7. Ecce ego. *n.* 13 *Magnus Dominus, & beneficus, tunc se quasi spectaculo dignũ ostendebat, quando regi etiam immerito victoriam de rege sibi adverso eodem die, & promittebat, & conferebat.*

3 *Reg.* 20. *nn.* 13

3047 3 *Reg.* 20. Et ait Achab, Per quẽ? Dixitq; ei. Hæc dicit Dominus, &c. *n.* 14. *Abul.* Achab putavit illud bellũ miraculosè esse vincendũ: forté nõ pugnãtibus Israelitis: sicut in mari rubro dixit Moyses ad Israel: Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis, id est nihil agetis. Exo. 14. Sic etiam Moyse elevãte manus ad Dominũ, præ-

3 *Reg.* 20. *nn.* 14

Exo. 14

prævalebat Iesue cõtra Amalechitas, & illo inclinante manus, prævalebāt Exo.17 Amalechitæ Exo.17. Sic etiā contra AmorrhæosDeus pugnavit pro Israel inclinādo scopulos apud torrentē Arnō, & opprimēdo eos, de quo. Num. 21. Num. 21.&c. Omnia ista fuerāt ante tēpus Achab: ideo ipse putabat quòd Deus volebat ei dare victoriā aliquo de istis modis. & quæsivit per quē. q. 7. *Per quē. Iā enim existimabat vnum sufficere militē, cui Deus tantā posset fortitudinem conferre, ut solus hostes aggressus, vnus posset omnes ad vnum trucidare.*

3048 3 Reg. 20. nu. 14. 3 Reg.20. Et ait, Quis incipiet præliari? Et ille dixit, Tu. n. 14. *Abul*, Sciebat Achab quòd per ducētos triginta duos pueros principū tradendus erat in manus eius exercitus Benadad, & tamē nesciebat, quis deberet incipere pugnā, quia forté Deus disposuerat dare victoriā, aliquo speciali incipiente pugnā, & nō alijs, Et ille dixit, Tu. Scilicet, Tu incipies pugnare: ita quód Achab iret in prima acie cōtra exercitū Benadad, & cū eo pueri principū: nam infrá dicitur quód egressi fuerāt pueri principum provinciarum in prima frōte, & reliquus exercitus sequebatur. q 7 *Voluit Deus ut Achab primus in acie appareret, ut sic suis intrepidus videretur, & exēplo suo omnē à militibus formidinē propulsaret, ut omnes pro rege suo primo pro ipsis pugnante fortiter decertarent.*

3049 3 Reg. 20. nu. 15. 3 Reg.20. Recēsuit ergo pueros principū provinciarū, & reperit numerū ducētorū triginta duorū: & recēsuit post eos populū omnes filios Israel septē millia. n. 15. *Abul.* Quia Deus dixerat, quòd per istos tradendus erat Benadad in manus eius, computavit quot erant, ut segregaret eos, & poneret in prima acie belli sui. q. 7. *Et ad illud*, Et post recensuit populū &c. *sic ait Abul.* Quia præoccupatus fuerat Achab á Benadad, nō poterat maiorē exercitū cōgregare. q. 7. *Voluit Deus ut pueri per quos victoria erat obtinēda numerarētur, ut de paucitate illorum omnibus cōstaret; ut cū rex de innumerabili exercitu victor evaderet, totam triumphi gloriam Deo deputaret.*

3050 3 Reg. 20. nu. 22. 3 Reg.20. Accedēs autē propheta ad regē Israel, dixit ei, Vade, & confortare, & scito, & vide ut quid facias: sequēti enim anno rex Syriæ ascēdet cōtra te. n. 22. *Abul.* In hoc Deus voluit præmunire Achab cōtra Benadad: quia fortè Achab eò quód ista vice prævaluerat cōtra Benadad, putaret quòd iā securus erat, & quòd Benadad nō auderet pugnare cōtra ipsū, & sic nō adhiberet debitā diligētiā circa se ipsum, nec faceret apparatū aliquē ad bellū, & Benadad diligēter parans se cōtra Achab faciliter superaret eum. q. 7.

3051 Sequēti enim anno &c. n. 22. *Ne rex Achab victoriā secundā sola fretus divina providentia speraret, sed humanā industriā adhiberet, apparatumq; bellicū cōficeret, quo hostē futuro anno cōtra se venturū posset ex sui regni finibus propulsare. Vult enim Deus ut plurimū in bello ita operari, ut victoria nec soli divinæ potentiæ deputetur, nec humanis solis viribus tribuatur, sed & sibi Deo, & duci belli victoriæ gloria simul referatur.*

3052 3 Reg. 20. nu. 32. 3 Reg.20. Accinxerūt saccis lūbos suos, & posuerūt funiculos in capitibus suis. Venerūtq; ad regē Israel, & dixerūt ei. Servus tuus Benadad dicit, Vivat, oro te, anima mea. Et ille ait, si adhuc vivit, frater meus est. n. 32. *Abul.* Nomē fraternitatis est prosperū, quia signat magnā propinquitatē sanguinis, & dilectionē, ideo servi Benadad putaverūt, quòd prosperé venturū esset de statu Benadad, de quo ipsi tūc cogitabāt, & quantū ad hoc fuit illud verum omen, q. 15.

3053 3 Reg. 20. nu. 33. Quod acceperūt viri pro omine. n. 33. *Servi regis Syriæ regē suum Achab regis victoris servum humiles appellabant; Achab verò eum fratrem suum esse dicebat, in quo magnam erga miserum regē clementiā, nō verò insolentiā demōstrabat. Fortassis sibi timens, fortunæque inconstantia non ignarus, existimans posse fieri,*

fieri, ut in similem statum in quo regē videbat hostem, ipse postea deveniret.

3054 3 *Reg.* 20. Frater tuus Benadad vivit. Et dixit eis, Ite, & adducite eū ad
3 *Reg.* me. Egressus est ergo ad eū Benadad,
20. *nu.* & levavit eū in currū suū. *n.* 33. *Abul.*
33. Erat Benadad rex potēs, & inciderat in hāc calamitatē, ideo Achab, cū misereretur eius, elevavit eū ad currū suū, ut essēt ambo reges in eodē curru. Et in hoc clemēs erat valde Achab: quia hostē suū pertinacē, in servum captū in curru suo sedere fecit. *q.* 15. *Frater tuus. n.* 33. *Regē suū iā non servū Achabi, sed illius fratrē appellabāt. Postquā enim eum ipse Achabus fratrē suū nūcupaverat, nō existimarunt eū appellādū nomine servi, quod est nomē timoris, sed nomine fratris, quod est nomē amoris.*

3055 3 *Reg.* 20. Percute me. Qui percussit eū, & vulneravit. *n.* 37. *Abul.* Licet
3 *Reg.* nō fuerit necessaria ista percussio ad
20. *nu.* id, quod Deus volebat, scilicet, quòd
37. nō cognosceretur propheta: fuit tamē necessaria ad hoc, quòd doctrina obediendi Deo vsq; ad mortē nobis traderetur: & ob hoc scriptū fuit illud, ut esset nobis exēplū obediētiæ magnæ ad Deum, & ad eos, qui loquentur ex parte Dei. *q.* 20.

3056 *Deinde sic pergit Abul.* Credēdū etiā quód quanquā istud vulnus prophetæ parvū esset, ita ut ipse posset loqui corā Achab, & ire ad eū, & ob hoc posset naturaliter citó curari, tamē, quòd Deus supernaturaliter ilico curaverit, ita ut nec demitteret cicatricē vulneris: & hoc, ut osteōderet quanti meriti obedientia erat. *q.* 20. *Non existimo tamē vulnus acceptū ab hoc propheta, ex Dei præcepto miraculosè ita fuisse curatū, ut nulla cicatrix in vultu prophetæ remaneret: hæc enim cicatrix nō ignominiæ, sed gloriæ foret: ipsamq; tanquā suæ obediētiæ signū verus Dei servus non occultaret; sed potiùs omnibus propalaret.*

3057 3 *Reg.* 20. Abijt ergo propheta, &
3 *Reg.* occurrit regi in via, & mutavit asper
20 *nu.* sione pulveris os, & oculos suos; cū-
38. & que rex transisset, clamavit ad regē,
39. & ait, Servus tuus egressus est ad præliādū cominus: cūq; fugisset vir vnus, adduxit eū quidā ad me, & ait, Custodi virū istū: qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius, aut talētū argēti appēdes. *n.* 38. & 39. *Abul.* Quæretur ad quid expediebat, quód proponeretur istud in metaphora? *q.* 19. *Et sic respōdet*, Nā nō solùm Deus volebat sentētiare cōtra Achab, sed quód ipse cōtra se sentētiaret, ut magis hic cōvinceretur: Istud autē non poterat esse, nisi proponeretur aliquod factum in metaphora ipsi Achab, in quo sententiaret, ideo necesse fuit proponi metaphorā. *q.* 19.

Et infrà. Aliter etiā dici posset, 3058
quòd Deus fecit hoc ad incitandum
ipsū Achab ad pænitentiā de malo, 3 *Reg.*
quod egerat. Fortiús enim movere- 20. *n.*
tur ad dolendū, postquā ipse se con- 38. &
demnaret iudicio suo, quā cùm solus 39.
Deus eū condemnaret, & sic doleret & remitteretur ei, quod prænūciabatur. *q.* 19. *Sudario velavit propheta faciē, & pulveris aspersione vultū emutavit, quasi verò iā se mortuū, à rege scilicet pro reprehēsione à se facienda occidendū, consideraret: & se ad sepulchrū, in quo sudario caput eius esset velandū, & vultus eius in pulverem convertendus foret, præpararet.*

3 *Reg.* 20. Cùmq; rex trāsisset cla- 3059
mavit &c. *n.* 39. *Abul.* Clamavit autē
propheta, ut exaudiretur á toto po- 3 *Reg.*
pulo sentētia, quæ proferebatur cō- 20 *n.*
tra regē à Deo. Vel fortè quia nō po 39.
terat propheta accedere ad regē, & clamavit à lōgè, ut audiret, *q* 21. *Hāc parabolā proposuit propheta Achabo, ut hic cōtra se ipsum rectū iudicium ferret, existimans non se ipsum, sed virum illū, qui secum loquebatur, condemnare.*

3 *Reg.* 20. Reversus est igitur rex 3060
Israel in domum suā, audire cōtem-
nens, & furibundus venit in Sama- 3 *Reg.*
riam. *num.* 42. *Abulens.* Fuit Achab 20. *n.*
valde furibundus, eó quód propheta 42.
dixerat ei aliquid, quod erat contra intentionem suam. Nam voluerat, quód factum suum à nullo reprobaretur.

retur. Contemnebat autē audire, scilicet quia postquam semel audivit, postea noluit audire ea, quæ dicebat propheta, sed cōtempsit illa, tanquā nihil essent. q. 23. *Cùm se ipsum rex ipse damnasset, nihil propheta, qui parabolam proposuerat, dixisse refertur: tacens ergo recessit, & furibundus in Samariam remeavit, ne si iratus prophetam alloqueretur verba aliqua cōtumeliosa in iniuriā propheta, quæ regē non decerent, pronunciaret.*

3061 3 *Reg.* 21. Post verba autem hæc, tempore illo vinea erat Naboth Iezrahelitæ, qui erat in Iezrahel, iuxta palatium Achab regis Samariæ. Locutus est ergo Achab ad Naboth dicens: Da mihi vineam tuā, ut faciam mihi hortū olerū, quia vicina est, & prope domum meā, daboq; tibi pro ea vineā meliorem: aut si cōmodius tibi putas, argenti pretium quātum digna est. *n.* 1. & 2. *Abul.* Ista fuit causa quare petebat vineam illā Achab, scilicet quia erat iuxta palatiū suum & volebat ibi facere hortū ad cōserēdum arbores ita ut esset ibi locus delectabilis visu. *q.* 1.

3 *Reg.* 21. *n.* 1 & 2.

3062 *Et infrà.* Desideravit Achab vineā illā, & petivit eā á Naboth, in quo Achab rationabiliter se habuit, qui licet rex esset, noluit propria auctoritate vineā capere, sed petivit á Domino: & etiā nō solū petivit, sed pretiū pro illa obtulit. Ista causa, quæ movebat regē ad petendā vineā, ut haberet in illa hortū arborū, & olerū & declinaret de domo sua in illa ad solatiū, quando vellet. Expressit autē causam istā Achab, ut nō putaret Naboth, quód rex petebat eā ex cupiditate, & nō intenderet dare pretiū pro illa, sed ut cognito rationabili motivo eius, cōdescenderet Naboth ad dandam vineam. *q.* 1.

3 *Reg.* 21. *n.* 1 & 2.

3063 *Et ad illud.* Daboq; tibi pro ea vineā meliorē. *n.* 2. *sic ait Abul.* Ista conditio videbatur acceptabilis cuicūq; & in hoc satis videbatur, quòd Naboth deberet cōplacere regi. Aut si tibi cōmodius putas &c. Vt videretur, quód rex nolebat calumniari, & accipere vineā Naboth sine pretio, obtulit ei cōditionē meliorē, quam poterat: ita ut rationabiliter nō posset refugere Naboth, nisi vellet dicere, quód nolebat *q.* 1. *Licet Achab rex esset totius regni Israel, tamē rex Samariæ specialiter dicebatur, eò quód in ea urbe regni metropoli habitaret, & eam præ ceteris regni civitatibus adamaret.*

3 *Reg.* 21. *n.* 2

3 *Reg* 21. Venit ergo Achab in domū suā indignās, & frēdens super verbo, quod locutus fuerat ad eū Naboth dicēs, Nō dabo tibi hæreditatē patrū meorū. Et proijciēs se in lectulū suū, avertit faciē suā ad parietē, & nō comedit panē. *n.* 4. *Abul.* Quasi dicat, istud verbū visū fuit valde durū ipsi Achab propter causam assignatā. Nā rege petēre debuerat gratis subditus eius offerre ei possessionē illā: quātò magis quia offerebat pro ea aliā vineā meliorē, vel pretiū vnde putavit se valde contemptum fuisse A chab á Naboth. *q.* 3. 3064

3 *Reg.* 21. *n* 4

Et proijciēs se in lectulū. *n* 4. *Abul.* Quasi ægrotus, quia forté tædiū illud magnū procuraverat in eo febrē. Multi enim hoc patiūtur de iracūdis, quód si confestim non retribuerint, procurātur in eis febres, & sustinēt vitæ tædiū, ne possint amicabiliter loqui ad amicos, sed difficilis est eis vita sua, *q.* 3. Avertit faciē &c. *n.* 4 *Idē Abul.* Istud fuit ad signādū, quód præ tædio nolebat cōmunicare alicui homini, sed cōvertit se ad parietem, ut nullus videret vultū eius, ne loqueretur alicui. *q.* 3. Avertit faciē suā ad parietē. *n.* 4. *Ne aliquis vultum eius præ iracundia turbatū posset videre. Non enim regē decebat irā animi vultu iudice ostendere, sed debebat potiùs rex vultum abscondere, cúm non posset iratum animum sereno aspectu eum aspicientibus simulare.* 3065

3 *Reg.* 21. *n.* 4.

3 *Reg.* 21. Quod cū audisset Achab, mortuum videlicet Naboth, surrexit, & descendebat in vineā Naboth, ut possideret eam, *n.* 16. *Abulens.* Quæretur, an peccaverit Achab in mor- 3066

3 *Reg.* 21. *nn.* 16.

in morte Naboth? Respondendum quód peccavit, quia licet ipse directé non iusserit occidi Naboth: tamē placuit ei, & consensit in occisione eius. Nam quando iacebat in lecto Achab, dixit ei Iezabel: Surge, & comede, ego dabo tibi vineā Naboth, & sic tunc debuit Achab intelligere quòd Iezabel volebat aliquod malū agere contra Naboth, ideo debuerat eam prohibere, cùm posset, & non prohibuit, ideó peccavit *q.* 9.

3067 *Et infrà.* Item patet, quia Iezabel accepit annulum regis, & signa-
3 *Reg.* vit litteras ex nomine illius continē-
21. *nu.* tes mortem Naboth. In hoc autem
16. vel rex fuit sciens, dando ei annulū ad faciendum hoc, vel saltē fuit negligens valde, permittēdo, quòd aliquis acciperet annulum eius, quia poterāt inde mala sequi. Magis autē videtur, quòd ipse fuerit conscius, quia cum sciret factum esse, approbavit descendendo ad possidendum vineam Naboth, & tamen si nō fuisset conscius huius, vel fuisset cōtra intentionem suam, doluisset de tanto malo. *q.* 9.

3068 *Et postea sic loquitur Abul.* Apparet, quód fuerit conscius Achab, quia si
3 *Reg.* ipse nescivisset, & fuisset cōtra vo-
21. *nu.* luntatem eius, quando audiret mor-
16. tuum Naboth, doleret nimis, & tamen non doluit, sed ilico gaudens descendit ad possidendum vineam eius: ergo conscius erat huius mali. *q.* 9. *Surrexit n.* 16. *Quasi in lectulo suo non solùm tanquam ægrotus, sed velut mortuus præ tristicia, eò quòd sibi aliquid contra suam voluntatem, & voluptatem negaretur, iaceret, & audita morte subditi denegantis surrexerit, essetque invido regi mors, subditi vita, morsque subditi regi invido vita foret.*

3069 3 *Reg.* 21. Et ait Achab ad Eliam, Num invenisti me inimicum
3 *Reg.* tibi? Qui dixit, Inveni, eò quòd ve-
21. *nu.* nundatus sis, vt faceres malum in
20. conspectu Domini. *n.* 20. *Abul.* Id est, Ego sum inimicus tuus, nō quasi desiderē tibi inimicari, sed quia tu meus es, adversor tibi tanquā hosti. Et hoc notat cum dixit, eò quòd venundatus sis, ut faceres malum, idest nō solùm facis malum, sed etiā officium tuum est facere malum, sicut qui venditur, vel locatur ad aliquid agendum, agere illud est opus suum, ita Achab tot mala faciebat, quòd officium suum videbatur esse facere malum, & quód ad hoc erat venditus. *n.* 10. *Nullum pretium, quo Achab venundatus fuisset, ut faceret malum, explicavit Elias, quia eum adeo vilem reputabat, ut etiam pro nihilo ipsum venundatum esse existimaret.*

3 *Reg.* 21. Si mortuus fuerit A- 3070
chab in civitate, comedent eum canes: si autē mortuus fuerit in agro, 3 *Reg.*
comedent eum volucres cæli. *n.* 24. 21. *nu.*
Abul. Quomodo cōplenda erat hæc 24.
prophetia in Achab? Si non egisset pænitentiam Achab, Deus suscitasset Iehu in regem vivente Achab, & ipse occidisset Achab, & omnes de progenie sua: & tunc si occideretur Achab in urbe, non sepeliretur, & canes comederent carnes eius: si autem occideretur in agro, volucres comederent illas. Hoc autem esset quia Iehu non permitteret ipsum sepelire. Nunc autem est sic, quia Achab doluit de peccato suo. *q.* 13. *Locum, in quo mors Achab futura esset, certum Deus noluit designare, ut Achab omnibus in locis mortem sibi accidere posse cogitaret, & si non Dei amore, saltem mortis à Domino inferendæ timore omnibus in locis se à peccatis omnibus cohiberet.*

3 *Reg.* 21. Et factus est sermo Do- 3071
mini ad Eliam Thesbitem dicēs, Nō
ne vidisti humiliatum Achab corā 3 *Reg.*
me? Quia igitur humiliatus est mei 21. *nu.*
causa, non inducam malum in die- 28.
bus eius. *n.* 28. *Abul.* Fortè Deus prænunciavit hoc Eliæ, ut denunciaret ipsi Achab, quód Deus aversus fuerat á favore suo, eò quod ipse pænituerat, & iam non erat inferēda pæna diebus eius, & sic per hoc

Achab

Achab gratias ageret Deo, quod acceptasset pænitentiā suam, & cõverteretur ab antiquis malis, videns tātam erga se, Dei clementiā. *q.* 15. Mei causa. *n.* 28. *Ac si diceret non ex amore sui, seu concupiscentiæ, ut seipsum à pæna liberaret: sed ex amore mei, seu benevolentiæ, ut offensam in me commissam compensaret.*

3072 3 *Reg.* 21. *nu.* 28. 3 *Reg.* 21. Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius, sed in diebus filij sui inferam malum domui eius. *nu.* 28. *Abul.* Quæretur quomodo est uerū, quòd Deus non intulit malum tempore Achab, sed filiorum eius, cúm fecerit, quòd occideretur Achab in bello? Respondendum quòd Deus disposuerat, si maneret Achab in peccato suo, delere totam progeniē eius & quòd occideretur ipse, & laceraretur á bestis, & volucribus, & istud malum venturum erat in diebus Achab, scilicet, quód ad hoc quód ipse magis puniretur, priús erant occidendi omnes filij sui, & vxor sua Iezabel ab illo, quem Deus sibi acciperet in regem, & novissimé occideretur Achab, & sic videret omnes calamitates domus suæ, in quo valde affligeretur. *q.* 16.

3073 *Et infrà,* Aliter posset dici, quòd Deus abstulit pænas Achab personales per hoc, quòd doluit de peccato, licet non abstulerit pænas posteritatis eius, abstulit tamen quantum ad hoc, quód decretavit, ne infligeretur vivente Achab. Cùm autem dicitur, quòd Achab occisus est in bello, dici potest, quòd hoc non fuit propter peccata priora, sed post hoc peccavit redeundo ad idololatriam, & habendo secū prophetas Baal, & effugādo à se prophetas Domini, ut colligitur ex sequenti c. & in hoc meruit mori in bello, si autē hæc non egisset post pænitentiam, mortuus fuisset in pace. *quæst.* 16.

Non inducam malum. *num.* 28. *Quod nam est hoc malum, quod Deus regi pænitenti promittit in diebus illius à se non inferendum? Ablationem credo regni, quod à domo regia Achab esset auferendū, & regi alteri, quem Deus eligeret, conferendum. Hoc enim malum absolutè malum nominatur, ac si comparatione illius occisio regis Achab non debuerit malū appellari.*

3 *Reg.* 21. Non inducam malum in diebus eius, sed in diebus filij sui inferam malum domui eius. *n.* 28. *Abul.* Cúm Achab pænituerit, & Deus acceptaverit pænitentiā eius, quare non remisit pænā posteritati suæ? *In titulo q.* 18. *& sic respōdet.* Quia contritio Achab, licet acerba fuerit, non fuit tam excessiva, ut sufficeret ad tollendum magnitudinem pænarum debitarum, & ideo mansit adhuc pæna progeniei suæ, licet fuerit remissa pæna debita ipsi Achab. *q.* 18. *Hæc dixit Deus, ut regem pænitentem ad maiorem contritionem excitaret, qua posset, non solúm sibi dum viveret, regnum conservare, sed & illud filio suo obtinere, in quo ipse, vivens post mortē, posset imperare.* 3074 3 *Reg.* 21. *nu.* 28.

3 *Reg.* 22. Vidi cunctum Israel dispersum in montibus, quasi oves non habentes pastorem: & ait Dominus, Non habent isti dominū: revertatur vnusquisque in domum suam in pace. *n.* 17. *Abul.* Quæretur quomodo poterat esse quód nō moreretur multi Israelitæ in bello, quia Deus dixerat suprá cap. 20. Quia demisisti virū dignū morte, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius: ergo sicut occisus est Achab, ita populus eius occidendus erat? Respondet Rabbi Salo. quòd populus Israel tradendus erat in bello pro peccato Achab, tamen sanguis Michææ, qui erat vir iustus, quando effusus est, satis fuit pro populo, ne teneretur in bello, sed non satisfecit pro Achab, eó quòd erat vir iniustus. Istud fuit quando Michæas dixit cuidam viro, quód percuteret eum, & percussit, atq; fluxit sanguis suprá cap. 20. *q.* 11. 3075 3 *Reg.* 22. *nu.* 17. 3 *Reg.* 20. *nu.* 37.

3076 *Non placet haec opinio Abul. Unde sic ait.* Dicendũ quòd non stat, quia effusio sanguinis Michææ, vel alterius prophetæ, cuiuscunque fuerit, non sufficit ad satisfactionẽ pro peccato populi, quia ad hoc requirebatur meritũ excessivum, quale non est in toleratione angustiarum vnius hominis, ideo licet per orationẽ vnius hominis puri Deus interdum cesset agere mala, quæ intendebat, tamen non meretur passio vnius hominis puri, vel labor remissionẽ pænæ pro toto populo. Christus autem qui nõ fuit homo purus potuit mereri liberationẽ populi ab omnibus peccatis suis. *quæst.* 11.

3077 *Aliter etiam solvit quæstionẽ Abul. explicando illud.* Populus tuus pro populo eius; *& sic loquitur*; Esset populus Achab pro populo Benadad, id est traderetur pro illo ad aliquã pænam, & ista pæna erat, quòd aliqui eorum perirent in bello, vel saltem quód vincerentur, & fugerent: nam Israelitæ si non peccassent ipsi, nec rex eorum, semper habuissent victoriam contra regẽ Syriæ, quia tamen peccaverunt, victi sunt, & hoc erat, quód traderetur populus Achab pro populo Benadad. *q.* 11. *In hac visione Michaas regem Achab primò nomine pastoris, secundò nomine domini designavit, debuerat enim rex tanquam pastor suorũ sibi conciliare amorem, & tanquam dominus incutere suis timorem.*

3 *Reg.* 20. *nu.* 24.

3078 3 *Reg.* 22. Egressus est autẽ spiritus, & stetit coram Domino, & ait, Ego decipiam illum, cui locutus est Dominus, In quo? Et ille ait, Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Et dixit Dominus, Decipias, & prævalebis: egredere, & fac ita. *n.* 21. *&* 22. *Abul.* Quæritur quis erat iste spiritus, de quo hìc dicitur, quód egressus est, & stetit coram Domino? Respondet Rab. Salo. Quòd iste erat spiritus Naboth occisi, & vocatur hìc spiritus, ipse spiritus Naboth nõ expresso nomine illius cuius est, *Addit Abul.* Dicit hoc, quia putat quòd spiritus Naboth ad vindictam mortis Naboth voluerit fallere prophetas Achab, ut moreretur Achab in bello. *q.* 13.

3 *Reg.* 22. *nu.* 21. *&* 22.

3079 *Displicet hoc Abul. Et sic ait.* Sed dicendum quód ista positio non stat, quia Naboth erat vir iustus, & anima sua esset in lymbo sanctorum: ideo non egrederetur inde, ut veniret ad fallendum prophetas Achab. Item animæ sive bonorum, sive malorum numquam veniunt ad fallendum alios homines, nec ad torquẽdum, cúm istud sit officium dæmonum: ideo dato, quòd anima Naboth esset damnata, non venisset ad fallendum prophetas Achab. Item patet, quia anima Naboth erat viri sancti, si tamen ipsa desideraret fallere, peccavit, anima tamen boni post mortem peccare non posset: ergo non desideraret fallere. Item quòd moveretur ista anima ad desiderium vindictæ irrationabile est, quia desiderium vindictæ peccatum est, & non cõpetit animæ viri iusti. *q.* 13.

3 *Reg.* 22. *n.* 21. *&* 22.

3080 *Et alibi exponens illud,* Cui locutus est Dominus In quo? *n.* 21. *sic ait Abul.* Deus dixit spiritui, In quo decipies? Quasi ad significandum quòd Deus nesciret quid cogitaverat spiritus. *q.* 14. Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. *n.* 22. *Dixit in ore, ac si etiam ipse spiritus mendax, corda prophetarum Baal adeo abhorreret, ut in ore ipsorum positus ad corda noluerit penetrare.*

3 *Reg.* 22. *nu.* 21.

3081 3 *Reg.* 22. Hæc dixit rex; Mittite virum istum in carcerem & sustentate eum pane tribulationis, & aqua angustiæ donec revertar in pace. *n.* 27. *Abul.* Quæretur ad quid iubebat Achab nunc poni Michæam in custodia? Dicendum quód Achab oderat valde Michæam, ut ipse suprà dixit, & hoc quia prophetabat ei sẽper mala, & propter istud desiderabat semper occidere ipsum, volebat tamen

3 *Reg.* 22. *nu.* 27.

tamen habere colorem: nunc autē iussit eum poni in carcere, ut quando rediret de bello, occideret eum, & hoc quia putabat ipsum mentitū, & iustum videbatur, quód propheta mendax occideretur, sic enim Deus iussit Deut. 13. q. 17. Virum istum. n. 27. *Michaeam proprio vocabulo non appellabat, ostendens se Michaea contemptorem, & osorem, quem præ contemptu, & odio nolebat proprio vocabulo nominare.*

3 *Reg.* 22. *nu.* 29.

3082 3 *Reg.* 22. Ascendit itaq; rex Israel, & Iosaphat rex Iudá in Ramoth Galaad. *n.* 29. *Abul.* Quæretur quomodo rex Achab voluit ire ad bellū, cúm prænunciaset ei Michæas propheta Domini quòd moriturus esset in bello? Respondendum, quòd Achab credidit mentitum fuisse Michæam, & quód prosperé ei veniret: ideo non obstante dicto eius ivit in bellum. *q.* 18.

3 *Reg.* 22. *nu.* 29.

3083 *Deinde aliqua motiva apponit, propter quæ Achab non credidit Michaa, & sic ait.* Primū erat quia omnes prophetæ Baal vno ore prænunciabant bona ipsi Achab, solus autē Michæas prænunciabat malum, ideo quia non constabat quis illorum verum diceret, rationabilius erat credi multitudini, quousque Michæas probaret illos mentitos, & hoc potissimé, quia prophetæ Baal multoties revelantibus dæmonibus vera prænunciabant, ideo putabat Achab, quòd etiam nunc vera prænunciarēt. *q.* 18.

3 *Reg.* 22. *nn.* 29.

3084 Secundum motivum erat, quia Deus excæcabat ipsum Achab, ut caderet in bello, ut colligitur ex dictis Michææ: ideo dato quód dictū Michææ esset valde rationabile, & dicta aliorum prophetarum essent nō habentia colorem, assentiret potiús Achab dictis illorum, quám dicto Michææ. *q.* 18.

3 *Reg.* 22. *nu.* 29.

3085 Tertium motivū erat, quia ista conditio erat naturæ humanæ; scilicet quód homines faciliter inclinētur ad credendum vera esse illa, quæ pertinent ad eorum favorem, quanquam rationabiliora sint ea, quæ cōtra ipsos sunt: Achab autem desiderabat ire in Ramoth Galaad, ideo faciliter crederet illis, qui dicerent ei properum esse iter, difficiliter autem contra asserentibus. *q.* 18.

3 *Reg.* 22. *nu.* 29.

3086 Quartū motivum erat, quia Michæas percussus fuit in maxilla á Sedecia, quando prophetavit, & tamē nulla pæna inflicta est Sedeciæ, credebat autem Achab, quód si Michæas esset propheta Domini, & nunc à Deo missus fuisset, quòd non mānsisset impunitus Sedecias. Sic patet in Ieroboam, qui extendit manum contra prophetam Domini, & ilico aruit suprá 13. Et tamen hìc, quanquam magis nocuisset Sedecias Michææ, nihil mali passus est. *q.* 18.

3 *Reg.* 13.

3 *Reg.* 22. *nu.* 29.

3087 Quintum motivum fuit, quia videbatur Michæas repugnare verbis Eliæ: nam Elias dixerat, quód moreretur Achab, & canes lingerent sanguinem eius, vbi linxerant sanguinem Naboth, istud autē fuit in Iezrahel, sed Ramoth Galaad distabat à Iezrahel, ideo Elias, & Michæas videbantur sibi repugnare, & sic non erat standum dicto Michææ, quia Elias erat propheta dignior, cui potiùs credendum erat. *q.* 18. Ascendit &c. *n.* 29. *Rex Iosaphat, qui prophetam Domini vocare fecerat, vt per eum, quid agendum foret, rex Achab à Domino rogaret; modò contra responsionem prophetæ Domini cum rege Achab in Ramoth ascendit; Amico enim suadenti ascensum, potiùs quàm prophetæ Domini credendū rex alioqui pius iudicavit.*

3 *Reg.* 22. *nu.* 30.

3088 3 *Reg.* 22. Dixit itaq; rex Israel ad Iosaphat, sume arma & ingredere prælium, & induere vestibus tuis, porro rex Israel mutavit habitum suum, & ingressus est bellum. *n.* 30. *Abul.* Quæretur quare Achab mutavit habitum regalē, & voluit quód Iosaphat retideret sibi insignia regalia? Aliqui dicunt, quòd hoc fecit Achab ad honorādum Iosaphat, quia veniebat in auxilium eius, ideo voluit,

luit, quód ille potiús appareret honoratus, quàm ipse. *q.* 19.

3089 *Deinde sic pergit Abul.* Aliter potest dici, & forté melius, quòd Achab non crediderat aliquod malū venturum sibi in bello, sicut dixerat Michæas, voluit tamen cauté se habere mutando habitū,& sic nō cognosceretur quòd erat rex, & minùs pugnaretur contra ipsum, & sic faciliús evaderet. *q.* 19.

3 *Reg.* 22. *nu.* 30.

3090 *Adhuc progreditur,* Tertió dici potest, quód Achab ibat in bello cum Iosaphat, & erant duo reges, noluit autem Achab, quòd Syri putarent duos reges pugnare contra Syriam, sed vnicum, ideo oportebat, quòd ipse deponeret insignia,vel Iosaphat. Voluit autem potiús ipse deponere quám Iosaphat, ut honoraret eum, quia gratis venerat ad adiuvandum ipsum. *quæst.* 19.

3 *Reg.* 22. *nu.* 30.

3091 *Tandem sic loquitur.* Quartò dici potest, quòd Achab forté cognoscebat modum regis Syriæ in bello,scilicet quòd volebat pugnare contra solum regem Israel,& non contra aliquem de suis: sic enim præceperat hic omnibus servis suis, ut patet in litera, ideo, ut non cognosceretur, ne valde persequerentur eum mutavit habitum. *q.* 19. *Armis munitus, sed & vestibus regalibus indutus bellum ingredi voluit Iosaphat: non enim pluris vitam armis tuendam, quàm honorem indumentis purpureis ostendendum faciebat.*

3 *Reg.* 22. *nu.* 30.

3092 3 *Reg.* 22. At ille dixit aurigæ suo, Verte manum tuam & eijce me de exercitu quia graviter vulneratus sum. *n.* 34. *Abul.* Quanquam esset percussus noluit omnino exire de bello, ne alij scandalizarentur, & fugerent, sed solùm subtraxit se de loco illo, in quo erat gravis pugna, & stetit in parte exteriori aciei, & ibi mansit quovsque mortuus est. Et dicitur, stabat in curru, scilicet iam nō discurrebat hinc, & inde ad pugnādum,sicut priùs,sed stabat,idest manebat. *q.* 20.

3 *Reg.* 22. *nu.* 34.

Erravit certé Achab,dum à loco pugnæ se eijcere imperavit; si enim in oculis suorum plagatus decertaret, exercitum suum vehemēter ad pugnam excitaret; vellet enim militum quisque amore regis, qui amore suorum plagatus videbatur, acriùs contra inimicos eius dimicare, nam ut regis sui sanguinem vindicaret, suum effundere sanguinem minimè formidaret. 3093

Ex D. Dionysio Carthus.

Tertio Reg. 16. Et addidit Achab in opere suo, irritans Dominū Deum Israel super omnes reges, qui fuerunt ante eum. *nu.* 33. *Carthus.* Deus tamen multa beneficia, ac triumphos ei impendit, per miracula quoque præclara, & per sanctissimum prophetam Eliam ipsum admonuit, nec tamen se emendavit. *art.* 24. In opere suo. *n.* 33. *Opus suum crimino sum quodlibet opus meritó appellavit sacer scriptor, ut iniquum regem criminum opificem, cuius opera crimina essent, indicaret.* 3094

3 *Reg.* 16. *nu.* 33.

3 *Reg.* 17. Et dixit Elias Thesbites de habitatoribus Galaad ad Achab, Vivit Dominus Deus Israel, in cuius conspectu sto, si erit annis his ros, & pluvia, nisi iuxta oris mei verba. *n.* 1. *Carthus.* Mirabilia quædam Dei in Elia,& per Eliam peracta consequenter narrantur, ex quibus impietas Achab, ac filij eius, & subditorum clariús innotescit. *ar.* 25. 3095

3 *Reg.* 17. *n.* 1

Et ad illud. De habitatoribus Galaad, *sic ait Carthus.* Hoc est terræ sic dictæ vltra Iordanem, in qua Elias forsitan maluit commorari, ut ab idololatris rege, ac populo se quantúm congrué poterat elongaret. *art.* 25. *Et tandem ad illud,* Ad Achab, Vivit Dominus, *n.* 1. *Sic concludit idem Carthus.* Idest sum & vivo, atque per gratiam sum erectus,& in virtutum semitis ambulo. *art.* 25. In cuius cōspectu sto. *n.* 1. *Dum Elias se in oculis Domini stantem dicebat, Achab in oculis Domini iacentem demonstrabat: illum nāque* 3096

que divina gratia erigebat, hunc verò iniquitas propria solo æquabat.

3097 3 Reg. 19. n. 1 3 *Reg.* 19. Nunciavit autem Achab Iezabel, omnia quæ fecerat Elias, & quomodo occidisset vniversos prophetas Baal gladio. *n.* 1. *Carthus.* Adhuc enim permansit in sua idololatria, atque malitia, visis tot signis, ac pluvia descendente, quo patent obstinatio, & ingratitudo ipsius. *art.* 28. *Omnia quæ fecerat Elias, uxorius vir narravit uxori: non ut illam à cultu falsi numinis retraheret, sed ut eam contra prophetam Domini Eliam, qui falsi numinis Baal prophetas occiderat, ad iracundiam, qua prophetam Domini in vindictam occidere vellet, provocaret.*

3098 3 Reg. 20. nn. 11. 3 *Reg.* 20. Et respondens rex Israel, ait, dicite ei, Ne glorietur accinctus æqué ut discinctus. *n.* 11. *Carthus.* Hoc est, ipse Benadad adhuc armis accinctus, & pugnaturus non sit ita securus, & de futuro triumpho exultans, ut is, qui iam victoriam habuit, & exuit arma; quoniam eventus belli incertus est, atque in pendulo positus, & pauci quandoque prævalent multis, idcirco non debet congressurus adversarium suum parvi pendere nimis: nimia quoq; securitas, & incautela multos decepit. *Art.* 30. *Neque enim ante pugnam de victoria obtinenda, nec post pugnam de victoria obtenta rex debet gloriari; qui enim ante victoriam gloriatur prodit ignorantiam, qui post victoriam, ostendit iactantiam.*

3099 3 Reg. 20. nn. 32. & 33. 3 *Reg.* 20. Servus tuus Benadad dicit, Vivat, oro te, anima mea, & ille ait, si adhuc vivit, frater meus est. Quod acceperunt viri pro omine, & festinantes rapuerunt verbũ de ore eius, atque dixerunt, frater tuus Benadad vivit. *n.* 32. & 33. *Carthus.* *Ad illud,* Festinantes &c. *sic ait.* festinantes rapuerunt verbũ ex ore eius repetendo illud, ut tanquam à rege prolatum inviolabiliter servaretur; timebant namque ne Achab retractaret illud tanquam sine deliberatione prolatum atque dixerũt: Frater tuus Benadad vivit. *art.* 30 *O fortunæ ludibrium, regem suum Benadad qui rex regum dici poterat, cũ in suo exercitu triginta duos reges sibi obtemperantes adduceret, servum illius, qui eadem die ipsum Benadad dominum suum nuncupaverat, fatebantur. Fortuna namque, quæ regi Benadad mane quasi regi regum arridebat; vesperè eundem regem factum servum adversarij sui, quem servum reputabat, irridebat.*

3 *Reg.* 21. Surge, & descende in occursum Achab regis Israel, qui est in Samaria: ecce ad vineam Naboth descendit, ut possideat eam. Et loqueris ad eũ dicens, Hæc dicit Dominus Deus, Occidisti, insuper & possedisti. *n.* 18. & 19. *Carthus.* Id est possidere iam vis vineã Naboth, sicque de scelere tuo reportare vis cõmodum, & pro illata tam enormi iniuria, non solùm non satisfacis, sed & lucrum consequeris, & auges offensam, cùm tamen nulli debeat sua iniquitas suffragari. *ar.* 31. 3100 3 Reg. 21. nu. 18. & 19.

Ecce ad vineam &c. *n.* 18. *si Achab in Samaria à Deo esse dicitur,* Qui est in Samaria? *n.* 18. *Quomodo iam in via ab ipso Deo demonstratur?* Ecce ad vineam Naboth descendit. *Celeritas in crimine denotatur, quasi verò in illa brevi temporis morula, in qua Deus dixit Eliæ regem Achab esse in Samaria, ille de Samaria fuerit egressus, & iam per viã descenderet, ut alienam vineam, priusquã aliquis defuncti hæres possessionem sibi debitam sumeret, iniustus invasor possideret.* 3101 3 Reg. 21. nu. 18.

3 *Reg.* 21. Itaque cùm audisset Achab sermones istos, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnẽ suam, ieiunavitque & dormivit in sacco, & ambulavit demisso capite. *n.* 27. *Carthus.* Non ex furore, secundùm quod in fine præcedentis capituli legitur venisse in Samariam furibundus, sed ex timore, atque in signum humiliationis ac pænitẽtiæ, quamvis humiliatio, & pænitentia illa credatur venisse ex timore servili, non ex fide formata charitate, & zelo 3102 3 Reg. 21 nu. 27.

zelo iustitiæ. Aliqui tamen dicunt quód ad tempus veré pænituit, sed pauló post recedivavit. *art.* 31. *Regalia vestimenta deposuit, ut nuda terga mõstraret, quibus exciperet divina flagella, si in pœnam criminum suorum Deus ipsum voluisset verberare.*

3103 3 *Reg.* 22. In anno autem tertio descendit Iosaphat rex Iuda ad re-
3 *Reg.* 22. *n.* 2 gem Israel. *n.* 2. *Carthus.* Ad regẽ Israel visitandum. Nam filia Achab, & Iezabel, nomine Athalia fuit vxor Ioram filij Iosaphat regis, sicque ad invicem amicitiam contraxerunt. *art.* 32. *Et infrà.* Ideo Iosaphat vir pacificus fecit filium suum cum filia Achab contrahere, ut inter regnum suum, & regnum Israel esset pax *art.* 32. *Filia namque Achab regis Israel socrum suum Iosaphat regem Iudà, sciens patrem suum ad bellum contra regem Syriæ potentissimum se parare, rogavit, ut ad patrem suum descenderet invisendum, ut data ea occasione pater eius socrum ipsius, ut in bellum secum ire invitaret, & eius auxilio victoriam reportaret: victorem namque patrem videre filia cupiebat, & favore soceri victorem futurum sperabat.*

3104 3 *Reg.* 22. Dixit itaque rex Israel ad Iosaphat, sume arma, & ingrede-
3 *Reg.* 22. *nu.* 30. re prælium, & induere vestibus tuis, porro rex Israel mutavit habitum suum, & ingressus est bellum. *n.* 30. *Carthus.* Ideſt regalem indue apparatum atque vestitum, regalia assumẽdo insignia, quæ ferre consuevisti ad bella, & communem vestẽ nunc deponendo. Hoc Achab locutus est, vel ut Iosaphat regi tanquam maiori deferret; vel ne ipse Achab cognosceretur á Syris, sicque minús impugnaretur ab illis, vel ut pondus belli super Iosaphat immineret. *art.* 32. *Deposuit purpuram rex Achab, & sagum sibi induit militare, non quidem suorum militum amore, quasi vellet illorum cuilibet similis apparere, sed hostium suorum timore, studens eos, ne ab illis desiderãtibus eum perimere, occideretur, latere.*

3105 3 *Reg.* 22. At ille dixit aurigæ suo, Verte manum tuam, & eijce me 3 *Reg.*
de exercitu, quia graviter vulnera- 22. *nu.*
tus sum. *n.* 34. *Carthus.* Iussit se de pri 34.
ma acie reduci ad posteriorẽ in curru, in qua minús impugnaretur, suamque læsionẽ ampliús occultaret, stetit autem in curru suo, ne exercitus suus cognita vulneratione sua territus fugeret. *art.* 32. *Auriga suo Achab vulneratum se esse declaravit, ne si ei præciperet, ut educeret eum é loco, in quo periculum maius belli erat, quin vulnus manifestaret, auriga eum periculi timore velle inde recedere cogitaret: vellet enim potiùs timiditatis suspicionẽ, quàm mortis periculum declinare. Ergo vulneratum se esse dixit, quia vulnus in bello amore suorum susceptum, regi erat honori: timor verò regi foret rubori.*

Ex Caietano Cardinali.

Tertio *Reg.* 16. Nec suffecit ei, ut 3106
ambularet in peccatis Ieroboam: insuper duxit vxorem Iezabel 3 *Rge.*
filiam Ethbaal regis Sidoniorum: & 16. *nu.*
abijt, & servivit Baal, & adoravit eũ. 31.
n. 31. *Caiet.* Iuxta Hebræum habetur, Et fuit leve ambulare eius in peccatis Ieroboam. Vide augmẽtũ criminis: pro levi duxit Achab idolatriam Ieroboam in vitulis aureis, & deos accumulavit. *Ibi.* Et abijt. *n.* 31. *Scilicet à Deo vero ad idolum: vel à se homine in brutum transmigravit, dum statuam regis Sidoniorum, qui pater vxoris eius fuerat, quasi numinis effigiem adoravit.*

3 *Reg.* 16. Et posuit aram Baal in 3107
templo Baal, quòd ædificaverat in
Samaria, & plantavit lucum. *nu.* 32. 3 *Reg.*
Caiet. Vide quanta commoditate co- 16. *nu.*
lendi Baal traxit populum ad cultũ 32.
eius ædificando illius templum, & aram in civitate Samaria. *Ibi. Vir nimis vxorius Achab, cùm ipsam impijssimã vxorem, quasi deam coleret; voluit etiam patrem illius tanquam deum venerari, templum in honore illius erigens in Samaria,*

ria, ut non solùm ipse, sed & tota regni nobilitas exemplo illius excitata, eum in regia adoraret.

3108 3 *Reg.* 16. Et super omnes reges
3 *Reg.* 16. *nn.* 33. Israel. *n.* 33. *Caiet.* Gravius peccatū Achab, quàm Ieroboam dicitur, eó quód Ieroboam regnandi gratia idololatriā induxit: Achab veró non regnandi gratia cultum Baal intulit, & hoc in civitate regia. *Ibi.* In opere suo. *n.* 33. *Templi ædificatio in honorē idoli opus regis Achab, Dei veri dicitur irritatio, dum enim Achab falso numini, quod colebat, templum dedicabat, verum numen, quod contemnebat, irritabat.*

3109 3 *Reg.* 18. Vade & ostende te Achab &c. *n.* 1. *Caiet.* Prædicit Deus
3 *Reg.* 18. *nn.* 1. Eliæ, quód cúm se manifestaverit regi, dabit pluviam : ut intrepidus accedat propter beneficium pluviæ affuturum, ob cuius defectum rex persequebatur ipsum. *Ibi. Volebat enim Deus pluviam dare, sed hoc beneficium regi noluit nisi mediatore Eliæ exhibere, ut sic Elias beneficio illo quasi quodam amoris vinculo iratum adversùm se regem alligaret, ne Eliam ampliùs persequeretur existimans eū regni perturbatorē, sed prosequeretur agnoscens eum regni benefactorē.*

3110 3 *Reg.* 20. Cras igitur &c. *n.* 6.
3 *Reg.* 20. *nn.* 6. *Caiet.* Nova itaque petitio consistit in direptione totius civitatis, quantùm ad ea, quæ sunt desiderabilia: hoc est quó ad pretiosa quæq; : nam vbi legitur, & omne quod eis placuerit; hebraicè habetur, Et erit omne desiderabile oculorum tuorū ponent in manibus suis, & tollent. Pulchra ergo, & pretiosa quæque mobilia petit. *Ibi. Stultus certé deprædator, qui qua hora venturus esset, illis, à quibus preciosa quæque deprædari volebat, ennunciabat, ac si in illa hora nec rex, nec aliquis servus regis auderet, ut bona sua defenderet, vigilare, nec ante horam illā pretiosa domus suæ præ timore hostium auderet occultare.*

3111 3 *Reg.* 20. Vocavit &c. *nu.* 7.
3 *Reg.* 20. *n.* 7 *Caiet.* Proponit rex senioribus terræ quód rex Syriæ non quærit malum ipsius regis Israel solius, sed malum totius civitatis, & ad exaggerandū petitionē manifestat senibus, quód primæ petitioni, quæ ipsum regem solum tangebat non negavit assensum, sed habito illo assensu novam hanc petitionem adversùs totam civitatem rex Syriæ addidit. *Ibi. Alludit ad dicta in n.* 6. *in quo agitur de expoliatione totius civitatis, & omnium subditorum eius.*

Prudens in hoc fuit Achab, bona 3112
domus regiæ, imò & vxores & filios suos, 3 *Reg.* 20. *nn.* 7.
quin ad consilium seniores regni vocaret, se daturum promisit tyranno. quādo veró tyrannus etiam servorum ipsius bona sibi auferenda declaravit, seniores regni in cōsilium venire iussit, ut sic illis ostenderet á se rege non tam bona sua, quàm bona suorum æstimari: ac proinde non pro bonis suis, sed pro bonis servorum defendendis velle se belli periculo exponere, & cum tyranno potentissimo decertare; quod in responsione expresé demonstravit dicens, Dicite domino meo regi &c. *n.* 9.

3 *Reg.* 20. Ne glorietur accinctus æqué, ut discinctus. *n.* 11. *Caiet.* 3113
Hebraicé habetur, sicut solutor, sed 3 *Reg.* 20. *nn.* 11.
sensus in idem redit: proverbium obijcit rex Israel. Sonat autem proverbiū, Ne glorietur accinctus ad prælium, seu victoriam, sicut gloriatur solvens, seu aperiens: hoc est qui iā vicit, & aperit thesauros, solvitque sacculos eorū, qui victi sunt. Multa enim intercedere possunt inter os, & offam. Et hoc directé adversùs iactantiam regis Syriæ fuit: propter quod excitatus magis rex Syriæ mādavit oppugnari civitatem. *Ibi. Rex, Achab meritò in hoc loco nominatur, in quo iam contemnens tyrannum, nec dominum suum, nec regem eum appellavit, qui enim amore suorum cum potentissimo tyranno volebat dimicare, regio merebatur vocabulo nominari.*

3 *Reg.* 20. Ecce ego tradam eā in 3114
manū tuā hodie. *n.* 13. *Caie.* Pensandā
multitudinē magnā hostiū propo- 3 *Reg.* 20. *nn.* 13.
nit, ut magnitudo beneficij libretur.

 Ibi.

Ibi. Tyrannus Samariæ totius pulverē pugillis suorū militū non sufficere minebatur dicēs. Hæc faciāt mihi dij, & hæc addant si suffecerit pulvis Samariæ pugillis omnis populi, qui sequitur me. *n. 10. Ego verò tibi totā multitudinem exercitus eius in manū tuā tradā in pulverē redigendā. Hoc vnū pro tanto tibi à me beneficio cōferendo à te posco, scilicet, ut agnoscas me dominatorē, ut ex hac cognitione, quando non me diligis, meū saltem possis elicere timorem.*

3115 3 *Reg.* 20. Quis incipiet præliari? Et
ille dixit, Tu. *n. 14. Caiet.* Perpende
3 *Reg.* quód nō quæsivit Achab, quis inter
20. *nu.* nos Israelitas incipiet præliū, sed quis
14. incipiet, an rex Syriæ, an ego. Quæsivit enim an expectādū esset, quòd hostes inciperēt præliari, an ipsi Israelitæ deberēt aggredi hostes? Et propterea propheta respōdit, Tu inchoabis præliū: hoc est tu cū gēte tua, pueris provinciarū præcedētibus aggrederis hostes. *Ibi. Primus enim, qui arma movet ostendit se animosiorē, & hostes reddit timidos, suisque augit fortitudinē, aspicientibus ipsū quasi iam victorem.*

3116 3 *Reg.* 20. Et percussit vnusquisq; virum &c. *n.* 20. *Caiet.* Ecce victo-
3 *Reg.* ria, & evasit Benadad rex Syriæ in
20. *nu.* equo cum equitibus suis. Hebraicé
20. habetur, Et equites; Vt intelligamus pedites percussos fuisse, & versos in fugā: & ideo equites fugisse. *Ibi. Nō Benadad rex primus fugit, sed postquā nō solúm pedites, sed etiā equites exercitus sui in fugā versos vidit, se cum equitibus ad eius custodiā deputatis in equo suo fugæ dedit; ne si primus ipse fugā faceret, omnes alios exemplo sui regis fugā iniisse aliquis existimaret, & sic totū totius cladis infortuniū regi tribueret. Vltimus ergo rex fugere voluit: Vltimus, ut vel sic suo cōsuleret honori. Fugere, ut sic suo satisfaceret timori*

3117 3 *Reg.* 20, Et levavit eū in currū suū.
n. 33. *Caie.* Nō habetur in Hebræo su-
3 *Reg.* um: quāvis verisimile sit quòd hono
20. *nu.* raverit eum tāquā fratrē in proprio
33. curru. Et elevavit. *n.* 33. *Adhuc Achab rex erat in curru, in quo pugnaverat. Currus enim qui ei in prælio fuerat militaris, post præliū currus erat eidē triūphalis, in quē tamē, dum regem á se captivum in bello elevabat, non solúm potentiam, sed & clementiam demonstrabat.*

3 *Reg.* 20. Quia dimisisti virū dignū 3118
morte &c. *n.* 42. *Caiet.* Hebraicé habe
tur, Destructū meū (siue virum retis 3 *Reg.*
mei) de manu. Si prima lectio placet, 20. *n*
rex Syriæ appellatur á Deo destruc- 42.
tus meus, quia verè ipse destruxerat illius exercitū. Si verò secūda amplectitur lectio, veré quoq; rex Syriæ vir retis divini dicitur, quia tanquā cōprehēsus intra rete fuit ab ipso Deo. *Ibi. Indigné nāq; Dominus ferebat quòd Achab erga eū, quē Deus ei occidendū in manus dederat, se misericordē vellet ostentare, quasi verò ipsum Deū in cōmiseratione posset superare, parcendo ei, quē Deus indignum venia iudicaverat.*

3 *Reg.* 21. Surge, & descēde in oc- 3119
cursū Achab &c. *n.* 17. *Caiet* Occurrit
quæstio quomodo verificātur hæc, 3 *Reg.*
videlicet quòd rex esset in Samaria, 21. *nu.*
& esset in vinea Naboth: cùm vinea 18
esset non in Samaria, sed in Iezrael, ut in principio huius capituli dictū est? Significatur celeritas executionis cum aggravatione. Est enim sensus, Vade in occursum Achab regis Israel, qui residens in Samaria, audita morte Naboth, ecce sine mora est in vinea ad quam descēdit. *Ibi. Surrexit, & descendit Achab ad culpā cōmittēdā: surgere, & descendere iubetur Elias ad pœnā ei enunciandā: ne minús diligens ostendatur Dei minister ad suppliciū peccatori inferendū, quā ipse peccator ad flagitium contra Deum perpetrandum.*

3 *Reg.* 21. Venūdatus est ut faceret 3120
malū. *n.* 25. *Caie.* Legēdū est, qui se vē
didit ad faciēdū malū in oculis Do- 3 *Reg.*
mini: quia incitavit eū Iezabel vxor 21 *nu.*
eius. Hoc est ad instar vendentis se 25.
ipsum, addixit se servituti ad faciendum malum, ut servitus hæc nō coacta, sed voluntaria intelligatur: & occasio reijcitur in vxorem. *Ibi. Nō alicui venditus fuisse dicitur Achab, sed solúm*

solùm ad quid venundatus fuerit explicatur, scilicet ad faciendū malum, ut quisquis malū aliquod facere intentaret, ipsum adiret, qui quasi sibi iā venditus esset, ad quodcunq; malū vellet faciēdū, cito ageret.

3121 3 *Reg.* 21. Nō ne vidisti humiliatū Achab corā me? Quia igitur humiliatus est mei causa, nō inducā malū in diebus eius, sed in diebus filij sui inferā malū domui eius. *n.* 28. *Caiet.* Hebraicé habetur é facie mea. Hoc est á timore meo. Et hinc insinuatur, quòd nō vsq; ad amorē Dei pervenit hæc humiliatio, sed in timoris terminis stetit. *Ibi.*

3 *Reg.* 21. *nu.* 28.

3122 *Et infrà ad illud*, Nō inducā malū in diebus eius. *n.* 28. *sic ait Caiet.* Vide Dei bonitatē, nō absq; præmio relinquētē humiliatū Achab quāvis ex timore. Sed ipsum præmiū tēporale attestatur quod diximus: videlicet stitisse humilitatē eius intrà terminos timoris. *Ibi.* Corā me. *n.* 28. *Nō enim iā Dominus regē Achab post terga deiiciebat, sed in oculis, nēpe ut iā conversum eum Dominus habebat. Quemadmodum enim Deus post terga reijcit delinquentē, sic in oculis habet pœnitentem.*

3 *Reg.* 21. *nu.* 28.

3123 3 *Reg.* 22. Egressus est autē spiritus & stetit corā Domino, & ait, Ego decipiā illū. Cui locutus est Dominus, In quo? *n.* 21. *Caiet.* Ex cætu stantiū á sinistris egressus narratur iste spiritus: & prodijt in mediū ante faciē sedentis Dei in solio, & obtulit se ad decipiendū. Nominatur iste ab officio, quia spiritus officiū exercendo decepturus erat. Egressus autē eius significat affectū eius ex intimis prodeuntem ad huiusmodi deceptionis modum subiunctum. *Ibi.*

3 *Reg.* 22. *nu.* 21.

3124 *Deinde sic progreditur idē Caiet.* Stare autē eius in medio, offerēdo se promptissimum, desideriū mali spiritus ad huiusmodi deceptionē simul cū impotētia hoc faciēdi sine permissionē Divina, ac affectu ut permittat Deus, significat. Instruimur enim hinc quòd dæmones quāvis valde cupiāt decipere nos, non nisi permissi specialiter possūt facere quòd cupiūt. *Ibi,*

3 *Reg.* 22. *nu.* 21.

Si iā egressus dicitur hic spiritus, quomodo ipse statim dicit, Et egrediar? Duplex igitur illius egressus indicatur. Vnus, quo à se ipso egressus, maluit, ut invidus, ex Angelo in dæmonē cōmigrare, quā hominē in Deum assumptione humanitatis conversum super Angelos elevatū intueri. Alter, quo à Deo egressus fuit, dū illū diligere noluit per benevolentiā, in se ipsum regressus per concupiscentiam. 3125

3 *Reg.* 22. Et ait ego decipiā illum, cui locutus est Dominus, in quo? *n.* 21. *Caiet.* Introducitur Deus inquirēs modū decipiēdi, nō quia nesciret. Id ut instrueremur, & alienas esse á Divinis machinationes diabolicas, & subdi eas in specie sigillatim providentiæ divinæ. *Ibi. In quo decipies rogat spiritū se offerentē ad decipiendū Dominus. Maluit enim se ignorantē simulare, quā machinatricem mali adversus hominē divinam sapientiam esse demonstrare.* 3126

3 *Reg.* 22. *nu.* 21.

3 *Reg.* 22. Et ille ait, Egrediar, & ero spiritus mē dax in ore omniū prophetarū eius. Et dixit Dominus, decipies, & prævalebis: egredere, & fac ita. *n.* 22. *Caiet.* Veré dicit, Egrediar, quoniā extra rectitudinē operatio eius futura erat. *Ibi. Et ad illud*, Et dixit Dominus, Decipies &c. *sic ait Caiet.* Manifestat Deus efficaciā huiusmodi. Vbi adverte officiū esse diaboli decipere, & prævalere: & hoc officiū diabolicū vsq; adeo versari in curijs, ut Diogenes definierit, curiā esse locū ad decipiēdum & prævalēdum. *Ibi.* In ore omnium. *n.* 22. *Vt dū omnes idē prædicerēt, cōcordia prædictionū, crederentur veritatem regi prænunciare, licet propheta Dei oppositum venturum regi prædicaret.* 3127

3 *Reg.* 22. *nu.* 22.

3 *Reg.* 22. Dixit itaq; rex Israel ad Iosaphat, Sume arma, & ingredere prælium, & induere vestibus tuis, porro rex Israel mutavit habitū suū, & ingressus est bellū. *n.* 30. *Caiet.* Nam causa honorādi Iosaphat simulavit rex Israel se non cum apparatu regio ingressurū præliū, ut totus honor 3128

3 *Reg.* 22. *nu.* 30.

exhiberetur Iosaphat. Secundũ tamen rei veritatem mutavit se timore Syrorum, vel sciẽs mandatũ regis Syriæ adversus regẽ Israel in specie quod in litera subiungitur, vel sollicitatus exaudita prophetia per os Michææ de ipsius regis occubitu in illo prælio. Cogitavit enim sibi minus imminere periculũ, si non agnitus protegeretur vehiculo currus. *Ibi. O fallacia simulacrum! sub amicitiæ pallio, dũ te cõmuni indumento, regẽ verò tui auxiliatorem regali habitu indutũ ingredi prælium affectabas, inimicitiæ mõstrũ contegebas. Non enim regẽ tui sociũ appetebas videre purpuratum, sed cruentatum, vel, si eum purpuratum intueri cupiebas, eum sic sperabas videre, nõ per sui vestimẽti colorẽ, sed per corporis sui cruorẽ*

3 *Reg.* 22. At ille dixit aurigæ suo, Verte manum tuã, & eijce me de exercitu, quia graviter vulneratus sum. *n.* 34. *Caiet.* Iuxta Hebræũ habetur, quia ægrotavi, Noluit indicare quód vulneratus esset, sed simulavit ægritudinem sibi supervenisse, ne exterreretur exercitus audiens regẽ vulneratũ. Et eó magis occultare suũ vulnus sperabat, quó in curru erat ignoto: utpote sine apparatu regio. *Ibi. Non solùm se vulneratum, sed & graviter vulneratum se esse asseveravit, ne auriga eum levi de causa velle se à belli periculo extrahi cogitaret, sed gravi motum causa, & ut sic libentiùs verberans equos, eos verteret, ut currum, maiori qua possent, celeritate ferrent, excitaret.* 3129 *3 Reg. 22. m. 34.*

SONVS XXIIII.

Achan.

Ex D. Ambrosio.

3130 *Iosue 7. num. 7. & 8.*



Iosue 7. Et dixit Iosue, Heu Domine Deus, quid voluisti traducere populum istũ Iordanẽ fluvium, ut traderes nos in manus Amorrhæi, & perderes? Vtinã, ut cæpimus, mansissemus trans Iordanẽ. Mi Domine Deus, quid dicam, videns Israelẽ hostibus suis terga vertentem? *n.* 7. & 8. *D. Ambr. lib.* 2. *de offic.* Propter avaritiam præcipitatus Achan, in exitium deduxerat totã plebem parentũ. Itaq; Iesus Nave, qui potuit solẽ sistere ne procederet avaritiam hominum non potuit sistere, ne cerperet: ad vocem eius sol stetit, avaritia nõ stetit. Sole itaque stante confecit Iesus triumphũ, avaritia autem procedente, penè amisit victoriam. *cap.* 26. Mi Domine Deus. *n.* 8. *Dum Dominum dicebat Deum suum, non universale dominium, secundùm quod Deus totius creaturæ Dominus est, Deo Domino denegabat: sed specialem Dei erga se ipsum ostendebat amorem, quo Dominus Deus ipsum ita diligebat, ac si solum eum ut suum adamaret.*

Iosue 7. Dixitq; Dominus ad Iosue, Surge, cur iaces pronus in terra? Peccavit Israel, & prævaricatus est pactum meum: tulerũtq; de anathemate & furati sunt atque mentiti, & absconderunt inter vasa sua. *n.* 10. & 11. *D. Ambros.* Ita incubuerunt mores hominum ad admirationem divitiarum, ut nemo nisi dives honore dignus putetur. Neq; hic recens usus sed iã dudũ, quod peius est inolevit hoc vitiũ humanis mẽtibus. Siquidẽ cũ Hierico magna civitas tubarũ sacerdotalium sono corruisset, & Iesus Nave potiretur victoria, cognovit infirmatam esse virtutem populi per avaritiam, atq; auri cupiditatẽ. *lib.* 2. *offi. cap.* 26. 3131 *Iosue 7. nu. 10. & 11.*

Et allu-

3132 Et alludens ad illud, Et absconderunt inter vasa sua. *n.* 11. *& ad illud.* Vidi
Iosue 7. nu. 11. & 21. inter spolia pallium coccineum valde bonum & ducentos siclos argēti, regulámq; aureā quinquaginta siclorum: & cuncupiscēs abstuli, & abscōdi in terra cōtra mediū tabernaculi mei, argētumq; fossa humo operui. *n.* 21. *sic ait idē D. Ambr. lib.* 2. *offic.* Quid, ut alijs sit ille copiosior qui habet? Nūquid idcirco honestior, quia habet quo honestas plerūq; amittitur, quia habet quod custodiat, magis quám quod possideat? Illud enim possidemus, quo vtimur: quod autē vltra vsum est, nō vtiq; habet possessionis fructum, sed custodiæ periculum. *cap.* 26. *Dignus certè erat honore Achan ob suā nobilitatē, cū vnus esset ex tribu regia Iuda, sed cùm per divitias vellet maiorē sibi honorē cōparare, indignus honore factus est propter cupiditatem.*

3133 *Iosue* 7. Respōditq; Achā Iosue & dixit ei, Veré ego peccavi Domino
Iosue 7. nu. 20. Deo Israel, & sic, & sic feci. *n.* 20. *D. Amb. lib.* 2. *de offici.* Cúm de spólijs vrbis incensæ sustulisset Achan vestem purpureā, & ducēta argēti didrachmatā, & linguā aureā, oblatus Domino negare nō potuit, sed prodidit furtum. Vetus igitur, & antiqua avaritia est, quæ cum ipsis divinæ legis cæpit oraculis, imò propter ipsam reprimendam lex Dei data est *cap* 26. *Domino Deo se peccâsse fatetur Achan, in quo nempe & Domini sui timorem, & Dei sui amorem perdidisse testatur: si enim Dominum timeret, vel Deum amaret, legem Domini Dei sui de non auferendo aliquid de vrbe Hierico minimè violaret.*

Ex D. Hieronymo.

3134 Iosue 7. Et aversus est furor Domini ab eis, Vocatumq; est nomen
Iosue 7. nu. 26. loci illius, Vallis Achor, vsque hodie, *n.* 26. *D. Hieron.* Longum est, si velim de valle Achor dicere, idest tumultus, atq; turbatus, in qua furtum & avaritia cōdemnata est. *Epist.* 27. *Et ad illud Oseæ* 2. Ducā eam in solitudinē, & loquar ad cor eius. Et dabo eis vinitores eius ex eodē loco, & Val-
Ose. 2. nu. 14. & 15. lē Achor ad aperiendā spē, & canet ibi iuxta dies iuventutis suæ, & iuxta dies ascēsionis suæ de terra Ægypti. *n.* 14. & 15. *Sic ait idem D. Hierony.* Loquetur ad cor eius, & lugētē cōsolabitur, & dabit ei possessionē inde: hoc est de pænitentia, & merore, qui operatur salutem. Et humilitas cōturbati cordis eius (hoc enim interpretatur Vallis Achor) aperit intelligētiā, ne ignoret creatorē suū. *in commento Isaiæ ad cap.* 63. *in fine.*

Et ad illud Isaiæ 65. Vallis Achor in cubile armētorum populo meo, qui 3135
requisierunt me. *n* 10. *sic ait idem D. Hieron.* Vallis Achor, de qua & in libro Iesu filij Nave legimus, quòd ibi interfectus sit Achan, qui furatus est de anathemate, & de spolijs Hiericho & cum omni domo sua interfectus: atq; ex eò quòd turbaverit populum locus ipse in quo hoc accidit Achor; idest turbationis, ac tumultus nomē accepit. Vallis igitur Achor, in qua quodā maledictio fuit, atq; supplicium, erit in armentorum requiem. *in commen. Isaiæ ad cap.* 65. Isai. 65 nu. 10.

Et infrà sic pergit idem D. Hieron. De hac Valle & in Osea mysticè scriptū 3136
est: Loquar ad cor eius (haud dubiū, quin Hierusalē) & dabo possessores illius inde, & Vallem Achor, ut aperiat intelligentiā illius. Idcirco enim Vallis Achor in possessionē traditur armētorū populi Dei, & saltus vertētur in caulas gregum, ut aperiatur intelligentia & Domini veritas cognoscatur, *loco citato.*

Et alibi sic loquitur idē D. Hier. Achor 3137
qui de anathemate Hiericho aliquid est furatus, turbavit populum, & ex
peccato Valli nomen inditum est Emek Achor: idest Vallis tumultus. *in* Iosue 7. nu. 26.
comment. Michææ ad cap. 4. *in fine.* Et aversus est furor Domini &c. *n.* 26. *Dominus enim à quo per vnius culpā populus aversus censebatur, per pænitentiam eiusdem ad Dominum conversus fuisse videbatur. Et ideo furor Domini,*

qui

3076 *Non placet hæc opinio Abul. Vnde sic ait*. Dicendũ quòd non stat, quia effusio sanguinis Michææ, vel alterius prophetæ, cuiuscunque fuerit, non sufficit ad satisfactionẽ pro peccato populi, quia ad hoc requirebatur meritũ excessivum, quale non est in toleratione angustiarum vnius hominis, ideo licet per orationẽ vnius hominis puri Deus interdum cesset agere mala, quæ intendebat, tamen non meretur passio vnius hominis puri, vel labor remissionẽ pœnæ pro toto populo. Christus autem qui nõ fuit homo purus potuit mereri liberationẽ populi ab omnibus peccatis suis. *quæst.* 11.

3077 *Aliter etiam solvit quæstionẽ Abul. explicando illud*. Populus tuus pro populo eius; *& sic loquitur*; Esset populus Achab pro populo Benadad, id est traderetur pro illo ad aliquã pœnam, & ista pœna erat, quòd aliqui eorum perirent in bello, vel saltem quód vincerentur, & fugerent: nam Israelitæ si non peccassent ipsi, nec rex eorum, semper habuissent victoriam contra regẽ Syriæ, quia tamen peccaverunt, victi sunt, & hoc erat, quód traderetur populus Achab pro populo Benadad. *q.* 11. *In hac visione Michæas regem Achab primò nomine pastoris, secundò nomine domini designavit, debuerat enim rex tanquam pastor suorũ sibi conciliare amorem, & tanquam dominus incutere suis timorem.*

3 *Reg.* 20. *nu.* 24.

3078 3 *Reg.* 22. Egressus est autẽ spiritus, & stetit coram Domino, & ait, Ego decipiam illum, cui locutus est Dominus, In quo? Et ille ait, Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Et dixit Dominus, Decipias, & prævalebis: egredere, & fac ita. *n.* 21. *&* 22. *Abul.* Quæritur quis erat iste spiritus, de quo hìc dicitur, quód egressus est, & stetit coram Domino? Respondet Rab. Salo. Quòd iste erat spiritus Naboth occisi, & vocatur hìc spiritus, ipse spiritus Naboth nõ expresso nomine illius cuius est, *Addit Abul.* Dicit hoc, quia putat quòd spiritus Naboth ad vindictam mortis Naboth voluerit fallere prophetas Achab, ut moreretur Achab in bello. *q.* 13.

3 *Reg.* 22. *nu.* 21. *&* 22.

Displicet hoc Abul. Et sic ait. Sed dicendum quód ista positio non stat, quia Naboth erat vir iustus, & anima sua esset in lymbo sanctorum: ideo non egrederetur inde, ut veniret ad fallendum prophetas Achab. Item animæ sive bonorum, sive malorum numquam veniunt ad fallendum alios homines, nec ad torquẽdum, cúm istud sit officium dæmonum: ideo dato, quòd anima Naboth esset damnata, non venisset ad fallendum prophetas Achab. Item patet, quia anima Naboth erat viri sancti, si tamen ipsa desideraret fallere, peccavit, anima tamen boni post mortem peccare non posset: ergo non desideraret fallere. Item quòd moveretur ista anima ad desiderium vindictæ irrationabile est, quia desiderium vindictæ peccatum est, & non cõpetit animæ viri iusti. *q.* 13. 3079

3 *Reg.* 22. *nu.* 21. *&* 22.

Et alibi exponens illud, Cui locutus est Dominus In quo? *n.* 21. *sic ait Abul.* Deus dixit spiritui, In quo decipies? Quasi ad significandum quòd Deus nesciret quid cogitaverat spiritus. *q.* 14. Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. *n.* 22. *Dixit in ore, ac si etiam ipse spiritus mendax, corda prophetarum Baal adeo abhorreret, ut in ore ipsorum positus ad corda noluerit penetrare.* 3080

3 *Reg.* 22. *nu.* 21.

3 *Reg.* 22. Hæc dixit rex; Mittite virum istum in carcerem & sustentate eum pane tribulationis, & aqua angustiæ donec revertar in pace. *n.* 27. *Abul.* Quæretur ad quid iubebat Achab nunc poni Michæam in custodia? Dicendum quód Achab oderat valde Michæam, ut ipse suprà dixit, & hoc quia prophetabat ei sẽper mala, & propter istud desiderabat semper occidere ipsum, volebat 3081

3 *Reg.* 22. *nu.* 27.

tamen

tamen habere colorem: nunc autẽ iussit eum poni in carcere, ut quando rediret de bello, occideret eum, & hoc quia putabat ipsum mentitũ, & iustum videbatur, quód propheta mendax occideretur, sic enim Deus iussit Deut. 13. *q.* 17. Virum istum. *n.* 27. *Michaam proprio vocabulo non appellabat, ostendens se Michaa contemptorem, & osorem, quem pra contemptu, & odio nolebat proprio vocabulo nominare.*

3082 3 *Reg.* 22. Ascendit itaq; rex Israel, & Iosaphat rex Iudá in Ramoth
3 Reg. 22. nu. 29. Galaad. *n.* 29. *Abul.* Quæretur quomodo rex Achab voluit ire ad bellũ, cúm prænunciasset ei Michæas prophetaDomini quòd moriturus esset in bello? Respondendum, quòd Achab credidit mentitum fuisse Michæam, & quód prosperé ei veniret: ideo non obstante dicto eius ivit in bellum. *q.* 18.

3083 *Deinde aliqua motiva apponit, propter qua Achab non credidit Michaa, &*
3 Reg. 22. nu. 29. *sic ait.* Primũ erat quia omnes prophetæ Baal vno ore prænunciabant bona ipsi Achab, solus autẽ Michæas prænunciabat malum, ideo quia non constabat quis illorum verum diceret, rationabilius erat credi multitudini, quousque Michæas probaret illos mentitos, & hoc potissimé, quia prophetæ Baal multoties revelantibus dæmonibus vera prænunciabant, ideo putabat Achab, quòd etiam nunc vera prænunciarẽt. *q.* 18.

3084 Secundum motivum erat, quia Deus excæcabat ipsum Achab, ut caderet in bello, ut colligitur ex dictis
3 Reg. 22. nn. 29. Michææ: ideo dato quód dictũ Michææ esset valde rationabile, & dicta aliorum prophetarum essent nõ habentia colorem, assentiret potiús Achab dictis illorum, quám dicto Michææ. *q.* 18.

3085 Tertium motivũ erat, quia ista conditio erat naturæ humanæ; scilicet quód homines faciliter inclinẽ-
3 Reg. 22. nu. 29. tur ad credendum vera esse illa, quæ pertinent ad eorum favorem, quanquam rationabiliora sint ea, quæ cõtra ipsos sunt: Achab autem desiderabat ire in Ramoth Galaad, ideo faciliter crederet illis, qui dicerent ei properum esse iter, difficiliter autem contra asserentibus. *q.* 18.

Quartũ motivum erat, quia Michæas percussus fuit in maxilla á Sedecia, quando prophetavit, & tamẽ nulla pæna inflicta est Sedeciæ, credebat autem Achab, quód si Michæas esset propheta Domini, & nunc à Deo missus fuisset, quòd non mãsisset impunitus Sedecias. Sic patet in Ieroboam, qui extendit manum contra prophetam Domini, & ilico aruit suprá 13. Et tamen hìc quanquam magis nocuisset Sedecias Michææ, nihil mali passus est. *q.* 18. 3086 3 Reg. 22. nu. 29. 3 Reg. 13.

Quintum motivum fuit, quia videbaturMichæas repugnare verbis Eliæ: nam Elias dixerat, quód moreretur Achab, & canes lingerent sanguinem eius, vbi linxerant sanguinem Naboth, istud autẽ fuit in Iezrahel, sed Ramoth Galaad distabat à Iezrahel, ideo Elias, & Michæas videbantur sibi repugnare, & sic non erat standum dicto Michææ, quia Elias erat propheta dignior, cui potiùs credendum erat. *q.* 18. Ascendit &c. *n.* 29. *Rex Iosaphat, qui prophetam Domini vocare fecerat, vt per eum, quid agendum foret, rex Achab à Domino rogaret; modò contra responsionem propheta Domini cum rege Achab in Ramoth ascendit; Amico enim suadenti ascensum, potiùs quàm propheta Domini credendũ rex alioqui pius indicavit.* 3087 3 Reg. 22. nu. 29.

3 *Reg.* 22. Dixit itaq; rex Israel ad Iosaphat, sume arma & ingredere prælium, & induere vestibus tuis, porro rex Israel mutavit habitum suum, & ingressus est bellum. *n.* 30. *Abul.* Quæretur quare Achab mutavit habitum regalẽ, & voluit quód Iosaphat retineret sibi insignia regalia? Aliqui dicunt, quòd hoc fecit Achab ad honorãdum Iosaphat, quia veniebat in auxilium eius, ideo voluit, 3088 3 Reg. 22. nu. 30.

luit, quód ille potiús appareret honoratus, quàm ipse. *q.* 19.

3089 *Deinde sic pergit Abul.* Aliter potest dici, & forté meliùs, quòd Achab non crediderat aliquod malũ venturum sibi in bello, sicut dixerat Michæas, voluit tamen cauté se habere mutando habitũ, & sic nõ cognosceretur quòd erat rex, & minùs pugnaretur contra ipsum, & sic faciliús evaderet. *q.* 19.
3 *Reg.* 22. *nu.* 30.

3090 *Adhuc progreditur,* Tertió dici potest, quód Achab ibat in bello cum Iosaphat, & erant duo reges, noluit autem Achab, quòd Syri putarent duos reges pugnare contra Syriam, sed vnicum, ideo oportebat, quòd ipse deponeret insignia, vel Iosaphat. Voluit autem potiús ipse deponere quám Iosaphat, ut honoraret eum, quia gratis venerat ad adiuvandum ipsum. *quæst.* 19.
3 *Reg.* 22. *nu.* 30.

3091 *Tandem sic loquitur.* Quartò dici potest, quòd Achab forté cognoscebat modum regis Syriæ in bello, scilicet quòd volebat pugnare contra solum regem Israel, & non contra aliquem de suis: sic enim præceperat hic omnibus servis suis, ut patet in litera, ideo, ut non cognosceretur, ne valde persequerentur eum mutavit habitum. *q.* 19. *Armis munitus, sed & vestibus regalibus indutus bellum ingredi voluit Iosaphat: non enim pluris vitam armis tuendam, quàm honorem indumentis purpureis ostendendum faciebat.*
3 *Reg.* 22. *nu.* 30.

3092 3 *Reg.* 22. At ille dixit aurigæ suo, Verte manum tuam & eijce me de exercitu quia graviter vulneratus sum. *n.* 34. *Abul.* Quanquam esset percussus noluit omnino exire de bello, ne alij scandalizarentur, & fugerent, sed solùm subtraxit se de loco illo, in quo erat gravis pugna, & stetit in parte exteriori aciei, & ibi mansit quovsque mortuus est. Et dicitur; stabat in curru, scilicet iam nõ discurrebat hinc, & inde ad pugnãdum, sicut priùs, sed stabat, idest manebat. *q.* 20.
3 *Reg.* 22. *nu.* 34.

3093 *Erravit certé Achab, dum à loco pugnæ se eijcere imperavit; si enim in oculis suorum plagatus decertaret, exercitum suum vehemẽter ad pugnam excitaret; vellet enim militum quisque amore regis, qui amore suorum plagatus videbatur, acriús contra inimicos eius dimicare, nam ut regis sui sanguinem vindicaret, suum effundere sanguinem minimè formidaret.*

Ex D. Dionysio Carthus.

3094 Tertio *Reg.* 16. Et addidit Achab in opere suo, irritans Dominũ Deum Israel super omnes reges, qui fuerunt ante eum. *nu.* 33. *Carthus.* Deus tamen multa beneficia, ac triumphos ei impendit, per miracula quoque præclara, & per sanctissimum prophetam Eliam ipsum admonuit, nec tamen se emendavit. *art.* 24. In opere suo. *n.* 33. *Opus suum crimino sum quodlibet opus meritó appellavit sacer scriptor, ut iniquum regem criminum opificem, cuius opera crimina essent, indicaret.*
3 *Reg.* 16. *nu.* 33.

3095 3 *Reg.* 17. Et dixit Elias Thesbites de habitatoribus Galaad ad Achab, Vivit Dominus Deus Israel, in cuius conspectu sto, si erit annis his ros, & pluvia, nisi iuxta oris mei verba. *n.* 1. *Carthus.* Mirabilia quædam Dei in Elia, & per Eliam peracta consequenter narrantur, ex quibus impietas Achab, ac filij eius, & subditorum clariús innotescit. *ar.* 25.
3 *Reg.* 17. *n.* 1

3096 *Et ad illud.* De habitatoribus Galaad, *sic ait Carthus.* Hoc est terræ sic dictæ vltra Iordanem, in qua Elias forsitan maluit commorari, ut ab idololatris rege, ac populo se quantúm congrué poterat elongaret. *art.* 25. *Et tandem ad illud,* Ad Achab, Vivit Dominus, *n.* 1. *Sic concludit idem Carthus.* Idest sum & vivo, atque per gratiam sum erectus, & in virtutum semitis ambulo. *art.* 25. In cuius cõspectu sto. *n.* 1. *Dum Elias se in oculis Domini stantem dicebat, Achab in oculis Domini iacentem demonstrabat: illum nã-*

que

que divina gratia erigebat, hunc verò iniquitas propria solo æquabat.

3097 3 *Reg.* 19. Nuntiavit autem Achab Iezabel, omnia quæ fecerat E-
3 *Reg.* lias, & quomodo occidisset universos
19. *n.* 1 prophetas Baal gladio. *n.* 1. *Carthus.* Adhuc enim permansit in sua idololatria, atque malitia, visis tot signis, ac pluvia descendente, quo patent obstinatio, & ingratitudo ipsius. *art.* 28. *Omnia quæ fecerat Elias, uxorius vir narravit uxori: non ut illam à cultu falsi numinis retraheret, sed ut eam contra prophetam Domini Eliam, qui falsi numinis Baal prophetas occiderat, ad iracundiam, qua prophetam Domini in vindictam occidere vellet, provocaret.*

3098 3 *Reg.* 20. Et respondens rex Israel, ait, dicite ei, Ne glorietur accinc-
3 *Reg.* tus æqué ut discinctus. *n.* 11. *Carthus.*
20. *nn.* Hoc est, ipse Benadad adhuc armis
11. accinctus, & pugnaturus non sit ita securus, & de futuro triumpho exultans, ut is, qui iam victoriam habuit, & exuit arma; quoniam eventus belli incertus est, atque in pendulo positus, & pauci quandoque prævalent multis, idcirco non debet congressurus adversarium suum parvi pendere nimis: nimia quoq; securitas, & incautela multos decepit. *Art.* 30. *Neque enim ante pugnam de victoria obtinenda, nec post pugnam de victoria obtenta rex debet gloriari; qui enim ante victoriam gloriatur prodit ignorantiam, qui post victoriam, ostendit iactantiam.*

3099 3 *Reg.* 20. Servus tuus Benadad dicit, Vivat, oro te, anima mea, &
3 *Reg.* ille ait, si adhuc vivit, frater meus
20. *nn.* est. Quod acceperunt viri pro omi-
32. & ne, & festinantes rapuerunt verbũ
33. de ore eius, atque dixerunt, frater tuus Benadad vivit. *n.* 32. & 33. *Carthus.* *Ad illud,* Festinantes &c. *sic ait.* festinantes rapuerunt verbũ ex ore eius repetendo illud, ut tanquam à rege prolatum inviolabiliter servaretur; timebant namque ne Achab retractaret illud tanquam sine deliberatione prolatum atque dixerũt: Frater tuus Benadad vivit. *art.* 30. *O fortunæ ludibrium, regem suum Benadad qui rex regum dici poterat, cũ in suo exercitu triginta duos reges sibi obtemperantes adduceret, servum illius, qui eadem die ipsum Benadad dominum suum nuncupaverat, fatebantur. Fortuna namque, quæ regi Benadad mane quasi regi regum arridebat; vesperè eundem regem factum servum adversarij sui, quem servum reputabat, irridebat.*

3 *Reg.* 21. Surge, & descende in 3100
occursum Achab regis Israel, qui est 3 *Reg.*
in Samaria: ecce ad vineam Naboth 21. *nu.*
descendit, ut possideat eam. Et lo- 18. &
queris ad eũ dicens, Hæc dicit Do- 19.
minus Deus, Occidisti, insuper & possedisti. *n.* 18. & 19. *Carthus.* Id est possidere iam vis vineã Naboth, sicque de scelere tuo reportare vis cõmodum, & pro illata tam enormi iniuria, non solùm non satisfacis, sed & lucrum consequeris, & auges offensam, cùm tamen nulli debeat sua iniquitas suffragari. *ar.* 31.

Ecce ad vineam &c. *n.* 18. *si A-* 3101
chab in Samaria à Deo esse dicitur, Qui
est in Samaria? *n.* 18. *Quomodo iam* 3 *Reg.*
in via ab ipso Deo demonstratur? Ecce 21. *nu.*
ad vineam Naboth descendit. *Celeri-* 18.
tas in crimine denotatur, quasi verò in illa brevi temporis morula, in qua Deus dixit Eliæ regem Achab esse in Samaria, ille de Samaria fuerit egressus, & iam per viã descenderet, ut alienam vineam, priusquã aliquis defuncti hæres possessionem sibi debitam sumeret, iniustus invasor possideret.

3 *Reg.* 21. Itaque cùm audisset 3102
Achab sermones istos, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnẽ 3 *Reg.*
suam, ieiunavitque & dormivit in 21 *nu.*
sacco, & ambulavit demisso capite. 27.
n. 27. *Carthus.* Non ex furore, secundùm quod in fine præcedentis capituli legitur venisse in Samariam furibundus, sed ex timore, atque in signum humiliationis ac pænitẽtiæ, quamvis humiliatio, & pænitentia illa credatur venisse ex timore servili, non ex fide formata charitate, & zelo

zelo iustitiæ. Aliqui tamen dicunt quód ad tempus veré pænituit, sed pauló post recedivavit. *art. 31. Regalia vestimenta deposuit, ut nuda terga mõstraret, quibus exciperet divina flagella, si in pænam criminum suorum Deus ipsum voluisset verberare.*

3103 3 *Reg.* 22. In anno autem tertio descendit Iosaphat rex Iuda ad regem Israel. *n.* 2. *Carthus.* Ad regẽ Israel visitandum. Nam filia Achab, & Iezabel, nomine Athalia fuit vxor Ioram filij Iosaphat regis, sicque ad invicem amicitiam contraxerunt. *art. 32. Et infrà.* Ideo Iosaphat vir pacificus fecit filium suum cum filia Achab contrahere, ut inter regnum suum, & regnum Israel esset pax *art.* 32. *Filia namque Achab regis Israel socrum suum Iosaphat regem Iudà, sciens patrem suum ad bellum contra regem Syriæ potentissimum se parare, rogavit, ut ad patrem suum descenderet invisendum, ut data ea occasione pater eius socrum ipsius, ut in bellum secum ire invitaret, & eius auxilio victoriam reportaret: victorem namque patrem videre filia cupiebat, & favore soceri victorem futurum sperabat.*

3 Reg. 22. n. 2

3104 3 *Reg.* 22. Dixit itaque rex Israel ad Iosaphat, sume arma, & ingredere prælium, & induere vestibus tuis, porro rex Israel mutavit habitum suum, & ingressus est bellum. *n.* 30. *Carthus.* Idest regalem indue apparatum atque vestitum, regalia assumẽdo insignia, quæ ferre consuevisti ad bella, & communem vestẽ nunc deponendo. Hoc Achab locutus est, vel ut Iosaphat regi tanquam maiori deferret, vel ne ipse Achab cognosceretur á Syris, sicque minús impugnaretur ab illis, vel ut pondus belli super Iosaphat immineret. *art.* 32. *Deposuit purpuram rex Achab, & sagum sibi induit militare, non quidem suorum militum amore, quasi vellet illorum cuilibet similis apparere, sed hostium suorum timore, studens eos, ne ab illis desiderãtibus eum perimere, occideretur, latere.*

3 Reg. 22. nu. 30.

3105 3 *Reg.* 22. At ille dixit aurigæ suo, Verte manum tuam, & eijce me de exercitu, quia graviter vulneratus sum. *n.* 34. *Carthus.* Iussit se de prima acie reduci ad posteriorẽ in curru, in qua minús impugnaretur, suamque læsionẽ ampliús occultaret, stetit autem in curru suo, ne exercitus suus cognita vulneratione sua territus fugeret. *art.* 32. *Aurigæ suo Achab vulneratum se esse declaravit, ne si ei præciperet, ut educeret eum é loco, in quo periculum maius belli erat, quin vulnus manifestaret, auriga eum periculi timore velle inde recedere cogitaret: vellet enim potiùs timiditatis suspicionẽ, quàm mortis periculum declinare. Ergo vulneratum se esse dixit, quia vulnus in bello amore suorum susceptum, regi erat honori: timor verò regi foret rubori.*

3 Reg. 22. nu. 34.

Ex Caietano Cardinali.

Tertio *Reg.* 16. Nec suffecit ei, ut ambularet in peccatis Ieroboam: insuper duxit vxorem Iezabel filiam Ethbaal regis Sidoniorum: & abijt, & servivit Baal, & adoravit eũ. *n.* 31. *Caiet.* Iuxta Hebræum habetur, Et fuit leve ambulare eius in peccatis Ieroboam. Vide augmẽtũ criminis: pro levi duxit Achab idololatriam Ieroboam in vitulis aureis, & deos accumulavit. *Ibi.* Et abijt. *n.* 31. *Scilicet à Deo vero ad idolum: vel à se homine in brutum transmigravit, dum statuam regis Sidoniorum, qui pater vxoris eius fuerat, quasi numinis effigiem adoravit.* 3106

3 Rge. 16. nu. 31.

3 *Reg.* 16. Et posuit aram Baal in templo Baal, quòd ædificaverat in Samaria, & plantavit lucum. *nu.* 32. *Caiet.* Vide quanta commoditate colendi Baal traxit populum ad cultũ eius ædificando illius templum, & aram in civitate Samaria. *Ibi. Vir nimis vxorius Achab, cùm ipsam impijssimã vxorem, quasi deam coleret; voluit etiam patrem illius tanquam deum venerari, templum in honore illius erigens in Samaria,* 3107

3 Reg. 16. nu. 32.

ria, ut non solùm ipse, sed & tota regni nobilitas exemplo illius excitata, eum in regia adoraret.

3108 3 *Reg.* 16. Et super omnes reges Israel. *n.* 33. *Caiet.* Gravius peccatū Achab, quàm Ieroboam dicitur, eó quód Ieroboam regnandi gratia idololatriā induxit: Achab veró non regnandi gratia cultum Baal intulit, & hoc in civitate regia. *Ibi.* In opere suo. *n.* 33. *Templi ædificatio in honorē idoli opus regis Achab, Dei veri dicitur irritatio, dum enim Achab falso numini, quod colebat, templum dedicabat, verum numen, quod contemnebat, irritabat.*

3 *Reg.* 16. *nu.* 33.

3109 3 *Reg.* 18. Vade & ostende te Achab &c. *n.* 1. *Caiet.* Prædicit Deus Eliæ, quód cúm se manifestaverit regi, dabit pluviam: ut intrepidus accedat propter beneficium pluviæ affuturum, ob cuius defectum rex persequebatur ipsum. *Ibi. Volebat enim Deus pluviam dare, sed hoc beneficium regi noluit nisi mediatore Elia exhibere, ut sic Elias beneficio illo quasi quodam amoris vinculo iratum adversùm se regem alligaret, ne Eliam ampliùs persequeretur existimans eū regni perturbatorē, sed prose queretur agnoscens eum regni benefactorē.*

3 *Reg.* 18. *nu.* 1.

3110 3 *Reg.* 20. Cras igitur &c. *n.* 6. *Caiet.* Nova itaque petitio consistit in direptione totius civitatis, quantùm ad ea, quæ sunt desiderabilia: hoc est quó ad pretiosa quæq; : nam vbi legitur, & omne quod eis placuerit; hebraicè habetur, Et erit omne desiderabile oculorum tuorū ponent in manibus suis, & tollent. Pulchra ergo, & pretiosa quæque mobilia petit. *Ibi. Stultus certé deprædator, qui qua hora venturus esset, illis, à quibus preciosa quæque deprædari volebat, enunciabat, ac si in illa hora nec rex, nec aliquis servus regis auderet, ut bona sua defenderet, vigilare, nec ante horam illā pretiosa domus suæ præ timore hostium auderet occultare.*

3 *Reg.* 20. *nu.* 6.

3111 3 *Reg.* 20. Vocavit &c. *nu.* 7. *Caiet.* Proponit rex senioribus terræ quòd rex Syriæ non quærit malum ipsius regis Israel solius, sed malum totius civitatis, & ad exaggerandū petitionē manifestat senibus, quòd primæ petitioni, quæ ipsum regem solum tangebat non negavit assensum, sed habito illo assensu novam hanc petitionem adversùs totam civitatem rex Syriæ addidit. *Ibi. Alludit ad dicta in n.* 6. *in quo agitur de expoliatione totius civitatis, & omnium subditorum eius.*

3 *Reg.* 20. *n.* 7

Prudens in hoc fuit Achab, bona domus regiæ, imò & vxores & filios suos, quin ad consilium seniores regni vocaret, se daturum promisit tyranno. quādo veró tyrannus etiam servorum ipsius bona sibi auferenda declaravit, seniores regni in cōsilium venire iussit, ut sic illis ostenderet à se rege non tam bona sua, quàm bona suorum æstimari: ac proinde non pro bonis suis, sed pro bonis servorum defendendis velle se belli periculo exponere, & cum tyranno potentissimo decertare; quod in responsione expresè demonstravit dicens, Dicite domino meo regi &c. *n.* 9. 3112

3 *Reg.* 20. *nu.* 7.

3 *Reg.* 20. Ne glorietur accinctus æqué, ut discinctus. *n.* 11. *Caiet.* Hebraicé habetur, sicut solutor, sed sensus in idem redit: proverbium obijcit rex Israel. Sonat autem proverbiū, Ne glorietur accinctus ad prælium, seu victoriam, sicut gloriatur solvens, seu aperiens: hoc est qui iā vicit, & aperit thesauros, solvitque sacculos eorū, qui victi sunt. Multa enim intercedere possunt inter os, & offam. Et hoc directé adversùs iactantiam regis Syriæ fuit: propter quod excitatus magis rex Syriæ mādavit oppugnari civitatem. *Ibi. Rex, Achab meritò in hoc loco nominatur, in quo iam contemnens tyrannum, nec dominum suum, nec regem eum appellavit, qui enim amore suorum cum potentissimo tyranno volebat dimicare, regio merebatur vocabulo nominari.* 3113

3 *Reg.* 20. *nu.* 11.

3 *Reg.* 20. Ecce ego tradam eū in manū tuā hodie. *n.* 13. *Caie.* Pensandā multitudinē magnā hostiū proponit, ut magnitudo beneficij libretur. 3114

3 *Reg.* 20. *nu.* 13.

Ibi. Tyrannus Samariæ totius pulverē pugillis suorū militū non sufficere minabatur dicēs. Hæc faciāt mihi dij, & hæc addant si suffecerit pulvis Samariæ pugillis omnis populi, qui sequitur me. *n.* 10. *Ego verò tibi totā multitudinem exercitus eius in manū tuā tradā in pulverē redigendā. Hoc vnū pro tanto tibi à me beneficio cōferendo à te posco, scilicet, ut agnoscas me dominatorē, ut ex hac cognitione, quando non me diligis, meū saltem possis elicere timorem.*

3115 3 *Reg.* 20. Quis incipiet præliari? Et illé dixit, Tu. *n.* 14. *Caiet.* Perpende

3 *Reg.* 20. *nu.* 14. quód nō quæsivit Achab, quis inter nos Israelitas incipiet præliū, sed quis incipiet, an rex Syriæ, an ego. Quæsivit enim an expectādū esset, quòd hostes inciperēt præliari, an ipsi Israelitæ deberēt aggredi hostes? Et propterea propheta respōdit, Tu inchoabis præliū: hoc est tu cū gēte tua, pueris provinciarū præcedētibus aggrederis hostes. *Ibi. Primus enim, qui arma movet ostendit se animosiorē, & hostes reddit timidos, suisque augit fortitudinē, aspicietibus ipsū quasi iam victorem.*

3116 3 *Reg.* 20. Et percussit vnusquisq; virum &c. *n.* 20. *Caiet.* Ecce victo-

3 *Reg.* 20. *nu.* 20. ria, & evasit Benadad rex Syriæ in equo cum equitibus suis. Hebraicé habetur, Et equites; Vt intelligamus pedites percussos fuisse, & versos in fugā: & ideo equites fugisse. *Ibi. Nō Benadad rex primus fugit, sed postquā nō solúm pedites, sed etiā equites exercitus sui in fugā versos vidit, se cum equitibus ad eius custodiā deputatis in equo suo fugæ dedit; ne si primus ipse fugā faceret, omnes alios exemplo sui regis fugā iniisse aliquis existimaret, & sic totū totius cladis infortuniū regi tribueret. Vltimus ergo rex fugere voluit: Vltimus, ut vel sic suo cōsuleret honori. Fugere, ut sic suo satisfaceret timori*

3117 3 *Reg.* 20, Et levavit eū in currū suū.

3 *Reg.* 20. *nu.* 33. *n.* 33. *Caie.* Nō habetur in Hebræo suum: quāvis verisimile sit quòd honoraverit eum tāquā fratrē in proprio curru. Et elevavit. *n.* 33. *Adhuc Achab rex erat in curru, in quo pugnaverat. Currus enim qui ei in prælio fuerat militaris, post præliū currus erat eidē triūphalis, in quē tamē, dum regem á se captivum in bello elevabat, non solùm potentiam, sed & clementiam demonstrabat.*

3 *Reg.* 20. Quia dimisisti virū dignū 3118

morte &c. *n.* 42. *Caiet.* Hebraicé habetur, Destructū meū (siue virum retis mei) de manu. Si prima lectio placet, 3 *Reg.* 20. *nu* 42. rex Syriæ appellatur á Deo destructus meus, quia verè ipse destruxerat illius exercitū. Si verò secūda amplectitur lectio, veré quoq; rex Syriæ vir retis divini dicitur, quia tanquā cōprehēsus intra rete fuit ab ipso Deo. *Ibi. Indigné nāq; Dominus ferebat quòd Achab erga eū, quē Deus ei occidendū in manus dederat, se misericordē vellet ostentare, quasi verò ipsum Deū in cōmiseratione posset superare, parcendo ei, quē Deus indignum venia iudicaverat.*

3 *Reg.* 21. Surge, & descēde in oc- 3119

cursū Achab &c. *n.* 17. *Caiet* Occurrit

quæstio quomodo verificātur hæc, 3 *Reg.* 21. *nu.* 18. videlicet quòd rex esset in Samaria, & esset in vinea Naboth: cùm vinea esset non in Samaria, sed in Iezrael, ut in principio huius capituli dictū est? Significatur celeritas executionis cum aggravatione. Est enim sensus, Vade in occursum Achab regis Israel, qui residens in Samaria, audita morte Naboth, ecce sine mora est in vinea ad quam descēdit. *Ibi. Surrexit, & descendit Achab ad culpā cōmittēdā: surgere, & descendere iubetur Elias ad pænā ei enunciandā: ne minùs diligens ostendatur Dei minister ad suppliciū peccatori inferendū, quā ipse peccator ad flagitium contra Deum perpetrandum.*

3 *Reg.* 21. Venūdatus est ut faceret 3120

malū. *n.* 25. *Caie.* Legēdū est, qui se vēdidit ad faciēdū malū in oculis Do- 3 *Reg.* 21 *nu.* 25. mini: quia incitavit eū Iezabel vxor eius. Hoc est ad instar vendentis se ipsum, addixit se servituti ad faciendum malum, ut servitus hæc nō coacta, sed voluntaria intelligatur: & occasio reijcitur in vxorem. *Ibi. Nō alicui venditus fuisse dicitur Achab, sed solùm*

solùm ad quid venundatus fuerit explicatur, scilicet ad faciendū malum, ut quisquis malū aliquod facere intentaret, ipsum adiret, qui quasi sibi iā venditus esset, ad quodcunq; malū vellet faciēdū, cito ageret.

3121 3 *Reg*. 21. Nō ne vidisti humiliatū Achab corā me? Quia igitur humiliatus est mei causa, no inducā malū in diebus eius, sed in diebus filij sui inferā malū domui eius. *n*. 28. *Caiet*. Hebraicé habetur é facie mea. Hoc est á timore meo. Et hinc insinuatur, quòd nō vsq; ad amorē Dei pervenit hæc humiliatio, sed in timoris termi-nis stetit. *Ibi*.

3 *Reg*. 21. *nu*. 28.

3122 *Et infrà ad illud*, Nō inducā malū in diebus eius. *n*. 28. *sic ait Caiet*. Vide Dei bonitatē, nō absq; præmio relinquētē humiliatū Achab quāvis ex timore. Sed ipsum præmiū tēporale attestatur quod diximus: videlicet stitisse humilitatē eius intrà terminos timoris. *Ibi*. Corā me. *n*. 28. *Nō enim iā Dominus regē Achab post terga demittebat, sed in oculis, nēpe ut iā conversum eum Dominus habebat. Quemadmodum enim Deus post terga reijcit delinquentē, sic in oculis habet pœnitentem.*

3 *Reg*. 21. *nu*. 28.

3123 3 *Reg*. 22. Egressus est autē spiritus & stetit corā Domino, & ait, Ego decipiā illū. Cui locutus est Dominus, In quo? *n*. 21. *Caiet*. Ex cætu stantiū á sinistris egressus narratur iste spiritus: & prodijt in mediū ante faciē sedentis Dei in solio, & obtulit se ad decipiendū. Nominatur iste ab officio, quia spiritus officiū exercendo decepturus erat. Egressus autē eius significat affectū eius ex intimis prodeuntem ad huiusmodi deceptionis modum subiunctum. *Ibi*.

3 *Reg*. 22. *nu*. 21.

3124 *Deinde sic progreditur idē Caiet*. Stare autē eius in medio, offerēdo se promptissimum, desideriū mali spiritus ad huiusmodi deceptionē simul cū impotētia hoc faciēdi sine permissioné Divina, ac affectu ut permittat Deus, significat. Instruimur enim hinc quòd dæmones quāvis valde cupiāt decipere nos, non nisi permissi speci-aliter possūt facere quod cupiūt. *Ibi*.

3 *Reg*. 22. *nu*. 21.

Si iā egressus dicitur hic spiritus, quomodo ipse statim dicit, Et egrediar? Duplex igitur illius egressus indicatur. Vnus, quo à se ipso egressus, maluit, ut invidus, ex Angelo in dæmonē cōmigrare, quā hominē in Deum assumptione humanitatis conversum super Angelos elevatū intueri. Alter, quo à Deo egressus fuit, dū illū diligere noluit per benevolentiā, in se ipsum regressus per concupiscentiam. 3125

3 *Reg*. 22. Et ait ego decipiā illum, cui locutus est Dominus, in quo? *n*. 21. *Caiet*. Introducitur Deus inquirēs modū decipiēdi, nō quia nesciret. sed ut instrueremur, & alienas esse á Divinis machinationes diabolicas, & subdi eas in specie sigillatim providentiæ divinæ. *Ibi*. *In quo decipies rogat spiritū se offerentē ad decipiendū Dominus. Maluit enim se ignorantē simulare, quā machinatricem mali adversùs hominē divinam sapientiam esse demonstrare.* 3126

3 *Reg*. 22. *nu*. 21.

3 *Reg*. 22. Et ille ait, Egrediar, & ero spiritus mē dax in ore omniū prophetarū eius. Et dixit Dominus, decipies, & prævalebis: egredere, & fac ita. *n*. 22. *Caiet*. Veré dicit, Egrediar, quoniā extra rectitudinē operatio eius futura erat. *Ibi*. *Et ad illud*, Et dixit Dominus, Decipies &c. *sic ait Caiet*. Manifestat Deus efficaciā huiusmodi. Vbi adverte officiū esse diaboli decipere, & prævalere: & hoc officiū diabolicū vsq; adeo versari in curijs, ut Diogenes definierit, curiā esse locū ad decipiēdum & prævalēdum. *Ibi*. In ore omnium. *n*. 22. *Vt dū omnes idē prædicerēt, cōcordia prædictionū, crederentur veritatem regi prænunciare, licet propheta Dei oppositum venturum regi prædicaret.* 3127

3 *Reg*. 22. *nu*. 22.

3 *Reg*. 22. Dixit itaq; rex Israel ad Iosaphat, Sume arma, & ingredere prælium, & induere vestibus tuis, porro rex Israel mutavit habitū suū, & ingressus est bellū. *n*. 30. *Caiet*. Nam causa honorādi Iosaphat simulavit rex Israel se non cum apparatu regio ingressurū præliū, ut totus honor 3128

3 *Reg*. 22. *nu*. 30.

exhiberetur Iosaphat. Secundũ tamen rei veritatem mutavit se timore Syrorum, vel sciẽs mandatũ regis Syriæ adversus regẽ Israel in specie quod in litera subiungitur, vel solicitatus exaudita prophetia per os Michææ de ipsius regis occubitu in illo prælio. Cogitavit enim sibi minus imminere periculũ, si non agnitus protegeretur vehiculo currus. *Ibi. O fallacia simulacrum! sub amicitiæ pallio, dũ te cõmuni indumento, regẽ verò tui auxiliatorem regali habitu indutũ ingredi prælium affectabas, inimicitiæ mõstrũ contegebas. Non enim regẽ tui sociũ appetebas videre purpuratum, sed cruentatum, vel, si eum purpuratum intueri cupiebas, eum sic sperabas videre, nõ persui vestimẽti colorẽ, sed per corporis sui cruorẽ*

3 *Reg.* 22. At ille dixit aurigæ suo, 3129
Verte manum tuã, & eijce me de
exercitu, quia graviter vulneratus 3 *Reg.*
sum. *n.* 34. *Caiet.* Iuxta Hebræũ ha- 22. *nu.*
betur, quia ægrotavi, Noluit indica- 34.
re quód vulneratus esset, sed simulavit ægritudinem sibi supervenisse, ne exterreretur exercitus audiens regẽ vulneratũ. Et eó magis occultare suũ vulnus sperabat, quó in curru erat ignoto: utpote sine apparatu regio. *Ibi. Non solùm se vulneratum, sed & graviter vulneratum se esse asseveravit, ne auriga eum levi de causa velle se à belli periculo extrahi cogitaret, sed gravi motum causa, & ut sic libentiùs verberans equos, eos verteret, ut currum, maiori qua possent, celeritate ferrent, excitaret.*

SONVS XXIIII.

Achan.

Ex D. Ambrosio.

3130  *osue* 7. Et dixit Iosue,
Iosue 7. Heu Domine Deus, quid
num. 7. voluisti traducere popu
& 8. lum istũ Iordanẽ fluvium, ut traderes nos in manus Amorrhæi, & perderes? Vtinã, ut cæpimus, mansissemus trans Iordanẽ. Mi Domine Deus, quid dicam, videns Israelẽ hostibus suis terga vertentem? *n.* 7. *&* 8. *D. Ambr. lib.* 2. *de offic.* Propter avaritiam præcipitatus Achan, in exitium deduxerat totã plebem parentũ. Itaq; Iesus Nave, qui potuit solẽ sistere ne procederet avaritiam hominum non potuit sistere, ne cerperet: ad vocem eius sol stetit, avaritia nõ stetit. Sole itaque stante confecit Iesus triumphũ, avaritia autem procedente, penè amisit victoriam. *cap.* 26. Mi Domine Deus. *n.* 8. *Dum Dominum dicebat Deum suum, non universale dominium, secundùm quod Deus totius creaturæ Dominus est, Deo Domino denegabat: sed specialem Dei erga se ipsum ostendebat amorem, quo Dominus Deus ipsum ita diligebat, ac si solum eum ut suum adamaret.*

Iosue 7. Dixitq; Dominus ad Iosue, 3131
Surge, cur iaces pronus in terra? Pec
cavit Israel, & prævaricatus est pac- *Iosue* 7.
tum meum: tulerũtq; de anathemate *nu.* 10.
& furati sunt atque mentiti, & abs- *&* 11.
conderunt inter vasa sua. *n.* 10. *&* 11. *D. Ambros.* Ita incubuerunt mores hominum ad admirationem divitiarum, ut nemo nisi dives honore dignus putetur. Neq; hic recens vsus sed iã dudũ, quod peius est inolevit hoc vitiũ humanis mẽtibus. Siquidẽ cũ Hierico magna civitas tubarũ sacerdotalium sono corruisset, & Iesus Nave potiretur victoria, cognovit infirmatam esse virtutem populi per avaritiam, atq; auri cupiditatẽ. *lib.* 2. *offi. cap.* 26. *Et allu-*

3132 *Et alludens ad illud.* Et abscōderunt inter vasa sua. *n. 11. & ad illud.* Vidi inter spolia pallium coccineum valde bonum & ducentos siclos argēti, regulámq; aureā quinquaginta siclorum: & cuncupiscēs abstuli, & abscōdi in terra cōtra mediū tabernaculi mei, argētumq; fossa humo operui. *n. 21. sic ait idē D. Ambr. lib. 2. offic.* Quid, ut alijs sit ille copiosior qui habet? Nūquid idcirco honestior, quia habet quo honestas plerūq; amittitur, quia habet quod custodiat, magis quám quod possideat? Illud enim possidemus, quo vtimur: quod autē vltra vsum est, nō vtiq; habet possessionis fructum, sed custodiæ periculum. *cap. 26. Dignus certè erat honore Achan ob suā nobilitatē, cū vnus esset ex tribu regia Iuda, sed cùm per divitias vellet maiorē sibi honorē cōparare, indignus honore factus est propter cupiditatem.*

Iosue 7. nu. 11. & 21.

3133 *Iosue 7.* Respōditq; Achā Iosue & dixit ei, Verè ego peccavi Domino Deo Israel, & sic, & sic feci. *n. 20. D. Amb. lib. 2. de offici.* Cùm de spolijs vrbis incensæ sustulisset Achan vestem purpureā, & ducēta argēti didrachmatā, & linguā aureā, oblatus Domino negare nō potuit, sed prodidit furtum. Vetus igitur, & antiqua avaritia est, quæ cum ipsis divinæ legis cæpit oraculis, imò propter ipsam reprimendam lex Dei data est *cap 26. Domino Deo se peccasse fatetur Achan, in quo nempe & Domini sui timorem, & Dei sui amorem perdidisse testatur: si enim Dominum timeret, vel Deum amaret, legem Domini Dei sui de non auferendo aliquid de vrbe Hiericho minimè violaret.*

Iosue 7. nu. 20.

Ex D. Hieronymo.

3134 Iosue 7. Et aversus est furor Domini ab eis. Vocatumq; est nomen loci illius, Vallis Achor, vsque hodie, *n. 26. D. Hieron.* Longum est, si velim de valle Achor dicere, idest tumultus, atq; turbatus, in qua furtum & avaritia cōdemnata est. *Epist. 27. Et ad illud Oseæ 2.* Ducā eam in solitudinē & loquar ad cor eius. Et dabo eis vinitores eius ex eodē loco, & Vallē Achor ad apariendā spē, & canet ibi iuxta dies iuventutis suæ, & iuxta dies ascēsionis suæ de terra Ægypti. *n. 14. & 15. Sic ait idem D. Hierony.* Loquetur ad cor eius, & lugētē cōsolabitur, & dabit ei possessionē inde: hoc est de pœnitentia, & merore, qui operatur salutem. Et humilitas cōturbati cordis eius (hoc enim interpretatur Vallis Achor) aperit intelligētiā, ne ignoret creatorē suū. *in commento Isaiæ ad cap. 63. in fine.*

Iosue 7. nu. 26.

Oseæ 2. nu. 14. & 15.

3135 *Et ad illud Isaiæ 65.* Vallis Achor in cubile armētorum populo meo, qui requisierunt me. *n 10. sic ait idem D. Hieron.* Vallis Achor, de qua & in libro Iesu filij Nave legimus, quòd ibi interfectus sit Achan, qui furatus est de anathemate, & de spolijs Hiericho & cum omni domo sua interfectus, atq; ex eo quòd turbaverit populum locus ipse in quo hoc accidit Achor; idest turbationis, ac tumultus nomē accepit. Vallis igitur Achor, in qua quodā maledictio fuit, atq; supplicium, erit in armentorum requiem *in commen. Isaiæ ad cap. 65.*

Isai. 65 nu. 10.

3136 *Et infrà sic pergit idem D. Hieron.* De hac Valle & in Osea mysticè scriptū est: Loquar ad cor eius (haud dubiū quin Hierusalē) & dabo possessores illius inde, & Vallem Achor, ut aperiat intelligentiā illius. Idcirco enim Vallis Achor in possessionē traditur armētorū populi Dei, & saltus vertētur in caulas gregum; ut aperiatur intelligentia & Domini veritas cognoscatur, *loco citato.*

3137 *Et alibi sic loquitur idē D. Hier.* Achor qui de anathemate Hiericho aliquid est furatus, turbavit populum, & ex peccato Valli nomen inditum est Emek Achor: idest Vallis tumultus. *in comment. Michææ ad cap. 4. in fine.* Et aversus est furor Domini &c. *n. 26. Dominus enim à quo per vnius culpā populus aversus censebatur, per pœnitentiam eiusdem ad Dominum conversus fuisse videbatur. Et ideo furor Domini, I*

Iosue 7. nu. 26.

qui contra populum propter culpam fuerat conversus, propter pænitentiam à populo dicitur aversus: ut non iam contra populum Domini furor, sed erga populum Domini favor in promptu esse crederetur.

Ex D. Chrysostomo.

3138 *Iosue 7. num. 1.* Iosue 7. Filij autē Israel prævaricati sunt mandatum, & vsurpaverunt de anathemate. Nam Achan filius Charmi, filij Zabali, filij Zare de tribu Iudà, tulit aliquid de anathemate: iratusq; est Dominus contra filios Israel. *n. 1. D. Chrysost.* Cùm vniversus populus servaret præceptum, vnius prævaricatio in vniversam multitudinem concitavit irā Dei. Vnus erat qui peccaverat. Quomodo igitur peccaverūt filij Israel, ac Deus iratus est filijs Israel? Vides quomodo vnius peccatū toti populo vindictā accersit? Quomodo Deum adversùs multitudinem hostem reddidit? *ho. 1. de verbis Isaiæ.* Vidi Domin. *Si vnus solus Achā aliquid de anathemate surripuit, cur hoc crimen omnibus filijs Israel à Domino imputatur? Ita namq; vnius delinquētis flagitio omnis alioqui innocens congregatio infamatur.*

3139 *Iosue 7. num. 1.* *Iosue 7.* Nam Achan filius Charmi &c. *D. Chrysost.* Quoniā igitur fuerat perpetrata legis trāsgressio, neq; quisquā erat conscius præter solum Deū, qui novit occulta, vltio quidē differebatur: cæterū qui hoc perpetrarat tametsi videbatur latere, tamen á cōscientia velut ab igne vrebatur. *Hom. citata. Nobilitas generis hic exprimitur, ut enormitas criminis augeatur, viro enim de regali tribu indignum crimen erat latrocinium.*

3140 *Iosue 7. n. 2. 4. & 5.* *Iosue 7.* Cumq; mitteret Iosue de Iericho viros cōtra Hai &c. *Et infrà* Ascēderunt ergo tria millia pugnatorū, qui statim terga vertentes percussi sunt à viris vrbis Hai. Et corruerūt ex eis triginta, & sex homines &c. Pertimuitq; cor populi, & ad instar aquæ liquefactum est. *n. 2. 4. & 5. D. Chrysost.* Venit igitur tēpus, quo fieret quod comminatus fuerat Deus, quoq; peccatū veniret in propatulū. Misit, inquit, Iesus viros ab Hiericho in Hai. Et ascēderunt illuc viri ferè ter mille, fugeruntq; à facie virorū Hai, & occiderunt ex illis viros triginta sex, & expavit cor populi, factūq; est velut aqua. Vide vnius peccati pænā, vide plagam acerbissimā, vnus peccarat, & in populū vniversum mors, ac trepidatio irruit. *hom. 1. de verbis Isaiæ,* Vidi dominum.

Et infrà sic iterum loquitur D. Chrys. 3141 *Iosue 7. num. 4. & 5.*
Quid hoc o bone Domine? Tu solus iustus, & recta iudicia tua Tu cuiq; iuxta propria facta reddis iudicium. *Ps. 118* Tu humani generis amator, dixeras *Rom. 2.* in suo quemq; peccato moriturū, nec *4 Reg.* alium pro alio daturū pænas. Quod *14.* igitur hoc est tuū iustum iudicium.

Deinde sic respondet. Bona sunt 3142 tua omnia Domine, & valde bona, & ad nostram vtilitatem dispensata Lues quædam, inquit, est peccatum, per vltionem vulgetur, ac traducatur apud omnes, ne corrumpat omnes, ut vbi cognoverint quātas minas vna pepererit transgressio, fugiāt vltionem, de multis alioqui sumendam æternam vindictam. *hom. citata Forsan Achan sua ductus cupiditate inter illa tria millia pugnatorum ad civitatem Hai ire festinavit, ut suam ex spolijs avaritiam posset explere: eadem tamen cupiditate excitatus cum propugnatoribus terga vertentibus, primus forsan fugam inijt, ut quem adversa fortuna belli à bonis acquirendis defraudarat, fuga ad fruendum bonis iam furto sublatis vivū reservaret.*

Iosue 7. Et ait Iosue ad Achan, Fili mi, da gloriam Domino Deo Israel, & confitere, atq; indica mihi quid feceris, ne abscōdas. Respōditq; Achā Iosue, & dixit ei, Verè ego peccavi Domino Deo Israel, & sic, & sic feci Vidi enim inter spolia palliū &c. *n. 19. D. Chrysost. alludens ad ea qua dicuntur in hoc cap. 7. numer. 16. 17. & 18.* 3143 *Iosue 7. à n. 16.*

& 18. *In quibus exponitur quo pacto Achan inventus fuerit furti commissi reus, sic ait.* Prædicatur igitur hoc in populo & à Deo proditur, qui hoc perpetrarat, ille fatetur. Respōdit enim Veré peccavi in cōspectu Dei Israel, sic, & sic feci: Videbā in præda pallium variagatum vnum pulchrū, ducentaq; argenti didrachma, & linguā vnā aureā quadraginta didrachmorū & concupiscens cepi, & ecce hæc defossa sunt humo in tabernaculo meo. *hom.* 1. *de verbis Isaia.* Fili mi. *n.*19. *Latronem filium suum dux clementissimus appellabat, non enim in Achan furtū quod detestabatur, sed humanam conditionem attendebat, quam amabat.*

3144 *Iosue 7. nu.*25. *Iosue* 7. Dixit Iosue, quia turbasti nos exturbet te Dominus in die hac. Lapidavitque eum omnis Israel: & cuncta quæ illius erant igne consumpta sunt. *nu.* 25. *D. Chrysost.* Hoc transgressionis præmium; talis Dei vindicta, quæ per corruptelam vitari non potest. *Homilia allegata. Meritò sic punitur Achan, qui ex vrbe Iericho mundi typo pallium, quo vitia sub virtutis prætextu palliaret; & regulam auream, qua actiones suas secundùm mundi regulas, seu leges, quæ mundanis videntur esse aureæ, regularet, furatus fuerat. Sed Deo crimen illius manifestante non potuit furtum pallio occultare, nec lingua aurea illud excusare.*

Ex D. Augustino.

3145 *Iosue 7. num.* 4. *& 5.* Iosue 7. Ascenderunt ergo tria millia pugnatorum, qui statim terga vertentes, percussi sunt á viris vrbis Hai. Et corruerunt ex eis triginta & sex homines, persecutique sunt eos adversarij de porta vsque ad Sabarim, & ceciderunt per prona fugientes: pertimuitque cor populi, & ad instar aquæ lique factum est. *nu.* 4. *& 5. D. Augustinus.* Factum est ut Achan de tribu Iudá furaretur de anathemate civitatis Iericho contra præceptum Domini: & propter eius peccatū tria millia qui fuerunt missi in Hai, dederunt terga hostibus; & occisi sunt ex triginta sex viri; & populo graviter territo, Iesus cum Senioribus se prostravit ad Dominū eique responsum est ideo factum esse, quòd peccaverit populus. *lib.* 6. *super Iosue q.* 8.

Cor populi perterritum fuisse refertur: agnovit enim populus aliquod in corde sibi esse venenum, quod nisi medicamento aliquo à corde extraheret ad omnia populi membra serpens, ut iam triginta sex de populo occiderat, cæteros necaret. Et verum cogitabat; erat enim avaritia mortiferum venenum, quod ab vno Achan contagium, nisi è medio Achan ipse tolleretur, facilè in reliquos derivaret. 3146 *Iosue 7. num.* 5.

Iosue 7. Ascenderunt ergo tria millia &c. *ut suprá n.* 4. *&* 5. *D. Augustinus in quæstionibus ex veteri testa. sic ait.* Si anima, quæ peccaverit, ipsa morietur, quid est ut Achan filius Charmi peccaverit, & triginta sex viri occisi sint in causa eius? Alio sensu scriptura locuta est, quàm propositum est. Non enim de hac morte, quæ cōmunis vtique omnibus est, dixit, sed de illa, quæ appellatur secūda. Hæc enim peccatores suscipit: illis autem, qui in pugna mortui sūt, non peccatum Achan redditum est, sed obfuit illis ne in protectione divina adiuti inua lescerēt hostibus. *quæst.* 36. 3147 *Iosue 7. num.* 4. *& 5.*

Deinde sic pergit. Nec enim causa Achan infirmati sunt, sed Dei auxilio minimé muniti, ut dum fortiter facere nequeunt, occiderentur. Nā pauci fuerunt contra multos, vnde, & superati noscuntur. Nulla ergo iniustitia in voluntate Dei est: in potestate enim habet si adiuvare vult; ut si idfecerit, misericors sit, si noluerit, iustus: neque enim in talibus debitor est, ut teneatur obnoxius. Hinc est quòd Iesus Nave constitutus scidit vestimenta sua, intelligens non sine causa Deum auxilium subtraxisse. *eadem q.* 36. *Terga vertentes statim percussi ab hostibus fuisse dicuntur,* 3148 *Iosue 7. num.* 4. *& 5.*

tur, ac si ideo terga verterent ut flagella exciperēt ab hostibus, quasi à Dei minis- tris qui illos ob crimen à socio illorum cō missum flagellarent.

3149 *Iosue* 7. Quicunq; ille in hoc fa-
Iosue 7. cinore fuerit deprehēsus, cōburetur
nu. 15. igne cum omni substātia sua: quoniā prævaricatus est præceptū Domini, & fecit nefas in Israel. *n.* 15. *D. Aug.* Nec movere debet, quòd nō ipsū tātū sed etiā omnia, quæ sunt eius, Deus cremāda igne prædixerit. Sic enim ait: Igne cremabitur, & omnia quæcūq; sunt ei. Omnia enim quæcun-
1 *Cor.* 3 que sunt ei, opera eius possunt in-
nu. 15. telligi, quæ cum illo dixit cōcremāda: nā sicut dicit Apostolus de quibusdā operibus igne cōsumptis, ipse autē salvus erit. *lib. 6. super Iosue. q.* 9.

3150 *Deinde sic pergit.* Si huius peccatum
Iosue 7. ita intelligendum est, ut etiā æterno
nu. 15. igne puniatur, filios eius, & filias cū pecoribus, & omnibus quæ habebat, populus quidē cùm eum puniret, simul lapidibus obruit; nō tamē hoc iudicio humano, sed prophetico spiritu fecit Iesus: sive ita intelligens, omnia quæ sunt ei, ut nec filios censeret exceptos, lapidationis etiā pænā pro igne ingerens: sive opera eius quæ post mortē Deus in illo fuerat crematurus, non solùm per cætera, quæ illi erāt, verùm etiam per filios eius significans. *q. 9. citata. Quicunq; sive nobilis, sive ignobilis: pæna enim quā Deus delinquenti inferendam proponebat, non personam, sed culpam delinquentis inspectabat.*

3151 *Iosue* 7. Quicunq; ille in hoc fa-
Iosue 7. cinore &c. *n.* 15. *Et infrà.* Lapidavit-
nu. 15. que eum omnis Israel: & cuncta quæ
& 25. illius erāt, igne cōsumpta sunt. *n.* 25. *D. Augu. lib. 6. super Iosue.* Meritò quæritur cùm Dominus propter illum, qui de anathemate furtum fecerat, præceperit eum, qui fuisset ostēsus, igne cremari, cur eum ostensum Iesus lapidari potiùs, à populo fecerit? An ita eum mori oportuit quemadmodum Iesus, qui propiùs Dominum sequebatur, verba iubentis intelligere potuit? Sic enim alius quisquam non facilè potuit. *q.* 9.

Forsan intellexit Iosue, quòd Deus 3152
imperasset reū furti per conflagrationē oc- *Iosue* 7.
cidendū, nisi ipse deprehensus veram cri- *nu.* 20.
minis faceret confessionē, unde cum audiret Achan dicentē, Verè ego peccavi Domino Deo Israel, & sic, & sic feci. *n.* 20. *Crimen suum cum omnibus circūstanciis confitentē, non iussit eum cremare, sed solum lapidare: ut confessio si non omnino ab eo auferret pænam, quia nimiū tarda fuit, saltem pænam aliquantulum levaret, dum cremationem in lapidationem transmutaret.*

Iosue 7. Quicunq; ille &c. *suprà n.* 3153
15. Et lapidavit eum &c. *Vt sup. nu.*
25. *D. August.* Quærēdum est, cur la- *Iosue* 7.
pidationē ignē appellaverit Domi- *nu.* 15.
nus? Nā neq; ad intelligēdum verba & 25.
Domini quisquam potuit esse sapiētior, neq; ad faciendum quisquā obediētior. Proinde ignis nomine pænā potuisse significari, scriptura testis
est in Deut, vbi dicitur ad filios Is- *Deut.* 4
rael, Et eduxi eos de fornace ferrea *nu.* 25.
ex Ægypto: vbi vtique duram tribulationē intelligi voluit. *q. 9 citata.*

Posteà sic progreditur. Duæ autem 3154
mihi causæ occurrunt, nō ut ambæ
sint, sed ut altera ex eis, cur non ille *Iosue* 7.
cum suis omnibus evidenti igne cre- *nu.* 15.
matus sit. Si enim peccatum eius Do- & 25.
minus tale esse iudicavit, quod supplicio illo expiatum non puniret in æternum, propter ipsam expiationē, & purgationē, cōgruenter illa pæna ignis nomen accepit. Neq; ad hunc intellectum quisquā tēdere admoneretur, si eum propriè visibilis ignis exureret, sed in eo quisq; remaneret, quod apertè videbat impletum, nec aliquid vltra quæreret. *q.* 9.

Deinde progreditur ita idem D. Aug. 3155
Nunc verò cùm propter Dei verba,
& factum Iesu à quo prævaricari il- *Iosue* 7.
la verba non possent, certissimè di- *nu.* 15.
citur etiam lapidationē ignē fuisse, & 25.
diligēter agnoscitur illa pæna hominem,

nem, ne imposterũ peccato illo interiret, fuisse purgatum. Quòd significãt etiã vasa in Levitico, quæ iubẽtur igne purgari. *lib. 6. suprà Iosue q. 9.*

3156 *Iterũ sic loquitur idẽ D. Aug.* Si autẽ tale fuit illi peccatũ, propter quod eum etiã post istã vitã gehenna susciperet, ideo Iesus eum voluit lapidari, ut quod á Domino dictũ est. Igne cremabitur, illud admoneret intelligi, quod Dominus faceret, non quod ab ipsis esset faciẽdũ. Si enim dixisset Dominus, Igne eũ cremabitis, & omnia eius: huic sensui locus nullus esset. *q. 9 proximé citata.*

Iosue 7. nu. 15. & 25.

3157 *Adhuc sic fatur,* Cúm verò ita positũ est, ut magis videatur Deus, quod ei futurũ esset prædixisse, quã quod ei ab hominibus deberet fieri præcepisse, melius nõ potuit facere Iesus, qui divina verba, sicut tãtus propheta intellexit, qui etiã hoc ipsum prophetice fecit, quám ut illum lapidibus potiùs quã flãmis interimeret, ne in illis ignibus verba Domini viderentur impleta; quæ ad aliud dicta volebat intelligi. *q. 9 allegata.*

Iosue 7. nu. 15. & 25.

3158 Cúm omni substãtia sua. *n. 15 Nõ solum avarũ, sed etiã avari substantiã, seu divitiarũ copiã igne cõburendã fore Deus enunciabat, ut si nõ amore sui ipsius, amore saltẽ divitiarũ avarus de scelere commisso pænitentiã ageret, ut qui plus divitias, quã se ipsum deligeret, at proinde qui potiùs ne divitias perderet, quã ne se ipsum perderet crimen fateretur etiã prius quã Deus ipsum crimẽ coram omnibus manifestaret.*

Iosue 7. nu. 15.

3159 *Iosue 7.* Tollens itaq; Iosue Achã filium Vare, argẽtumq; & palliũ, & aureã regulã, filios quoq; & filias eius boves, & asinos, & oves, ipsumq; tabernaculum, & cunctã supellectilẽ: (& omnis Israel cum eo) duxerunt eos ad vallẽ Achor. Vbi dixit Iosue, quia turbasti nos, exturbet te Dominus in die hac. Lapidavitq; eum omnis Israel: & cuncta, quæ illius erant igne cõsumpta sunt. *n. 24. & 25. D. Aug.* Quæri solet quomodo iustè pro alterius peccatis in alijs vindicetur, maximè quia in lege Dominus dixit, Nec patres pro filiorum, nec filios pro parentum peccatis esse puniendos? *lib. 6. in Iosue q. 8.*

Iosue 7. nu. 24. & 25.

Deu. 24 nu. 16.

Quærit deinde D. Aug. An illud iudicãtibus hominibus sit præceptum ne quenquã pro altero puniãt, Dei iudicia nõ sint eiusmodi, qui alto, & invisibili cõsilio suo novit quatenus extẽdat etiã tẽporalẽ hominum pænã, salubremq; terrorẽ, nõ enim aliquid durum, quãtum attinet ad vniversi mundi administrationẽ, cõtingit mortalibus cum moriũtur, quãdoq; morituri, & tamẽ apud eos, qui talia metuunt, disciplina sancitur, ut nõ se solúm quisq; vivat in populo, sed invicem sibi adhibeant diligentiam, & tanquam vnius corporis, & vnius hominis alia pro alijs sint mẽbra sollicita. *q. 8.* 3160

Iosue 7. nu. 24. & 25.

Sic progreditur idẽ D. Aug. Nec tamẽ credendum est etiã pænis, quæ post mortẽ irrogãtur, aliũ pro alio posse damnari: sed in his tantũ rebus hanc irrogari pænã, quæ finẽ fuerãt habituræ, etiã si nõ eo modo finirentur. Simul etiã ostenditur, quãta cõnexa sit in populi societate ipsa vniversitas, ut nõ in se ipsis singuli, sed etiam tanquam partes in toto existimentur. *q. 8. citata.* 3161

Iosue 7. nu. 24. & 25.

Et iterũ sic fatur, Per vnius igitur peccatũ mortemq; paucorũ admonitus est populus vniversus, tanquã in corpore vniverso quærere quod admissum est. Simul etiã significatũ est, quãtum mali fieret, si vniversa illa cõgregatio peccasset, quando nec vnus quidem ita potuit iudicari, ut ab eo possent cæteri esse securi. *q. 8.* 3162

Iosue 7. nu. 24. & 25.

Adhuc super eundẽ textum, respondẽs eidẽ quæstioni D. Aug. sic ait, At verò si Achan ab aliquo invẽtus atque cõprehensus, & illius criminis reus ad iudiciũ Iesu fuisset adductus, nequaquã putandum est hominẽ iudicem vel pro illo, vel cum illo quenquam alium, qui societate facti eius minimé teneretur, fuisse puniturum. Nu- 3163

Iosue 7. nu. 24. & 25.

que enim ei mãdatũ legis licebat excelere, quòd datũ est hominibus, ne iudicio suo quod in hominẽ homini iustũ, sive permissum est, alterũ pro alterius peccato arbitretur esse plectendũ. Longè autem secretiore iustitia iudicat Deus, qui potẽs est etiã post mortẽ, quod homo non potest, vel liberare, vel perdere. *q.* 8. *citata.*

3164 *Tandẽ sic concludit.* Visibiles igitur afflictiones hominum, sive mortes, quoniam his, quibus ingeruntur, & obesse, & prodesse possunt, novit Dominus in occulto providentiæ suæ quẽadmodũ iustè quibusq; dispenset, etiã cúm aliorum peccata in alijs videtur vlcisci. Pœnas veró invisibiles quæ nõ nisi nocẽt, & prodesse non possunt, ita nullus Deo iudice pro alienis peccatis luit, sicut homine iudice luere nullus nisi pro sua culpa istas visibiles debet. Hoc enim præcipit homini iudici Deus, in his, quæ ad humanũ iudiciũ pertinẽt iudicãda quod in suo iudicio facit ipse, quò potestas non aspirat humana. *q.* 8. Lapidavitq; &c. *n.* 25. *Vt quisq; nimirum se immunem esse à latrocinio indicaret, si enim aliquis simili crimine teneretur, non auderet lapides tollere, ut illis Achan, cui se similem in crimine sciret, lapidaret: carnifex igitur quisq; fieri nõ renuit, volẽs sic honeris dispẽdio suspicionẽ furti declinare.*

Iosue 7. nu. 24. & 25.

3165 *Iosue* 7. Tollens itaq; &c. *n.* 24. *D. Aug.* Nec ideo sanè credẽdum est eos pro peccato patris, à quo innocẽtes erãt, etiã post mortẽ supplicio inferni ignis incensos. Mors quippe ista, quæ omnes manet, quãquã de primo peccato veniat, tamen quia ita nati sumus, ut necessariò moriendũ sit, accelerata quibusdã est vtilis. Vnde legitur de quodã, Raptus est, ne malitia mutaret intellectũ eius. Quo ergo iudicio Dei, vel misericordia, fuerit irrogata sive filijs eius, sive illis triginta sex viris, cúm omnes ab eius peccato alieni fuerint, latet apud eum, apud quem non est iniquitas. *q.* 9. *sæpe citata.*

Iosue 7. nu. 24. Sap. 4. nu. 11.

Occiduntur simul cum Achan filij eius, & filiæ, ne si filiorũ, filiarũmq; progeniem post mortem suam in vita mansurã divitias, quas ille iniustè collegerat fruituram inspectaret, de iniusta divitiarũ acquisitione minimè pæniteret: nec furto ablata restituere curaret: Amor enim filiorũ, ac filiarum, quibus vivis divitias traderet, ab ipso criminis illius pænitudinẽ propulsaret: eligeretque potiùs impænitens damnari, quàm pænitens aliena restituens progeniẽ suam divitijs defraudare. 3166

Iosue 7. nu. 24. & 25.

3167 *Iosue* 7. Quia turbasti &c. *n.* 25. *D. Aug.* Verúm illud in prõptu est, quòd & populum terribiliter oportebat quærere quod admissum est, & tãtò vehemẽtiùs timuerunt cæteri factũ eius imitari, quãtò magis humana exhorret infirmitas, & in tã magnũ tãque iustũ populi odiũ dari, & eis quos ad spẽ propagãdi generis se relictùrũ putabat, peccato suo secũ cõsumptis suis posteris emori. *q* 9 *Proximé citata. Nõ solum ea, quæ à Iericho Achan furto abstulerat, illa ab igne extrahendo, sed & omnia alia bona, quæ habebat inde non extracta, Iosue imperat igne cremari, ne si incombusta aliqua manerent, ex tactu manus avari veneno avaritiæ infecta, quẽlibet ea postea possidentem enecarent.*

Iosue 7. nu. 25.

Ex Ruperto Abbate.

3168 Iosue. 7. Nec poterit Israel stare &c. *n.* 12. *Rupert.* Vbi enim in sacerdotibus, vel eis, qui præsunt, avaritia regnat, & principatũ obtinet pecunia, hi qui sunt Israel arma virtutũ cõtra vitia tenẽtes, & pro ut oportet arguere, observare volẽtes, stare non possunt contra hostes liberé repugnãtes, quippe quos pecunia tuetur, ut de vitijs suis aliquãdo nõ saltem impuné arguantur. *lib.* 1. *Iosue cap.* 21.

Iosue 7. nu. 12.

3169 *Pergit Rupert.* Vnde & apud Evangelistã Ioannẽ pulchro mysterio dictũ tenemus, quia cùm Dominus noster facto de funibus flagello, vendẽtes, & emẽtes de tẽplo eiecisset, tũc demum accesserunt ea ei, & claudi ad eũ in tẽplo, & curavit eos. Non prius

Ioan. 2. nu. 15.

prius cæcos, & claudos curavit, quã illos latrocinantes de spelunca eiecit quia videlicet nõ vitia curari, nec virtutes possũt illustrari, nisi prius Mãmon de cordibus sacerdotũ, aut ipsi sacerdotes cum illo deo suo de templo Dei fuerint eiecti. *cap. 21. citato.* Non poterit stare &c. *n. 12. Tantum enim divitiarũ iniustè acquisitarũ põdus est, ut in vno positum magni exercitus milite, omnes eiusdem exercitus deprimat, ita ut nullus illorum adversùs hostes possit stare.*

3170 *Iosue 7. nn. 19. & 20.* *Iosue* 7. Et ait Iosue ad Achã *n.* 19 & 20 *Ruper.* Quanvis enim illo dicẽte: Fili mi da gloriã Domino Deo Israel & cõfitere, ille cõfitendo respõderit, Verè ego peccavi, nõ tamẽ vllã mereri veniã debuit, quia videlicet confessio nimiũ tarda fuit. Ante enim turbatus est Israel, quã ille reatum agnosceret, & ante sors iuridica Deo auctore prodidit personã, quàm ipse culpam. *lib. 1. Iosue cap. 21.*

3171 *Et alibi sic Rupert.* Achar de tribu Iudá fuerit Iudas Ischarioth discipulus Christi principis confessionis nostræ de tribu Iudá, & cũ eo pariter cætus ille malignãtiũ scribarũ, & pharisæorũ, cũ quibus de proditione salvatoris occultũ, & furtivũ habuit conciliũ. Revera nãq; tunc Achan furatus est de anathemate vrbis Hierico, quãdo fur loculorũ Domini Iudas ille in pretiũ sanguinis accepit triginta argẽteos, *lib. 1. in cap. 2. Osea.*

3172 *Iosue 7. nn. 19. & 20.* *Progreditur.* Et sicut sorte deprehẽsus Achan ille suo ore cõfessus est & dixit, Verè ego peccavi Domino Deo Israel, & sic & sic feci: & hic, & hæc concupiscẽs abstuli. Sic iste Iudas ore Domini traditur designatus, postmodũ cõfessus est, proijciẽs triginta argẽteos in tẽplo, dicẽsq; senioribus, & principibus sacerdotũ: Peccavi, tradẽs sanguinẽ iustũ, lapidatusque est Achan, pro ut cum Iudà traditore illo totus ille cætus traditionis & emptor, nec remansit lapis super lapidem. *loco proximè citato.*

Alludit Rupert. ad ea quæ in hoc cap. 7. Iosue à n. 14. vsq; ad finem capitis referuntur, dum explicatur quo pacto per sortes Deo iubẽte manifestũ fuerit, primò delinquentẽ fuisse ex tribu Iudà, secundò ex familia Zare, tertiò ex domo Zabdi quartò tandẽ fuisse Achan, qui non nisi postquam sic se deprehẽsum vidit crimen suũ cõfessus est, quod si antea cõfiteretur gloriam Deo daret. est enim peccatoris pænitentia gloria, divinæ Dei indulgentiæ. 3173 *Iosue 7. à n. 14.*

Ex Hugone Cardinali.

Iosue 7. Filij autẽ Israel &c. *n. 1. Hugo* Id est, Aliquis de filijs Israel. Et quod vnus fecit toti populo imputatur. Vnde Adamãtius; Vno peccãte ira super omnẽ populũ venit *ibi.* Nã Achã &c. *n. 1. Quæ nã est hæc dicti præcedentis probatio? Prævaricatores, & vsurpatores fuisse dicuntur filij Israel, ex eo quòd Achan fuerit prævaricator, & vsurpator? Ita sanè, dum enim aliquod cõmissum esse crimẽ in populo cognoscitur, neq; criminis auctor declaratur, totus populus & quilibet totius populi de crimine infamatur. Ex eo enim quòd nõ possit de aliquo in individuo flagitiũ patratũ suspicari, solet infamia omnes eiusdem populi homines dehonestare.* 3174 *Iosue 7. num. 1.*

Iosue 7. Nã Achan &c. tulit &c. *n. 1. Hugo.* Nã Achan: id est Achor. Et hæc est vera litera, ipse enim trinomius fuit. *Ibi. Trinomius fur hic fuisse dicitur, vocabatur enim Achan. Achar, Achor, & quidẽ merito, qui enim tria de anathemate surripuerat, scilicet pallium, & ducentos siclos, & regulã aureã tribus nominibus debuit nominari, seu potiùs infamari, utpote qui multis nominibus ex multis latrocinijs latro potuit nuncupari.* 3175 *Iosue 7. num. 1.*

Iosue 7. Invenit Achan &c. *n. 18. Hugo* Achar, Achor, Achan, idẽ nomẽ. *Ibi. Aptè dicitur quod Iosue invenerit Achan, ut hic absconditus fuisse significetur. Dũ enim Achan vidit sorte prima tribũ suã indicatã: sorte secunda familiã suã cõprehensam: tertia sorte domũ suã designatã timens quòd quarta sorte ipse inter viros domus suæ fur deprehenderetur, abscondit se ne ipse inveniretur. Existimans fortasse,* 3176 *Iosue 7. nu. 18.*

quod

quòd vir alter ex eadem sua domo aliquod maius latrociniũ cõmisisset, quē proinde sors emissa indicaret. Facilè enim quisq; de alio, quod ipse committit crimen, suspicatur. Et difficile manifestandũ credit, quod ipse secretò patrocinante solus operatur.

3177 *Iosue 7. nu. 19.* *Iosue* 7. Et ait Iosue ad Achan, *n.* 19. *Hugo Card.* Da gloriã: id est cõfitere peccatũ tuũ. In quo Iudæi cõfundũtur, qui dicunt, quòd nihil valet exterior cõfessio peccatorũ. Et cõfitere. Cõfessio enim peccatis ad laudẽ pertinet ignoscẽtis, & ad gloriã peccatũ demittẽtis. De qua gloria Isaiæ 42. Gloriã meã alteri nõ dabo, quia solus Deus peccata demittit. *Ibi.* Indica mihi. *n.* 19. *Nõ omnibus sed sibi soli quid fecerit indicari exposcit, ne Achã multis crimen confiteri adactus, nimis confunderetur.*

3178 *Iosue 7. nu. 21.* *Iosue* 7. Vidi enim inter spolia &c. *n.* 21. *Hugo Card.* Regulã, vel linguã secundũ hebræos, scilicet massã auri, ad modũ linguæ factã, *Ibi. Linguã Achan furto ablatã in terra absconditã esse procuravit, timens ne si abscondita non lateret, furto se ablatam fuisse declararet, ipsumq; latronem esse loquendo manifestaret*

3179 *Iosue 7. nu. 24.* *Iosue* 7. Tollẽs itaq; Iosue Achã ad vallẽ Achor. *n.* 24. *Hugo Card.* Ad vallem Achor prolepsis est: quia nondũ sic vocabatur, sed ab illo facto nomẽ accepit. *Ibi. Ergo Vallis in qua Achor fuit lapidatus ab illo cognomẽ accipisse refertur: in quo magnus lapidũ cumulus assurgebat, qui ibi furẽ ipsis lapidibus obrutũ demõstrabat, at furis monumẽtũ esset divini adversùs furem furoris monumentũ.*

Ex Lyra.

3180 *Iosue 7. num. 1.* I*osue* 7. Filij autẽ Israel prævaricati &c. *n.* 1. *Lyra.* Licet vnus solus in hoc peccaverit, tamẽ generaliter dicitur: Filij autẽ Israel prævaricati sũt eo modo loquẽdi, quo factũ vnius de cõmunitate maximè in malis, toti cõmunitati attribuitur. Et per talẽ modũ loquendi dicitur Mat. 26. De vnguẽto effuso super caput Iesu: Videtes autẽ discipuli, indignati sunt, cùm tamẽ vnus solus indignè tulerit, scilicet Iudas, ut habetur Ioan. 12. *n. suo* 4. *Quod fieri facilè posset, quasi iam factũ enunciatur: nisi enim vnus filius Israel Achan pro furto puniretur, omnes filij Israel facilè prævaricarent mandatum Dei, & de quolibet alio anathemate vsurparent; si enim vnius malè factoris viderẽt impunitatẽ, facilè similẽ cõmitterent iniquitatẽ.*

Iosue 7. Vidi enim inter spolia pallium &c. *n.* 21. *Lyra.* Furatus fuit regulã aureã. Regula beati Frãcisci aurea dicitur, & similiter regulæ aliorũ religiosorũ, eò quòd inducunt ad charitatẽ Dei, & proximi, quæ per aurũ significatur. Hanc autẽ regulã aureã furatur malus religiosus. Nam furtum est contractatio rei alienæ invito Domino. *in moral. n. suo* 1. 3181 *Iosue 7. nu. 21.*

Pergit Lyra. Dominus autẽ regulæ religiosæ cõvenienter dicitur institutor ipsius. Malus autem religiosus frangẽdo regulã cõtra voluntatẽ institutoris tractat eã. Similiter vestẽ furatur, nã indignè portat habitum religionis. Argẽtũ operit humo. Per argentum intelligi potest quælibet gratia, quam malus religiosus terra operit, nã ad quæstũ terrenũ eã convertit. Sed præcepto Iosue talis moritur in valle Achor, quæ interpretatur vallis tribulationis, & ideo significat pænã gehennæ, quæ est in profundis terræ. In hac igitur valle Achan punitur ad significãdum quòd malus religiosus ad mortem gehennæ per Christi iudicium condemnatur. *loco proximè citato.* 3182 *Iosue 7. nu. 21.*

Vidi inter spolia &c. *n.* 21. *Iosephus lib.* 16. *Antiq.* Achã dũ invenisset chlamidẽ regiã totã auro contextã, habẽtẽ auri massã, hoc est siclorũ põdo ducẽta, crudele iudicans, si is qui periculum habuerat, lucrum inveniẽs, quod in suã vtilitatẽ conferret, daret hoc Deo, & non magis egentis suffodit eam latere se iudicans Deum, sicu, & commilitones. 3183 *Iosue 7. nu. 21.*

Pergit Iosephus. Postea verò furtũ cõfessus est, & protulit in mediũ vestem. 3184

tem. Et ille quidem repetè peremptus, turpem pænam, & congruā suæ præsumptioni suscepit. *cap.* 1. Concupiscens abstuli. *n.* 21. *Non licet aspicere, quod non licet concupiscere; brevis enim ex oculis ad cor via est. Raró quod placet aspectui, displicet affectui.*

3185 *Iosue* 7. Tollens itaque Iosue Achā &c. *n.* 24. *Lyra.* Dicūt Hebræi quòd

Iosue 7. *nu* 34. filiæ, & filij ducti sunt ad videndam punitionē patris, ut per hoc arcerētur á similibus. Doctores autē nostri dicunt, quód ducti sunt ut cum patre morerentur; & hoc videtur rationabilius. Quia pro peccato eius 36. viri mortui sunt in bello. Et rationabilius videtur, quod pueri sui morerentur cum eo in detestationē criminis. Item supra eodē c. dixerat Dominus: Non poteris stare coram hostibus tuis, donec deleatur ex te qui cōtaminatus est hoc scelere. Deletio autem alicuius propriè importat occisionem eius cum sua posteritate. *n. suo* 1. *Vniversum populum lapidationi Achan, & combustioni rerum illius Iosue præsentem esse voluit, ut illius viso supplicio, nemo Israelitarum simile flagitium committere auderet, ne simili supplicio puniretur.*

3186 *Iosue* 7. Lapidavitq; eum &c. *n.*

Iosue 7. *nu.* 25. 25. *Lyra.* Videtur quòd in hoc factū sit contra præceptum Domini dicētis. Quicunque ille in hoc facinore fuerit deprehensus cōburetur igne cum omni substantia sua. Aliter exponunt aliqui dicentes quód verbū Domini de combustione Achan intelligitur de igne gehennæ: quia ut dicunt, non pænituit verè ratione culpæ, sed tantúm ratione pænæ. Et ad hoc designandum signanter dixit Dominus: Et quicunq; ille in hoc facinore fuerit deprehensus comburetur igne, quasi diceret ad me sibi pænam futuram reservate. Ideo nō dixit, Comburetis eum igne, sed cōburetur. *ibi.*

3187 *Non placet hoc Lyræ, unde sic pergit,* Sed hoc dictum non videtur textui consonum, quia iste Achan ad dandam gloriam Deo confessus fuit veraciter, & humiliter peccatum suū, & ideo non est verisimile quód fuerit damnatus, & hoc sonat verbum Iosue dicentis ei: quia turbasti nos, turbabit te Dominus, in die hac; quasi dicat, non in futuro. In Hebræo enim non est verbū optativū, scilicet turbet te, sed indicativum Turbabit te, quia Iosue ad eius cōfortationem, propter humilem confessionem indicavit ei, ut videtur, quód mors temporalis esset sibi expiatio peccati. *n. suo* 5. *Iosue* 7. *nu.* 25.

Et tandem sic concludit Lyra. Ideo aliter potest dici, quòd iste Achā dupliciter peccavit, scilicet, peccato sacrilegij furando rem Domino consecratam: & violatione sabbathi, quia furtum illud commisit in die sabbathi, ut patet ex dictis cap 6. Et ideo punitus est duplici pæna, scilicet lapidationis pro violatione sabbathi, quia hæc est pæna debita ut habetur Num. 15. Secundò pæna combustionis cum pertinentibus ad ipsum, secundúm quod Dominus præceperat in hoc cap. *n. suo* 5. Tollens &c. *n.* 25. *Ac si cōmiseratione excitatus dux pijssimus Iosue & ipsum Achan, & universam illius progeniem ferret humeris, dum ad supplicium duceret vel ingens doloris pondus sustineret, dum sibi subditū ad supplicium etiam debitum suo crimini asportaret.* 3188 *Iosue* 7. *nu.* 25.

Iosue 7. Congregaveruntq; super eum acervum magnum lapidū, qui permanet &c. *n.* 26. *Lyra.* Pro memoria futura ad terrorem aliorum. *nu. suo* 6. *Ex lapidibus illis quibus omnis populus reum Achan Iosue imperante lapidavit, acervus magnus lapidum erectus est, qui in eo loco assurgens instar triumphalis columnæ permaneret, in qua palam de cōmisso occultè crimine divina iustitia triūpharet, quæ per sortes illud manifestaverat, & manifestū lapidationis pæna condemnaverat.* 3189 *Iosue* 7. *nu.* 26.

Ex Abulensi.

3190 Iosue 7. Nã Achan filius Charmi, filij Zabdi, filij Vare &c. *n.* 1. *A-*
bul. Dicit Rab. Salom. quód poni-
Iosue 7. num. 1. tur hìc Zare, quia iste fuit, qui de vtero Thamar prior egrediebatur, & in cuius digito obstetrix ligavit coccinium, dicens; Iste egredietur prior
Gen. 38 ut patet Gen. 38. Sed postea obstetrix videns, quód alius rupisset pelliculam, & egressus fuisset prior, ait, quare propter te divisa est maceria? Et vocavit nomen eius Phares, alius autem vocatus est Zaran, idest Oriens, vel lucens, quia in digito suo erat coccineum, vel quia prior oriebatur. Dicit prædictus Rab. Salo. Quód positio coccinei in digito Zare signavit, quòd aliquis de stirpe sua furaturus erat pannum coccineũ in anathemate Iericho. *q.* 4.

3191 *Et infrà.* Dicit etiam Rab. Salom.
Iosue 7. num. 1. quód narratur hìc generatio vsque ad Zare, quia agebatur hìc de furto Achan in auro, argẽto, atq; coccineo pallio, & Zare prætulit nascens in manu sua coccineũ. *q.* 4. *Neutrum placet Abulensi; at non incongruè dici poterat, quòd Achan palliũ coccineum concupiverit, ut eo ornatus progenitorem suũ Zaram referre posset; gaudet enim quisque progenitori nobili se similem facere: eumq; etiam in exteriori habitu repræsentare.*

3192 *Iosue 7.* De tribu Iudà. *n.* 1. *Abul.* Iste Achan erat de tribu Iudá, vnde
Iosue 7. num. 1. nobilior tribus in furto deprehensa
Gen. 38 est. *q.* 4. Erat enim Zare filius Iudà ut liquet. *Gen.* 38. *à quo tribus Iudà nominatur. Ergo nobilitas regia Achan in hoc loco exprimitur, vbi eius cupiditas explicatur; ne quisque omnino se liberum esse existimet á cupiditatis obscuritate, etiã si regia fruatur generis claritate.*

3193 *Iosue 7.* Accedetisq; mane singuli per tribus vestras &c. Et quicunq;
Iosue 7. nu. 14. & 15. ille in hoc facinore fuerit deprehensus, comburetur igne cum omni substantia sua. *n.* 14. *&* 15. *Abulens.* Quæret aliquis circa Achan, cúm audivit quòd Deus dixerat esse anathema in Israel, & quód sequenti die erat declarandum, eratq; sibi conscius huius sceleris, quare non fugit?

Et sic respondet. Dicẽdum est, quòd 3194
quanquã Achan sciret pænã mortis esse infligendam peccatori, & quanquã cognovisset ante hoc per diem vnam, tamen non fugit: & hoc quia forte non habebat quò fugeret: nam tota gens in circuitu erat Chananæorum, & putarent eum exploratorem, atq; occiderent extra suos: ergo clementius sibi quodcunque futurum opinabatur inter suos. *q.* 42.

Aliã prabet responsionẽ sic. Quanquã 3195
audisset verba de declarando pecca-
tore corã Domino, nõ credidit futu- *Iosue 7.*
rum, quia nunquam simile viderat: *nu. 14.*
nõ enim fuerat simile factum aliquid *& 15.*
ante tẽpora sua, ideo magis putavit hoc esse cõminatiõnẽ, quã veritatẽ futuræ rei, vnde fugere non curavit. *q.* 42. *Per diem noctemq; Dominus manifestare per sortes furem differebat, ut eo tempore fur de crimine contritus, illud posset summo sacerdoti confiteri, ut per confessionẽ voluntariã eo tẽpore factã criminis sui veniam à Domino posset impetrare.*

Iosue 7. Quicunq; ille in hoc faci- 3196
nore fuerit deprehensus, cõburetur *Iosue 7.*
igne cum omni substantia sua &c. *n.* *nu. 15.*
15. *Abul.* Prædicebat hìc pænã Iosue ad maiorẽ terrorem, ut attenti essent & parati ad videndum, quem Deus cõprehenderet ex Israel, idest, cuius scedula ad vltimum exierit, morietur, comburetur igne. Ista pæna dabatur, quia omnia, quæ erant in vrbe Iericho, erant cremanda: Achan autem impedivit hoc furando partẽ eorum: debuit ergo cremari ab igne, qui peccavit auferendo ea, quæ cremanda erant igne. *q.* 43. *Sciebat Dominus crimen ab Achan fuisse perpetratũ, qui cùm esset de familia regia, non adeo infami supplicio se damnandum fore existimaret: & ideo sic pænam proponebat; ut nullus, etiam si esset princeps aliquis se à pæna*

pæna immunem futurum arbitraretur.

3197 *Iosue* 7. Et fecit nefas in Israel. *n.* 15. *Abul.* Fecit Achan nefas in Israel, idest magnum peccatū, quod nefas vocatur, & fecit in Israel, idest inter Israelitas: ideo maiori pæna mulctādus est, quám si fecisset in alio populo, quia iste populus est sanctior, & in eo graviùs peccata debent puniri. *quæst.* 45.

Iosue 7. *nu.* 15.

3198 *Qui enim in societate tot virorū, qui divini præcepti regulā observantes nihil de anathemate abstulerant, de anathemate regulam surripuerat, quasi auream illam regulam plusquam divinā æstimaret, cum ipsa regula aurea in ignem mitti debuit, nō ut in igne quasi aurum esset, probaretur, sed ut cum ipsa regula auri combureretur: ipsaque regula, quæ illi fuerat mensura culpæ, mensura ei fieret pæna, ut ad mensuram criminis puniretur.*

Iosue 7. *nu.* 15.

3199 *Iosue* 7. Comburetur ignē &c. *n.* 15. *Abul.* Deus tam durè punire voluit Achan pro scelere prævaricationis anathematis, quia nunc erat primum anathema positum á Deo, & qui illud violaret, deberet durè puniri, & fortè non fieret tam acerba castigatio, si quis delinqueret in alijs anathematibus ponendis à Deo, vel ab homine. *q.* 59. In facinore deprehensus, *n.* 15. *Erat enim facinus ipsum quasi fascis vinculorum, quibus latro Achā vinciretur, cùm à divina iustitia comprehenderetur.*

Iosue 7. *nu.* 15.

3200 *Iosue* 7. Tollens itaq; Iosue Achā. *n.* 24. *Abul.* Vocatur Achā filius Zare, non quòd filius eius immediatus sit, quia erat filius Charmi & pronepos Zare, quia supra dicitur Achan filius Charmi, filij Zabdi, filij Zare: vocatur autem filius Zare, quia fuit de familia eius, sicut poterat vocari filius Iudæ, quia erat de tribu eius. *q.* 51. *Non sine mysterio Achan filius Zare hic nominatur, sed ut ambitio eius per cupiditatem pallij coccinei quasi hæreditaria ei fuisse manifestetur, per illud enim pallium honorem regium à se desideratum ostendebat, quem etiam concupitum à se Zare cum filo coccineo nascens significaverat.*

Iosue 7. *nu.* 24.

Iosue 7. Tollens itaq; Iosue Achan &c. *n.* 24. *Abul.* In eadem pæna duo cruciātur, scilicet filius, cui infligitur, & pater, qui ita de illa affligitur & tristatur, sicut filius qui tolerat, *q.* 71. *Et alibi sic ait Abulens. exponens eūdem textum.* Erant aliqua motiva ad hoc, quód nunc occiderentur filij, & filiæ Achan cum eo. *q.* 75. 3201

Iosue 7. *nu.* 24.

Deinde enumerans Abul. motiva hæc sic ait. Primúm ipsa magnitudo peccati, ut innueretur tam grave fuisse peccatum ut ad illius expiationem non sufficeret mors solius Achā, nisi etiam filij morerentur cum eo simul. Secundum erat, & principale ad incutiēdum magnum timorem populo Israelitarum, ut abstinerēt à similibus, quando viderent, quòd pro peccato non solúm occidebatur peccans, sed & tota eius posteritas delebatur, & hoc est, quod maximé movere poterat Israelitas, quia nihil magis quám filios diligebant. *q.* 75. 3202

Iosue 7. *nu.* 24.

Tertium fuit ad magis satisfaciendum populo, nam pro peccato Achā occisi fuerant triginta sex viri de populo, pro quo nimis Israelitæ indignarentur ipsi Achan, & ultionē de eo vellent sumere, & quia pro tot occisis non satisfaciebat mors unius, vellent quoque filios occidere, ut sic satiaretur ira illorum. *q.* 75. 3203

Iosue 7. *nu.* 24.

Quartum erat, ut magis puniretur, quia licet satis erat gravis pæna ipsi Achan, quòd ipse occideretur, gravior erat cúm etiam filios suos, quos ut se ipsum diligebat, coram se occidi cerneret, & ista est propria causa quare filij puniuntur pro peccatis patrū, scilicet ut ipsi patres videntes filiorum pænas affligantur de ipsis sicut si ipsi in se ipsas sustinerēt. *q.* 75. *Ergo in conspectu patris Achan priusquam ipse in se ipso afficeretur supplicio, in filijs, & filiabus passus est, ut non unica propria ipsius nece, sed pluribus filiorū, ac filiarum mortibus, dum morientes aspiceret, affligeretur.* 3204

Iosue 7. *nu.* 24.

7. 25.

Iosue 7.

qui contra populum propter culpam fuerat conversus, propter pœnitentiam à populo dicitur aversus: ut non iam contra populum Domini furor, sed erga populum Domini favor in promptu esse crederetur.

Ex D. Chrysostomo.

3138 *Iosue 7. num. 1.* Iosue 7. Filij autẽ Israel prævaricati sunt mandatum, & vsurpaverunt de anathemate. Nam Achan filius Charmi, filij Zabali, filij Zare de tribu Iudà, tulit aliquid de anathemate: iratusq; est Dominus contra filios Israel. *n.1. D. Chrysost.* Cùm vniversus populus servaret præceptum, vnius prævaricatio in vniversam multitudinem concitavit irã Dei. Vnus erat qui peccaverat. Quomodo igitur peccaverũt filij Israel, ac Deus iratus est filijs Israel? Vides quomodo vnius peccatũ toti populo vindictã accersit? Quomodo Deum adversùs multitudinem hostem reddidit? *ho. 1. de verbis Isaiæ.* Vidi Domin. *Si vnus solus Achã aliquid de anathemate surripuit, cur hoc crimen omnibus filijs Israel à Domino imputatur? Ita namq; vnius delinquẽtis flagitio omnis alioqui innocens congregatio infamatur.*

3139 *Iosue 7. num. 1.* *Iosue 7.* Nam Achan filius Charmi &c. *D. Chrysost.* Quoniã igitur fuerat perpetrata legis trãsgressio, neq; quisquã erat conscius præter solum Deũ, qui novit occulta, vltio quidẽ differebatur: cæterũ qui hoc perpetrarat tametsi videbatur latere, tamen á cõscientia velut ab igne vrebatur. *Hom. citata. Nobilitas generis hic exprimitur, ut enormitas criminis augeatur, viro enim de regali tribu indignum crimen erat latrocinium.*

3140 *Iosue 7. n. 2. 4. & 5.* *Iosue 7.* Cumq; mitteret Iosue de Iericho viros cõtra Hai &c. *Et infrà* Ascẽderunt ergo tria millia pugnatorũ, qui statim terga vertentes percussi sunt à viris vrbis Hai. Et corruerũt ex eis triginta, & sex homines &c. Pertimuitq; cor populi, & ad instar aquæ liquefactum est. *n. 2. 4. & 5. D. Chrysost.* Venit igitur tẽpus, quo fieret quod comminatus fuerat Deus, quoq; peccatũ veniret in propatulũ. Misit, inquit, Iesus viros ab Hiericho in Hai. Et ascẽderunt illuc viri ferè ter mille, fugeruntq; à facie virorũ Hai, & occiderunt ex illis viros triginta sex, & expavit cor populi, factũq; est velut aqua. Vide vnius peccati pænã, vide plagam acerbissimã, vnus peccarat, & in populũ vniversum mors, ac trepidatio irruit. *hom. 1. de verbis Isaiæ,* Vidi dominum.

Et infrà sic iterum loquitur D. Chrys. Quid hoc o bone Domine? Tu solus iustus, & recta iudicia tua Tu cuiq; iuxta propria facta reddis iudicium. Tu humani generis amator, dixeras in suo quemq; peccato moriturũ, nec alium pro alio daturũ pænas. Quod igitur hoc est tuũ iustum iudicium. 3141 *Iosue 7. num. 4. & 5. Ps. 118 Rom. 2. 4 Reg. 14.*

Deinde sic respondet. Bona sunt tua omnia Domine, & valde bona, & ad nostram vtilitatem dispensata Lues quædam, inquit, est peccatum, per vltionem vulgetur, ac traducatur apud omnes, ne corrumpat omnes, ut vbi cognoverint quãtas minas vna pepererit transgressio, fugiãt vltionem, de multis alioqui sumendam æternam vindictam. *hom. citata* *Forsan Achan sua ductus cupiditate inter illa tria millia pugnatorum ad civitatem Hai ire festinavit, ut suam ex spolijs avaritiam posset explere: eadem tamen cupiditate excitatus cum propugnatoribus terga vertentibus, primus forsan fugam inijt, ut quem adversa fortuna belli à bonis acquirendis defraudarat, fuga ad fruendum bonis iam furto sublatis vivũ reservaret.* 3142

Iosue 7. Et ait Iosue ad Achan, Fili mi, da gloriam Domino Deo Israel, & confitere, atq; indica mihi quid feceris, ne abscõdas. Respõditq; Achã Iosue, & dixit ei, Verè ego peccavi Domino Deo Israel, & sic, & sic feci Vidi enim inter spolia palliũ &c. *n. 19. D. Chrysost. alludens ad ea quæ dicuntur in hoc cap. 7. numer. 16. 17. & 18.* 3143 *Iosue 7. à n. 16.*

& 18. *In quibus exponitur quo pacto Achan inventus fuerit furti commissi reus, sic ait.* Prædicatur igitur hoc in populo & à Deo proditur, qui hoc perpetrarat, ille fatetur. Respōdit enim Veré peccavi in cōspectu Dei Israel, sic, & sic feci: Videbā in præda pallium variagatum vnum pulchrū, ducentaq; argenti didrachma, & linguā vnā aureā quadraginta didrachmorū & concupiscens cepi, & ecce hæc defossa sunt humo in tabernaculo meo. *hom. 1. de verbis Isaiæ.* Fili mi. *n.* 19. *Latronem filium suum dux clementissimus appellabat, non enim in Achan furtū quod detestabatur, sed humanam conditionem attendebat, quam amabat.*

3144 *Iosue 7. nu. 25.* *Iosue* 7. Dixit Iosue, quia turbasti nos exturbet te Dominus in die hac. Lapidavitque eum omnis Israel: & cuncta quæ illius erant igne consumpta sunt. *nu.* 25. *D. Chrysost.* Hoc transgressionis præmium; talis Dei vindicta, quæ per corruptelam vitari non potest. *Homilia allegata. Meritò sic punitur Achan, qui ex vrbe Iericho mundi typo pallium, quo vitia sub virtutis prætextu palliaret; & regulam auream, qua actiones suas secundùm mundi regulas, seu leges, quæ mundanis videntur esse aureæ regularet, furatus fuerat. Sed Deo crimen illius manifestante non potuit furtum pallio occultare, nec lingua aurea illud excusare.*

Ex D. Augustino.

3145 *Iosue 7. num. 4. & 5.* *Iosue* 7. Ascenderunt ergo tria millia pugnatorum, qui statim terga verterentes, percussi sunt à viris vrbis Hai. Et corruerunt ex eis triginta & sex homines, persecutique sunt eos adversarij de porta vsque ad Sabarim, & ceciderunt per prona fugientes: pertimuitque cor populi, & ad instar aquæ liquefactum est. *nu.* 4. *&* 5. *D. Augustinus.* Factum est ut Achan de tribu Iudá furaretur de anathemate civitatis Iericho contra præceptum Domini: & propter eius peccatū tria millia qui fuerunt missi in Hai, dederunt terga hostibus; & occisi sunt ex triginta sex viri; & populo graviter territo, Iesus cum Senioribus se prostravit ad Dominū eique responsum est ideo factum esse, quòd peccaverit populus. *lib. 6. super Iosue q.* 8.

3146 *Iosue 7. num. 5.* *Cor populi perterritum fuisse refertur: agnovit enim populus aliquod in corde sibi esse venenum, quod nisi medicamento aliquo à corde extraheret ad omnia populi membra serpens, ut iam triginta sex de populo occiderat, cæteros enecaret. Et verum cogitabat; erat enim avaritia mortiferum venenum, quod ab vno Achan contagium, nisi è medio Achan ipse tolleretur, facilè in reliquos derivaret.*

3147 *Iosue 7. num. 4. & 5.* *Iosue* 7. Ascenderunt ergo tria millia &c. *ut suprá n.* 4. *&* 5. *D. Augustinus in quæstionibus ex veteri testa. sic ait.* Si anima, quæ peccaverit, ipsa morietur, quid est ut Achan filius Charmi peccaverit, & triginta sex viri occisi sint in causa eius? Alio sensu scriptura locuta est, quám propositum est. Non enim de hac morte, quæ cōmunis vtique omnibus est, dixit, sed de illa, quæ appellatur secūda. Hæc enim peccatores suscipit: illis autem, qui in pugna mortui sūt, non peccatum Achan redditum est, sed obfuit illis ne in protectione divina adiuti sua leseerēt hostibus: *quæst.* 36.

3148 *Iosue 7. num. 4. & 5.* *Deinde sic pergit.* Nec enim causa Achan infirmati sunt, sed Dei auxilio minimé muniti, ut dum fortiter facere nequeunt, occiderentur. Nā pauci fuerunt contra multos, vnde, & superati noscuntur. Nulla ergo iniustitia in voluntate Dei est: in potestate enim habet si adiuvare vult; ut si id fecerit, misericors sit, si noluerit, iustus: neque enim in talibus debitor est, ut teneatur obnoxius. Hinc est quòd Iesus Nave constitutus scidit vestimenta sua, intelligens non sine causa Dēum auxilium subtraxisse. *eadem q.* 36. *Terga vertentes statim percussi ab hostibus fuisse dicun-*

 tur,

tur, ac si ideo terga verterent ut flagella exciperët ab hostibus, quasi à Dei minis. tris qui illos ob crimen à socio illorum cõ missum flagellarent.

3149 *Iosue* 7. Quicunq; ille in hoc facinore fuerit deprehẽsus, cõburetur igne cum omni substãtia sua: quoniã prævaricatus est præceptũ Domini, & fecit nefas in Israel. *n.* 15. *D. Aug.* Nec movere debet, quòd nõ ipsũ tãtũ sed etiã omnia, quæ sunt eius, Deus cremãda igne prædixerit. Sic enim ait: Igne cremabitur, & omnia quæcũq; sunt ei. Omnia enim quæcunque sunt ei, opera eius possunt intelligi, quæ cum illo dixit cõcremãda: nã sicut dicit Apostolus de quibusdã operibus igne cõsumptis, ipse autẽ salvus erit. *lib. 6. super Iosue. q. 9.*

Iosue 7. nu. 15.

1 Cor. 3 nu. 15.

3150 *Deinde sic pergit.* Si huius peccatum ita intelligendum est, ut etiã æterno igne puniatur, filios eius, & filias cũ pecoribus, & omnibus quæ habebat, populus quidẽ cùm eum puniret, simul lapidibus obruit; nõ tamẽ hoc iudicio humano, sed prophetico spiritu fecit Iesus: sive ita intelligens, omnia quæ sunt ei, ut nec filios censeret exceptos, lapidationis etiã pænã pro igne ingerens: sive opera eius quæ post mortẽ Deus in illo fuerat crematurus, non solúm per cætera, quæ illi erãt, verúm etiam per filios eius significans. *q. 9. citata. Quicunq; sive nobilis, sive ignobilis: pæna enim quã Deus delinquenti inferendam proponebat, non personam, sed culpam delinquentis inspectabat.*

Iosue 7. nu. 15.

3151 *Iosue* 7. Quicunq; ille in hoc facinore &c. *n.* 15. *Et infrà.* Lapidavitque eum omnis Israel: & cuncta quæ illius erãt, igne cõsumpta sunt. *n.* 25. *D. Augu. lib. 6. super Iosue.* Meritó quæritur cúm Dominus propter illum, qui de anathemate furtum fecerat, præceperit eum, qui fuisset ostẽsus, igne cremari, cur eum ostensum Iesus lapidari potiùs, á populo fecerit? An ita eum mori oportuit quemadmodum Iesus, qui propiùs Dominum sequebatur, verba iubentis intelligere potuit? Sic enim alius quisquam non facilè potuit. *q. 9.*

Iosue 7. nu. 15. & 25.

Forsan intellexit Iosue, quòd Deus imperasset reũ furti per conflagrationẽ occidendũ, nisi ipse deprehensus veram criminis faceret confessionẽ, unde cum audiret Achan dicentẽ, Verè ego peccavi Domino Deo Israel, & sic, & sic feci. *n. 20. Crimen suum cum omnibus circũstanciis confitentẽ, non iussit eum cremare, sed solum lapidare: ut confessio si non omnino ab eo auferret pænam, quia nimiũ tarda fuit, saltem pænam aliquantulum levaret, dum cremationem in lapidationem transmutaret.* 3152

Iosue 7. nu. 20.

Iosue 7. Quicunq; ille &c. *suprà n.* 15. Et lapidavit eum &c. *Vt sup. nu.* 25. *D. August.* Quærẽdum est, cur lapidationẽ ignẽ appellaverit Dominus? Nã neq; ad intelligẽdum verba Domini quisquam potuit esse sapiẽtior, neq; ad faciendum quisquã obedientior. Proinde ignis nomine pænã potuisse significari, scriptura testis est in Deut, vbi dicitur ad filios Israel, Et eduxi eos de fornace ferrea ex Ægypto: vbi vtique duram tribulationẽ intelligi voluit. *q. 9 citata.* 3153

Iosue 7. nu. 15. & 25.

Deut. 4 nu. 25.

Postea sic progreditur. Duæ autem mihi causæ occurrunt, nõ ut ambæ sint, sed ut altera ex eis, cur non ille cum suis omnibus evidenti igne crematus sit. Si enim peccatum eius Dominus tale esse iudicavit, quod supplicio illo expiatum nõn puniret in æternum, propter ipsam expiationẽ, & purgationẽ, cõgruenter illa pæna ignis nomen accepit. Neq; ad hunc intellectum quisquã tẽdere admoneretur, si eum propriè visibilis ignis exureret, sed in eo quisq; remaneret, quod aperté videbat impletum, nec aliquid vltra quæreret. *q. 9.* 3154

Iosue 7. nu. 15. & 25.

Deinde progreditur ita idem D. Aug. Nunc veró cùm propter Dei verba, & factum Iesu á quo prævaricari illa verba non possent, certissimè dicitur etiam lapidationẽ ignẽ fuisse, diligẽter agnoscitur illa pæna hominem, 3155

Iosue 7. nu. 15. & 25.

nem, ne imposterũ peccato illo interiret, fuisse purgatum Quòd significāt etiā vasa in Levitico, quæ iubētur igne purgari. *lib. 6. suprà Iosue q. 9.*

3156 *Iterū sic loquitur idē D. Aug.* Si autē tale fuit illi peccatū, propter quod
Iosue 7. eum etiā post istā vitā gehenna sus-
nu. 15. ciperet, ideo Iesus eum voluit lapi-
& 25. dari, ut quod á Domino dictū est. Igne cremabitur, illud admoneret intelligi, quod Dominus faceret, non quod ab ipsis esset faciēdū. Si enim dixisset Dominus, Igne eū cremabitis, & omnia eius: huic sensui locus nullus esset. *q. 9 proximé citata.*

3157 *Adhuc sic fatur,* Cúm verò ita positū est, ut magis videatur Deus, quod
Iosue 7. ei futurū esset prædixisse, quā quod
nu. 15. ei ab hominibus deberet fieri præ-
& 25. cepisse, melius nō potuit facere Iesus, qui divina verba, sicut tātus propheta intellexit, qui etiā hoc ipsum prophetice fecit, quám ut illum lapidibus potiùs quā flāmis interimeret, ne in illis ignibus verba Domini viderentur impleta, quæ ad aliud dicta volebat intelligi. *q. 9 allegata.*

3158 Cúm omni substātia sua. *n. 15 Nō solum avarū, sed etiā avari substantiā, seu*
Iosue 7. *divitiarū copiā igne cōburendā fore Deus*
nu. 15. *enunciabat, ut si nō amore sui ipsius, amore saltē divitiarū avarus de scelere commisso pænitentiā ageret, ut qui plus divitias, quā se ipsum deligeret, at proinde qui potiùs ne divitias perderet, quā ne se ipsum perderet crimen fateretur etiā prius quā Deus ipsum crimē coram omnibus manifestaret.*

3159 *Iosue 7.* Tollens itaq; Iosue Achā filium Vare, argētumq; & palliū, &
Iosue 7. aureā regulā, filios quoq; & filios eius
nu. 24. boves, & asinos, & oves, ipsumq; ta-
& 25. bernaculum, & cūctā supellectilē: (& omnis Israel cum eo) duxerunt eos ad vallē Achor/ Vbi dixit Iosue, quia turbasti nos, exturbet te Dominus in die hac. Lapidavitq; eum omnis Israel: & cuncta, quæ illius erant igne cōsumpta sunt. *n. 24. & 25. D.*
Deu. 24 *Aug.* Quæri solet quomodo iustè
nu. 16. pro alterius peccatis in alijs vindicetur, maximè quia in lege Dominus dixit, Nec patres pro filiorum, nec filios pro parentum peccatis esse puniendos? *lib. 6. in Iosue q. 8.*

Quærit deinde D. Aug. An illud iu- 3160
dicātibus hominibus sit præceptum *Iosue 7.*
ne quenquā pro altero puniāt. Dei *nu. 24.*
iudicia nō sint eiusmodi, qui alto, & *& 25.*
invisibili cōsilio suo novit quatenus extēdat etiā tēporalē hominum pænā, salubremq; terrorē, nō enim aliquid durum, quātum attinet ad vniversi mundi administrationē, cōtingit mortalibus cum moriūtur, quādoq; morituri, & tamē apud eos, qui talia metuunt, disciplina sancitur, ut nō se solúm quisq; vivat in populo, sed invicem sibi adhibeant diligentiam, & tanquam vnius corporis, & vnius hominis alia pro alijs sint membra sollicita. *q. 8.*

Sic progreditur idē D. Aug. Nec tamē 3161
credendum est etiā pænis, quæ post
mortē irrogātur, aliū pro alio posse *Iosue 7.*
damnari: sed in his tantū rebus hanc *nu. 24.*
irrogari pænā, quæ finē fuerāt habi *& 25.*
turæ, etiā si nō eo modo finirentur. Simul etiā ostenditur, quāta cōnexa sit in populi societate ipsa vniversitas, ut nō in se ipsis singuli, sed etiam tanquam partes in toto existimentur. *q. 8. citata.*

Et iterū sic fatur, Per vnius igitur 3162
peccatū mortemq; paucorū admonitus est populus vniversus, tanquā *Iosue 7.*
in corpore vniverso quærere quod *nu. 24.*
admissum est. Simul etiā significatū *& 25.*
est, quātum mali fieret, si vniversa illa cōgregatio peccasset, quando nec vnus quidem ita potuit iudicari, ut ab eo possent cæteri esse securi. *q. 8.*

Adhuc super eundē textum, respondēs 3163
eidē quæstioni D. Aug. sic ait, At verò si
Achan ab aliquo invētus atque cō- *Iosue 7.*
prehensus, & illius criminis reus ad *nu. 24.*
iudiciū Iesu fuisset adductus, nequa- *& 25.*
quā putandum est hominē iudicem vel pro illo, vel cum illo quenquam alium, qui societate facti eius minimé teneretur, fuisse puniturum. Ne-

que enim ei mādatū legis licebat excedere, quòd datū est hominibus, ne iudicio suo quod in hominē homini iustū, sive permissum est, alterū pro alterius peccato arbitretur esse plectendū. Longè autem secretiore iustitia iudicat Deus, qui potēs est etiā post mortē, quod homo non potest, vel liberare, vel perdere. *q. 8. citata.*

3164 *Tandē sic concludit.* Visibiles igitur afflictiones hominum, sive mortes,
Iosue 7. nu. 24. & 25. quoniam his, quibus ingeruntur, & obesse, & prodesse possunt, novit Dominus in occulto providentiæ suæ queadmodū iustè quibusq; dispenset, etiā cúm aliorum peccata in alijs videtur vlcisci. Pœnas veró invisibiles quæ nō nisi nocēt, & prodesse non possunt, ita nullus Deo iudice pro alienis peccatis luit, sicut homine iudice luere nullus nisi pro sua culpa istas visibiles debet. Hoc enim præcipit homini iudici Deus, in his, quæ ad humanū iudiciū pertinēt iudicāda quod in suo iudicio facit ipse, quò potestas non aspirat humana. *q. 8.* Lapidavitq; &c. *n. 25. Vt quisq; nimirum se immunem esse à latrocinio indicaret, si enim aliquis simili crimine teneretur, non auderet lapides tollere, ut illis Achan, cui se similem in crimine sciret, lapidaret: carnifex igitur quisq; fieri nō renuit, volēs sic honeris dispēdio suspicionē furti declinare.*

3165 *Iosue 7.* Tollens itaq; &c. *n. 24. D.*
Iosue 7. nu. 24. *Aug.* Nec ideo sanè credēdum est eos pro peccato patris, à quo innocētes erāt, etiā post mortē supplicio inferni ignis incensos. Mors quippe ista,
Sap. 4. nu. 11. quæ omnes manet, quāquā de primo peccato veniat, tamen quia ita nati sumus, ut necessariò moriendū sit, accelerata quibusdā est vtilis. Vnde legitur de quodā, Raptus est, ne malitia mutaret intellectū eius. Quo ergo iudicio Dei, vel misericordia, fuerit irrogata sive filijs eius, sive illis triginta sex viris, cúm omnes ab eius peccato alieni fuerint, latet apud eum, apud quem non est iniquitas. *q. 9. sæpe citata.*

Occiduntur simul cum Achan filij eius, & filiæ, ne si filiorū, filiarūmq; progeniem post mortem suam in vita mansurā divitias, quas ille iniustè collegerat fruituram inspectaret, de iniusta divitiarū acquisitione minimè pœniteret: nec furto ablata restituere curaret: Amor enim filiorū, ac filiarum, quibus vivis divitias traderet, ab ipso criminis illius pœnitudinē propulsaret: eligeretque potiùs impœnitens damnari, quàm pœnitens aliena restituens progeniē suam divitijs defraudare. 3166 *Iosue 7. nu. 24. & 25.*

Iosue 7. Quia turbasti &c. *n. 25. D. Aug.* Verúm illud in prōptu est, quòd & populum terribiliter oportebat quærere quod admissum est, & tātò vehemētiùs timuerunt cæteri factū eius imitari, quātò magis humana exhorret infirmitas, & in tā magnū tāque iustū populi odiū dari, & eis quos ad spē propagādi generis se relicturū putabat, peccato suo secū cōsumptis suis posteris emori. *q 9 Proximè citata. Nō solum ea, quæ à Iericho Achan furto abstulerat, illa ab igne extrahendo, sed & omnia alia bona, quæ habebat inde non extracta, Iosue imperat igne cremari, ne si incombusta aliqua manerent, ex tactu manus avari veneno avaritiæ infecta, quēlibet ea posteà possidentem enecarent.* 3167 *Iosue 7. nu. 25.*

Ex Ruperto Abbate.

Iosue 7. Nec poterit Israel stare &c. *n. 12. Rupert.* Vbi enim in sacerdotibus, vel eis, qui præsunt, avaritia regnat, & principatū obtinet pecunia, hi qui sunt Israel arma virtutū cōtra vitia tenētes, & pro ut oportet arguere, observare volētes, stare non possunt contra hostes liberé repugnātes, quippe quos pecunia tuetur, ut de vitijs suis aliquādo nō saltem impunè arguantur, *lib. 1. Iosue cap. 21.* 3168 *Iosue 7. nu. 12.*

Pergit Rupert. Vnde & apud Evangelistā Ioannē pulchro mysterio dictū tenemus, quia cùm Dominus noster facto de funibus flagello, vendētes, & emētes de tēplo eiecisset, tūc demum accesserunt ea ei, & claudi ad eū in tēplo, & curavit eos. Non 3169 *Ioan. 2. nu. 15.*

prius

priús cæcos, & claudos curavit, quã illos latrocinantes de spelunca eiecit quia videlicet nõ vitia curari, nec virtutes possũt illustrari, nisi priús Mãmon de cordibus sacerdotũ, aut ipsi sacerdotes cum illo deo suo de templo Dei fuerint eiecti. *cap. 21. citato.* Non poterit stare &c. *n. 12. Tantum enim divitiarũ iniustè acquisitarũ põdus est, ut in vno positum magni exercitus milite, omnes eiusdem exercitus deprimat, ita ut nullus illorum adversús hostes possit stare.*

3170 *Iosue 7.* Et ait Iosue ad Achã *n. 19 & 20. Ruper.* Quanvis enim illo dicẽte: Fili mi da gloriã Domino Deo Israel & cõfitere, ille cõfitendo respõderit, Verè ego peccavi, nõ tamẽ vllã mereri veniã debuit, quia videlicet confessio nimiũ tarda fuit. Ante enim turbatus est Israel, quã ille reatum agnosceret, & ante sors iuridica Deo auctore prodidit personã, quàm ipse culpam. *lib. 1. Iosue cap. 21.*

Iosue 7. nu. 19. & 20.

3171 *Et alibi sic Rupert.* Achar de tribu Iudá fuerit Iudas Ischarioth discipulus Christi principis confessionis nostræ de tribu Iudá, & cũ eo pariter cætus ille malignãtiũ scribarũ, & pharisæorũ, cũ quibus de proditione salvatoris occultũ, & furtivũ habuit conciliũ. Revera nãq; tunc Achan furatus est de anathemate vrbis Hierico, quãdo fur loculorũ Domini Iudas ille in pretiũ sanguinis accepit triginta argẽteos, *lib. 1. in cap. 2. Osea.*

3172 *Progreditur.* Et sicut sorte deprehẽsus Achan ille suo ore cõfessus est & dixit, Verè ego peccavi Domino Deo Israel, & sic & sic feci: & hic, & hæc concupiscẽs abstuli. Sic iste Iudas ore Domini traditur designatus, postmodũ cõfessus est, proijciẽs triginta argẽteos in tẽplo, dicẽsq; senioribus, & principibus sacerdotũ: Peccavi, tradẽs sanguinẽ iustũ, lapidatusque est Achan, pro ut cum Iudà traditore illo totus ille cætus traditionis & emptor, nec remansit lapis super lapidem. *loco proximè citato.*

Iosue 7. nu. 19. & 20.

Alludit Rupert. ad ea quæ in hoc cap. 7. Iosue à n. 14. vsq; ad finem capitis referuntur, dum explicatur quo pacto per sortes Deo iubẽte manifestũ fuerit, primò delinquentẽ fuisse ex tribu Iudà, secundò ex familia Zare, tertiò ex domo Zabdi quartò tandẽ fuisse Achan, qui non nisi postquam sic se deprehẽsum vidit crimen suũ cõfessus est, quod si antea cõfiteretur gloriam Deo daret. est enim peccatoris pænitentia gloria, divinæ Dei indulgentiæ. 3173

Iosue 7. à n. 14.

Ex Hugone Cardinali.

Iosue 7. Filij autẽ Israel &c. *n. 1. Hugo* Id est, Aliquis de filijs Israel. Et quod vnus fecit toti populo imputatur. Vnde Adamãtius; Vno peccãte ira super omnẽ populũ venit *ibi.* Nã Achã &c. *n. 1. Quæ nã est hæc dicti præcedentis probatio? Prævaricatores, & vsurpatores fuisse dicuntur filij Israel, ex eo quòd Achan fuerit prævaricator, & vsurpator? Ita sanè, dum enim aliquod cõmissum esse crimẽ in populo cognoscitur, neq; criminis auctor declaratur, totus populus & quilibet totius populi de crimine infamatur. Ex eo enim quòd nõ possit de aliquo in individuo flagitiũ patratũ suspicari, solet infamia omnes eiusdem populi homines dehonestare.* 3174

Iosue 7. num. 1.

Iosue 7. Nã Achan &c. tulit &c. *n. 1. Hugo.* Nã Achan: id est Achor. Et hæc est vera litera, ipse enim trinomius fuit. *Ibi. Trinomius fur hic fuisse dicitur, vocabatur enim Achan. Achar, Achor, & quidẽ merito, qui enim tria de anathemate surripuerat, scilicet pallium, & ducentos siclos, & regulã aureã tribus nominibus debuit nominari, seu potiùs infamari, utpote qui multis nominibus ex multis latrocinijs latro potuit nuncupari.* 3175

Iosue 7. num. 1.

Iosue 7. Invenit Achan &c. *n. 18. Hugo* Achar, Achor, Achan, idẽ nomẽ. *Ibi. Aptè dicitur quod Iosue invenerit Achan, ut hic absconditus fuisse significetur. Dũ enim Achan vidit sorte prima tribũ suã indicatã: sorte secunda familiã suã cõprehensam: tertia sorte domũ suã designatã timens quòd quarta sorte ipse inter viros domus suæ fur deprehenderetur, abscondit se ne ipse inveniretur. Existimans fortasse,* 3176

Iosue 7. nu. 18.

quod

quòd vir alter ex eadem sua domo aliquod maius latrociniū cōmisisset, quē proinde sors emissa indicaret. Facilé enim quisq; de alio, quod ipse committit crimen, suspicatur. Et difficile manifestandū credit, quod ipse secreto patrocinante solus operatur.

3177 *Iosue 7.* Et ait Iosue ad Achan, *n.* 19. *Hugo Card.* Da gloriā: id est cōfitere peccatū tuū. In quo Iudaei cōfundūtur, qui dicunt, quòd nihil valet exterior cōfessio peccatorū. Et cōfitere. Cōfessio enim peccātis ad laudē pertinet ignoscētis, & ad gloriā peccatū demittētis. De qua gloria Isaiæ 42. Gloriā meā alteri nō dabo, quia solus Deus peccata demittit. *Ibi.* Indica mihi. *n.* 19. *Nō omnibus sed sibi soli quid fecerit indicari exposcit, ne Achā multis crimen confiteri adactus, nimis confunderetur.*

Iosue 7. nu. 19.

3178 *Iosue 7.* Vidi enim inter spolia &c. *n.* 21. *Hugo Card.* Regulā, vel linguā secundū hebræos, scilicet massā auri, ad modū linguæ factā, *Ibi. Linguā Achan furto ablatā in terra absconditā esse procuravit, timens ne si abscondita non lateret, furto se ablatam fuisse declararet, ipsumq; latronem esse loquendo manifestaret*

Iosue 7. nu. 21.

3179 *Iosue 7.* Tollēs itaq; Iosue Achā ad vallē Achor. *n.* 24. *Hugo Card.* Ad vallem Achor prolepsis est: quia nondū sic vocabatur, sed ab illo facto nomē accepit. *Ibi. Ergo Vallis in qua Achor fuit lapidatus ab illo cognomē accipisse refertur: in quo magnus lapidū cumulus assurgebat, qui ibi furē ipsis lapidibus obrutū demōstrabat, at furis monumētū esset divini adversus furem furoris monumentū.*

Iosue 7. nu. 24.

Ex Lyra.

3180 Iosue 7. Filij autē Israel prævaricati &c. *n.* 1. *Lyra.* Licet vnus solus in hoc peccaverit, tamē generaliter dicitur: Filij autē Israel prævaricati sūt eo modo loquēdi, quo factū vnius de cōmunitate maximé in malis, toti cōmunitati attribuitur. Et per talē modū loquendi dicitur Mat. 26. De vnguēto effuso super caput Iesu: Vidētes autē discipuli, indignati sunt, cùm tamē vnus solus indigné tulerit, scilicet Iudas, ut habetur Ioan. 12. *n. suo* 1. *Quod fieri facilé posset, quasi iam factū enunciatur: nisi enim vnus filius Israel Achan pro furto puniretur, omnes filij Israel facilé prævaricarent mandatum Dei, & de quolibet alio anathemate vsurparent; si enim vnius malè factoris viderēt impunitatē, facilè similē cōmitterent iniquitatē.*

Iosue 7. num. 1.

Iosue 7. Vidi enim inter spolia pallium &c. *n.* 21. *Lyra.* Furatus fuit regulā aureā. Regula beati Frācisci aurea dicitur, & similiter regulæ aliorū religiosorū, eò quód inducunt ad charitatē Dei, & proximi, quæ per aurū significatur. Hanc autē regulā aureā furatur malus religiosus. Nam furtum est contractatio rei alienæ invito Domino. *in moral. n. suo* 1. 3181

Iosue 7. nu. 21.

Pergit Lyra. Dominus autē regulæ religiosæ cōvenienter dicitur institutor ipsius. Malus autem religiosus frangēdo regulā cōtra voluntatē institutoris tractat eā. Similiter vestē furatur, nā indignè portat habitum religionis. Argētū operit humo. Per argentum intelligi potest quælibet gratia, quam malus religiosus terra operit, nā ad quæstū terrenū eā convertit. Sed præcepto Iosue talis moritur in valle Achor, quæ interpretatur vallis tribulationis, & ideo significat pænā gehennæ, quæ est in profundis terræ. In hac igitur valle Achan punitur ad significādum quòd malus religiosus ad mortem gehennæ per Christi iudicium condemnatur. *loco proximè citato.* 3182

Iosue 7. nu. 21.

Vidi inter spolia &c. *n.* 21. *Iosephus lib.* 16. *Antiq.* Achā dū invenisset chlamidē regiā totā auro contextā, habēte auri massā, hoc est siclorū pōdo ducēta, crudele iudicans, si is qui periculum habuerat, lucrum inveniens, quod in suā vtilitatē, conferret, daret hoc Deo, & non magis egentis suffodit eam latere se iudicans Deum, sicu, & commilitones. 3183

Iosue 7. nu. 21.

Pergit Iosephus. Postea verò furtū cōfessus est, & protulit in mediū vestem. 3184

tem. Et ille quidem repéte peremptus, turpem pænam, & congruã suæ præsumptioni suscepit. *cap.* 1. Concupiscens abstuli. *n.* 21. *Non licet aspicere, quod non licet concupiscere; brevis enim ex oculis ad cor via est. Raró quod placet aspectui, displicet affectui.*

3185 *Iosue* 7. Tollens itaque Iosue Achã &c. *n.* 24. *Lyra.* Dicũt Hebræi quòd *Iosue* 7. *nu* 34. filiæ, & filij ducti sunt ad videndam punitionẽ patris, ut per hoc arcerẽtur á similibus. Doctores autẽ nostri dicunt, quód ducti sunt ut cum patre morerentur; & hoc videtur rationabilius. Quia pro peccato eius 36. viri mortui sunt in bello. Et rationabilius videtur, quod pueri sui morerentur cum eo in detestationẽ criminis. Item supra eodẽ c. dixerat Dominus: Non poteris stare coram hostibus tuis, donec deleatur ex te qui cõtaminatus est hoc scelere. Deletio autem alicuius propriè importat occisionem eius cum sua posteritate. *n. suo* 1. *Vniversum populum lapidationi Achan, & conbustioni rerum illius Iosue præsentem esse voluit, ut illius viso supplicio, nemo Israelitarum simile flagitium committere auderet, ne simili supplicio puniretur.*

3186 *Iosue* 7. Lapidavitq; eum &c. *n.* 25. *Lyra.* Videtur quòd in hoc factũ *Iosue* 7. *nu.* 25. sit contra præceptum Domini dicẽtis. Quicunque ille in hoc facinore fuerit deprehensus cõburetur igne cum omni substantia sua. Aliter exponunt aliqui dicentes quód verbũ Domini de combustione Achan intelligitur de igne gehennæ: quia ut dicunt, non pænituit verè ratione culpæ, sed tantúm ratione pænæ. Et ad hoc designandum signanter dixit Dominus: Et quicunq; ille in hoc facinore fuerit deprehensus comburetur igne, quasi diceret ad me sibi pænam futuram reservate. Ideo nõ dixit, Comburetis eum igne, sed cõburetur. *ibi.*

3187 *Non placet hoc Lyra, vnde sic pergit,* Sed hoc dictum non videtur textui consonum, quia iste Achan ad dandam gloriam Deo confessus fuit veraciter, & humiliter peccatum suũ, *Iosue* 7. *nu.* 25. & ideo non est verisimile quód fuerit damnatus, & hoc sonat verbum Iosue dicentis ei: quia turbasti nos, turbabit te Dominus, in die hac; quasi dicat, non in futuro. In Hebræo enim non est verbũ optativũ, scilicet turbet te, sed indicativum Turbabit te, quia Iosue ad eius cõfortationem, propter humilem confessionem indicavit ei, ut videtur, quód mors temporalis esset sibi expiatio peccati. *n. suo* 5.

Et tandem sic concludit Lyra. Ideo aliter potest dici, quòd iste Achã du- 3188 pliciter peccavit, scilicet, peccato sa- *Iosue* 7. crilegij furando rem Domino con- *nu.* 25. secratam: & violatione sabbathi, quia furtum illud commisit in die sabbathi, ut patet ex dictis cap 6. Et ideo punitus est duplici pæna, scilicet lapidationis pro violatione sabbathi, quia hæc est pæna debita ut habetur Num. 15. Secundò pæna combustionis cum pertinentibus ad ipsum, secundúm quod Dominus præceperat in hoc cap. *n. suo* 5. Tollens &c. *n.* 25. *Ac si cõmiseratione excitatus dux pijssimus Iosue & ipsum Achan, & universam illius progeniem ferret humeris, dum ad supplicium duceret vel ingens doloris pondus sustineret, dum sibi subditũ ad supplicium etiam debitum suo crimini asportaret.*

Iosue 7. Congregaveruntq; super 3189 eum acervum magnum lapidũ, qui permanet &c. *n.* 26. *Lyra.* Pro memo- *Iosue* 7. ria futura ad terrorem aliorum. *nu.* *nu.* 26. *suo* 6. *Ex lapidibus illis quibus omnis populus reum Achan Iosue imperante lapidavit, acervus magnus lapidum erectus est, qui in eo loco assurgens instar triumphalis columnæ permaneret, in qua palam de cõmisso occultè crimine divina iustitia triũpharet, quæ per sortes illud manifestaverat, & manifestũ lapidationis pæna condemnaverat.*

Ex

Ex Abulensi.

3190 *Iosue 7. num. 1. Gen. 38*

Iosue 7. Nā Achan filius Charmi, filij Zabdi, filij Vare &c. *n. 1. Abul.* Dicit Rab. Salom. quód ponitur hìc Zare, quia iste fuit, qui de vtero Thamar prior egrediebatur, & in cuius digito obstetrix ligavit coccinium, dicens; Iste egredietur prior ut patet Gen. 38. Sed postea obstetrix videns, quód alius rupisset pelliculam, & egressus fuisset prior, ait, quare propter te divisa est maceria? Et vocavit nomen eius Phares, alius autem vocatus est Zaran, idest Oriens, vel lucens, quia in digito suo erat coccineum, vel quia prior oriebatur. Dicit prædictus Rab. Salo. Quód positio coccinei in digito Zare signavit, quòd aliquis de stirpe sua furaturus erat pannum coccineū in anathemate Iericho. *q.* 4.

3191 *Iosue 7. num. 1.*

Et infrà. Dicit etiam Rab. Salom. quód narratur híc generatio vsque ad Zare, quia agebatur hìc de furto Achan in auro, argēto, atq; coccineo pallio, & Zare prætulit nascens in manu sua coccineū. *q.* 4. *Neutrum placet Abulensi; at non incongruè dici poterat, quòd Achan palliū coccineum concupiverit, ut eo ornatus progenitorem suū Zaram referre posset; gaudet enim quisque progenitori nobili se similem facere: eumq; etiam in exteriori habitu repræsentare.*

3192 *Iosue 7. num. 1. Gen. 38*

Iosue 7. De tribu Iudā. *n. 1. Abul.* Iste Achan erat de tribu Iudá, vnde nobilior tribus in furto deprehensa est. *q.* 4. Erat enim Zare filius Iudà ut liquet. *Gen. 38. à quo tribus Iudà nominatur. Ergo nobilitas regia Achan in hoc loco exprimitur, vbi eius cupiditas explicatur; ne quisque omnino se liberum esse existimet á cupiditatis obscuritate, etiā si regia fruatur generis claritate.*

3193 *Iosue 7. nu. 14. & 15.*

Iosue 7. Accedetisq; mane singuli per tribus vestras &c. Et quicunq; ille in hoc facinore fuerit deprehensus, comburetur igne cum omni substantia sua. *n.* 14. *&* 15. *Abulens.* Quæret aliquis circa Achan, cùm audivit quòd Deus dixerat esse anathema in Israel, & quód sequenti die erat declarandum, eratq; sibi conscius huius sceleris, quare non fugit?

Et sic respondet. Dicēdum est, quòd quanquā Achan sciret pænā mortis esse infligendam peccatori, & quanquā cognovisset ante hoc per diem vnam, tamen non fugit: & hoc quia forte non habebat quò fugeret: nam tota gens in circuitu erat Chananæorum, & putarent eum exploratorem, atq; occiderent extra suos: ergo clementius sibi quodcunque futurum opinabatur inter suos. *q.* 42. 3194

3195 *Iosue 7. nu. 14. & 15.*

Aliā præbet responsionē sic. Quanquā audisset verba de declarando peccatorē corā Domino, nō credidit futurum, quia nunquam simile viderat: nō enim fuerat simile factum aliquid ante tēpora sua, ideo magis putavit hoc esse cōminationē, quā veritatē futuræ rei, vnde fugere non curavit. *q.* 42. *Per diem noctemq; Dominus manifestare per sortes furem differebat, ut eo tempore fur de crimine contritus, illùd posset summo sacerdoti confiteri, ut per confessionē voluntariā eo tēpore factā criminis sui veniam à Domino posset impetrare.*

3196 *Iosue 7. nu. 15.*

Iosue 7. Quicunq; ille in hoc facinore fuerit deprehensus, cōburetur igne cum omni substantia sua &c. *n.* 15. *Abul.* Prædicebat hìc pænā Iosue ad maiorē terrorem, ut attenti essent & parati ad videndum, quem Deus cōprehenderet ex Israel, idest, cuius scedula ad vltimum exierit, morietur, comburetur igne. Ista pæna dabatur, quia omnia, quæ erant in vrbe Iericho, erant cremanda: Achan autem impedivit hoc furando partē eorum: debuit ergo cremari ab igne, qui peccavit auferendo ea, quæ cremanda erant igne. *q.* 43. *Sciebat Dominus crimen ab Achan fuisse perpetratū, qui cùm esset de familia regia, non adeo infami supplicio se damnandum fore existimaret: & ideo sic pænam proponebat; ut nullus, etiam si esset princeps aliquis se à pæna*

pœna immunem futurum arbitraretur.

3197 *Iosue* 7. Et fecit nefas in Israel. *n.* 15. *Abul.* Fecit Achan nefas in Israel,
Iosue 7. idest magnum peccatũ, quod nefas
nu. 15. vocatur, & fecit in Israel, idest inter Israelitas: ideo maiori pœna mulctãdus est, quám si fecisset in alio populo, quia iste populus est sanctior, & in eo graviùs peccata debent puniri. *quæst.* 45.

3198 *Qui enim in societate tot virorũ, qui divini præcepti regulã observantes nihil*
Iosue 7. *de anathemate abstulerant, de anathemate*
nu. 15. *regulam surripuerat, quasi auream illam regulam plusquam divinã æstimaret, cum ipsa regula aurea in ignem mitti debuit, nõ ut in igne quasi aurum esset, probaretur, sed ut cum ipsa regula auri combureretur: ipsaque regula, quæ illi fuerat mensura culpæ, mensura ei fieret pœnæ, ut ad mensuram criminis puniretur.*

3199 *Iosue* 7. Comburetur igne &c. *n.* 15. *Abul.* Deus tam durè punire vo-
Iosue 7. luit Achan pro scelere prævaricatio-
nu. 15. nis anathematis, quia nunc erat primum anathema positum á Deo, & qui illud violaret, deberet durè puniri, & fortè non fieret tam acerba castigatio, si quis delinqueret in alijs anathematibus ponendis à Deo, vel ab homine. *q.* 59. In facinore deprehensus, *n.* 15. *Erat enim facinus ipsum quasi fascis vinculorum, quibus latro Achã vinciretur, cùm à divina iustitia comprehenderetur.*

3200 *Iosue* 7. Tollens itaq; Iosue Achã. *n.* 24. *Abul.* Vocatur Achã filius Za-
Iosue 7. re, non quòd filius eius immediatus
nu. 24. sit, quia erat filius Charmi & pronepos Zare, quia supra dicitur Achan filius Charmi, filij Zabdi, filij Zare: vocatur autem filius Zare, quia fuit de familia eius, sicut poterat vocari filius Iudæ, quia erat de tribu eius. *q.* 51. *Non sine mysterio Achan filius Zare hìc nominatur, sed ut ambitio eius per cupiditatem pallij coccinei quasi hæreditaria ei fuisse manifestetur, per illud enim pallium honorem regium à se desideratum ostendebat, quem etiam concupitum à se Zare cum filo coccineo nascens significaverat.*

Iosue 7. Tollens itaq; Iosue Achan &c. *n.* 24. *Abul.* In eadem pœna duo cruciãtur, scilicet filius, cui infligi- 3201
tur, & pater, qui ita de illa affligitur *Iosue* 7.
& tristatur, sicut filius qui tolerat, *q.* *nu.* 24.
71. *Et alibi sic ait Abulens. exponens eũdem textum.* Erant aliqua motiva ad hoc, quód nunc occiderentur filij, & filiæ Achan cum eo. *q.* 75.

Deinde enumerans Abul. motiva hæc sic ait. Primúm ipsa magnitudo pec- 3202
cati, ut innueretur tam grave fuisse *Iosue* 7.
peccatum ut ad illius expiationem *nu.* 24.
non sufficeret mors solius Achã, nisi etiam filij morerentur cum eo simul. Secundum erat, & principale ad incutiẽdum magnum timorem populo Israelitarum, ut abstinerẽt à similibus, quando viderent, quòd pro peccato non solúm occidebatur peccans, sed & tota eius posteritas delebatur, & hoc est, quod maximé movere poterat Israelitas, quia nihil magis quám filios diligebant. *q.* 75.

Tertium fuit ad magis satisfacien- 3203
dum populo, nam pro peccato Achã
occisi fuerant triginta sex viri de po- *Iosue* 7.
pulo, pro quo nimis Israelitæ indig- *nu.* 24.
narentur ipsi Achan, & vltionẽ de eo vellent sumere, & quia pro tot occisis non satisfaciebat mors vnius, vellent quoque filios occidere, ut sic satiaretur ira illorum. *q.* 75.

Quartum erat, ut magis puniretur, quia licet satis erat gravis pœna 3204
ipsi Achan, quòd ipse occideretur, *Iosue* 7.
gravior erat cúm etiam filios suos, *nu.* 24.
quos ut se ipsum diligebat, coram se occidi cerneret, & ista est propria causa quare filij puniuntur pro peccatis patrũ, scilicet ut ipsi patres videntes filiorum pœnas affligantur de ipsis sicut si ipsi in se ipsas sustinerẽt. *q.* 75. *Ergo in conspectu patris Achan priusquam ipse in se ipso afficeretur supplicio, in filijs, & filiabus passus est, ut non vnica propria ipsius nece, sed pluribus filiorũ, ac filiarum mortibus, dum morientes aspiceret, affligeretur.*

Iosue 7.

3205 *Iosue* 7. Lapidavitque eum omnis Israel. *n*. 25. *Abul.* Quæretur quare totus Israel exivit ad lapidandum Achan? *Et respondet.* Ostendebat Deus, quód adquemlibet de populo pertinet procurare, ne in populo fiat peccatum, quia ex peccato vnius inficiuntur alij, & posset eis pæna evenire: ideo, ut hoc non accidat debent ipsi diligenter inquirere, qui sint peccatores & illos exterminare expellēdo eos de consortio suo. Sic patet Deut. 17. quando in aliqua civitate erat aliquis, qui suaderet alijs colere Deos alienos, nā inventa veritate debebatur à toto populo lapidari peccator, & concluditur ibi, Et auferes malum de medio tui. *q*. 60.

Iosue 7. *nu*. 25.

Deu. 17 & 21.

3206 *Pergit sic.* Quia Deus volebat innuere, quòd ad omnes homines pertineat solicité vindicare divinas iniurias, quia adhuc minús debent tolerare divinas iniurias quā proprias, sed per peccatum contemnitur Deus, & irrogatur ei quædā iniuria, & ita peccatori totus populus debet inferre pænam vindicando iniuriam Dei sui. *q*. 60.

3207 *Tandem sic ait Abul.* Ita Deus videtur voluisse cúm dixit sequenti cap. Nō ero vobiscum, donec cōteratis eum, qui huius sceleris reus est, & ita voluit Deus, quòd Achan á toto populo cōtereretur, quod factū est, quando eum totus populus lapidavit *q*. 60. *Meritò lapidibus contritus fuit corpore, Achan, utpote qui noluit lapideo cōtritus esse corde. Si enim ex lapideo corde contrito lapideam viam sterneret, per quā pergens Deum posset invenire; non mereretur lapidibus contritus duré à toto populo puniri.*

3208 *Iosue* 7. Cōgregaveruntq; super eū acervum magnū lapidum, qui permanet. *n*.26. *Abul.* Postquā fuit lapidatus Achan, & crematus cum rebus suis, super cinerem illum fuit magnus lapidum congregatus acervus, ut maneret in memoriā æternam, quòd ibi lapidatus fuerit Achā pro anathemate Iericho, & ut alij pænarum memores à similibus arcerētur. *q*. 77.

Iosue 7. *nu*. 26.

Et ad illud. Qui permanet vsq; ad præsentē diē. *n*.26. *sic ait. Abul.* Scilicet, vsque ad tempus quo liber iste descriptus est, scilicet sub Samuele, ut verisimilius est, nec solùm vsque ad istud tempus durasse credendum est, sed etiā toto tēpore quo Iudæi, manserunt in terra illa, quia cumulus ille erat testimonium punitionis iussæ á Deo fieri, & qui dispergeret eum tolleret memoriam iustitiæ divinæ. *q*.77. *Ex lapidibus illis, quibus populus Achan reum lapidavit, magnus lapidū acervus effectus est, in quo quilibet de populo iecit lapidem, qui sibi in memoriam revocaret latronem à se fuisse lapidatum, ne ipse simile latrociniū perpetraret.* 3209

Iosue 7. *nu*. 26.

Ex D. Dionysio Carthu.

Iosue 7. Filij autem Israel prævaricati &c. *n*. 1. *Carth.* Quamvis vnus solus hoc fecit, tamen pluraliter dicitur, Filij Israel, eo loquendi genere quo communitati, societati asscribitur, quod ab vno ex ea cōmittitur. Vel fortè filij huius viri cooperati sunt, vel consenserunt ei in furto isto. *art*. 12. *Achan de tribu Iudà, quæ nobilior cæteris erat, fuisse declaratur, ne qui genere nobilis est, liberam ab avaritia suam reputet nobilitatem, sed timeat, ne eā obscuret per cupiditatem, sicut Achan regiam sui criminis nævo deturpavit.* 3210

Iosue 7. *num*. 1.

Iosue 7. Iosue veró scidit &c. *n*. 6. *Carthu.* Præ mærore, etiam ex timore imminentis periculi, & quoniam causa specialiter tetigit eum tanquā cōmunē omnium ducē, ac patrē, & quia præ ceteris ardentissimè plebē illam sibi cōmissam dilexit. *art*. 12. *Signa hæc, quæ Iosue exhibebat, maioris erant argumenta amoris: quemlibet enim ex populo quasi filium diligebat, & ideo nō tam pænam à Deo inferendam, quàm culpam ab aliquo suorum contra Deum commissam toto animo sentiebat.* 3211

Iosue 7. *num*. 6.

Iosue 7. Et ait Iosue ad Achā, Fili mi, 3212

Iosue 7. nu. 19. mi, da gloriam Domino Deo Israel, & confitere, atque indica mihi quid feceris, ne abscondas. *nu. 19. Carth.* Sanctus Iosue vir discretus, ac mansuetus non turbulenter, sed piè, ac mitè primó alloquitur reum, ne ex dura alloquutione perterritus, aut exacerbatus, vel induratus non acquiescat veram dare responsionem. Da gloriam Deo, id est per culpæ tuæ recognitione, & expressionem in speciali, Deum honoras, quatenus ex tua confessione innotescat evidẽtiús, quód Deus iustè punivit nos. *art. 12. Achan enim soli Deo gloriam daret, dum scelera commissa fateretur, per quæ sibi ignominiam compararet.*

3213 Iosue 7. nu. 24. *Iosue* 7. Duxerunt eos ad Vallem Achor. *num. 24. Carthus.* Quæri potest, cur Iosue duxit Achan, & ea, quæ erant ipsius ad Vallem ut occideretur ibidem? Ad quod ad literam dici potest, quód ideo, ne aliqui Chananæorum ex eminentioribus locis suis conspicerent, quòd filij Israel aliquem ex se ipsis ita tractarent. Vnde in scholastica fertur historia quod fuit vallis profunda. *art. 12. In hac valle coram toto populo Israel Achan, ut pro suo scelere puniretur apparuit, ut dum omnibus scelus suum, quòd magis, quàm sceleris materiam sub terra absconditam, occultum esse existimabat manifestum videret, confunderetur; ad huc tamen misericordiæ aliquid in hoc iudicio apparebat, quòd non alienis scelus puniendi ostendebatur; vnde minùs Achã confundebatur.*

Ex Caietano.

3214 Iosue 7. num. 1. Iosue 7. Filij autem Israel prævaricati sunt mandatum, & vsurpaverunt de anathemate. Nam Achan filius Charmi, filius Zabdi, filij Zare de tribu Iudà, tulit aliquid de anathemate, iratusque est Dominus cõtra filios Israel. *n. 1. Caietanus.* Vnus peccavit, & furor Dei exauditur in populum. Huiusmodi enim iustitia, non imitanda, sed admiranda proponitur hominibus. Homo enim nõ potest huiusmodi pænas extendere: quia non est dominus mortis & vitæ, non sub est potestati eius occidere & vivere facere: Deus autẽ nulli iniuriam faciet, etiam si omnia annihilaret, quia vteretur iure suo. *Ibi. Iratus contra filios Israel Dominus fuisse perhibetur, ut dum ad omnes iram extenderet divinam, non omni simul ira adversùs vnumsolum peccatorem excandesceret, & aliquo modo culpam commissam clemens allevaret, dum non ab vno solo, sed ab omnibus filijs Israel patratam enunciaret.*

Iosue 7. Peccavit Israel, & prævaricatus est pactum meum: tuleruntque de anathemate, & furati sunt, atque mentiti, & absconderũt inter vasa sua. *n. 11. Caiet.* Accumulando crimen crimini, subiungit, & etiam mẽtiti sunt. Per quod insinuatur, quòd Achan post commissum furtum mentitus est se innocentem sicut & reliquos. *Ibi. Mendacium vltimo loco Dominus apponit; ac si nòn tam criminis commissionem, quàm criminis commissi negationem abhorreret.* 3215 Iosue 7. nu. 11.

Iosue 7. Lapidavitque eum omnis Israel: & cuncta, quæ illius erãt igne consumpta sunt. *n. 25. Caiet.* Iuxta Hebræum habetur, & combusserunt eos igne, & lapidaverunt eos lapidibus. Quæstio est, an priùs fuerit lapidatio, an combustio? *Et sic respondet,* Solutio est, quód quia Deus in hoc eodem capite mandaverat, quód deprehẽsus in anathemate cõbureretur igne, ideo simul, & semel Achan combustus est, & lapidatus: inter lapidandum enim comburebatur, & inter comburendum lapidabatur. *Ibi.* 3216 Iosue 7. nu. 25.

Deinde aliam proponit quæstionẽ sic. Quare duabus pænis affectus fuit, lapidationis, & combustionis? *Et sic respondet,* Duplicis pænæ ratio, non rigor iustitiæ, sed clementia potiùs 3217 Iosue 7. nu. 25.

INDEX SCRIPTVRÆ
PER NVMEROS MARGINALES
huius primi Toni.

16.8.

Dixit

Quomo-

Qui

FINIS.

INDEX VNIVERSALIS CONCEPTVVM

Per numeros marginales.

Serui-

Dæmo-

C

Siegas

Vincens

E

Mensa

Hono-

Iactan-

Infan

Contra

Oleum.

Non

Peccat.

cum

S

Sagitta.

contra

H

qualiter

V

Vide



